Jaffé, Philipp (1819-1870). Regesta pontificum Romanorum : ab condita Ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII. 1885.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF.Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer ici pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.




Contraste insuffisant

NF Z 43-120-14

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

Reliure serrée

Herrn L. Delisle
Director der Bibliothèque nationale

Hochachtungsvoll

die Verlagsbuchhandlung

# REGESTA
# PONTIFICUM ROMANORUM

AB CONDITA ECCLESIA

## AD ANNUM POST CHRISTUM NATUM

MCXCVIII

DON

EDIDIT

PHILIPPUS JAFFÉ

EDITIONEM SECUNDAM CORRECTAM ET AUCTAM

AUSPICIIS

GULIELMI WATTENBACH

PROFESSORIS BEROLINENSIS

CURAVERUNT

S. LOEWENFELD, F. KALTENBRUNNER, P. EWALD

2181

**TOMUS PRIMUS**

(A S. PETRO AD A. MCXLIII)

LIPSIAE

VEIT ET COMP.

1885

E

3537

Impresserunt Metzger & Wittig, Lipsiae.

# PRAEFATIO PRIORIS EDITIONIS.

Mederi hominum memoriae iniquitate temporis obliteratae, quaeque annis procedentibus vetustas exedit quodammodo restituere si historiae nituntur omnes, peculiari quadam ratione contendere ad eadem hoc nostrum opus videtur. Licet enim componendis regestis continuam rerum gestarum offerre narrationem non fuerit nobis propositum nec debuerit esse, principalium tamen ideoque verissimorum monumentorum praebenda collectio erat, in quibus omnis disciplina historica radices agit firmissimas ac saluberrima nutrimenta reperit, epistolarum inquam, decretorum, aliarum eiusdem generis literarum, quae quia sunt inter ipsas rerum vicissitudines natae, earum fidissimam atque integerrimam proponunt effigiem. Quum praeterea literas oporteat eo maioris momenti esse, quo insigniore is, qui eas composuit, auctoritate pollet, facillime patebit, scripta a pontificibus Romanis per prima saecula duodecim dimissa quanti sint non tantum modo ad memoriam ecclesiasticam cum iure canonico illustrandam, verum etiam ad cognoscendam partem tantam historiae tum rerum omnium, tum singulorum Europae regnorum. Accedit quod, quae ex naufragiis praeteriti temporis reficere quoad licuit studuimus, ipsa summorum pontificum regesta magnam partem quondam re vera exstiterant, ut ideo quoque labor noster dici restitutio queat.

Erant autem regesta ii libri, in quos ecclesiae Romanae notarii epistolarum pontificiarum exempla regerebant. Quorum librorum necessitatem probabile est sedi apostolicae iam prioribus saeculis, quum cresceret auctoritas, obvenisse, sed confici quando coeperint incompertum habetur. Etenim vetustissima, quorum tenemus notitiam et quae nobis eadem servata esse gaudemus, regesta sunt Gregorii I.[1]; atque quamquam iam duobus saeculis ante eum Bonifatius I. de quibusdam decessorum suorum „monimentis“ in „scrinio“ sedis apostolicae reconditis mentionem facit (vide infra ep. 142),[2] neque alia eiusmodi vestigia absunt, pontifices quinto Christi saeculo immo vero etiam quarto usos scrinio sive tabellario esse (cf. Coustant Ep. Rom. pont. p. XLVI), non potest tamen certe effici, aut Leonem I. aut alium de pontificibus Gregorio I. superioribus universarum suarum epistolarum colligenda exempla curasse. At a successoribus eius ex contrario retentus

[1] Immo Gelasii I. (492 – 496), cuius registri fragmenta in Musei Britannici cod. addit. 8873 asservata nobis sunt, vide infra notitiam p. 83. Novissime de antiquissimis Regestorum vestigiis accurate admodum disseruit H. Bresslau, Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte vol. VI. [2] ep. 350 huius editionis.

sine dubio usus regestorum est. Quod quidem iam demonstravit Pertzius in Archiv V. 28 et 87 cet., docens, Deusdedit cardinalem in collectione canonum fortuito commemorare regesta non solum Gregorii I., sed etiam Honorii I. (cf. infra epp. 1558. 1575—1580),[1] Gregorii II. (cf. infra epp. 1678. 1679. 1680. 1716),[2] Zachariae (cf. infra epp. 1760—1765),[3] Iohannis VIII., Stephani VI.,[4] Alexandri II. et Gregorii VII.; ceteroquin in Honorii III. et Gregorii IX. regestis delegari ad regesta Paschalis II. (cf. infra epp. 4782. 4842. 4846),[5] Gelasii II., Lucii II., Eugenii III., Anastasii IV., Hadriani IV., Alexandri III. (vide infra epp. 7152. 7153. 7577. 7578 cet.). Quibus indiciis addere etiam alia poteramus.

Verum ex tam multis tamque eximiis saeculorum sex monumentis non retinemus nisi ea, quae supra diximus Gregorii I. regesta,[6] fragmentum eorum, quae sunt sub Iohanne VIII. conscripta, Gregorii VII. non primitiva regesta potius, quam collectionem ex iis delibatam (vide infra p. 403).[7] Reliqua evanuerunt omnia usque ad Innocentium III.; a quo quidem pontifice procedit ad Pium V. perpetua voluminum 2016 series, quae seposita in tabulario Vaticano sunt (vide Pertz l. l. et Marini Diplom. pontif. p. 7 et 8).[8] Quae quum ita sint, exponere nihil erit necesse, quid fuerit causae, aut cur omnino hoc opus susciperemus, aut cur memorata Coelestini III. morte sisteremus gradum.

In congerenda materie quibus editis quum epistolarum pontificiarum, bullarum, conciliorum, canonum collectionibus, tum codicibus diplomaticis et civitatum, urbium, episcopatuum, ordinum, ecclesiarum, monasteriorum historiis atque alius generis libris usi simus, ex indice licet infra perspicere, quem iis quoque arbitrabamur levamini fore, qui nova eorundem paparum scripta colligentes rem actam agere noluerint. Praeter illa vero editorum librorum subsidia, haud parva etiam ineditarum literarum vis praesto nobis gratissima virorum doctorum liberalitate erat. Atque inprimis Pertzii, inclyti monumentorum Germaniae historicorum editoris, summa in me meumque librum sunt beneficia praedicanda. Nam et ab initio quum a me operis huius consilium propensissima amplexus voluntate esset vir illustrissimus, assiduam dedit operam ut omnia laboris instituendi impedimenta amoverentur; et postea non modo regiae, quam pari prudentia et humanitate administrat, bibliothecae Berolinensis usum amplissimum mihi indulsit, verum etiam eo benignitatis processit, ut suas ineditarum literarum copias ex diversis Europae bibliothecis tabulariisque coactas patere mihi permitteret. Neque exiguam gratiam debemus Chr. Fr. Stälino, viro de rerum Wirtembergicarum historia meritissimo, qui me de magno bullarum in Stuttgartensi et Carlsruhensi tabulariis conservatarum numero libentissime certiorem fecit. Simili facilitate

---

[1] epp. 2011. 2031—2036 h. e.

[2] epp. 2190. 2191. 2192 cet. —2228 h. e.

[3] epp. 2297—2302 h. e.

[4] quem nos V numerandum esse censuimus.

[5] epp. 6334. 6557. 6562 h. e.

[6] Eorum quoque non nisi excerpta servata esse probavit P. Ewald, vide infra p. 143.

[7] pag. 594 h. e.

[8] Cf. etiam Palmieri Ad Vaticani archivi Roman. Pontif. regesta manuductio. Romae 1884.

Willelmus Giesebrecht, gymnasii Ioachimici professor, pretiosis quas Italico in itinere conquisiverat et aliorum paparum epistolis et Gregorii VII. registri lectionibus veris me impertiit; Willelmus Wattenbach, in edendis monumentis Germaniae historicis sodalis, ex Austriae tabulariis multas nec spernendas suppeditavit accessiones; Ludovicus Bethmann, socius eiusdem operis immortalis, uti subsidiis suis concessit. Paratissimo animo H. Sudendorf quoque, vir edito Registro spectatus, me auctore O. Abelio V. Cl. petentem adiuvit exemplis multarum tabularii Hannoverani literarum mittendis, et D. G. B. I. Friedländer, senex venerandus, rogatu filii sui Godefridi, bibliothecarii regii, quas habet bullas ineditas, eas usui porrexit meo. Est etiam, quod Aem. L. Richteri, viri illustrissimi, commemorem officium curamque labori meo tributa; cui item, ut iis, quos modo nominavi, viris egregiis gratiam, quum referre vix queam, habere profecto numquam cessabo.

Iam ut expediamus, literas qua ratione repraesentandas, quoque ordine disponendas esse censuerimus, primum scripta iam antea edita repetere integra nobis neque in animo fuit, nec nisi multa opplentibus volumina licuit. Plane enim quum intellexissemus, quantum utilitatis ex Iohannis Friderici Böhmeri, viri illustrissimi, regestis, quibus epistolas et diplomata regum Germaniae atque imperatorum numerosissima tam praecise quam accurate proponit, rerum Germanicarum studiosi et ad id tempus cepissent et capturi in posterum essent, non dubitavimus, quin essemus omnem virorum doctorum exspectationem iustam tuituri, siquidem nobis contigisset, ut illius brevitatem cum absolutione connecteremus. Itaque id contendimus, ut iam editis literis in angustum cogendis spatii quam plurimum lucrificaretur, conspectus redderetur facilior, rerum capita quam integerrime possent ante oculos ponerentur; quamquam, ut ingenue confiteamur, per totos, quos in conficiendo hoc opere collocavimus, annos circiter quinque, nonnulla parte seditionibus rerumque commutationibus turbulentissimos, non semper aut aequalis momentorum delectus fieri, aut eadem adhiberi diligentia potuit. Quod vero, non secuti illam legem, ex ineditis scriptis ea, quae esse graviora videbantur rerumque pleniora, protulimus immutata, excusare opus non est. Neque ideo reprehensionem veremur, quod ne illas quidem commemorare paparum literas supersedendum putavimus, quarum nihil cognitum nisi argumenta habemus; quae quidem, ut ab aliis internoscantur, asterisco * sunt denotatae.

Deinde de ordine literarum instituendo ne minimam temporis partem pendere animo debuimus, ut iis, quorum quidem potissimum spectare commoda moliti sumus, historicis dico satisfieret, dispositionem secundum aetatem quanto accuratius confectam tanto magis cuilibet alii anteferendam esse. In qua ipsa alsolvenda quantumcunque erat operae ac temporis consumendum, tamen huius officii studiique nostri munus censuimus nequaquam praetermitti oportere. Quin etiam postulare rem existimabamus, ut quidquid valeret et ad pontificum chronologiam explanandam et ad cognoscenda eorum itinera, naviter conquireretur sive ex aliorum hominum epistolis, sive ex scriptorum narrationibus, ex catalogis, inscriptionibus, aliis monumentis. Quare singuli pontifices quando administrare ecclesiam coeperint, quando concilia fecerint quaeque in iis decreta

ediderint, quando egressi ex vita sint, annotatum, quod indagari potuerit, invenies. Ceterum singulas paginas lineis directis sic partiti sumus, ut tum menses diesque, tum loci, ubi versati pontifices sunt, separatim legantur. In quo velim respicias, nota hac „ cum aut mensem aut locum significari, qui est proxime superscriptus; eademque nota uncis septa („) nihil nisi probabilitatem iisdem conciliari; at lineolam transversam docere, inexploratum sive mensem, sive diem, sive locum esse[1]. Lubet hoc loco etiam addere, suum quibusque literis numerum primaque verba sua apposita esse, quo facilius lectores unumquodque scriptum et designent et reperiant.

Tantae autem literarum multitudini componendae, ut et vera a falsis discerneremus et, id quod cum hoc discrimine cohaeret, aetatem earum cognosceremus, adhibitam artem criticam esse, nihil est quod affirmetur. Quae quidem necesse erat tum communibus censurae criticae niteretur praeceptis, tum maxime diplomaticas, quas dicunt, leges sequeretur pontificiis tabulis insitas. Nec vero istas leges offendimus sic excultas ab aliis et conformatas, ut tritam viam ingredi placide possemus. Imo ipsis tabulis excutiendis inter seque comparandis praesidia maximam partem parienda nobis erant, quibus carentes haud pauca monumenta verane an ficta essent et ad quod temporis spatium referenda dubii fueramus. Praecipue igitur debuit animus adverti, quibus modis per tempora diversa in tabulis pontificiis et fides earum confirmata et anni indicati sint; quae indicia ob id ipsum, quod variabant cum temporibus neque tamen constantia quadam carebant, ac praeterea, quamvis licet putaveris leves eas esse, haud raro necessitudinem sedis apostolicae atque imperii quam fidelissime adumbrant, certissima veritatis tabularum papalium obrussa iudicanda sunt. Quapropter in singulorum pontificum regestis, quantum quidem disci ex eorum tabulis potuit, partim annorum numeris eas apposuimus notas, quibus anni in ipsis literis significantur, partim praefati paucis verbis sumus, quibus signis chronicis, quibus sententiis, quibus testibus, quibus notariis pontifices usi sint. His auxiliis collatis non modo eam, quae pontificias ad tabulas refertur, rei diplomaticae partem arbitror quum universe tum singulatim illustratum et certiorem redditum iri, sed aliis etiam quaestionibus historicis nonnunquam responsum necopinatum obventurum esse. Hic sufficiat breviter strictimque attingere, de annorum notatione quae observationes praecipue apparuerint.

Annorum igitur designandorum in papalibus tabulis inveniuntur genera tria. Nam habes primum annos administrationis eorum, qui summae aut imperii aut rerum sacrarum praefuerunt; tum indictiones; postremo annos incarnationis Christi. At primi generis indicia sunt quadripartia. Leguntur enim in tabulis:

1) Consulum nomina ab a. 385 ad a. 546 (a Siricio ad Vigilium),
2) Imperatorum Graecorum anni ab a. 550 ad a. 772 (a Vigilio ad Hadrianum I.),
3) Imperatorum occidentalium anni ab a. 802 ad a. 1047 (a Leone III. ad Clementem II.) — et anno 1111.

---

[1] Quam lineolam in hac editione ubique delevimus.

4) Ipsorum pontificum anni sub Hadriano I., quum a Graecis se averteret, anno 781 primum ascripti sunt. Quos Leo III. cum Caroli magni regis annis coniunxit usque ad a. 800. Deinde Iohannis VIII. bullae et anno 875 et ab a. 877 ad a. 881, quum vacaret imperium, annos pontificatus, posteaque nonnullae eosdem una et imperatoris continent. Marinus I. (a. 883) et Stephanus VI. (V.) (a. 887, 890, 891) modo solius imperatoris, modo solius pontificatus mentionem faciebant. Rursum vacante imperio Benedictus IV. a. 900 pontificatus sui annos apposuit, parque usus valebat ab a. 905 ad a. 916, atque ab a. 924 ad a. 962. Tum longum tempus, ab a. 962 ad a. 1047, partim solius pontificis partim pontificis atque imperatoris anni coniunctim notantur. Exin vero ab a. 1049 continenter (excepto anno 1111) ratio unius pontificatus habetur.

Indictiones, quibus in tempore notando iam Felix III. quidem usus a. 490 erat, quae tamen inde a Pelagio II. demum (ab a. 584) assidue vigebant, in pontificum tabulis triplices reperimus. Ex quibus:

1) Indictio Constantinopolitana, cuius initium erat dies 1. m. Septembris, sola valet ab a. 584 ad a. 1087 (a Pelagio II. ad Victorem III.);
2) Indictio Caesarea sive Constantiniana autem, quae die 25. m. Septembris incipiebat, atque
3) Indictio Pontificia seu Romana, quam inchoabant die 1. m. Ianuarii, cum ea, quam supra memoravimus, Constantinopolitana inde ab anno 1088 perpetuo concertant, ut inter Urbanum II. et Coelestinum III. sint pontifices, qui nunc unam nunc alteram adhibeant.

Anni incarnationis dominicae primum in Iohannis XIII. tabulis (a. 968, 969, 970) comparent. Quae enim Honorii I. tabulae d. 11. m. Iunii a. 634 apposita verba sunt: „id est anno dominicae incarnationis sexcentesimo tricesimo quarto“, ea sine dubio, ut iam Mabillonius censuit, explanationis causa addidit Beda. Horum annorum nec frequens usus usque ad Nicolai II. pontificatum erat, nec idem semper adhibebatur genus. Namque reperiuntur:

1) anni incarnationis vulgares, quos die 25. m. Decembris,
2) anni incarnationis Florentini, quos tribus mensibus post nativitatem Christi,
3) anni incarnationis Pisani, quos novem mensibus ante Christi nativitatem auspicati sunt.

Et a Iohanne XIII. ad Urbanum II., ab a. 968 ad a. 1088, videntur anni vulgares usitati pontificibus Romanis fuisse, praeter Nicolaum II., qui aliquoties Florentinos apposuit. Ab Urbano II. ad Lucium II., ab a. 1088 ad a. 1145, tria illa annorum incarnationis genera permixte adhibentur. Sed inde ab Eugenio III., ab a. 1145, primas partes plerumque sustinent anni Florentini.

Diversas illas annorum descriptiones in iis quidem paparum literis, quae bullae dicuntur, cumulari solitas esse, inter omnes constat. De epistolis vero est notatu dignum, post Gregorium VII.,

a Victore III. ad Calixtum II. (ab a. 1086 ad a. 1124) annos in iis non esse nisi rarissime designatos; easque ab Honorio II. ad Urbanum III. (ab a. 1124 ad a. 1187) omnino annorum indiciis nudatas esse, ut si epistolas, quae his pontificibus assignantur, instructas indictione seu alia anni nota inveneris, necesse sit, eas aut esse plane simulatas, aut ad alios pertinere papas, aut saltem chronicum signum additicium esse iudices. Anno 1187 demum indictio epistolis reddita a Gregorio VIII. est. Quem usum quum continuasset usque ad medium mensem Februarium a. 1188 Clemens III., repente pro indictionibus annos pontificatus substituit; id quod imitari successores eius assueverunt.

Atque de annorum significatione quidem hactenus. Ut autem pauca de spuriis literis addamus, in earum numero ponendae erant et quae per errorem imprudentiamve attributae iis pontificibus sunt, a quibus auctoribus profectae esse dicuntur, et quas fallaces homines de industria confixerunt. In utrisque licet difficile critico sit a lapsu cavere, maius tamen negotium viris doctis semper facessebat fraudatio, quae simulare veri speciem velareque mendacia omnibus modis nititur. Nihilosecius studia critica tantopere successerant, ut quae maioris in rem universam ponderis literae suppositicae exstant, eas fere omnes invenerimus iam ex genuinorum scriptorum pontificiorum societate excussas, veluti decretalia Pseudo-isidoriana. De reliquis autem quamquam unae et alterae passae iudicem erant, tamen plurimae aut prorsus intactae iacebant, aut summum ambigua suspicione afflatae. Omnino caremus opinione, nobis iudicium veri et falsi nusquam non feliciter processisse; est vero perspicuum collatis tam multis tot literarum germanarum indiciis signisque falsi cernendi munus mirifice sublevatum nobis esse. Nec dubitamus, quin lectores, ratione habita annotationum regestis singulorum pontificum praepositarum, fraudis literarum spuriarum argumenta, quae quidem omittenda brevitatis causa putavimus, ipsi in promptu habituri sint; dummodo apud animum proponant, falsarios, repetendo vanitatem mutari in veritatem posse ratos, haud raro de eadem re pontificibus variis varias tabulas subdidisse, neve, si in serie monumentorum in eandem sententiam compositorum repererint alia manifestis fallaciae notis designata, alia talibus indiciis vacua, haec una cum illis condemnare cunctentur. De cetero quia vera cum falsis confundere religioni habuimus, literae spuriae in appendicem relegatae aliisque ac verae numeris notatae sunt. Ad haec scriptis Pseudo-isidorianis, quo facilius dignoscantur, praefigendum signum hoc § curavimus.

Ad extremum vota facimus, qui ineditas bullas literasque pontificias tenent, ut eas aut ipsi in lucem edant, aut additamenti apparandi causa nobiscum communicent.

Berolini VIII id. Aug. MDCCCLI.

# PRAEFATIO SECUNDAE EDITIONIS.

Ingens Philippi Jaffei opus, quod Pontificum Romanorum Regesta usque ad A. D. MCXCVIII complectitur, quantum fructum virorum doctorum studiis attulerit, nemo est qui ignoret. Iam vero cum post A. D. MDCCCLI, quo primum prodiit, anni plus quam viginti iam essent elapsi, novam editionem paraturi et quae emendanda erant non pauca et addendorum molem omni expectatione maiorem invenimus. Permaxima enim bullarum papalium copia cum in lucem ex eo tempore prolata fuit, tum bibliothecas et archiva perscrutantibus praesto est. Labore igitur non exiguo opus fuit sumptibusque, ut mox post prima laborum initia apparuit, qui bibliopolae vires excederent. Quare alienum circumspiciendum erat auxilium, nec defuit invocantibus Regis Borussici Minister, qui rebus sacris et litterariis praeest. Eius igitur admodum munifica liberalitate effectum est, ut et domi res agi possit, et S. Loewenfeld socio nostro pervestigandi thesauros litterarios, qui Parisiis servantur, copia fieret.

Primus qui A. D. MDCCCLXXIV rem arduam aggrediendi auctor fuit, Gvilelmus Arndt, cum novum Lipsiae munus petiturus mox operam novae editioni parandae quin impenderet impeditus esset, mihi soli dirigendi operis officium relictum est. Adiutor aderat Aemilivs Schmiele, qui postquam magnae librorum moli pervestigandae fructuosam satis operam navavit, muneri scholari vacaturus, ab incepto recessit. Manebat qui paulo post accesserat, Pavlvs Ewald, accesserunt post varios casus, qui progressum operis impedierant, A. D. MDCCCLXXVII Ferdinandvs Kaltenbrunner, et Samvel Loewenfeld, qui solus adhuc totum diei pondus sustinet, et perficiendo operi suffecturus speratur.

Et prima quidem operis pars, quae usque ad annum DXC pertingit, a F. Kaltenbrvnnner, altera usque ad annum DCCCLXXXII a P. Ewald iamdudum absoluta est; reliqua quae multo maioris ambitus est, a S. Loewenfeld partim iam perfecta est, partim summa cum diligentia quotidie promovetur.

Id unum in operis consilio mutatum fuit, ut epistolae et privilegia vel aperte falsa vel dubiae fidei, quae Iaffevs seposuerat, cum ceteris coniungerentur. Quod ut fieret, permovit nos cum multa virorum doctorum de nonnullis eorum dubitatio — neque enim semper certo sciri poterat, ad quam partem recte ponenda essent — tum error, qui plus semel ex eo natus fuerat,

quod viri docti epistolas, quae inter spurias ablegatae erant, in corpore operis frustra quaesitas, omissas fuisse putaverant. Neque vero incommodum hac de re nascitur; eorum enim pontificum, quibus maxima spuriarum decretalium copia afficta est, genuinae epistolae servatae sunt fere nullae, eaeque facile discerni possunt. Insignitae sunt autem epistolae spuriae signo †, et eae quae ad collectionem Isidoro mercatori affictam pertinent, signo §. Omnes vero vel epistolae decretales, vel fragmenta earum facillime inveniri poterunt opera indicis initiorum, qui volumini Regestorum alteri adiungetur. Quod si fuerunt qui tam spuriorum quam aliorum canonum primam originem hic criticae artis opera indagandam fuisse contenderent, nae illi quidem, quid ab huiusmodi opere iure quaerendum sit, se ignorare palam fecerunt. In temporibus vero antiquissimorum pontificum constituendis, cum variae sint virorum doctorum opiniones, eligendum quidem fuit quod ceteris praestare videbatur consilium; accurata autem quaestionum difficillimarum discussio non huius loci fuit, quippe quo in nimia rerum copia brevitati quam maxime studere necessarium esset. Iustis vero doctorum virorum desideriis satisfactum iri putavimus, si quae monumenta illorum temporum nobis relicta sunt, facili opera inveniri possent, et quae notatu dignae videbantur, disquisitiones criticae indicarentur.

Sunt tamen quae vel corrigi debeant vel addi, praesertim cum nova semper, dum opus perficitur, in lucem prodeant; ea in fine secundi voluminis invenies. Librorum vero ingentem molem, quam post praefationem indicavimus, inspiciendi, et hic in Bibliotheca regia et Parisiis summa cum liberalitate copia facta est, neque tamen omnes, qui desiderabantur, statim haberi poterant, quod aequi iudicii nemini mirum videbitur.

Restat ut grates reddamus omnibus, qui rei difficillimae fautores fuerunt, inter quos praecipue Leopoldvs Delisle, bibliothecae nationalis Parisiensis praefectus, commemorandus est, qui et Iaffeo dum vixit, et S. Loewenfeld indefessa opera praesto fuit; deinde Vlysses Robert, qui in eadem bibliotheca codicum manuscriptorum curam gerit, Pavlvs comes Riant, Vlysses Chevalier Romanensis, Iosephvs de Backer S. I., Edmvndvs Bishop Londinensis, Hartmannvs Grisar S. I., Pavlvs Hinschivs, collega coniunctissimus, qui benigno admodum consilio nobis numquam defuit, Gvilelmvs Bernhardi, Avgvstvs Potthast, Henricvs Bresslav, Felix Liebermann; etiam Viri admodum Reverendi Antonii de Steichele, qui nunc infula Monacensi ornatus est, schedas Iaffeo olim missas invenimus.

D. Berolini VIII. id. Aug. a. MDCCCLXXXV.

Guilelmus Wattenbach.

# INDEX LIBRORUM ADHIBITORUM.


Abaelardi et Heloisae Opera. Parisiis 1616. 4.
Abel Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen. Bd. I: 768—788. Berlin 1866. 8.
D'Achery Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum ed. de la Barre. Parisiis 1723. fol. 1—3.
Acta academiae Theodoro-palatinae. Manhemii 1761. 4. 1—7.
Acta Sanctorum. Antwerpiae 1643. fol. Ian.—Oct. T. XII. et Supplem.
Adler Aelteste Geschichte der am Zobtenberg liegenden Dörfer des Augustiner-Chorherren-Stifts auf dem Sande zu Breslau. Breslau 1873. 4.
Affarosi Memorie istoriche del monastero di S. Prospero di Reggio. Padova 1733. 4. 1—3.
Affarosi Notizie istoriche della città di Reggio. Padova 1755. 4. P. I.
Affò Istoria della città e ducato di Guastalla. Guastalla 1785. 4. 1—4.
Affò Storia della città di Parma. Parma 1792. 4. 1—4.
Agnelli Liber pontificalis ecclesiae Ravennatis ed. Holder-Egger. Hannoverae 1878. 4. (MG. SS. Rer. Langobard.)
Agobardi archiepiscopi Lugdunensis opera ed. Baluzius. Parisiis 1666. 8. 1—2.
Aguirre Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae et novi orbis. Romae 1753. fol. 1—6.
Amadesius In antistitum Ravennatum chronotaxim disquisitiones. Faventiae 1783. 4. 1—3.
Amiani Memorie istoriche di Fano. In Fano 1751. 4. 1—2.
Amico Catana illustrata. Catanae 1740. 4. 1—4.
Ammirato Vescovi di Fiesole, di Volterra e d'Arezzo. Firenze 1637. 4.
Analecta Bollandiana ediderunt De Smedt, van Hoof et de Backer. Paris-Bruxelles 1882. 8. vol. I.
Analecta Divionensia. Documents inédits pour servir à l'histoire de Bourgogne. Dijon 1875. 8.
Analecta iuris pontificii. Rome 1855. fol. Ser. 1—19.
Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique. Bruxelles et Leipzig 1864. 8. 1—15.
Anastasii Bibliothecarii de vitis Romanorum pontificum ed. Blanchinius. Romae 1718. fol. 1—4.
Anciens évêchés de Bretagne par Geslin de Bourgogne et Barthelemy. Paris-St. Brieuc 1855. 8. 1—6.
André Histoire de l'abbaye de S. Sauveur de Marseille. Marseille 1863. 8.
Andrea di Pietro Agglomerazioni delle popolazioni attuali della diocesi dei Marsi. Avezzano 1869. 8.
Andreantonelli (Sebastiani) Historiae Asculanae libri IV. Patavii 1673. 4.
Andrieux Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port. Evreux 1862. 4.
Anecdota Ughelliana in Italiae Sacrae vol. X.
Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein, insbesondere die alte Erzdiöcese Köln. Köln 1855. 8. 1—38.
Annales de l'académie archéologique de Belgique. Anvers 1843—1876. 8.
Annales de la société d'émulation pour l'étude de l'histoire de la Flandre. Bruges 1839—73. 8.
Annales de la société d'émulation des Vosges. Epinal 1831. 8. 1—14.
Annales du cercle archéologique de Mons. Mons 1857. 8. 1—11.
Annales Patherbrunnenses. Eine verlorene Quellenschrift des zwölften Jahrhunderts, wiederhergestellt von P. Scheffer-Boichorst. Innsbruck 1870. 8.
Annuaire-Bulletin de la Société de l'histoire de France. Paris 1864—1882. 8.
S. Anselmi Cantuariensis archiepiscopi opera ed. Gerberon. Lutetiae Parisiorum 1721. fol.
L'Antiquité de l'église de Marseille. Marseille 1747. 4. 1—3.
Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit. Leipzig-Nürnberg 1853. 4. 1—29.
Appendix concilii Lateranensis apud Mansi XXII. 248—452.
Aranco Notizie storiche della città di Melfi. Firenze 1866. 8.
D'Arbois de Jubainville Histoire de Bar-sur-Aube sous les comtes de Champagne (1077—1284). Paris 1859. 8.
Arcere Histoire de la Rochelle. La Rochelle 1756. 4. 1—2.
Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen. Wien 1848. 8. 1—59.
Archiv für österreichische Geschichte s. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Qu.
Archivalische Zeitschrift vide Löher.
Archives de la société d'histoire du canton de Fribourg. Fribourg 1850. 8. 1—3.
Archives de l'Orient latin. Paris 1881. 8. 1—2.
Archives historiques du département de la Gironde. Paris-Bordeaux 1859. 4. 1—14.
Archives historiques du Poitou. Poitiers 1872. 8. 1—12.
Archives historiques de la Saintonge et de l'Aunis. Saintes-Paris 1874. 8. 1—11.

Archivio della società Romana di storia patria. In Roma 1878. 8. 1—4.
Archivio storico Italiano. Firenze 1842—1882. 8. et appendice 1—9.
Archivio storico Lombardo. Milano 1874. 8. 1—9.
Archivio storico, artistico, archeologico e letterario della città et provincia di Roma (da Fabio Gori). Roma 1875. 8. 1—3.
Arduini Memorie istoriche della città di Offida nella marca d'Ancona. Fermo 1844. 8.
Argote Memorias para a historia de Braga. Lisboa 1732. 4. 1—3.
Arnulfi Lexoviensis episcopi epistolae ed. Giles. Oxonii 1844. 8.
Arruego Catedra episcopal de Zaragoza. Zaragoza 1653. fol.
Aschbach Geschichte der Grafen von Wertheim. Frankfurt 1843. 8. 1—2.
S. Athanasii archiepiscopi Alexandrini opera ed. Benedictini. Patavii 1777. fol. 1—3.
Atti della società Ligure di storia patria. Genova 1858. 8. 1—16.
Attonis sanctae Vercellensis ecclesiae episcopi opera ed. C. Burontio del Signore. Vercellis 1768. fol. 1—2.
Aubert Trésor de l'abbaye de Saint-Maurice d'Agaune. Paris 1872. fol.
Aubret vide Guigue.
Audiffret Annales de Six-Fours en Provence. Toulon 1866. 8.
S. Augustini opera omnia ed. Caillau. Parisiis 1842. 8. 1—42.
Augustini archiepiscopi Tarraconensis opera omnia. Lucae 1765. fol. 1—8.
D'Auriac Histoire de l'ancienne cathédrale et des évêques d'Alby. Paris 1858. 8.
Avila Historia de las antiguedades de la ciudad de Salamanca. En Salamanca 1606. 8.
D'Avino (Vincenzio) Cenni storici sulle chiese arcivescovili, vescovili e prelatizie (nullius) del regno delle due Sicilie. Napoli 1848. 4.
Aynsa Fundacion, excelencias, grandezas y cosas memorables de Huesca. Huesca 1619. fol.

**B**acchini Dell' istoria del monastero di S. Benedetto di Polirone. Modena 1696. 4.
Baillet Chronique de l'abbaye de St. Martin de Huiron, publ. par Mougin. Châlons-sur-Marne 1879. 8.
Balasque Etudes historiques sur la ville de Bayonne. Bayonne 1862. 8. 1—3.
Baldassini Memorie istoriche di Iesi. Iesi 1765. 4.
(Ballerini) De privilegiis et exemptione capituli cathedralis Veronensis dissertatio. Venetiis 1753. 4.
Baluze Histoire généalogique de la maison d'Auvergne. Paris 1780. fol. 1—2.
Baluzii Capitularia regum Francorum. Parisiis 1677. fol. 1—2.
Baluzii Historia Tutelensis. Parisiis 1717. 4.
Baluzii Miscellanea ed. Mansi. Lucae 1761. fol. 1—4.
Barbarano Historia di Vicenza. In Vicenza 1649. 4. lib. 1—6.
Baringii Descriptio Salae principatus Calenbergici. Lemgo 1744. 4. 1—2.
Barralis Chronologia sanctorum et aliorum virorum illustrium ac abbatum insulae Lerinensis. Lugduni 1613. 4.
Bartel Historica et chronologica praesulum S. Regiensis ecclesiae nomenclatura. Aquis-Sextiis 1636. 8.
Barthélemy Recueil des chartes de l'abbaye de N.-D. de Cheminon. Paris 1883. 8.
Barthélemy Recueil des chartes de l'abbaye royale de Montmartre. Paris 1883. 8.
Basilii Caesareae Cappadociae archiepiscopi opera omnia ed. Benedictini. Parisiis 1721. fol. 1—3.
Battely Antiquitates S. Edmundi Burgi ad a. 1272 perductae. Oxoniae 1745. 4.
Baur Hessische Urkunden. Darmstadt 1860. 8. 1—5.
Beauvillé Recueil de documents inédits concernant la Picardie. Paris 1870. 4. 1—3.
Beckmann Historie des Fürstenthums Anhalt. Zerbst 1710. fol. 1—2.
Bedae Opera omnia ed. Giles. Londoni 1843. 8. 1—12.
Bedae Historia ecclesiastica gentis Anglorum ed. Holder. Freiburg i. B. und Tübingen 1882. 8.
Beiträge zur vaterländischen Geschichte. Hgb. vom historisch-antiquarischen Verein des Kantons Schaffhausen. 1863. 8. 1—2.
(Belhomme) Historia Mediani in monte Vosago monasterii. Argentorati 1724. 4.
Benedictus abbas Petroburgensis De vita et gestis Henrici II. et Ricardi I. Oxonii 1735. 8. 1—2.
Benoit Histoire ecclésiastique et politique de la ville et du diocèse de Toul. Toul 1707. 4.
Bentham History of Ely, sec. ed. Norwich 1812. 4.
Berard Gratiani canones genuini ab apocriphis discreti. Taurini 1754. 4. 1—4.
Berengarii Turonensis De sacra coena adversus Lanfrancum ed. A. F. et F. Th. Vischer. Berolini 1834. 8.
Van den Bergh Oorkondenboek van Holland en Zeeland. Amsterdam-s'Gravenhage 1866. 4. vol. I. 1—2.
Bernard Cartulaire de Savigny et d'Ainay. Paris 1853. 4. 1—2.
Bernardini Epitome fastorum Lucellensium. Bruntruti 1667. 8.
S. Bernhardi Opera omnia ed. Mabillon. Parisiis 1719. fol. 1—2.
Bernier Histoire de Blois. Paris 1682. 4.
Bertholet Histoire du duché de Luxembourg. A Luxembourg 1741. 4. 1—8.
Bertoldi Memorie storiche d'Argenta. Ferrara 1787. 4. 1—2.
Besly Histoire des comtes de Poictou. Paris 1647. fol.
(Besold) Documenta rediviva monasteriorum in ducatu Wirtembergico. Tubingae 1720. fol.
Besse Histoire des comtes de Carcassonne. A Beziers 1645. 8.
Bessin Concilia Rotomagensis provinciae. Rotomagi 1717. fol. 1—2.
Besson Mémoire historique sur l'abbaye de Lure. Besançon 1846. 8.
Besson Mémoires pour l'histoire ecclésiastique de Génève, Tarantaise etc. A Nancy 1759. 4.
Bétencourt Cartulaire de l'abbaye de S.-Silvin d'Auchy. s. l. et a. 4.
Beyer Das Cistercienser-Stift und Kloster Alt-Zelle. Dresden 1855. 8.
Beyer Urkundenbuch zur Geschichte des Mittelrheins, fortges. von Eltester und Goerz. Coblenz 1860. 8. 1—3.
Biancolini Notizie storiche delle chiese di Verona. Verona 1749. 4. 1—9.
Biancolini Serie chronologica dei vescovi e governatori di Verona. Verona 1760. 4.
Bibliotheca Casinensis, seu Codicum mss. . . . . . . series. Ex typogr. Casinensi 1873. 4. 1—4.
Bibliotheca Cluniacensis ed. Marrier et Quercetanus. Lutetiae Parisiorum 1614. fol.
Bibliotheca veterum patrum ed. Gallandius. Venetiis 1765. fol. 1—14.
Bibliotheca SS. Patrum, ed. Lugdunensis. 1680. fol. 1—3.
Bibliothèque de l'école des chartes. Paris 1839—1882. 8. 1—43.
Bielowski Monumenta Poloniae historica. Lwów 1864. 4. 1—3.
De la Bigne Villeneuve Cartulaire de l'abbaye de S. Georges de Rennes. Rennes 1876. 8.
Bigot vide Thiroux et Lambert.
Bilard Analyse des documents historiques, conservés dans les archives du dép. de la Sarthe. Le Mans (1854). 4. 1—2.
Binterim Die jüngste öffentliche Vorlesung des Herrn J. W. J. Braun. Köln 1852. 8.
Binterim Hermann der Zweite, Erzbischof von Köln. Düsseldorf 1851. 8.
Binterim u. Mooren Die alte und neue Erzdiöcese Köln. Mainz 1828. 8. 1—4.

Bisogni Hipponii seu Vibonis Valentiae vel Montisleonis Ausoniae civitatis accurata historia. Neapoli 1710. 4.

Blondellus Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulantes. Genevae 1628. 4.

Boczek Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae. Olomucii 1836. 4. 1—7.

Bodmann Rheingauische Alterthümer. Mainz 1819. 4.

Böhmer Acta imperii selecta, ed. Ficker. Innsbruck 1870. 8. 1—2.

Böhmer Fontes rerum Germanicarum. Stuttgart 1843. 8. 1—4.

Böhmer-Mühlbacher = Böhmer Regesta imperii. Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern 751—918, neu bearb. v. E. Mühlbacher. Innsbruck 1880. 4. Lief. 1—2.

Böhmer Regesta chronologico-diplomatica Karolorum. Frankfurt a. M. 1833. 4.

Böhmer-Will = Böhmer Regesta archiepiscoporum Maguntinensium, ed. Corn. Will. Innsbruck 1877. 4. vol. I.

Bonaini Statuti di Pisa. Firenze 1854. 4. Tom. I.

Bondam Charterbock der Hertogen van Gelderland. Utrecht 1783. fol. 1—4.

(Bonelli) Notizie istorico-critiche intorno al B. M. Adelpreto vescovo di Trento. Trento 1760. 4. 1—4.

S. Bonifacii epistolae vide Epistolae.

S. Bonifacii opera omnia ed. Giles. Londini 1844. 8. 1—2.

Bonnin Cartulaire de Louviers. Evreux-Paris 1870. 4. 1—2.

Bocquet Les vies de S. Exupere et S. Loup. Paris 1627. 8.

Bordier Du recueil des chartes merovingiennes. Paris 1850. 8.

Borgia (A.) Istoria di Velletri. Nocera 1723. 4.

Borgia (St.) Memorie istoriche di Benevento. Romae 1763. 4. 1—3.

(Borgia St.) Breve istoria del dominio temporale della sede apostolica nelle due Sicilie. Roma 1789. 4.

Dal Borgo Raccolta di diplomi Pisani. 1765. 4.

Bosco Floriacensis veteris bibliothecae regiae xyston dextrum et laevum. Lugduni 1605. 8.

Boselli Delle storie Piacentine libri XII. Piacenza 1793. 4. 1—3.

Bosio Dell' istoria della sacra religione et illustrissima militia di S. Gio. Gierosolymitano. Roma 1621. fol. 1—3.

Bouche L'histoire chronologique de Provence. Aix 1664. fol. 1—2.

Le Boucq Histoire ecclésiastique de la ville et comté de Valentienne. A Valenciennes 1844. 4.

Bouges Histoire de Carcassonne. Paris 1741. 4.

Bouillart Histoire de l'abbaye royale de St. Germain dez Prez. Paris 1724. fol.

Bouquet Recueil des historiens des Gaules et de la France. Paris 1738. fol. 1—23.

Bourassé Cartulaire de Cormery. Tours-Paris 1861. 8.

Boysen Allgemeines historisches Magazin. Halle 1767. 8. 1—2.

Brandão Monarchia Lusitania. Lisboa 1690. fol. 1—8.

Bravo Delle storie Bresciane. Brescia 1839. 8. 1—4.

Bremisches Urkundenbuch, hgb. von Ehmck und Bippen. Bremen 1873. 4. 1—3.

Bréquigny Table chronologique des diplomes, chartes, titres et actes imprimés concernant l'histoire de France. Paris 1769. fol. 1—4.

Brevis notitia monasterii Ebracensis. Romae 1739. 4.

Bronziero Istoria del Polesine di Rovigo. Venezia 1747. 4.

Brower et Masenius Antiquitates et annales Trevirenses. Leodii 1670. fol. 1—2.

Brower et Masen Metropolis ecclesiae Trevericae. Confluentibus 1855. 8. 1—2.

Brückner vide Schöppach.

Brugèles Chroniques ecclésiastiques du diocèse d'Auch. A Toulouse 1746. 4.

Brunatii Chartarum coenobii S. Iustinae explicatio. Patavii 1763. 4.

Bruschius De Laureaco veteri et de Patavio Germanico. Basileae 1533. 8.

Bucciarelli Cathedralis Narniensis ecclesiae antiquitas. Narniae 1720. 4.

Du Buisson Historia monasterii S. Severii in Vasconia. Vicojulii ad Aturem 1876. 8. 1—2.

Bullarium sacri ordinis Cluniacensis. Lugduni 1680. fol.

Bullarium Lateranense. Romae 1727. fol.

Bullarium Romanum a S. Leone usque ad praesens ed. Tomasseti. Augustae Taurinorum 1857—1872. 4. 1—23. Append. ibid. 1867.

(Bullarium Vaticanum) Collectio bullarum sacrosanctae basilicae Vaticanae. Romae 1747. fol.

Bulletin archéologique de l'association Bretonne. Rennes-Paris 1849. 8. 1—6.

Bulletin de l'académie royale des sciences et belles-lettres de Bruxelles. 1836. 8. Sér. I. 1—23, Sér. II. 1—38.

Bulletin de la commission royale d'histoire vide Compte-rendu des séances etc.

Bulletin de l'institut archéologique Liégois. Liége 1852. 8. 1—13.

Bulletin de la société d'archéologie Lorraine. Nancy 1849—1882. 8.

Bulletin de la société des sciences historiques et naturelles de l'Yonne. Auxerre 1847. 8. 1—30.

Bullettino della commissione archeologica municipale. Roma 1872—1873. 8. vol. I.

Bulliot Essai historique sur l'abbaye de Saint-Martin d'Autun. Autun 1849. 8. 1—2.

Bunge Liv-, Est- und Curländisches Urkundenbuch. Reval 1853. 4. 1—7.

Bunge Liv-, Est- und Curländische Urkunden-Regesten bis z. J. 1300. Leipzig 1881. 4.

Burchardi Wormatiensis Collectarium sive Decretum ed. Paris. 1549. 8. (idem in Migne Patr. lat. 140.)

Bussi Istoria di Viterbo. Romae 1742. fol.

Butler Registrum prioratus Omnium Sanctorum iuxta Dublin. Dublin 1845. 4.

Buzelinus Gallo-Flandria sacra et profana. Duaci 1624. fol.

Caccianottio Summarium monumentorum omnium, quae in tabulario municipii Vercellensis continentur. Vercellis 1868. 4.

Caesar Annales ducatus Styriae. Graecii 1768. fol. 1—3.

Calles Series Misnensium episcoporum. Ratisbonae et Viennae 1752. 4.

Calmet Histoire ecclésiastique et civile de Lorraine. Nancy 1728. fol. 1—3.

Camera Memorie storiche-diplomatiche dell' antica città di Amalfi. Salerno 1876. 8. 1—2.

Campi Dell' Historia ecclesiastica di Piacenza. Piacenza 1651. fol. 1—3.

Camuzat Promptuarium sacrarum antiquitatum Tricassinae dioecesis. Augustae Trecarum 1610. 8.

De la Canal vide Florez.

Capialbi Memorie per servire alla storia della s. chiesa Miletese. Napoli 1835. 8.

Cappelletti Le Chiese d'Italia. Venezia 1844. 8. 1—21.

Capsoni Origine et privilegi della chiesa Pavese. Pavia (1769). 4.

Carafa Epistolae decretales summorum pontificum. Romae 1591. fol. 1—3.

Cardevacque Histoire de l'abbaye d'Auchy-les-Moines. Arras 1875. 8.

Cardevacque L'abbaye du Mont-Saint-Eloi. Arras 1859. 4.

Cardoso Agiologio Lusitano dos santos e varoens illustres em virtude do Reino. Em Lisboa 1652. fol. I—IV.

(Carlier) Histoire du duché de Valois. Paris 1764. 4. 1—3.

Cartulaire de l'abbaye de Talmond (par Boutetière). Poitiers 1873. 8.

Cartulaire des abbayes de St.-Pierre de la Couture et de St.-Pierre de Solesmes, publié par les Bénédictins de Solesmes. Le Mans 1881. 4.

Cartulaire du prieuré de N.-D. de Longpont. Lyon 1879. 8.

Cartularium abbatiae de Whiteby. Edinburgh 1878. 8. 1—2. (in The Publicat. of the Surtees Society vol. 69 et 72).

Cassiodori opera omnia ed. Garetius. Rotomagi 1679. fol. 1—2.
Castaigne Chronique latine de l'abbaye de la Couronne. Paris 1864. 4.
Castellini Storia della città di Vicenza. Vicenza 1783. 8. 1—14.
Catalanus De ecclesia Firmana eiusque episcopis et archiepiscopis commentarius. Firmi 1783. 4.
Catel Mémoires de l'histoire du Languedoc. Tolose 1633. fol.
Cenni Concilium Lateranense Stephani III. Romae 1735. 4.
Cenni Monumenta dominationis pontificiae. Romae 1760. 4. 1—2.
Ceoldo Memorie della chiesa ed abbazia di S. Stefano di Carrara nella diocesi di Padova. Venezia 1802. 4.
Chaix de Lavarène vide Monum. pont. Arverniae.
Champollion-Figeac Chartes et Manuscrits sur papyrus. Paris 1840. fol.
Chapeaville Gesta pontificum Tungrensium Traiectensium et Leodiensium. Leodii 1612. 4. 1—2.
Charmasse Cartulaire de l'église d'Autun. Paris-Autun 1865. 4.
Charmasse Cartulaire de l'évêché d'Autun. Autun-Paris 1880. 4.
(Chartonnet) De canonicorum ordine disquisitiones. Parisiis 1697. 4.
Charvet L'histoire de l'abbaye royale de S.-André-le-haut de Vienne, publ. par Allut. Lyon 1868. 8.
Chazaud Fragments du cartulaire de la Chapelle-Aude. Moulins 1860. 8.
Chenu Archiepiscoporum et episcoporum Galliae chronologica historia. Parisiis 1621. 4.
Cheruel Histoire de Rouen. Rouen 1843. 8. 1—2.
Chevalier Cartulaire d'Aimoin de Chissé. Colmar 1869. 8. (in Chevalier Doc. hist. inéd. livr. 3.)
Chevalier Cartulaire de l'abbaye de Saint-André-le-Bas de Vienne. Lyon 1869. 8. (Coll. de Cartul. Dauphinois T. I.)
Chevalier Documents historiques inédits sur le Dauphiné. Paris-Lyon 1869. 8. Livraison 1—6.
Chevalier Documents inédits relatifs à l'église de Lyon. Lyon 1867. 8.
Chevalier Mémoires historiques de Poligny Lons-le-Saunier 1767. 4. 1—2.
Chifflet S. Bernardi Clarevallensis abbatis genus illustre assertum. Divione 1660. 4.
Chifflet Histoire de l'abbaye royale et de la ville de Tournus. Dijon 1664. 4.
Chifflet Lettre touchant Beatrix de Chalon. Dijon 1656. 4.
Choiseul Mémoire pour M. l'archevêque de Cambrai 1769. 4.
Cholet Cartulaire de l'abbaye de Saint-Etienne de Baigne (en Saintonge). Niort 1868. 4.
Chronica de Mailros ed. J. Stevenson. Edinburgi 1835. 4. (Publications of the Bannatyne Club vol. 50.)
Chronica monasterii de Melsa ed. by Bond. London 1866. 8. 1—3.
Chronicon monasterii de Abingdon ed. by Stevenson. London 1858. 8. 1—2.
Chronicon monasterii Aldenburgensis maius ed. Van de Putte. Gandavi 1843. 4.
Chronicon monasterii de Bello. Londini 1846. 8.
Chronicon abbatiae de Evesham ed. by Macray. London 1863. 8.
Chronicon et cartularium abbatiae S. Nicolai Furnensis ed. V(an de Putte) et C(arton). Brugis 1849. 4.
Chronicon Lunaelacense. 1748. 4.
Chronicon Saxonicum ed. Gibson. Oxonii 1692. 4.
Chronicon Vormeselense per V(an de Putte) et C(arton). Brugis 1847. 4. (in Recueil des chroniques etc. de la Flandre occidentale.)
Chronik der Diözese Trier. Trier 1828. 8.
Chronique d'Arras et de Cambrai par Balderic, revue et enrichie par le Glay. Paris 1834. 8.
Chronique de St. Bavon à Gand par Jean de Thielrode. Gand 1835. 8.
Cianfogni Memorie istoriche dell' Ambrosiana basilica di S. Lorenzo in Firenze. Firenze 1804. 4.
Ciarlanti Memorie historiche del Sannio. In Isernia 1644. fol.
Cibrario e Promis Documenti, sigilli e monete. Torino 1833. 8.
Ciro de la Ville Histoire de l'abbaye de la Grande-Sauve. Paris 1844. 8. 1—2.
Clementis Romani Epistulae ed. Tischendorf. Lipsiae 1873. 4.
Cocquelines Bullarum privilegiorum ac diplomatum Romanorum pontificum amplissima collectio. Romae 1739. fol. 1—28.
Codex diplomaticus Cavensis edid. Morcaldi, Schiani et Sylvano de Stephano. Neapoli 1873. 4. 1—5.
Codex diplomaticus Lubecensis. Lübeck 1843. 4. Abth. I. 1—5, Abth. II. vol. 1.
Codex diplomaticus maioris Poloniae. Poznaniae 1877. 4. 1—4.
Codex diplomaticus Saxoniae regiae. Leipzig 1864. 4. II. Hauptheil 1—9; I. Hauptheil I. (1882.)
Codex Laureshamensis. Mannhemii 1768. 4. 1—3.
Codice diplomatico del sacro militare ordine Gerosolimitano. Lucca 1733. fol. 1—2.
Codice diplomatico Istriano (ed. P. Kandler). Trieste 1847—1861.
Le Cointe Annales ecclesiastici Francorum. Parisiis 1665. fol. 1—8.
Collectio Bambergensis (nondum impressa) in cod. Bamb. P. I. 11. saec. XIII.
Collectio Britannica ed. Ewald Neues Archiv V. 275—414 et 505—596.
Collectio Cassellana in Boehmeri Corp. iur. can. II. Append. p. 181 sq.
Collectio Lipsiensis in Quinque compil. ant., vide ibid.
Collectio Lucensis ap. Baluze Misc. III. 386.
Collection de Cartulaires Dauphinois. Lyon 1868. 8. Vol. I. II. liv. 1, III. liv. 1, IV. p. 320, VI. 1—2.
Collection des Cartulaires de France. Paris 1840. 4. 1—9.
Colliette Mémoires de la province du Vermandois. Cambrai 1771. 4. 1—3.
Colmenares Historia de la insigne ciudad de Segovia. Madrid 1640. fol.
Colucci Antichità Picene. Fermo 1786. fol. 1—31.
Compagnoni Memorie istorico-critiche della chiesa di Osimo. Roma 1782. 4.
Compendiosum abbatiae Longipontis Suessionensis chronicon. Parisiis 1652. 8.
Compilatio I et II in Augustini Tarrac. Opp. IV. 1—423, in Quinque compilat. ed. Friedberg p. 1—104.
Compte-rendu des séances de la commission royale d'histoire ou recueil de ses bulletins. Bruxelles 1844—1882. 8.
Conciliorum Galliae collectio. Opera et studio monachorum congr. S. Mauri. Parisiis 1789. fol. vol. I.
Contator De historia Terracinensi. Romae 1706. 4.
De-Conti Notizie storiche della città di Casale. Casale 1838. 8. 1—11.
De Conti di San Quintino vide San Quintino.
Coppi Annali di Sangimignano. Firenze 1695. 4.
Cornelius Ecclesiae Venetae. Venetiis 1749. 4. 1—15.
Corpus iuris canonici ed. Boehmer. Halae 1747. 4. 1—2.
Corpus iuris canonici ed. Richter. Lipsiae 1836. 4. 1—2.
Corpus iuris canonici ed. Friedberg. Lipsiae 1879. 4. 1—2.
Corssen Alterthümer und Kunstdenkmale des Cisterzienserklosters St. Marien zur Pforte. Halle 1868. 4.
Costanzo Disamina degli scrittori e dei monumenti risguardanti S. Rufino. Assisi 1797. 4.
Courd-Luys Cartulaire de St.-Spire de Corbeil au diocèse de Paris. Rambouillet 1882. 8. (in Mém. et doc. de la soc. arch. de Rambouillet VI.)
Courson Cartulaire de l'abbaye de Redon. Paris 1863. 8.
Cousin Histoire de Tournay. Douay 1619. 4. 1—2.
Coussemaker Notice sur les archives de l'abbaye de Bourbourg. Dunkerque 1859. 8.
Coustant Epistolae Romanorum pontificum. Parisiis 1721. fol. vol. I.
Coutumes des pays et comté de Flandre. Bruxelles 1868. 4. vol. I. (Coutume de Gand.)
Cronica canonici ordinis. Cremonae 1536. 4.
Cronica et cartularium monasterii de Dunis. Brugis 1864. 4.

Croonendael Cronique du pays et conté de Namur, publ. par le Comte de Limminghe. Bruxelles 1878. 4. 1—2.
Cruceus Rerum Cadurcensium ab episcopis gestarum historia. Cadurci 1626. 4.
Crusii Annales Suevici. Francofurti 1595. fol. 1—3.
Cunha Catalogos dos bispos do Porto. Porto 1742 fol. 1—2.
Cusano Discorsi historiali concernenti la vita et attioni de Vescovi di Vercelli. Vercelli 1676. 4.
Cypraei Annales episcoporum Slesvicensium. Coloniae Agrippinae 1634. 8.
S. Cypriani episcopi Carthaginiensis et martyris opera ed. Baluzius. Parisiis 1726. fol.
S. Cypriani Opera omnia ed. G. Hartel. Vindobonae 1868. 8. 1—3. (in Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum. Vol. III.)
S. Cyrilli Alexandrini Opera. Lutetiae 1626. fol. 1—6.

Daenische Bibliothek. Copenhagen u. Leipzig 1738. 8. 1—8.
Daire Histoire de Doullens. Amiens 1784. 8.
Dalhammer Canonia Rohrensis. Ratisponae 1784. fol.
Damasi Papae Opuscula et gesta ed. A. M. Merenda. Romae 1754. fol.
Défense de l'église de Toul. Toul 1727. 4.
Delaborde Chartes de Terre Sainte provenant de l'abbaye de N.-D. de Josaphat. Paris 1880. 8.
Delaville le Roulx Documents concernant les Templiers. Paris 1882. 8.
Delaville le Roulx Les archives de l'ordre de St.-Jean de Jérusalem à Malte. Paris 1883. 8.
Delisle Chronique de Robert de Torigni. Rouen 1872. 8. 1—2.
Delisle Mélanges de paléographie et de bibliographie. Paris 1880. 8.
Deloche Cartulaire de l'abbaye de Beaulieu (en Limousin). Paris 1859. 4.
Denis Codices manuscripti theologici bibliothecae palatinae Vindobonensis. Vindobonae 1793. fol. 1—2.
Desjardins Cartulaire de l'abbaye de Conques en Rouergue. Paris 1879. 8.
Deusdedit Collectio canonum edita a P. Martinucci. Venetiis 1869. 8.
Devillers Description analytique de cartulaires et de chartriers du Hainaut. Mons 1865. 8. 1—8.
Diago Annales del reyno de Valencia. Valencia 1613. fol.
Diago Historia de los victorisissimos antiguos condes de Barcelona. Barcelona 1603. fol.
Difesa seconda del dominio temporale della sede apostolica sopra la città di Commacchio. Roma 1711. 4.
Diffiniciones de la orden y cavalleria de Calatrava. Matriti 1660. fol.
Diplomatarium Islandicum. Kaupmannahöfn 1857. 8.
Diplomatarium Norwegicum ed. Lange, Unger et Huitfeld. Christianiae 1847. 8. 1—9.
Dissertatio historica de summo apostolicae sedis imperio in urbem comitatumque Comacli 1709. 4.
Dissertazioni della pontificia academia Romana di archeologia. Roma 1821. 4. 1—15.
Dlugossi Historia Poloniae. Lipsiae 1711. fol. 1—2.
Documenti di storia Italiana. Firenze 1884. 4. T. VIII.
Documents historiques bas latins, provençaux et français concernant principalement La Marche et le Limousin, par Leroux, Molinier et Thomas. Limoges 1883. 8. 1—2.
Documents inéd. p. s. à l'hist. de Bourgogne vide Analecta Divionensia.
Documents inédits relatifs au Dauphiné. Grenoble 1865. 8. vol. I (ed. Auvergne), vol. II (ed. Chevalier).
Documents de l'histoire des Vosges (par Duhamel). Epinal-Paris 1868. 8. 1—7.
Doebner Urkundenbuch der Stadt Hildesheim. Hildesheim 1881. 8.
Döllinger Hippolytus und Kallistus, oder die römische Kirche in der ersten Hälfte des 3. Jahrhunderts. Regensburg 1853. 8.

Dolbet vide Toustain de Billy.
Dondi dall' Orologio Dissertazioni sopra l'istoria ecclesiastica di Padova. Padova 1802. 4. 1—9.
Donesmondi Dell' istoria ecclesiastica di Mantova. Mantova 1612. 4. 1—2.
Doniol Cartulaire de Sauxillanges. Clermont-Ferrand et Paris 1864. 4.
Dorado Compendio historico de la ciudad de Salamanca. Salamanca 1776. 4.
Doublet Histoire de l'abbaye de S. Denys en France. Paris 1625. 4.
Dressel Patrum apostolicorum Opera. Lipsiae 1857—1875. 8. 1—3.
Dreyhaupt Pagus Neletici et Nudzici, oder Beschreibung des Saal-Creyses. Halle 1755. fol. 1—2.
van Drival vide Guimann.
Dronke Codex diplomaticus Fuldensis. Cassel 1850. 4.
Droz Mémoires pour servir à l'histoire de la ville de Pontarlier. A Besançon 1760. 8.
Dubois Historia ecclesiae Parisiensis. Parisiis 1690. fol. 1—2.
Duchesne Historiae Francorum scriptores coaetanei. Lutetiae Paris. 1636. fol. 1—5.
Duchesne Histoire généalogique des ducs de Bourgogne (in Histoire des roys, ducs et comtes de Bourgogne. Paris 1619. 4.).
Duchesne Histoire généalogique de la maison de Bar-le-duc. Paris 1631. fol.
Duchesne Histoire généalogique des maisons de Guines. Paris 1631. fol.
Duchesne Histoire généalogique de la maison de Bethune. Paris 1639. fol.
Duchesne (Fr.) Histoire des tous les cardinaux François. Paris 1660. fol. 1—2.
Duchet et Giry Cartulaires de l'église de Térouane. Saint-Omer 1881. 4.
Duellius Miscellanea. Augustae Vind. et Graecii 1723. 4. 1—2.
Dümgé Regesta Badensia. Carlsruhe 1836. 4.
Dunod Histoire des Sequanois. Dijon 1735. 4. 1—2.
Dunod Histoire de l'église, ville et diocèse de Besançon. Besançon 1750. 4. 1—2.
Dupré Recherches historiques sur Romarantin. Orléans 1875. 8. (etiam in: Mém. de la soc. arch. de l'Orléanais. T. XIV.)
Dupuy L'estat de l'église du Perigord. A Perigueux 1716. 8. 1—2.
Duval Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Châtelliers. Niort 1872. 8.
Duvivier Recherches sur le Hainaut ancien. Bruxelles 1866. 8.
Dümmler Auxilius und Vulgarius. Leipzig 1866. 8.
Dümmler Gesta Berengarii imperatoris. Halle 1871. 8.
Dümmler Pilgrim von Passau und das Erzbisthum Lorch. Leipzig 1854. 8.
Dynter Chronique des ducs de Brabant ed. de Ram. Bruxelles 1854. 4. 1—3.

Eadmeri Vita S. Anselmi et historia novorum in appendice operum S. Anselmi.
Eccard Corpus historicum medii aevi. Lipsiae 1723. fol. 1—2.
Eccard Historia genealogica principum Saxoniae superioris. Lipsiae 1722. fol.
Eclaircissement des privilèges de l'ordre de Cisteaux. Liège 1714. 4.
(Eichhof) Materialien zur geist- und weltlichen Statistik des niederrheinischen und westphälischen Kreises. Erlangen 1781. 8. 1—3.
Eichhorn Episcopatus Curiensis in Rhaetia 1797. 4.
Eltester und Goerz vide Beyer M. U.
Ennen und Eckertz Quellen zur Geschichte der Stadt Köln. Köln 1860. 8. 1—6.
Ennodii episcopi Ticinensis opera ed. Sirmondus. Parisiis 1611. 8.
Epistolae S. Bonifacii ed. Würdtwein. Magontiaci 1789. fol.
Epistolae Innocentii III. vide Innoc.

Epistolae et vita divi Thomae martyris et archiepiscopi Cantuariensis ed. Lupus. Bruxellis 1682. 4.
Epistolae S. Thomae Cantuariensis archiepiscopi et martyris ed. Giles. Oxonii 1845. 8. 1—2.
Erath Codex diplomaticus Quedlinburgensis. Francofurti 1764. fol.
Erben Regesta Bohemiae et Moraviae. Pragae 1855. 4. vol. I.
Erhard (Wilmans) Regesta historiae Westphaliae. Münster 1847. 4. 1—4. I.
Erhard u. Rosenkranz Zeitschrift für westfälische Geschichte u. Alterthumswissenschaft. Münster 1838. 4. 1—10.
Ernst Histoire du Limbourg, publ. par Lavalleye. Liége 1837. 8. 1—7.
Escalona Historia del real monasterio de Sahagun. Madrid 1782. fol.
Eusebii Chronicorum libri duo ed. A. Schoene. Berolini 1875. 1866. 4. 1—2.
Eusebii Pamphilii Historia ecclesiastica in Historiae ecclesiasticae scriptores graeci. Amstelodami 1695. fol.
Eusebii Pamphili Historiae ecclesiasticae libri decem ed. H. Laemmer. Scaphusiae 1862. 8.
Ewald Studien zur Ausgabe des Registers Gregors I. Hannover 1878. 8. (Neues Archiv III.)

Fabrik Rolls of York Minster. Durham 1859. 8. (In Publications of the Surtees Society vol. 35.)
Falke Codex traditionum Corbeiensium. Lipsiae et Guelferbyti 1752. fol.
Falkenstein Codex diplomaticus antiquitatum Nordgaviensium. Francofurti et Lipsiae 1733. fol.
Fantuzzi Monumenti Ravennati. Venezia 1801. 4. 1—6.
Farlatus Illyricum sacrum. Venetiis 1751. fol. 1—8.
Federicius Rerum Pomposianarum historia. Romae 1781. 4. vol. I.
Fejér Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus et civilis. Budae 1829. 8. 1—11.
Félibien Histoire de l'abbaye royale de Saint Denys. Paris 1706. fol.
Félibien Histoire de la ville de Paris. 1725. fol. 1—5.
(Fell) Rerum Anglicarum scriptorum veterum tom. I. Oxonii 1684. fol.
Fernandez Historia y anales de la ciudad y obispado de Plasencia. Madrid 1627. fol.
Ferreoli Locrii Chronicon Belgicum. Atrebati 1616. 4.
(Ferrer) Historia del apostol de Iesus Christo Sanctiago. Madrid 1610. fol.
Feyerabend Des ehemaligen Reichsstiftes Ottenbeuren Jahrbücher. Ottenbeuren 1813. 8. 1—2.
Ficker Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens. Innsbruck 1874. 8. 1—4.
Fickler Quellen und Forschungen zur Geschichte Schwabens und der Ost-Schweiz. Mannheim 1859. 4.
Filz Geschichte des salzburgischen Benedictinerstifts Michaelbeuern. Salzburg 1833. 8. 1—2.
Finestres Historia de el real monasterio de Poblet. Cervera 1753. 4. 1—4.
Fink Die geöffneten Archive des Königreichs Baiern. Bamberg 1822. 8. 1—3.
Fioravanti Memorie istoriche di Pistoja. Lucca 1758. 4.
Fiorentini Memorie della gran contessa Matilda, ed. Mansi. Lucцae 1756. 4.
Fischer Merkwürdigere Schicksale des Stiftes u. der Stadt Klosterneuburg. Wien 1815. 8. 1—2.
Fleureau Les antiquitez de la ville et du duchez d'Estampes. Paris 1683. 4.
Florez (Risco, Merino, de la Canal, de Baranda, de la Fuente) España sagrada. Madrid 1754. 4. 1—51.
Florival Etude historique sur le XII^e siècle. Paris 1877. 8.
Floss Die Papstwahl unter den Ottonen. Freiburg im Breisgau 1858. 8.
Fonseca De basilica S. Laurentii in Damaso libri tres. Fani 1745. fol.
Font Histoire de l'abbaye royale de Saint-Michel de Cuxa. Perpignan 1882. 8.
Fontes Rerum Austriacarum. Wien 1849. 8. Abth. I: Scriptores 1—8, Abth. II: Diplomataria et acta 1—42.
Forcella Catalogo dei manoscritti riguardanti la storia di Roma nella bibliotheca Vaticana. Torino-Roma-Firenze 1879. 8. 1—2.
Forcella Iscrizioni delle chiese e d'altri edificii di Roma. Roma 1869. 4. 1—13.
Forschungen zur Deutschen Geschichte. Göttingen 1862. 8. 1—25.
Franchi Historia del patriarcha S. Giovan Gualberto primo abbate del monastico ordine di Vallombrosa. Fiorenza 1640. 4.
Freiburger Diöcesan Archiv. Freiburg 1865. 8. 1—16.
Freyberg Sammlung historischer Schriften und Urkunden. Stuttgart und Tübingen 1827. 8. 1—4.
Friedberg vide Quinque compilationes.
Friedländer Ostfriesisches Urkundenbuch. Emden 1878. 4. vol. I.
Frisi Memorie storiche di Monza. Milano 1794. 4. 1—3.
Froelich Diplomatarium Garstense. Viennae Austriae 1754. 4.
Fuente (de la) Historia ecclesiastica de España. Madrid 1874. 8. 1—6.
Fuente (de la) vide Florez.
Fumi Codice diplomatico della città d'Orvieto. In Firenze 1884. 4. (Docum. di stor. ital. T. VIII.)
Fyot Histoire de l'église de St. Etienne de Dijon. Dijon 1696. fol.

Gale Historiae Britannicae Saxonicae Anglo-Danicae Scriptores XV. Oxoniae 1691. fol. 1—2.
(Galletti) Memorie di tre antiche chiese di Rieti. Roma 1765. 8.
Galletti Del primicero della santa sede apostolica. Roma 1776. 4.
Galletti Del vestarario della santa Romana chiesa. Roma 1758. 4.
Galletti Ragionamento dell' origine della badia Fiorentina. In Roma 1773. 4.
Gallia Christiana ed. Sammarthani. Lutetiae Paris. 1656. fol. 1—4.
Gallia Christiana opera congregationis S. Mauri. Parisiis 1716. fol. 1—16.
(Garampi) Illustrazione di un antico sigillo della Garfagnana. Romae 1759. 4.
Gariel Series praesulum Magalonensium et Monspeliensium. Tolosae 1665. fol. 1—2.
Gassendi Notitia ecclesiae Diniensis. Parisiis 1654. 4.
Gattula Historia abbatiae Cassinensis. Venetiis 1733. fol. 1—2.
Gattula Ad Historiam abbatiae Cassinensis accessiones. Venetiis 1734. fol. 1—2.
Gebele Das Leben und Wirken des Bischofs Hermann von Augsburg. Augsburg 1870. 8.
Geisz Ungedruckte Urkunden und Regesten (Oberbayrisches Archiv XVII. 2). München 1857. 8.
Gemelli Dell' unica chiesa cathedrale di Novara. 1798. 4.
Gerbert Historia nigrae silvae. 1793. 4. 1—3.
Gercken Diplomataria veteris marchiae Brandenburgensis. Salzwedel 1765. 8. 1—2.
Gercken Stiftshistorie von Brandenburg. Braunschweig und Wolffenbüttel 1766. 4.
Gercken Codex diplomaticus Brandenburgensis. Salzwedel 1769. 4. 1—8.
(Germain) Histoire de l'abbaye de Notre-dame de Soissons. Paris 1675. 4.
Germer-Durand Cartulaire du chapître de Notre-Dame de Nimes. Nimes 1874. 8.
Der Geschichtsfreund. Einsiedeln 1843. 8. 1—6.
Geschichtsquellen der Provinz Sachsen. Halle 1875. 8. voll. II—VII, IX—XIII, XV.
Geslin de Bourgogne vide Anciens évêchés de Bretagne.

Gesta abbatum monasterii S. Albani auctore Thoma Walsingham ed. by Riley. London 1869. 8. 1—3.
Gheldolf Coutume de la ville de Gand. Bruxelles 1868. 4. (in Coutumes de Flandre vol. I.)
Ghilini Annali di Alessandria. Milano 1666. fol.
Giesebrecht Geschichte der deutschen Kaiserzeit. 4. Aufl. Braunschweig 1873. 8. 1—5.
Gilberti Foliot ex abbate Glocestriae episcopi primum Herefordiensis deinde Londoniensis epistolae ed. Giles. Oxonii 1845. 8. 1—2.
Giraud Essai historique sur l'abbaye de S. Barnard et sur la ville de Romans accomp. de preuves. Lyon 1856. 8. 1—2.
Giry Histoire de la ville de Saint-Omer. Paris 1877. 8.
Del Giudice Notizie dello stato antico et presente delle possessioni e diocesi del' arcivescovado di Morreale (apud Lello Descrizione del real tempio di Morreale; ristampata . . . opera del padre Don Mich. del Giudice. In Palermo 1702. fol.
Giulini Memorie di Milano. Milano 1760. 4. 1—7.
Le Glay Glossaire topographique de l'ancien Cambrésis. Cambray 1849. 8.
Le Glay Nouveaux Analectes. Paris 1852. 8.
Gloria Codice diplomatico Padovano dall' anno 1101 alla pace di Constanza. Venezia 1879. 4. 1—2.
Gloria Codice diplomatico Padovano dal secolo sesto a tutto l'undecimo. Venezia 1877. 4.
Gloria Compendio delle lezioni di paleografia e diplomatica (con tavole). Padova 1870. 8. et fol.
Glycae Annales ed. Becker. Bonnae 1836. 8.
Goerz Mittelrheinische Regesten. Coblenz 1876. 8. 1—2.
Goffinet Cartulaire de l'abbaye d'Orval. Bruxelles 1879. 4.
Goiffon Bullaire de l'abbaye de Saint-Gilles. Nismes 1882. 8.
Gonzalez Collectio canonum ecclesiae Hispanae. Matriti 1808. 1821. fol. 1—2. (Migne Patr. lat. tom. 84.)
Gosse Histoire de l'abbaye d'Arrouaise. Lille 1786. 4.
Gouverneur Essais historiques sur le Perche. Nogent-le-Rotrou. 1882. 8.
Gradonicus Pontificum Brixianorum series. Brixiae 1755. 4.
Granata Storia sacra della chiesa metropolitana di Capua. In Napoli 1766. 4. 1—2.
Grandidier Histoire de l'église de Strasbourg. à Strasbourg 1777. 4. 1—2.
Grandidier Histoire ecclésiastique de la province d'Alsace. à Strasbourg 1787. 4. 1—2.
Gratiani decretum in Corp. iur. can.
Gravier Histoire de St. Dié. Epinal 1836. 8.
S. Gregorii opera ed. Gussanvillaeus. Lutetiae Parisiorum 1675. fol. 1—3.
S. Gregorii opera omnia ed. Maurinorum (Benedictina). Parisiis 1705. fol. 1—4. (Migne Patr. lat. tom. 75—79.)
S. Gregorii opera omnia ed. Galliccioli. Venetiis 1768. 4 1—17.
Greinwald Origines Raitenbuchae. Monachii 1797. 4. vol. I.
Gudenus Codex diplomaticus. Goettingae 1743. 4. 1—5.
Günther Codex diplomaticus Rheno-Mosellanus. Coblenz 1822. 8. 1—5.
Guiberti abbatis S. Mariae de Novigento opera, ed. d'Achery. Lutetiae Paris. 1651. fol.
Guichenon Bibliotheca Sebusiana in Hofmanni novae scriptorum coll. vol. I.
Guichenon Histoire généalogique de la maison de Savoye. Lyon 1660. fol. 1—2.
Guichenon Histoire de Bresse et de Bugey. Lyon 1650. fol. 1—4.
Guichenon Episcoporum Bellicensium chronographica series. Parisiis 1642. 4.
Guignard Les anciens statuts de l'hôtel-dieu-le-comte de Troyes. Troyes 1853. 8.
Guigue Cartulaire de Notre-Dame de Beaujeu. Lyon 1864. 4.
Guigue Cartulaire Lyonnais. Lyon 1885. 4. vol. I.
Guigue Documents inédits pour servir à l'histoire de Dombes. Trevoux 1868. 4. (T. IV. ad: Aubret Mémoires etc. de Dombes.)
Guilielmi Neubrigensis Historia ed. Hearnius. Oxonii 1879. 8. 1—2.
Guillaume Essai historique sur l'abbaye de Cava. Cava dei Tirreni 1877. 8.
Guillaume L'ordine Cluniacense in Italia ossia vita di S. Pietro Salernitano. Cava dei Tirreni 1876. 8.
Guimann Cartulaire de l'abbaye de Saint-Vaast d'Arras publié par van Drival. Arras 1875. 8.
Guinot Etude historique sur l'abbaye de Remiremont. Paris 1859. 8.

Haddan and Stubbs Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain and Ireland. Oxford 1869. 8. 1—3.
Hahn Jahrbücher des fränkischen Reichs 741—752. Berlin 1863. 8.
Hale Registrum prioratus B. Mariae Wigorniensis. Londini 1865. 8.
Hansizius Germania sacra. Augustae Vindelic. 1727. fol. 1—2.
Harttung Diplomatisch-historische Forschungen. Gotha 1879. 8.
Hasselbach und Kosegarten Codex Pomeraniae diplomaticus. Greifswald 1862. 4. vol. I.
Heda Historia episcoporum Ultraiectensium. 1642. fol.
Hefele Conciliengeschichte. 2. Aufl. Freiburg i. Br. 1873. 8. 1—4; 1. Aufl. Bd. 5.
Heineccius Antiquitatum Goslariensium libri sex. Francofurti 1707. fol.
Heinemann Albrecht der Bär. Darmstadt 1864. 8.
Heinemann Codex diplomaticus Anhaltinus. Dessau 1867. 4. 1—5.
Hemeraeus Augusta Viromandorum vindicata et illustrata. Parisiis 1643. 4.
Hennes Codex diplomaticus ordinis S. Mariae Theutonicorum. Mainz 1845. 8. 1—2.
Henriquez Fasciculus sanctorum ordinis Cisterciensis. Bruxellae 1623. fol.
Henriquez Regula constitutiones et privilegia ordinis Cisterciensis. Antverpiae 1630. fol.
Henry Histoire de l'abbaye de Pontigny. Auxerre-Avallon. 1839. 8.
Herberti de Boseham opera quae exstant omnia ed. Giles. Oxonii 1846. 8. 1—2.
Hergenröther Photius, Patriarch von Constantinopel. Regensburg 1867. 8. 1—3.
Herrgott Genealogia diplomatica augustae gentis Habsburgicae. Viennae Austriae 1737. fol. 1—3.
Hess Prodromus monumentorum Guelficorum. Augustae Vindelic. 1780. 4.
Hess Monumentorum Guelficorum pars historica Typis Campidonensibus 1784. 4.
(Heyberger) Die — vertheidigte Landeshoheit Bambergs über Fürth. Bamberg 1774. fol.
Hickesius Linguarum veterum septentrionalium thesaurus. Oxoniae 1705. fol. 1—3.
Hidber Diplomata Helvetica varia. Bern 1873. 8.
S. Hieronymi Stridonensis presbyteri opera ed. Vallarsius. Veronae 1734. fol. 1—10.
S. Hilarii Pictaviensis episcopi opera ed. Benedictini. Veronae 1730. fol. 1—2.
Hincmari archiepiscopi Remensis Opera ed. Sirmond. Lutetiae Paris. 1645. fol. 1—2.
S. Hippolyti Refutationes omnium haeresium librorum decem quae supersunt, edd. Duncker et Schneidewin. Gottingae 1859. 8. (Philosophumena.)
Hirn Kirchen- und reichsrechtliche Verhältnisse des salzburgischen Suffraganbisthums Gurk. Krems 1872. 8.
Histoire de Dauphiné (autor. Valbonnais). Génève 1722. fol. 1—2.
Histoire de Metz par des religieux Bénédictins. Metz 1769. 4. 1—6.
Histoire ecclésiastique de la ville d'Abbeville par Ignace-Joseph de Jesus-Maria. A Paris 1646. 4.

Histoire générale de Languedoc. Paris 1730. fol. 1—5.
Histoire générale de Languedoc, (nouvelle édition). Toulouse 1875. 4.
Historia et cartularium monasterii S. Petri Gloucestriae ed. by Hart. London 1863. 8. 1—3.
Historia monasterii S. Augustini Cantuariensis ed. by Hardwick. London 1858. 8.
Historiae Dunelmensis scriptores tres. London-Edinburg 1839. 8 (in Publications of the Surtees Soc. vol. 9).
Historiae patriae monumenta. Augustae Taurinorum 1836. —1884. fol.
Historisch-statistisches Archiv für Süddeutschland (hgb. v. Hormayr). Frankfurt und Leipzig 1807. 8. 1—2.
Historisches Jahrbuch. Münster 1880. 8. 1—5.
History and antiquities of Westmorland and Cumberland by Nicolson and Burn. London 1777. 4. 1—2.
Hocker Supplementa zum Heilsbronnischen Antiquitätenschatz. Nürnberg 1739. fol.
Hodenberg Calenberger Urkundenbuch. Hannover 1855. 4. 1. 3. 5—9.
Hodenberg Verdener Geschichtsquellen. Celle 1859. 8. 1—2.
Hoefer, Erhard u. Medem Zeitschrift für Archivkunde, Diplomatik u. Geschichte. Hamburg 1834. 8. 1—2.
Hoffmann Nova scriptorum ac monumentorum collectio. Lipsiae 1731. 4. 1—2.
Hollebeke Cartulaire de St. Pierre de Loo. Bruxelles 1870. 4.
Hollebeke L'abbaye de Nonnenbosche. Bruges 1865. 4.
Holstenius Collectio Romana bipartita. Romae 1662. 8. 1—2.
Hontheim Historia Trevirensis diplomatica. Augustae Vind. et Herbipoli 1750. fol. 1—3.
Hormayr Archiv für Geographie, Historie, Staats- u. Kriegskunst. Wien 1810. 4. 1—24.
Hormayr Geschichte der gefürsteten Grafschaft Tirol. Tübingen 1806. 8. 1—2.
Hormayr Sämmtliche Werke. Stuttgart u. Tübingen 1820. 8. 1—3.
Horoy Medii aevi bibliotheca patristica. Paris 1879. 8. 1—4.
Hubert Antiquitez historiques de l'église royale Saint Aignan d'Orleans. A Orleans 1661. 4.
Hueber Austria ex archivis Mellicensibus illustrata. Lipsiae 1722. fol.
Hüffer Beiträge zur Geschichte der Quellen des Kirchenrechts. Münster 1862. 8.
(Hugo) La vie de S. Norbert. Luxembourg 1704. 4.
Hugo Sacrae antiquitatis monumenta. Stivagii 1725. fol. 1—2.
(Hugo) Sacri et canonici ordinis Praemonstratensis annales. Nanceii 1734. fol. 1—2.
Huillard-Bréholles Titres de la maison ducale de Bourbon. Paris 1867. 4. vol. I.
Hund Metropolis Salisburgensis ed. Gewoldus. Monachii 1620. fol. 1—3.
Hundt Urkunden des Klosters Indersdorf. München 1863. 8. 1—2 (etiam in Oberbayer. Archiv 24 et 25).
Hunter Ecclesiastical documents. London 1840. 4.
Huynes Histoire général de l'abbaye du Mont St. Michel. Rouen 1872. 8. 1—2.

Iacobilli Cronica della chiesa e monastero di S. Croce di Sassovivo nel territorio di Foligno. In Foligno. 1653. 4.
Iacobs Urkundenbuch des in der Grafschaft Wernigerode belegenen Klosters Ilsenburg. Halle 1875. 8. 1—2 (in Gesch.-Qu. d. Pr. Sachsen VI).
Iäger Geschichte Frankenlands. Rudolstadt 1806. 8. 1—3.
Iaffé Bibliotheca rerum Germanicarum. Berolini 1864. 8. 1—6. (I. Mon. Corb., II. M. Greg., III. M. Mog., IV. M. Car., V. M. Bamb., VI. M. Alc.)
Iaffé Regesta Pontificum Romanorum. Berolini 1851. 4.
Iannelli Sacra guida della chiesa cattedrale di Capua. Napoli 1858. 8.
Iarry Histoire de l'abbaye de la Cour-Dieu. Orléans 1864. 8.
Ignatii Antiocheni Epistolae ed. Zahn. Lipsiae 1876. 8.
L'Illustre Orbandale, ou l'histoire ancienne et moderne de Chalon sur Saone. Chalon 1662. 4. 1—2.
Imbert Cartulaire de l'abbaye de St.-Laon de Thouars. Niort 1876. 8.
Innocentii III. Epistolae ed. Baluzius, Parisiis 1682. fol. 1—2.
Institut des provinces de France. Mémoires — 2e serie. vol. I. Paris 1845. 4.
Inventaire des archives de la chambre des comptes à Lille. Paris-Lille 1865. 4.
Ioannes Tabularum litterarumque spicilegium. Francofurti 1724. 8.
Iongelinus Notitia abbatiarum ordinis Cisterciensis, Coloniae Agrippinae 1640. fol. 1—10.
S. Irenaei episcopi Lugdunensis contra haereses libri quinque, ed. Massuet. Parisiis 1710. fol.
Iricus Tridinensis Rerum patriae libri III. Mediolani 1745. fol.
De l'Isle Histoire de l'abbaye de St. Mihiel. Nancy 1757. 4.
(Iuenin) Nouvelle histoire de l'abbaie royal de St. Filibert et de la ville de Tournus. Dijon 1733. 4.
Ivonis Carnotensis episcopi opera omnia. Parisiis 1647. fol 1—2.
Ivonis Carnotensis opp. ap. Migne Patrol. lat. 161. 162.

Khamm Hierarchia Augustana. Augustae 1707. 4. 1—5.
Kindlinger Münsterische Beiträge. Münster 1787. 8. 1—3.
Kist en Royaards Archief vor Kerkelyke Geschiedenis. Te Leiden 1829. 8. 1—20.
(Kleimayrn) Nachrichten vom Zustande der Gegenden und Stadt Iuvavia. Salzburg 1784. fol.
Kluit Historia critica comitatus Hollandiae et Zeelandiae. Medioburgi 1777. 4. 1—4
Knaut Antiquitates pagorum et comitatuum principatus Anhaltini. Francofurti 1699. 4.
Knaut Gründliche Fürstellung etlicher in Beckmanns Historie des Fürstenthums Anhalt befindlicher Irrthümer. Halle 1710. 4.
Knust De fontibus et consilio Pseudo-Isidoriae collectionis. Gottingae 1832. 8.
Köhler Das Kloster des heiligen Petrus bei Halle. Dresden (1857). 4.
Koenigsdorfer Geschichte des Klosters zum heiligen Kreutz in Donauwörth. Donauwörth 1819. 8. 1—3.
Koester Geschichte des Klosters Loccum. Göttingen 1822. 4.
Koken Beiträge zur Niedersächsischen Geschichte. Hildesheim 1833. 8. vol. I.
Kratz Der Dom zu Hildesheim. Hildesheim 1840. 8. 1—3.
Kremer Akademische Beiträge zur Gülch- und Bergischen Geschichte. Mannheim 1769. 4. 1—3.
Kreysig Beiträge zur Historie der Sächsischen Lande. Altenburg 1754. 8. 1—6.
Krusch Studien zur christlich mittelalterlichen Chronologie Der 84jährige Ostercyclus und seine Quellen. Leipzig 1880. 8.
Kuchenbecker Analecta Hassiaca. Marburgi 1728. 8. 1—12.
Kurz Beiträge zur Geschichte des Landes Oesterreich ob der Enns. Linz 1805. 8. 1—4.

Labbe Nova bibliotheca manuscriptorum librorum. Parisiis 1657. fol. 1—2.
Laboureur Les Mazures de l'abbaye royale de l'Isle Barbe. Paris 1681. 4. 1—2.
Lacomblet Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins. Düsseldorf 1840. 4. 1—4.
Lacurie Histoire de l'abbaye de Maillezais. Fontenay-le-Comte. 1852. 8.
Laffleur de Karmaingant Cartulaire de l'abbaye de St. Michel du Tréport. Paris 1880. 4.
Lalaune Histoire de Chatelleraud. Chatelleraud 1859. 8. 1—2.
Lalore Cartulaire de l'abbaye de Basse-Fontaine. Paris-Troyes 1878. 8. (Coll. T. III.)
Lalore Cartulaire de l'abbaye de la Chapelle-aux-Planches. Paris-Troyes 1878. 8. (Collection T. IV.)

Lalore Cartulaire de Montier-la-Celle. Paris-Troyes 1882. (Coll. T. VI.)
Lalore Cartulaire de l'abbaye du Paraclet. Paris 1878. 8. (Coll. T. II.)
Lalore Cartulaire de l'abbaye de Saint-Loup de Troyes. Paris 1875. 8. (Collect. T. I.)
Lalore Cartulaire de St. Pierre de Troyes. Paris-Troyes 1880. 8. (Coll. T. V.)
Lalore Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes. Paris 1875. 8. 1—6.
Lamberto de Zaragoza (Ramon de Huesca) Teatro historico de las iglesias del regno de Aragon. En Pamplona 1780. 4. 1—9.
Lami Deliciae eruditorum. Florentiae 1737. 8.
Lami Ecclesiae Florentinae monumenta. Florentiae 1759. fol. 1—4.
Lamure Histoire ecclésiastique du diocèse de Lyon. A Lyon 1671. 4.
Lancellottus Historiae Olivetanae Venetiis 1623. 4.
De Lancy Historia Fusniacensis coenobii ordinis Cisterciensis. Bono-Fonte. 1670. 4.
Lanfranci Opera omnia ed. D'Achéry. Lutetiae Paris. 1648. fol.
Lanfranci Opera omnia ed. Giles. Oxonii 1844. 8. 1—2.
Lang Regesta, sive Rerum Boicarum autographa e regni scriniis. Monaci 1822. 4. 1—10.
Lange et Unger Diplomatarium Norwegicum. Christianiae 1847. 4. vol. I.
Langebek Scriptores rerum Danicarum. Havniae 1772. fol. 1—8.
Langlois Histoire du Prieuré du Mont-aux-malades-les-Rouen. Rouen 1851. 8.
Lappenberg Hamburgisches Urkundenbuch. Hamburg 1842. 4. vol. I.
Launoii Opera omnia. Coloniae Allobrogorum 1731. fol. 1—5.
Lebeuf Mémoires concernant l'histoire d'Auxerre. Paris 1743. 4. 1—2.
Ledebur Allgemeines Archiv für die Geschichtskunde des Preussischen Staates. Berlin, Posen u. Bromberg 1830. 8. 1—18.
Ledebur Neues allgemeines Archiv etc. 1836. 8. 1—3.
Leichtlen Die Zähringer. Freiburg 1831. 4.
(Lenz) Marg-gräflich Brandenburger Urkunden. 1753. 8.
Leoncini Illustrazione sulla cattedrale di Volterra. Siena 1869. 8.
S. Leonis Magni Romani pontificis opera ed. Ballerinii. Venetiis 1753. fol. 1—3.
Lepeletier Rerum scitu dignissimarum monasterii S. Nicolai Andegavensis epitome. Andegavi 1635. 4.
Lépinois et Merlet Cartulaire de Notre-Dame de Chartres. Chartres 1862. 4. 1—3.
Lepsius Geschichte der Bischöfe des Hochstifts Naumburg. Naumburg 1846. 8. vol. I.
Lepsius Historische Nachricht vom Augustinerkloster S. Moritz zu Naumburg. Naumburg 1835. 8.
Lepsius Kleine Schriften hgb. v. Schulz (San-Marte). Magdeburg 1854. 8. 1—3.
Les trois cartulaires de Saint-Martin à Ypres. Bruges 1880. 4. 1—2.
Leuckfeld Antiquitates Gandersheimenses. Wolffenbüttel 1709. 4.
Leuckfeld Antiquitates Halberstadenses. Wolfenbüttel 1714. 4.
Leuckfeld Antiquitates Katelenburgenses. Leipzig und Wolffenbüttel 1713. 4.
Leuckfeld Antiquitates Michaelsteinenses et Amelunxbornenses. Wolffenbüttel 1710. 4.
Leuckfeld Antiquitates Poeldenses. Wolfenbüttel 1707. 4.
Leuckfeld Antiquitates Praemonstratenses. Magdeburg u. Leipzig 1721. 4.
Leuckfeld Antiquitates Walkenredenses. Leipzig u. Nordhausen 1706. 4.
Leutner Historia monasterii Wessofontani. Augustae Vind. et Friburgi 1753. 4.
Levi Il tomo I dei regesti Vaticani. Roma 1881. 8. (Archivio della società Romana di storia patria vol. IV.)
Liber cartarum prioratus S. Andreae in Scotia ed. by Bruce. Edinburgi 1841. 4. (in The publications of the Bannatyne Club vol. 73.)
Liber cartarum S. Crucis (de Edwinesburg) ed. by Egerton. Edinburgi 1840. 4. (in The publications of the Bannatyne Club vol. 74.)
Liber diurnus ou recueil des formules usitées par la chancellerie pontificale du V. au XI. siècle ed. E. de Rozière. Paris 1869. 8.
Liber ecclesiae de Scon. Edinburgi 1843. 4. (in The publications of the Bannatyne Club vol. 82, of the Maitland Club vol. 62.)
The Liber Landavensis by W. J. Rees . Llandovery. 1840. 8.
Liber pontificalis seu de gestis Romanorum pontificum ed. Vignolius. Romae 1724. 4. 1—3.
Liber S. Mariae de Calchou. Edinburgi 1846. 4. 1—2. (in The Publications of the Bannatyne Club vol. 86.)
Liber S. Mariae de Dryburgh. Edinburgi 1847. 4. (in The Publications of the Bannatyne Club vol. 87.)
Liber S. Marie de Melros. Edinburgi 1837. 4. 1—2. (in The Publications of the Bannatyne Club vol. 58.)
Liber S. Thome de Aberbrothoc. Edinburgi 1848. 4. (in The Publications of the Bannatyne Club vol. 90.)
Liberati archidiaconi ecclesiae Carthaginiensis Breviarium causae Nestorianorum ed. Garnerius. Parisiis 1675. 8.
Liljegren Diplomatarium Suecanum. Holmiae 1829. 4. 1—3.
Lipsius Chronologie der Römischen Bischöfe bis zur Mitte des vierten Jahrhunderts. Kiel 1869. 8.
Liruti Notizie delle cose del Friuli. Udine 1776. 8. 1—5.
Lisch Mecklenburgische Urkunden. Schwerin 1837. 8. 1—3.
Liverani Opere. Orvieto-Macerata 1858. 8. 1—5.
Liverani Spicilegium Liberianum. Florentiae 1863. fol.
Löher Archivalische Zeitschrift. Stuttgart-München 1876. 8. 1—9.
Loewenfeld Epistolae pontificum Romanorum ineditae. Lipsiae 1885. 8.
Lokeren Chartes et documents de l'abbaye de Saint Pierre à Gand. Gand 1868. 4.
Lokeren Histoire de l'abbaye de Saint-Bavon et de la cripte de Saint-Jean à Gand. Gand 1855 4.
Loofs Zur Chronologie der auf die fränkischen Synoden des h. Bonifatius bezüglichen Briefe der Bonifazischen Briefsammlung. Leipzig 1881. 8.
Loperraez Corvalan Descripcion historica del obispado de Osma. Madrid 1788. 8. 1—3.
Louen Histoire de l'abbaye royale de St. Jean des Vignes de Soissons. A Paris 1710. 8.
Louvet Histoire de la ville et cité de Beauvais. Rouen 1614. 8.
(Louvet) Histoire et antiquitez du pais de Beauvaisis. 1631. 8. 1—2.
Lubomirski Kodeks dyplomatyczny księstwa Mazowieckiego, w Warszawie 1863. 4.
(Luchi) Monumenta monasterii Leonensis. Romae 1759. 4.
Luciferi episcopi Caralitani opera ed. Coleti. Venetiis 1778. fol.
Ludewig Geschichtschreiber von Wirtzburg. Frankfurt 1713. fol.
Ludewig Reliquiae manuscriptorum. Francofurti et Lipsiae 1720. 8. 1—13.
Ludewig Scriptores rerum Germanicarum. Francofurti et Lipsiae 1718. fol. 1—2.
Lüntzel Die ältere Dioecese Hildesheim. Hildesheim 1837. 8.
Lupi presbyteri et abbatis Ferrariensis opera ed. Baluzius. Parisiis 1664. 8.
Lupus (Chr.) Ad Ephesinum concilium variorum patrum epistolae. Lovanii 1682. 4.
Lupus (M.) Codex diplomaticus Bergomatis. Bergomi 1784 fol. 1—2.

Maassen Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts. Graz 1870. 8. Vol. I.
Mabille Cartulaire de Marmoutier pour le Dunois. Chateaudun 1874. 8.
Mabille La pancarte noire de S. Martin de Tours. Paris 1866. 8. (Mémoires de la société archéologique de Tourraine vol. 17.)
Mabillon Acta Sanctorum ordinis Benedicti. Lutetiae Paris 1668. fol. 1—9.
Mabillon Annales ordinis S. Benedicti. Lutetiae Paris. 1703. fol. 1—6.
Mabillon De re diplomatica. Lutetiae Paris. 1709. fol.
Mabillon Vetera analecta. Parisiis 1723. fol.
Mabillon Museum Italicum. Parisiis 1724. 4. 1—2.
Mabillon et Ruinart Ouvrages posthumes. Paris 1724. 4. 1—3.
Mader Antiquitates Brunsvicenses. Helmstadi 1678. 4.
Maggi (Guiglielmo) Memorie istoriche della città di Carpi. Carpi 1707. 4.
De Magistris Istoria della città e s. basilica cattedrale d'Anagni. In Roma 1749. 4.
Mahul Cartulaire et archives des communes de l'ancien diocèse de Carcassone. Paris 1857. 4. 1—6.
Mainati Chroniche ossia memorie storiche di Trieste. Venezia 1817. 8. 1—6.
Maius Spicilegium Romanum. Romae 1839. 8. 1—10.
Maius Scriptorum veterum nova collectio. Romae 1825. 4. 1—10.
Malaspina Sulla patria del chronografo Novaliciense. Tortona 1816. 8.
Manceaux Hist. de l'abbaye et du village d'Hautvillers. Epernay 1880. 8. 1—3.
Manrique Cisterciensium seu verius ecclesiasticorum annalium tomi 1—4. Lugduni 1642. fol.
Mansi Conciliorum amplissima collectio. Florentiae 1759. fol. 1—31.
The Manx Society. Douglas, Isle of Man. 1859—66. 8. 1—13.
Manzoni Episcoporum Corneliensium sive Imolensium historia. Faventiae 1719. 4.
Marca Histoire de Béarn. Paris 1640. fol.
Marca De primatu Lugdunensi et ceteris primatibus. Parisiis 1644. 8.
Marca De concordia sacerdotii et imperii ed. Baluzius. Parisiis 1663. fol.
Marca Dissertationes tres ed. Baluzius. Parisiis 1669. 8.
Marca Marca Hispanica. Parisiis 1688. fol.
Marcaille Antiquitez du prioré de Souvigny en Bourbonnois. A Moulins 1610. 8.
Marché Reproductions photographiques de documents originaux. Lyon 1879. fol.
Marchegay Archives d' Anjou. Angers 1843. 8. 1—2.
Marchegay Cartulaires du Bas Poitou. Les Roches-Baritaud (Vendée) 1877. 8.
Marchegay Cartulaire du prieuré Bénédictin de St. Gondon sur Loire. Les Roches-Baritaud 1879. 8.
Marchegay et Mabille Chroniques des églises d'Anjou. A Paris 1869. 8.
Margarini Bullarium Casinense. Venetiis 1650. fol. 1—2.
S. Maria Chronica da ordem dos conegos regrantes do patriarcha d. Agostinho. En Lisboa. 1668. fol. 1—2.
Marian (Wendt) Geschichte der oesterreichischen Klerisey. Wien 1780. 8. 1—9.
Marini (G.) I papiri diplomatici. Romae 1805. fol.
Marini (M.) Diplomatica pontificia. Roma 1841. 4.
Marion Cartulaires de l'église cathédrale de Grenoble. Paris 1869. 4.
Marlot Metropolis Remensis historia. Insulis 1666. fol. 1—2.
Maroni Commentarius de ecclesiis et episcopis Ostiensibus et Velitrensibus. Romae 1766. 4.
Marrier Monasterii regalis S. Martini de Campis Parisiensis historia. Parisiis 1636. 4.
Martene et Durand Thesaurus novus anecdotorum. Lutetiae Paris. 1717. fol. 1—5.
Martene et Durand Veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectio. Parisiis 1724. fol. 1—9.
Martin-Marville Trosly-Loire, Mémoires historiques. Noyon 1869. 8.
Martinez Historia de la fundacion y antiguedades de San Juan de la Peña. Çaragoça 1620. fol.
De Mas Latrie Histoire de l'île de Chypre. Paris 1852—61. 8. 1—3.
Mascareñas Apologia historica por la cavalleria de Calatrava. Madrid 1651. 4.
Mason History of the church of St. Patrick near Dublin. Dublin 1820. 4.
Matile Monuments de l'histoire de Neuchatel. Neuchatel 1844. fol. 1—2.
Mattei Memorie istoriche dell' antico Tuscolo oggi Frascati. In Roma 1711. 4.
Matthaei Paris Opera ed. Wats. Londini 1640. fol.
Matthaei Parisiensis Chronica maiora ed. by Luard. London 1872. 8. 1—6.
Matthaei Parisiensis Historia Anglorum ed. by Madden. London 1866. 8. 1—3.
Meichelbeck Chronicon Benedictoburanum. 1752. fol. 1—2.
Meichelbeck Historia Frisingensis. Augustae Vind. 1729. fol. 1—4.
Meiller Regesta archiepiscoporum Salisburgensium. Wien 1866. 4.
Meklenburgisches Urkundenbuch. Schwerin 1863. 4. 1—11.
Mémoires de l'académie des sciences de Clermont-Ferrand. 1859. 8. 1—19.
Mémoires de l'académie royale des sciences, des lettres et des beaux-arts de Belgique. Bruxelles 1848. 8. 1—21.
Mémoires de la commission des antiquités du departement de la Côte-d'Or. Dijon-Paris 1841. 4. 1—9.
Mémoires de la société archéologique de Montpellier. Montpellier 1840. 4. 1—6.
Mémoires de la société archéologique de l'Orléannais. Orléans-Paris 1851. 8. 1—15.
Mémoires de la société archéologique de Touraine. Tours-Paris 1842. 8. 1—28.
Mémoires de la société de l'histoire de Paris et de l'île-de-France. Paris 1875. 8. 1—9.
Mémoires de la société d'émulation du Jura. Lons-le-Saunier 1868—1883. 8.
Mémoires de la société des antiquaires de la Morinie. Saint-Omer 1834. 8. 1—16.
Mémoires de la société des antiquaires de l'ouest. Poitiers 1836. 8. Ser. I. 1—40. Ser. II. 1—4.
Mémoires et documents inédits pour servir à l'histoire de la Franche-Comté. Besançon 1838. 8. 1—7.
Mémoires et documents publiés par la société d'histoire de la Suisse Romande. Lausanne 1838. 8. 1—36.
Mémoires et documents publiés par la société d'histoire et d'archéologie de Genève. Genève 1841. 8. 1—19.
Mémorial de Fribourg. Fribourg 1854. 8. 1—4.
Memorials of the church of SS. Peter and Wilfrid, Ripon. Durham 1882. 8. vol. I. (in The Publicat. of the Surtees Society vol. 74.)
Memorie della badia di S. Tommaso in Foglia. Pesaro 1778. 4.
Memorie e documenti per servire all' istoria del principato Lucchese. Lucca 1813. 4. 1—10.
Ménage Histoire de Sablé. Paris 1683. fol.
Ménard Histoire de Nismes. Paris 1750. 4. 1—6.
Menestrier Histoire civile de Lyon. Lyon 1696. fol.
Merino España sagrada vide Florez.
Merlet Cartulaire de l'abbaye de la St.-Trinité de Tiron. Chartres 1883. 4. 1—2.
Merlet et Moutié Cartulaire de l'abbaye de Notre-Dame des Vaux de Cernay. Paris 1857. 4. 1—2.
Messager des sciences et des arts de la Belgique. Gand 1837. 8.
Messager des sciences historiques de Belgique. Gand 1839—1882. 8.

Meurisse Histoire des evesques de Metz. Metz 1634. fol.
Meyer Thurgauisches Urkundenbuch. Schaffhausen 1883. 8. vol. II.
Meyer u. Erhard vide Zeitschrift für westfälische Gesch.
Mezger Historia Salisburgensis. Salisburgi 1652. fol.
(Michelsen) Urkundensammlung der Schleswig-Holstein-Lauenburgischen Gesellschaft. Kiel 1839. 4. 1—3.
Mieris Groot Charterbock der Graaven van Holland. Leyden 1753. fol. 1—4.
Migne Patrologiae cursus completus. Series latina. Parisiis 1844. 8. 1—221.
Migne Patrologiae cursus completus. Series graeca. Parisiis 1857. 8. 1—161.
Miraei Opera diplomatica et historica ed. Foppens. Bruxellis 1723. fol. 1—4.
Miscellanea di storia Italiana. Torino 1862. 8. 1—23.
Mittarelli Ad Scriptores rerum Italicarum accessiones historicae Faventinae. Venetiis 1771. fol.
Mittarelli et Costadoni Annales Camaldulenses. Venetiis 1755. fol. 1—9.
Mittheilungen aus dem Gebiet historisch-antiquarischer Forschungen. Naumburg 1822. 4. 1—5.
Mittheilungen aus dem Gebiet der Geschichte Liv-, Ehst- und Kurlands. Riga und Leipzig 1840. 8 1—4.
Mohr Codex diplomaticus ad historiam Raeticam. Chur 1844. 8. 1—4.
(Molossi) Memorie d'alcuni uomini illustri della città di Lodi. Lodi 1776. 4. 1—2.
Monasticum Anglicanum ed. Dodsworth et Dugdale. Londini 1655. fol. 1—3.
Monasticum Anglicanum nov. edit. Londini 1846. fol. 1—8.
Mone Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte. Karlsruhe 1848. 4. 1—3.
Monsignanus Bullarium Carmelitanum. Romae 1715. fol. 1—3.
Monsnyer Celeberrimae S. Martini Turonensis iura propugnata. Parisiis 1663. 8.
Montebello Notizie storiche, topografiche e religiose della Valsugana e di Primiero. Roveredo 1793. 8.
Montemarte Chronaca inedita degli avvenimenti d'Orvieto ed. Gualterius. Torino 1846. 8. 1—2.
Montfaucon Diarium Italicum. Parisiis 1702. 4.
Monumenta Boica. Monachi 1763. 4. 1—42.
Monumenta Germaniae historica. Hannoverae 1826—83. fol. et 4. (MG. SS. = Monum. Germ. hist. Scriptores; MG. LL. = Monum. Germ. Hist. Leges.)
Monumenta Hungariae historica. Pest 1857. 8. I. Diplomataria 1—25, II. Scriptores 1—29.
Monumenta medii aevi historica, res gestas Poloniae illustrantia. Cracoviae 1874. 4. 1—7.
Monumenta pontificia Arverniae, decurrentibus IX. X. XI. XII seculis, ed. Chaix de Lavarène. Clermont-Ferrand 1880. 4.
Monumenti istorici della Romagna, Serie II. Carte. Ravenna 1869. vol. 1. (i. e. Tarlazzi Appendice ai Monum. Ravennati.)
Morand Appendice au cartulaire de l'abbaye de Saint-Bertin. Paris 1867. 4.
Morbio Storie dei municipi Italiani. Milano 1836. 8. 1—6.
Morcaldi vide Cod. dipl. Cavensis.
Morice Mémoire pour servir de preuves à l'histoire de Bretagne. Paris 1742. fol. 1—3.
Morin Histoire générale des pays de Gastinois. Paris 1630. 4.
Moriondi Monumenta Aquensia. Taurini 1789. 4. 1—2.
Moris et Blanc Cartulaire de l'abbaye de Lérins. Paris 1883. 4. vol. I.
Möser Osnabrückische Geschichte. Berlin 1843. 8. 1—4.
Müller Documenti sulle relazioni delle città Toscane coll' Oriente cristiano. In Firenze 1879. 4.
Mülverstedt Regesta archiepiscopatus Magdeburgensis. Magdeburg 1876. 8. 1—20.
Munch Codex diplomaticus monasterii S. Michaelis Bergensis dioecesis, vulgo Munkalif dicti. Christianiae 1845. 4.
Muratori Antiquitates Italicae medii aevi. Mediolani 1738. fol. 1—6.
Muratori Delle antichità Estensi ed Italiane. Modena 1717. fol. 1—2.
Muratori Rerum Italicarum scriptores. Mediolani 1723. fol. 1—25.
Musée des archives départementales. Paris 1878. 4.
(Muzi) Memorie civili di Città di Castello. Città di Castello 1844. 8. 1—2.
(Muzi) Memorie ecclesiastiche di Città di Castello. Città di Castello 1842. 8. 1—5.

Neue Mittheilungen aus dem Gebiet historisch-antiquarischer Forschungen. Halle 1834. 8. 1—13.
Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. Hannover 1876. 8. 1—10.
Neugart Codex diplomaticus Alemanniae. 1791. 4. 1—2.
Neugart Episcopatus Constantiensis Alemannicus. S. Blasii et Friburgi 1803—62. 4. Pars I. 1—2.
Neumann Meissner und Oberlausitzer Urkunden. Görlitz 1854. 8.
Neustria pia auctore A. du Monstrier. Rothomagi 1663. fol.
Nicaise Epernay et l'abbaye St. Martin de cette ville. Chalons-sur-Marne 1869. 8. 1—2.
Nicephori Breviarium ed. J. Becker. Bonn 1837. 8.
Nicolio Historia dell' origine et antichità di Rovigo. Verona 1582. 4.
Nicquet Histoire de l'ordre de Font-Evraud. Paris 1642. 4.
Nielsen Codex Esromensis. Kjöbenhavn 1880—81. 8.
Nielsen Kjöbenhavns Diplomatarium. Kjöbenhavn 1872. 8. 1—4.
Niesert Münsterische Urkundensammlung. Coesfeld 1826. 8. 1—7.
Norisii card. opp. edd. Ballerini. In typographia Bassanensi 1769. fol.
Nouveaux mémoires de l'academie royale des sciences et belles-lettres de Bruxelles. Bruxelles 1820. 4. 1—42.
Nova collectio statutorum ordinis Cartusiensis. Coreriae 1681. 8.
Novissimum chronicon antiqui monasterii ad S. Petrum Salisburgi. Augustae Vindelicorum et Oeniponti 1772. fol.
Novum testamentum graecum ed. Wetstenius. Amstelodami 1752. fol. 1—2.

Oberbayrisches Archiv vide Geisz.
Odorici Storie Bresciane. Brescia 1853. 8. 1—11.
Oefele Geschichte der Grafen von Andechs. Innsbruck 1877. 8.
Oefele Rerum Boicarum scriptores. Augustae Vindel. 1763. fol. 1—2.
Oelsner Jahrbücher des fränkischen Reiches unter König Pippin. Leipzig 1871. 8.
Oheims Chronik von Reichenau herausgegeben von Barack. Stuttgart 1866. 8.
Oihenartus Notitia utriusque Vasconiae tum Iberiae tum Aquitaniae. Parisiis 1638. 4.
L'Oisel Mémoires de Beauvais. 1617. 4.
Oliver Monasticon dioecesis Exoniensis. Exeter 1846. fol.
Oliver Monumenta de Insula Manniae. Douglas, Isle of Man 1860. 8. 1—3. (in Manx Society vol. IV. VII. IX.)
(Olivieri) Memorie per la storia della chiesa Pesarese nel secolo XIII. Pesaro 1779. 4.
Olleris Oeuvres de Gerbert, pape sous le nom de Sylvestre II. Clermont-Ferrand-Paris 1867. 4.
Optati Milevitani episcopi De schismate Donatistarum libri septem, ed. Dupin. Antverpiae 1702. fol.
Origines Guelficae. Hanoverae 1750. fol. 1—5.
Örnhjälm Historiae Sueonum Gothorumque ecclesiasticae libri quatuor. Stockholmiae 1689. 4.
Orsato Historia di Padova. Padova 1678. fol.

Paesano Memorie per servire alla storia della chiesa Salernitana. Napoli 1846. 8. 1—3.

Le Paige Bibliotheca Praemonstratensis ordinis. Parisiis 1633. fol.
Palladius De vita S. Iohannis Chrysostomi dialogus. Lutetiae Paris. 1680. 4.
Palma Storia ecclesiastica e civile di Teramo. Teramo 1832. 4. 1—5.
(Papon) Histoire générale de Provence. Paris 1777. 4. 1—4.
Pardessus Diplomata, chartae, epistolae, leges, aliaque instrumenta ad res Gallo-Francias spectantia. Lutetiae Paris. 1843. fol. 1—2.
Parente Origine e vicende ecclesiastiche della città di Aversa. Napoli 1857. 8. 1—2.
Patrum apostolicorum opera ed. Dressel. Lipsiae 1857. 8. 1—3.
S. Paulini Nolani episcopi Opera. Parisiis 1685. 4. 1—2.
Paulus diaconus Historia Langobardorum ed. Waitz in MG. SS. rerum Langobardicarum et italicarum saec. VI—IX. Hannoverae 1878. 4.
Paulus Geschichte des Möllenbecker Klosters. Rinteln 1784. 8.
Pavillon La vie de Robert d'Arbrissel. Saumur-Paris 1666. 4.
Du Paz Histoire généalogique de plusieurs maisons illustres de Bretagne. Paris 1619. fol. 1—2.
Pecci Storia del vescovado di Siena. Lucca 1748. 4.
Péchenard Histoire de l'abbaye d'Igny. Reims 1883. 8.
Pécheur Cartulaire de l'abbaye de St.-Léger de Soissons. Soissons 1870. 4.
Pecori Storia della terra di San Gimignano. Firenze 1853. 8.
Peigné-Delacourt Cartulaire de l'abbaye de Notre-Dame d'Ourscamp. Amiens 1865. 4.
Pennottus Generalis totius sacri ordinis clericorum canonicorum historia tripartita. Coloniae 1630. fol.
Pennottus Generalis etc. ut supra. Romae 1624. fol.
Pérard Recueil de plusiers pieces curieuses servant à l'histoire de Bourgogne. Paris 1664. fol.
Perini Istoria delle monache di S. Silvestro di Verona. In Padova 1720. 4. 1—2.
Perry Histoire civile et ecclesiastique de Chalon sur Saone. Chalon 1659. fol.
Persan Recherches sur la ville de Dole. Dole 1812. 8.
Pertz Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. Frankfurt-Hannover 1820. 8. 1—12.
Petri Blesensis, Bathoniensis in Anglia archidiaconi, Opera omnia. Parisiis 1667. fol.
Petri Damiani Opera omnia ed. Caietani. Parisiis 1743. fol. 1—4.
Petrini Memorie Prenestine. Roma 1795. 4.
Petrus Suevia ecclesiastica. Augustae et Dillingae 1699. fol.
Pez Scriptores Rerum Austriacarum. Lipsiae 1721. fol. 1—3.
Pez Thesaurus anecdotorum. Augustae Vindelicorum et Graecii 1721. fol. 1—6.
Pflugk-Harttung Acta pontificum Romanorum inedita. Tübingen-Stuttgart 1880. 4. 1—2.
Pflugk-Harttung Iter Italicum. Stuttgart 1883. 8.
Phoebonii Historia Marsorum. Lugduni Batavorum. fol.
Piekosinski Codex diplomaticus cathedralis ecclesiae Cracoviensis. Cracoviae 1874. 4. 1—2. (in Monum. medii aevi Polon. vide ibid.)
Piekosinski Codex diplomaticus Poloniae minoris. Cracoviae 1876. 4. (in Monum. medii aevi Polon. vide ibid.)
Pilate-Prévost Table chronologique et analytique des archives de la mairie de Douai. Douai 1842. 8.
Pillet Histoire du château et de la ville de Gerberoy. Rouen 1679. 4.
Pilot (de Thorey) Cartulaire de l'abbaye bénédictine de Chalais. Grenoble 1879. 8.
Piolin Histoire de l'église du Mans. Paris 1851. 8. 1—6.
Piot Catulaire de l'abbaye d'Eename. Bruges 1881. 4.
Piot Cartulaire de l'abbaye de Saint-Trond. Bruxelles 1870. 4. 1—2.
Pitra Spicilegium Solesmense. Parisiis 1852. 4. 1—4.
Pirri Sicilia sacra ed. Mongitore. Panormi 1733. fol. 1—2.
Pitton Annales de l'église d'Aix. Lyon 1668. 4.
Plancher Histoire générale et particulière de Bourgogne. Dijon 1739. fol. 1—2.
Du Plessis Histoire de Coucy. Paris 1728. 4.
Du Plessis Histoire de l'église de Meaux. Paris 1731. 4. 1—2.
Pommeraye Histoire de l'abbaye royale de St. Ouen de Rouen. Paris 1664. fol.
Pommersches Urkundenbuch. Stettin 1877. 4. vol. I.
Posse Analecta Vaticana. Oeniponti 1878. 8.
Priory of Hexham. Durham 1864. 8. vol. I. (in The Public. of the Surtees Society vol. 44.)
Privilegia ordinis Cartusiensis et multiplex confirmatio eiusdem. (Basileae 1510.) fol.
Prologo Le carte della città di Trani. Barletta 1877. 8.
Prosperi Aquitani Opera. Parisiis 1711. fol.
Prosperi continuatio ed. Hille. Berlin 1867. 8.
Prost Essai historique sur l'abbaye de Beaume-les-Moines. Lons-le-Saunier 1872. 8. (Extrait des Mém. de la soc. d'émul. du Jura 1871—72.)
Provana Studi critici sovra la storia d'Italia. Torino 1844. 8.
Prutz Malteser Urkunden und Regesten zur Geschichte der Tempelherren und der Iohanniter. München 1883. 8.
Pruvost Chronique et cartulaire de l'abbaye de Bergues-Saint-Winoc. Bruges 1875. 4. 1—2.
Ps.-Is. = Decretales Pseudo-Isidorianae et Capitula Angilrammi ed. Hinschius. Lipsiae 1863. 8.
Publications de la société historique et archéologique dans le duché de Limbourg. Maestricht 1864. 8. 1—18.
Publications of the Bannatyne Club. Edinburg 1823—60. 4. T. 1—116.
Publications of the Maitland Club. Glasgow 1829—59. 4. T. 1—75.
Publications of the Spalding Club. Aberdeen 1841—69. 4. T. 1—25.
Publications of the Surtees Society. London (Durham) 1835—77. 8. 1—74.
Puccinelli Cronica dell' insigne ed imperial abbadia di Fiorenza. Milano 1664. 4.
Puccinelli Memorie sepolcrali dell' abbadia Fiorentina ed altri monasteri. Milano 1664. 4.
Puiades Cronica universal del principato de Cataluña. Barcelona 1829. 4. 1—8.
Pulgar Teatro clerical de las iglesias cathedrales de España. Madrid 1679. fol. 1—4.
Puricelli Ambrosianae Mediolani basilicae monumenta. Mediolani 1645. 4.
Puricelli De SS. martyribus Nazario et Celso ac Protasio et Gervasio historica dissertatio, quam brevitatis gratia Nazarianam nuncupari placeat. Mediolani 1756. fol.
Pusch und Froehlich Diplomataria sacra ducatus Styriae. Viennae, Pragae et Tergesti 1756. 4. 1—2.
Putignani Vindiciae vitae et gestorum S. thaumaturgi Nicolai archiepiscopi Myrensis. Neapoli 1753. 4. 1—2.

Quaglia Arnaldo da Brescia. Brescia 1882. 8.
Quantin Cartulaire général de l'Yonne. Auxerre 1854. 4. 1—2.
Quantin Recueil de pièces pour faire suite au Cart. gén. de l'Yonne. Auxerre-Paris 1873. 8.
Quellen zur Schweizer Geschichte. Basel 1883. 8. Bd. III. (continet: Die ältesten Urkunden von Allerheiligen in Schaffhausen, Rheinau und Muri, hgb. von Baumann, Meyer von Knonau und Kiem.)
Quinque Compilationes antiquae nec non collectio canonum Lipsiensis. ed. Aem. Friedberg. Lipsiae 1882. 8.
Quix Codex diplomaticus Aquensis. Aquisgrani 1839. 4.

Racioppi L'agiografia di San Laverio (in: Fonti della stor. Basilicatese al medio evo). Roma 1881. 8.
Raczynski Codex diplomaticus maioris Poloniae. Posnaniae 1840. 4.
Raffaeli Delle memorie di S. Esuperanzio. Pesaro 1762. 7. 1—3.
Ragut Cartulaire de St. Vincent de Mâcon, connu sous le nom de Livre enchainé. Mâcon 1864. 4.

Raine Historians of the church of York. London 1879. 8.
Ramon de Huesca vide Lamberto de Zaragoza.
Räss und Weis Leben der Väter und Märtyrer. Mainz 1823. 8. 1—21.
Ratherii episcopi Veronensis Opera ed. Ballerinii. Veronae 1765. fol.
(Ratti) Storia di Genzano. Roma 1797. 4.
Raynal Histoire de Berry. Bourges 1845. 8. 1—4.
Régeste Genèvois ou Repertoire des documents imprimés relatifs à l'histoire de Genève. Genève 1866. 4.
Regesten der Archive in der Schweizerischen Eidgenossenschaft, hgb. von Mohr. Chur 1848. 4. 1—2.
Il Regesto di Farfa compilato da Gregorio di Catino ed. Giorgi e Balzani. Roma 1879. 4. vol. II.
Regii Neapolitani archivi monumenta. Neapoli 1845. 4. 1—6.
Reginonis abbatis Prumiensis libri duo de synodalibus causis ed. Wasserschleben. Lipsiae 1840. 8. (Migne Patr. lat. tom. 132.)
Registrum de Dunfermelyn. Edinburgi 1842. 4. (in The Public. of the Bannatyne Club vol. 78.)
Registrum episcopatus Glasguensis. Edinburgi 1843. 4. 1—2. (in The Public. of the Maitland Club vol. 63, of the Spalding Club vol. 12.)
Registrum Malmesburiense ed. J. S. Brewer. London 1879. 8. vol. I et II.
Reiffenberg Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut et de Luxembourg. Bruxelles 1844. 4. 1—8.
Rein Thuringia sacra. Weimar 1863. 8. 1—2.
Remling Urkundliche Geschichte der ehemaligen Abteien und Klöster in Rheinbaiern. Neustadt a. d. Haardt 1836. 8. 1—2.
Remling Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe zu Speier. Mainz 1852. 8.
Repertorio diplomatico Cremonese (ed. Robolotti). Cremona 1878. 4. vol. I.
Reschius Annales ecclesiae Sabionensis. Augustae Vindelic. 1765. fol. 1—3.
Rettenpacher Annales monasterii Cremifanensis in Austria maiore. Salisburgi 1677. fol.
Revue des sociétés savantes des départements. Paris 1859—82. 8.
Rheinwald L'abbaye et la ville de Wissembourg. Wissembourg 1863. 8.
Ribeiro Dissertações chronologicas e criticas sobre a historia de Portugal. Lisboa 1810. 8. 1—5.
Richa Notizie istoriche delle chiese Fiorentine. Firenze 1754. 4. 1—10.
Richter (Libellus, quo) ad novi prorectoris inaugurationem d. 10. Sept. a. 1843 concelebrandam invitat. Marburgi. 4.
Ried Codex chronologico-diplomaticus episcopatus Ratisbonensis. Ratisbonae 1816. 4. 1—2.
Riedel Codex diplomaticus Brandenburgensis. Berlin 1838. 4. 1. Hauptth. 1—25.
Risco vide Florez.
De Robaulx de Soumoy Chronique de l'abbaye de St. Hubert. Bruxelles 1847. 8.
Robert Etudes sur les actes du pape Calixte II. Paris 1874. 8.
Roberti Historia S. Huberti. Luxemburgi 1621. 8.
Robolini Notizie appartenenti alla storia della sua patria. Pavia 1823. 8. 1—3.
Rodericus Nova collectio et compilatio privilegiorum apostolicorum regularium mendicantium et non mendicantium. Antverpiae 1616. fol.
Roisin Franchises, lois et coutumes de la ville de Lille. A Lille et Paris 1842. 4.
Roncallius Vetustiora latinorum scriptorum chronica. Patavii 1787. 4. 1—2.
Rossel Urkundenbuch der Abtei Eberbach im Rheingau. Wiesbaden 1862. 8. 1—2.
Rossetti Bobbio illustrato. Torino. 4. 1—3.
De Rossi Bullettino di archeologia cristiana. Roma 1863—79. 4. Ser. 1—3.
De Rossi Inscriptiones christianae Urbis Romae septimo saeculo antiquiores. Romae 1857—61. fol.



De Rossi La Roma Sotteranea cristiana. Roma 1864. fol. 1—3.
Rossi Storia della città di Ventimiglia. Torino 1857. 8.
(Roussel) Histoire de Verdun. Paris 1745. 4.
Rouyer Recherches historiques sur le chapitre de S. Pierre d'Aire-sur-la-Lys. Saint-Omer 1860. 8.
Roverii Reomaus seu historia monasterii Reomaensis. Parisiis 1637. 4.
Roye Vita haeresis et poenitentia Berengarii Andegavensis archidiaconi. Andegavi 1657. 4.
Rozière Cartulaire de l'église du saint sépulcre de Iérusalem. Paris 1847. 4.
Rubei Historiarum Ravennatum libri decem. Venetiis 1590. fol.
Rufini Opera ed. Vallarsius. Veronae 1745. fol. 1—2.
Ruinart Vita Urbani II. in Mabillon et Ruinart Ouvrages posthumes III.
Rydberg Sverges Traktater med främmande mägter. Stockholm 1877. 8. vol. 1.
Rymer Foedera conventiones litterae inter reges Angliae et alios. Londini 1816. fol. 1—6.
Rzyszczewsky et Muczkowski Codex diplomaticus Poloniae. Varsaviae 1847. 4. 1—2.

Salmon Recueil des chroniques de Touraine. Tours 1854. 8.
Samper Montesa illustrada. Valencia 1669. fol. 1—2.
San Quintino Osservazioni critiche sopra alcuni particolari delle storie de Piemonte e della Liguria. Torino 1851. 4. 1—2.
Sanclementius Series critico-chronologica episcoporum Cremonensium. Cremonae 1814. 4.
Sanderus Chorographia sacra Brabantiae. Hagae-Comitum 1726. fol. 1—3.
Sanderus Flandria illustrata. Hagae-Comitum 1735. fol. 1—3.
Sangiuliani Dell' abazia di S. Alberto di Butrio. Milano 1865. 8.
Sannicola Cenno storico dell' anticha chiesa di Venafro. Napoli 1847. 8.
Saraceni La cronaca di S. Stefano ad rivum maris. Chieti 1876. 4.
Sarnelli Memorie cronologiche de' vescovi ed arcivescovi della s. chiesa di Benevento. In Napoli 1691. 4.
Sarti De episcopis Eugubinis. Pisauri 1755. 4.
Saussey Annales ecclesiae Aurelianensis. Parisiis 1615. 4.
Savile Rerum Anglicarum Scriptores. Londini 1696. fol.
Savioli Annali Bolognesi. Bassano 1784. 4. 1—3.
Saxius Archiepiscoporum Mediolanensium series. Mediolani 1755. 4.
Saxius Pontificium Arelatense. Aquis Sextiis 1620. 4.
Scaletta Notizie della chiesa e diocesi di Faenza. Faenza 1726. 8.
Schannat Historia episcopatus Wormatiensis. Francofurti 1734. fol. 1—2.
Schannat Historia Fuldensis. Francofurti 1729. fol.
Schannat Dioecesis Fuldensis. Francofurti 1727. fol.
Schannat Vindemiae literariae. Fuldae et Lipsiae 1723. fol. 1—2.
Schannat Vindiciae quorundam archivi Fuldensis diplomatum. Francofurti ad Moenum 1728. fol.
Schaten Annales Paderbornenses. Neuhusii 1693. fol. 1—2.
Schaukegl Spicilegium historico-genealogico-diplomaticum ex antiquissimo agro Billungano. Vindobonae 1796. 4.
Scheffer-Boichorst Die Neuordnung der Papstwahl durch Nicolaus II. Strassburg 1879. 8.
Schmidt Urkundenbuch des Hochstifts Halberstadt und seiner Bischöfe. Leipzig 1883. 8. I. (in: Publicationen aus den K. Preussischen Staatsarchiven XVII.)
Schmidt Urkundenbuch der Stadt Halberstadt. Halle 1878. 8. (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen T. VII.)
Schmitt Geschichte des h. Paulinus bei Trier. Trier 1853. 8.
Schoepflin Historia Zaringo-Badensis. Carlsruhae 1763. 4. 1—7.
Schoepflin Alsatia diplomatica. Manhemii 1772. fol. 1—2.
Schoeppach (Brückner) Hennebergisches Urkundenbuch. Meiningen 1842. 4. 1—5.

Schoettgen Geschichte Conrads des Grossen. Dresden und Leipzig 1745. 8.
Schoettgen Historie des Grafen Wiprecht zu Groitzsch. Regensburg 1749. 8.
Schoettgen und Kreyssig Diplomatische und curieuse Nachlese der Historie von Obersachsen. Dresden und Leipzig 1730. 8. 1—3.
Schoettgen und Kreyssig Diplomataria et scriptores historiae Germaniae. Altenburgi 1753. fol. 1—3.
Schoonbroodt Inventaire des chartes du chapitre de S. Lambert à Liège. Liège 1863. 4.
Schramb Chronicon Mellicense. Viennae Austriae 1702. fol.
Schreiber Urkundenbuch der Stadt Freiburg im Breisgau. Freiburg 1828. 8. 1—2.
Schriften des Alterthumsvereins für das Grossherzogthum Baden. Baden-Baden 1846. 8. 1—2.
Schroeder Wismarische Erstlinge. Wismar 4.
Schultes Neue diplomatische Beiträge zu der Fränkischen und Sächsischen Geschichte. Bayreuth 1792. 8.
Schultes Historische Schriften und Sammlungen. Hildburghausen 1798. 4.
Schulz (H. W.) Denkmäler der Kunst des Mittelalters in Unteritalien, hgb. von F. v. Quast. Dresden 1860. 4. 1—4.
Schunk Beiträge zur Mainzer Geschichte. Frankfurt und Leipzig 1788. 8. 1—3.
Schweizerisches Urkundenregister (redigirt von Hidber). Bern 1863. 8. 1—2.
Seibertz Urkundenbuch zur Landes- und Rechtsgeschichte Westphalens. Arnsberg 1839. 8. 1—2.
Semeria Secoli cristiani della Liguria. Torino 1843. 4. 1—2.
Semichon Histoire de la ville d'Aumale. Paris 1862. 8. 1—2.
Series episcoporum Forocorneliensium. Forocornelii 1820. 4. 1—2.
Severtius Chronologia historica successionis hierarchiae archiantistitum Lugdunensis archiepiscopatus. Lugduni 1628. fol. 1—3.
Sickel Acta regum et imperatorum Karolorum. Wien 1867. 8. 1—2.
Sickel Die Texte der in den Monumenta graphica enthaltenen Schrifttafeln. Wien 1859. 4.
Sickel Monumenta graphica medii aevi. Vindobonae 1858. fol. Fasc. 1—9.
Silvestre Paléographie universelle. Paris 1841. fol. 1—4.
Simson Jahrbücher des Fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen. Leipzig 1874. 8. 1—2.
Sinnacher Beiträge zur Geschichte der bischöflichen Kirche Säben und Brixen in Tyrol. Brixen 1821. 8. 1—3.
Sigonius De episcopis Bononiensibus libri V. Bononiae 1586. 4.
Sirmondi Opera varia. Venetiis 1728. fol. 1—5.
Sloet Oorkondenboek der Graafschappen Gelre en Zutfen. 'sGravenhage 1872. 8. 1—3.
De Smet Corpus chronicorum Flandriae. Bruxellis 1837. 4. 1—2.
De Smet Cartulaire de l'abbaye de Cambron. Bruxelles 1869. 4. (in Reiffenberg Monuments vol. II.)
Socratis scholastici historia ecclesiastica. Amstelodami 1695. fol.
Soldani Historia monasterii S. Michaelis de Passiniano. Lucae 1741. fol.
Solothurnisches Wochenblatt. Solothurn 1810—1834. 8.
Sommier Histoire de l'église de St. Diez. A Saint-Diez 1726. 8.
Sormanus S. Ambrosio parenti maximo in causa praeeminentiae, quam defendit praepositus imperialis canonicae et Ambrosianae basilicae, ubi sanctum quiescit corpus, adversus templi maioris Mediolani canonicos ordinarios, aram concordiae sacrat Nicolaus Sormanus. s. l. e. a.
Sousa Provas da historia genealogica da casa real Portugueza. Lisboa 1739. 4. 1—6.
Sozomeni Historia ecclesiastica. Amstelodami 1695. fol.
Spach Oeuvres choisies. Paris-Strassbourg 1866. 8. 1—3.
(Sparke) Historiae Anglicanae scriptores varii. Londini 1723. fol.
Spelta Historia di Pavia. Pavia 1597. 4.
(Sperandio) Sabina sagra e profana. Roma 1790. 4.
Spilcker Beiträge zur älteren deutschen Geschichte. Arolsen 1827. 8. 1—2.
Spon Histoire de Genève. Genève 1730. 4. 1—2.
Sprenger Diplomatische Geschichte der Benedictiner-Abtei Banz. Nürnberg 1803. 4.
Stadelhofer Historia imperialis et exemti collegii Rothensis. Augustae Vind. 1787. 4.
Starine na sviet izdaje Iugoslavenska Akademija znanosti i umjetnosti. (Alterthümer, hgb. von der südslavischen Akad. d. Wissensch.) U Zagrebu 1869. 8. 1—12.
Steichele Beiträge zur Geschichte des Bisthums Augsburg. Augsburg 1850. 8. 1—2.
Stein Cartulaire de Saint Nicolas des Prés sous Ribemont. Saint-Quentin 1884. 8. (etiam in Mém. de la soc. acad. de St. Quentin, 4 sér. t. v.)
Stein Monumenta Suinfurtensia historica. Schweinfurt 1875. 8.
Stephani abbatis S. Genovefae Parisiensis tum episcopi Tornacensis epistolae. Lutetiae Paris. 1682. 8.
Stredowsky Sacra Moraviae historia sive vita SS. Cyrilli et Methudii. Solisbaci 1710. 4.
Strehlke Tabulae ordinis Theutonici. Berolini 1869. 8.
Stubbs Chronicles and Memorials of the reign of Richard I. London 1865. 8. 1—2.
Stumpf Acta Maguntina saeculi XII. Innsbruck 1863. 8.
Stülz Geschichte des regulirten Chorherrn-Stiftes St. Florian. Linz 1835. 8.
Sudendorf Registrum oder merkwürdige Urkunden. Jena 1849. 8. 1—3.
Suhm Historie af Danmark. Kioebenhavn 1782. 4. 1 14.
Symmachi Epistolae ed. Lectius. Basileae 1598. 8.

Tailliar Recueil d'actes des XII^e^ et XIII^e^ siècles. Douai 1849. 8.
Tancredi S. Ormisda e S. Silverio S. P. e i loro tempi. Col testo e volgarizzamento dell' Epistolario Ormisdiano. Roma e Torino (1867). 8.
(Tansius) Historia Cronologica monasterii S. Michaelis archangeli Montis Caveosi. Neapoli 1746. 4.
Tardif Monuments historiques. Paris 1863. 4.
Tarlazzi vide Mon. istor. della Romagna.
Tatti Annali sacri della città di Como. Como 1663. 4. 1—3.
Tengnagel Vetera monumenta contra schismaticos conscripta. Ingolstadii 1612. 4.
Tertulliani Opera ed. Oehler. Lipsiae 1853—54. 8 1—3.
Teulet Layettes du trésor des chartes. Paris 1863. 4. vol. I.
Theiner Codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis. Romae 1861. fol. 1—3.
Theiner Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae. Romae 1860. fol. 1—4.
Theiner Vetera monumenta Hibernorum et Scotorum. Romae 1864. fol.
Theiner Vetera monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Romae-Zagrabiae 1863. fol. 1—2.
Theineri Disquisitiones criticae. Romae 1836. 4.
Theodori archiepiscopi Cantuariensis Poenitentiale, ed. Iacobus Petit. Lutetiae Paris. 1676. 4. 1—2.
Theophanis Chronographia ed. Classen. Bonn 1839. 8. 1—2.
Thiel Epistolae Romanorum pontificum genuinae et quae ad eos scriptae sunt a S. Hilaro usque ad Pelagium II. Tom. I: A. S. Hilaro usque ad S. Hormisdam. Brunsbergae 1868. 8.
Thierry Recueil des monuments inédits de l'histoire du tiers état. Paris 1850. 4. 1—3.
Thiroux et Lambert Histoire de l'abbaye de S. Florentin de Bonneval, publ. par Bigot. Chateaudun 1875. 8.
Thorkelin Diplomatarium Arna-Magnaeanum. Havniae et Lipsiae 1786. 4. 1—2.
Thuringia sacra. Francofurti 1737. fol.
Timon Imago antiquae Hungariae. Viennae Pragae et Tergesti 1762. 4.
Tiraboschi (G.) Memorie storiche Modenesi. Modena 1793. 4. 1—4.

Tiraboschi (G.) Storia dell' augusta badia di Nonantola. Modena 1784. fol. 1—2.
Tiraboschi (H.) Vetera Humiliatorum monumenta. Mediolani 1766. 4. 1—3.
Tonduzzi Historie di Faenza. Faenza 1675. fol.
Tonini Rimini dal principio dell' era volgare all' anno MCC. Rimini 1856. 8.
Torelli Secoli Agostini. Bologna 1659. fol. 1—8.
Torres y Tapia Cronica de la orden de Alcantara. Madrid 1763. fol. 1—2.
Tortora Relatio status sanctae primatialis ecclesiae Canusinae. Romae 1758. 4.
Tosti Storia della badia di Montecassino. Napoli 1842. 4. 1—3.
Toustain de Billy Histoire ecclésiastique du diocèse de Coutances, publ. par Dolbet. Rouen 1874. 8. 1—2.
Tria Memorie storiche civili ed. ecclesiastiche della città e diocesi di Larino. Roma 1744. 4.
Troya Codice diplomatico Longobardo. Napoli 1852. 8. 1—5. (Storia d'Italia del medio-evo vol. 4.)
Trombelli Memorie istoriche di S. Maria di Reno. Bologna 1752. 4.
Tromby Storia critico-cronologica diplomatica del patriarca S. Brunone e del suo ordine Cartusiano. Napoli 1773. fol. 1—10.
Tronci Memorie di Pisa. Livorno 1682. 4.
Trouillat Monuments de l'histoire de Bâle. Porrentruy. 1852. 8. 1—5.
Tschudi Chronicon Helveticum. Basel 1734. fol. 1—2.
Turchi De ecclesiae Camerinensis pontificibus libri VI. Romae 1762. 4.
(Twysden et Selden) Historiae Anglicanae scriptores X. Londonii 1652. fol. 1—2.

Ughelli Italia sacra ed. Coleti. Venetiis 1717. fol. 1—10.
Ulciensis ecclesiae chartarium. Augustae Taurinorum 1753. fol.
Unger et Huitfeld vid. Diplomatarium Norwegicum.
Unschuldige Nachrichten. 1718.
Urkunden des Landes ob der Enns. Wien 1852. 8. 1—6.
Urkundenbuch für die Geschichte des Benedictinerstiftes Kremsmünster. Wien 1852. 8.
Urkundensammlung zur Geschichte des Kantons Glarus. Glarus 1865. 8. vol. I.
Usserius Epistolarum Hibernicarum sylloge. Parisiis 1665. 4.
Ussermann Episcopatus Bambergensis. 1802. 4.
Ussermann Episcopatus Wirzeburgensis. 1794. 4.

Varin Archives administratives de la ville de Reims. Paris 1839. 4. 1—4.
Varnhagen Grundlage der Waldeckischen Landes- und Regentengeschichte. Göttingen 1825. 8. 1—2.
Vaterländisches Archiv des historischen Vereins für Niedersachsen. Hannover 1841. 8.
Velser Opera historica et philologica. Norimbergae 1682. fol.
Verci Storia della marca Trivigiana. Venezia 1786. 8. 1—20.
Versuch einer urkundlichen Darstellung des reichsfreien Stiftes Engelberg. Luzern 1846. 8.
Vesi Documenti editi e inediti che servono ad illustrare la storia di Romagna. Bologna 1845. 8. vol. I.
Victor Vitensis Historia persecutionis Africanae provinciae ed. Th. Ruinart. Parisiis 1694. 8.
Vie de Gauzlin publiée par Delisle (Extrait du tome II des Mémoires de la soc. archéologique de l'Orléanais). Orléans 1853. 8.
Vigna L'antica collegiata di Santa Maria di Castello in Genova. Genova 1859. 8.
Vignati Codice diplomatico Laudense. Milano 1879. 4. 1—2.
Vignati Storia diplomatica della lega Lombarda. Milano 1866. 4.
Vignolius v. Liber pontificalis.
Villanueva Viage litterario a las iglesias de España. Madrid-Valencia 1803. 8. 1—22.
Villeneuve vide De la Bigne.
Vinchard Annales de la province et comté du Hainaut. Bruxelles 1848. 4. 1—6.
Vita S. Brunonis Cartusiensium institutoris primi. Bruxellae 1639. 8.
(De Vita) Thesaurus antiquitatum Beneventanarum. Romae 1754. fol. 1—2.
Vipera Chronologia episcoporum et archiepiscoporum metropolitanae ecclesiae Beneventanae. Neapoli 1636. 4.
Vivianus Praxis Jurispatronatus. Venetiis 1670. fol.
Voelli et Iustelli Bibliotheca iuris canonici veteris. Lutetiae Paris. 1661. fol. 1—2.
Vos Lobbes, son abbaye et son chapitre. Louvain 1865. 8. 1—2.
Vredius Genealogia comitum Flandriae. Brugis Flandorum 1642. fol. 1—2.

Walbran Memorials of the abbey of S. Mary of Fountains. Durham 1863. 8. vol. I. II. 1. (Public. of the Surtees Society vol. 42, 67.)
Wartmann Urkundenbuch der Abtei Sanct Gallen. Zürich und St. Gallen 1863. 4. 1—3.
Wassebourg Antiquitez de la Gaule Belgique. 1549. fol. 1—2.
Wasserschleben Beiträge zur Geschichte der vorgratianischen Kirchenrechtsquellen. Leipzig 1839. 8.
Wattenbach Beiträge zur Geschichte der christlichen Kirche in Mähren und Böhmen. Wien 1849. 8.
Watterich Pontificum Romanorum Vitae. Lipsiae 1862. 8. 1—2.
Wauters Histoire des environs de Bruxelles. Bruxelles 1855. 8. 1—3.
Wauters L'ancienne abbaye de Villers. Bruxelles 1868. 8.
Wauters Table chronologique des chartes et diplômes imprimés concernant l'histoire de la Belgique. Bruxelles 1866. 4. 1—6.
Wedekind Noten zu einigen Geschichtschreibern des deutschen Mittelalters. Hamburg 1823. 8. 1—3.
Weech Codex diplomaticus Salemitanus. Karlsruhe 1881. 8. (etiam in Zeitschrift f. d. Gesch. des Oberrheins 35 et 37.)
Wegelin Die Regesten der Benedictiner-Abtei Pfävers. Chur 1850. 4. (etiam in: Regesten der Archive in der schw. Eidgen. t. I.)
Wenck Hessische Landesgeschichte. Darmstadt und Giessen 1783. 4. 1—3.
Westphalen Monumenta inedita rerum Germanicarum. Lipsiae 1739. fol. 1—4.
(Wharton) Anglia sacra. Londini 1691. fol. 1—2.
Wichner Geschichte des Benedictiner-Stiftes Admont. s. l. 1874. 8. 1—3.
Wiegand Urkundenbuch der Stadt Strassburg. Strassburg 1879. 4. vol. I.
Wigand Archiv für Geschichte und Alterthumskunde Westphalens. Hamm 1825. 8. 1—7.
Wilkins Concilia Magnae Britanniae et Hiberniae. Londini 1737. fol. 1—4.
Will Acta et scripta quae de controversiis ecclesiae Graecae et Latinae s. XI. composita extant. Lipsiae et Marpurgi 1861. 4.
Willelmi Malmesbiriensis monachi Gesta pontificum Anglorum libri V. ed. Hamilton 1870. 8.
Willelmi Malmesbiriensis monachi Gesta regum Anglorum atque Historia novella ed. Hardy Londini 1840. 8. 1—2.
Wilmans Additamenta zum Westphälischen Urkundenbuche. Münster 1877. 4.
Wilmans Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen. Münster 1867. 8. 1—2.
Wippermann Urkundenbuch des Stiftes Obernkirchen. Rinteln 1855. 8.
Wirtembergisches Urkundenbuch. Stuttgart 1849. 4. 1—4.
Wolff Chronik des Klosters Pforta. Leipzig 1843. 8. 1—2.
Würdtwein Subsidia diplomatica. Heidelbergae 1772. 8. 1—13.
Würdtwein Notitiae historico-diplomaticae de abbatia Ilbenstadt. Moguntiae 1766. 4.

Würdtwein Nova subsidia diplomatica. Heidelbergae 1781. 8. 1—14.
Würdtwein Dioecesis Moguntina in archidiaconatus distincta. Manhemii 1769. 4. 1—3.

Yepes Coronica general de la orden de San Benito. (Vallad.) 1609. fol. 1—7.

Zaccaria Dell' antichissima badia di Leno libri tre. Venezia 1767. 4.
Zaccaria Series episcoporum Caesenatium. Caesenae 1779. 4.
Zacharia Anecdota medii aevi. Augustae Taurinorum 1755. fol.
Zacharia Cremonensium episcoporum series. Mediolani 1749. 4.
Zahn Urkundenbuch des Herzogthums Steiermark. Graz 1875. 8. 1—2.
Zapf Monumenta anecdota. Augustae Vindelicorum 1785. 4.
Zavarroni Esistenza e validità de' privilegi della chiesa cathedrale di Tricarico. Napoli 1750. 4.
Zeerleder Urkunden für die Geschichte der Stadt Bern. 1853. 4. vol. I.
Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens. Breslau 1856. 8. 1—16.
Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins. Karlsruhe 1850. 8. 1—37.
Zeitschrift für Kirchenrecht. Berlin (Freiburg und Tübingen) 1861. 8. 1—8.
Zeitschrift für vaterländische (westphälische) Geschichte und Alterthumskunde. Münster 1838. 8. 1—42.
Zeuss Traditiones possessionesque Wizenburgenses. Spirae 1842. 4.
Zyllesius Defensio abbatiae imperialis S. Maximini. 1638. fol.

# INDEX

## PONTIFICUM ROMANORUM HUIUS TOMI PER LITERAS DIGESTUS.


| | pag. |
|---|---|
| Adeodatus. (672—676) | 237 |
| Agapitus I. (535—536) | 113 |
| Agapitus II. (946—955) | 459 |
| Agatho. (678—681) | 238 |
| Alexander I. (105?—115?) | 5 |
| Alexander II. (1061—1073) | 566 |
| Anacletus. (76?—88?) | 1 |
| Anastasius I. (398—401) | 42 |
| Anastasius II. (496—498) | 95 |
| Anastasius III. (911—913) | 448 |
| Anicetus. (155?—166?) | 9 |
| Anterus. (235—236) | 15 |
| Benedictus I. (574—578) | 137 |
| Benedictus II. (683?—685) | 241 |
| Benedictus III. (855—858) | 339 |
| Benedictus IV. (900—903) | 443 |
| Benedictus V. (964) | 469 |
| Benedictus VI. (972—974) | 477 |
| Benedictus VII. (974—983) | 479 |
| Benedictus VIII. (1012—1024) | 506 |
| Benedictus IX. (1033—1048) | 519 |
| Benedictus X. (1058—1060) | 556 |
| Bonifatius I. (418—422) | 52 |
| Bonifatius II. (530—532) | 111 |
| Bonifatius III. (607) | 220 |
| Bonifatius IV. (608—615) | 220 |
| Bonifatius V. (619—625) | 222 |
| Bonifatius VI. (896) | 439 |
| Bonifatius VII. (974. 984—985) | 485 |
| Caius (283—296) | 25 |
| Calixtus I. (217—222) | 12 |
| Calixtus II. (1119—1124) | 780 |
| Christophorus. (903—904) | 444 |
| Clemens I. (88?—97?) | 2 |
| Clemens II. (1046—1047) | 525 |
| Cletus vide Anacletus. | |
| Coelestinus I. (422—432) | 55 |
| Conon. (686—687) | 243 |
| Constantinus I. (708—715) | 247 |
| Constantinus II. (767—768) | 283 |
| Cornelius (251—253) | 17 |
| Damasus I. (366—384) | 37 |
| Damasus II. (1048) | 528 |
| Deusdedit. (615—618) | 222 |
| Dionysius. (259—268) | 22 |
| Donus. (676—678) | 238 |
| (Donus II.) | 479 |
| Eleutherus. (174?—189) | 10 |
| Evaristus. (97?—105?) | 4 |
| Eugenius I. (654—657) | 234 |
| Eugenius II. (824—827) | 320 |
| Eusebius. (309) | 26 |
| Eutychianus. (275—283) | 24 |
| Fabianus. (236—250) | 15 |
| Felix I. (269—274) | 23 |
| Felix II. vide infra inter antipapas. | |
| Felix III. (483—492) | 80 |
| Felix IV. (526—530) | 110 |
| Formosus. (891—896) | 435 |
| Gaius vide Caius. | |
| Gelasius I. (492—496) | 83 |
| Gelasius II. (1118—1119) | 775 |

| | pag. |
|---|---|
| Gregorius I. (590—604) | 143 |
| Gregorius II. (715—731) | 249 |
| Gregorius III. (731—741) | 257 |
| Gregorius IV. (827—844) | 323 |
| Gregorius V. (996—999) | 489 |
| Gregorius VI. (1045—1046) | 524 |
| Gregorius VII. (1073—1085) | 594 |
| Hadrianus I. (772—795) | 289 |
| Hadrianus II. (867—872) | 368 |
| Hadrianus III. (884—885) | 426 |
| Hilarus. (461—468) | 75 |
| Honorius I. (625—638) | 223 |
| Honorius II. (1124—1130) | 824 |
| Hormisda. (514—523) | 101 |
| Hyginus. (136?—140?) | 6 |
| Innocentius I. (401?—417) | 44 |
| Innocentius II. (1130—1143) | 840 |
| Iohannes I. (523—526) | 109 |
| Iohannes II. (532—535) | 113 |
| Iohannes III. (560—573) | 136 |
| Iohannes IV. (640—642) | 227 |
| Iohannes V. (685—686) | 242 |
| Iohannes VI. (701—705) | 245 |
| Iohannes VII. (705—707) | 246 |
| Iohannes VIII. (872—882) | 376 |
| Iohannes IX. (898—900) | 442 |
| Iohannes X. (914—928) | 449 |
| Iohannes XI. (931—936) | 454 |
| Iohannes XII. (955—963) | 463 |
| Iohannes XIII. (965—972) | 470 |
| Iohannes XIV. (983—984) | 484 |
| Iohannes XV. (985—996) | 486 |
| Iohannes XVII. (1003) | 501 |
| Iohannes XVIII. (1003—1009) | 501 |
| Iohannes XIX. (1024—1033) | 514 |
| Iulius. (337—352) | 30 |
| Lando. (913—914) | 448 |
| Leo I. (440—461) | 58 |
| Leo II. (681—683) | 240 |
| Leo III. (795—816) | 307 |
| Leo IV. (847—855) | 329 |
| Leo V. (903) | 444 |
| Leo VI. (928—929) | 453 |
| Leo VII. (936—939) | 455 |
| Leo VIII. (963—965) | 467 |
| Leo IX. (1048—1054) | 529 |
| Liberius. (352—366) | 23 |
| Linus. (64?—67?) | 1 |
| Lucius I. (253—254?) | 19 |
| Marcellinus. (296—304) | 25 |
| Marcellus. (307?—309) | 26 |
| Marcus. (336) | 30 |
| Marinus I. (882—884) | 425 |
| Marinus II. (942—946) | 458 |
| Martinus I. (649—653 [655]) | 230 |
| (Miltiades) Melchiades (310—314) | 28 |
| Nicolaus I. (858—867) | 341 |
| Nicolaus II. (1059—1061) | 557 |
| Paschalis I. (817—824) | 318 |
| Paschalis II. (1099—1118) | 702 |
| Paulus I. (757—767) | 277 |
| Pelagius I. (555—560) | 124 |
| Pelagius II. (578—590) | 137 |
| Petrus (. . —64?) | 1 |
| Philippus (768) | 284 |
| Pius I. (140?—155?) | 7 |
| Pontianus. (230—235) | 14 |
| Romanus. (897) | 441 |
| Sabinianus. (604—606) | 220 |
| Sergius I. (687—701) | 244 |
| Sergius II. (844—847) | 327 |
| Sergius III. (904—911) | 445 |
| Sergius IV. (1009—1012) | 504 |
| Severinus. (638?—640) | 227 |
| Silverius. (536—537) | 115 |
| Silvester I. (314—335) | 28 |
| Silvester II. (999—1003) | 496 |
| Simplicius. (468—483) | 77 |
| Siricius. (384—398) | 40 |
| Sisinnius. (708) | 247 |
| Sixtus I. (115?—125?) | 5 |
| Sixtus II. (257—258) | 21 |
| Sixtus III. (432—440) | 57 |
| Soter. (166?—174?) | 9 |
| Stephanus I. (254?—257) | 20 |
| Stephanus (electus). (752) | 270 |
| Stephanus II. (752—757) | 271 |
| Stephanus III. (768—772) | 285 |
| Stephanus IV. (816—817) | 316 |
| Stephanus V. (885—891) | 427 |
| Stephanus VI. (896—897) | 439 |
| Stephanus VII. (929—931) | 453 |
| Stephanus VIII. (939—942) | 457 |
| Stephanus IX. (1057—1058) | 553 |
| Symmachus. (498—514) | 96 |
| Telesphorus. (125?—136?) | 6 |

| | pag. |
|---|---|
| Thebaldus Buccapecus. (1124) | 822 |
| Theodorus I. (642—649) | 228 |
| Theodorus. (687) | 244 |
| Theodorus II. (897) | 441 |
| Urbanus I. (222—230) | 13 |
| Urbanus II. (1088—1099) | 657 |
| Valentinus. (827) | 322 |
| Victor I. (189—c. 199) | 11 |
| Victor II. (1054—1057) | 549 |
| Victor III. (1086—1087) | 655 |
| Vigilius. (537—555) | 117 |
| Vitalianus. (657—672) | 235 |
| Zacharias. (741—752) | 262 |
| Zephyrinus. (c. 199—217) | 12 |
| Zosimus. (417—418) | 49 |

## INDEX ANTIPAPARUM HUIUS TOMI.

| | pag. |
|---|---|
| Albertus. (1102) | 773 |
| Anacletus II. (1130—1138) | 911 |
| Anastasius. (855) | 341 |
| Burdinus, Gregorius VIII. (1118—1121) | 821 |
| Cadalus, Honorius II. (1061—1064) | 593 |
| Dioscorus. (530) | 112 |
| Eulalius. (418—419) | 51 |
| Felix II. (355—365) | 35 |
| Gregorius. (1012) | 514 |
| Gregorius, Victor IV. (1138) | 919 |
| Hippolytus. (217—235) | 15 |
| Iohannes diaconus. (844) | 327 |
| Iohannes XVI., Calabritanus, Philagathus. (997—998) | 495 |
| Laurentius. (498—c. 505) | 100 |
| Maginulfus, Silvester IV. (1105—1111) | 773 |
| Novatianus. (251?) | 19 |
| Paschalis. (687—c. 692) | 243 |
| Silvester III. (1045—1046) | 523 |
| Theodericus. (1100) | 772 |
| Ursinus. (366—367) | 36 |
| Wibertus, Clemens III. (1080 1100) | 649 |

I

# AB CONDITA ECCLESIA AD ANNUM DXC

EDIDIT

**F. KALTENBRUNNER**

## S. PETRUS. ..—64?

S. Petrum una cum S. Paulo in urbe Roma de christianis sacris praecepisse, conditaque ecclesia exstinctum esse, antiquissima sunt testimonia S. Ignatii ep. ad Romanos in eiusdem epist. ed. Petermann p. 153 (Migne P. Gr. 5 p. 689), Dionysii episc. Corinth. ad Romanos epistola, cuius mentio ap. Eusebium Hist. eccl. L. III. c. 28. (25.), Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 1. et 3. p. 174, 175 (Migne P. Gr. 7 p. 844, 848), Tertullianus de praescriptionibus haeret. c. 36. Opp. p. 338 (ed. Oehler II. 34, Migne 2 p. 49), Gaii adv. Proculum liber, quem memorat Eusebius l. l., Origines ap. Eusebium Hist. eccl. L. III. c. 1. et Clemens Alexandrinus ibidem L. VI. c. 14.

†1 (I) Iubet haec: „Profer imaginem domini nostri Iesu Christi et eam in turricula exprime, ut cernant populi, qualem formam assumpserit filius Dei“. Mansi I. 71. — „Ἐξένεγκε τὴν εἰκόνα“ „Profer imaginem“.

**64?**

Iun. 29? | Romae | Eusebii Chron. ap. Schoene II. 156: „Olymp. 211, An. Abrah. 2083, Neronis 13, Petrus et Paulus gloriose Romae occubuerunt“. Sed persecutio Neronis, quae secundum antiquissimam traditionem causa fuit martyrii apostolorum, non anno 67, qui respondet designationibus anni ap. Eusebium, sed anno 64 ascribenda est. Petrum annos 25 Romanae ecclesiae praefuisse et die 29. m. Iunii martyrio coronatum esse antiquissima ecclesiae catholicae traditio est; sed hi anni non sunt ex certa scientia sed supputatione annorum definiti, et dies mortis desumptus est ex notitia in „Depositione martyrum“ a Chronographo a. 354 exscripta (ed. Mommsen, p. 632): „III. kal. Iulii Petri in Catacumbas et Pauli Ostiense. Tusco et Basso cons. (a. 258)“. — Quaestio utrum S. Petrus primus episcopus Romanus fuerit an non, vehementer agitatur inter theologos nostri aevi, de hac re sententiam proferre non est huius operis.

---

## S. LINUS. 64?—76?

**64?**

Lino discipulo S. Pauli (II. Epist. ad Timotheum IV. 21) ecclesiae Romanae cura ab ipsis apostolis concredita esse dicitur ap. Irenaeum Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 849).

**76?**

Sept. 23? | Lini necem martyrologia ad diem 23. m. Sept. referunt, ecclesia catholica celebrat diem 26. m. Novembris. Eum annos 12 sedisse vult Eusebius in Hist. eccl. L. III. c. 13, cui consentit Catalogus Pontificum Romanorum, qui tempore Liberii papae compositus invenitur in Chronographo a. 354, ed. Mommsen p. 634. (Catalogus Liberianus). Ille autem in chronico ap. Schoene p. 155 Lino ascribit annos 14.

---

## S. ANACLETUS (ANENCLETUS, CLETUS). 76?—88?

**76?**

Anacletum Lino successisse, tradit Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 849). Propter variam scribendi nominis rationem duo sunt pontifices distincti, Cletus et Anacletus; quos alii ambo ante Clementem I., alii post eum, alii ita collocant, ut Clementis nomine dissocientur. Neque vero aut Irenaeus aut Eusebius conscius est huius geminationis.

**76?—88?**

†2 (II) § Omnes episcopos et ceteros fideles iubet patientia niti. Detractorum et accusatorum in sacerdotes iniurias pertinere ad Christum; cuius legem qui negligant, iis

**76?—88?**

neque accusare neque esse testes licere. Episcopis sacrificantibus plures quam aliis sacerdotibus testes assint. Improbat iudicia peregrina, iudices externos, alienos, nisi ab apostolica sede missos; apud duodecim provinciae iudices agantur causae. Ad sacerdotes provocare cuique licere. Causae difficiles, negotia maiora referantur ad maiorem sedem, ubi si facile discerni non possint, ad summorum congregationem bis in anno convocandam. In commune apud patriarcham aut primatem ecclesiasticum et patricium saecularem tractanda negotia esse; in difficilioribus quaestionibus appellari ad sedem apostolicam posse. Hinschius Ps. Is. p. 66, Mansi I. 598, Migne P. Gr. 2 p. 789. — „Benedictus Deus et".

†3 (III) § Universis Italiae episcopis consulentibus responsum, valetudine sua tardatum, reddit. Episcopi die dominica ab episcopis provinciae omnibus, reliqui sacerdotes a suo episcopo ordinentur. Episcopi, ecclesiae columnae, apostolorum successores, nisi a probatissimis viris ne accusentur; a Deo iudicentur; quos qui recipiat, ab eo recipi Deum. In provinciarum capitibus, ubi summi iudices civiles quondam fuerint, patriarchas vel primates instituendos esse; in reliquis civitatibus metropolitanis, ubi minores fuerint iudices, metropolitanos aut archiepiscopos. Ad primates appellare episcopos posse; ad eosque „post sedem apostolicam summa negotia conveniant". Hinschius Ps. Is. p. 75, Mansi I. 608, Migne P. Gr. 2 p. 801. — „Quoniam apostolicae sedis."

†4 (IV) § Omnibus episcopis ac reliquis Christi sacerdotibus scribit, sacerdotum ordines non esse nisi duos, 1) episcopos, qui vice apostolorum, 2) presbyteros, qui discipulorum LXXII vice fungantur. Ordinem episcoporum unum esse, quamquam episcopi urbium earum, quae primatum olim tenuerint, primates vel patriarchae, reliquarum vero metropolium archiepiscopi aut metropolitani, non patriarchae aut primates, appellentur. Romanam vero ecclesiam obtinuisse primatum et eminentiam potestatis super universas ecclesias ac totum christiani populi gregem; secundam sedem Alexandriae esse, tertiam Antiochiae. Difficiliores episcoporum causae ad Romanam sedem referantur. Inimicos non debere accusatores esse. Alieno iudicio ne committantur causae. Doctorem vel pastorem ecclesiae pro moribus reprobis magis tolerandum, quam distringendum esse. Hinschius Ps. Is. p. 81, Mansi I. 615, Migne P. Gr. 2 p. 810. — „Benedictus Deus et".

†5 (V) Omnes episcopos, „apostolicae sedis ordinationi subiacentes propinquos", iubet quotannis circiter idus Maias Romam venire. E longinquo chirographa mitti vult. Gratiani decr. I. D. 93. c. 4, Mansi I. 622, Migne P. Gr. 2 p. 817. (Est c. 4. Conc. Rom. a. 743). — „Iuxta sanctorum."

†6 (VI) Episcopum vetat in episcopi dioecesim „ad alienos clericos ordinandos vel consecranda altaria irruere". Gratiani decr. C. VII. qu. 1. c. 28. (Est c. 15. Conc. Aurel. III. a. 538). — „Episcopus in".

†7 (VII) „Laicos in accusatione episcoporum audiendos non esse" decernit. Gratiani decr. C. II. qu. 7. c. 14, Mansi I. 622, Migne P. Gr. 2 p. 817. — „Laici in accusatione".

†8 (VIII) „Episcopum universosque sacerdotes debere tam pro ecclesiasticis, quam etiam pro suis actionibus (excepto publico videlicet crimine) habere advocatum", iubet. Gratiani decr. C. V. qu. 3. c. 3. (Est c. 19. Conc. Rom. a. 826). — „Quia episcopus".

**88?**

Moritur Anacletus, quem annos 12 pontificem fuisse, scripsit Eusebius in Hist. eccl. L. III. c. 15. Catalogus Liberianus l. l. Cleto tribuit annos 6, Anacleto annos 12, (menses et dies, quos praebet hic catalogus, nullius pretii sunt pro hoc tempore). Ille die 26. m. Aprilis colitur, hic d. 13. m. Iulii.

---

## S. CLEMENS I. 88?—97?

**88?**

Clemens, cui permissum est litteras in externas civitates mittere secundum Hermae Pastorem (Patr. Apost. ed. Dressel p. 418), et apostolorum discipulus et Anacleti successor perhibetur ap. Irenaeum Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 850); quem Tertullianus in libro de praescript. haeret. c. 32. Opp. p. 330 (Oehler

**88?**

II. 30, Migne 2 p. 45) a Petro ordinatum esse ait, et Hieronymus in libro de viris illust. c. 15. Opp. ed. Vallarsius II. 839 (Migne 23 p. 647) a plerisque aetatis suae Latinis proximum post Petrum haberi testatur.

**88?—97?**

9 (1) Ecclesiae Corinthiae, et discordia et seditione contra presbyteros concussae, scribit ecclesia Romana. Discidio dolet, auctoresque seditionis, ut poenitentia suscepta presbyteris obediant, hortatur. Suadet hospitalitatem, humilitatem, concordiam, timorem Dei. De resurrectione promissa exponit, de Phoenice avi mirabili, de continentia, modestia, sobrietate, de bonis operibus, de mutuis officiis, de servando sacrorum ordine. Ab apostolis cum episcopos et diaconos constitutos esse docet, tum quemadmodum in locum mortuorum episcoporum successores sufficiendi sint, praescriptum. Episcopos rite creatos officiaque servantes non esse removendos. Claudium, Ephebum, Valerium, Bitonem, Fortunatum, nuncios suos, brevi remitti cupit. (Cf. testimonia Hegesippi apud Eusebium Hist. eccl. L. IV. c. 30. (22.), Dionysii episc. Corinthiae apud Eusebium Hist. eccl. L. IV. c. 31. (23.), Irenaei Contra haeres. L. III. c. 3. l. l. et Eusebii Hist. eccl. L. III. c. 16.) Coustant p. 9, Mansi I. 171, Tischendorf p. 1, Migne P. Gr. 1 p. 199. — „*Διὰ τὰς αἰφνιδίους*“ („*Διὰ γενομένας ἡμῖν*“). „Propter subitas“. („Propter calamitates“).

†10 (IX) Iacobum, episcoporum episcopum, regentem Hebraeorum sanctam ecclesiam Hierosolymis, certiorem facit, Petrum morientem invito sibi manum imposuisse, traditaque tum praedicationis cathedra, tum ligandi solvendique potestate, praecepisse: 1) ut ipse, vacuus negotiis saecularibus, in solius ecclesiae rebus versetur; 2) ut presbyteri casti sint, pupillis, viduis, egentibus, aegrotis, iis qui in carcere sint, peregrinis consulant, avaritiam defugiant, vivant concorditer, futuri iudicii sint memores; ut lites fratrum ab ecclesiae presbyteris, non a civilibus magistratibus iudicentur; 3) ut diaconi, episcoporum oculi, vigilent, ne quis peccet, neve sacrorum usum negligat cet.; 4) ut populus obediat episcopo; hunc enim qui contristaverit, eum in Christum peccare. — § Exposito symbolo apostolico scribit, se episcopos et misisse et missurum esse ad Gallias, Hispanias, Germaniam, Italiam atque ad reliquas gentes. In civitatibus, ubi ethnicorum archiflamines olim fuerint, episcoporum primates vel patriarchas, qui reliquorum episcoporum iudicia et maiora negotia agitent, constituendos esse; ubi minores archiflamines fuerint, archiepiscopos, in singulis civitatibus reliquis (non vero in villis, aut castellis, vel modicis civitatibus) singulos, non binos vel ternos aut plures, episcopos esse collocandos. Episcopos apostolorum, presbyteros reliquorum discipulorum esse vicarios. Accusari aut iudicari nec maiorem a minore, nec sacerdotem a laico debere. Episcopos a solo Domino esse aut iudicandos aut removendos; omnes terrae principes obedire iis debere; eorum adversarios, velut homicidas, excommunicandos esse. Hinschius Ps. Is. p. 30, Coustant append. p. 3, Mansi I. 111, 91, Leonis M. Opp. III. 455 (Migne 56 p. 731), Migne P. Gr. 1 p. 463, cf. Thiel I. 462. — „Notum tibi facio“.

†11 (X) Iacobo, Hierosolymorum episcopo, nunciat Petri de corporis dominici sacramentis ac de vasis vestibusque sacris praecepta. — § Addit de poenitentia agenda, de ecclesiis condendis et consecrandis, de sacerdotibus colendis. Hinschius Ps. Is. p. 46, Mansi I. 126, 157, Leonis M. Opp. III. 674 (Migne 56 p. 893), Migne P. Gr. 1 p. 483. — „Quoniam sicut a“.

†12 (XI) § Omnes coepiscopos, presbyteros, diaconos et reliquos clericos et cunctos principes maiores minoresve omnesque generaliter fideles edocet, Dominum episcopos vice sua et loco apostolorum ad docendos omnes misisse; itaque et populum et principes ut Deo obedire iis debere, quique iis resistat, eum resistere Domino. Iniussu episcopi ne presbyteri, diaconi, alii clerici quidquam agant, neve aut sacra procurent, aut baptizent cet. Addit de baptismate dando, de propaganda veritate, de libero arbitrio cet. Hinschius Ps. Is. p. 52, Mansi I. 130, Migne P. Gr. 1 p. 491. — „Urget nos, fratres“.

†13 (XII) § Iulium et Iulianum ac reliquos consodales suos gentesque, inter quas habitent, ab errore revocat. De baptismate scribit, „omnibus festinandum esse sine mora, (per aquam) renasci Deo et demum consignari ab episcopo, i. e. septiformem gratiam spiritus sancti percipere“. Addit de castitate. Hinschius Ps. Is. p. 60, Mansi I. 138, Migne P. Gr. 1 p. 501. — „Oportet, fratres, omnes“.

**88?—97?**

†14 (XIII) § Fratres et condiscipulos, Hierosolymis cum Iacobo coepiscopo suo habitantes, docet de communi bonorum usu et de sanctis libris non aliter ac secundum traditionem interpretandis. Hinschius Ps. Is. p. 65, Mansi I. 143, Migne P. Gr. 1 p. 505. — „Communis vita, fratres".

†15 (XIV) Corinthiis scribit de Christi dei erga homines misericordia, de praeceptis eius custodiendis, de morte non timenda, de futura vita aeterna, de agenda poenitentia, de exercenda virtute, de fide promissis Dei habenda, de regno Dei exspectando. (Cf. Eusebii Hist. eccl. L. III. c. 38). Coustant p. 40, Mansi I. 222, Migne P. Gr. 1 p. 329, Tischendorf p. 38. — „Ἀδελφοὶ οὕτως δεῖ" „Fratres ita sentire".

†16 (XV) Virginitatem qui servare constituerint, iis de vera fide proponit, de bonis operibus, de continentia, de amore Dei, de Christi aemulatione, de cura egentium et aegrotorum, de otio vitando cet. Wetstenii Nov. testamentum graecum II. append. p. 1, (Mansi I. 144), Migne P. Gr. 1 p. 379. — „Unicuique virginum".

†17 (XVI) Fratres hortatur, ut vitae suae consuetudines imitentur, maximeque mulierum conversationem fugiant. Wetstenii Nov. testamentum graecum II. append. p. 15, (Mansi I. 151), Migne P. Gr. 1 p. 417. — „Volo autem, sciatis."

†18 (XVII) Laicos, dum fiant sacra, vetat in presbyterio esse. Gratiani decr. III. D. II. c. 30, Mansi I. 158, 235, Migne P. Gr. 1 p. 509. (Est c. 33. Syn. Rom. a. 826). — „Sacerdotum aliorumque".

†19 (XVIII) „Monogamiam naturae atque legi consentaneam; digamiam post promissionem esse illegitimam, trigamiam intemperantiae iudicium; quae autem trigamiae addatur, apertam fornicationem esse" scribit. Coustant p. 49, Mansi I. 235. — „Monogamia quidem".

**97?**

Nov. 23? Hic dies Clementis memoriae sacratus est, cui pontifici annos 9 assignant Eusebius in Hist. eccl. L. III. c. 35. (34.), in chronico ap. Schoene p. 161 et Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 634. (Acta Clementis in Cotelerii Patr. Apost. I. 808).

---

## S. EVARISTUS (EVARESTOS, ARISTUS). 97?—105?

**97?**

Evaristum post Clementem ecclesiae Romanae praefuisse, testis est Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 851).

**97?—105?**

Mart. 24. †20 (XIX) § Universis Africae episcopis respondet de diaconis VII in unaquaque civitate constituendis, de matrimoniis legitimis. Non solum patrem sine filio lucem inaccessibilem habitare. Hinschius Ps. Is. p. 87, Mansi I. 623, Migne P. Gr. 5 p. 1047. (Ab hac epistola Pseudo-Isidorus epistolis a sese confictis addit notas consulum, quas partim ex versione quadam Libri Pontificalis variis satis modis desumpsit, partim pro libidine finxit.) — „Consulentibus vobis, fratres".

Nov. 1. †21 (XX) § Omnes per Aegyptum Domino conglutinatos fratres hortatur, ut expulsos episcopos revocent, quosque in eorum locum substituerint, pellant. Episcopo iunctam ecclesiam esse, ut marito uxorem. Querelas si in episcopos habeant, ad sedem apostolicam deferant. Ne inordinatum quidem episcopum debere a plebe aut vulgaribus hominibus accusari. Hinschius Ps. Is. p. 90, Mansi I. 627, Migne P. Gr. 5 p. 1051. — „Unum nos, fratres".

†22 (XXI) „Omnes basilicas cum missa, altaria vero non solum unctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari" iubet. Coustant p. 51, Mansi I. 631, Migne P. Gr. 5 p. 1057. (Ivonis decr. III. c. 32; cf. Gratiani decr. III. D. I. c. 3, ubi decreti pars Hygino tribuitur). — „Omnes basilicae".

†23 (XXII) Decernit, „ut presbyteri de occultis peccatis iussione episcopi poenitentes reconcilient et infirmantes absolvant et communicent". Ivonis decr. XV. c. 38, Gratiani decr. C. XXVI. qu. 6. c. 4, Mansi I. 632, Migne P. Gr. 5 p. 1057. — „Ut presbyteri de" „Presbyteri de".

**105?**

Oct. 26? Ad hunc diem mors Evaristi revocatur; cui ascribunt Eusebius in Hist. eccl. L. IV. c. 1 annos 8, in chronico ap. Schoene p. 163 annos 9, Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 634 autem annos 13.

---

## S. ALEXANDER I. 105?—115?

**105?**

Alexander Evaristo successit secundum Irenaeum Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 851).

**105? — 115?**

Iul. 24. †24 (xxiii) § Omnibus orthodoxis per diversas provincias scribit: „Omnes, qui sanctos patres (episcopos) persequantur, aut amovere vel dilacerare manifeste nitantur, infames esse et alienos a liminibus ecclesiae usque ad satisfactionem". Confessoria scripta metu vel fraude extorta episcopis non posse damno esse; eosdem „ad alios iudices prius non debere quam ad sacerdotes vel auditores ecclesiae accusari". Addit de pane et vino aqua permixto in eucharistia offerendis; de benedicenda aqua sale aspersa; de trinitate. Hinschius Ps. Is. p. 94, Mansi I. 634, Migne P. Gr. 5 p. 1057. — „Cogitantibus nobis metum".

Oct. 16. †25 (xxiv) § Omnes episcopos per diversas constitutos regiones hortatur, ut unanimes sint, et alius alium in arcendis iniuriis adiuvet. Hinschius Ps. Is. p. 102, Mansi I. 643, Migne P. Gr. 5 p. 1069. — „Nulli, fratres, dubium".

Mai. 1. †26 (xxv) § Omnibus divino sacerdotio fungentibus scribit, fratres detrahere et accusare summam iniquitatem esse, quam qui commiserint, eos esse vitandos. Hinschius Ps. Is. p. 104, Mansi I. 645, Migne P. Gr. 5 p. 1071. — „Gratia Dei sumus".

†27 (xxvi) Interdicit presbyteris, ne donis ad celanda peccata moveantur. Ivonis decr. XV. c. 112, Mansi I. 647, Migne P. Gr. 5 p. 1073. — „Ut nemo presbyterorum" „Ut nullus presbyter".

†28 Decernit, ut episcopus in causa propria non auditus a metropolitano istam causam in proxima synodo exercere possit. Ivonis decr. V. c. 169, Gratiani decr. C. VI. qu. 4. c. 4. (Est c. 17. Conc. Aurel. V. a. 549). — „Si metropolitanus".

†29 (3517) Satis habere sacerdotem iubet, missam semel aut quam plurimum bis in die celebrare. Ivonis decr. II. c. 81, Gratiani decr. III. D. I. c. 53, Mansi XIX. 979, Migne 146 p. 1410. Quod decretum non recte secundo Alexandro hactenus attributum esse probatur in Neues Archiv f. aelt. d. Gesch. V. 350. — „Sufficit sacerdoti".

†30 (xxvii) Eundem vetat et accusatorem et iudicem et testem esse. Burchardi decr. XVI. c. 15. — „Nemo simul".

**115?**

Mai. 3? Hoc die celebratur Alexandri officium, quem annos 10 ecclesiam administrasse tradit Eusebius in Hist. eccl. L. IV. c. 5. (4.) et in chron. ap. Schoene p. 165, annos 7 Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 634. (Acta S. Alexandri in Acta SS. Mai. Tom. I. 371).

---

## S. SIXTUS I. (XYSTUS I.) 115?—125?

**115?**

Sixtus in Alexandri locum subrogatus esse legitur ap. Irenaeum Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 851).

**115? — 125?**

Apr. 16. †31 (xxviii) § Omnibus in Deo patre et domino Iesu Christo fratribus scribit, esse „unum verum Deum patrem et filium; a quibus etiam spiritum sanctum non esse discretum". „In accusatione Domini ministrorum, primo persona, fides, vita et conversatio blasphemantium perscrutetur, nam dubium in fide infidelem esse". „Accusatoribus suspectis non esse credendum". Hinschius Ps. Is. p. 105, Mansi I. 650, Migne P. Gr. 5 p. 1073. — „Carissimi, fideliter agite".

**115?—125?**

Mart. 24. †32 (xxix) § Omnibus episcopis scribit, „sacra vasa ne ab aliis quam a sacratis Dominoque dicatis contrectentur hominibus". Episcopus pulsatus ad sedem apostolicam appellet; „si appellare minime ausus fuerit, et vocatus a sancta sede fuerit, venire festinet", neve „ad ecclesiam suam prius revertatur, quam literis apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus sit". „Nemo pontificum aliquem suis rebus exspoliatum episcopum, aut a sede pulsum excommunicare aut iudicare praesumat". Hinschius Ps.Is. p. 108, Mansi I. 653, Migne P. Gr. 5 p. 1077. — „Cognoscat vestra sapientia".

†33 (xxx) Iubet, „presbyteros cavere, ne animas per suam incuriam a caelesti beatitudine separent, et, si evenerit, gravi poenitentiae luctui diebus vitae suae submittere". Burchardi decr. IV. c. 46, Ivonis decr. I. c. 240, Mansi I. 656, Migne P. Gr. 5 p. 1079. — „Perpendant presbyteri".

**125?**

Apr. ? Mors Sixti in fontibus ad d. 3. et 6. et 8. m. Aprilis et d. 23. m. Decembris refertur. Ecclesiam Romanam ab eo annos 10 rectam dicunt Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 634 et Eusebius in Hist. eccl. L. IV. c. 7. (5.), cui differt eiusdem annotatio annorum 11 in chronico ap. Schoene p. 163.

---

## S. TELESPHORUS. 125?—136?

**125?**

Telesphorum Sixto proximum fuisse, docet Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 851).

**125?—136?**

Febr. 15. †34 (xxxi) § Episcopis scribit, clerici „septem hebdomadas ante pascha ieiunent; et sicut laici et saeculares homines nolint eos recipere in accusationibus et infamationibus suis, ita nec clericos debere eos recipere in impulsationibus suis; nocte nativitatis domini Salvatoris missas celebrent et hymnum angelicum decantent". Episcopos „esse audiendos, obediendos atque timendos, non dilacerandos aut detrahendos". Dei ordinationem accusare eum, qui sacerdotes accuset vel damnari cupiat". „Accusatori ne credatur, qui absente adversario causam suggerat, nec hi, qui non sint idonei, suscipiantur ad accusationem". Hinschius Ps. Is. p. 109, Mansi I. 657, Migne P. Gr. 5 p. 1081. — „Credimus sanctam fidem".

Romae †Synodus, in qua Theodotus Coriarius damnatur. Libellus synodicus in Voelli et Iustelli Bibl. II. 1167; cf. Hefele I. 103.

**136?**

Ian. ? Irenaeus l. l. praedicat de martyrio Telesphori, quod Liber Pontificalis ap. Vignoli I. 25 ad diem 2, martyrologia ad diem 5. m. Ianuarii referunt. Notitia Eusebii in Hist. eccl. L. IV. c. 14. (10.), hoc primo anno Antonini Pii (139) factum esse, minime certa est, ut docet Lipsius pag. 191. Telesphoro annos 11 regiminis concorditer dant Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 634 et Eusebius in Hist. eccl. l. l. et in chronico ap. Schoene p. 165.

---

## S. HYGINUS. 136?—140?

**136?**

Succedit Telesphoro, teste Irenaeo Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 851).

**136?—140?**

Sept. 15. †35 (xxxii) § Cunctis in apostolica fide et doctrina degentibus scribit, „filium non secundum deitatem solam a patre missum esse, sed etiam secundum carnem". Nullus metropolitanus absque caeterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum causas audiat eorum". „Criminationes maiorum natu per alios non fiant nisi per ipsos, qui crimina intendant". „Peregrina negotia et iudicia prohibet, quia

**136?—140?**

indignum sit, ut ab externis iudicentur, qui provinciales et a se electos debeant habere iudices". Hinschius Ps. Is. p. 113, Mansi I. 664, Migne P. Gr. 5 p. 1087. — „Carissimi, Deus filium".

Febr. 20. †36 (xxxiii) § Atheniensibus de vitanda infidelium societate exponit. Hinschius Ps. Is. p. 115, Mansi I. 667, Migne P. Gr. 5 p. 1091. — „Multa mihi fiducia."

†37 (xxxiv) Decernit haec: „Si qua mulier transierit ad secundas nuptias et ex eis prolem habuerit, ipsa proles non potest se copulare cognationi prioris viri usque ad quartam generationem". Gratiani decr. C. XXXV. qu. 10. c. 4, Mansi I. 668, Migne P. Gr. 5 p. 1091. — „Si qua mulier".

†38 (xxxv) „Omnes basilicas cum missa consecrari", ecclesiasque conservari ab episcopis iubet. Ivonis decr. III. c. 23. et 26, Gratiani decr. III. D. I. c. 3, Mansi I. 668. (Est c. 3. Capitul. Wormat. a. 829). — „Omnes basilicae" „Ut ecclesiae destructae".

†39 (xxxvi) Praecipit haec: „Si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia, si parietes moventur et non altare, salibus tantum exorcizetur; si homicidio vel adulterio ecclesia violata fuerit, diligentissime expurgetur, et denuo consecretur". Ivonis decr. III. c. 13. et 14, Gratiani decr. III. D. I. c. 19, Mansi I. 668, Migne P. Gr. 5 p. 1093. — „Si motum" „Si homicidio".

†40 (xxxvii) Vetat „ligna ecclesiae dedicatae ad aliud opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam". Ivonis decr. III. c. 44, Gratiani decr. III. D. I. c. 38, (Mansi I. 668, Migne P. Gr. 5 p. 1093). (Est cap. 146. Poenit. Pseudo-Theodori). — „Ligna ecclesiae".

†41 (xxxviii) „In catechismo et in baptismo et in confirmatione unum patrinum fieri posse", decernit. Ivonis decr. I. c. 218, Gratiani decr. III. D. IV. c. 100, Mansi I. 668, Migne P. Gr. 5 p. 1093. (Est cap. 185. Poenit. Pseudo-Theodori). — „In catechismo".

†42 (xxxix) Iubet haec: „Si quis ecclesiam igne combusserit, quindecim annis poeniteat et eam sedule restituat et pretium suum pauperibus distribuat". Ivonis decr. III. c. 127, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 14. — „Si quis ecclesiam".

**140?**

Ian. ? Diebus, qui variant inter d. 28. m. Decembris et d. 11. m. Ianuarii, fontes Hygini mortem notant. Cuius episcopatui assignantur ab Eusebio in Hist. eccl. L. IV. c. 16. (11.) et in chronico ap. Schoene p. 167 anni 4, ab Catalogo Liberiano ap. Mommsen p. 634 anni 12 (quos emendat Lipsius pag. 65 in annos 4).

## S. PIUS I. 140?—155?

**140?**

Pium in Hygini locum substitutum esse, memoriae tradidit Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 851) et Eusebius in Hist. eccl. L. IV. c. 16. (11.), quibus maior est de hac aetate auctoritas, quam aliis, qui cum Catalogo Liberiano ap. Mommsen p. 635 Pium post Anicetum ecclesiam gubernasse volunt.

**140?—155?**

Apr. 7. †43 (xl) § Omnibus ecclesiis significat, secundum revelationem Hermae factam pascha dominico die agendum esse. Addit de episcopis per subditos non accusandis; de accusatorum fide et conversatione scrutanda. Iussum apostolicae sedis qui neglexerit, eum infamem esse. Hinschius Ps. Is. p. 116, Mansi I. 672, Migne P. Gr. 5 p. 1119. — „Gratias agimus, fratres".

Mart. 15. †44 (xli) § Italicis fratribus scribit, praedia divino usui destinata qui ad humanum usum transferat, eum sacrilegum esse. Qui clerici episcopo non obediant, aut insidias vel contumeliam vel calumniam parent, ii „curiae tradantur". Hinschius Ps. Is. p. 118, Mansi I. 675, Migne P. Gr. 5 p. 1122. — „Scitis, fratres, quia".

†45 (xlii) Iusto (al. Vero), episcopo Viennensi, significat, se domum, ante eius a Roma discessum ab Euprepia sorore sua tributam pauperibus, incolere. In senatoria urbe Viennensi quid iam egerit, scire cupit. „Presbyteros illos, qui ab apostolis educati usque ad hoc tempus pervenerint, a Domino vocatos in cubilibus aeternis clausos teneri; sanctum Timotheum et Marcum per bonum certamen transiisse". Addit haec: „Salutant te Soter et Eleutherius digni presbyteri; Cerinthus primarches Satanae

**140?—155?**

multos avertit a fide". Bosco Bibl. Flor. xyston laev. 22, Coustant appendix p. 19, Mansi I. 677, Migne P. Gr. 5 p. 1125. — „Antequam Roma exiisses".

†46 (XLIII) Iusto, episcopo Viennensi, scribit, ex Atalo, qui martyrum epistolas attulerit, se accepisse, eum in Veri locum apud senatoriam urbem Viennensem constitutum episcopum esse. „Revelatum sibi esse, citius se finem huius vitae facturum". Bosco Bibl. Flor. xyston laev. 24, Coustant appendix p. 20, Mansi I. 678, Migne P. Gr. 5 p. 1126. — „Atalus epistolas".

†47 (XLIV) Decernit haec: „Virgines non velentur ante 25 annos, nisi forte necessitate periclitantis pudicitiae virginalis, et non sunt consecrandae, nisi in epiphania, et in sabbato paschae, et in apostolorum natalitiis, nisi causa mortis urgente". Ivonis decr. VII. c. 39, Gratiani decr. C. XX. qu. 1. c. 15, Mansi I. 679, Migne P. Gr. 5 p. 1127. — „Ut virgines non" „Virgines non".

†48 (XLV) Ecclesiasticum qui per capillum Dei vel caput iuraverit, removeri, laicum anathematizari iubet. Ivonis decr. XII. c. 72, Gratiani decr. C. XXII. qu. 1. c. 10, Mansi I. 679, Migne P. Gr. 5 p. 1127. — „Si quis per".

†49 (XLVI) Edicit haec: „Qui compulsus a domino sciens periurat, utrique sunt periuri; si liber est, 40 dies in pane et aqua poeniteat et septem sequentes annos, si servus est, tres quadragesimas et legitimas ferias poeniteat". Ivonis decr. XII. c. 61, Gratiani decr. C. XXII. qu. 5. c. 1, Mansi I. 679, Migne P. Gr. 5 p. 1127. — „Qui compulsus".

†50 (XLVII) Decernit haec: „Qui periurat se in manu episcopi aut in cruce consecrata, tres annos poeniteat; si vero in cruce non consecrata, annum unum poeniteat; qui autem coactus fuerit et ignorans se periuraverit et postea cognoscit, tres quadragesimas poeniteat". Ivonis decr. XII. c. 62, Gratiani decr. C. XXII. qu. 5. c. 2, Mansi I. 679, Migne P. Gr. 5 p. 1127. — „Qui periurat".

†51 (XLVIII) Sancit haec: „Quicumque propriam uxorem absque lege, vel sine causa et certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis publicam agat poenitentiam, et, si contumax fuerit et episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat; eadem lex erit illi, qui seniorem suum interfecerit". Ivonis decr. X. c. 166, Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 2. c. 7, Mansi I. 679, Migne P. Gr. 5 p. 1127. (Est c. 3. Capit. Wormat. a. 829). — „Quicunque propriam".

†52 (XLIX) Iubet haec: „Si per negligentiam aliquid de sanguine (al. calice) Domini stillaverit in terram, linquabitur (lingua lambetur et), tabula radetur" cet. Ivonis decr. II. c. 56, Gratiani decr. III. D. II. c. 27, Mansi I. 680, Migne P. Gr. 5 p. 1128. — „Si per negligentiam" „Si vero per negligentiam".

†53 (L) Decernit, „ut nullus de iis, qui aut in terra(m) arrepti a daemonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeat altaribus ministrare, vel indiscusse se divinis ingerat sacramentis". Ivonis decr. II. c. 125, Gratiani decret. I. D. 33. c. 3, Mansi I. 680, Migne P. Gr. 5 p. 1128. (Est c. 13. conc. Tolet. XI. a. 675). — „Bene siquidem" „Communiter diffinimus".

†54 (LI) Decernit de eulogiis populo a presbytero tribuendis. Ivonis decr. II. c. 37, (Mansi I. 680, Migne P. Gr. 5 p. 1128). — „Ut de oblationibus".

†55 (LII) Quibusdam respondet, quae consuetudines fidei catholicae non adversentur, eas servandas esse. Ivonis decr. IV. c. 66, Gratiani decr. I. D. 11. c. 6, Mansi I. 680, Migne P. Gr. 5 p. 1129. (Ex Gregorii M. ep. I. 75, ed. Maur. I. 77). — „Petistis enim per" „Consuetudinem laudamus".

†56 (LIII) Praecipit haec: „Poenitentes non debent communicare ante consummationem poenitentiae; poenitentes a conviviis et ornamentis atque alba veste abstinere debent et discordes ab ecclesia pellantur, donec ad pacem redeant". Mansi I. 681. — „Poenitentes non".

**155?**

Iul. 11? Moritur secundum Librum Pontificalem ap. Vignoli I. 31 et martyrologia. De spatio pontificatus Pii dissentiunt fontes: Eusebius in Hist. eccl. L. IV. c. 16. (11.) et in chronico ap. Schoene p. 167 ei annos 15, Catalogus Liberianus l. l. annos 20 assignat. A Graecis Pius nominatur „Osus".

## S. ANICETUS. 155?—166?

**155?**

Anicetum Pii successorem fuisse, auctor est Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 851).

**c. 164.**

Romae — Cum Polycarpo, episcopo Smyrnensi, de controversia paschali agit, frustra sed pacifice. V. Irenaei epist. ad Victorem papam ap. Eusebium, Hist. eccl. L. V. c. 27. (24.) (Libellus synodicus in Voelli et Justelli Bibliotheca II. 1167 in synodo inter illos de hac re agitatum esse vult).

**155?—166?**

Mai. 25. — †57 (LIV) § Universis ecclesiis per Galliae provincias constitutis respondet, archiepiscopum ab omnibus suffraganeis consecrandum esse, „reliquos comprovinciales episcopos, caeteris consentientibus, a tribus iussu archiepiscopi consecrari posse episcopis". „Archiepiscopus nihil de eorum causis aut de aliis communibus absque cunctorum illorum agat consilio", alioquin „ab omnibus districte corrigatur, si vero incorrigibilis eisque inobediens apparuerit, ad apostolicam sedem eius contumacia referatur, aut ad eius primatem causa deferatur". „Similiter si aliquis episcoporum proprium metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem dioeceseos aut apud apostolicam sedem audiatur". „Nulli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi qui primas teneant civitates, quarum episcopos apostoli et successores apostolorum regulariter patriarchas et primates esse constituerint". De clericorum tonsura addit. Hinschius Ps. Is. p. 120, Mansi I. 683, Migne P. Gr. 5 p. 1129. — „Bonorum operum et".

**166?**

Apr. 17? — Moritur. Hunc diem Aniceto usque hodie sacrum profert Liber Pontificalis ap. Vignoli I. 28. Anicetum octavo anno imperatoris Marci Aurelii (168) occidisse prodit Eusebius in Hist. eccl. L. IV. c. 27. (19.), de huius infirmitate tractat Lipsius pag. 186. Annorum 11 regimen praebet iste Eusebius in Hist. eccl. et in chronico ap. Schoene p. 171, dum catalogi Pont. Rom. valde inter se discrepant.

## S. SOTER. 166?—174?

**166?**

Soterem post Anicetum in Petri sedem escendisse narrant et Hegesippus ap. Eusebium, Hist. eccl. L. IV. c. 30. (22.) et Irenaeus Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 851).

**166?—174?**

58 (2) * Soteris ad Corinthios epistolae mentionem facit Dionysius, episcopus Corinthius, ap. Eusebium, Hist. eccl. L. IV. c. 31. (23).

59 * Scribit librum contra Montanistas. Anonymus Praedestinatus c. 26, 86. in Sirmondi Opp. I. 275, 293.

Mai. 7. — †60 (LV) § Campanis omnibus de incarnatione exponit. „Filium secundum carnem dici, nam secundum divinitatem a patre nusquam legi factum sed genitum; non doceri filium praecepto patris fuisse locutum, sed magis proprium exercuisse in loquendo sermonem". Hinschius Ps. Is. p. 122, Mansi I. 688, Migne P. Gr. 5 p. 1134. — „Gaudere vos oportet".

Iun. 1. — †61 (LVI) § Fratribus per Italiae provincias sanctis constitutis episcopis scribit, ne monachae „sacra vasa vel sacratas pallas contingant, neve incensum circa altaria deferant". Hinschius Ps. Is. p. 124, Mansi I. 689, Migne P. Gr. 5 p. 1136. — „Divinis praeceptis et".

†62 (LVII) Sancit haec: „Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, illud consilio salubriore mutandum noverimus, et magis instante necessitate periurandum nobis, quam pro facto iuramento in aliud crimen maius esse divertendum". Ivonis decr. XII. c. 75, Gratiani decr. C. XXII. qu. 4. c. 16, Mansi I. 691, Migne P. Gr. 5 p. 1137. — „Si aliquid forte".

**166?—174?**

†63 (LVIII) Praecipit, „ut ubi temporis vel loci sive cleri copia suffragatur, habeat quisquis canens Deo atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem". Ivonis decr. II. c. 126, Gratiani decr. III. D. I. c. 58, Mansi I. 691, Migne P. Gr. 5 p. 1137. (Est c. 14. conc. Tolet. XI. a. 675). — „Ut illud divini".

†64 (LIX) Vetat „presbyterum missarum solemnia celebrare, nisi duobus praesentibus sibique respondentibus ipse tertius habeatur". Ivonis decr. II. c. 127, Gratiani decr. III. D. I. c. 61, Mansi I. 692, Migne P. Gr. 5 p. 1139. — „Hoc quoque statutum".

†65 (LX) Die coenae Domini percipi eucharistiam iubet. Ivonis decr. II. c. 30, Gratiani decr. III. D. II. c. 17, Mansi I. 692, Migne P. Gr. 5 p. 1140. (Est c. 47. conc. Cab. II. a. 813). — „In coena Domini".

**174?**

Apr. 22? Moritur. Nam hoc die venerantur Soterem, cui Eusebius in Hist. eccl. L. V. c. 1. (prooemio) et in chronico ap. Schoene p. 171 annos 8, Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 635 annos 9 dederunt.

---

## S. ELEUTHERUS. 174?—189.

**174?**

Eleutherus post Soterem ecclesiae praeficitur testibus Hegesippo ap. Eusebium, Hist. eccl. L. IV. c. 30. (22.) et Irenaeo Contra haeres. L. III. c. 3. p. 176 (Migne P. Gr. 7 p. 851).

**174?—189.**

66 *Emittit litteras pacis pro Montanistis per Asiam minorem et Phrygiam commorantibus. Tertullianus adv. Praxeam 1. Opp. p. 844 (Oehler II. 654, Migne 2 p. 155).

67 *Easdem litteras revocat urgente Praxea. Tertullianus l. l.

Iul. 11. †68 (LXI) § Universas ecclesias per Galliae provincias Domino militantes hortatur, ne „refutent escas communes". „De accusationibus clericorum" respondet, „quamvis liceat apud provinciales episcopos et metropolitanos atque primates episcoporum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licere diffinire", nam „finitiva episcoporum iudicia ad sedem apostolicam deferenda esse". „Reliquorum vero clericorum causas apud provinciales et metropolitanos ac primates et ventilare et iuste finire licere". Reus in provincia sua dicat causam, neu „alibi aut longius ad iudicium protrahatur". Hinschius Ps. Is. p. 125, Mansi I. 695, Migne P. Gr. 5 p. 1139. — „Magno munere misericordiae".

†69 (LXII) Lucio Britanniae regi, nuper christianae fidei conciliato, respondet, leges Romanas et Caesaris, quarum exemplum petierit, reprobari posse, legem Dei non posse; itaque ex utraque pagina legem sumat. Coustant append. p. 23, Mansi I. 698, Migne P. Gr. 5 p. 1143. V. Bedae Vener. Hist. eccl. gent. Angl. L. I. c. 4. — „Petiistis".

**189.**

Depositio Eleutheri a Libro Pontificali ap. Vignoli I. 32 et nonnullis martyrologiis d. 26. (28.) m. Maii, ab nonnullis d. 6. m. Septembris notatur. Eidem ecclesiam administranti ab Catalogo Liberiano ap. Mommsen p. 635 et Eusebio in chronico ap. Schoene p. 173 anni 15, in Hist. eccl. L. V. c. 1. (prooemio) autem anni 13 dantur, et ibidem L. V. c. 25. (22.) initium episcopatus decimo septimo anno Antonini Veri (i. e. 177) concordatur. Sed quia annus 189 certe primordio Victoris (et morti Eleutheri) tribuendus est, annorum numerum in Catalogo Liberiano et chronico praeferentes initium Eleutheri ad annum 174 ponimus (cf. Lipsius pag. 172).

## S. VICTOR I. 189—c. 199.

**189.**

Ecclesiae praeesse incipit. Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 635. Eusebius, Hist. eccl. L. V. c. 25. (22.) ponit primordium Victoris anno decimo Commodi, cui fides tribuenda est, ut exponit Lipsius pag. 172.

**c. 190.**

Romae — †Synodus, quae Theodotum, Aebionem et Artemonem abdicat. Libellus synodicus in Voelli et Justelli Bibl. II. 1170; cf. Hefele I. 102.

70 * Theodotum Coriarium, qui primus Christum nudum esse hominem asseruit, a communione ecclesiae eiicit. Eusebius, Hist. eccl. L. V. c. 32. (28).

71 * Petente Marcia, Commodi imperatoris concubina, nomina confessorum in Sardinia insula commorantium conscribit. Philosophumena L. IX. c. 12. p. 454 (Migne P. Gr. 16 III. p. 3382).

**190?—194?**

Romae — Synodus, in qua sanciunt: „Ne ullo alio quam dominico die mysterium resurrectionis Domini unquam celebretur, utque eo duntaxat die paschalium ieiuniorum terminus observetur". Eusebii Hist. eccl. L. V. c. 26. (23). Cf. Libellum synodicum in Voelli et Justelli Bibl. II. 1169. (Hefele I. 94).

72 (3) * Eiusdem synodi Romanae epistola, cui Victoris episcopi nomen praefixum erat, memoratur ap. Eusebium, Hist. eccl. L. V. c. 26. (23).

73 (4) * A Polycrate, episcopo Ephesio, petit, ut paschalis diei constituendi causa episcopos convocet. V. Polycratis ad Victorem responsum ap. Eusebium, Hist. eccl. L. V. c. 27. (24).

Iul. 20. — †74 (LXIII) § Theophilo episcopo et cunctis fratribus in Alexandria Domino famulantibus scribit de paschate die dominica et „a quarta decima luna primi mensis usque ad vicesimum primum eiusdem mensis diem" agendo. De rebus incertis ne iudicetur. Episcoporum causas definiri nisi a sede Romana non debere; ubi dum causae agantur, non posse successores iis subtitui. Hinschius Ps. Is. p. 127, Mansi I. 700, Migne P. Gr. 5 p. 1483. — „Multa mihi gratulatio".

†75 (LXV) Desiderium, episcopum Viennensem, monet, sequatur praeceptum, a „presbyteris, qui apostolos in carne viderint" ei datum, ut pascha „non decima quarta luna cum Iudaeis, sed (a) decima quinta usque ad vigesimam primam" agatur. Eubolum, „qui epistolam fert Viennam", commendat. Bosco Bibl. Flor. xyston laev. 24, Coustant append. p. 21, Mansi I. 704, Migne P. Gr. 5 p. 1488. — „Sicut sancta fraternitas".

†76 (LXVI) Paracodae episcopo scribit, ecclesiam orientalem ab occidentali propter paschae celebrationem disiunctam esse. Hortatur, doceat eam a decima quinta luna esse agendam. Salutat fratres cum eo Viennae degentes. Bosco Bibl. Flor. xyston laev. 26, Coustant append. p. 22, Mansi I. 705, Migne P. Gr. 5 p. 1489. — „Collega noster Dionysius".

**195?**

77 (5) *„Omnes Asiae vicinarumque provinciarum ecclesias", in hac manentes sententia, ut pascha quartadecima luna celebretur, „tanquam contraria rectae fidei sentientes, a communione abscindere conatur, datisque litteris universos, qui illic erant, fratres proscribit et ab unitate ecclesiae prorsus alienos esse pronunciat". Eusebii Hist. eccl. L. V. c. 27. (24). Cf. Socratis Hist. eccl. L. V. c. 22.

**189—c. 199.**

Sept. 1. — †78 (LXIV) § Universis episcopis per Africam constitutis sub excommunicationis poena praecipit, ut unanimes sint, inimicitiasque de sacramentis deponant. Hinschius Ps. Is. p. 129, Mansi I. 703, Migne P. Gr. 5 p. 1487. — „Semper enim in".

Romae — †Synodus, in qua Sabellius et Noetius damnantur. Libellus synodicus in Voelli et Justelli Bibl. II. 1171; V. Mansi I. 1001, qui Sixto II. tribuit et Hefele I. 102.

**c. 199.**

Mortem Victoris Liber Pontificalis ap. Vignoli I. 35 ad d. 28. m. Iulii, vetusta martyrologia ad d. 20. m. Aprilis referunt. Qui nobiscum tribuere vult primordium Victoris anno 189, exitum ponere debet anno 198 aut 199, cum Catalogus Liberianus l. l. regimini eiusdem annos 9, Eusebius in Hist. eccl. L. V. c. 32. (28.) et in chronico ap. Schoene p. 175 annos 10 assignent.

## S. ZEPHYRINUS. c. 199—217.

**c. 199.**

Ecclesiae praeponitur. Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 635 et Eusebius, Hist. eccl. L. V. c. 32. (28).

**c. 200.**

Callistum coadiutorem in ordinatione clericorum et praepositum coemeterii a sese aperti designat. Philosophumena L. IX. c. 12. p. 456 (Migne P. Gr. 16 III. p. 3383).

**c. 199—205?**

79 Dicit: „Ego et moechiae et fornicationis delicta poenitentia functis dimitto." Fragmentum huius decreti invenitur ap. Tertullianum De Pudicitia c. 1. Opp. p. 999 (Oehler I. 792, Migne 2 p. 981).

**c. 199—217.**

Sept. 20. †80 (LXVII) § Omnibus per Siciliam constitutis episcopis scribit, „patriarchae vel primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant finitivam, quam apostolica fulti auctoritate, aut reus se ipsum confiteatur aut per innocentes et regulariter examinatos convincatur testes septuaginta duo". Nullum episcopum „sententia a non suo iudice dicta constringat, quia et leges saeculi id ipsum fieri praecipiant". „Duodecim iudices quilibet episcopus accusatus eligat; finis vero eius causae ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur". „Ad eam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis, appellandum esse". Hinschius Ps. Is. p. 131, Mansi I. 730, Migne P. Gr. 10 p. 11. — „Divinae circa nos".

Nov. 7. †81 (LXVIII) § Fratres per Aegyptum Domino militantes edocet, episcopos pulsos et exspoliatos, antequam ius de iis fiat, in integrum restituendos esse. Presbyteri ac levitae solemniter ordinentur. Hinschius Ps. Is. p. 133, Mansi I. 732, Migne P. Gr. 10 p. 17. — „Tantam a Domino".

**217.**

Mortuus die 26. (25.) m. Augusti legitur in Libro Pontificali ap. Vignoli I. 37 et in quibusdam martyrologiis, in aliis autem die 20. m. Decembris. Catalogus Liberianus l. l. dat annos 19, Eusebius in Hist. eccl. L. VI. c. 21 annos 18, quae differentia oritur ex varia notatione annorum in Victoris pontificatu. Consules in Catalogo Liberiano respondent anno 217.

Deponitur in „coemeterio suo iuxta coemeterium via Appia" (i. e. coemeterium Callisti). Liber Pontificalis l. l.

## S. CALLISTUS I. (CALIXTUS I.) 217—222.

**217.**

Ecclesiam regendam suscipit. Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 635 et Eusebius, Hist. eccl. L. VI. c. 21.

**c. 218.**

82 *Sabellium anathematizat. Philosophumena L. IX. c. 12. p. 456 (Migne P. Gr. 16. III. p. 3383).

**217—222.**

83 * Hippolytum ditheismo incumbere palam declarat, et doctrinam suam de trinitate explanat. Philosophumena L. IX. c. 12. p. 458 (Migne P. Gr. 16 III. p. 3383).

84 * Edictum emittit, quo omnibus peccatoribus vere poenitentibus receptio in communionem ecclesiae promittitur, omnibus ab haereticis ad fideles Christi redeuntibus pax ecclesiastica praebetur, et quo decernitur, episcopum etiam ad mortem peccantem non posse removeri. Philosophumena L. IX. c. 12. p. 458 (Migne P. Gr. 16 III. p. 3386).

Nov. 21. †85 (LXIX) § Benedicto fratri et coepiscopo respondet de ieiuniis „per quatuor anni tempora" agendis ac de episcopis non accusandis. „Nulli imperatori licere aliquid contra mandata divina praesumere; iniustum ergo iudicium et diffinitionem iniustam, regio metu aut iussu, aut cuiuscumque episcopi aut potentis, a iudicibus ordinatam vel actam, non valere". Hinschius Ps. Is. p. 135, Mansi I. 737, Migne P. Gr. 10 p. 121. — „Fraternitatis amore".

Oct. 8. †86 (LXX) § Fratribus per Gallias constitutis universis episcopis scribit, in episcopum qui conspiraverint clerici removeantur, laici excommunicentur, utrique infames „in nullius accusationem recipiantur". Pari poena teneantur, qui excommunicatis communicaverint. „Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum iudicare aut excommunicare praesumat"; quae si primas vel metropolitanus „sine consilio ac voluntate omnium comprovincialium episcoporum agere tentaverit, gradus sui periculo subiaceat". Consanguineorum liberos, raptores, et eos „qui seniores impetant, sacerdotes vel legitime convictos criminari vel in eos testificari minime posse". Ne quis accusetur absens, neu per libellum, sed viva voce; testes quoque praesentes testimonium dicant, cet. Hinschius Ps. Is. p. 137, Mansi I. 740, Migne P. Gr. 10 p. 125. — „Plurimorum relatu".

**222.**

Oct. 14. Moritur Callistus, cui dicatus hic dies est. Depositio martyrum in Chronographo a. 354 ap. Mommsen p. 633. (De martyrio Callisti v. Rossi R. S. II. 50 et Lipsius pag. 274). Catalogus Liberianus l. l. et Eusebius in Hist. eccl. L. VI. c. 21 pariter uti recentiores fontes assignant ei annos 5.

Deponitur in Via Aurelia in coemeterio Calepodii, Lib. Pontificalis ap. Vignoli I. 39. (Vita Callisti in Philosophumenis ab Hippolyto antipapa conscriptis. Acta Callisti in Acta SS. Oct. T. VI. 439).

## S. URBANUS I. 222—230.

**222.**

Succedit Callisto I. Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 635 et Eusebius, Hist. eccl. L. VI. c. 21.

**222—230.**

Sept. 5. †87 (LXXI) § Omnibus christianis de puniendis sacrilegis scribit. Addit de episcoporum auctoritate, de voto baptismali, de spiritu sancto „per manus impositionem episcoporum post baptisma accipiendo". Hinschius Ps. Is. p. 143, Mansi I. 748, Migne P. Gr. 10 p. 135. — „Decet omnes christianos".

**230.**

Mai. 19? Moritur. Urbanum sepultum esse die 19. m. Maii legimus in Libro Pontificali ap. Vignoli I. 41; ecclesia catholica autem sequens martyrologium Hieronymianum memoriam colit die 25. m. Maii. De tempore episcopatus catalogi differunt. Catalogus Liberianus l. l. et Eusebius in Hist. eccl. L. VI. c. 23. dant annos 8, iste autem in chronico ap. Schoene p. 179 et Catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. p. 218 annos 9. Annum mortis designat Catalogus Liberianus consulatui Agricolae et Clementini a. 230. Initium pontificatus potest ergo poni ad annum 222,

**230.**

cui non obstat notitia consulum Maximi et Eliani anni 223 in isto catalogo, qui saepe exordium et initium duorum pontificatuum in duos annos distribuit. (Acta Urbani in Act. SS. Mai. T. V. 477).

Deponitur „in coemeterio Praetextati" secundum Librum Pontificalem l. l. De fide huius notitiae cf. Rossi R. S. II. 52, Bullettino di arch. crist. S. II. T. I. p. 47, T. III. p. 76 et Lipsius pag. 180.

## S. PONTIANUS. 230—235.

**230.**

Pontifex constituitur post Urbanum I. Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 635 et Eusebius, Hist. eccl. L. VI. c. 23.

**c. 231.**

Romae — Synodus (senatus), in qua sententia Demetrii Alexandrini episcopi de damnatione Origenis confirmatur. Hieronymus in Epist. ad Pammachium et Oceanum Opp. ed. Vallarsius I. 521 (Migne 22 p. 751); cf. Hefele I. 107 et Döllinger Hippolytus und Kallistus pag. 260.

**230—235.**

Ian. 23. — †88 (LXXII) § Felicem Scribonem de defensis sacerdotibus laudat. In sacerdotibus Dominum honorari, cuius legatione fungantur", eos „accusandos non esse ab infamibus, aut sceleratis, vel inimicis, aut alterius sectae vel religionis hominibus; si peccaverint, a reliquis arguantur sacerdotibus, sed et a summis pontificibus constringantur, et non a saecularibus aut malae vitae hominibus arguantur". Hinschius Ps. Is. p. 147, Mansi I. 756, Migne P. Gr. 10 p. 159. — „Oppido cor nostrum".

Apr. 28. — †89 (LXXIII) § Episcopis omnibus recte Dominum colentibus de caritate fraterna exponit. „Suspectos, aut inimicos, aut facile litigantes, et eos, qui non sint bonae conversationis, aut quorum vita sit accusabilis, et qui rectam non teneant et doceant fidem, accusatores esse et testes" vetat. Hinschius Ps. Is. p. 148, Mansi I. 759, Migne P. Gr. 10 p. 162. — „Gloria in excelsis".

**235.**

In Sardiniam — deportatur. „Severo et Quintino coss. Pontianus episcopus et Yppolitus presbyter exoles sunt deportati in Sardinia in insula nociva". Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 635.

Sept. 28. In Sardinia insula — „discinctus est IV. kal. Octobris". Catalogus Liberianus l. l. Pontianus sedisse dicitur ap. Eusebium in Hist. eccl. L. VI. c. 29. annos 6, in Catalogo Liberiano l. l. a. 5 m. 2 d. 7. An dies 28. m. Septembris a. 235 dies mortis Pontiani sit, dubium est inter recentiores: nam Liber Pontificalis ap. Vignoli I. 42. ponit pro „discinctus..." verba „afflictus, maceratus fustibus martyr defunctus est III. (IV.) kal. Novembr." Mommsen l. l. et Lipsius pag. 195 his verbis vident depravatum textum catalogi Liberiani, Rossi R. S. II. 77 autem iisdem diem martyrii traditum esse censet. Romam deportatum est corpus Pontiani (a Fabiano papa) et ibidem depositum in coemeterio Callisti die 13. m. Augusti secundum „Depositionem martyrum" in Chronographo a. 354 ap. Mommsen p. 632. Ecclesia catholica colit memoriam die 19. m. Novembris.

## HIPPOLYTUS antipapa. 217—235.

**217.**

Post Zephyrini mortem schismate in ecclesia Romana exorto antipapam electum esse patet ex Philosophumenis nuper detectis; quorum auctorem ipsum hunc antipapam eundemque Hippolytum censet Döllinger Hippolytus und Kallistus.

**235.**

In Sardiniam | deportatur unacum Pontiano papa, cf. supra.

---

## S. ANTERUS. 235—236.

**235.**

Nov. 21. Ordinatur post abdicationem Pontiani „XI. kal. Decembris consulibus Severo et Quintino". Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 635.

**235—236.**

Mart. 20. †90 (LXXIV) § Fratribus per Baeticae atque Toletanae provincias episcopis constitutis „de mutatione episcoporum" respondet, licere eum „transferri de minori civitate ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate fecerit, sed aut vi a propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci aut populi, non superbe sed cum humilitate ab aliis translatus et inthronizatus sit". Hinschius Ps. Is. p. 151, Mansi I. 763, Migne P. Gr. 10 p. 167. — „Optarem fratres karissimi".

**236.**

Ian. 3. Moritur (martyrio coronatus? cf. Rossi R. S. II. 181, Lipsius pag. 198) „III. non. Ianuar. Maxim(in)o et Africano coss.", Catalogus Liberianus l. l. Antero in eodem catalogo ascribuntur: mensis 1 d. 10, in Libro Pontif. ap. Vignoli I. 43 m. 1 d. 12, in Catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. p. 218: m. 1 d. 11. Fluxere autem ex die 21. m. Nov. a. 235 ad d. 3. m. Ianuarii a. 236 mensis 1 dies 14. Depositus est in coemeterio Callisti. Epitaphium ap. Rossi R. S. II. 56.

---

## S. FABIANUS. 236—250.

**236.**

Ian. 10? | In ecclesia | Eligitur ab omni populo, Eusebii Hist. eccl. L. VI. c. 29. „Maximiano et Africano coss.", Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 635.

**c. 240.**

91 (6) * Privatum, episcopum Lambesitanum, „in Lambesitana colonia ob multa et gravia delicta nonaginta episcoporum sententia condemnatum, litteris severissime notat". V. Cypriani ep. 59. (55.) Opp. p. 677 (84) (Migne 3 p. 810).

**236—250.**

„Regiones divisit diaconis et multas fabricas per coemeteria fieri iussit". Catalogus Liberianus l. l. cf. Rossi R. S. I. 199.

Iul. 1. †92 (LXXV) § Catholicae ecclesiae comministris praescribit, in civitatibus omnibus ut Romae diaconi septem, subdiaconi septem, totidemque notarii, qui martyrum gesta perscribant, esse constituendos. Novatum narrat ex Africa venisse, a fideque Novatianum et alios avertisse. „Hos et omnes, qui rectam non doceant doctrinam vel rectam non teneant fidem, neminem recte credentium accusare posse". Qui excommunicatis communicaverit, eum ipsum excommunicandum esse. Hinschius Ps. Is. p. 156, Mansi I. 771, Migne P. Gr. 10 p. 183. — „Divinis praeceptis et".

Oct. 19. †93 (LXXVI) § Omnibus orientalibus episcopis et cunctis fidelibus scribit de chrismate

**236—250.**

singulis annis in coena Domini conficiendo; et de iis, quibus accusare sacerdotes non liceat. Qui clerici adversentur vel insidientur episcopis, vel conspirent, ii „curiae tradantur, cui diebus vitae deserviant et infames absque ulla restitutionis spe permaneant“. Episcopum, nisi aberraverit a fide, accusandum non esse. Hinschius Ps. Is. p. 160, Mansi I. 775, Migne P. Gr. 10 p. 188. — „Exigit dilectio vestra“.

Oct. 16. †94 (LXXVII) § Hilario episcopo exponit de iis, qui sacerdotum accusandorum iure careant, ac de peregrinis iudiciis (salva in omnibus apostolica auctoritate) prohibendis. „Episcopus super certis accusatus criminibus, ab omnibus audiatur, qui sint in provincia episcopis“, et appellationem habeat. „Omnis, qui crimen obiiciat, scribat se probaturum revera; semper ibi causa agatur, ubi crimen admittatur; et qui non probaverit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur“. Hinschius Ps. Is. p. 167, Mansi I. 781, Migne P. Gr. 10 p. 195. — „Divinae circa nos“.

†95 (LXXVIII) Decernit haec: „Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo, qui contristaverit, acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti animo satisfactionem recipiat“. Ivonis decr. XIII. c. 60, Gratiani decr. I. D. 90. c. 10, Mansi I. 785, Migne P. Gr. 10 p. 199. — „Si quis contristatus“.

†96 (LXXIX) Decernit ita: „Quicunque sciens se periuraverit, 40 dies in pane et aqua et 7 sequentes annos poeniteat, et nunquam sit sine poenitentia, et nunquam in testimonium recipiatur; communionem tamen post haec percipiat“. Ivonis decr. XII. c. 65, Gratiani decr. C. VI. qu. 1. c. 18, Mansi I. 785, Migne P. Gr. 10 p. 199. (Ex poenit. Halitgar. IV. 28). — „Quicunque sciens“.

†97 (LXXX) Edicit haec: „Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt; sed, si contractum fuerit, non separentur“. Ivonis decr. VIII. c. 168, Gratiani decr. C. XXXII. qu. 7. c. 26, Mansi I. 785, Migne P. Gr. 10 p. 199. — „Neque furiosus“.

†98 (LXXXI) Sancit haec: „De propinquis, qui ad affinitatem per virum et uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione coniungantur; in quarta si inventi fuerint, non separentur; in tertia vero propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius“. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2. et 3. c. 3, Mansi I. 785, Migne P. Gr. 10 p. 199. (Ex poenit. Pseudo-Theodori). — „De propinquis, qui“.

†99 (LXXXII) Praescribit haec: „Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt et separantur, non licebit eis, quamdiu utrique vivunt, alias uxores sibi in coniugio sociare, (nisi ignorantia excusentur)“. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2. et 3. c. 4, Mansi I. 785, Migne P. Gr. 10 p. 200. — „Qui propinquam“.

†100 (LXXXIII) Decernit ita: „Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est pater, mater, frater, soror, patruus, avunculus, amita, matertera, et eorum procreatio; si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus et veracioribus episcopus canonice perquirat, et, si inventa fuerit propinquitas, separentur“. Ivonis decr. IX. c. 57, Gratiani decr. C. XXXV. qu. 6. c. 1, Mansi I. 786, Migne P. Gr. 10 p. 200. — „Consanguineos extraneorum“.

†101 (LXXXIV) Decernit haec: „Etsi non frequentius, saltem in anno ter (laici) homines communicent, in pascha videlicet, in pentecoste et natali Domini“. Ivonis decr. II. c. 27, Gratiani decr. III. D. II. c. 16, Mansi I. 786, Migne P. Gr. 10 p. 200. (Est c. 50. conc. Turon. a. 813). — „Ut si non“ „Etsi non“.

†102 (LXXXV) Sancit, ne quis nisi confectis annis 30 presbyter ordinetur. Ivonis decr. VI. c. 30, Mansi I. 786, Migne P. Gr. 10 p. 200. — „Si quis triginta“.

†103 (LXXXVI) „Decernit, ut omnibus dominicis diebus oblatio altaris ab omnibus viris vel mulieribus fiat tam panis quam vini, ut per has immolationes a peccatorum suorum fascibus liberentur“. Ivonis decr. II. c. 34, Mansi I. 786, Migne P. Gr. 10 p. 201. — „Decrevimus, ut“.

†104 (LXXXVII) „Sacrificium accipi“ vetat „de manu sacerdotis, qui orationes vel lectiones et reliquas observationes in missa secundum ritum implere non possit“. Ivonis decr. II. c. 44, Mansi I. 786, Migne P. Gr. 10 p. 202. — „Sacrificium non est“.

**250.**

Ian. 20. Necatur „XII. kal. Febr. Decio II. et Grato coss.“, Catalogus Liberianus l. l. (Cum Depositione martyrum ap. Mommsen p. 631 et Libro Pont. ap. Vignoli I. 45 ponendus

**250.**

XIII. kal. Febr. est, quo die etiam ecclesia catholica colit memoriam Fabiani.) De martyrio cf. etiam Cypriani ep. 9. (3) et 69. (76). Opp. p. 488 (8) et 752 (152) (Migne 3 p. 1140 et 4 p. 229) et Eusebii Hist. eccl. L. VI. c. 39. In chronico ap. Schoene p. 181 dat Eusebius Fabiano annos 13, Catalogus Liberianus l. l. a. 14 m. 1 d. 10 (Catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. p. 218: a. 14 m. 2 d. 10); sed quia inter mortem Anteri die 3. m. Ianuarii a. 236 et necem Fabiani d. 20. m. Ianuarii numerantur tantum a. 14 d. 18, Lipsius pag. 199 delet „m. 1" et ponit electionem Fabiani ad diem 10. m. Ianuarii a. 236. Depositus est Fabianus in coemeterio Callisti. Epitaphium ap. Rossi R. S. II. 59.

---

## S. CORNELIUS. 251—253.

**251.**

Mart.-Apr. | Romae | Eligitur, postquam aliquamdiu ecclesia Romana „propter rerum et temporum difficultates" vacaverat. V. cleri Romani epist. in Cypriani Opp. p. 553 (43) (Migne 4 p. 307), „quietus et modestus et quales esse consueverunt, qui ad hunc locum divinitus eliguntur, ... de Dei et Christi eius iudicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis, quae tunc affuit, suffragio, et de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, i. e. locus Petri .... vacaret", Cypriani ep. 55. (52). Opp. p. 628 (68) (Migne 3 p. 768). Cum electionem Cornelii notam iam fuisse synodo paschali a Cypriano Carthaginis a. 251 congregatae pateat ex eiusdem ep. 48. (45). Opp. p. 606 (59) (Migne 3 p. 710), ea debet poni circa menses Martis aut Aprilis. Cf. Lipsius pag. 205.

Romae in ecclesia | Consecratur a sedecim episcopis. V. Cypriani ep. 55. (52). Opp. p. 629, 642 (67, 73) (Migne 3 p. 768, 790).

105 (7) *Cypriano, episcopo Carthaginiensi, se pontificem creatum nunciat. Cypriani ep. 45. (42). Opp. p. 600 (56) (Migne 3 p. 705).

c. Oct. | Romae | Synodus episcoporum 60, in qua concilii Carthaginiensis de lapsis decretum confirmatur et Novatianus sociique excommunicantur. Cypriani epp. 55. (52) et 67. (68). Opp. p. 627 (68) et 741 (120) (Migne 3 p. 767 et 1031) et Eusebii Hist. eccl. L. VI. c. 43. Cf. Hefele I. 114.

106 (8) Fabio, episcopo Antiocheno, scribit de schismate post electionem suam Romae exorto. Novatum presbyterum Carthaginiensem cum quinque sociis Romam venientem discordiam ecclesiae intulisse, sed non potuisse Moysem confessorem tunc in carcere degentem sibi conciliare, sed illum falsitatem eius agnoscentem a communione eius se separasse. Sed paulo post (mortuo Moyse) Novatianum Novati amicum alios confessores, Maximo, Urbano, Sidonio ac Celerino nomine, ad partes suas duxisse, quos autem paulo post destituisse ab eo et publice doluisse, quod inducti aliquando temporis spatio ab ecclesia recessissent. Sed contra iusiurandum Novatianum subito prodiisse, eique tres episcopos, ex „exigua et vilissima Italiae parte" arcessitos, Romae manus imposuisse; quorum unum quidem ad ecclesiam postea rediisse, reliquis vero successores a se datos esse. Qui episcopi Romae congregati Novatianum damnaverint, quique huic sententiae per litteras accesserint, nunciat. Memorat etiam, in ecclesia catholica esse presbyteros 46, diaconos 7, subdiaconos 7, acolythos 42, exorcistas, lectores, ostiarios 52, viduas cum θλιβομένοις amplius 1500. (Fragmenta.) Eusebii Hist. eccl. L. VI. c. 43, Coustant p. 146, Mansi I. 817, Migne 3 p. 733.

107 (9) *Dionysio, episcopo Alexandrino, litteras adversus Novatianum mittit. Eusebii Hist. eccl. L. VI. c. 46. (47).

108 (10) * Cypriano, episcopo Carthaginiensi, litteris per Primitivum missis motum se ostendit, „quod, cum de Hadrumetina colonia Polycarpi (episcopi) nomine ad se litterae dirigerentur, posteaquam Cyprianus et Liberalis in eundem locum venissent, coepissent ad presbyteros et ad diaconos (Romanos, non ad ipsum) litterae dirigi". Cypriani ep. 48. (45). Opp. p. 606 (59) (Migne 3 p. 710).

109 (11) * Cyprianum, episcopum Carthaginiensem, epistola Augendo confessori data certiorem facit, Nicostratum, Novatum, Evaristum, Primum, Dionysium, Novatiani

**251.**

socios, Carthaginem profectos esse. V. Cornelii ep. in Cypriani Opp. p. 613 (62) (Migne 3 p. 713) et ap. Mansi I. 832.

110 (12) Cypriano, episcopo Carthaginiensi, significat, sceleratum illum hominem (Novatianum), expulsis Maximo et Longino et Machaeo, denuo resurrexisse. Monet iterum, ut Nicostratum, Novatum, Evaristum, Primum, Dionysium a fidelibus caveri iubeat. Cypriani Opp. p. 613 (62), Coustant p. 133, Mansi I. 832, Migne 3 p. 712. — „Ne quid minus".

111 (13) Cypriano, episcopo Carthaginiensi, scribit, Maximum et Urbanum confessores et Sidonium Machariumque, relicta Novatiani parte, in gratiam secum rediisse, „contracto presbyterio" et episcopis quinque praesentibus haec professos: „Nos Cornelium, episcopum sanctissimae catholicae ecclesiae, electum a Deo omnipotente et Christo domino nostro scimus; nos errorem nostrum confitemur; imposturam passi sumus; circumventi sumus perfidia et loquacitate captiosa; nam tametsi videbamur quasi quandam communicationem cum schismatico et haeretico homine habuisse, cor tamen nostrum semper in ecclesia fuit; nec enim ignoramus, unum Deum esse et unum Christum esse dominum, quem confessi sumus, unum sanctum spiritum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere". Has litteras suas, Nicephoro acolytho datas, ad ceteras quoque ecclesias mitti vult. Cypriani Opp. p. 608 (60), Coustant p. 135, Mansi I. 830, Migne 3 p. 716. — „Quantam sollicitudinem".

**252.**

c. Iuli. — 112 (14) * Cypriano, episcopo Carthaginiensi, litteris per Satyrum acolythum missis significat, „Felicissimum, hostem Christi, reiectum ab ipso esse, et cum venisset stipatus caterva et factione desperatorum, vigore pleno, quo episcopum agere oportet, pulsum de ecclesia esse". Cypriani ep. 59. (55). Opp. p. 666 (79) (Migne 3 p. 796).

113 (15) * Cypriano, episcopo Carthaginiensi, nunciat, Felicissimum sociosque ipsum „aggressos esse, cum summa desperatione comminantes, quod, si litteras, quas attulerant, non accepisset, publice eas recitarent, et multa turpia ac probrosa et ore suo digna proferrent". Cypriani ep. 59. (55). Opp. p. 667 (80) (Migne 3 p. 797).

**251—253.**

Sept. 7. — †114 (LXXXVIII) § Sanctae Dei ecclesiae filiis et omnibus Domino recta fide famulantibus nunciat de translatis SS. Petri et Pauli corporibus ac de Novato haeretico. Concordiam suadet. Hinschius Ps. Is. p. 170, Mansi I. 811, Migne 3 p. 841. — „Fidens de caritatis vestrae".

Mai. 22. — †115 (LXXXIX) § Rufo coepiscopo rescribit, episcopos dare iusiurandum non debere. „Ne pastorem suum oves reprehendere neque accusare praesumant; tales accusationes vim non habere". „Nullus sacerdotum causam suam alieno committat iudicio, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum". „Omnia, quae adversus absentes in omni negotio aut loco agantur aut iudicentur, omnino evacuentur". Hinschius Ps. Is. p. 172, Mansi I. 814, Migne 3 p. 845. — „Exigit dilectio tua".

†116 (XC) Lupicino, archiepiscopo Viennensi, significat, christianos Romae ab imperatoribus vexari. Bosco Flor. Bibl. xyston laev. 27, Coustant append. p. 25, Mansi I. 829, Migne 3 p. 839. — „Scias, frater carissime".

†117 (XCI) Cyprianum, rebaptizantem episcopum Carthaginiensem, vituperat. Cypriani Opp. app. p. 272 (167) (Migne 4 p. 432), Coustant append. p. 26, Mansi I. 832, Migne 3 p. 840. — „Dilectionis tuae non".

†118 (XCII) Decernit, „ut qui in sanctis audeat iurare, hoc ieiunus faciat cum omni honestate et timore Dei; et ut pueri ante quatuordecim annos non cogantur iurare". Ivonis decr. XII. c. 69, Gratiani decr. C. XXII. qu. 5. c. 16, Mansi I. 864, Migne 3 p. 848. — „Sed et nobis honestum" „Honestum etiam".

**253?**

Centumcellas — in exsilium pellitur. Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636.

**253.**

Centumcellis — „dormitionem cum gloria accipit". Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636. Utrum Cornelius turbae martyrum adnumerandus sit an confessorum dubium est, nam Cyprianus, qui epp. 61. (58) et 68. (67). Opp. p. 696 (97) et 741 (117) (Migne 3 p. 974 et 996),

**253.**

„Cornelii martyris“ meminit, utitur hoc verbo etiam pro confessore, et itidem Cornelius solummodo deportatus accipere potuit illam gloriosam dormitionem, quae commutatur in decollationem Romae passam ab recentioribus fontibus fabuloso satis modo. Etiam de anno et die mortis Cornelii existit dubium: Eusebius in Hist. eccl. L. VII. c. 2. et in chronico ap. Schoene p. 181 assignat ei annos circiter 3, Catalogus Liberianus autem a. 2 m. 3 d. 10, qui a tempore electionis denumerati circa mensem Iunii a. 253 dant. Cornelium demum a. 253 et non ut pridem putabatur a. 252 mortuum esse, patet ex Cypriani epp. 60. (57) et 61. (58). Opp. p. 691 (95) et 695 (96) (Migne 3 p. 830 et 973). Sed tempus Iunii repugnare videtur, ne Cornelii memoria die 14. m. Septembris colatur. Qui sequi vult emendationem Mommsenii, qui in Depositione martyrum l. l. p. 633 ad XVIII. kal. Octobr. pro „Cypriani Africae Romae celebratur in Callisti“ legit „Cypriani Africae Romae Cornelii in Callisti“ (cf. Rossi R. S. I. 275) antiquissimum testimonium pro hoc die habet, qui etiam in Libro Pontificali invenitur. Sed credi potest, depositionem communem Cornelii et Cypriani (ab Damaso papa?) in crypta propria iuxta cryptam Lucinae celebratam (epitaphium ap. Rossi R. S. I. 291) causam huius utrique communis venerationis esse, et bene traditum diem martyrii Cypriani etiam acceptum esse pro die mortis Cornelii. Primum testimonium certum huius promiscuae venerationis profert Hieronymus in libro de viris ill. c. 67. Opp. ed. Vallarsius II. 894 (Migne 23 p. 677) et hunc sequitur ecclesia catholica.

---

## NOVATIANUS antipapa. 251?

**251?**

Romae — Consecratur hora decima a tribus episcopis Italis manus ei imponentibus. V. Cornelii epist. ap. Eusebium Hist. eccl. L. VI. c. 43.

119 (16) *Cypriano, episcopo Carthaginiensi, se ad pontificatum Romanum elatum nunciat, litteris per Maximum presbyterum et Augendum diaconum et Machaeum ac Longinum missis. Cypriani ep. 44. (41). Opp. p. 597 (55) (Migne 3 p. 701).

120 (17) *Antonianum episcopum litteris tentat. Cypriani ep. 55. (52). Opp. p. 624 (66) (Migne 3 p. 763).

121 (18) *Dionysio, episcopo Alexandrino, affirmat, invitum se in sedem Romanam escendisse. V. Dionysii epist. ap. Eusebium Hist. eccl. L. VI. c. 45.

**253—268.**

Martyrio usum esse Novatianum imperatore Valeriano, narrat Socrates in Hist. eccl. L. IV. c. 28.

---

## S. LUCIUS I. 253—254?

**253.**

Iuni? — Episcopus creatur. Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636.

Lucium, statim ut pontificatum susceperit, exsilio affectum esse, ex catalogo illo et ex Cypriani ep. 61. (58). Opp. p. 695 (96) (Migne 3 p. 973) patet.

**253?—254?**

Romam — exsilio redit. V. Cypriani ep. 61. (58). Opp. p. 695 (96) (Migne 3 p. 973). In catalogo, quem supra memoravimus, haec leguntur: „Ad ecclesiam reversus est III. non. Mart.“; sed inter „est“ et „III.“ „obiit“ vel simile verbum excidisse, liquet ex Depositione episcoporum a Chronographo a. 354 tradito ap. Mommsen p. 631.

122 (19) *„Dandam esse lapsis pacem et, poenitentia acta, fructum communicationis et pacis negandum non esse, litteris suis signat“. Cypriani ep. 68. (67). Opp. p. 748 (117) (Migne 3 p. 997).

**253—254?**

Apr. 1. †123 (xciii) § Omnibus episcopis partibus occidentalibus tam Gallis, quam Hispanis consistentibus scribit, „duo presbyteri vel tres diaconi in omni loco episcopum ne deserant propter testimonium ecclesiasticum". „Episcopos non esse leviter accusandos; criminationes maiorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendant; a iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi sit maior auctoritas, si fuerit provocatum, audientia non negetur". „Si quis metropolitanus episcopus sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subiaceat". „Ne posteriores episcopi se prioribus suis praeferant, nec eis inconsultis, nisi quantum ad propriam pertineat parochiam, aliquid agant". Sacrilegos anathematizandos esse. Hinschius Ps. Is. p. 175, Mansi I. 875, Migne 3 p. 975. — „Litteras dilectionis vestrae".

**254?**

Mart. 5. Moritur. Depositio episcoporum l. l.; ecclesia catholica secundum martyrologia die 4. m. Martii memoriam colit. Lucius quamdiu sederit, sane quam incertum est: Etenim ei assignantur ap. Eusebium in Hist. eccl. L. VII. c. 2. „vix octo menses", in Catalogo Liberiano a. 3 m. 8 d. 10, in Catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. p. 218 a. 4 m. 8. Cum Stephanus successor Lucii certe iam anno 254 creatus sit, mors Lucii ad eundem annum referri debet et tunc remissis annis Catalogi Liberiani menses 8 fere in omnibus fontibus apparentes spatium pontificatus Lucii declarare possunt iis, qui cum Lipsio (pag. 209) Cornelii mortem ad mensem Iunii a. 253 ponere volunt. Depositus est Lucius in coemeterio Callisti (epitaphium ap. Rossi R. S. II. 66) die 25. m. Augusti secundum Rossi, qui l. l. p. 63 annotatione istius diei in recentioribus catalogis diem depositionis, antiquius tradito die 5. m. Martii diem mortis indicari vidit.

## S. STEPHANUS I. 254?—257.

**254?**

Constituitur episcopus. Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636.

124 *Basilidem, episcopum Hispanum, post crimina detecta a collegis depositum „gestae rei ac veritatis ignotus" reponit et ordinationem successoris Sabini irritam esse declarat. Cypriani ep. 67. (68). Opp. p. 735 (119) (Migne 3 p. 1028).

**255—256.**

125 (22) Cypriano, episcopo Carthaginiensi, „inter cetera vel superba, vel ad rem non pertinentia" ita respondet: „Si qui ergo a quacunque haeresi veniunt ad vos, nihil innovetur, nisi quod (a Petro et Paulo apostolis) traditum est, ut manus illis inponatur in poenitentiam, cum ipsi haeretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum". (Fragmentum.) Cypriani ep. 74. (74). Opp. p. 799 (138) (Migne 3 p. 1128).

**256.**

Romae Synodus, „quae eos, qui in Africana synodo sine ratione concesserant eos rebaptizari, qui ex quacunque haeresi ad catholicam accederent ecclesiam, abdicat". Libellus synodicus in Voelli et Justelli Bibl. II. 1172, Mansi I. 934. (Hefele I. 117).

126 Cyprianum episcopum, „pseudochristum, pseudoapostolum et dolosum operarium" a communione ecclesiae esse avectum declarat. (Fragmentum.) Firmiliani ep. inter Cypriani epp. 75. (75). Opp. p. 827 (154) (Migne 3 p. 1176).

127 (20) *„Litteras scribit de Heleno (Tarsensi) et de Firmiliano (Caesareae Cappadociae episcopo), de omnibus denique sacerdotibus per Ciliciam, Cappadociam, Galatiam videlicet, cunctasque finitimas provincias constitutis: sese ob eam causam ab illorum communione prorsus discessurum, quod haereticos rebaptizent". Dionysii episc. Alexandrini ep. ad Sixtum papam in Eusebii Hist. eccl. L. VII. c. 5.

**256.**

128 (21) *„Praecipit fraternitati universae, ne quis legatos episcopos (Africanorum et Orientalium episcoporum) in domum suam recipiat". Firmiliani ep. inter Cypriani epp. 75. (75). Opp. p. 826 (150) (Migne 3 p. 1175).

**254?—257.**

129 (23) *Ad Syros et Arabes litteras mittit. Dionysii episc. Alexandrini ep. ad Stephanum in Eusebii Hist. eccl. L. VII. c. 5.

Mai. 3. †130 (xciv) § Hilario respondet, „qui sint infames et qui ad gradus ecclesiasticos non sint admittendi, nec summos sacerdotes possint accusare". Addit de „obedientia praepositis exhibenda" et de vestimentis ecclesiasticis. Hinschius Ps. Is. p. 180, Mansi I. 885, Migne 3 p. 997. — „Quamquam sperem dilectionem".

Apr. 5. †131 (xcv) § Omnibus per diversas provincias constitutis episcopis scribit, „quidquid in episcopis iniuste agatur, pro sacrilegio putatum iri". „Nullum episcopum dum suis fuerit rebus exspoliatus, aut a sede propria pulsus, debere accusari, priusquam integerrime restauretur". „Nullus alienigena aut accusator episcoporum fiat aut iudex" cet. „Nulli metropolitani aut alii episcopi appellentur primates, nisi hi, qui primas sedes teneant". „Episcopum aliter non debere audiri aut iudicari, nisi in praesentia omnium comprovincialium; ultra provinciae terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad sedem apostolicam fuerit provocatum". „Clericus, qui episcopum suum accusaverit, infamem effectum a gradu debere recedere, aut curiae tradi serviturum". „Laicis de ecclesiasticis facultatibus aliquid respondendi nunquam attributam facultatem esse". Hinschius Ps. Is. p. 183, Mansi I. 889, Migne 3 p. 1001. — „Plurimum gaudemus in".

**257.**

Aug. 2. Moritur. Colitur enim hoc die ex antiquo tempore, cf. Depos. episcoporum ap. Mommsen p. 631. De tempore episcopatus non potest omnis tolli dubitatio. Stephanum, cum adhuc tempore III. synodi Carthaginiensis m. Septembri a. 256 habitae (Mansi I. 951) vixerit, ut concludi solet ex epistola Firmiliani l. l. posthac scripta, non ante diem 2. m. Augusti, qui certus esse videtur, a. 257 mortuum esse, liquet, sed non postea, quia martyrio affectus est Sixtus successor eius certe die 6. m. Augusti a. 258. De spatio autem episcopatus valde discordant fontes. Qui nobiscum Lucium I. die 5. m. Martii a. 254 mortuum esse putat, invenit in chronico Hieronymi ap. Schoene p. 183 eosdem annos 3 inter hunc et diem mortis Stephani effluxos; Eusebius autem in Hist. eccl. L. VII. c. 5. et in chronico ap. Schoene p. 182 praebet annos 2, Catalogus Liberianus l. l. autem a. 4 m. 2 d. 21, sane spatium annorum 3 ponens inter consules primordii Stephani (Valleriani et Gallieni a. 253) et initium Sixti (Maximi et Glabrionis a. 256). Depositus est Stephanus in coemeterio Callisti. Epitaphium ap. Rossi R. S. II. 84. (Acta in Act. SS. Aug. T. I. 139 exorta ex historia martyrii Sixti II. ut docet Rossi l. l. p. 82).

---

## S. SIXTUS II. (XYSTUS II.) 257—258.

**257.**

Sixtum annos 11 sedisse refert Eusebius in Hist. eccl. L. VII. c. 23. et in chronico ap. Schoene p. 182, Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636 autem a. 2 m. 11 d. 6. Cum non possit dubitari, quin die 6. m. Augusti a. 258 Sixtus vita functus sit, et nos putemus, Stephanum mortuum esse die 2. m. Augusti a. 257, credimus Sixto concedendos esse illos menses 11, qui in suprascriptis fontibus a librariis vitiati apparent. (Cf. Lipsius pag. 213).

**257—258.**

132 *Sixtum „bonum et pacificum sacerdotem" communionem ecclesiasticam cum Africanis et Orientalibus episcopis (monente Dionysio Alexandrino episcopo) renovasse, patet ex Pontii vita Cypriani in huius Opp. p. CV (CXLII) (Migne 3 p. 1494) et ex Dionysii ep. in Eusebii Hist. eccl. L. VII. c. 9.

| | | |
|---|---|---|
| | | **257—258.** |
| Sept. 1. | | †133 (xcvi) § Grato coepiscopo respondet, „omnes episcopi, qui in quibusdam gravioribus pulsentur vel criminentur causis, libere apostolicam appellent sedem, cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticae et episcoporum iudicia reservata sint“. „Dum pontifex causam suam agat, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus“. „Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem dioeceseos aut penes universalis apostolicae ecclesiae papam iudicetur“. Hinschius Ps. Is. p. 189, Mansi I. 995, Migne 5 p. 83. — „Laetari et gaudere“. |
| Iul. 16. | | †134 (xcvii) § Fratribus per Hispaniarum provincias constitutis scribit, „si quis contra episcopum vel actores ecclesiae se proprium crediderit habere negotium, non prius adeat iudices, quam ad eos recurrat caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanare debeant, quae in querimoniam deducantur“. „Nemo pontificum aliquem episcopum, suis exspoliatum rebus aut a sede pulsum, excommunicare aut iudicare praesumat“. „Nullus episcopus alterius parochianum praesumat retinere, aut ordinare, vel iudicare“. Hinschius Ps. Is. p. 191, Mansi I. 998, Migne 5 p. 86. — „Magno munere misericordiae“. |
| | | **258.** |
| Aug. 6. | Romae in coemeterio (Praetextati) | Martyrio afficitur. Cypriani ep. 80. (82). Opp. p. 840 (165) (Migne 4 p. 430): „Xistum autem in cimiterio animadversum sciatis octavo iduum Augustarum“. Supremo Cypriani anno i. e. anno 258 Sixtum animam efflasse liquet ex Pontii vita Cypriani in huius Opp. l. l.; cf. Depos. martyrum ap. Mommsen p. 632 et Catalogum Liberianum l. l.: „Tusco et Basso ... VIII. id. Aug.“ et Inscriptionem Damasianam in coemeterio Callisti ap. Rossi R. S. II. 23 (cf. ibid. I. 247, II. 89). |

---

## S. DIONYSIUS. 259—268.

| | | |
|---|---|---|
| | | **259.** |
| Iul. 22. | | Ecclesiae administrationem accipit „die XI. kal. Aug. Aemiliano et Basso coss.“. (Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636), postquam eadem a decollatione Sixti vacaverat. (cf. catalogum illum, cuius verbis: „a cons. Tusci et Bassi usque in diem XII. kal. Aug. Aemiliano et Basso coss.“ e Libro Pontificali ap. Vignoli I. 59 addi debet: „praefuerunt presbyteri“). |
| | | **c. 260?** |
| | Romae | Synodus, in qua Dionysii, episcopi Alexandrini, sententia improbatur, „filium rem factam et patri non consubstantialem affirmantis“. V. Athanasii ep. de synodis Opp. I. II. 605 (Migne P. Gr. 26 p. 770). (Hefele I. 135 et 255). |
| | | 135 (24) * Dionysio, episcopo Alexandrino, Romana in synodo quid decretum sit, significat. Athanasii ep. de synodis et ep. de sentent. Dionysii Opp. I. II. 605 et I. I. 198 (Migne P. Gr. 26 p. 770 et 25 p. 499). |
| | | 136 (25) Scribit contra Sabellianos. (Fragmentum.) Athanasii ep. de decretis Nicaen. syn. Opp. I. I. 182 (Migne P. Gr. 25 p. 462), Coustant p. 273, Mansi I. 1011, Migne 5 p. 108. — „Ἑξῆς δ' ἂν“ „Iam vero aequum“. |
| | | 137 (26) * Ecclesiam Caesariensem in Cappadocia consolatur afflictam. Mittit, qui captivos fratres redimant. Basilii ep. 70. Opp. III. 164 (Migne P. Gr. 32 p. 436). |
| | | **259—268.** |
| Febr. 2. | | †138 (xcviii) § Urbani praefecti erga fideles S. Petri studium laudat et confirmat. Hinschius Ps. Is. p. 194, Mansi I. 1004, Migne 5 p. 131. — „Summum bonum est“. |
| Sept. 9. | | †139 (xcix) § Severo episcopo, „ecclesiae parochianae qualiter sint custodiendae per Cordubensem provinciam“ consulenti, ecclesiae Romanae exemplum proponit, ubi „ecclesias singulas“ inquit „singulis presbyteris dedimus, parochias et coemeteria eis divisimus et unicuique ius proprium habere statuimus“. Monet, ne „crimina episcopis per alios sinat ullo modo fieri, nisi per ipsos, qui crimina intendant“. Hinschius Ps. Is. p. 195, Mansi I. 1006, Migne 5 p. 133. — „Olim et ab initio“. |

**268.**

Dec. 27. Moritur „VI. kal. Ianuar." Depositio episcoporum ap. Mommsen p. 631. Itaque Dionysius a. 9 m. 5 d. 5 sedisse censendus est, quamquam huic temporis spatio valde contradicunt fontes, praecipue Catalogus Liberianus l. l., qui Dionysio assignat a. 8 m. 2 d. 4, cuius anni autem mutari possunt ex Eusebio, qui in Hist. eccl. L. VII. c. 30 et in chronico ap. Schoene p. 183 annos 9 habet, et similiter menses 2 in menses 5 ex Catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. p. 218 emendandi sunt. (Cf. Lipsius pag. 224.) Depositus est in coemeterio Callisti, cf. Rossi R. S. II. 98.

---

## S. FELIX I. 269—274.

**269.**

Ian. 5? Creatur pontifex „Claudio et Paterno coss." Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636. Si recte tributi sunt Felici in isto catalogo anni 5 m. 11 d. 25 ordinatio fuit die 5. m. Ianuarii.

**269—274.**

140 (27) Maximo episcopo et clero Alexandrino haec scribit: „De verbi autem incarnatione et fide credimus in dominum nostrum Iesum Christum ex virgine Maria natum, quod ipse est sempiternus Dei filius et verbum, non autem homo a Deo assumtus, ut alius sit ab illo; neque enim hominem assumsit Dei filius, ut alius ab eo existat sed cum perfectus deus esset, factus est simul et homo perfectus ex virgine incarnatus". (Fragmentum.) Cyrilli Alexandr. Apologeticus adv. Orientales Opp. VI. 174, Migne P. Gr. 76 p. 343 et Acta Syn. Ephes. ap. Mansi I. 1114, Coustant p. 298, Migne 5 p. 155. — „*Περὶ δὲ τῆς*" „De incarnatione" „De verbi autem".

141 * Cum Domno, loco depositi Pauli episcopi Antiocheni electo, litterarum commercium habet. Eusebius in Hist. eccl. L. VII. c. 30.

Mai. 24. †142 (c) § Paterno coepiscopo scribit, „detractores et fautores inimicorum ab episcopali submovendos esse accusatione". „In re dubia certam iudicandam non esse sententiam". „Si quis clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistat ille, qui pulsetur, suas exerceat actiones; illi vero, qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare primates". „Primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant damnationis, quam apostolica freti auctoritate". „Ne absente eo, cuius causa ventiletur, sententia proferatur". Hinschius Ps. Is. p. 197, Mansi I. 1105, Migne 5 p. 145. — „Gaudere me plurimum".

Aug. 9. †143 (ci) § Universis episcopis per Galliae provincias constitutis significat, quid synodus episcoporum amplius LXX de accusationibus episcoporum decreverit. Hinschius Ps. Is. p. 200, Mansi I. 1108, Migne 5 p. 148. — „Bonorum operum et".

Febr. 5. †144 (cii) § Benigno episcopo respondet, in errore versari eos, qui dicant, „filium non posse proprie videre patrem, quia scriptum sit, Deum nemo vidit unquam", et „ideo minorem esse patre filium, quoniam pater illi perhibeat testimonium" cet. Hinschius Ps. Is. p. 204, Mansi I. 1111, Migne 5 p. 152. — „Suscipientes fraternitatis tuae".

**274.**

Dec. 30. Moritur „Aureliano II. et Capitolino coss." Catalogus Liberianus l. l. (cf. Lib. Pontif. ap. Vignoli I. 62). Congruenter cum Catalogo Liberiano (v. supra) Eusebius Felici assignat annos 5 in Hist. eccl. L. VII. c. 32. Depositus est in coemeterio Callisti, cf. Rossi R. S. II. 98.

---

# S. EUTYCHIANUS. 275—283.

**275.**

Ian. 5? Eutychianus, Aureliano III. et Marcellino coss. (i. e. anno 275) pontificatum adeptus, annos 8 m. 11 d. 3 sedisse legitur in Catalogo Liberiano ap. Mommsen p. 636 (et Libro Pont. ap. Vignoli I. 63). Referimus igitur, cum die 8. m. Decembris obierit, creationem ad diem 5. m. Ianuarii, quanquam alii fontes tantopere a catalogo illo discrepant de Eutychiano, ut ei Eusebius in Hist. eccl. L. VII. c. 32 „vix decem menses", in chronico ap. Schoene p. 184 menses 2, Hieronymus in chronico ap. Schoene p. 185 menses 8, quidam catalogi autem, quorum primus est Catal. Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. p. 218, a. 1 m. 1 assignent.

**275—283.**

Apr. 12. †145 (CIII) § Ioanni et omnibus per Baeticam provinciam constitutis episcopis utramque Christi naturam explicat. Hinschius Ps. Is. p. 206, Mansi I. 1117, Migne 5 p. 167. — „Hortatur nos aequitas".

Sept. 19. †146 (CIV) § Universos episcopos per Siciliam constitutos edocet, in accusandis clericis quae ratio adhibenda sit, quibusque hominibus accusare christianos religiosos non liceat. Hinschius Ps. Is. p. 210, Mansi I. 1120, Migne 5 p. 172. — „Benedictus Deus et".

†147 (CV) Presbyteros ad severam disciplinam munerisque tuendi studium adhortatur. Varia praecepta addit. Maii Vet. script. nova coll. VI. 124, Migne 5 p. 163. „Fratres et sacerdotes".

†148 (CVI) Instituit poenitentias eorum, qui haereticis communicaverint missamque pro iis cantaverint. Ivonis decr. XV. c. 117, (Mansi I. 1125, Migne 5 p. 177). (Ex cap. 2. Poenitent. Hieronym.). (In duas partes divisum, quarum prima ex Iulio citatur, ap. Gratian. decr. C. XXIV. qu. 1. c. 41 et C. XI. qu. 3. c. 91). — „Si quis dederit" („Si quis episcopus").

†149 (CVII) Abbatissas et sanctimoniales, quae viduam aut puellam velaverint, excommunicandas esse statuit. Ivonis decr. VII. c. 38, (Gratiani decr. C. XX. qu. 2. c. 3), Mansi I. 1125, Migne 5 p. 177. (Est c. 43. l. I. Conc. Paris. VI. a. 829). — „Nihilominus etiam" „Statuimus, ut".

†150 (CVIII) Iubet „talem de periurio poenitentiam imponi, qualem et de adulterio, et de fornicatione, et de homicidio sponte commisso, et de ceteris criminalibus vitiis". Ivonis decr. XII. c. 71, Gratiani decr. C. XXII. qu. 1. c. 17, Mansi I. 1126, Migne 5 p. 177. (Est c. 26. Capitul. Theodulfi Aurelian.). — „Praedicandum est".

†151 (CIX) Incendiarios, et eos, qui membris aliquem truncaverint, excommunicari iubet. Ivonis decr. XIII. c. 40, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 31, Mansi I. 1126, Migne 5 p. 177. (Est c. 7. Conc. Raven. a. 877). — „Si quis membrorum".

†152 (CX) Statuit haec: „Si quis gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate eius erit, eam habere vel non habere. Simili modo, si unus ex coniugatis baptizatus est, et sequi non vult, discedat". Ivonis decr. VIII. c. 195. 196, Gratiani decr. C. XXVIII. qu. 1. c. 2. 3, Mansi I. 1126, Migne 5 p. 178. (Sunt c. 264, 265 Poenit. Pseudo-Theodori). — „Si quis gentilis" „Simili modo".

†153 (CXI) Iurisiurandi synodalis verba instituit. Gratiani decr. XXXV. qu. 6. c. 7, Mansi I. 1126, Migne 5 p. 178. — „Episcopus in synodo".

†154 (CXII) Ebriosos excommunicari iubet. Ivonis decr. XIII. c. 70, Mansi I. 1127, Migne 5 p. 179. — „Malum magnum" „Magnum malum".

†155 (CXIII) „Episcopis et Dei ministris" interdicit, ne „comessationibus et vinolentiis nimiis incumbant". Ivonis decr. XIII. c. 71, Mansi I. 1127, Migne 5 p. 179. — „Episcopi et Dei".

†156 (CXIV) Sacerdotibus praescribit, „ut se ab ebrietate abstineant et, ut plebes subditae abstineant, praedicent; et neque per tabernas eant bibendo et comedendo, neque domos aut vicos curiositate qualibet peragrent, neque cum feminis aut cum quibuslibet personis impuris convivia exerceant, nisi forte paterfamilias quilibet eos ad domum suam invitaverit" cet. Ivonis decr. XIII. c. 78, Mansi I. 1128, Migne 5 p. 180. — „Observandum est nobis".

**283.**

Dec. 7. Moritur „VI. id. Dec." Depositio episcoporum ap. Mommsen p. 631. „VII. id. Dec. Caro II. et Carino coss." Catalogus Liberianus l. l. Depositus est in coemeterio Callisti. Epitaphium ap. Rossi R. S. II. 70.

---

## S. GAIUS. 283—296.

**283.**

Dec. 17. „Suscipit pontificatum „XVI. kal. Ianuarias coss. Caro II. et Carino". Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636.

**283—296.**

Mart. 1. †157 (cxv) § Felici episcopo scribit, „paganos et haereticos non posse christianos accusare; nemo unquam episcopum apud iudices saeculares aut alios clericos accusare praesumat". Qui episcopo, diacono, clericove crimen obiecerit, quod probari non possit, eum infamem esse. Addit de incarnatione, de duabus Christi naturis, de episcoporum et presbyterorum, diaconorum et clericorum ordinationibus. Hinschius Ps. Is. p. 214, Mansi I. 1231, Migne 5 p. 183. — „Directas ad nos".

**296.**

Apr. 22. Moritur „X. kal. Maias, Diocletiano VI. et Constantio II. coss.", cum „annos 12 m. 4 d. 7" (leg. 6) ecclesiae praefuisset secundum Catalogum Liberianum l. l. Eusebius Gaium sedisse scripsit in Hist. eccl. L. VII. c. 32: „annos circiter quindecim", in chronico ap. Schoene p. 184 annos 15 et eosdem dat Hieronymus ibid. p. 185. Depositus est in coemeterio Callisti, Depositio episcoporum ap. Mommsen p. 631. Cf. Rossi R. S. II. 104. Epitaphium ibid. III. 115.

---

## S. MARCELLINUS. 296—304.

**296.**

Iun. 30. Accedit ad pontificatum „pridie kalendas Iulias, coss. Diocletiano VI. et Constantio II." Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636.

**296—302.**

Severo diacono iubet aedificationem cubiculi duplicis in coemeterio S. Soteris. Inscriptio ap. Rossi R. S. III. 46.

**296—304.**

Aug. 23. | Suessanae | †In synodo episcoporum 300 Marcellinus sub Diocletiano Romae thurificatus semetipsum damnat. V. Acta synodi, quorum fabulositatem a Donatistis excogitatam arguit Augustinus in Libro de unico baptismo c. 16. et 27. et Theodoretus Hist. eccl. L. I. c. 2, ap. Coustant append. p. 27, Mansi I. 1250, Migne 6 p. 11. Cf. Döllinger Papstfabeln p. 48.

Sept. 6. †158 (cxvi) § Salomoni coepiscopo exponit, patrem non esse filio maiorem. Hinschius Ps. Is. p. 218, Mansi I. 1239, Migne 7 p. 1085. — „Quam laudabiliter".

Dec. 9. †159 (cxvii) § Universis episcopis per Orientales provincias constitutis scribit, „contentiones inter christianos ab ecclesiasticis viris terminentur; maiorem autem non posse a minore iudicari". „Clericus absque pontificis sui permissu nullum praesumat ad saeculare iudicium attrahere; nec laico clericum liceat accusare". „Non licere imperatori aliquid contra mandata divina praesumere; iniustum iudicium et definitio iniusta, regis metu vel iussu ordinata, non valeat". Hinschius Ps. Is. p. 220, Mansi I. 1241, Migne 7 p. 1089. — „Quid tam dulce".

**304.**

Oct. 25? Moritur Diocletiano IX. et Maximiano VIII. coss., ut testatur Catalogus Liberianus. In quo si anni 8 m. 3 d. 25 recte assignantur Marcellino, hic die 25. m. Octobris a. 304 naturae concessit; colitur autem die 26. m. Aprilis, quem diem iam praebet Lib. Pontif. ap. Vignoli I. 78. Post hunc pontificem vacuam per annos 7 m. 6 d. 25 sedem fuisse, legimus in catalogo, quod ad notas, quas de successore Marcello dat, minime quadrat. Acceptanda est opinio Lipsii (pag. 249), hoc spatium tempus persecutionis esse et sedem apostolicam vacasse a. 2 m. 6 d. 27. Depositus est in coemeterio Priscillae secundum Lib. Pontif. l. l. (In Depositione episcoporum ap. Mommsen p. 631 deest Marcellinus, cf. Rossi R. S. II. 105.)

## S. MARCELLUS. 307?—309.

**307?**

Mai. 25? Creatur pontifex sed quo tempore non potest indubitanter indagari. Cum censeat Lipsius pag. 249 Marcelli successorem Eusebium pontificatum iniisse anno 309, potest hic annus intelligi tanquam annus mortis Marcelli, et si subtrahuntur ab istius anni die 15. m. Ianuarii, quo Marcellus mortuus est, annus 1 m. 6 (leg. 7) d. 20, qui ei tribuuntur in Catalogo Liberiano ap. Mommsen p. 636, dies 25. m. Maii a. 307 erit dies ordinationis.

**307?—309.**

Apr. 1. †160 (cxviii) § Universos episcopos per Antiochenam provinciam constitutos hortatur, ut b. Petri praecepta sequantur. Ad sedem Romanam „cuncta maiora ecclesiastica negotia iussa esse referri; ad eam omnes episcopos suffugere eamque appellare debere, ut inde accipiant tuitionem et liberationem, unde acceperint informationem atque consecrationem". „Nulla synodus fiat praeter eius sedis auctoritatem, nec ullus episcopus nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur vel iudicetur". Hinschius Ps. Is. p. 223, Mansi I. 1262, Migne 7 p. 1091. — „Solicitudinem omnium ecclesiarum".

Ian. 17. †161 (cxix) § Maxentium a christianorum insectatione dehortatur. Addit praecepta de sacerdotibus tractandis, de episcopis accusandis et iudicandis, de synodis iniussu sedis apostolicae non convocandis, de appellatione ad sedem apostolicam cet. Hinschius Ps. Is. p. 226, Mansi I. 1265, Migne 7 p. 1096. — „Magistra bonorum omnium".

†162 (cxx) Pueros monasterio oblatos, cum ad annum quintum decimum pervenerint, detineri invitos vetat. Gratiani decr. C. XX. qu. 1. c. 10, Mansi I. 1270, Migne 7 p. 1100 (6 p. 22). — „Illud autem statuendum".

**309.**

In exsilium mittitur. Epitaphium Damasianum ap. Rossi R. S. II. 204.

Ian. 15. Moritur „post consulatum (Maximiani Herculii) X. et (Maximiani Galerii) septimum", Catalogus Liberianus l. l. (cf. supra). Diem mortis praebet Depositio episcoporum ap. Mommsen p. 631 (quae legit Marcellino pro Marcello), cui maior fides est quam martyrologio Hieronymiano, quod dat diem 16. m. Ianuarii.

Romae — deponitur in coemeterio Priscillae. Depositio episcoporum l. l. cf. Rossi R. S. II. 105.

## S. EUSEBIUS. 309.

**309.**

Apr. 18? Quo die pontificatum susceperit Eusebius, non videtur pro certo iudicari posse. Nam cui alii fontes varia spatia assignant, quae omnia (factis necessariis emendationibus) variant inter menses 6 et menses 7, hunc Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636 „menses 4 d. 16 a XIV. kal. Maias (18. Apr.) usque in diem XVI. kal. Sept.

**309.**

(17. Aug.)“ tradit sedisse. Verum ex die 18. Apr. ad diem 17. Aug. menses 4 uno deducto die numerantur. Cum in isto catalogo spatia regiminum nonnumquam depravata sint, maiorem fidem tribuendam diebus consecrationis et exordii et ea causa consecrationem ad diem 18. m. Aprilis ponendam esse credimus.

Iul. 27. — †163 (CXXI) § Episcopis omnibus per Gallicanas provincias constitutis respondet, haereticos ad ecclesiam redeuntes manu imposita esse recipiendos. „Laicos, servos, libertos atque censibus publicis vel privatis subiugatos, omnes infames a clericorum accusatione vel tergiversatione submotos esse“. „Infames esse impugnatores episcoporum“ cet. Hinschius Ps. Is. p. 230, Mansi II. 412, Migne 7 p. 1101. — „Scripta sanctitatis vestrae“.

Sept. 23. — †164 (CXXII) § Fratres per Alexandriam et Aegyptum Domino militantes hortatur, ut errorem deponant, neve episcopos infament aut accusent. „Episcopos rebus suis exspoliatos, aut a propria sede pulsos nec ad synodum comprovincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo iudicari, antequam cuncta, quae eis sublata sint, potestati eorum redintegrentur“. Hinschius Ps. Is. p. 233, Mansi II. 416, Migne 7 p. 1104. — „Benedictus Deus et“.

Aug. 25. — †165 (CXXIII) § Universis episcopis per Campaniam et Tusciam constitutis scribit, „criminationes adversus doctores non debere suscipi, nec peregrina iudicia fieri, nec quemquam alterius iudicis, quam sui, sententia debere constringi“. „Homicidas, maleficos, fures, sacrilegos, raptores, adulteros, incestos, veneficos, suspectos, criminosos, domesticos, periuros et eos, qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sacrilegos concurrerint, nullatenus ad accusationem vel testimonium esse admittendos“. Addit de cruce Christi die 3. m. Maii inventa, ac de haereticis imposita manu recipiendis. Hinschius Ps. Is. p. 238, Mansi II. 420, Migne 7 p. 1109. — „Benedictus dominus Deus“.

†166 (CXXIV) „Episcopum moderatis epulis contentum esse“ iubet. Ivonis decr. XIII. c. 75, Mansi II. 426, Migne 6 p. 28. — „Oportet episcopum“.

†167 (CXXV) Ieiunia in ecclesia a sacerdotibus constituta sine necessitate rationabili solvi vetat. Ivonis decr. IV. c. 49, Gratiani decr. III. D. V. c. 17, Mansi II. 425, Migne 6 p. 28. (Est c. 48. Capitul. Karoli M. a. 789). — „Ut in ecclesia“ „Ieiunia in ecclesia“.

†168 (CXXVI) Praecipit, „ut sacrificium altaris non in serico panno aut tincto quisquam celebrare praesumat, sed in puro lineo ab episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto“. Ivonis decr. II. c. 134, Gratiani decr. III. D. I. c. 46, Mansi II. 425, Migne 6 p. 28. (Ex synodalibus gestis Silvestri ap. Hinschius Ps. Is. p. 450). — „Consulto omnium“ („Hic inter caetera“).

†169 (CXXVII) Decernit haec: „Desponsatam puellam non licet parentibus alii viro tradere, licet tamen illi monasterium sibi eligere“. Ivonis decr. VII. c. 40, Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 27, Mansi II. 425, Migne 6 p. 27. (Est [c. 11] Poenit. Pseudo-Theodori). — „Desponsatam puellam“.

†170 (CXXVIII) Haec iubet: „Si evenerit fames aut pestilentia aut inaequalitas aeris, vel alia qualiscunque tribulatio, statim ieiuniis et eleemosynis et obsecrationibus misericordia Domini deprecetur“. Ivonis decr. IV. c. 50, Migne 6 p. 29. — „Si evenerit fames“.

Aug. 17? — In Siciliam — deportatur. Epitaphium Damasianum ap. Rossi R. S. II. 195.

Sept. 26? — In Sicilia — „Litore Trinacrio mundum vitamque relinquit“, ibid. Dies mortis extat in Depositione episcoporum ap. Mommsen p. 631, et invenitur etiam in veteribus martyrologiis. Qua antiquissimi fontis notitia servata, licebit diem 17. m. Augusti, ad quem Catalogus Liberianus regimen Eusebii perducit, deportationi, illum morti assignare.

Romae — deponitur in coemeterio Callisti in crypta. Depositio episcoporum l. l. cf. Rossi R. S. II. 191.

## S. MILTIADES (MELCHIADES). 310—314.

**310.**

Iul. 2. — Accipit pontificatum „die sexto nonas Iulias". Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636. Consularis notitia eiusdem catalogi: „Maximiano VIII. solo, quod fuit mense Septembri Volusiano et Rufino" ad annum 311 spectans non concordat cum spatio pontificatus annorum 3 m. 6 d. 9 (8) ab eo dato, cum certum sit, Miltiadem a. 314 vita cessisse. Quod spatium cum aliis fontibus fere omnibus corroboretur, neglecta notitia consulum anno 310 primordium Miltiadis assignamus. Itaque sedes post Eusebium vacaverat amplius 9 menses.

„Mittit diaconos (in his Stratonem et Cassianum) cum litteris Maxentii imperatoris et litteris praefecti praetorio ad praefectum Urbis, ut ea recipiant, quae tempore persecutionis ablata, memoratus imperator christianis iusserat reddi". V. Augustini brevic. collat. dies 3 Opp. XXXIII. 83, 84 (Migne 43 p. 645, 646), ad Donatistas post collat. ibid. p. 109 (Migne ibid. p. 661).

**313.**

Oct. 2. — In domo Faustae in Laterano — Synodus episcoporum 19, iussu Constantini imperatoris (v. Eusebii Hist. eccl. L. X. c. 5.) coacta, in qua, Caeciliano episcopo Carthaginiensi probato, reiicitur Donatus. Optatus Milevitanus de schism. Donatist. p. 23 (Migne 11 p. 931), Augustini brevic. collat. dies 3 Opp. XXXIII. 70, 71, 79, 81 (Migne 43 p. 637, 644, 645) et ad Donatistas post. collat. ibid. p. 151 (Migne ibid. p. 687), epist. Constantini ad Aelafium ap. Mansi II. 463 (Migne 8 p. 483). (Hefele I. 199).

**310—314.**

Mart. 1. — †171 (cxxix) § Marino, Benedicto, Leontio et ceteris Hispaniarum ac illis in partibus episcopis scribit, „episcopos nolint iudicare, nolint condemnare absque sedis apostolicae auctoritate". „Maiores causae, sicut sint episcoporum et potiorum curae negotiorum, ad unam b. Petri sedem confluant". Addit de appellatione ad sedem apostolicam, de sacramentis manus impositionis et baptismi, de ieiunio dominici diei et feriae quintae non agendo. Hinschius Ps. Is. p. 242, Mansi II. 428, Migne 7 p. 1115. — „Apostolici praecepti verba".

†172 (cxxx) § Decretum edit „de primitiva ecclesia et munificentia Constantini magni imperatoris erga eandem". Hinschius Ps. Is. p. 247, Mansi II. 600, Migne 8 p. 565. — „Nemo, qui scripturas divinas".

†173 Decernit, ne quis aliam ecclesiam, nisi cui usus antiquorum parentum canonica institutione subiacere perhibetur, sepulturae causa adire procuret, nisi infirmitatis causa praepeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progressus. Gratiani decr. C. XIII. qu. 2. c. 7. — „Placuit per omnia".

**314.**

Ian. 11. (10.) — Moritur „III. id. Iannar. Volusiano et Anniano coss.", Catalogus Liberianus l. l. Utrum ista nota diei an ea Depositionis episcoporum ap. Mommsen p. 631: „IV. id. Ianuarii Miltiades in Calisti" praeferenda sit, dubium est. (De loco depositionis cf. Rossi R. S. II. 188).

---

## S. SILVESTER I. 314—335.

**314.**

Ian. 31. — Init pontificatum in „consulatu Volusiani et Anniani ... pridie kalendas Februarias". Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 636.

Ad synodum Arelatensem Claudianum et Vitum presbyteros ac Eugenium et Cyriacum diaconos legatos suos mittit. Index personarum synodi ap. Mansi II. 469.

| | | |
|---|---|---|
| | | **314—324.** |
| | | †Synodus (prima) contra Iudaeos. Mansi II. 351. V. „Altercationem Silvestri cum Iudaeis" ap. Mai Spicileg. VIII. ii. 26, Migne 8 p. 814; cf. Mansi XIII. 759. |
| | | **324.** |
| Mai. 30. | In Traianis thermis | †Synodus (secunda) episcoporum 284. Mansi II. 619, Migne 8 p. 825. (Praecedunt § „Excerpta ex synodalibus gestis S. Silvestri" ap. Hinschius Ps. Is. p. 449, Mansi II. 615, [alia versio ap. Maassen Gesch. d. Quell. d. can. Rechts I. 414]). Cf. Hefele I. 440. |
| | | **325.** |
| | | Mittit Victorem et Vincentium presbyteros ad synodum Nicaenam. Eusebius, Vita Constantini III. 7. Socrates Hist. eccl. L. I. c. 14. Sozomenus Hist. eccl. L. I. c. 17. |
| Oct. 28. | | †174 (cxxxi) Concilii Nicaeni decreta confirmat. Addit de Victorino, qui „cyclos paschae pronunciaverit fallaces". Coustant append. p. 54, Mansi II. 720, Migne 8 p. 823. — „Gaudeo promptam vos". |
| | Romae (intra thermas Domitianas) | †Synodus (tertia) episcoporum 275, quae decreta Nicaeni concilii confirmat. Mansi IX. 1082. V. Librum Pontif. ap. Vignoli I. 81. Cf. Hefele I. 440. |
| Dec. 27. | | †175 (cxxxii) Concilio Nicaeno significat, se quoque synodum coegisse, damnasseque Victorinum episcopum et Hippolitum diaconum, socios Manichaeorum, Iobianumque et Calixtum, „qui dixerint non pascha venire die suo, nec mense, sed X. kal. Maii custodiri". Anathematizat Photinum, Sabellium, Arium. Iubet iudicia sua rata haberi. Leonis M. Opp. III. p. CXC (Migne 56 p. 214), Mansi II. 721, Migne 8 p. 823. — „Gloriosissimus". |
| | | **314—335.** |
| | | „A sacrilegis accusatus apud Constantinum (imperatorem) causam propriam prosequitur". V. epist. concilii Romani a. 378 habiti ap. Coustant p. 529, Mansi III. 624. (Factum dubio subiacet). |
| | Romae | †176 (cxxxiii) Una cum Constantino imperatore init foedus cum Tiridate, rege Armeniorum, et Gregorio „martyri ac strenuo confessore, orientalium et septentrionalium illuminatore". Gregorium constituit summum Armeniorum omnium patriarcham, eique concedit, ut Georgianorum patriarcham ordinet aliisque privilegiis utatur". (Fragmenta.) Mansi II. 461, Migne 8 p. 579. — „Voluntate atque" „Quam ob rem". |
| | | †177 (cxxxiv) Universis episcopis per Gallias et per septem provincias constitutis scribit, qui sacerdos „de qualibet Galliarum parte" ad sedem apostolicam aut alio proficiscatur, a. Paschasio, episcopo Viennensi, aut eius successoribus „documentum formatarum" sumat. Ecclesiae Viennensis provincias septem enumerat. Bosco Bibl. Flor. xyst. laev. 27, Coustant append. p. 38, Migne 8 p. 848. — „Placuit apostolicae sedi". |
| | | †178 (cxxxv) Epistolae praecedentis exempla, in quibus pro „Paschasio Viennensi" legitur „Retitio Austudunensi", invenerunt in mss. Coustant append. p. 35 et Ballerinii Leonis M. Opp. III. p. CXXXV (Migne 56 p. 155). — „Placuit apostolicae sedi". |
| | | †179 (cxxxvi) Ecclesiae Treverensis „super Gallos et Germanos prioratum", a S. Petro per baculum Euchario, Valerio et Materno concessum, „per patriarcham Antiochenum Agricium" confirmat, „ad honorem" inquit „patriae domnae Helenae augustae, metropolis eiusdem indigenae, quam ipsa felix per apostolum Mathiam Iudea translatum (cum tunica et clavo Domini et dente S. Petri et scandaliis S. Andreae apostoli et capite Cornelii papae) ceterisque reliquiis ... ditavit". Beyer Mittelrhein. Urkundenb. I. 1. Gesta Treveror. C. 19. M. G. SS. VIII. 152, Hugonis Flavin. chron. ibid. p. 298, Hontheim H. Tr. I. 17. — „Sicut in gentilitate". |
| | | †180 (cxxxvii) De reis decernit haec: „Ut imprimis paternaliter vocentur, et per septem dies exspectentur, nullius ecclesiasticae rei interdicta licentia; huic vero exspectationi iterum addantur septem dies, interdicta ecclesiam intrandi licentia et omnia divina officia audiendi; post vero addantur duo dies, quibus a pace et communione sanctae ecclesiae sint suspensi; deinde vero iterum aliis duobus diebus sub eadem exspectatione deportentur; quibus uno die superaddito, omni exspectatione veluti iam desperata, reus mox anathematis gladio feriatur". Gratiani decr. C. V. qu. 2. c. 2, Migne 8 p. 819. — „Praesenti decreto". |

**335.**

Dec. 31. Moritur, postquam annos 21 m. 11 ecclesiam rexit „usque in diem (imo: pridie) kalendarum Ianuariarum, Constantino et Albino coss.“, Catalogus Liberianus l. l. Cf. „Depositionem episcoporum“ ap. Mommsen p. 631: „Pridie kalendas Ianuarii Silvestri in Priscillae“.

---

## S. MARCUS. 336.

**336.**

Ian. 18. Ingreditur pontificatum „Nepotiano et Facundo coss. ... die XV. kalendas Februarias“, Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 637.

Oct. 24. †181 (CXXXVIII) § Athanasium et universos Aegyptiorum episcopos versantes in malis consolatur. Mittit exemplum septuaginta concilii Nicaeni capitum. Hinschius Ps. Is. p. 452, Mansi II. 1165, Migne 8 p. 854. — „Doleo fratres et“.

Oct. 7. Moritur „die nonarum Octobrium coss. suprascriptis“ gesto mensium 8 dierum 20 pontificatu, Catalogus Liberianus l. l. Hieronymus in chronico ap. Schoene p. 192 Marco menses 8 assignat; Depositio episcoporum ap. Mommsen p. 631: „Non. Octobr. Marci in Balbinae“.

---

## S. IULIUS I. 337—352.

**337.**

Febr. 6. Adit pontificatum „in consulatu Feliciani et Titiani ... die VIII. id. Februarii“, Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 637.

**339.**

182 (28) *Eusebianos ad synodum, qua eorum cum Athanasio, episcopo Alexandrino, componatur discordia, vocat, petentibus eorum legatis, Macario presbytero et Martyrio atque Hesychio diaconis. V. Iulii epist. in Athanasii Opp. I. 112 (Migne P. Gr. 25 p. 286).

183 (29) *Athanasium, episcopum Alexandrinum ad synodum vocat. V. Iulii ep. in Athanasii Opp. I. 112, 117 (Migne P. Gr. 25 p. 286, 298), cf. ibid. p. 157 (Migne ibid. p. 398).

**340.**

184 (30) *Eusebianos litteris per Elpidium et Philoxenum presbyteros missis ad synodum, tempore praestituto Romae celebrandam, invitat. Athanasii Apol. contra Arian. c. 20, Opp. I. 110 (Migne P. Gr. 25 p. 279). Cf. epist. Iulii ibid. p. 111 sq. (Migne ibid. p. 282) et Theodoreti Hist. eccl. L. II. c. 3.

185 (31) *Athanasii Alexandrini et Marcelli Ancyrani episcoporum defensores ad synodum Romanam evocat. V. Iulii ep. in Athanasii Opp. I. 113 (Migne P. Gr. 25 p. 287) et Theodoreti Hist. eccl. L. II. c. 3.

**341.**

Romae. Synodus episcoporum amplius 50, in qua Athanasius Alexandrinus et Marcellus Ancyranus episcopi criminibus, quae intulerant iis Eusebiani, absolvuntur. V. Athanasii Apol. contra Arianos c. 1. et 20, Opp. I. 97, 110 (Migne P. Gr. 25 p. 247, 282). (Hefele I. 499).

186 (32) Danium, Flacillum, Narcissum, Eusebium, Marcum, Macedonium, Theodorum, eorumque socios reprehendit et de insolentibus litteris per Elpidium et Philoxenum Antiochia missis, et quod ad synodum, Macarii presbyteri et Martyrii Hesychiique diaconorum, quos ipsi legassent, rogatu coactam, non venerint. Eorum excusationes non accipit. Suorum actorum rationem probat. Athanasium et Marcellum episcopos tuetur. In synodo quid actum sit, nunciat. Monet, ut discordiae finem faciant, ad

**341.**

seque veniant. (Epistola est per Gabianum comitem missa). Athanasii Apol. contra Arianos c. 21, Opp. I. 111 (Migne P. Gr. 25 p. 282), Coustant p. 353, Mansi II. 1211, Migne 8 p. 880. — „*Ἀνέγνων τὰ γράμματα*“. „Legi litteras“.

**343.**

Ad Synodum Sardicensem presbyteros Archidamum et Philoxenum legatos suos mittit. Athanasii Apol. contra Arianos c. 50, Opp. I. 182 (Migne P. Gr. 25 p. 338); cf. Mansi III. 66.

187 (33) *Synodo Sardicensi se de absentia excusat. V. synodi acta in S. Hilarii Opp. II. 629 (Migne 10 p. 639).

**346.**

188 (34) Presbyteris et diaconis et populo Alexandriae de Athanasio episcopo ad eos redeunte gratulatur. Athanasii Apol. contra Arian. c. 52, Opp. I. 135 (Migne P. Gr. 25 p. 343), Coustant p. 399, Mansi II. 1233, Migne 8 p. 908. — „*Συγχαίρω κἀγὼ*“. „Gratulor et ipse“.

**347.**

Synodus, in qua Photini damnatio Mediolani a. 345 promulgata confirmatur utrum Romae an Mediolani fuerit, dubium est. Acta ap. Mansi III. 163. V. S. Hilarii Opp. II. 637 annot. c. (Migne 10 p. 647). Cf. Hefele I. 638.

**337—352.**

189 (36) Prosdocio scribit, unam esse patris et filii et spiritus sancti divinitatem, filiumque esse et perfectum Deum in carne, et in spiritu perfectum Deum, cet. (Epistola, uti eae quae sequuntur epistolae, ex officina Apollinaristarum prodita censetur.) (Cyrilli Alex. Apolog. adv. Orientales Opp. VI. 173 [Migne P. Gr. 76 p. 342]), Coustant append. p. 74, Mansi II. 1245, Migne 8 p. 953. — „*Τὸ φρόνημα*“ „Sententia nostra“.

†190 (35) Dionysio (episcopo Corinthio) exponit, unam esse Christi naturam, quique cum Paulianistis discernant duas, eos in errore versari. (Ab Apollinaristis suppositae sunt haec et quae sequuntur quatuor epistolae). Coustant append. p. 62, 69, Leonis M. Opp. I. 743 (Migne 54 p. 718), Mansi II. 1191, Migne 8 p. 930. — „*Θαυμάζω*“ „Miror“.

†191 (37) Scribit de corporis et deitatis in Christo unitate, Maii Vet. scr. nova coll. VII. 165, Migne 8 p. 873. — „*Ἅγιον*“.

†192 (38) Omnibus ecclesiae catholicae episcopis de una Christi persona proponit. Maii Vet. scr. nova coll. VII. 168, Migne 8 p. 876. — „*Πέπεισμαι*“.

†193 (39) Divinam verbi incarnationem impugnantes refutat. Maii Vet. scr. nova coll. VII. 168, Migne 8 p. 876. — „*Μηδεὶς*“.

†194 Tria fragmenta epistolae Iulio suppositae de unione divinitatis Christi cum eius humanitate extant ap. Coustant append. p. 81, 82, Mansi II. 1253, 1254, Migne 8 p. 961, 963. — „*Ὅθεν ἐξ ἀνάγκης*“ „Unde necesse“ „Cum ipse“ „Non invenitur“.

Oct. 1. †195 (CXXXIX) § Universis orientalibus episcopis scribit, concilium Nicaenum statuisse: „Ut nullus episcopus, nisi in legitima synodo et suo tempore apostolica auctoritate convocata pulsatus, audiatur, id est iudicetur vel damnetur“. „Accusatores et accusationes, quas saeculi leges non admittant, a sacerdotali funditus avertantur nocumento“. Qui „episcopum praeter Romanae sedis sententiam damnare aut propria pellere sede praesumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse damnatum“. Hinschius Ps. Is. p. 456, Mansi II. 1173, Migne 8 p. 971. — „Decuerat vos fratres“.

Nov. 1. †196 (CXL) § Eusebium, Theognium, Theodorum, Berinthum et ceteros orientales episcopos reprehendit, quod vocati ob iniurias Athanasio illatas ad sese non venerint. Episcopos, quos in synodo iniussu suo coacta deiecissent, restitutos a se esse. Addit de concilii Nicaeni decretis. Hinschius Ps. Is. p. 464, Mansi II. 1182, Migne 8 p. 980. — „Decuerat vos adversus“.

Sept. 24.—Nov. 1. | In ecclesia Constantiniana | †§ Synodus episcoporum 122, in qua symbolum Nicaenum confirmatur, Arianique anathematizantur. Hinschius Ps. Is. p. 454, Mansi II. 1269.

†197 (CXLI) Annonam flagellari vetat. Ivonis decr. VI. c. 201, Gratiani decr. C. XIV. qu. 4. c. 9, Mansi II. 1266, Migne 8 p. 968. (Est c. 7. Capitul. II. Niumag. a. 806). — „Quicunque tempore“.

**337—352.**

†198 (CXLII) Edicit, qui presbyter morientibus poenitentiam abneget, eum animarum reum esse. Ivonis decr. XV. c. 43, Gratiani decr. C. XXVI. qu. 6. c. 12, Mansi II. 1266, Migne 8 p. 968. — „Si presbyter poenitentiam".

†199 (CXLIII) Constituit haec: „Si quis desponsaverit uxorem vel subarrhaverit, et sive praeveniente die mortis, sive irruentibus quibusdam aliis causis minime eam cognoverit, neque eius superstes frater, neque ullus de consanguinitate eius eandem sibi tollat in uxorem ullo umquam tempore". Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 15, Mansi II. 1266, Migne 8 p. 969. — „Si quis desponsaverit".

†200 (CXLIV) Libertae cum domino matrimonium legitimum esse censet, dirimique servorum matrimonia vetat. Ivonis decr. VIII. c. 156, Gratiani decr. C. XXIX. qu. 2. c. 3, 1, Mansi II. 1266, 1269, Migne 8 p. 969, 971. — „Si quis ancillam suam" „Omnibus nobis unus".

†201 (CXLV) „Nullum in utroque sexu permittit ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque ad septimum generis gradum uxorem ducere vel incesti macula copulari". Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2. et 3. c. 7, Mansi II. 1267, Migne 8 p. 969. (Est c. 10. Conc. Aurel. III. a. 538). — „Nullum in utroque".

†202 (CXLVI) De innovatis ecclesiis iterum consecrandis statuit. Ivonis decr. III. c. 25, Gratiani decr. III. D. II. c. 24, Mansi II. 1267, Migne 8 p. 969. — „De fabrica".

†203 (CXLVII) Episcopis per Aegyptum praecipit de pane vinoque cum aqua permisto in eucharistia offerendis. Ivonis decr. II. c. 11, Gratiani decr. III. D. II. c. 7, Mansi II. 1267, Migne 8 p. 969. (Est c. 1. Conc. Bracar. III. a. c. 675). — „Cum omne crimen".

†204 (CXLVIII) Docet haec: „Ecclesia Graecum nomen est, quod in Latinum vertitur convocatio; ... catholica, id est universalis, ideo dicitur, quia per universum mundum est constituta, vel quoniam catholica, id est generalis, in eadem doctrina est ad instructionem". Ivonis decr. III. c. 3, Mansi II. 1268, Migne 8 p. 970. — „Ecclesia Graecum".

†205 (CXLIX) Qui ecclesiam combusserit, ei poenitentiam quindecim annorum imponit. Ivonis decr. III. c. 127, (Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 14, ubi hoc fragmentum Hygino tribuitur), Mansi II. 1268, Migne 8 p. 971. — „Si quis ecclesiam".

†206 (CL) „Statuit, ut relictam patris uxoris suae, relictam fratris uxoris suae, relictam filii uxoris suae, relictam consanguineorum uxoris suae usque in tertiam progeniem nemo in uxorem sumat". „Aequaliter" inquit „vir coniugatur consanguineis propriis et consanguineis uxoris suae". Ivonis decr. IX. c. 43, Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2. et 3. c. 12 et 13. (Est [c. 11] Poenitent. Pseudo-Theodori). — „Et hoc quoque" „Aequaliter vir".

**352.**

Apr. 12. Moritur „pridie id. Aprilis, Constantio V. et Constantio Caesare coss.", Catalogus Liberianus l. l. Eundem diem dat Depositio episcoporum apud Mommsen p. 631, addens: „in via Aurelia miliario III. in Calisti" (ad Callistum). Sederat igitur Iulius annos 15 m. 2 d. 7; catalogus ille vero praebet annos 15 m. 1 d. 11, Catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. anal. p. 218: a. 15 m. 2 d. 8, Hieronymus in chronico ap. Schoene p. 192: annos 16 m. 4.

---

## S. LIBERIUS. 352—366.

**352.**

Iun. 21? Auspicatur pontificatum „die XI. kal. Iun.... Constantio V. et Constantio Caesare coss." Catalogus Liberianus ap. Mommsen p. 637. Sed quia his temporibus consuetudo iam Romae firmata fuit, episcopum tantum die dominico ordinare (uti affirmat Lipsius pag. 262) emendamus dierum notam in „XI. kal. Iul."

**352—353.**

Romae Synodus, in qua de Athanasio agitur. V. infra ep. 212 (Hefele I. 652).

†207 (CLI) Episcopis per Orientem constitutis significat, acceptis eorum ad Iulium litteris, se per Lucium, Paulum, Helianum presbyteros, Alexandriam missos, per litterasque

**352—353.**
Athanasium evocasse, eumque, cum adire Romam recusasset, secundum eorum ad sese epistolam excommunicasse. Hilarii Opp. II. 668 (Migne 10 p. 678), Coustant append. p. 95, Mansi III. 208, Migne 8 p. 1395. — „Studens paci et".

**353—354.**
208 *Constantium imperatorem Arelatis commorantem per Vincentium et Marcellum episcopos rogat, ut concilium Aquileiam convocet. V. sequentem epistolam.
209 (40) Osio, episcopo Cordubensi, nunciat, Vincentium, episcopum Capuanum, ad Constantium imperatorem una cum Marcello, item Campaniae episcopo, missum, non solum licentiam concilii Aquileiae celebrandi non impetrasse, sed etiam in conciliabulo Arelatis iussu imperatoris habito damnationem Athanasii contra suam voluntatem subscripsisse. (Fragmentum.) S. Hilarii Opp. II. 676 (Migne 10 p. 688), Coustant p. 421, Mansi III. 200, Migne 8 p. 1349. — „Quia in nullo".
210 (41) Caecilianum, episcopum Spoletinum, monet, caveat, ne Vincentii, episcopi Capuani, exemplo corrumpatur. (Fragmentum.) S. Hilarii Opp. l. l., Migne 8 p. 1349. — „Nolo te factum".

**354.**
211 (42) Eusebio (episcopo Vercellensi) significat, Luciferum, episcopum Calaritanum, cum post Vincentii defectionem „per Italiam episcopi publica conventione coacti fuerint sententiis Orientalium obedire", ad imperatorem de impetranda concilii venia accessurum; cui assit, hortatur. Baronii annal. 353 n. XX, Coustant p. 421, Mansi III. 204, Migne 8 p. 1349. — „Me frater carissime".
212 (43) Constantium imperatorem „repetita satisfactione" adductum non esse dolet, ut in gratiam secum rediret, et convocandi concilii concederet licentiam, non modo Athanasii causa, sed etiam ob alia multa negotia petitam. Negat, litteras a se suppressas esse. Affirmat, se Orientalium episcoporum et Aegyptiorum in Athanasium litteras „legisse ecclesiae, legisse concilio"; quod vero octoginta episcopi Aegyptii iudicassent, id pluris se habuisse, quam illorum contra Athanasium sententiam. Scripta illa omnia per Vincentium Arelatem missa esse. Quod de pace secum iungenda significaverint Orientales, quantum tandem spei in illis poni posse, quorum legati ante octo annos in concilio Mediolanensi Arium damnare recusaverint? Luciferum (episcopum Calaritanum), Pancratium presbyterum, Hilarium diaconum, nuncios suos, commendat; synodique celebrandae potestatem petit. S. Hilarii Opp. II. 671 (Migne 10 p. 682), Coustant p. 423, Mansi III. 201, Migne 8 p. 1351. — „Obsecro tranquillissime" „Opto tranquillissime".
213 (44) Eusebio (episcopo Vercellensi) Luciferum, episcopum (Calaritanum), Pancratium presbyterum, Hilarium diaconum, in defendenda ecclesia elaborantes, commendat litteris Calepio datis. Baronii annal. 354 n. VI, Coustant p. 427, Mansi III. 205, Migne 8 p. 1355. — „Remeante filio meo".
214 (45) *Fortunatiano, episcopo (Aquileiensi), mandat, laboret cum legatis suis, ut imperator concilium celebrari sinat. V. sequentem epistolam.
215 (46) Eusebium (episcopum Vercellensem) laudat, quod Lucifero, Pancratio, Hilario, legatis suis, optime consuluerit, cum iisque ad imperatorem accedere statuerit; quorum negotium Fortunatiano quoque, episcopo (Aquileiensi), a se commendatum scribit. Baronii annal. 354 n. VII, Coustant p. 428, Mansi III. 205, Migne 8 p. 1355. — „Sciebam, domine frater".

**355.**
216 (47) Eusebium (Vercellensem), Dionysium (Mediolanensem), Luciferum (Calaritanum) episcopos exsulantes consolatur. Sibi parem fortunam instare scribit. „In ipsa congressione" (i. e. in concilio Mediolanensi) quid actum sit, sibi significari vult. S. Hilarii Opp. II. 675 (Migne 10 p. 686), Luciferi Opp. p. 2 (Migne 13 p. 765), Baronii annal. 355 n. XXXVI, Coustant p. 429, Mansi III. 206, Migne 8 p. 1356. — „Quamvis sub imagine".
Romae — ab Eusebio spadone, Constantii imperatoris legato, ut Athanasium damnaret et communionem cum Arianis iniret, admonitus, se id facturum negat. „Liberii dicta ad Eusebium" ap. Coustant p. 431, Migne 8 p. 1357, Athanasii Hist. Arian. ad monachos c. 35. 36. Opp. I. 1. 288, 289 (Migne P. Gr. 25 p. 734, 735).

| | | |
|---|---|---|
| | | **355.** |
| | Roma | „a Constantio ad comitatum mitti praeceptus ... Liberius aegre, populi metu, qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio asportatur". Ammiani Marcellini L. XV. c. 7. Cf. Athanasii Hist. Arian. ad monachos c. 37—39. Opp. I. I. 289, 290 (Migne P. Gr. 25 p. 738, 739). |
| | In comitatu (Mediolani?) | damnare Athanasium ab ipso Constantio imperatore iussus, perstat in recusando. „Dialogus Liberii et Constantii triduo ante quam Liberius in exilium deportaretur" ap. Theodoreti Hist. eccl. L. II. c. 16, Coustant p. 433, Migne 8 p. 1360. Cf. Athanasii Hist. Arian. ad monachos c. 39. Opp. I. I. 290 (Migne P. Gr. 25 p. 739). |
| | Beroeam Thraciae | relegatur. Theodoreti Hist. eccl. L. II. c. 16, 17. |
| | Beroeae | †217 (49) Episcopis Orientalibus scribit, antea quidem, ut a Iulio, decessore suo, sic ab ipso defensum fuisse Athanasium; quem autem cum iure damnatum novissime cognovisset, faciendum sibi putasse, ut eorum sententias probaret. Qua de re litteras ad Constantium imperatorem per Fortunatianum (episcopum Aquileiensem) missas nunciat. Formulam Sirmiensem (primam), a Demophilo expositam, laudat. Mandat, reditum sibi impetrent. Hilarii Opp. II. 677 (Migne 10 p. 689), Baronii annal. 357 n. XLII, Coustant p. 441, Mansi III. 207, Migne 8 p. 1365. Cf. de hac et quae sequuntur duabus epistolis Hefele I. 685. — „Pro deifico". |
| | „ | †218 (50) Ursacio, Valenti, Germinio significat, se prius, quam litteras episcoporum Orientalium ad imperatorem miserit, Athanasium damnasse. A Fortunatiano se petiisse scribit, ut litteras suas ad imperatorem perferret. Se Urbis desiderio teneri; pacemque sibi esse cum Epicteto et Auxentio. Hilarii Opp. II. 681 (Migne 10 p. 693), Baronii annal. 357 n. XLIII, Coustant p. 443, Mansi III. 209, Migne 8 p. 1368. — „Quia scio vos". |
| | „ | †219 (51) Vincentio (episcopo Capuano) nunciat, Urbicum diaconum sibi ereptum esse, seque de damnato Athanasio episcopos Orientales certiores fecisse. Rogat, conveniant Campaniae episcopi, ut reditum sibi ab imperatore per litteras petant. Hilarii Opp. II. 682 (Migne 10 p. 695), Baronii annal. 357 n. XLIV, Coustant p. 447, Mansi III. 210, Migne 8 p. 1371. — „Non doceo, sed". |
| | | **358.** |
| | Sirmii | a Constantio, qui populo Romano reditum Liberii promiserat (V. Theodoreti Hist. eccl. L. II. c. 17) ad synodum vocatus formulam Sirmiensem (tertiam) subscribit. Sozomenus, Hist. eccl. L. IV. c. 15. |
| | Romam | redit et habitat in coemeterio S. Agnetis. Lib. Pontif. ap. Vignoli I. 116. Hoc accidisse tertio anno post deportationem narrant Faustinus et Marcellinus in libro prec. ad imper. praef. in Max. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652 et in Gallandii Bibl. vet. patr. VII. 461 (Migne 13 p. 81), quibus consentiunt Theodoretus in Hist. eccl. L. II. c. 17. et Athanasius in Hist. Arian. ad monach. c. 41. Opp. I. I. 291 (Migne P. Gr. 25 p. 742) et in Apologia contra Arianos c. 89. Opp. I. I. 161 (Migne P. Gr. 25 p. 410), qui duobus locis Liberii infirmitatem dolet. |
| | Romam | intrat „quasi victor" (depulso Felice antipapa). Hieronymus in chronico ap. Schoene p. 194. Cf. Librum Pontificalem l. l. et Vitam S. Eusebii presbyteri (amici Felicis) ap. Baluzium Misc. I. 33. |
| | | **362.** |
| | | 220 (52) *„Ad provincias" mittit „post cassatum Ariminense concilium generalia decreta", quibus Arianos baptizatos rebaptizari vetat. V. Siricii papae ad Himerium epistolam (infra ep. 255) ap. Coustant p. 623. |
| | | 221 *Decretis synodi Alexandriae ab Athanasio congregatae assentit. Epistola Athanasii ad Rufinianum lecta in synodo Nicaena II. in Actis eiusdem ap. Mansi II. 1029. |
| Mai. 25. | | †222 (CLIV) § Athanasium et omnes in unum congregatos et de trinitatis fide recte sentientes Aegyptiorum episcopos vexatos esse dolet, eorumque fidem, in concilii Nicaeni praeceptis positam, laudat. Hinschius Ps. Is. p. 476, Mansi III. 221, Migne 8 p. 1406. — „Olim et ab initio". |
| | | **363.** |
| | | 223 (53) Episcopis Italiae catholicis praescribit, ut ignoscant iis, qui imprudenter commissam in concilio Ariminensi culpam professi, Arianorum praeceptis renunciaverint; |

**363.**

sed erroris auctores damnari vult. S. Hilarii Opp. p. 702 (Migne 10 p. 714), Coustant p. 448, Mansi III. 210, Migne 8 p. 1372. — „Imperitiae culpam".

**352—366.**

Febr. 15. †224 (CLIII) § Universos episcopos monet, ut iniurias patienter ferant, neve relictis ecclesiis in monasteria concedant. Hinschius Ps. Is. p. 494, Mansi III. 216, Migne 8 p. 1399. — „In nichilum (Nihil) est, quod".

†225 (CLV) Praecipit haec: „In ieiuniorum diebus nullae lites, nullae contentiones esse debent". Ivonis decr. IV. c. 46, Mansi III. 229, Migne 8 p. 1408. — „In his ieiuniorum".

†226 (CLVI) Iubet, „abstinendum esse sacratissimis quadragesimae diebus a coniugibus et caste et pie vivendo istos dies transigendos, et sic perveniendum ad diem sanctae paschae". Ivonis decr. IV. c. 47, Mansi III. 230, Migne 8 p. 1408. — „Abstinendum est".

†227 (CLVII) Praescribit haec: „Si evenerit fames, pestilentia, inaequalitas aeris, vel alia qualiscunque tribulatio, statim ieiuniis, eleemosynis et obsecrationibus Domini misericordia deprecetur". Burchardi decr. XIII. c. 18, Mansi III. 230, Migne 8 p. 1410. — „Si evenerit fames".

**366.**

228 (54) Euethio, Cyrillo, Hyperithio, Uranio, Heroni, Elpidio, Maximo, Eusebio, Eucarpio, Heortasio, Neoni, Eumathio, Faustino, Proclino, Pasinico, Arsenio, Severo, Didymioni, Britanio, Callicrati, Dalmatio, Aedessio, Eustochio, Ambrosio, Gelonio, Pardolio, Macedonio, Paulo, Marcello, Heraclio, Alexandro, Adolio, Marciano, Sthenelo, Ioanni, Marceri, Charisio, Sylvano, Photino, Antonio, Aytho, Celso, Euphranori, Milesio, Patricio, Severiano, Eusebio, Eumolpio, Athanasio, Diophanto, Menodoro, Diocli, Chrysampelo, Neoni, Eugenio, Eustathio, Callicrati, Arsenio, Eugenio, Martyrio, Hieratio, Leontio, Philagrio, Lucio (episcopis) et universis Orientalibus orthodoxis respondet, gratissimas sibi fuisse litteras, ab Eustatio, Silvano, Theophilo episcopis allatas, quibus cognoverit, eos concilii Nicaeni decreta cum Italis et Occidentalibus probasse. Formulam concilii Ariminensis qui dolo decepti accepissent, ab iis ipsis iam damnatam esse nunciat. Qui in erroribus Arianis „post hanc synodum" perseveraverint, eos cum Ario et Sabellianis et Patropassianis expertes ecclesiae fore scribit. Socrates Hist. eccl. L. IV. c. 12, Coustant p. 457, Mansi III. 213, 377, Migne 8 p. 1381. — „*Τὴν εὐκταιοτάτην*" „Optatissimum nobis".

†229 (CLII) Athanasio, episcopo Alexandrino, significat, quid de incarnatione et de individua trinitate sentiat. Sabellii Ariique dogmata anathematizat. Coustant append. p. 98, Mansi III. 211 et 226, Migne 8 p. 1396. — „Est igitur" „*Ἔστιν οὖν*".

Sept. 24. Moritur „VIII kalendas Octobris Gratiano et Dagalaifo coss.", Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praefat. l. l. („VIII kal. Maias" Libri Pontificalis ap. Vignoli I. 118 a librario depravatum esse putamus).

---

## FELIX II. antipapa. 355—365.

**355.**

Romae in palatio. Consecratur ab „improbis tribus catascopis i. e. exploratoribus, haud episcopis nuncupandis", Athanasii Hist. Arian. ad monachos c. 75. Opp. I. I. 307 (Migne P. Gr. 25 p. 783). — Felicem anno decimo ante obitum suum, paullo post Liberium in exsilium pulsum, i. e. anno 355 exeunte pontificem creatum esse, liquet e Faustini et Marcellini lib. prec. ad imperatores praef. in Max. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652 et ap. Gallandium Bibl. vet. patr. VII. 461 (Migne 13 p. 81). Narrationi horum fontium, qui Felicem Arianismo infectum esse putant, contradicunt plane Vita S. Eusebii presbyteri Romani in Baluzii Misc. I. 33 et Liber Pontificalis ap. Vignoli I. 119, qui Felicem rite episcopum Romanum creatum demonstrant. (Cf. de his rebus Rossi R. S. II. 109 et Lipsius pag. 234). Felicem consensu Constantii imperatoris

| | | |
|---|---|---|
| | | **355.** |
| | | tempore exsilii Liberii cathedram S. Petri obtinuisse docet edictum eiusdem in Cod. Theodos. XVI. 2. 14. |
| | | **358.** |
| | Roma | a Liberio reduce expellitur. Vita S. Eusebii presbyteri Rom. in Baluzii Misc. I. 33: „Liberius de exilio revocatus fuerat ..., occupantur ecclesiae a Liberio, eicitur Felix de episcopatu". Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l.: „redit Liberius, ... Felix notatus a senatu vel populo de Urbe propellitur". |
| | In praediolo suo | „orationibus vacat", Vita S. Eusebii presb. Rom. l. l. Cf. Catalogum Felicianum ap. Schelstrate I. 459: „Felix depositus de episcopatu habitavit in praediolo suo a die III. kal. (leg. non.) Aug." |
| | | **358—359.** |
| | Romam | „post parvum tempus irrumpit". Faustini et Marcellini lib. pr. ad imp. praef. l. l. |
| | In Iulii basilica trans Tiberim | „stationem dare praesumit". Faustini et Marcellini lib. pr. ad imp. praef. l. l. |
| | Roma | „a multitudine fidelium et proceribus iterum cum magno dedecore proiicitur". Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l. |
| | | **362.** |
| Febr. 13. | | †230 (CLVIII) § In synodo Athanasio et universis Aegyptiorum, Thebaidorum, Libyorum episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis scribit, „nemo episcopum penes saeculares arbitros accuset, sed apud summos primates, nec prius quam familiariter ei suam indicet querelam et ab eo aut iustam emendationem aut rationabilem percipiat excusationem". Ante iudicium, quae episcopo ablata sint, restituantur. Neque infames neque sacrilegos posse aut testes aut accusatores esse. Petitam iudicii prolationem dandam episcopo esse cet. Addit de primatibus et metropolitanis cet. Hinschius Ps. Is. p. 484, Mansi III. 409, Migne 13 p. 17. — „Sacram vestram synodicam". |
| Oct. 25. | | †231 (CLIX) § In synodo episcopos oppressos, ut insectationes patienter ferant, hortatur. Hinschius Ps. Is. p. 491, Mansi III. 415, Migne 13 p. 25. — „Gratia vobis et". |
| | | **365.** |
| Nov. 22. | | Moritur „Valentiniano et Valente coss. X. kalend. Decemb." Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l. |

## URSINUS (URSICINUS) antipapa. 366—367.

| | | |
|---|---|---|
| | | **366.** |
| Sept. | In basilica Iulii | Eligitur ab iis, qui Liberio studuerant contra Felicem. Faustini et Marcellini lib. prec. ad imperatores praef., in Max. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652 et ap. Gallandium Bibl. vet. patr. VII. 461 (Migne 13 p. 81). |
| „ | „ | Consecratur a Paulo, episcopo Tiburtino, ante Damasi I. ordinationem, ut narrant Faustinus et Marcellinus l. l. Sed aliter est apud Hieronymum in chronico ap. Schoene p. 197, ubi paullo post Damasum consecratum Ursinus constitutus esse traditur. Rufinus in Hist. eccl. L. II. c. 10. Opp. I. 283 (Migne 21 p. 627) narrat, Ursinum in basilica Sicinini esse consecratum. |
| Oct. | In exsilium | expellitur, cum Damasus „redemisset iudicem Urbis Viventium et praefectum annonae Iulianum". Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l. |
| | | **367.** |
| Sept. 15. | Romam | revenit „XVII. kalend. Octobr. Lupicino et Iovino coss." Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef., in Max. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652, ap. Gallandium Bibl. vet. patr. VII. 462 (Migne 13 p. 83). |
| Nov. 16. | Roma | „XVI. kal. Decembres iussione (Valentiniani) imperatoris ad exilium sponte properat". Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l. |

## S. DAMASUS I. 366—384.

Primus episcopus Romanus, sub quo scrinium Romanae ecclesiae memoratur, est S. Damasus. V. „Tomum" synodi Romanae ad Orientales directum ap. Coustant p. 500, Mansi III. 462.

| | | |
|---|---|---|
| | | **366.** |
| Sept. | In Lucinis | Eligitur ab iis, qui Felicem creaverant. Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef., in Maxima Bibl. vet. patr. Lugd. V. 652 et ap. Gallandium Bibl. vet. patr. VII. 461 (Migne 13 p. 82). |
| „ | Ad basilicam Iulii | „armatus fustibus perrumpit, et magna caede fidelium per triduum debacchatus est", postquam „omnes quadrigarios et imperitam multitudinem pretio concitavit". Sic est ap. Faustinum et Marcellinum l. l. |
| Oct. 1. | In Lateranensi basilica | Consecratur „post dies septem" (sc. mortuo Liberio). Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l. |
| „ 26. | Basilicam Liberii (basilicam Sicinini) | quo septem presbyteri Ursini confugerant, „obsidet hora diei secunda, VII. kalend. Novemb. die, Gratiano et Dagalaifo coss., et grave proelium concitat; nam effractis foribus igneque supposito, aditum unde irrumperet exquirebat; ... tunc universi Damasiani irruentes in basilicam, centum sexaginta de plebe tam viros quam mulieres occiderunt, vulneraverunt etiam quamplurimos". Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l. ... Qua de caede sic est ap. Ammianum Marcellinum L. XXVII. c. 3: „Damasus et Ursinus supra humanum modum ad rapiendam episcopatus sedem ardentes, scissis studiis asperrime conflictabantur; ... et in concertatione superaverat Damasus, parte, quae ei favebat, instante. Constatque, in basilica Sicinini, ... uno die centum triginta septem reperta cadavera peremptorum". Cf. Hieronymi chronicon ap. Schoene p. 197: „Ursinus ... Sicininum cum suis invadit, quo Damasianae partis populo confluente, crudelissimae interfectiones diversi sexus perpetratae". |
| | | **366—367.** |
| | Romae | Synodus episcoporum 28 et presbyterorum 25, in qua Liberius damnatur. Vita S. Eusebii presb. Romani ap. Baluzium Misc. I. 33 (V. Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 632, Migne 51 p. 581). Cf. Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. praef. l. l.: „Quos (Italiae episcopos) cum ad natale suum solemniter invitasset (Damasus) et nonnulli convenissent ex eis, precibus apud eos molitur et pretio, ut sententiam in sanctum Ursinum proferant. Qui responderunt: Nos ad natale convenimus, non ut inauditum damnemus". |
| | | Macarium presbyterum absque suo consensu coetum Christi fidelium convocantem Urbe eiicit. Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. in Maxim. Bibl. vet. patr. Lugd. V. 658 et ap. Gallandium Bibl. vet. patr. VII. 469 (Migne 13 p. 98). |
| | | Contra Luciferianos Bassi iudicis potestatem implorat sed frustra. Faustini et Marcellini lib. prec. ad imp. l. l. |
| | | **c. 368.** |
| | Romae | Synodus, in qua Ursacius et Valens et eorum socii damnantur. Athanasii ad Afros episcopos epistola, Opp. I. ɪɪ. 718 (Migne P. Gr. 26 p. 1046). |
| | | **369—374.** |
| | Romae | Synodus Gallicanorum et Italicorum episcoporum 90 (al. 93), in qua de trinitate agitur et Auxentius, episcopus Mediolanensis, damnatur. V. „Tomum" Orientalibus destinatum ap. Coustant p. 487, Mansi III. 459 et eam, quae sequitur, epistolam. Cf. Libellum synodicum in Voelli et Justelli Bibl. II. 1187 (Hefele I. 739). |
| | | 232 (55) Episcopis Illyricis nunciat, in synodo Auxentium, haereticum episcopum Mediolanensem, damnatum esse. Nicaeni concilii leges servandas scribit, neque ullam esse decretorum Ariminensium auctoritatem. (Ps.-Isidorus addidit haec: „Data XVII. kal. Nov. Siricio et Ardaburc viris cl. coss." Hinschius Ps. Is. p. 518). Damasi Opp. p. 200, Holstenii Coll. Rom. I. 165 (Deusdedit Coll. can. L. I. c. 81), Coustant p. 481, Mansi III. 443, 455, Migne 13 p. 347 (Theodoreti, Hist. eccl. L. II. c. 22, Sozomeni Hist. eccl. L. VI. c. 23). — „Confidimus quidem" („*Πιστεύομεν*" „Credimus sanctam"). |

**374.**

233 (56) *Petro, episcopo Alexandrino, per quendam diaconum mittit „consolatorias simul et communicatorias litteras". V. Petri ep. ap. Theodoretum, Hist. eccl. L. IV. c. 22; cf. Coustant p. 593. n. VI.

Romae — Synodus, in qua Eustathius et Apollinaris damnantur. Fragmenta epistolae synodalis in Damasi Opp. p. 202, Mansi III. 481, Migne 13 p. 348. Cf. Hefele I. 740.

**376.**

Romae — Synodus, in qua Apollinaris et Timotheus damnantur. V. Damasi ep. ap. Theodoretum, Hist. eccl. L. V. c. 10. Cf. Pagium ad a. 373, Hefele I. 742.

**378?**

234 (59) Episcoporum Orientalium erga se reverentiam laudat. Miratur, eos, ut Timotheum damnaret, a se petiisse, quem una cum Apollinari praeceptore iamdiu praesente Petro, episcopo Alexandrino, damnatum esse scribit. Monet, ut concilii Nicaeni leges custodiant. Theodoreti Hist. eccl. L. V. c. 10, Damasi Opp. p. 218, Coustant p. 571, Mansi III. 427, Migne 13 p. 370. — „Ὅτι τῇ ἀποστολικῇ" „Quod debitam" (antiquiores collect.: „Quod vestra charitas").

**380.**

Romae — Synodus, quae 1) a Gratiano et Valentiniano imperatoribus haec petit: „Ut iubere pietas vestra dignetur, quicumque vel eius (Damasi) vel nostro iudicio, qui catholici sumus, fuerit condemnatus, atque iniuste voluerit ecclesiam retinere, vel vocatus a sacerdotali iudicio per contumaciam non adesse, seu ab illustribus viris praefectis praetorio Italiae vestrae, sive a vicario accitus ad urbem Romam veniat, aut, si in longinquioribus partibus huiusmodi emerserit quaestio, ad metropolitani per locorum iudicia deducatur examen" cet.; deinde haec: „Ut episcopus Romanus, si concilio eius causa non creditur, apud concilium se imperiale defendat." Romani concilii epist. ap. Coustant p. 523, Mansi III. 624, Migne 13 p. 575; et quae 2) Apollinaristas, Sabellianos, Eunomianos, Macedonianos, Photinianos damnat. V. epistolam sequentem; cf. Hefele I. 743.

235 (57) Paulino, episcopo Antiocheno, praescribit, ne aut Vitalem aut illius socios recipiat, nisi prius cum formulam Nicaenam, tum anathematismos contra Apollinaristas, Sabellianos, Eunomianos, Macedonianos et Photinianos, in synodo Romana prolatos, litterisque istis annexos, subscripserint. Damasi Opp. p. 205, 209, Leonis M. Opp. III. 397 (Migne 56 p. 684), Holstenii Coll. Rom. I. 180, (Theodoreti, Hist. eccl. L. V. c. 11.), Coustant p. 507, 517, Mansi III. 425, 481, La Fuente Hist. eccl. de España I. 365, 366, Migne 13 p. 356, 357. (Haec in duas partes divisa epistola datur a Pseudo-Isidoro ap. Hinschius immutata p. 498 et 516; sed secundam partem alio loco ap. Hinschius p. 499, 516 n. 20 et 508 dissecat in 3 capitula, apud tertium non pauca falsarie addens, cf. Coustant p. 581). — „Per filium meum Vitalem" („Per ipsum filium"). „Post concilium Nicaenum" („Ἐπειδὴ μετὰ" „Quoniam post").

236 (58) *Petro, episcopo Alexandrino, Roma proficiscenti, tribuit litteras, quibus et Nicaeni concilii decreta (consubstantialitatis fidem) et Petri ordinationem confirmat. V. Socratis Hist. eccl. L. IV. c. 37 et Sozomeni Hist. eccl. L. VI. c. 39; cf. Coustant p. 594 n. VII.

237 (60) Acholio, Eurydico, Severo, Uranio, Philippo et Ioanni episcopis scribit, Maximo Cynico episcopatum Constantinopolitanum recte abrogatum esse. Etenim „philosophorum habitum non convenire incessui christiano; ... philosophiam, sapientiae saecularis amicam, esse inimicam fidei, venenum quoddam spei, bellum gravissimum caritatis; ... huic homini, qui in habitu idoli incedat, nunquam adscribendum nomen esse christiani". In concilio Constantinopoli habendo ut dignum virum eligendum curent, monet, neu „patiantur aliquem contra statuta maiorum de civitate alia ad aliam transduci". Damasi Opp. p. 214, Holstenii Coll. Rom. I. 37, Coustant p. 535, Mansi VIII. 749, Migne 13 p. 365. — „Decursis litteris".

238 (61) Acholio (episcopo Thessalonicensi) Rusticum, Gratiani imperatoris silentiarium, Romae „gratiam Dei" (i. e. baptismum) consecutum commendat. De catholico episcopo in locum Maximi Constantinopolitani substituendo addit. Damasi Opp. p. 217,

**380.**

Holstenii Coll. Rom. I. 42, Coustant p. 539, Mansi VIII. 750, Migne 13 p. 369. — „Ad meritum".

**382.**

Romae — Synodus, in qua de Apollinaristis agitur. Theodoreti Hist. eccl. L. V. c. 9. Rufinus de adulterat. libr. Origen. in S. Hieronymi Opp. ed. Bened. V. 253 (ap. Migne deest), cf. Hefele II. 40.

**383?**

239 (62) Hieronymo mandat, Osanna quid sonet apud Hebraeos, sibi exponat. Damasi Opp. p. 280, S. Hieronymi Opp. I. 63 (Migne 22 p. 375), Coustant p. 573, Mansi III. 425, Migne 13 p. 371. — „Commentaria cum".

**366—384.**

Mai. 23. — †240 Hieronymo presbytero, „cuius fonte iam saciata est et amplius sitit ecclesia" mittit vitas decessorum suorum. Catalogus Felicianus ap. Schelstrate I. 347, Lipsius p. 269, Damasi Opp. p. 25, Migne 13 p. 441. — „Gaudet ecclesia".

„ 17. — †241 (CLX) § Aurelio, episcopo Carthaginiensi, decreta suorum decessorum mittit; quae ut servanda curet hortatur. Hinschius Ps. Is. p. 21, Damasi Opp. append. p. 11, Mansi III. 423, Migne 13 p. 423. — „Scripta sanctitatis tuae".

(Oct. 28.) — †242 (CLXI) § Ab Hieronymo petit, ut „Graecorum psallentiam" sibi mittat. Hinschius Ps. Is. p. 498, Damasi Opp. append. p. 25, Mansi III. 428, Migne 13 p. 440. — „Dum multa corpora".

Oct. 25. — †243 (CLXII) § Stephano, archiepiscopo concilii Mauritaniae, et universis episcopis Africanae provinciae, scribit, „fundamentum a Deo fixum et immobile atque titulum lucidissimum omnium episcoporum apostolicam sedem esse constitutam et verticem ecclesiarum". „Discutere episcopos et summas ecclesiasticorum negotiorum causas metropolitano una cum suis comprovincialibus, ita ut nemo ex eis desit, licere, et definire summas querelarum causas vel damnare episcopos absque s. sedis auctoritate nemini licere". „Synodum sine eadem auctoritate fieri non esse catholicum". Addit de accusatoribus episcoporum et testibus, de eiectis episcopis ante iudicium restituendis, de iudicii mora concedenda, de „criminum discussione ibi agenda, ubi crimen admissum sit". Hinschius Ps. Is. p. 502, Damasi Opp. append. p. 12, Mansi III. 431, Migne 13 p. 424. — „Lectis fraternitatis vestrae".

Iun. 1. — †244 (CLXIII) § Prospero, Numidiae primae sedis episcopo, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Rufo et omnibus ceteris orthodoxis episcopis scribit de chorepiscopis, in quorum munia, ad diminuendam episcoporum dignitatem pertinentia, acerbe invehitur. Hinschius Ps. Is. p. 509, Damasi Opp. append. p. 18, Mansi III. 437, Migne 13 p. 431. — „Licet fratres carissimi".

Apr. 11. — †245 (CLXIV) § Universos episcopos per Italiae provincias constitutos hortatur, ne „accusationes fratrum per scripta suscipere absque legitimo accusatore" pergant, neve „unquam prius per scripta eorum, qui accusentur, causam discutiant, quam per querelantium institutiones vocati canonice ad synodum veniant, et praesens per praesentem intelligat, quae ei obiiciantur". Hinschius Ps. Is. p. 519, Damasi Opp. append. p. 24, Mansi III. 444, Migne 13 p. 439. — „Optaveram dilectissimi".

†246 (CLXV) Hieronymo significat, „contentionem ortam esse in tota ecclesia Romana de sacrificio, qua hora liceat sacrificare". Quaerit, de ea re quid sentiat. Theineri disqu. crit. p. 301. — „Dirigimus vestrae".

†247 (CLXVI) Decernit haec: „Calumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat". Gratiani decr. C. II. qu. 3. c. 2, Mansi III. 446 (cf. c. XV. ep. Pseudo-Isidori ap. Hinschius Ps. Is. p. 504, supra ep. 243). — „Calumniator".

†248 (CLXVII) „Si quis episcopum, aut presbyterum aut diaconum falsis criminibus appetierit et probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem censet". (Gratiani decr. C. II. qu. 3. c. 4.), Mansi III. 446. (Est c. 75. Conc. Eliberit. a. 305). — „Si quis episcopum".

†249 (CLXVIII) „Oblationes, quae intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineri" vetat. Gratiani decr. C. X. qu. 1. c. 15, Mansi III. 446. — „Hanc consuetudinem".

**366—384.**

†250 (CLXX) Decernit, „ut quisquis metropolitanus infra tres menses consecrationis suae ad fidem suam exponendam palliumque suscipiendum ad apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate". (Burchardi decr. I. c. 25, Deusdedit Coll. can. L. I. c. 79) Ivonis decr. V. 354, Mansi III. 447. — („Quoniam quidem metropolitanus") „Quisquis metropolitanus".

**367—384.**

251 In synodo edit decretum de spiritu sancto, de canone scripturae sacrae et de sedibus patriarchalibus. V. Gelasii pp. decretum de libris recipiendis et non recipiendis (infra ep. 700), cuius capitulum primum Damaso tribuendum esse probat Thiel: De decretali Gelasii Papae de recipiendis et non recipiendis libris (et Epp. Rom. Pont. I. 44). — („Prius agendum est").

**382—384.**

252 * Ambrosio, episcopo Mediolanensi, mittit libellum, quem christiani senatores (a. 382) conscripserant contra Symmachum Urbis praefectum sociosque, qui statuam Victoriae e curia Iulia a Gratiano imperatore demotam iterum erigere voluerunt. Ambrosii ep. ad. Valentinianum Opp. II. I. 826 (Migne 16 p. 963).

**384.**

253 (63) Hieronymo quinque ex testamento veteri quaestiones proponit. Se Lactantii libris delectari negat. Damasi Opp. p. 220, S. Hieronymi Opp. I. 158 (Migne 30 p. 485), Coustant p. 579, Mansi III. 424, Migne 13 p. 371. — „Dormientem te".

254 (64) * A. Symmacho, Urbis praefecto, neque „assectatores catholicae religionis ullam contumeliam pertulisse", neque „ullum e suis aut carcere aut vinculis attineri", testatur. V. Symmachi ep. ad Theodosium et Arcad., L. X. ep. 34. p. 500 (Migne 30 p. 485).

Dec. 10. Moritur „prope octogenarius". Hieronymi De viris illustribus. Opp. ed. Val. II. 935 (Migne 23 p. 701). Dies legitur in martyrologio Hieronymi (Opp. XI. 519). Nec de anno dubitari potest, siquidem omnes fere catalogi, Damasum annos 18 m. 2 (al. 3) d. 10 (al. 11) sedisse testantur.

---

## S. SIRICIUS. 384—398.

Primae, quae exstant, epistolae pontificiae, in quibus anni consulum nominibus indicantur, sunt Siricii 255, 258.

**384.**

Dec. Creatur pontifex „Ricimere et Clearcho coss." Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium, Vet. lat. scr. chron. I. 638 (Migne 51 p. 585).

**385.** (*Arcadio et Bautone coss.*)

Febr. 10. 255 (65) Himerii, episcopi Tarraconensis ad Damasum litteris acceptis, et in „conventu fratrum" lectis, respondet, 1) Arianos rebaptizandos non esse; 2) baptisma nisi paschatis pentecostesque diebus non dandum; 3) apostatas excommunicandos quidem, sed, si redierint, recipiendos, perpetuaque afficiendos poenitentia; 4) sponsam a nemine, nisi a sponso, in matrimonium duci licere; 5) voluptatibus qui post poenitentiam absolutionemque servierint, iis eucharistiam negandam esse; 6) monachos monachasque impudicos e monasteriis pellendos; 7) nec sacerdotes consecratos uti uxoribus; 8) nec eos fieri sacerdotes licere, qui a secundis non abstinuerint nuptiis; 9) qui possint fieri lectores, qui acolyti et subdiaconi, qui presbyteri, qui episcopi; 10) de laicis, qui provecta aetate capessierint ordinem sacerdotalem; 11) qui clerici in secundas nuptias venerint, eos munere privandos esse; 12) feminas supervacaneas e sacerdotum domibus removendas; 13) monachos virtute commendatos in clericorum numerum recipiendos; 14) laico, acta poenitentia, sacerdoti fieri non licere; 15) poenitentes, digamos, viduarum maritos, qui imprudenter sint clerici facti, ad ampliora officia promovendos non esse. — Hortatur „ad servandos canones et tenenda decre-

**385.**

talia constituta", utque haec responsa sua cum dioecesanis episcopis, tum Carthaginiensibus, Baeticis, Lusitanis, Gallicis nuncientur. Leonis M. Opp. III. 246 (Migne 56 p. 554), Voelli et Justelli Bibl. I. 190, Hinschius Ps. Is. p. 520, Coustant p. 623, Mansi III. 655, La Fuente Hist. eccl. de España I. 368, Migne 13 p. 1131. — „Directa ad decessorem" („Directam").

**385?**

256 (66) *Maximo imperatori scribit et de tuenda fide catholica et de Agricio, presbytero „indebite" facto. V. Maximi ep. ap. Coustant p. 640, Mansi III. 671.

257 (67) *Anysio (episcopo Thessalonicensi) litteris per Candidianum episcopum missis concedit, „ut nulla licentia sit sine consensu eius in Illyrico episcopos ordinare praesumere". V. Siricii ep. ap. Holstenium Coll. Rom. I. 43, Coustant p. 642, Mansi VIII. 750, Migne 13 p. 1148.

**386.** (*Post consulatum Arcadii augusti et Bautonis.*)

Ian. 6. — Romae ad s. apostoli Petri reliquias — Concilium episcoporum 80, qui decernunt: 1) Ne quis „extra conscientiam sedis apostolicae, hoc est primatis, audeat ordinare"; 2) „ne unus episcopus episcopum ordinare praesumat"; 3) ne fiat clericus, qui „post remissionem peccatorum cingulum militiae saecularis habuerit"; 4) ne viduam ducat clericus; 5) ne qui laicus duxerit viduam, clericus fiat; 6) ne quis alienae ecclesiae clericum ordinet; 7) ne „abiectum clericum alia ecclesia admittat"; 8) „ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur, praeter eos quos rebaptizant"; 9) ne „sacerdotes et levitae cum uxoribus suis coeant". Concilii acta in epistola insunt, quae sequitur. (Hefele II. 45).

„ 6. — Romae in concilio — 258 (68) Episcopis Africanis concilii decreta nunciat. Leonis M. Opp. III. 448 (Migne 56 p. 726), Coustant p. 651, Mansi III. 669, Migne 13 p. 1155. — „Cum in unum".

**386?**

259 (69) Anysii (episcopi Thessalonicensis) de episcopis in Illyrico ordinandis privilegium confirmat, eumque monet, videat, „ne, ut factum sit, certatim in una ecclesia dum ordinare praesumant indignos, veluti tres episcopos fecisse videantur". Holstenii Coll. Rom. I. 43, Coustant p. 642, Mansi VIII. 750, Migne 13 p. 1148. — „Etiam dudum".

**390.**

Romae — Synodus, in qua Ioviniani haeresis damnatur. V. sequentem epistolam. (Hefele II. 51).

260 (70) Ecclesiae Mediolanensi (al. diversis episcopis) significat, se „facto presbyterio" damnasse Iovinianum, Auxentium, Genialem, Germinatorem, Felicem, Plotinum, Marcianum, Ianuarium, Ingeniosum, novae haeresis auctores. Ambrosii Opp. II. I. 963 (Migne 16 p. 1121), Leonis M. Opp. III. 255 (Migne 56 p. 562), Hinschius Ps. Is. p. 523, Coustant p. 663, Mansi III. 663, La Fuente Hist. eccl. de España I. 375, Migne 13 p. 1168. — „Optarem semper".

**392.**

261 (71) Anysio et ceteris episcopis per Illyricum constitutis respondet, de Bonoso episcopo se iudicare non posse, quod concilium Capuanum „finitimis et praecipue Macedonibus" causam cognoscendam mandaverit. De Maria post natum Christum virgine addit. Holstenii Coll. Rom. I. 189, Coustant p. 679, Mansi III. 674, Migne 13 p. 1176. — „Accepi litteras".

**384—398.**

262 (72) *De recipiendis Priscillianistis consilia dat. V. Conc. Toletanum I. ap. Mansi III. 1005; cf. Coustant p. 701 n. V.

263 (73) Orthodoxis per diversas provincias scribit de ecclesiasticis honoribus caute deferendis. Hinschius Ps. Is. p. 524, Coustant p. 659, Mansi III. 667, La Fuente Hist. eccl. de España I. 376, Migne 13 p. 1164. — „Cogitantibus nobis".

264 *Ambrosio, episcopo Mediolanensi, epistolam mittit per Syrum presbyterum incerti tenoris. Ambrosii ep. ad Siricium Opp. II. I. 1105 (Migne 16 p. 1282).

†265 (CLXXI) Decernit haec: „Si sanus vir leprosam duxerit uxorem, aut postmodum ei

**384—398.**

supervenerit lepra, separentur, ne concepti filii lepra maculentur". Coustant p. 709, Mansi III. 676, Migne 13 p. 1129. — „Si sanus vir".

†266 (CLXXII) Statuit haec: „Presbyter, qui dicit se nescire, an episcopus fuit, qui eum ordinavit, et aliquanto tempore missas fecit, et postea dimisso officio uxorem duxit, hunc pseudo-presbyterum ... in monasterio ad poenitentiam omni tempore vitae suae retrudendum". Coustant p. 709, Mansi III. 676, Migne 13 p. 1129. — „Presbyter, qui dicit".

†267 (CLXXIII) Haec iubet: „Presbyter, qui in vino baptizat, proxima necessitate, ut aeger non periclitetur, pro tali re nulla ei culpa ascribatur; si vero aqua aderat et necessitas talis non urgebat, hic communione privetur et poenitentiae submittatur; infans vero ... in eo baptismo permaneat". Coustant p. 709, Mansi III. 676, Migne 13 p. 1129. — „Presbyter, qui in vino".

†268 (CLXXIV) Praescribit haec: „Si (presbyter) infantem in periculo constitutum proxima necessitate cum vase aut cum manibus atque in nomine s. trinitatis baptizaverit, firmiter permanebit". Coustant p. 710, Mansi III. 676, Migne 13 p. 1129. — „Si infantem in".

†269 (CLXXV) Decernit haec: „Presbyter, qui orationem dominicam non tenet, nec symbolum, neque psalmos, si episcopus fuit, qui eum benedixit, hic primum omnium dignitatem quam illicite praesumsit, amittat, et sub districta poenitentia omni tempore vitae suae in monasterio degat". Coustant p. 710, Mansi III. 676, Migne 13 p. 1130. — „Presbyter, qui orationem".

†270 (CLXXVI) Decernit haec: „Qui ita baptizant, ut dicant: In nomine patris mergo, in nomine filii mergo, et spiritus sancti mergo, ii, qui ita sunt baptizati, ac si rustice, tamen in nomine s. trinitatis baptizati sunt". Coustant p. 710, Mansi III. 676, Migne 13 p. 1130. — „Qui vero ita baptizant".

**398?**

271 (74) *Rufinum presbyterum Romam invitat. Hieronymi Apolog. L. III. c. 20. Opp. II. 549 (Migne 23 p. 471); cf. Coustant p. 705 n. XI.

**398.**

272 (75) *Rufini presbyteri socios Roma „communicantes ecclesiae" discessisse, testatur. Hieronymi ep. 127. Opp. I. 958 (Migne 22 p. 1093); cf. Coustant p. 705 n. XII.

Nov. 26. Moritur „Honorio IV. et Eutychiano coss.", Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 643 (Migne 51 p. 588). Dies ex Hieronymiano martyrologio (S. Hieronymi Opp. XI. 519, Migne 30 p. 485) intelligitur; nec probandus est, quem indicat Vita Siricii in Libro Pontif. ap. Vignoli I. 127, dies 22. m. Febr. Sederat igitur Siricius annos fere 14; quamquam catalogi perpaucis exceptis omnes ei attribuunt annos 15.

---

## S. ANASTASIUS I. 398—401.

**398.**

Dec. 5? Creatur pontifex „Honorio IV. et Eutychiano coss." Prosperi Aquitani chron. integrum ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 643 (Migne 51 p. 588). Si vere affirmant Papebrochius et Pagius, se invenisse in codice quodam martyrologii Hieronymiani diem mortis Anastasii ad diem 14. m. Decembris notatum, et recte Catalogus Corbeiensis ap. Mabillon Vet. Anal. p. 218 eidem pontifici annos 3 d. 10 assignat, consecratio poni debet ad d. 5. m. Decembris, diem dominicum secundum post mortem Siricii. Sed alii catalogi dant annos 3 d. 21 (22).

**399.**

273 (76) *Episcopis Campaniae de Paulino (postea episcopo Nolano) mittit „brevi post ordinationem suam epistolas plenas et religionis et pietatis et pacis". S. Paulini ep. 20. Opp. p. 108 (Migne 61 p. 247). Cf. Coustant p. 730.

**399?**

274 (77) *Paulinum „ad natalem suum" (i. e. in diem suscepti pontificatus) invitat. S. Paulini ep. 20. Opp. p. 108 (Migne 61 p. 247).

275 (78) *Anysio, episcopo Thessalonicensi, „omnia, quae in illis partibus gerantur, tradit cognoscenda". V. Innocentii I. ep. 285.

**400.**

276 (79) Simpliciano (episcopo Mediolanensi) per Eusebium presbyterum significat, se, Theophili episcopi (Alexandrini) litteris motum, Origenis scripta damnasse. S. Hieronymi Opp. I. 558 (Migne 22 p. 772), Mansi III. 945, Migne 20 p. 73. — „Grandem sollicitudinem".

**398—401.**

Oct. 7. †277 (CLXXVII) § Cunctis Germaniae et Burgundiae episcopis respondet, „dum SS. evangelia in ecclesia recitentur, sacerdotes et ceteri omnes non sedentes sed curvi stantes audiant et fideliter adorent"; ne „transmarinos homines in clericatus honore suscipiant, nisi quinque aut eo amplius episcoporum chirographis sint designati"; ne Manichaeos recipiant. Hinschius Ps. Is. p. 525, Mansi III. 940, Migne 20 p. 75. — „Exigit dilectio vestra".

Iun. 7. †278 (CLXXVIII) § Neriani erga sacerdotes studium laudat, eumque parentibus orbatum consolatur. Hinschius Ps. Is. p. 526, Mansi III. 942, Migne 20 p. 78. — „Multa mihi in".

†279 Decimas vel oblationes extra episcopi conscientiam habere vetat. Ivonis decr. III. c. 209, Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 55. (Est c. 7. conc. Gangr.) — „Statuimus, ut si quis".

†280 Iubet, ut decimae iuxta dispositionem episcopi distribuantur. Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 56. (Est c. 11. conc. Ticin. a. 855). — „In sacris canonibus".

**400—401.**

281 (80) *Venerio episcopo (Mediolanensi) de Origine damnato scribit. V. eam quae sequitur epistolam.

282 (81) Ioanni, episcopo Hierosolymitano, respondet, Rufinum, si Origenis libros in Latinum convertendo illius laudes spectaverit, damnandum esse, sin vituperationem, probandum. Significat, se de ipso Origine damnato ad Venerium episcopum (Mediolanensem) litteras dedisse, et „beatissimorum principum manasse responsa, quibus unusquisque Deo serviens ab Origenis lectione revocetur, damnatumque sententia principum, quem lectio reum prophana prodiderit". S. Hieronymi Opp. II. 577 (ap. Migne deest), Rufini Opp. I. 408 (Migne 21 p. 627), Coustant p. 723, Mansi III. 943, Migne 20 p. 68 et 48 p. 231. — „Probatae quidem".

**401.**

283 (82) *Episcopos Africanos hortatur, „ut de haereticorum et schismaticorum Donatistarum insidiis et improbitatibus, quibus Africanam ecclesiam vexent, nullo modo dissimulent". V. Concilium Carthag. d. 13. m. Sept. 401 ap. Mansi IV. 491, III. 1023, Migne 43 p. 809; cf. Coustant p. 732 n. VII.

284 (83) *„Ad Orientem" litteras mittit, in quibus dicit „libros Originis περὶ Ἀρχῶν a Rufino translatos et simplici Romanae ecclesiae traditos, ut fidei veritatem, quam ab Apostolo didicerant, per eum perderent". Hieronymi Apolog. L. III. c. 20. et 21 Opp. II. 549 (Migne 23 p. 471, 472); cf. Coustant p. 734.

Dec. 14? Moritur. Cf. quae supra annotavimus in consecrationem Anastasii I.

## S. INNOCENTIUS I. 401?—417.

**401?**

Dec. 20? Suscipit pontificatum. Omnes fere catalogi assignant Innocentio annos 15 m. 2 d. 22 (al. 21), qui fluxere a die (dominico) 20. m. Decembr. a. 401 ad diem 12. m. Martii a. 417, quo die obiit. Sed Prosper Aquitanus in chron. integro ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 643 (Migne 51 p. 589) ponit primordium Innocentii: „Arcadio V. et Honorio V. coss." i. e. a. 402.

**402.**

285 (84) Anysio (episcopo Thessalonicensi): pontificatum post Anastasii mortem „consentientibus sanctis sacerdotibus omnique clero ac populo" sibi delatum esse, nunciat. Privilegium a Damaso et Siricio et Anastasio ei datum confirmat, „ut omnia, quae illis partibus gerantur, cognoscat". Holstenii Coll. Rom. I. 45, Coustant p. 739, Mansi VIII. 750, Migne 20 p. 463. — „Cum Deus noster".

Romae Synodus, quae emittit canones 16 de ordinatione episcoporum clericorumque, de diversis impedimentis matrimonii et de virginitate. (A nonnullis tempori Siricii adscribitur). Coustant p. 685, Mansi III. 1133. (Hefele II. 88.)

**404.** (*Honorio augusto VI. et Aristaeneto coss.*)

Febr. 15. 286 (85) Victricio (al. Victorico), episcopo Rotomagensi, mittit „regularum hunc librum per plebes finitimas et consacerdotes, quasi didascalicum atque monitorem, sedulo insinuandum", qui praeter alia, quae sequuntur, praecepta illa concilii, d. 6. m. Ianuarii a. 386 a Siricio celebrati, leges continet hoc ordine: 1) Sir. conc. 1 et 2; 2) Sir. conc. 3; 3) clericorum lites a congregatis provinciae episcopis diiudicandas esse, „nec alicui licere (sine praeiudicio tamen Romanae ecclesiae) relictis his iudicibus, ad alias convolare provincias"; 4) „maiores causas ad sedem apostolicam post iudicium episcopale referendas" esse; 5) Sir. conc. 4; 6) Sir. conc. 5; 7) qui in secundas transierint nuptias, eos non posse clericos fieri; 8) Sir. conc. 6 et 7; 9) Sir. conc. 8; 10) Sir. conc. 9; 11) et 12) monachos, qui sint clerici facti, debere in coelibatu permanere; 13) curiales ne fiant clerici; 14) monachas velatas, quae „nupserint vel se clanculo corruperint, non esse admittendas ad poenitentiam, nisi is, cui se iunxerant, de saeculo recesserit"; 15) monachas nondum velatas violatae virginitatis poenitentia solvendas non esse. Leonis M. Opp. III. 204 (Migne 56 p. 519), Concil. Gall. I. 307, Voelli et Justelli Bibl. I. 196, Hinschius Ps. Is. p. 529, Coustant p. 746, (Mansi III. 1032), Migne 20 p. 468. (De consulum nota cf. Rossi Inscript. christ. U. R. p. XXXV.) — Etsi tibi frater".

287 (86) *Ioannis (Chrysostomi), episcopi Constantinopolitani, et Theophili, episcopi Alexandrini, factionibus „pares litteras communionis mittit, improbans iudicium, quod a Theophilo (in Ioannem) factum videbatur; dicens, debere aliam cogi synodum irreprehensibilem Occidentalium et Orientalium, primum quidem secedentibus ab illo consessu amicis, deinde et inimicis". Palladii Vita S. Ioh. p. 22, Coustant p. 919.

288 (87) Theophilo, episcopo Alexandrino, iam iterum respondet, se „sine ratione a Ioannis (Chrysostomi) communione non discessurum". Vocat eum ad synodum. Palladii Vita S. Ioh. p. 24, Coustant p. 787, Mansi III. 1096, Migne 20 p. 494. — „Ἀδελφὲ Θεόφιλε" „Frater Theophile".

289 (88) *Ioannem (Chrysostomum), episcopum Constantinopolitanum, litteris Theotecno presbytero datis ad patientiam hortatur; se enim, quominus ei opem ferat, impediri ait a potentibus quibusdam. Palladii Vita S. Ioh. p. 24, cf. Coustant p. 921 n. VIII.

†290 (CCLXXIX) Arcadium imperatorem et Eudoxiam, quod Ioannem (Chrysostomum) episcopali dignitate privaverint, excommunicat, itemque Arsacium, Ioannis successorem, et Theophilum, episcopum Alexandrinum, anathemate afficit. Theodori Trimith. De Vita et exilio et afflictionibus b. Ioannis Chrysostomi ap. A. Maii Nov. Patr. Bibl. VI. 284, Nicephori Callisti Hist. eccl. L. XIII. c. 34, cf. Mich. Glycae Annales p. 480, Coustant append. p. 105, Migne 20 p. 629. — „Φωνή" „Vox".

†291 (CCLXXX) Arcadium imperatorem excommunicatione liberat. Theodori Trimith. De Vita et exilio et afflictionibus b. Ioannis Chrysostomi ap. A. Maii Nov. Patr. Bibl.

**404.**

VI. 289. Mich. Glycae Annales p. 482, Coustant append. p. 109, Migne 20 p. 633. — „Ἀπεδεξάμην“ „Studium“.

**c. 404.**

292 (89) Episcopis in synodo Toletana (al. Tolosana deprav.) constitutis significat, schismate Hispanico per Hilarium episcopum et Elpidium presbyterum nunciato, „in consessu presbyterii“ statutum esse: 1) Baeticos et Carthaginienses episcopos non debuisse ideo „a pace omnium discedere“, quod Symphosius et Dictinius, deposita Priscilliani haeresi, recepti fuissent; 2) episcopos a Rufino et Minucio in alienis ecclesiis contra canones Nicaenos ordinatos deiiciendos esse; 3) Ioannem episcopum removendum, nisi Symphosium et Dictinium iniuriis afficere desistat; 4) in quibusdam ordinationibus vitiosis pacis ergo connivendum esse; 5) Gregorii, episcopi Emeritensis, querelam esse audiendam. Addit 6) de iis, quibus fieri clericis liceat. Hinschius Ps. Is. p. 552, Coustant p. 763, 772, Mansi III. 1066, La Fuente Hist. eccl. de España I. 399, Migne 20 p. 485, 494. (Duas recensiones distinguit Maassen, Gesch. d. Quell. u. Lit. d. canon. Rechts I. 243). — „Saepe me et“.

**405.** (*Stilicone* (*II.*) *et Anthemio coss.*)

Febr. 20. 293 (90) Exsuperio, episcopo Tolosano, respondet: 1) Et diaconos et presbyteros incontinentes omni munere ecclesiastico privandos esse; 2) morientibus nec poenitentiam nec communionem negandam; 3) contra ius fasque eos non agere, „qui post baptismum administraverint, et aut tormenta sola exercuerint aut etiam capitalem protulerint sententiam“ in noxios; 4) quid sit, cur uxores adulterae, adulteris viris facilius possint puniri; 5) licitum esse, „a principibus poscere mortem alicuius vel sanguinem de reatu; quam rem principes nunquam sine cognitione concedere“ scribit; 6) adulteros esse coniuges, quorum vel alter vel altera divortium ante fecerit; 7) „qui libri recipiantur in canone“. Leonis M. Opp. III. 182 (Migne 56 p. 500), Conc. Gall. I. 315, Voelli et Justelli Bibl. I. 199, Hinschius Ps. Is. p. 531, Coustant p. 789, Mansi III. 1038, Migne 20 p. 495. — „Consulenti tibi“.

294 (91) Clerum populumque ecclesiae Constantinopolitanae consolatur. Ioannis episcopi vicem dolet, datumque illi successorem reprobat. Solos canones Nicaenos custodiendos esse dicit, sed damnandos illos, quos haeretici addiderint. Curae sibi esse scribit, ut synodus oecumenica convocetur. Addit, quae gesta essent, ea se ex Demetrio, Eulysio, Palladio, episcopis fugitivis, cognovisse. Sozomeni Hist. eccl. L. VIII. c. 26, Coustant p. 795, Mansi III. 1095, Migne 20 p. 501. (De consulum nota cf. Rossi Inscript. christ. U. R. p. 231). — „Ἐκ τῶν γραμμάτων“. „Ex litteris caritatis“.

295 (92) *Honorio imperatori queritur iniurias, Ioannis episcopi Constantinopolitani parti illatas. Palladii Vita S. Ioh. p. 28. Cf. Coustant p. 924 n. XVII.

**406.**

296 (93) *Arcadio imperatori de Ioanne (Chrysostomo), episcopo Constantinopolitano, scribit. Palladii Vita S. Ioh. p. 31. Cf. Coustant p. 925 n. XIX.

**c. 406.**

297 (94) Aurelium Carthaginiensem et Augustinum Hipponensem episcopos litteris Germano presbytero datis salutat. S. Augustini Opp. XL. 439 (Migne 33 p. 779), Voelli et Justelli Bibl. I. 203, Hinschius Ps. Is. p. 545, Coustant p. 807, Mansi III. 1049, Migne 20 p. 511. — „Acceptissimi mihi“.

**407.**

298 (95) Ioannem (Chrysostomum, episcopum Constantinopolitanum) solatur, patientiaque niti iubet. Sozomeni Hist. eccl. L. VIII. c. 26, Coustant p. 814, Mansi III. 1117, Migne 20 p. 513. — „Εἰ καὶ πάντα“ „Etsi innocens“.

**408.**

Romae Alarico rege in obsidione Urbis perseverante, Innocentius clam concedit, ut ethnico ritu sacrificetur; sic Zosimus quidem Hist. Rom. L. V. c. 41, Corp. scr. hist. Byz. ed. Bonn. XXVIII. 305 tradit. Sacrificiorum illorum mentio fit etiam ap. Sozomenum in Hist. eccl. L. IX. c. 6.

**409.**

Ravennam — ad Honorium imperatorem accedit cum senatus Romani legatis. Zosimus Hist. Rom. L. V. c. 45, l. l. p. 310. Cf. Sozomeni Hist. eccl. L. IX. c. 7.

Ravennae — 299 (96) Martianum, episcopum Naissitanum, iterum hortatur, ut presbyteros et diaconos, a Bonoso ante damnationem ordinatos, si abiecerint errorem, recipiat. Etenim Germanionem presbyterum et Lupentium diaconum secum, „nunc in Ravennati urbe constituto", questos esse scribit, „se quidem ecclesias in eius constitutas paroeciis retinere, sed eius communionem non potuisse mereri". Voelli et Justelli Bibl. I. 207, Hinschius Ps. Is. p. 549, Coustant p. 820, Mansi III. 1057, Migne 20 p. 519. — „Superiori tempore".

**410.**

Aug. — Ravennae — commoratur, dum Romam Alaricus rex expugnat et diripit. Orosii hist. L. VII. c. 39, ed. Havercamp. p. 573 (Migne P. Gr. 31 p. 1163).

**412.** (*Honorio IX. et Theodosio V. augustis coss.*)

Iun. 17. — 300 (97) Rufo (episcopo Thessalonicensi) mandat „curam causasque, si quae exoriantur per Achaiae, Thessaliae, Epiri veteris, Epiri novae, et Cretae, Daciae Mediterraneae, Daciae Ripensis, Moesiae, Dardaniae et Praevali ecclesias". Holstenii Coll. Rom. I. 47, Coustant p. 815, Mansi VIII. 751, Migne 20 p. 515. — „Lectissimo et.".

301 (98) Aurelio (episcopo Carthaginiensi) scribit, anni proximi (i. e. anni 414) pascha die 22. m. Martii agendum sibi videri. Mandat, rem in synodo tractandam curet. Quae si suam in sententiam concesserit, se „deliberatam paschalem diem iam litteris ante, ut moris sit, servandam suo tempore praescripturum esse", ostendit. Archidamum presbyterum commendat. Voelli et Justelli Bibl. I. 204, Hinschius Ps. Is. p. 545, Coustant p. 818, Mansi III. 1049, Migne 20 p. 517. — „Caritatis nostrae".

**c. 413.**

302 (99) Iulianae, nobilis feminae, religionem laudat et confirmat. Voelli et Justelli Bibl. I. 203, Hinschius Ps. Is. p. 546, Coustant p. 819, Mansi III. 1051, Migne 20 p. 518. — „Singulare membrum".

**414.** (*Flavio Constantio cons.*)

Dec. 13. — 303 (100) (Rufo, Eusebio, Eustathio, Claudio, Maximiano, Eugenio, Gerontio, Ioanni, Polychronio, Sophronio, Flaviano, Hilario, Macedonio, Calicratio, Zosimo, Profuturo, Nicetae, Hermogeni, Vincentio, Asiologo, Terentiano, Herodiano et Marciano) episcopis Macedonibus et diaconis respondet, 1) qui viduam duxerit, ei ne ultimum quidem ecclesiastici ordinis locum esse concedendum; 2) „qui catechumenus habuerit atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus", eum digamum esse; 3) homines ab haereticis baptizatos, manus impositione non fieri clericatus honore dignos, sed laicam tantum communionem adipisci; 4) falso rumore sedem Romanam ad damnandum Photinum elicitam esse. Leonis M. Opp. III. 188 (Migne 56 p. 505), Voelli et Justelli Bibl. I. 207, Hinschius Ps. Is. p. 549, Coustant p. 830, Mansi III. 1058, Migne 20 p. 526. — „Magna me gratulatio".

**c. 414.**

304 (101) Rufo, Gerontio, Sophronio, Flaviano, Macedonio, Prosdocio, Aristeo, episcopis per Macedoniam constitutis, respondet, Maximinianum et Eumenem episcopos, qui de Bubalio et Tauriano ad eos epistolam a se acceperint, tempestate aliquamdiu esse detentos. Quas ipse Bubalius protulerit litteras falsas esse scribit. Sententiam de perditissimis illis hominibus suam divulgari vult. Voelli et Justelli Bibl. I. 202, Hinschius Ps. Is. p. 544, Coustant p. 841, Mansi III. 1048, Migne 20 p. 537. — „Mora coepiscoporum".

**c. 415.**

305 (102) Alexandrum, episcopum Antiochenum, laudat, quod pacem cum iis conciliaverit „qui quondam Paulini atque Evagrii episcoporum censiti fuerant nomine". Elpidium Pappumque episcopos recuperasse ecclesias, gaudet. „Ecclesiae Antiochenae communionem recipit", quoniam omnibus de Ioanne (Chrysostomo) conditionibus sit satisfactum. De Acacio episcopo addit. („Subscripserunt viginti episcopi Italiae.")

**c. 415.**

Voelli et Justelli Bibl. I. 205, Hinschius Ps. Is. p. 547, Coustant p. 843, Mansi III. 1053. Migne 20 p. 540. — „Apostolici favoris".

306 (103) Alexandro episcopo (Antiocheno) scribit, gratissimam sibi fuisse legationem ab eo missam. Crebras litteras poscit. Voelli et Justelli Bibl. I. 204, Hinschius Ps. Is. p. 546, Coustant p. 846, Mansi III. 1052, Migne 20 p. 543. — „Quam grata mihi".

307 (104) Acacio, episcopo Beroeensi, significat, si omnes inimicitias in „sanctum Ioannem (Chrysostomum), mirandum episcopum", deposuerit, eum ab Alexandro, episcopo Antiocheno, „has suae societatis litteras" accepturum. Voelli et Justelli Bibl. I. 206, Hinschius Ps. Is. p. 548, Coustant p. 847, Mansi III. 1056, Migne 20 p. 543. — „Adgaudere litteris".

308 (105) Maximiano episcopo respondet, ad Atticum, episcopum Constantinopolitanum, se litteras mittendas non censuisse, quod nec pacis studium sibi significasset, neque, ut Alexander, episcopus Antiochenus, de b. Ioanne (Chrysostomo) satisfecisset. Voelli et Justelli Bibl. I. 204, Hinschius Ps. Is. p. 546, Coustant p. 848, Mansi III. 1051, Migne 20 p. 544. — „Miramur, prudentiam".

309 (106) Bonifatio presbytero nunciat, quibus conditionibus pacem fecerit cum Alexandro, episcopo Antiocheno. Paulum diaconum rem omnem ordine narraturum scribit. Voelli et Justelli Bibl. I. 204, Hinschius Ps. Is. p. 546, Coustant p. 849, Mansi III. 1051, Migne 20 p. 546. — „Ecclesia Antiochena".

310 (107) Alexandro, episcopo Antiocheno, respondet 1) de ecclesiae eius auctoritate; 2) licet, „divisis imperiali iudicio provinciis", duae sint metropoles factae, episcopos tamen duos metropolitanos non esse creandos; 3) ne Cyprii in ordinandis episcopis canones Nicaenos negligere pergant; 4) ne Arianorum clerici „cum sacerdotii aut ministerii cuiuspiam suscipiantur dignitate". Voelli et Justelli Bibl. I. 205, Hinschius Ps. Is. p. 547, Coustant p. 850, Mansi III. 1054, Migne 20 p. 547. — „Et onus et honor".

**416.** (*Theodosio augusto VII. et Palladio coss.*)

Mart. 19. 311 (108) Decentio, episcopo Eugubino, respondet, 1) nec pacem ante confecta mysteria indicendam; 2) nec largitorum nomina ante preces recitanda esse; 3) consignare infantes solius episcopi esse; 4) sabbato ieiunium esse servandum; 5) de fermento die dominica ad presbyteros mittendo; 6) energumenos ab episcopo designandos esse; 7) „poenitentibus quinta feria ante pascha remittendum esse"; 8) de unctione extrema. Leonis M. Opp. III. 198 (Migne 56 p. 513), Voelli et Justelli Bibl. I. 194, Hinschius Ps. Is. p. 527, Coustant p. 855, Mansi III. 1028, La Fuente Hist. eccl. de España I. 378, Migne 20 p. 551. — „Si instituta".

Iun. 2. 312 (109) Aurelio (episcopo Carthaginiensi) scribit, quo facilius labefactata ecclesiae auctoritas restituatur, cavendum esse, ne contra leges creentur episcopi. „Haec recitanda per omnes Africanas ecclesias scripta dirigi" vult. („Iulio quarto et Palladio coss.", leg. „Iunio Qarto Palladio cons." Quam adulterinam vocat Coustant p. 932, epistolam hanc sinceram esse docent Ballerinii in Leonis M. Opp. III. p. CCII [Migne 56 p. 226], quibus assentit Hinschius in Ps. Is. p. 546 et XCVIII.) — „Qua indignitate".

**401—417.**

313 (110) Probo significat, cum Fortunius post Ursam uxorem in captivitatem abstractam duxisset Restitutam, se, reversa Ursa, confirmasse nuptias priores, secundas diremisse. Voelli et Justelli Bibl. I. 203, Hinschius Ps. Is. p. 545, Coustant p. 909, Mansi III. 1049, Migne 20 p. 602. — „Conturbatio".

314 (111) Felici, episcopo Nuceriano, respondet, ad clericatum non esse idoneos 1) eos, qui se ipsi consulto mutilaverint, 2) digamos, eosque qui viduas duxerint, 3) laicos, qui militaverint, qui „causas egerint, hoc est postulaverint", qui „administraverint", qui „curiales" sint; sed 4) qui „habentes uxores baptizati sint, ac sic se instituerint, ut opinio eorum in nullo vacillet ... et si non concubam, non pellicem noverint", eos fieri clericos licere, 5) ea lege, ut ad honores altiores pedetentim promoveantur. Voelli et Justelli Bibl. I. 201, Hinschius Ps. Is. p. 533, Coustant p. 910, Mansi III. 1045, Migne 20 p. 603. — „Mirari non possumus".

**401—417.**

315 (112) Maximum et Severum, episcopos per Brutios, docet, qui, facti presbyter genuerint filios, eos esse sacerdotio privandos. Voelli et Justelli Bibl. I. 202, Hi schius Ps. Is. p. 544, Coustant p. 912, Mansi III. 1047, Migne 20 p. 605. — „Eccl siasticorum canonum".

316 (113) Agapito, Macedonio, Mariano (al. Mauriano) episcopis Apulis scribit, M destum, post criminum multorum poenitentiam clericum contra canones Nicaen institutum, non solum non debere episcopum fieri, sed clericatu etiam esse priva dum. Voelli et Justelli Bibl. I. 202, Hinschius Ps. Is. p. 544, Coustant p. 913, Man III. 1047, Migne 20 p. 606. — „Multa in provincia".

317 (114) Florentium, episcopum Tiburtinum, ab invadenda Ursi episcopi „Nomenta sive Feliciensi paroecia" dehortatur, eumque, si ius suum persequi velit, post pasc ad se venire iubet. Voelli et Justelli Bibl. I. 203, Hinschius Ps. Is. p. 545, Cousta p. 914, Mansi III. 1048, Migne 20 p. 606. — „Non semel".

318 (115) Laurentio, episcopo Seniensi, negotium dat, expellat ex agro Seniensi „ha reticos Photini venena sectantes; quorum doctrinae nefariae auctorem Marcum dudu de Urbe pulsum" esse scribit. Voelli et Justelli Bibl. I. 206, Hinschius Ps. Is. p. 54 Coustant p. 915, Mansi III. 1057, Migne 20 p. 607. — „Diu mirati sumus".

319 Severiano, Gabalorum episcopo, fidem de natura Christi exponit. (Fragmentu A. Maii Spicilegium III. 702, Migne 20 p. 611. — „Cum divinum".

†320 Ad quod sit recurrendum, cum sacra scripturae auctoritas non occurrat, expon Deusdedit Coll. can. L. I. c. 90, Gratiani decr. I. D. XX. c. 3. — „De caus de quibus" „De quibus causis".

**417.** (*Post consulatum Theodosii augusti VII. et Iunii Quarti Palladii.*)

Romae — Synodus, in qua Pelagius et Caelestius damnantur. V. eas quae sequuntur epistol Cf. Gennadius de script. eccl. cap. 44. et Hefele II. 113.

Ian. 27. — 321 (116) Concilii Carthaginiensis episcopis de epistola per Iulium episcopum mi gratias agit, eorumque navitatem laudat. Respuit hanc Pelagii Caelestiique libero arbitrio sententiam: „Nos adiutorium Dei nec debere quaerere, nec eo eger S. Augustini Opp. XL. 424 (Migne 33 p. 779), Leonis M. Opp. III. 134 (Mi 56 p. 458), Hinschius Ps. Is. p. 535, Coustant p. 887, Mansi III. 1071, Migne p. 582 (45 p. 1714). — „In requirendis".

„ 27. — 322 (117) Sylvano seni, Valentino et ceteris, qui in Milevitana synodo interfuera respondet, Pelagium et Caelestium, „inventores novarum vocum ... ecclesiast communione privandos esse, donec resipiscant". („Honorio et Constantio cos S. Augustini Opp. XL. 431 (Migne 33 p. 783), Leonis M. Opp. III. 144 (Migne p. 467), Hinschius Ps. Is. p. 538, Coustant p. 895, Mansi III. 1075, Migne 20 p. ( (45 p. 1714). — „Inter caeteras Romanae".

„ 27. — 323 (118) Aurelio, Alypio, Augustino, Evodio, Possidio episcopis rescribit, se sper fore ut Pelagiani, cum ipsum Pelagium damnatum esse compererint, errorem iiciant. Significat de dubiis cuiusdam concilii (Diospolitani) actis, per laicos alla S. Augustini Opp. XL. 435 (Migne 33 p. 786), Leonis M. Opp. III. 160 (Mi 56 p. 482), Hinschius Ps. Is. p. 543, Coustant p. 900, Mansi III. 1078, Migne p. 593 (45 p. 1714). — „Fraternitatis vestrae".

„ 27. — 324 (119) Aurelium, episcopum Carthaginiensem, resalutatione impertitur. Leonis Opp. III. 164 (Migne 56 p. 485), Hinschius Ps. Is. p. 544, Coustant p. 904, M III. 1080, Migne 20 p. 597. — „In familiaribus".

325 (120) Ioannem (episcopum Hierosolymitanum) reprehendit, quod facinora, Eustochio et Paula virginibus sibi nunciata, non prohibuerit. S. Hieronymi I. 1045 (Migne 22 p. 1163), Coustant p. 908, Mansi III. 1125, Migne 20 p. (45 p. 1710). — „Direptiones, caedes".

326 (121) Hieronymum presbyterum iniurias passum consolatur. Auctorum nomina se deferri vult. De superioribus ad Ioannem, episcopum Hierosolymitanum, litt significat. S. Hieronymi Opp. I. 1044 (Migne 22 p. 1163), Coustant p. 907, M III. 1126, Migne 20 p. 600 (45 p. 1711). — „Numquam boni".

327 (122) Aurelio (episcopo Carthaginiensi) scribit, se Hieronymo afflicto dolere.

**417.** (*Post consulatum Theodosii augusti VII. et Iunii Quarti Palladii.*)

teras illi quam primum reddi vult. S. Hieronymi Opp. I. 1044 (Migne 22 p. 1162), Coustant p. 907, Mansi III. 1128, Migne 20 p. 600. — „Piissimam etiam".

Mart. 12. Moritur. Martyrologium Hieronymianum, Opp. XI. 485 (Migne 30 p. 447). Innocentium neque die 21. Dec. (ut censet Papebrochius), neque die 28. Iulii (ut in Libro pontificali legitur) obiisse facile concesseris. Patet enim ex epistolis 321, 322, 323 et 328, Innocentium adhuc die 27. Ianuarii a. 417 sedisse, die 22. Martii iam in pontificatu successisse Zosimum.

---

# S. ZOSIMUS. 417–418.

**417.** (*Honorio augusto XI. et [Flavio] Constantio II. coss.*)

Mart. 18. Consecratur. Quoniam post Innocentium, die 12. Martii mortuum, sedisse constat Zosimum iam die 22. Martii (v. ep. 328) unusque interfuit dominicus dies 18. Martii, non licet huic diei abiudicari Zosimi consecrationem.

„ 22. 328 (123) Universis episcopis per Gallias et septem provincias constitutis praecipit, ne quis Galliae sacerdos sine Patrocli, episcopi Arelatensis, successorumve illius formatis Romam aut alio proficiscatur, utque ab eodem metropolitano consecrentur Viennensis provinciae et primae et secundae Narbonensis episcopi. Invadi parochias ecclesiae Arelatensis vetat. Coustant p. 935, Conc. Gall. I. 337, Mansi IV. 359, Migne 20 p. 642. — „Placuit apostolicae".

In basilica S. Clementis. Synodus, in qua Caelestii causa examinatur. V. sequentem epistolam. (Hefele II. 114).

329 (124) Aurelio et universis episcopis per Africam constitutis nunciat, Caelestii causa in S. Clementis basilica examinata, testimonia in illum adhuc prolata idonea sibi non esse visa; duos tamen menses spatii ad instaurandam actionem accusatoribus datos esse. Caelestium cum aliis, qui affuerint, sacerdotibus a se admonitum esse scribit, ut vitarent „has tendiculas quaestionum et inepta certamina, quae non aedificent sed magis destruant". (Missa est epistola per Basiliscum diaconum. V. Libellum Paulini diac. contra Caelestium ap. Coustant p. 966). Coustant p. 943, Mansi IV. 350, Migne 20 p. 649 (45 p. 1719). — „Magnum pondus".

Sept. 21. 330 (125) Aurelio et universis episcopis per Africam constitutis significat, datis litteris superioribus, allatas esse Praylii, episcopi Hierosolymitani, et Pelagii epistolas, huius „absolutam fidem" testantes. Herotem et Lazarum, accusatores Caelestii et Pelagii, omnino reiiciendos esse censet. Coustant p. 949, Mansi IV. 353, Migne 20 p. 654 (45 p. 1721). — „Postquam a nobis".

„ 22. 331 (126) Aurelio et universis episcopis per Africam constitutis, universis episcopis per Gallias et septem provincias constitutis, universis episcopis per Hispaniam constitutis „a pari" praescribit, ne Ursum et Tuentium Priscillianistam, a Proculo (episcopo Massiliensi) contra iura Patrocli, episcopi Arelatensis, consecratos, „in communione ecclesiae, in quocumque ecclesiastico gradu suscipiant". Coustant p. 955, Conc. Gall. I. 339, Mansi IV. 361, Migne 20 p. 661. — „Cum adversus statuta".

„ 26. 332 (127) Hilario, Narbonensis primae provinciae episcopo, interdicit, ne ius episcoporum suae provinciae ordinandorum, episcopo Arelatensi antiquitus concessum, sibi vindicet. Coustant p. 960, Conc. Gall. I. 343, Mansi IV. 364, Migne 20 p. 666. — „Mirati admodum".

„ 26. 333 (128) Patrocli, episcopi Arelatensis, dignitatem metropolitanam, damnato Proculo, confirmat. De formatis dandis et de honoribus ecclesiasticis gradatim deferendis addit. Coustant p. 961, Conc. Gall. I. 346, Mansi IV. 365, Migne 20 p. 668. — „Quid de Proculi".

„ 29. 334 (129) Episcopis provinciae Viennensis et Narbonensis secundae „a pari" significat, consecrare utriusque Narbonensis et Viennensis provinciae episcopos, unius metropolitani Arelatensis esse, non Proculi (episcopi Massiliensis), neque Simplicii,

**417.** (*Honorio augusto XI. et [Flavio] Constantio II. coss.*)

Viennensis episcopi. Coustant p. 959, Conc. Gall. I. 343, Mansi IV. 363, Migne 20 p. 665. — „Multa contra".

Oct. 1. †335 (CLXXXI) Simplicio, archiepiscopo Viennensi, concedit, „si ita sit, ut scripta eius sibi missa contineant", ut „potestate antiqua" utatur et „viciniores sibi intra provinciam civitates vindicet", quamquam ante legati eius adventum episcopi Arelatensis „ius et pontificium super tres provincias" a sese confirmata sint. Addit de Lazaro episcopo damnato. Bosco Bibl. Flor. xyston laev. 29, Acta SS. Febr. T. I. 354, Coustant append. p. 111, Migne 20 p. 704, (Theineri disqu. crit. p. 201). — „Revelatum" „Relatum est nobis".

336 *Vetat, ne quis parochias in alterius territorio civitatis retineat. Epist. Zosimi ap. Maassen, Geschichte der Quellen u. der Literatur des can. Rechts I. 955.

„ 3. 337 Remigio episcopo scribit, ecclesias, de quibus questus sit in libello suo, per Proculum et Domninum ceterosque detineri apostolicae sedis auctoritate. Monet, ut contentus parochiis iure sibi debitis alterius non usurpet. Maassen, Geschichte der Quellen u. der Literatur des can. Rechts I. 955. — „Licet proximae".

338 (130) *„Ad Gallias Hispaniasque" missis litteris sancit, „ne quis penitus contra patrum praecepta, qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non fuerit imbutus et temporis approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesiae sacerdotium aspirare praesumat". V. Zosimi epist. sequentem.

**418.** (*Honorio XII. et Theodosio VIII. augustis coss.*)

Febr. 21. 339 (131) Hesychio, episcopo Salonitano, respondet, inferioribus gradibus neglectis sacerdotium neque ad monachos, neque ad laicos deferendum esse. Leonis M. Opp. III. 264 (Migne 56 p. 571), Voelli et Justelli Bibl. I. 211, Hinschius Ps. Is. p. 553, Coustant p. 968, Mansi IV. 347, Migne 20 p. 669. — „Exigit dilectio".

Mart. 5. 340 (132) Patroclo, episcopo Arelatensi, respondet, quos Proculus consecraverit, eos a nemine recipiendos esse. Coustant p. 972, Conc. Gall. I. 347, Mansi IV. 367, Migne 20 p. 673. — „Cum et in praesenti".

„ 5. 341 (133) „Clero, ordini et plebi consistenti Massiliae" significat, Patroclo, episcopo Arelatensi, negotium esse datum, ut in Proculi damnati locum novum episcopum curaret substituendum. Coustant p. 973, Conc. Gall. I. 347, Mansi IV. 368, Migne 20 p. 674. — „Non miror Proculum".

„ 21. 342 (134) „Aurelio ac ceteris, qui in concilio Carthaginiensi adfuerunt", respondet, licet haec sedi apostolicae tradita sit auctoritas, „ut de eius iudicio disceptare nullus auderet", tamen se, litteris missis „pariter cum eis voluisse habere tractatum" de Caelestio. Cui se „commodasse in omnibus fidem, verbisque eius non discussis, ad omnem syllabam praebuisse assensum" negat, remque adhuc integram esse affirmat. (Honorio Augusto XII. consule.) Coustant p. 974, Mansi IV. 366, Migne 20 p. 675 (45 p. 1725). — „Quamvis patrum".

Romae. Synodus, quae Caelestium et Pelagium damnat et emittit epistolam ad universum orbem (scil. sequentem epistolam?), „in qua ad impiorum detruncationem gladio Petri dexterae omnium armantur antistitum". Prosper Aquitanus Liber contra Collatorem Opp. p. 362 (Migne 51 p. 271). Cf. Marii Mercatoris Commonitorium sup. nomine Caelestii ap. Gallandium, Bibl. vet. patr. VIII. 623 (Migne 48 p. 78).

343 (135) „Tractoria, ad Orientales ecclesias, Aegypti dioecesim, Constantinopolim, Thessalonicam, Hierosolymam" missa, Pelagium Caelestiumque damnat, „nisi correcti etiam egerint poenitentiam". (Fragmenta.) Coustant p. 994, Migne 20 p. 693. Cf. M. Mercatoris Commonitorium sup. nomine Caelestii ap. Gallandium, Bibl. vet. patr. VIII. 650 (Migne 48 p. 90).

344 (136) *Augustinum cum aliis episcopis Caesaream in Mauritania ad negotia quaedam ecclesiastica administranda convenire iubet. V. Coustant p. 997 n. IX.

Oct. 3. 345 (137) Presbyteris et diaconibus suis Ravennae constitutis excommunicatos nunciat presbyteros quosdam, qui „contra canones adversus se ad comitatum ire voluerint". Leonis M. Opp. III. 267 (Migne 56 p. 573), Voelli et Justelli Bibl. I. 212, Hinschius Ps. Is. p. 554, Coustant p. 980, Mansi IV. 349, Migne 20 p. 678, App. ai Monumenti Ravennati di A. Tarlazzi p. 1. — „Ex relatione".

| | | |
|---|---|---|
| | | **418.** (*Honorio XII. et Theodosio VIII. augustis coss.*) |
| Nov. 16. | | 346 (138) Episcopos per Byzacium constitutos reprehendit, quod nec reverentiam sibi praestent, et de sacerdotibus iudicare laicos sinant. Coustant p. 983, Mansi IV. 369, Migne 20 p. 682. — „Miror vos nullam“. |
| | | 347 (139) Faustino episcopo et Philippo et Asello presbyteris legatis suis ad Africanos episcopos „commonitorio“ iubet, ut cum illis agant 1) de appellatione episcoporum ad sedem Romanam, 2) de nimia frequentia itinerum episcoporum ad aulam imperialem, 3) de tribunicia potestate vicinorum episcoporum in causa clerici iniuste a proprio episcopo damnati et 4) de Urbano episcopo Siccensi damnando, nisi rectificet iudicium de Apiario presbytero. Quod ut legitimum esse probet, addit canones concilii Sardicensis de episcoporum, presbyterorum et diaconorum appellationibus, perperam eos concilio Nicaeno adscribens. (Fragmenta.) Coustant p. 981, Mansi IV. 403, 405, Migne 20 p. 680. V. Litteras synodi Carthaginiensis ap. Mansi III. 831. — „Vobis commissa“. |
| | Romae | „diu gravi incommodo laborat“. V. Symmachi praef. Urb. epist. ad Honorium ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX. |
| Nov. Dec. | „ | Moritur. De tempore regiminis Zosimi adeo discrepant catalogi, ut de die mortis non uni prae ceteris fidem dare ausimus. |

## EULALIUS antipapa. 418—419.

| | | |
|---|---|---|
| | | **418.** |
| Dec. 27. | In ecclesia Lateranensi | Eligitur. Symmachi praef. Urb. epist. ad Honorium imp. ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX: „Vir sanctus Eulalius ad ecclesiam Lateranensem de exequiis prioris episcopi (Zosimi) a populo et a clericis ... adductus“. Bonifatianorum epist. ad Honor. et Theod. imperatores ap. Baronium annal. 419 n. VIII: „Sed quoniam Lateranensem ecclesiam, obstructis paene omnibus ingressibus, archidiaconus Eulalius, contemptis impie summi sacerdotis exequiis, (cum) diaconibus et paucissimis presbyteris ac multitudine turbatae plebis obsederat“ cet. |
| „ 28. | „ | „per biduum (d. 27. et 28. Dec.) cum maxima multitudine et cum pluribus sacerdotibus remoratur, ut exspectetur dies consuetus (i. e. dominicus dies 29. Dec.), quo possit solemniter ordinari“. Symmachi epist. ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX. |
| „ 29. | „ | Consecratur. Honorii imp. epist. ad Symmachum ap. Baronium annal. 419 n. II: „Eulalius, cui competens numerus ordinantium legitimus, solemnitas temporis, locique qualitas recte venerandum nominis apicem contulerunt“. Bonifatiani in epist. ap. Baronium 419 n. VIII. Eulalium consecratum esse aiunt „circumventis paucissimis presbyteris ... exhibito etiam cum aliis Ostiensi episcopo“. |
| | | **419.** |
| Ian. 6. | In S. Petri basilica | „eo die solemnia celebrat“. Symmachi epist. ibid. n. V. Cf. Bonifatii I. regesta. |
| „ c. 20. | | Ad synodum, Ravennae die 8. Februarii iussu Honorii imperatoris celebrandam, invitatur. V. Honorii et Symmachi epistolas ibid. n. XI. et XII. |
| Febr. Mart. | Ravennae | in synodo, indicta in „diem VI. iduum Februarii“, dimissa paullo ante d. 15. Martii. V. Honorii imp. epp. ibid. n. XI, XVII, XVIII. De synodo perbrevis exstat ap. Baronium annal. 419 n. XV. relatio haec: „Synodus inter se dissentiens praesentem causam terminare non potuit; unde venerabilis imp. Honorius ad Maias kalendas hoc credidit negotium differendum et interim propter dies, qui imminebant, sanctae paschae (30. Mart.), utrosque, Bonifatium scilicet et Eulalium, ab Urbe iussit abscedere, et Spoletinum episcopum Achilleum Romae sacra mysteria celebrare“. Cf. Honorii epist. ibid. n. XXXIII: „Cum ... in synodo ... id fieri definitum esset, ut sciret se specialiter esse damnatum, quicunque ad incitandum populum Urbem fuisset ingressus“. (Hefele II. 135). |

| | | |
|---|---|---|
| | | **419.** |
| Mart. 18. | Romam | „XV. kalend. Aprilis“ ingreditur contra imperatoris interdictum. Symmachi epist. ibid. n. XXVI. |
| „ c. 28. | Romae | Per Officium Urbanum iussu imperatoris admonitus, ut omni festinatione exiret Urbe, parere recusat. Symmachus enim in epistola ibid. n. XXXII. „vespertinis horis“ inquit „per Officium Urbanum, id quod praeceperat invictissimus imperator (litteris Ravennae die 25. Martii datis, ibid. n. XXX.), ea die, qua perlatum est, ei (Eulalio) innotuisse agnoscitur; quo lecto, mandavit, se diligenter tractaturum; nec tamen, instanter admonitus, exire curavit“. |
| „ c. 29. | Basilicam Lateranensem | invadit „alia die“. Symmachi epist. ibid. n. XXXII. |
| „ c. 29. | Roma | pulsus „illuc dirigitur, ubi iussus fuerat residere“. Symmachi epist. ibid. n. XXXII. |
| Apr. 3. | | Reiicitur ab Honorio imperatore. Honorii epistola ad Symmachum, ibid. n. XXXIII: „Nam cum ordinatione nostra et sententia episcoporum, quorum in synodo maior se multitudo collegerat, ... id fieri definitum esset, ut sciret se specialiter esse damnatum, quicumque ad incitandum populum Urbem fuisset ingressus, oblitus sui probavit (Eulalius) ex praesenti facto, quale videatur habuisse principium; quoniam ergo recte hunc Urbe constat esse depulsum, ... Bonifatium venerabilem virum episcopum ... sublimitas tua Urbem ingredi debere, nos statuisse cognoscat“. |

## S. BONIFATIUS I. 418—422.

| | | |
|---|---|---|
| | | **418.** |
| Dec. 28. | In Theodorae ecclesia | Eligitur. Symmachi epist. ad Honorium imp. ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX: „Subito aliquanti presbyteri cum Bonifatio ... ad Theodorae ecclesiam collecto populo properarunt, ibique habito tractatu ipsum ordinare episcopum velle coeperunt“. Bonifatianorum epist. ad Honor. et Theodos. imperatores ap. Baronium annal. 419 n. VIII: „Altero die (i. e. post Eulalium electum) ad eandem ecclesiam, ubi prius ab omnibus fuerat constitutum ... properavimus, ibique .... quem Deus iussit, elegimus“. |
| „ 29. | In ecclesia Marcelli | Consecratur. Qua die facta est consecratio, eodem Symmachus de ea Honorio imperatori significavit epistola die 29. Dec. data ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX: „Presbyterum Bonifatium in ecclesia Marcelli ordinandum esse duxerunt“. Bonifatiani ap. Baronium annal. 419 n. VIII. sic nunciant: „Bonifatium ... asseruimus divinae institutionis ordine consecratum; nam subscribentibus plus minus 70 presbyteris, astantibus novem diversarum provinciarum episcopis, benedictionem competenti tempore constat fuisse celebratam“. |
| „ 29. | Ad S. Petri basilicam | consecratus procedit. Symmachi epist. ap. Baronium annal. 418 n. LXXIX. |
| | | **419.** (*Monaxio cons.*) |
| Ian. 6. | Ad S. Paulum | procedit contra imperatoris interdictum. Symmachus enim praefectus Urbis ad Honorii epistolam, die 3. Ianuarii 419 datam, sic respondit die 8. Ianuarii ap. Baronium annal. 419 n. V: „Cum eo tempore ad me sacra perlata esset auctoritas, quo sancti diei erat celebranda solemnitas“ (quam constat fuisse epiphaniam Domini) „statim misso primiscrinio Bonifatium ad me venire admonui, ... ac se a processione ... abstineret, qui, conventione contempta, processit ...; quod ubi nunciatum est, ... ad S. Paulum, quo convenerat, direxi“ cet. |
| „ 6. | Romam | „violenter ingreditur“, a Symmacho praefecto Urbis vetitus introire. Symmachi epist. ibid. n. VI. |
| „ 6. | A certa Urbis parte | „repellitur, nec permissus est, quod cogitabat, implere“. Symmachi epist. ibid. n. VI. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **419.** (*Monaxio cons.*) |
| Ian. 8. | „Non longe ab Urbe | remoratur“. Sic legitur in Symmachi epistola die 8. Ianuarii data, ibid. n. VI. |
| „ c. 20. | | Vocatur ad synodum, die 8. Februarii, Honorii imperatoris iussu, Ravennae celebrandam. V. Honorii et Symmachi epp. ibid. n. XI. et XII. |
| Febr. Mart. | Ravennae | in synodo. V. supra Eulalii antipapae regesta. |
| Apr. 10. | Romam | ingreditur, ab Honorio imperatore pontifex comprobatus. Dies intelligitur et ex Honorii epistola ap. Baronium annal. 419 n. XXXIII, qua Bonifatius sancitur, data die 3. Aprilis Romaeque die 8. eiusdem mensis accepta, et ex Symmachi responso, ibid. n. XXXIV, ubi legitur, „interiecto biduo“ post acceptam illam Honorii epistolam, Bonifatium Romam pervenisse. |
| „ 26. | | 348 (140) Faustino episcopo, Philippo et Asello presbyteris respondet, eorum incolumitate se gaudere. Haec addit: „Vobis igitur et desideriis vestris Christus arrisit, qui dignatus est et in unam revocare divisas, et scissa sarcire, quod, fratribus et compresbyteris venientibus cito Dulcitio et Felice, necesse est vobis melius intimetur“. Mansi IV. 451, Migne 20 p. 791. — „Dilectionis vestrae pagina“. |
| Iun. 13. | | 349 (141) Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Severo, Valerio, Iuliano, Castorio, Leontio, Constantino, Iohanni, Montano, Marino, Mauricio et ceteris episcopis per Gallias et septem provincias constitutis mandat, ut, synodo ante diem kalendarum Novembrium intra provinciam convocata, de Maximo, episcopo Valentino, iudicent, criminibus accusato. Eorum sententiam se confirmaturum, scribit. Voelli et Iustelli Bibl. I. 214, Hinschius Ps. Is. p. 555, Coustant p. 1015, Conc. Gall. I. 367, Mansi IV. 394, Migne 20 p. 756, (Ivonis decr. V. c. 271, VI. 338, Gratiani decr. C. III. qu. 9. c. 10). — „Valentinae“. |
| | | 350 (142) Rufo (episcopo Thessalonicensi), cui per Macedoniam et Achaiam ecclesiarum cura („ut scrinii nostri monimenta declarant“) commissa est, scribit, ut, quem Corinthii episcopum expetiverint, Perigenes iis concedatur. Holstenii Coll. Rom. I. 51, Coustant p. 1019, Mansi VIII. 752, Migne 20 p. 760. — „Beatus apostolus Petrus“. |
| Sept. 19. | | 351 (143) Rufi (episcopi Thessalonicensis) studium in exsequendis mandatis suis laudat. Scribit, „se credidisse, post epistolas suas pro ecclesiasticae disciplinae observatione transmissas, omnibus aditum praesumtionibus praecludendum“. De Perigene, electo episcopo Corinthio, litteras desiderat. Holstenii Coll. Rom. I. 54, Coustant p. 1021, Mansi VIII. 753, Migne 20 p. 761. — „Credebamus, post“. |
| | | **418—420?** |
| | | 352 *Ab Augustino, episcopo Ipponiensi, responsa adversus libros Pelagianorum poscit. Prosper Aquitanus Lib. contra Collatorem Opp. p. 362 (Migne 51 p. 271). |
| | | **420.** |
| Iul. 1. | | 353 (144) Honorium imperatorem rogat, „conferat fratribus et consacerdotibus suis a se et ab omnibus, qui ecclesiam faciunt Romanam, ad eum legatis“, quemadmodum ecclesia tuta reddatur adversus „insidiantium procellarum fluctus“. Voelli et Iustelli Bibl. I. 213, Hinschius Ps. Is. p. 554, Coustant p. 1025, Mansi IV. 391, Migne 20 p. 765. — „Ecclesiae meae“. |
| | | **418—422.** |
| | | †354 (CLXXXII) Episcopis Galliae haec scribit: „Si inter episcopos eiusdem concilii dubitatio emerserit de ecclesiastico iure vel de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis quibusdam in concilio considerans rem diiudicet, et si non acquiescat utraque pars iudicatis, tunc primas regionis inter ipsos audiatur et quod ecclesiasticis canonibus et legibus nostris (al. vestris) consentaneum sit, hoc definiat“. Ivonis decr. V. c. 167, Gratiani decr. C. VI. qu. 4. c. 3, Mansi IV. 397, Migne 20 p. 789. — „Si inter episcopos“. |
| | | †355 Universis Caralitanae ecclesiae coenobitis scribit, nihil exigendum esse ab his, qui ad conversionem accedant, nec pretio aliquem ad conversionem esse invitandum. Gratiani decr. C. I. qu. 2. c. 2. — „Quam pio mentis“. |
| | | †356 (CLXXXIII) Sancit haec: „Si quis triginta aetatis suae annos non impleverit, nullo modo presbyter ordinetur, etiamsi valde sit dignus“. Ivonis decr. VI. c. 30, Gratiani |

**418–422.**

decr. D. LXXVIII. c. 1, Mansi IV. 397, Migne 20 p. 789. (Est c. 20. Martini Braccar.) — „Si quis triginta".

†357 (CLXXXIV) Res ecclesiasticas qui abstulerit, eum excommunicari iubet. Ivonis decr. XIV. c. 87, Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 3, Mansi IV. 397, Migne 20 p. 789. — „Nulli liceat ignorare".

†358 (CLXXXV) Decernit haec: „Nullus episcopus neque pro civili, neque pro criminali causa apud quemvis iudicem sive civilem sive militarem producatur vel exhibeatur; magistratus enim, qui hoc iubere ausus fuerit, amissionis cinguli condemnatione plectetur". Ivonis decr. V. c. 278, Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 8, Mansi IV. 398, Migne 20 p. 789. — „Nullus episcopus".

†359 (CLXXXVI) Episcopis Galliae sic scribit: „Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi civitatem, qua expulsus est, vel exire de loco, in quo degere iussus est, iubemus eum in monasterium in alia provincia constitutum tradi". Ivonis decr. V. c. 300, Mansi IV. 399, Migne 20 p. 790. — „Si episcopus expulsus".

†360 (CLXXXVII) Scribit de discordia sacerdotum reprimenda. Mansi IV. 398, Migne 20 p. 789. — „Sicut omnis, qui".

†361 (CLXXXVIII) Eleutherio comiti respondet de oblationibus et decimis fidelium dispertiendis. Mansi IV. 399, Migne 20 p. 790. — „Requisivit pia tua".

**422.** (*Honorio XIII. et Theodosio X. augustis coss.*)

Febr. 9. — 362 (145) Hilario, episcopo Narbonensi, concedit, faciat ut lubeat episcopo illi, quem Patroclus, episcopus Arelatensis, consecratum contra canones ecclesiae Lutevensi, in Narbonensi provincia constitutae, praefecerit. Leonis M. Opp. III. 269 (Migne 56 p. 574), Voelli et Justelli Bibl. I. 215, Hinschius Ps. Is. p. 555, Coustant p. 1032, Conc. Gall. I. 371, Mansi IV. 395, Migne 20 p. 772. — „Difficile quidem".

Mart. 11. — 363 (146) Rufum (episcopum Thessalonicensem) hortatur, coerceat adversarios. Significat, se „comminationis et correptionis plenas litteras misisse" ad Thessalos et „ad synodum, quae dicitur illicite congreganda de causa episcopi Perigenis". Mandat, Perrevii episcopi causam cognoscat. Addit de Pausiano, Cyrisco, Calliopo excommunicandis, de Maximo removendo, de Severo, apostolicae sedis legato, quam primum remittendo. Holstenii Coll. Rom. I. 60, Coustant p. 1034, Mansi VIII. 754, Migne 20 p. 774. — „Retro maioribus".

„ 11. — 364 (147) Universos episcopos per Thessaliam constitutos monet, ne „se ab apostolicae sedis communione et potestate separare nitantur, eorum petentes auxilium, quos ecclesiasticarum sanctio regularum maioris esse non dedit potestatis". Rufi episcopi iura, a patribus constituta, servari iubet. Vetat, ne quis „episcopos per Illyricum citra conscientiam Rufi ordinare praesumat". Holstenii Coll. Rom. I. 65, Coustant p. 1037, Mansi VIII. 755, Migne 20 p. 777. — „Institutio".

„ 11. — 365 (148) Rufo et ceteris episcopis per Macedoniam, Achaiam, Thessaliam, Epirum veterem, Epirum novam, Praevalin et Daciam constitutis interdicit, ne synodum ad examinandum statum Perigenis, a sede apostolica constituti episcopi Corinthii, convocent. Namque sedis apostolicae „iudicio non licere retractari" scribit, et „maximas Orientalium ecclesias in magnis negotiis sedem semper consuluisse Romanam". Perigenis causam ad Rufum, episcopum Thessalonicensem, vicarium suum, delegat. Holstenii Coll. Rom. I. 69, Coustant p. 1039, Mansi VIII. 756, Migne 20 p. 779. — „Manet beatum apostolum".

Sept. 4. — Romae — Moritur, cum teste Cat. Corb. ap. Mabillon Vet. anal. p. 218 sedisset annos 3 m. 8 d. 6. Ipsum diem reperimus in Hieronymiano martyrologio, Opp. XI. 510 (Migne 30 p. 474): „Pridie non. Sept. Romae in coemeterio Maximi, via Salaria, depositio Bonifatii episcopi".

# S. COELESTINUS I. 422—432.

**422.**

Sept. 10? Consecratus esse videtur sine mora proximo post Bonifatii mortem die dominico, 10. Sept. Augustinus enim in epistola ad ipsum Coelestinum ap. Coustant p. 1052 „te in illa sede" inquit „dominus Deus noster sine ulla, sicut audivimus, plebis suae discissione constituit". Quamquam Prosper in chron. integro ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 651 (Migne 51 p. 593) „Mariniano et Asclepiodoto coss.", anno 423, praefectum esse ecclesiae scripsit Coelestinum.

**c. 424.**

366 (149) Perigeni, Dynato, Basilio, Sapio, Paulo, Aeternali, Sabatio, Iuliano, et Senecioni episcopis per Illyricum constitutis scribit, se tantopere de iis laborare, ut Felix, Dyrracenae provinciae episcopus, sua opera sit inimicorum insidiis exemptus. Sub excommunicationis poena iubet eos obedire Rufo, episcopo Thessalonicensi, vicario suo. Holstenii Coll. Rom. I. 85, Coustant p. 1063, Mansi VIII. 760, Migne 50 p. 427. — „Inter ceteras curas".

367 (150) *Episcopis Africanis litteris per Leonem presbyterum missis intimat, de adventu Apiarii (presbyteri Siccensis ecclesiae) laetatum se fuisse, et eum a sese communioni restitutum esse. V. Afrorum resp. ap. Coustant p. 1058, cf. ibid. p. 1220 n. IV; Mansi IV. 515. Cf. Hefele II. 120, 137.

In causa Apiarii mittit episcopum Faustinum legatum suum ad Afros. V. Afrorum resp. ap. Coustant p. 1059, Mansi IV. 515.

**428.** (*Flavio Felice et Tauro coss.*)

368 (151) *Patroclo, episcopo Arelatensi, litteras per Fortunatum subdiaconum mittit, quibus venire Romam iubet Danielem, qui de vitiatis in Oriente monialibus accusatus in Galliam concesserat. V. Coelestini epist. sequentem (ap. Coustant p. 1069).

Iul. 26. 369 (152) Universis episcopis per Viennensem et Narbonensem provincias constitutis scribit, ne nimio vestitui indulgeant sacerdotes; ne morientibus poenitentia denegetur; ne cui deferatur episcopatus, nisi qui sit inferioribus perfunctus muneribus; suo quaeque provincia metropolitano contenta sit; episcopi ne obtrudantur, sed cleri et plebis et ordinis consensus in iis eligendis requiratur; ne laici, aut digami, aut viduarum mariti fiant episcopi. De Daniele episcopo iam excommunicato, et de Massiliensi episcopo addit. Leonis M. Opp. III. 270 (Migne 56 p. 576), Voelli et Justelli Bibl. I. 219, Hinschius Ps. Is. p. 559, Coustant p. 1066, Conc. Gall. I. 383, Mansi IV. 464, Migne 50 p. 430. — „Cuperemus quidem".

370 (153) *Iis, qui Nestorium, episcopum Constantinopolitanum, consecraverint, episcopis gratulatur. V. Coelestini ep. 374 (ap. Coustant p. 1115).

**429.** (*Florentio et Dionysio coss.*)

Iul. 21. 371 (154) Universos episcopos per Apuliam et Calabriam constitutos docet, ad laicos non esse episcopatus deferendos. Leonis M. Opp. III. 276 (Migne 56 p. 581), Voelli et Justelli Bibl. I. 222, Hinschius Ps. Is. p. 561, Coustant p. 1072, Mansi IV. 469, Migne 50 p. 436. — „Nulli sacerdotum".

Germanum, episcopum Autissiodorensem „ad actionem Palladii diaconi vice sua mittit, ut, deturbatis haereticis (Pelagianis), Britannos ad catholicam fidem dirigat". Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 655 (Migne 51 p. 594): „Florentio et Dionysio coss."

**430.** (*Theodosio XIII. et Valentiniano III. augustis coss.*)

Aug. — Romae. Synodus, in qua de dogmate Nestorii, episcopi Constantinopolitani, agitur. V. Arnobii catholici et Serapionis conflictum, Max. bibl. patr. Lugd. VIII. 222 (Migne 53 p. 289). Cf. Coustant p. 1097 et Mansi IV. 546. (Hefele II. 164).

„ 11. 372 (155) Cyrilli, episcopi Alexandrini, orthodoxiam laudat. Mandat, excommunicet Nestorium, episcopum Constantinopolitanum, nisi haereticam de ortu Christi sententiam admonitus intra dies decem abiecerit. (Cf. Liberati Breviar. c. 5. p. 18, Migne 68 p. 977). (Carafa I. II. 119, Labb. III. 345), Coustant p. 1101, Mansi IV. 1017, V. 515, Migne 50 p. 459. — („Litterae, quas et") „Τῇ ἡμετέρᾳ" „Tristitiae nostrae".

| | | |
|---|---|---|
| | | **430.** (*Theodosio XIII. et Valentiniano III. augustis coss.*) |
| Aug. 11. | | 373 (156) Iohanni (Antiocheno), Iuvenali (Hierosolymitano), Rufo (Thessalonicensi), Flaviano (Philippensi) episcopis „a pari" scribit de haeresi Nestorii ac de litteris ad Cyrillum missis. (Cf. Liberati Breviar. l. l.). Coustant p. 1107, Mansi IV. 1047, Migne 50 p. 465. — „Εὐχόμεθα" „Optaremus quidem". |
| „ 11. | | 374 (157) Nestorio, episcopo Constantinopolitano, denunciat, nisi iam tertio commonitus intra dies decem in viam redierit, fore ut excommunicetur. (Cf. Liberati Breviar. l. l.). Coustant p. 1113, Mansi IV. 1025, Migne 50 p. 469. — „Ἐφ' ἡμέρας" „Aliquantis diebus". |
| „ 11. | | 375 (158) Presbyteros, diaconos, clericos, Dei servos et catholicum populum Constantinopolitanum cohortatur, respuant nefanda Nestorii de partu virgineo Christique divinitate praecepta. Excommunicationes ab eodem prolatas dissolvit. Cyrillum in ista causa vicarium suum constitutum nunciat. (Cf. Liberati Breviar. l. l.). Coustant p. 1131, Mansi IV. 1035, Migne 50 p. 485. — „Πρὸς τούτους" „Ad eos, qui faciunt". |
| | | 376 * Tuentii quaestionibus in causa haereticorum dat responsum. V. Coelestini I. reg. 378. |
| | | **431.** (*Basso et Antiocho coss.*) |
| Mai. 7. | | 377 (159) Cyrillo, episcopo Alexandrino, respondet, Nestorium ipsis indutiis exactis, modo damnet errorem, esse recipiendum. Addit, se homines suspectos caute tractaturum. Coustant p. 1150, Mansi IV. 1292, Migne 50 p. 501. — „Intelligo sententiam". |
| „ 8. | | 378 (160) Arcadio et Proiecto episcopis ac Philippo presbytero legatis suis ad concilium Ephesium delegatis, ut Cyrilli, episcopi Alexandrini, praeceptis utantur, praescribit. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epistolae p. 470, Coustant p. 1152, Mansi IV. 556, Migne 50 p. 503. — „Cum Deo nostro". |
| „ 8. | | 379 (161) Synodum Ephesiam hortatur, custodiant leges apostolicas, rixasque vitent. Arcadium et Proiectum episcopos et Philippum presbyterum, legatos suos, commendat. Coustant p. 1155, Mansi IV. 1283, V. 569, Migne 50 p. 505. — „Τοῦ ἁγίου πνεύματος" „Spiritus sancti". |
| „ 15. | | 380 (162) Theodosium imperatorem obsecrat, „ne quid turbidae novitati licere permittat". De legatis ad synodum Ephesiam missis addit. Coustant p. 1163, Mansi IV. 1291, Migne 50 p. 511. — „Sufficiat licet". |
| | | 381 (163) Venerium, Marinum, Leontium, Auxonium, Arcadium, Fillucium et ceteros Galliarum episcopos monet, ne presbyteros quosdam „indisciplinatas quaestiones vocantes in medium, pertinaciter praedicare adversantia veritati" sinant. Augustinum, „sanctae recordationis virum", ipsius communione semper usum esse, scribit. (Translata est epistola per Prosperum et Hilarium.) Prosperi Aquitani Opp. 259 (Migne 51 p. 201), Voelli et Justelli Bibl. I. 215, Hinschius Ps. Is. p. 556, Coustant p. 1185, Conc. Gall. I. 425, Mansi IV. 454, Migne 50 p. 528 (45 p. 1755). — „Apostolici verba". |
| | | „Ad Scotos, in Christum credentes, ordinatum Palladium primum episcopum mittit". Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 658 (Migne 51 p. 595). |
| Dec. 25. | Apud beatissimum apostolum Petrum | V. infra ep. 386. |
| | | **422—432.** |
| | | †382 (CLXXXIX) Decernit, ut sacerdos, qui spiritualem filiam vitiaverit, „ab omni officio deponatur, et peregrinando duodecim annis poeniteat, postea vero ad monasterium vadat". Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 9, Mansi IV. 472, Migne 50 p. 565. — „Si quis sacerdos". |
| | | †383 (CXC) Edicit, „non debere episcopum aut presbyterum commisceri cum mulieribus, quae ei fuerint confessae peccata. Si forte" inquit „hoc contigerit, sic poeniteat, quomodo de filia spirituali, episcopus 15 annos, presbyter 12, et deponatur; si tamen in conscientiam populi devenerit". Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 10, Mansi IV. 472, Migne 50 p. 565. — „Non debet episcopus". |
| | | †384 (CXCI) Ecclesiae Florentinae scribit haec: „Videtur nobis, quod secunda, quam contra prohibitionem ecclesiae duxit, non sit uxor, etiamsi primam non haberet |

**422—432.**

desponsatam“, cet. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 6. c. 2, Mansi IV. 472, Migne 50 p. 566. (Coelestino II. forsan tribuendum, cf. Berard I. II. 305). — „Videtur nobis quod“.

**432.** (*Flavio Aetio et Valerio coss.*)

Mart. 15. — 385 (164) Synodo Ephesiae remotum Nestorium, Maximianumque suffectum gratulatur. Illum Antiochia expelli vult; quidque de sociis statuendum sit, decernit. Coustant p. 1196, Mansi V. 266, Migne 50 p. 537. — „Tandem malorum“.

„ 15. — 386 (165) Theodosium II. imperatorem laudibus effert, quod et Nestorium depulerit et Maximianum episcopum Constantinopolitanum constituerit. Rogat, ut Nestorium „ab omni societate removeat“. Litteras imperatorias, per Iohannem presbyterum et Epictetum diaconum missas, se legisse scribit „in totius congregatione christianae plebis apud beatissimum apostolum Petrum .. die .. Christi .. natali“. Monet, ut possessiones ecclesiae, a Proba in Asia relictas, tueatur. Coustant p. 1203, Mansi V. 269, Migne 50 p. 544. — „Causis suis divinam“.

„ 15. — 387 (166) Maximiano, ecclesiae Constantinopolitanae praefecto, gratulatur, eumque ad Caelestianum errorem impugnandum adhortatur. Coustant p. 1206, Mansi V. 271, Migne 50 p. 547. — „Vidimus et amplexi“.

„ 15. — 388 (167) Clerum et plebem Constantinopolitanam Nestorio haeretico liberatos esse gaudet. Illum iure esse damnatum, ostendit. Monet, ut in fide permaneant. Coustant p. 1208, Mansi V. 273, Migne 50 p. 548. — „Exsultatio matris“.

Iul. — Moritur. Coelestini consecratio cum certe ad mensem Septembris a. 422 revocanda sit, dubitari non potest, quin mense Iulii a. 432 obierit, cum fere omnes catalogi eum annos 9 m. 10 sedisse indicent. Sed discrepant in eo, quod alii dies 9 (10), alii dies 17 (16) addunt.

---

# S. SIXTUS III. (XYSTUS III.) 432—440.

**432.**

Iul. 31. — Consecratur. Testatur Prosper Aquitanus in chron. integro ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 658 (Migne 51 p. 595), Sixtum, Aetio et Valerio coss. (a. 432) creatum, et p. 663 (599), eo mortuo sedem „40 amplius dies“ vacasse; itaque cum et Sixtum annos 8 d. 19 rexisse e Libro Pontificali ap. Vignoli I. 141, et Leonem I, qui Sixto successit, die 29. Sept. 440 consecratum esse constet, nec dubitari possit, quin dominico die sit rite ordinatus Sixtus, manifestum est, et id factum esse die 31. Iulii 432, et obiisse Sixtum die 18. Augusti a. 440, et post eundem per ipsos 43 dies vacasse sedem Romanam.

389 (168) Cyrillo, episcopo Alexandrino, et reliquis episcopis Orientalibus significat, se omnium consensu consecratum esse praesentibus eorum legatis, Hermogene et Lampridio episcopis. Laudat Cyrillum, qui clementiam in poenitentes Nestorii socios utendam censeat. Ioannem quoque Antiochenum, si reliquerit haeresim, recipi vult. Coustant p. 1231, Mansi V. 375, Migne 50 p. 583. — „Χάριν“ „Gratiam habentes“.

390 (169) Cyrilli, episcopi Alexandrini, legatos, consecrationis suae testes, laudat. Ad episcopos Orientales se Themisonis archidiaconi monitu litteras misisse nunciat. Addit de episcopo Antiocheno et reliquis Nestorianis, si resipuerint, recipiendis. Coustant p. 1237, Mansi V. 373, Migne 50 p. 587. — „Ἥσθην“ „Laetatus sum“.

**433.** (*Theodosio XIV. et Maximo coss.*)

Iul. 31. Ad b. apostolum Petrum — Synodus. V. epistolam sequentem.

Sept. 17. — 391 (170) Cyrillo, episcopo Alexandrino, scribit, optatissimas sibi et synodo, „ad b. apostolum Petrum“ die natali suo (i. e. consecrationis acceptae die 31. Iulii) congre-

**433.** (*Theodosio XIV. et Maximo coss.*)

gatae, fuisse eius litteras, quibus cognoverint, Ioannem, episcopum Antiochenum, ad ecclesiam rediisse. Coustant p. 1254, Mansi V. 371, Migne 50 p. 602. — „Magna sumus laetitia".

Sept. 17. 392 (171) Ioanni, episcopo Antiocheno, ad ecclesiam reverso, gratulatur. Iam tandem exsulem se ait sensurum esse Nestorium. Laudat et imperatorem et Maximiani, episcopi Constantinopolitani, fidem. Coustant p. 1258, Mansi V. 379, Migne 50 p. 607. — „Si ecclesiastici".

**435.** (*Theodosio XV. et Valentiniano IV. augustis coss.*)

393 (172) Perigenem, episcopum Corinthium, monet, ut Anastasio, episcopo Thessalonicensi, eandem habeat reverentiam, quam reliqui praestent pontifices per Illyricum constituti. Holstenii Coll. Rom. I. 88, Coustant p. 1262, Mansi VIII. 760, Migne 50 p. 610. — „Gratulari potius".

Iul. 8. 394 (173) Synodo Thessalonicam conventurae ostendit, Anastasio, episcopo Thessalonicensi, nihil a se tributum esse, nisi vetera decessorum iura, a sede apostolica instituta. Ea persequitur. Perigenem, episcopum Corinthium, Anastasio obedire iubet. Holstenii Coll. Rom. I. 90, Coustant p. 1263, Mansi VIII. 761, Migne 50 p. 611. — „Si quantum inservitur".

**437.** (*Aetio iterum et Sigisvuldo coss.*)

Dec. 18. 395 (174) Proclum, episcopum Constantinopolitanum, monet, ut sacerdotes e provinciis episcopi Thessalonicensis „sine eiusdem epistolis atque formata" venientes eodem, quo canonum contemptores, habeat loco. Holstenii Coll. Rom. I. 93, Coustant p. 1264, Mansi VIII. 762, Migne 50 p. 612. — „Licet fraternitatem".

„ 18. 396 (175) Universis episcopis per Illyricum consistentibus significat, omnium ecclesiarum Illyricianarum curam Anastasio, episcopo Thessalonicensi, mandatam esse. Hortatur, ut ei obtemperent, neu sequantur „constituta, quae praeter ipsius praecepta Orientalis synodus decernere voluerit". Holstenii Coll. Rom. I. 97, Coustant p. 1269, Mansi VIII. 762, Migne 50 p. 616. — „Doctor gentium".

**439.**

„Iulianus Eclanensis, iactantissimus Pelagiani erroris assertor, multimoda arte fallendi, correctionis spem praeferens, molitus est in communionem ecclesiae irrepere. Sed his insidiis Sixtus papa, diaconi Leonis hortatu, vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit, et ... omnes catholicos de reiectione fallacis bestiae gaudere fecit". Prosperi chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 663 (Migne 51 p. 598): „Theodosio XVII. et Festo coss."

**432—440.**

Apr. 1. †397 (CXCII) § Omnibus Orientalibus episcopis respondet, se in synodo per Valentinianum imperatorem sua auctoritate congregata accusationes a Basso institutas examinasse. Addit ea, quae leguntur in Fabiani epistola, supra 94. Hinschius Ps. Is. p. 561, Mansi V. 1154. — „Gratias vestrae referimus".

**440.**

Aug. 18. Moritur. V. quae supra annotavimus ad d. 31. Iulii 432.

---

## S. LEO I. 440—461.

**440.**

Aug. Eligitur absens, „quem tunc inter Aetium et Albinum amicitiae redintegrandae gratia Galliae detinebant, quasi ideo longius esset abductus, ut electi meritum et eligentium iudicium probaretur". Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 663 (Migne 51 p. 598). Cf. Leonis M. Serm. I. Opp. I. 7 (Migne 54 p. 141): „Dominus ... benedixit nobis, quia fecit ..., ut praesentem me crederet vestrae sanctitatis affectio, quem fecerat necessitas longae peregrinationis absentem".

**440.**

Sept. 29. Romae Consecratur „Valentiniano V. augusto et Anatholio coss." Prosperi chron. integr. l. l. Leonem annos 21 sedisse, tradit Marcellinus comes ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 268 (Migne 51 p. 926); itaque in Catalogo Corbeiensi ap. Mabillon Vet. anal. p. 218 pro annis 20 m. 1 d. 13 legendi sunt anni 21 m. 1 d. 13, ut etiam alii catalogi indicant. Quare cum die 10. Nov. 461 eum constet obiisse, consecrationem eius oportet ad dominicum diem 29. Sept. 440 referamus. Quem diem ipse Leo tuetur epistola (Opp. I. 724 [Migne 54 p. 702]), qua singulis annis ad concilium die 29. Sept. Romae celebrandum a Siciliae episcopis legatos mitti iubet; hoc enim in more positum erat, ut pontificum Romanorum „die natali", id est consecrationis die, quotannis synodus Romae haberetur. Cf. Leonis M. Sermones, Opp. I. 7 sq. (Migne 54 p. 141), et supra in Sixti III. regestis ep. 391.

**442?**

398 (176) Episcopo Aquileiensi praecipit, ut convocata sacerdotum provincialium synodo, ad damnandam haeresim cogantur Pelagiani Caelestianique clerici, quos non eierato errore receptos esse ex Septimi, episcopi Altinensis, litteris se cognovisse scribit. Clericos transire ab ecclesia ad ecclesiam licere negat. Leonis M. Opp. I. 589 (Migne 54 p. 593), Hinschius Ps. Is. p. 574, Mansi V. 1211, Bull. Rom. T. E. App. I. 1. — „Relatione sancti".

399 (177) Septimi, episcopi Altinensis, fidem laudat. De litteris „ad metropolitanum episcopum provinciae Venetiae" (i. e. Aquileiensem) datis significat. Leonis M. Opp. I. 594 (Migne 54 p. 597), Mansi V. 1216, Bull. Rom. T. E. App. I. 3. — „Lectis fraternitatis".

400 (178) *Cyrillum, episcopum Alexandrinum, de dubio anni 444 tempore paschali consulit. V. Paschasini ep. ad Leonem in Leonis M. Opp. I. 607 (Migne 54 p. 606), Mansi V. 1222, Krusch Studien z. christl.-mittelalt. Chronologie p. 247.

401 (179) *Paschasinum, episcopum Lilybaetanum, adversis rebus afflictum, litteris Silano diacono Panormitano datis, consolatur, ac de paschali anni proximi tempore ad se scribere iubet. V. Paschasini ep. ad Leonem, quam supra notavimus.

**443.** (*Maximo iterum et Paterio coss.*)

Oct. 10. 402 (180) Omnibus episcopis per Campaniam, Picenum, Tusciam et universas (Italiae) provincias constitutis praescribit, 1) ne servus invito domino sacerdos fiat; 2) ne viduarum mariti, neve multarum nuptiarum homines in sacerdotibus sint; 3) ne clerici neve laici fenerentur; 4) clerici ne alieno quidem nomine fenus exerceant. 5) Qui vel sua haec vel decessorum suorum neglexerint decreta, eos remotum iri ostendit. Leonis M. Opp. I. 611 (Migne 54 p. 610), Hinschius Ps. Is. p. 614, Cocqu. I. 29, Mansi V. 1226, Bull. Rom. T. E. I. 46. — „Ut nobis gratulationem".

Romae „Plurimos Manichaeos ... de secretis suis erutos et oculis totius ecclesiae publicatos, omnes dogmatis sui turpitudinem et damnare facit et prodere, incensis eorum codicibus, quorum magnae moles fuerant interceptae". Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 677 (Migne 51 p. 600). V. Leonis M. Serm. XVI. Opp. I. 50 (Migne 54 p. 178) et infra epist. 405.

**444.** (*Theodosio XVIII. et Albino coss.*)

Ian. 12. 403 (181) Episcopis metropolitanis per Illyricum constitutis scribit, suum esse, omnes curare ecclesias, cum Petro primatum commiserit Dominus. Anastasium, episcopum Thessalonicensem, vicarium suum constitutum nunciat, cui pareant, cuius iura observent, monet. Canonibus praeceptum esse scribit: „Ut episcopi, presbyteri atque diaconi unius uxoris viri sint, et hanc virginem acceperint". Leonis M. Opp. I. 617 (Migne 54 p. 614), Cocqu. I. 29, Holstenii Coll. Rom. I. 152, Mansi V. 1230, Bull. Rom. T. E. I. 48. (De consulibus cf. Rossi Inscript. christ. U. R. p. 315). — „Omnis admonitio".

„ 12. 404 (182) Anastasium (episcopum Thessalonicensem) suum in Illyrico vicarium declarat, eique asserit potestatem et metropolitanos Illyricianos consecrandi et synodos, quibus episcoporum lites componantur, convocandi; sed maiores causas, quae definiri ab eo non potuerint, reservat sibi. De presbyteris diaconisque die dominico consecrandis

**444.** (*Theodosio XVIII. et Albino coss.*)

addit. Leonis M. Opp. I. 619 (Migne 54 p. 616), Holstenii Coll. Rom. I. 143, Mansi V. 1233, Bull. Rom. T. E. App. I. 4. — „Omnium quidem litteras".

Ian. 30. — 405 (183) Universis episcopis per Italiae provincias constitutis significat, magno Manichaeorum numero a se Romae deprehenso, nonnullos ad fidem rediisse, alios „secundum christianorum principum constituta per publicos iudices perpetuo esse exsilio relegatos", alios aufugisse. Quos investigari iubet. Leonis M. Opp. I. 623 (Migne 54 p. 620), Hinschius Ps. Is. p. 596, Cocqu. I. 30, Mansi V. 1236, La Fuente Hist. eccl. de España II. 444, Bull. Rom. T. E. I. 49. — „In consortium vos".

**445.**

Iul. 21. — 406 (184) Dioscoro, episcopo Alexandrino, scribit, sacerdotes aut nocte sabbatum insequenti, aut matutino diei dominici tempore ieiunos a ieiunis consecrandos esse, sacrificiumque sollemnioribus diebus propter populi frequentiam bis offerendum. Leonis M. Opp. I. 628 (Migne 54 p. 624), Hinschius Ps. Is. p. 627, Mansi V. 1240, Bull. Rom. T. E. App. I. 7. — „Quantum dilectioni".

Romae — Concilium. V. sequentem epistolam.

407 (185) Universis episcopis, per Viennensem provinciam constitutis, Hilarium, episcopum Arelatensem, qui huc arrogantiae processerit, „ut se b. Petro non pateretur esse subiectum, ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum vindicans et debitam metropolitanis sacerdotibus in suam transferens dignitatem, ipsius quoque b. Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo", per ipsum nunciat „non tantum ab alieno iure depulsum, sed etiam Viennensis provinciae potestate privatum" esse. Ordinationes provinciarum iis subiectarum a se affectari negat. Ipsis metropolitanis restituit ius sacerdotes ordinandi. Leontio episcopo concessum scribit, „ut praeter eius consensum alterius provinciae non indicatur concilium". Episcopos ab Hilario iniuste deiectos, Celidonium et Proiectum, „in sanctorum concilio sacerdotum" in integrum restitutos esse, significat. Leonis M. Opp. I. 633 (Migne 54 p. 628), Conc. Gall. I. 491, Mansi V. 1244, Bull. Rom. T. E. App. I. 9. — „Divinae cultum".

**445?**

408 (186) *Episcopis per Mauritaniam Caesariensem constitutis significat, se Potentio sacerdoti ad eos proficiscenti mandasse, ut de episcopis illicite creatis, „inquireret, sibique omnia fideliter indicaret". V. Leonis M. epist., Opp. I. 658 (Migne 54 p. 646), Mansi V. 1257, Bull. Rom. T. E. App. I. 14.

**446.** (*Aetio III. et Symmacho coss.*)

Ian. 6. — 409 (187) Senecioni, Caroso, Theodulo, Lucae, Antiocho, Vigilantio, metropolitanis per Illyrici provincias constitutis, scribit de privilegiis Anastasii, episcopi Thessalonicensis, de ordinationibus ab Achaiae provinciae metropolitano illicite factis; de episcopo per eundem Thespiensibus obtruso. Sancit, ne episcopus episcopi clericum sibi vindicet. Leonis M. Opp. I. 677 (Migne 54 p. 663), Holstenii Coll. Rom. I. 158, Mansi V. 1273, Bull. Rom. T. E. App. I. 20. — „Grato animo epistolas".

**446?**

Aug. 10. — 410 (188) Universis episcopis per Caesariensem Mauritaniam (per Africam) constitutis scribit, ex Potentii relatione se cognovisse, indignos quosdam apud eos esse sacerdotes. Neque enim licere sacerdotiis praefici aut immaturos aut „quos unius uxoris viros fuisse aut esse non constiterit", aut secundarum uxorum vel viduarum maritos, aut homines inferioribus ordinibus non perfunctos. Episcopos ex laicis factos non improbat. Litteras confessorias sibi mitti vult a Donato, antea Novatiano, et a Maximo, quondam Donatista, episcopis. De Aggaro et Tyberiano episcopis ex laicis ordinatis litteras poscit. Famulas Dei per barbaros vitiatas pro puris virginibus non habet. Episcopis, qui indignum consecraverint sacerdotem, ius ordinationis ademptum iri ostendit. Maioribus tantum civitatibus praeficiendos esse ait episcopos, et Restitutum episcopum iure postulasse, „ut, si episcopi eorum locorum, in quibus non debuissent ordinari, decesserint, loca ipsa ad ius suum reverterentur". Vitiatis famulis illis sacramentorum communionem negari non vult. Lupicino episcopo communionem redditam nunciat. Leonis M. Opp. I. 657 et 669 (Migne 54 p. 645 et 656), Hin-

**446?**

schius Ps. Is. p. 621, Cocqu. I. 25, Mansi V. 1257 et 1267, Bull. Rom. T. E. I. 39 et App. I. 14. (Duae recensiones). — „Cum de ordinationibus" „Cum in ordinationibus".

411 (189) Anastasium, episcopum Thessalonicensem, vicarium suum, „a traditis regulis immodice discessisse", dolet. Reprehendit iniurias Attico, veteris Epiri metropolitano, illatas. Veterem episcoporum metropolitanorum dignitatem imminui vetat. Laicos, neophytos, digamos, viduarum maritos non vult episcopos fieri. Ad eligendum episcopum cleri plebisque consensu opus esse scribit. Addit de consecratione metropolitanorum, de conciliis celebrandis, de episcopis non transferendis, de alienis clericis invito episcopo non recipiendis, de episcopis modeste evocandis, de causis gravioribus ad se deferendis. Leonis M. Opp. I. 681 (Migne 54 p. 666), Hinschius Ps. Is. p. 618, Cocqu. I. 31, Mansi V. 1278, Bull. Rom. T. E. I. 50. (Cf. Fragm. in Leonis M. Opp. II. 1627 (Migne 54 p. 1261), Mansi VI. 427, Bull. Rom. T. E. App. I. 196: „Si quis episcopus propriae"). — „Quanta fraternitati".

**447.** (*Calepio et Ardabure coss.*)

Iul. 21. — 412 (190) Turribio, episcopo Asturicensi, multis exponit verbis de Priscillianistarum erroribus, quorum vestigia in Hispania comparuisse, ex eius litteris intellexerat. Ad examinandam episcoporum fidem concilium celebrari vult aut generale Tarraconensium, Carthaginiensium, Lusitanorum, Galliciorum episcoporum, aut, si id fieri non possit, Galliciae saltem sacerdotum. Leonis M. Opp. I. 694 (Migne 54 p. 677), Hinschius Ps. Is. p. 591, Cocqu. I. 33, Mansi V. 1288, La Fuente Hist. eccl. de España II. 434, Bull. Rom. T. E. I. 54. (Cf. „I. Fragm. sententiae Leonis de apogriphis scripturis" in Leonis M. Opp. I. 1474, Bull. Rom. T. E. App. I. 197 Leoni false adscriptum ut docent Ballerinii. De notis consularibus epistolarum huius anni cf. Rossi Inscript. christ. U. R. p. 321). — „Quam laudabiliter pro".

413 (191) *Tarraconensibus, Carthaginiensibus, Lusitanis, Galliciis episcopis „concilium synodi generalis" indicit, „ut plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter episcopos, qui Priscillianistarum haereseos contagio polluantur, a communione sine dubio separandi, si nefandissimam sectam damnare noluerint". V. Leonis M. ep. superior. in eiusd. Opp. I. 710 (Migne 54 p. 692); cf. Idatii chronicon in Roncallii Vet. lat. scr. chron. II. 31 (Migne 51 p. 882).

Sept. c. 29. — Romae — Synodus. V. binas, quae sequuntur, litteras. (Hefele II. 309).

Oct. 21. — 414 (192) Universos episcopos per Siciliam constitutos de baptismo epiphaniae die dato reprehendit. Quod cur solis paschae pentecostesque diebus tribuendum sit, docet. Praecipit, ut annis singulis ternos episcopos mittant ad concilium die 29. Septembris Romae celebrandum. Leonis M. Opp. I. 715 (Migne 54 p. 695), Hinschius Ps. Is. p. 611, Cocqu. I. 37, Mansi V. 1305, Bull. Rom. T. E. I. 61. — „Divinis praeceptis et".

„ 21. — 415 (193) Universis episcopis per Siciliam constitutis scribit, clericos Tauromenitanos et Panormitanos in synodo a se celebrata esse questos de ecclesiasticis bonis per episcopos alienatis. Quod sine totius cleri consensu fieri vetat. Qui vero clerici assenserint de detrimento ecclesiae faciendo, eos privatum iri dicit cum ordine tum communione. Leonis M. Opp. I. 727 (Migne 54 p. 703), Cocqu. I. 39, Mansi V. 1314, Bull. Rom. T. E. I. 65. — „Occasio specialium".

Dec. 30. (al. Iun. 29. 30.) — 416 (194) Ianuario, episcopo Aquileiensi, respondet, clerici in haeresim lapsi, si ad fidem redierint, quem ante tenuerint gradum, in eo permaneant, aditu ad ampliora officia intercluso. Leonis M. Opp. I. 729 (Migne 54 p. 706), Hinschius Ps. Is. p. 615, Cocqu. I. 39, Mansi V. 1317, Bull. Rom. T. E. I. 66. — „Lectis fraternitatis tuae".

**448.** (*Posthumiano et Zenone coss.*)

Mart. 8. — 417 (195) In Dorum, episcopum Beneventanum, vehementer invehitur, quod cuidam immaturo detulerit presbyterium. Quorum presbyterorum assensu id acciderit, eos „ultimos inter omnes ecclesiae presbyteros haberi" iubet. Iulio episcopo negotium scribit datum, ut sua exsequeretur praecepta. Leonis M. Opp. I. 732 (Migne 54 p. 709), Mansi V. 1319, Bull. Rom. T. E. App. I. 21. (Cf. Hinschius Ps Is. p. CII.). — „Iudicium, quod de te".

**448.** (*Posthumiano et Zenone coss.*)

Iun. 1. 418 (196) Eutychen presbyterum (Constantinopolitanum) laudat, quod de Nestorian haeresi, studiis quorundam renascente, sibi nunciaverit. Leonis M. Opp. I. 737 (Mign 54 p. 713), Hinschius Ps. Is. p. 580, Mansi V. 1323, Bull. Rom. T. E. App. I. 2: — „Ad notitiam nostram" „*Εἰς γνῶσιν*".

419 (197) *Bassianum, episcopum Ephesium, damnat, „quoniam praeter regulas facti est". V. Acta concilii Chalcedonii ap. Mansi VII. 282, 290. Cf. Leonis M. Opp. 1445; II. 442 (Migne 54 p. 1384, 55 p. 214).

**449.** (*Asturio et Protogene coss.*)

Febr. 18. 420 (198) Flavianum, episcopum Constantinopolitanum, non prius, quam imperatoren de scandalo exorto sibi significasse, miratur. Eutychen presbyterum questum nuncia quod, reus ab Eusebio episcopo factus, immerito excommunicatus esset. Qua de certior fieri vult. Leonis M. Opp. I. 761 (Migne 54 p. 731), Hinschius Ps. Is. p. 58 Mansi V. 1338, Bull. Rom. T. E. App. I. 24. (De consulibus huius anni cf. Ros. Inscript. christ. U. R. p. 326.) — „Cum christianissimus" „*Ὁπότε ὁ*".

„ 18. 421 (199) Theodosio II. Augusto respondet, se Eutychis causam non satis perspecta habere. De qua quo facilius iudicare possit, accuratius instrui cupit. Leonis M. Opp. I. 767 (Migne 54 p. 735), Mansi V. 1341, Bull. Rom. T. E. App. I. 25, Bibli theca Casinensis I. Florilegium p. 55. — „Quantum praesidii".

Mai. 21. 422 (200) Flaviano, episcopo Constantinopolitano, rescribit, se, cum ex litteris ei errorem Eutychis intellexerit, locum pravitati non esse daturum. Rodanum has pe ferentem litteras commendat. Leonis M. Opp. I. 792 (Migne 54 p. 751), Mansi 1359, Bull. Rom. T. E. App. I. 26. — „Pervenisse ad nos".

Iun. 13. 423 (201) Flaviano, episcopo Constantinopolitano, de falsis Eutychis dogmatibus accura scribit. Quem tamen, si damnaverit errorem, suscipiendum censet. Iulium episcopu (Puteolanum), Renatum presbyterum (S. Clementis?), Hilarum diaconum, Dulcitiu notarium, legatos mittit. Leonis M. Opp. I. 801 (Migne 54 p. 755), Hinschius Is. p. 597, Conc. Gall. I. 523, Mansi V. 1365, Bull. Rom. T. E. App. I. 26. „Lectis dilectionis tuae" „*Ἀναγνόντες τὰ*".

„ 13. 424 (202) Theodosio II. Augusto significat et de legatis missis ad synodum Ephesin Eutychis causa indictam, et de litteris ad Flavianum datis. Leonis M. Opp. I. 8 (Migne 54 p. 781), Hinschius Ps. Is. p. 576, Mansi V. 1391, Bull. Rom. T. E. Ap I. 34. — „Quantum rebus" „*Ὅσῳ*".

„ 13. 425 (204 et 203) Pulcheriam Augustam in Eutychis errores incitat. Ad conciliu Ephesium, iam die 1. Augusti celebrandum, venire propter temporis angustias si licere negat; legatos vice sua functuros. Leonis M. Opp. I. 853 (Migne 54 p. 78 Hinschius Ps. Is. p. 570, Mansi V. 1401, Bull. Rom. T. E. App. I. 36. (Altera nonnullis locis abreviata et mutata recensio cum versione graeca invenitur in Leon M. Opp. I. 847 [Migne 54 p. 786], Mansi V. 1396, Bull. Rom. T. E. App. I. 35. - „Quantum sibi fiduciae" „*Ὅσην πεποίθησιν*". Fortasse haec mutatio facta est a Leo M. ipso, cum Pulcheriae exemplar istius epistolae pridem ab eadem non accept transmisit cum litteris d. die 13. m. Octobr. a. 449 [v. infra ep. 439]). — „Quantu praesidii".

„ 13. 426 (205) Fausto et Martino et reliquis archimandritis Constantinopolitanis scril contra Eutychis haeresim, cui tamen, si errorem exuerit, clementiam negari non vu Leonis M. Opp. I. 859 (Migne 54 p. 795), Mansi V. 1406, Bull. Rom. T. E. A I. 39. — „Cum propter causam" „*Ἐπειδὴ διὰ*".

„ 13. 427 (206) Synodo Ephesiae scribit, „nimis a compage ecclesiasticae aedificationis al num esse eum, qui et b. Petri confessionem non capiat et Christi evangelio cont dicat". Legatos a se missos nunciat, „qui vice sua sancto conventui intersint communi cum eis sententia, quae Domino sint placitura, constituant". Leonis Opp. I. 863 (Migne 54 p. 797), Hinschius Ps. Is. p. 600, Cocqu. I. 42, Ma V. 1409, Bull. Rom. T. E. I. 71. — „Religiosa clementissimi" „*Ἡ τοῦ ἡμερ τάτου*".

„ 13. 428 (207) Iuliani, episcopi Coensis, fidem laudat. De legatis ad synodum Ephesi missis et quo pacto tractandus sit Eutyches, addit. Leonis M. Opp. I. 869 (Migne p. 801), Mansi V. 1413, Bull. Rom. T. E. App. I. 40. — „Litterae dilectionis tua

**449.** (*Asturio et Protogene coss.*)

Iun. 13. — 429 (208) Iuliano, episcopo Coensi, exponit de Eutychis erroribus. Leonis M. Opp. I. 875 (Migne 54 p. 803), Mansi V. 1415, Bull. Rom. T. E. App. I. 41. — „Licet per nostros". „Εἰ καὶ διὰ".

„ 20. — 430 (209) Flaviano, episcopo Constantinopolitano, significat, litteras eius sibi redditas esse. Ad synodum ab imperatore decretam legatos a se missos esse scribit, „quamvis evidenter appareat, rem, de qua agatur, nequaquam synodali indigere tractatu". Leonis M. Opp. I. 885 (Migne 54 p. 809), Mansi V. 1423, Bull. Rom. T. E. App. I. 44. — „Litteras tuae dilectionis".

„ 20. — 431 (210) Theodosium II. imperatorem, fidei unitati faventem, laudat. Ad synodum se non accessisse, „cum nec aliqua" inquit „ex hoc ante exempla praecesserint, et temporalis necessitas me non patiatur deserere civitatem". Legatos missos nunciat, licet „tam evidens fidei causa sit, ut rationabilius ab indicenda synodo fuisset abstinendum". Leonis M. Opp. I. 886 (Migne 54 p. 811), Mansi V. 1424, Bull. Rom. T. E. App. I. 44. — „Acceptis clementiae".

Iul. 23. — 432 (211) Flavianum, episcopum Constantinopolitanum, hortatur, „inimicos nativitatis et crucis Christi" oppugnare pergat. Poenitentibus vero haereticis veniam dari vult. Leonis M. Opp. I. 887 (Migne 54 p. 812), Mansi V. 1425, Bull. Rom. T. E. App. I. 45. — „Profectis iam nostris".

Aug. 11. — 433 (212) Flavianum, episcopum Constantinopolitanum, scribendi intercapedinem fecisse, queritur. Quid sit actum, cito vult certior fieri. Leonis M. Opp. I. 889 (Migne 54 p. 813), Mansi V. 1427, Bull. Rom. T. E. App. I. 46. — „Auget sollicitudinem".

„ 22. — 434 (213) Constantino, Audentio, Rustico, Auspicio, Nicetae, Nectario, Floro, Asclepio, Iusto, Augustali, Ynantio, Chrysaphio gratulatur, quod „in Arelatensium civitate, defuncto sanctae memoriae Hilario, virum etiam sibi probatum, fratrem Ravennium, secundum desideria cleri, honoratorum et plebis unanimiter consecraverint". Leonis M. Opp. I. 890 (Migne 54 p. 814), Conc. Gall. I. 505, Mansi V. 1428, Bull. Rom. T. E. App. I. 46. — „Iusta et rationabilis".

435 (214) Ravennio susceptum episcopatum Arelatensem gratulatur. De eius rebus saepius instrui cupit. Leonis M. Opp. I. 891 (Migne 54 p. 815), Conc. Gall. I. 507, Mansi V. 1429, Bull Rom. T. E. App. I. 47. — „Provectionem dilectionis".

„ 26. — 436 (215) Ravennio, episcopo Arelatensi, mandat, pelli iubeat Petronianum, qui, diaconum Romanum simulans, per Galliarum ecclesias circueat. Leonis M. Opp. I. 892 (Migne 54 p. 816), Conc. Gall. I. 509, Mansi V. 1430, Bull. Rom. T. E. App. I. 48. — „Circumspectum te".

437 (216) Theodosio II. imperatori de Ephesia synodo queritur. Rogat, „ut omnia in eo statu esse iubeat, in quo fuerint ante iudicium", atque ut generalem synodum in Italia convocari sinat. Leonis M. Opp. I. 901, 907 (Migne 54 p. 821, 823), Mansi VI. 7, 11, Bull. Rom. T. E. App. I. 48, 49. — „Ἄνωθεν" „Antea et ab" „Olim et ab".

Oct. — Romae — Synodus. V. sequentes epistolas. (Hefele II. 390).

„ 13. — 438 (217) Theodosio II. imperatori Ephesiae synodi iniurias proponit, quaeque superioribus litteris, ea iterum poscit. Leonis M. Opp. I. 909 (Migne 54 p. 827), Hinschius Ps. Is. p. 601, Mansi VI. 13, Bull. Rom. T. E. App. I. 51. — „Τοῖς γράμμασι" „Litteris clementiae vestrae".

„ 13. — 439 (218) In synodo. Pulcheriae Augustae mittit exemplar epistolae, quae, ante synodum Ephesiam data, ad eam non pervenerat. Qua in synodo intercessionem a legatis suis factam esse scribit. Monet, ut concilii in Italia celebrandi licentiam ab imperatore petat. Leonis M. Opp. I. 919 (Migne 54 p. 833), Hinschius Ps. Is. p. 602, Mansi VI. 19, Bull. Rom. T. E. App. I. 53. (Cf. supra ep. 425). — „Εἰ ἐπιστολαὶ" „Si epistolae, quae".

„ 13. — 440 (219) Anastasio, episcopo Thessalonicensi, gratulatur, quod a synodo Ephesia abfuerit, eumque in fide perstare iubet. Sibi enim „definitissimum esse" ait „in suae communionis numero non futuros eos, qui conentur antiqua catholicae fidei fundamenta convellere". Leonis M. Opp. I. 929 (Migne 54 p. 839), Mansi VI. 27, Bull. Rom. T. E. App. I. 55. — „Quantum relatione".

„ 13. — 441 (220) Iuliano, episcopo Coensi, significat, quo ferat animo ea, quae in Ephesia

| | | |
|---|---|---|
| | | **449.** (*Asturio et Protogene coss.*) |
| | | synodo gesta sint. Consilia sua ex nuncio eum esse cogniturum scribit. Leonis M. Opp. I. 930 (Migne 54 p. 840), Mansi VI. 28, Bull. Rom. T. E. App. I. 55. — „Cognitis, quae apud“. |
| Oct. 13. | | 442 (221) Flavianum, episcopum Constantinopolitanum, de iniuriis synodi Ephesinae consolatur, fortique animo esse iubet. Leonis M. Opp. I. 931 (Migne 54 p. 841), Mansi VI. 28, Bull. Rom. T. E. App. I. 56. — „Quae et quanta“. |
| „ 15. | Romae | 443 (222) In synodo. Clerum, honoratos et plebem Constantinopolitanam consolatur de malis ab Alexandrino episcopo in synodo Ephesina Flaviano illatis. Hortatur, ut fidem custodiant, „in qua“ inquit „christianissimum principem novimus permanere“. Leonis M. Opp. I. 931 (Migne 54 p. 841), Mansi VI. 30, Bull. Rom. T. E. App. I. 56. — „*Εἰς γνῶσιν*“ „In notitiam nostram“. |
| „ 15. | | 444 (223) In synodo. Faustum, Martinum, Petrum, Emmanuelem, presbyteros et archimandritas Constantinopolitanos, monet, ne Flavianum episcopum neve fidem deserant. Leonis M. Opp. I. 937 (Migne 54 p. 843), Cocqu. I. 42, Mansi VI. 33, Bull. Rom. T. E. I. 72. — „*Εἰ καὶ τὰ*“ „Quamvis ea, quae“. |
| Dec. 25. | | 445 (224) Theodosio II. imperatori scribit, se Nicaena in fide perseverare, damnareque cum Nestorii dogma, tum sententiam eorum, „qui veritatem carnis nostrae negent a Iesu Christo susceptam esse“. Concilii in Italia celebrandi licentiam petit. Leonis M. Opp. I. 955 (Migne 54 p. 855), Mansi VI. 45, Bull. Rom. T. E. App. I. 57. — „Pro integritate fidei“. |
| | | **450.** (*Valentiniano augusto VII. et Avieno coss.*) |
| Ian. 6. | | †446 (CXCIV) Episcopis per Gallias et Viennensem provinciam constitutis nunciat, Hilarium, episcopum Arelatensem, qui suum iudicium pertinaciter effugisset, „a privilegio civitatis eius submotum esse, et redintegratum Viennensi archiepiscopo privilegium et ius antiquum, quod apostolica benignitas ad Arelatensem ex parte transtulisset civitatem“. Bosco Bibl. Flor. xyston laev. 30, Leonis M. Opp. I. 1469 (Migne 54 p. 1237), Conc. Gall. I. 503, Mansi VI. 431, Bull. Rom. T. E. App. I. 192. — „Quali pertinacia“. |
| Febr. 22. | Romae in basilica apostoli Petri | in synodo cum Valentiniano III. imperatore. V. epistolam Valentiniani in Leonis M. Opp. I. 962 (Migne 54 p. 857), Mansi VI. 50. (Hefele II. 391). |
| | | 447 (225) Cleri et honoratorum et plebis Constantinopolitanae religionem laudat. „Manichaeorum confoederari errori“ scribit eos, „qui ab unigenito Dei filio verum et nostrae naturae hominem negent esse susceptum, omnesque eius corporeas actiones simulatorii velint fuisse phantasmatis“. „Nec quisquam“ inquit „sibi audeat de sacerdotali honore blandiri, qui potuerit in execrandi sensus impietate convinci“. Synodi indicendae potestatem ab imperatore peti vult. Leonis M. Opp. I. 975 (Migne 54 p. 865), Hinschius Ps. Is. p. 572, Mansi VI. 58, Bull. Rom. T. E. App. I. 58. — „Licet de his, quae“. |
| Mart. 17. | | 448 (226) Pulcheriae Augustae fide laetatur. De suo celebrandae synodi desiderio addit. Leonis M. Opp. I. 981 (Migne 54 p. 873), Hinschius Ps. Is. p. 602, Mansi VI. 64, Bull. Rom. T. E. App. I. 62. — „Gaudere me plurimum“. |
| „ 17. | | 449 (227) Martino et Fausto presbyteris et archimandritis mandat, operam dent, „ut omnibus ecclesiae filiis innotescat, quid contra impium sensum ipse secundum doctrinam evangelicam et apostolicam praedicet“. „Se omnes conatus suos ei causae, in qua universalis ecclesiae salus infestetur, impendere“, dicit. Leonis M. Opp. I. 983 (Migne 54 p. 874), Hinschius Ps. Is. p. 603, Mansi VI. 65, Bull. Rom. T. E. App. I. 63. — „Bonorum operum“. |
| Mai. 5. | | 450 (228) Constantino, Armentario, Audentio, Severiano, Valeriano, Urso, Stephano, Nectario, Constantio, Maximo, Asclepio, Theodoro, Iusto, Ingenuo, Augustali, Superventori, Ynantio, Fonteio, Palladio, comprovincialibus episcopis metropolis Arelatensis, respondet, se controversiam inter Viennensem et Arelatensem episcopos ita decrevisse, ut prior Valentiae, Tarantasiae, Genavae, Gratianopoli, posterior reliquis eiusdem provinciae civitatibus praesideret. Leonis M. Opp. I. 998 (Migne 54 p. 884), Conc. Gall. I. 515, Mansi VI. 76, Bull. Rom. T. E. I. 73. — „Lectis dilectionis vestrae“. |

**450.** (*Valentiniano augusto VII. et Avieno coss.*)

Mai. 5. 451 (229) Ravennio, episcopo Arelatensi, mandat, ut epistolam suam „ad Orientem pro fidei defensione directam, vel sanctae memoriae Cyrilli, quae suis sensibus tota concordet“, universis cum fratribus communicet. Petronium presbyterum et Regulum diaconum, legatos suos, secreta mandata allaturos esse, nunciat. Leonis M. Opp. I. 1000 (Migne 54 p. 886), Conc. Gall. I. 521, Mansi VI. 78, Bull. Rom. T. E. App. I. 64. — „Diu filios nostros“.

Iul. 16. 452 (230) Theodosio II. imperatori respondet, se Anatolio, nuper creato episcopo Constantinopolitano „non dilectionem negare, sed manifestationem catholicae veritatis exspectare“. Monet, agat, „ut quam primum ad se“ illius „scripta perveniant, aperte scilicet atque dilucide protestantia, quod, si quis de incarnatione verbi Dei aliud aliquid credat aut asserat, quam catholicorum omnium et ipsius professio protestetur, hunc a sua communione secernat“. Abundium et Asterium episcopos ac Basilium et Senatorem presbyteros mittit cognitam Anatolii fidem; quam si „a puritate suae fidei atque patrum auctoritate dissentire“, intellexerint, concilii universalis in Italia congregandi licentiam ab imperatore concedi cupit. Leonis M. Opp. I. 1005 (Migne 54 p. 890), Hinschius Ps. Is. p. 603, Mansi VI. 83, Bull. Rom. T. E. App. I. 65. (Cf. Fragm. in Leonis M. Opp. II. 1619 (Migne 54 p. 1257), Mansi VI. 423, Bull. Rom. T. E. App. I. 198). — „Omnibus quidem vestrae“ („Credimus filium“).

„ 16. 453 (231) Pulcheriae Augustae nunciat, se mittendas ad Anatolium litteras non censuisse, quoad confessoria illius epistola afferretur. De legatis missis et de universalis concilii necessitate addit. Leonis M. Opp. I. 1009 (Migne 54 p. 893), Hinschius Ps. Is. p. 604, Mansi VI. 86, Bull. Rom. T. E. App. I. 67. — „Gaudeo fidei clementiae“.

„ 17. 454 (232) Fausto, Martino, Petro, Manueli, Iob, Antiocho, Abrahamio, Theodoro, Pientio, Eusebio, Helpidio, Paulo, Asterio et Charoso presbyteris et archimandritis et Iacobo diacono et archimandritae (Constantinopolitanis) significat, Anatolium et eos „qui eundem consecraverint, praeter id quod ad ordinationem novi antistitis pertineat, nihil sibi de compressis vel abdicatis erroribus indicasse, quasi in illa ecclesia nullum scandalum exstitisset“. Legatos suos commendat. Leonis M. Opp. I. 1011 (Migne 54 p. 895), Hinschius Ps. Is. p. 605, Mansi VI. 88, Bull. Rom. T. E. App. I. 68. — „Causa fidei, in qua“.

455 (233) Fausto presbytero respondet, „ne confundatur de evangelio generationis domini Iesu Christi, filii David, filii Abraham secundum carnem“. Leonis M. Opp. I. 1016 (Migne 54 p. 897), Mansi VI. 91, Bull. Rom. T. E. App. I. 69. — „Κεχαρισμένον“ „Gratum semper est“.

Sept. 13. 456 (234) Martino presbytero scribit, „ad haeresim destruendam sollicitudinem suam non defore, donec omnipotentis dextera Dei omnia diaboli arma confringat“. Addit, se bene sperare de legatis Constantinopolim missis. Leonis M. Opp. I. 1019 (Migne 54 p. 899), Mansi VI. 95, Bull. Rom. T. E. App. I. 69. — „Gratias agimus Deo“.

Nov. 8. 457 (235) Faustum et Martinum presbyteros et archimandritas hortatur, ut constantiam sumant „contra antichristi praecursores, cui Nestorius et Eutyches sub diversa quidem erroris specie, sed sub eodem spiritu falsitatis militare voluerint“. Leonis M. Opp. I. 1022 (Migne 54 p. 901), Mansi VI. 96, Bull. Rom. T. E. App. I. 70. — „Omnes scribendi“.

**451.** (*Adelfio cons.*)

Apr. 13. 458 (236) Marciani imperatoris fide ex eius litteris cognita gaudet, eumque a Deo „ad hoc, ut fides catholica ab insidiis inimicorum suorum defenderetur, electum esse“ scribit. De plenioribus litteris per legatos missis addit. Leonis M. Opp. I. 1033, (Migne 54 p. 907), Mansi VI. 103, Bull. Rom. T. E. App. I. 71. — „Litteras pietatis vestrae“.

„ 13. 459 (237) Pulcheriae Augustae de victa Nestorii Eutychisque haeresi gratulatur, eamque laudat, quod et legatos suos adiuverit, et eiectos sacerdotes catholicos reduxerit, et Constantinopolim referri iusserit Flaviani reliquias. Lapsos, damnato errore, recipi vult. Eusebium episcopum (Dorylensem) iniuste pulsum, Romae degentem, et Iulianum, Coensem episcopum, et eos, qui Flaviano faverint, clericos Constantinopolitanos

**451.** (*Adelfio cons.*)

commendat. Leonis M. Opp. I. 1035 (Migne 54 p. 909), Hinschius Ps. Is. p. 605, Mansi VI. 105, Bull. Rom. T. E. App. I. 72. — „Quod semper de".

Apr. 13. 460 (238) Anatolii, episcopi Constantinopolitani, orthodoxia gaudet. Lapsis errorem damnantibus communionem reddi censet. Nomina Dioscori, Iuvenalis, Eustathii „ad sacrum altare recitari" vetat. Commendat Iulianum et Eusebium episcopos, clericosque Flaviano amicos. Leonis M. Opp. I. 1038 (Migne 54 p. 912), Hinschius Ps. Is. p. 606, Mansi VI. 108, Bull. Rom. T. E. App. I. 73. — „Gaudemus in Domino".

„ 13. 461 (239) Iuliano episcopo (Coensi) miseriis liberato gratulatur, eumque ad pertinaces haereticos „districtius comprimendos" adhortatur. Leonis M. Opp. I. 1042 (Migne 54 p. 915), Mansi VI. 111, Bull. Rom. T. E. App. I. 75. — „Litteras fraternitatis tuae".

„ 23. 462 (240) Marcianum imperatorem, pacis ecclesiasticae studiosissimum, monet, „ne cuiusquam procaci impudentique versutia quasi de incerto, quid sequendum sit, sinat inquiri, cum ab evangelica apostolicaque doctrina ne uno quidem verbo liceat dissidere". Non disceptandum esse, ait, utrum Eutyches impie senserit, et utrum perverse Dioscorus iudicarit". De synodo indicenda quid sibi videat, legatos aperturos esse scribit. Leonis M. Opp. I. 1043 (Migne 54 p. 917), Hinschius Ps. Is. p. 607, Mansi VI. 112, Bull. Rom. T. E. App. I. 76. — „Quamvis per Constantinopolitanos".

Iun. 9. 463 (241) Marciano imperatori commendat Lucentium episcopum et Basilium presbyterum Constantinopolim missos, ut poenitentes haereticos recipiant. Synodum ante petitam in aliud tempus differri vult, „quoniam illae provinciae, de quibus maxime sint evocandi (sacerdotes), inquietatae bello, ab ecclesiis suis eos non patiantur abscedere". Leonis M. Opp. I. 1046 (Migne 54 p. 919), Hinschius Ps. Is. p. 607, Mansi VI. 114, Bull. Rom. T. E. App. I. 77. — „Multam mihi fiduciam".

„ 9. 464 (242) Pulcheriae Augustae legatos suos commendat. Ostendit, „sicut Nestorianam impietatem, ita et Eutychianam blasphemiam ab omnium esse catholicorum eliminandam consortio". Quare petit, ut Eutyches „ab eo loco, qui Constantinopolitanae urbi nimis vicinus sit, longius transferatur, ne frequentioribus solatiis eorum, quos ad impietatem suam traxerit, utatur". Monasterio illius catholicum abbatem praefici vult. Leonis M. Opp. I. 1048 (Migne 54 p. 921), Mansi VI. 116, Bull. Rom. T. E. App. I. 79. — „Religiosam pietatis".

„ 9. 465 (243) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, mandat, studeat una cum suis legatis sic agere, „ut nec benevolentiae partes, nec iustitiae negligantur". Iubet illos recipi, qui, metu quondam ad haeresim adducti, iam damnaverint eam, sed auctores machinatoresque impietatis „maturioribus apostolicae sedis consiliis reservari". Leonis M. Opp. I. 1050 (Migne 54 p. 922), Hinschius Ps. Is. p. 608, Mansi VI. 118, Bull. Rom. T. E. App. I. 80. — „Licet sperem dilectionem".

„ 9. 466 (244) Iulianum, episcopum Coensem, monet, ut in haeresi penitus delenda legatos suos adiuvet. Leonis M. Opp. I. 1052 (Migne 54 p. 924), Mansi VI. 119, Bull. Rom. T. E. App. I. 81. — „Quam gratum mihi".

„ 19. 467 (245) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, commendat Basilium et Ioannem presbyteros, a quibus et Nestorianam et Eutychianam haeresim Romae damnatam nunciat. Leonis M. Opp. I. 1054 (Migne 54 p. 926), Mansi VI. 120, Bull. Rom. T. E. App. I. 82. — „Ad declinandam erroris".

„ 24. 468 (246) Paschasino, episcopo Lilybaetano, mittit exemplum suae ad Flavianum de Eutychiana haeresi epistolae (cp. 423), cui et „Constantinopolitanam ecclesiam cum monasteriis omnibus et multis episcopis", et universos Antiochenae provinciae episcopos subscripsisse nunciat. De controverso anni 455 tempore paschali quid sentiat, scire cupit. Leonis M. Opp. I. 1057 (Migne 54 p. 927), Mansi VI. 123, Bull. Rom. T. E. App. I. 82, Krusch Studien z. christl.-mittelalt. Chronologie p. 255. — „Quamvis non dubitem".

„ 24. 469 (247) Marciano semper Augusto significat, ad synodum, praeter ipsius voluntatem hoc iam tempore indictam, una cum Bonifatio presbytero et Iuliano episcopo missum esse Paschasinum, episcopum Lilybaetanum. Quem synodo praesidere vult, „quia" inquit „quidam de fratribus contra turbines falsitatis non valuere catholicam tenere constantiam". Leonis M. Opp. I. 1060 (Migne 54 p. 930), Mansi VI. 126, Bull. Rom. T. E. App. I. 84. — „Credebamus, clementiam".

**451.** (*Adelfio cons.*)

Iun. 26. 470 (248) Marcianum Augustum obsecrat, „ut in praesenti synodo fidem, quam beati patres ab apostolis sibi traditam praedicaverint, non patiatur quasi dubiam retractari; illudque potius iubeat, ut antiquae Nicaenae synodi constituta, remota haereticorum interpretatione, permaneant". Leonis M. Opp. I. 1063 (Migne 54 p. 932), Hinschius Ps. Is. p. 608, Mansi VI. 127, Bull. Rom. T. E. App. I. 85. — „Poposceram".

„ 26. 471 (249) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, scribit, mirari se, quod imperator synodum tanta festinatione congregari iusserit. Quocirca diversarum provinciarum evocari sacerdotes non potuisse nunciat; legatos tamen a se missos esse. Leonis M. Opp. I. 1065 (Migne 54 p. 934), Mansi VI. 129, Bull. Rom. T. E. App. I. 86. — „Cognita clementissimi".

„ 26. 472 (250) Iulianum, episcopum Coensem, legatis suis in synodo Nicaeae celebranda suffragari iubet. Leonis M. Opp. I. 1066 (Migne 54 p. 936), Mansi VI. 130, Bull. Rom. T. E. App. I. 86. — „Quid de dilectionis".

„ 26. 473 (251) Synodo Nicaeae celebrandae scribit, licet ipse invitatus ab imperatore venire non possit, tamen in suis se legatis synodo praesessurum. Admonet, videant, ut „reiecta penitus audacia disputandi contra fidem divinitus inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat, neu liceat defendi, quod non liceat credi". Hortatur, ut suam ad Flavianum epistolam amplectantur, et exsulantes episcopos catholicos restituendos curent. Leonis M. Opp. I. 1067 (Migne 54 p. 935), Hinschius Ps. Is. p. 609, Mansi VI. 131, Bull. Rom. T. E. App. I. 87. — „Optaveram quidem" „Ἐμοὶ μὲν".

Iul. 20. 474 (252) Marciano imperatori scribit, in synodo, „compressa vel remota inquietudine ac pravitate paucorum, facile firmatum iri probandam concordiam". Monet, „nulla penitus disputatio cuiusquam retractationis admittatur, ne per vanam fallacemque versutiam aut infirma videantur, aut dubia, quae ab initio sint fundata et sine fine mansura". Legatos suos commendat. Leonis M. Opp. I. 1075 (Migne 54 p. 941), Mansi VI. 135, Bull. Rom. T. E. App. I. 88. — „Sanctum clementiae vestrae".

„ 20. 475 (253) Pulcheriae Augustae ostendit, velle se, ut haeretici poenitentes in synodo Nicaeae celebranda tractentur clementius, quam „in illo Ephesino non iudicio sed latrocinio" tractati sint catholici. Leonis M. Opp. I. 1076 (Migne 54 p. 942), Mansi VI. 138, Bull. Rom. T. E. App. I. 89. — „Religiosam clementiae vestrae".

476 (254) *Paschasino et Lucentio episcopis et Bonifatio presbytero, legatis suis, communionem Theodoreto, episcopo Cyrensi, a se redditam nunciat. V. synodi Chalcedoniae acta ap. Mansi VII. 190. Cf. Leonis M. Opp. I. 1451 (Migne 54 p. 1227), Bull. Rom. T. E. App. I. 199.

477 (255) Ravennium, episcopum Arelatensem, hortatur, ut anni 452 pascha agat die 23. m. Martii. „Ad praecipuum" inquit „religionis nostrae pertinet sacramentum, ut in festivitate paschali nulla sit toto orbe diversitas". Leonis M. Opp. I. 1079 (Migne 54 p. 945), Conc. Gall. I. 531, Mansi VI. 140, Bull. Rom. T. E. App. I. 91. — „Ad praecipuum".

478 (256) *Eusebio, episcopo Mediolanensi, nunciat, episcopos ad Orientem missos effectum commissae legationis reportasse". Epistolae ad Flavianum datae exemplum mittit per Abundantium episcopum et Senatorem presbyterum. V. Eusebii epist. in Leonis M. Opp. I. 1080 (Migne 54 p. 945) et ap. Mansi VI. 141.

**452.** (*Herculano cons.*)

Ian. 27. 479 (257) Ravennii, Rustici, et ceterorum episcoporum per Gallias constitutorum litteris, „caelesti doctrina" plenis, gaudet. Exponit de Nestoriano Eutychianoque errore fugiendo. A synodo Chalcedonia et litteras suas confirmatas et Dioscorum, episcopum Alexandrinum, damnatum esse nunciat. Addit, se reditum legatorum suorum exspectare. Leonis M. Opp. I. 1136 (Migne 54 p. 983), Conc. Gall. I. 543, Mansi VI. 181, Bull. Rom. T. E. I. 75. — „Optassemus quidem".

480 (258) Rustico, Ravennio, Venerio et ceteris episcopis per Gallias constitutis significat, acta synodi Chalcedoniae a suis sibi legatis allata esse. Synodum sibi de incarnatione Christi assensam esse gaudet. Exemplum sententiae in Dioscorum sociosque prolatae mittit. Leonis M. Opp. I. 1140 (Migne 54 p. 988), Conc. Gall. I. 545, Mansi VI. 185, Bull. Rom. T. E. App. I. 91. — „Impletis per".

| | | |
|---|---|---|
| | | **452.** (*Herculano cons.*) |
| Mai. 22. | | 481 (259) Marciano imperatori respondet, se perniciosissimo errore in synodo Chalcedonia exstincto gaudere, sed dolere de Anatolii, episcopi Constantinopolitani, ambitione, contraria ecclesiarum privilegiis, in Nicaena synodo institutis. Regiam civitatem esse ait illius sedem, non apostolicam. Legatos suos Anatolii insolentiae in synodo iure optimo obstitisse scribit. Monet, agat, ut ille „consulat paci, neque sibi aestimet licuisse, quod Antiochenae ecclesiae episcopum ordinare praesumpsit; abstineatque ab ecclesiasticarum iniuria regularum, ne se ab universali ecclesia abscidat“. Leonis M. Opp. I. 1143 (Migne 54 p. 991), Hinschius Ps. Is. p. 609, Mansi VI. 187, Bull. Rom. T. E. App. I. 93. — „Μεγάλῃ χάριτι“ „Magno munere“. |
| „ 22. | | 482 (260) Pulcheriae Augustae scribit de victoria fidei et Anatolii arrogantia. „Superbum nimis esse et immoderatum“ ait, „ultra proprios terminos tendere et, antiquitate calcata, alienum ius velle praeripere, atque, ut unius crescat dignitas, tot metropolitanorum impugnare primatus“. „Consensiones episcoporum, sanctorum canonum apud Nicaeam conditorum regulis repugnantes, in irritum mittit et per auctoritatem b. Petri apostoli generali prorsus definitione cassat“. Leonis M. Opp. I. 1154 (Migne 54 p. 997), Mansi VI. 195, Bull. Rom. T. E. App. I. 96. — „Sanctis et Deo“. |
| „ 22. | | 483 (261) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, gratulatur, quod eo adiuvante fides valuerit; sed eum reprehendit, quod synodo haeresis exstinguendae gratia congregata ad proprium quaestum sit abusus. Dolet, „in hoc eum esse prolapsum, ut sacratissimas Nicaenorum canonum constitutiones conaretur infringere, tamquam opportune se ei hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdiderit et Antiochena ecclesia proprietatem tertiae dignitatis amiserit, ut his locis iuri eius subditis, omnes metropolitani episcopi proprio honore priventur“. Excommunicatione proposita monet, ut deponat superbiam. Leonis M. Opp. I. 1157 (Migne 54 p. 1001), Hinschius Ps. Is. p. 610, Mansi VI. 198, Bull. Rom. T. E. App. I. 98, (cf. Hinschius Ps. Is. p. CI). — „Φανερωθέντος“ „Manifestato, sicut“. |
| „ 22. | | 484 (262) Iulianum, episcopum Coensem, reprehendit, quod pro Anatolio episcopo, alienorum honorum appetenti, litteras ad se dederit. Leonis M. Opp. I. 1171 (Migne 54 p. 1009), (Labb. III. 1440), Mansi VI. 207, Bull. Rom. T. E. App. I. 101. — „Cum frequentibus“ („Dilectio tua“). |
| Iun. 11. | | 485 (263) Theodoro, episcopo Foroiuliensi, de concedendis peccatis respondet, obiurgans eum, quod metropolitanum ante non consuluerit. Leonis M. Opp. I. 1173 (Migne 54 p. 1011), Hinschius Ps. Is. p. 625, Conc. Gall. I. 549, Mansi VI. 208, Bull. Rom. T. E. App. I. 102. — „Sollicitudinis quidem tuae“. |
| | Ad Mincium | Attilam, Hunnorum regem, adit, a Valentiniano imperatore pacificatum missus. Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 671 (Migne 51 p. 603): „Suscepit hoc negotium cum viro consulari Avieno et viro praefectorio Trigetio beatissimus papa Leo; ... tota legatione dignanter accepta, ita summi sacerdotis praesentia rex gavisus est, ut bello abstineri praeciperet, et ultra Danubium promissa pace discederet“. Iornandis de reb. Get. c. 42. ap. Muratori R. It. Scr. I. 212: „Leo papa per se ad eum accedit in agro Venetum Ambuleio, ubi Mincius amnis commeantium frequentatione transitur“. Cf. Cassiodori chron. ed. Mommsen p. 654 (Migne 69 p. 1245), Victoris Tunnunensis chron. ap. Roncallium II. 339, (Migne 68 p. 941), Pauli Historia Romana L. XIV. c. 12. in MG. Auctores antiq. II. 204 (Hist. miscell. L. XV. ap. Muratori R. It. Scr. I. 100). |
| Nov. 25. | | 486 (264) Iuliano, episcopo Coensi, rescribit, monachorum Palaestinorum, Eutychis et Dioscori sectatorum, turbas opprimendas, imperatoremque commovendum esse, ut seditionis faces in exsilium agantur. Anastasii ad Epictetum epistolae contra Nestorium scriptae exemplum adiungit. Iuvenalis, episcopi Hierosolymitani, calamitatem dolet. Frequentes epistolas poscit. Leonis M. Opp. I. 1177 (Migne 54 p. 1014), Mansi VI. 212, Bull. Rom. T. E. App. I. 104. — „Gravia sunt et“. |
| | | **453.** (*Opilione cons.*) |
| Mart. 10. | | 487 (265) Marciano imperatori queritur, quod Anatolius, episcopus Constantinopolitanus, Aetium, catholicum virum, archidiaconatu privaverit, et Andream Eutychianum in illius locum substituerit. Rogat, arceat Anatolium ab insectandis catholicis. Commendat Iulianum, episcopum Coensem, „nam“ inquit „vicem ipsi meam contra tem- |

**453.** (*Opilione cons.*)

poris haereticos delegavi, atque propter ecclesiarum pacisque custodiam, ut a comitatu vestro non abesset, exegi". Leonis M. Opp. I. 1185 (Migne 54 p. 1019), Mansi VI. 217, Bull. Rom. T. E. App. I. 106. — „Quam excellenti".

Mart. 10. 488 (266) Pulcheriam Augustam monet, ut Aetium restituendum et Andream removendum curet. Iulianum, vicarium suum, commendat. Leonis M. Opp. I. 1188 (Migne 54 p. 1023), Mansi VI. 220, Bull. Rom. T. E. App. I. 107. — „Multis exstantibus".

„ 11. 489 (267) Iulianum, episcopum Coensem, laudat, „quod" inquit „de malis, quae multa et saeva pertulimus, pio nobiscum dolore compateris; sed utinam haec, quae nos perpeti Dominus aut permisit, aut voluit, ad correctionem proficiant servatorum, et ut desinant adversitates, finiantur offensae". Hortatur, „ut speculari de Constantinopolitanae urbis oportunitate non desinat, ne Nestoriani et Eutychiani dogmatum impius usquam turbo consurgat". De causis seditionis monachorum Palaestinorum et de monachorum Aegyptiorum ecclesiaeque Alexandrinae statu litteras poscit. Acta concilii Chalcedonii, Latine reddita, mitti iubet. Leonis M. Opp. I. 1190 (Migne 54 p. 1024), Mansi VI. 220, Bull. Rom. T. E. App. I. 108. — „Agnovi in dilectionis".

„ 21. 490 (268) Episcopis, qui synodo Chalcedoniae interfuerunt, aperit, se, quae de fide statuerint, probare, sed, quae ad explendam episcopi Constantinopolitani vanitatem contra leges Nicaenas acta sint, ea irrita futura. Leonis M. Opp. I. 1193 (Migne 54 p. 1027), Hinschius Ps. Is. p. 577, Mansi VI. 225, Bull. Rom. T. E. I. 77. — „Πᾶσαν μὲν" „Omnem quidem fraternitatem".

„ 21. 491 (269) Marciano imperatori de litteris ad episcopos synodi Chalcedoniae missis significat. Commonitorium eius ad „monachos imperitos" laudat. Iulianum, episcopum Coensem, commendat. Leonis M. Opp. I. 1199 (Migne 54 p. 1031), Hinschius Ps. Is. p. 582, Mansi VI. 229, Bull. Rom. T. E. App. I. 111. — „Πολλή μοι" „Multa mihi in omnibus".

„ 21. 492 (270) Pulcheriae Augustae scribit, gaudere se, quod monachos seditiosos admonuerit. De epistola ad episcopos synodi Chalcedoniae data nunciat. Leonis M. Opp. I. 1206 (Migne 54 p. 1035), Mansi VI. 233, Bull. Rom. T. E. App. I. 112. — „Quamvis nullas nunc".

„ 21. 493 (271) Iuliano, episcopo Coensi, mittit litterarum ad episcopos synodi Chalcedoniae datarum exempla duo, quorum alteri suam ad Anatolium epistolam adiunctam ait, ut eligat, utrum ad provinciarum sacerdotes dimittendum imperatori tradat. Gaudet de Marciani „edicto" et Pulcheriae „responsione" ad monachos seditiosos missis. Iussu imperatoris se Eudociam Augustam ad iuvandam fidem catholicam admonuisse nunciat, „ut auctores seditionum ... vindicantium timerent potestatem". Monet, ut interim aequo animo ferat iniurias. Episcopum „a Thessalonicensi (ecclesia) ordinationis nuncium missum" narrasse scribit, Anatolium „Illyricianos episcopos, ut sibi subscriberent, convenisse". Leonis M. Opp. I. 1208 (Migne 54 p. 1037), Mansi VI. 234, Bull. Rom. T. E. App. I. 113. — „Quam vigilanter".

Apr. 2. 494 (272) Iuliano, episcopo Coensi, mandat, hortetur imperatorem, ut „incentores cruentarum seditionum iubeat competentius coerceri", et iis, „quorum vel consilio vel impulsu mala tanta commissa sint, nullius favoris praestet solatia". Miratur, Thalassum episcopum Gregorio cuidam, antea monacho, „scribendi vel praedicandi aliquam permisisse facultatem". „Omni virtute resistendum esse" ait „ne ea, quae ad sacerdotes pertineant, monachi sibi audeant vindicare". Leonis M. Opp. I. 1210 (Migne 54 p. 1039), Mansi VI. 237, Bull. Rom. T. E. App. I. 115. — „Litteras dilectionis tuae".

Iun. 11. 495 (273) Maximo, episcopo Antiocheno, scribit de Nestoriana et Eutychiana haeresi pariter propellenda; de privilegiis ecclesiae Antiochenae, „tertiae sedis", non imminuendis; de Nicaenis legibus custodiendis; de litteris ad Anatolium, episcopum Constantinopolitanum, missis. Monet, videat, „ut praeter eos, qui sint Domini sacerdotes, nullus sibi docendi et praedicandi ius audeat vindicare, sive ille monachus, sive sit laicus". Leonis M. Opp. I. 1212 (Migne 54 p. 1040), Mansi VI. 238, Bull. Rom. T. E. App. I. 116. — „Quantum dilectioni tuae".

„ 11. 496 (274) Theodoritum, episcopum Cyrensem, exsultare iubet, quod „incarnationis divinae mysterium saeculo redditum sit". Exponit de Nestorianis et Eutychianis aequa

**453.** (*Opilione cons.*)

lance vitandis damnandisque. De litteris ad Maximum missis addit. Leonis M. Opp. I. 1218 (Migne 54 p. 1046), Hinschius Ps. Is. p. 565, Mansi VI. 244, Bull. Rom. T. E. App. I. 119. — „Remeantibus ad nos".

496[a] *Proterio, episcopo Alexandrino, mittit „commonitorium" de paschate anni 455 concorditer cum ecclesia Romana die 17. m. Aprilis celebrando, cum solummodo mendosi codicis aut librarii errore dies 24. m. Aprilis in Theophili tabula paschali apparere potuerit. V. Proterii ep. ad Leonem in Leonis M. Opp. I. 1264 (Migne 54 p. 1085), Mansi VI. 279, Krusch Studien z. christl.-mittelalt. Chronologie p. 270.

Iun. 15. 497 (275) Marciano imperatori significat, dissensionem esse ortam, quo die pascha anni 455 sit celebrandum; namque quod in centenaria Theophili, episcopi Alexandrini, computatione ascriptum sit diei 24. m. Aprilis, id ab aliis ad diem 17. eiusdem mensis revocari. Rogat, „ut studium praestet, quatenus Aegyptii, vel si qui sunt alii, qui certam huius supputationis videntur habere notitiam, scrupulum absolvant, ut in eum diem generalis observantia dirigatur". (Missa est epistola per Darianum). Leonis M. Opp. I. 1228 (Migne 54 p. 1055), Mansi VI. 251, Bull. Rom. T. E. App. I. 123, Krusch Studien z. christl.-mittelalt. Chronologie p. 257. — „Tam multis documentis".

„ 15. 498 (276) Iuliano, episcopo Coensi, mandat, hortetur imperatorem de constituendo anni 455 die paschali. Leonis M. Opp. I. 1232 (Migne 54 p. 1058), Mansi VI. 254, Bull. Rom. T. E. App. I. 124, Krusch Studien z. christl.-mittelalt. Chronologie p. 260. (In antiquioribus editionibus ut in Caraffa I. II. 241, Labb. III. 1356 epistola ad Eudociam Augustam directa apparet). — „De paschali".

„ 15. 499 (277) Eudociam Augustam monet, nitatur, ut monachi Palaestini ad pacem fidemque perducantur. Leonis M. Opp. I. 1234 (Migne 54 p. 1060), Mansi VI. 256, Bull. Rom. T. E. App. I. 125. — „Quanta mihi catholicae".

500 (278) Universis monachis (non episcopis) per Palaestinam constitutis, qui epistolam ad Flavianum in Graecum male conversam erant indignati, copiose exponit et de incarnatione verbi et de Nestorii Eutychisque erroribus. Dolet, eos „evangelicae et apostolicae doctrinae resultare, exagitando seditionibus civitates, conturbando ecclesias, nec solum iniurias, sed etiam caedes presbyteris atque episcopis inferendo". Ut resipiscant, monet. Leonis M. Opp. I. 1236 (Migne 54 p. 1061), Hinschius Ps. Is. p. 574, Mansi VI. 258, Bull. Rom. T. E. I. 67. — „Sollicitudini meae, quam".

Iun. 25. 501 (279) Iulianum, episcopum Coensem, Constantinopoli degentem, de litterarum intermissione reprehendit. Leonis M. Opp. I. 1244 (Migne 54 p. 1068), Mansi VI. 264, Bull. Rom. T. E. App. I. 126. — „Saepissime dilectionem".

**454.** (*Aetio et Studio coss.*)

Ian. 9. 502 (280) Marciano imperatori gratulatur et de compressis Palaestinae tumultibus et de Iuvenali episcopo Hierosolymitano restituto. Aegyptum „exsecrabilis Dioscori contagiis" liberari cupit. Leonis M. Opp. I. 1245 (Migne 54 p. 1069), Mansi VI. 265, Bull. Rom. T. E. App. I. 127. — „Geminis clementiae".

„ 9. 503 (281) Iuliano, episcopo Coensi, de litteris ad imperatorem missis indicat. Nunciat, se Proterii, episcopi Alexandrini, epistolam fide plenam accepisse, iuraque tuiturum. Monet, operam det, ut paschale anni 455 tempus constituatur. Quare suarum ad Chalcedonios episcopos litterarum pars ea, quae agat de Anatolii ambitione, non sit recitata, miratur. Imperatorem pro Anatolio ad se scripsisse addit. Leonis M. Opp. I. 1246 (Migne 54 p. 1070), Mansi VI. 266, Bull. Rom. T. E. App. I. 128, Krusch Studien z. christl.-mittelalterl. Chronologie p. 261. — „Christianissimi principis".

Mart. 9. 504 (282) Marciano imperatori rescribit, libenti animo se cum Anatolio, episcopo Constantinopolitano, amicitiam facturum, dummodo et ambitionem deponat, et haereticorum intermittat consuetudinem, et ad epistolas suas respondeat. Leonis M. Opp. I. 1249 (Migne 54 p. 1073), Mansi VI. 269, Bull. Rom. T. E. App. I. 129. — „Si quantum vestra".

„ 10. 505 (283) Proterio, episcopo Alexandrino, respondet, restricte observandum esse, ne in haeresim pelliciantur animi. Monet, doceat populum, suis in scriptis nihil novi, sed vetera tantum praecepta patrum inesse. Ecclesiae eius iura confirmat. Leonis M. Opp. I. 1253 (Migne 54 p. 1075), Mansi VI. 271, Bull. Rom. T. E. App. I. 130. — „Laetificaverunt me".

**454.** (*Aetio et Studio coss.*)

Mart. 10. 506 (284) Marcianum imperatorem Proterio, episcopo Alexandrino, favere gaudet. De litteris ad eundem missis nunciat. Petit, ut sua ad Flavianum epistola, quam ab haereticis interpolatam ait, per Iulianum episcopum vel per alios viros idoneos in Graecum convertatur, ac signo imperiali consignata Alexandriam mittatur. Leonis M. Opp. I. 1256 (Migne 54 p. 1078), Hinschius Ps. Is. p. 583, Mansi VI. 274, Bull. Rom. T. E. App. I. 132. — „Puritatem fidei".

„ 10. 507 (285) Iulianum, episcopum Coensem, de epistola ad Flavianum in Graecum transferenda monet. De anni 455 paschate quid sit imperatori rescriptum, audire cupit, „quoniam" inquit „imminent dies, ut nosse possimus, quem diem formatis adscribere debeamus". Leonis M. Opp. I. 1259 (Migne 54 p. 1081), Mansi VI. 276, Bull. Rom. T. E. App. I. 134, Krusch Studien z. christl.-mittelalterl. Chronologie p. 263. — „Sumptis fratris et".

Apr. 15. 508 (286) Marciano imperatori pollicetur, in gratia se cum Anatolio fore, si is promissa persolverit. Eutychen ex eo loco, ubi adhuc exsulaverit, „ad longinquiora et secretiora" relegari cupit. Quid Alexandrini de anni 455 paschate responderint, significari sibi vult. Leonis M. Opp. I. 1274 (Migne 54 p. 1094), Hinschius Ps. Is. p. 583, Mansi VI. 288, Bull. Rom. T. E. App. I. 135. — „Quod saepissime".

Mai. 29. 509 (287) Anatolium, episcopum Constantinopolitanum, laudat, quod, remoto Andrea, Aetium restituerit. Hortatur, ut lapsos, si damnaverint errorem, suscipiat, neu contra decreta Nicaena alienos honores appetat. Leonis M. Opp. I. 1277 (Migne 54 p. 1096), Hinschius Ps. Is. p. 580, Mansi VI. 290, Bull. Rom. T. E. App. I. 136. — „Si firmo incommutabilique".

„ 29. 510 (288) Marciano imperatori de litteris ad Anatolium datis significat. Petit, ne damnatam haeresim patiatur a Caroso, monacho perverso, Constantinopoli defendi. Leonis M. Opp. I. 1279 (Migne 54 p. 1098), Mansi VI. 292, Bull. Rom. T. E. App. I. 138. — „Litterarum clementiae".

„ 29. 511 (289) Marciano imperatori significat, ecclesiarum concordiae gratia se Alexandrinorum sententiae accessisse, ut pascha anni 455 agatur die 24. m. Aprilis, Proteriumque de ea re certiorem esse factum. Iam iterum petit, ne ecclesiae Constantinopolitanae oeconomos a publicis iudicibus audiri sinat. Leonis M. Opp. I. 1282 (Migne 54 p. 1100), Mansi VI. 294, Bull. Rom. T. E. App. I. 139, Krusch Studien z. christl.-mittelalt. Chronologie p. 264. — „Sollicitudinem meam".

Iul. 28. 512 (290) Universos episcopos catholicos, per Gallias et Hispanias constitutos, de paschate anni 455 die 24. m. Aprilis celebrando certiores facit. („Post consulatum Opilionis"). Leonis M. Opp. I. 1283 (Migne 54 p. 1101), Conc. Gall. I. 567, Mansi VI. 295, Bull. Rom. T. E. App. I. 140, La Fuente Hist. eccl. de España. II. 446. — „Cum in omnibus".

„ 28. 513 *Alterum exemplar huius indictionis mittit ad Britanos. Annales Cambriae in Monum. Hist. Brit. I. 830, a. a. 453.

Sept. 4. 514 (291) Iuvenali, episcopo Hierosolymitano, restitutionem gratulatur, sed dolet, praeteritarum miseriarum ansam ab eo ipso fuisse praebitam. Hortatur, ut in fide permaneat. Leonis M. Opp. I. 1285 (Migne 54 p. 1103), Hinschius Ps. Is. p. 569, Mansi VI. 297, Bull. Rom. T. E. App. I. 141. — „*Δεξάμενος*" „Acceptis dilectionis tuae".

Dec. 6. 515 (292) Iuliano, episcopo Coensi, scribit, se mortuo Dioscoro sperare, fore ut iam facilius tollatur haeresis. Imperatoris fidem implorari iubet. De rebus Alexandrinis erudiri vult. Leonis M. Opp. I. 1295 (Migne 54 p. 1109), Mansi VI. 303, Bull. Rom. T. E. App. I. 143. — „Litteras dilectionis tuae".

**455.** (*Valentiniano augusto VIII. cons.*)

Mart. 11. 516 (293) Iulianum, episcopum Coensem, interrogat, quid sit, cur Carosus, ad fidem reversus, pergat Anatolii communionem vitare. Mandat, sibi significet et de eventu legationis Aegyptiae a Ioanne susceptae, et de statu episcopi Antiocheni, rei facti. Leonis M. Opp. I. 1296 (Migne 54 p. 1110), Mansi VI. 304, Bull. Rom. T. E. App. I. 144. — „Per filium meum".

„ 13. 517 (294) Marciano imperatori Occidentales sacerdotes omnes admonitos nunciat, ut huius anni pascha die 24. m. Aprilis agerent. Carosum et Dorotheum monachos

| | | |
|---|---|---|
| | | **455.** (*Valentiniano augusto VIII. cons.*) |
| | | haereticos, in exsilium eiectos esse gaudet. Leonis M. Opp. I. 1297 (Migne 54 p. 1110), Mansi VI. 305, Bull. Rom. T. E. App. I. 144, Krusch Studien z. christl. mittelalt. Chronologie p. 264. — „Quanta sit in vestra". |
| Mart. 13. | | 518 (295) Anatolium, episcopum Constantinopolitanum, ad comprimendas haereticorum reliquias adhortatur. Leonis M. Opp. I. 1298 (Migne 54 p. 1111), Mansi VI. 306, Bull. Rom. T. E. App. I. 145. — „Curae esse dilectioni". |
| Iun. 2? | „Extra portas" Romae | Geisericum, Wandalorum regem, „ita lenivit, ut, cum omnia potestatis ipsius essent, tradita sibi civitate, ab igne tamen et caede atque suppliciis abstineretur", Prosperi Aquitani chron. integr. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. I. 675 (Migne 51 p. 605). Verisimillimum est, Romam a Geiserico die 2. m. Iunii esse captam; tradit enim Victor Tunnunensis in chron. ap. Roncallium II. 341 (Migne 68 p. 943), illum Romam ingressum esse „tertia die postquam Maximus occiditur", quem imperatorem die 31. m. Maii interfectum reperimus in Prosperi chron. e cod. Vatic. ap. Roncallium I. 719. Cf. Papencordt Geschichte der vandalischen Herrschaft in Africa p. 344 sq. |
| Iul. 6. | Romae | „in octavis apostolorum Petri et Pauli". V. Leonis M. Serm. LXXXIV. Opp. I. 335 (Migne 54 p. 433). „Pudet dicere", inquit „sed necesse est non tacere, plus impenditur daemoniis, quam apostolis, et maiorem obtinent frequentiam insana spectacula, quam beata martyria; ... liberationem nostram non, sicut opinantur impii, stellarum effectibus, sed ineffabili omnipotentis Dei misericordiae deputantes, qui corda furentium barbarorum mitigare dignatus est, ad tanti vos beneficii memoriam toto fidei vigore conferte". |
| | | **457.** (*Constantino et Rufo coss.*) |
| | | 519 (296) *Leoni I. Augusto imperium gratulatur. V. Leonis M. ep. 521. |
| Iun. 1. | | 520 (297) Iuliano, episcopo Coensi, respondet, gaudere se, quod „ea, quae Eutychianistae post obitum principis Marciani excitare moliti sint, destructa sint". Addit, incertos „quosdam ad se rumores de Alexandrini populi ausibus" allatos esse. Leonis M. Opp. I. 1299 (Migne 54 p. 1112), Mansi VI. 306, Bull. Rom. T. E. App. I. 145. — „Gratias Deo, quod". |
| Iul. 11. | | 521 (298) Leonem I. imperatorem hortatur, ut perturbatam ecclesiam Alexandrinam ab haereticis defendat, et eidem ecclesiae catholicum episcopum praefici iubeat, decretaque Chalcedonia tueatur. Leonis M. Opp. I. 1300 (Migne 54 p. 1113), Mansi VI. 307, Bull. Rom. T. E. App. I. 146. — „Officiis, quae ad". |
| „ 11. | | 522 (299) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, respondet, admonitu eius se ecclesiam Alexandrinam imperatori commendasse. Leonis M. Opp. I. 1302 (Migne 54 p. 1115), Mansi VI. 309, Bull. Rom. T. E. App. I. 147. — „Satis claret". |
| „ 11. | | 523 (300) Iulianum, episcopum Coensem, et Aetium presbyterum de intermisso litterarum officio reprehendit. De rebus Alexandrinis addit. Leonis M. Opp. I. 1304 (Migne 54 p. 1116), Mansi VI. 310, Bull. Rom. T. E. App. I. 148. — „Quamvis dudum". |
| Sept. 1. | | 524 (301) Leoni I. imperatori gratias agit, quod „in totius mundi pacem, Chalcedonensis synodi se esse custodem" professus sit. Leonis M. Opp. I. 1305 (Migne 54 p. 1117), Mansi VI. 311, Bull. Rom. T. E. App. I. 149. — „Licet proxime". |
| „ 1. | | 525 (302) Euxitheum Thessalonicensem, Iuvenalem Hierosolymitanum, Petrum Corinthium, Lucam Dyrrachenum „a pari" concitat adversus Eutychianos, qui interfecto Proterio, episcopo Alexandrino, id contendant, ut ad abolenda statuta Chalcedonia cogatur concilium. Sperat fore, ut imperator et patricius (Aspar), si sacerdotum intellexerint concordiam, ecclesiam perturbari ab haereticis non patiantur. Leonis M. Opp. I. 1311 (Migne 54 p. 1120), Mansi VI. 315, Bull. Rom. T. E. App. I. 150. — „Cognitis, quae apud". |
| „ 1. | | 526 (303) Basilio, episcopo Antiocheno, quae superiore epistola, eadem iisdem verbis aperit, praemissa vituperatione ordinationis sibi non significatae. Leonis M. Opp. I. 1309 (Migne 54 p. 1119), Mansi VI. 313, Bull. Rom. T. E. App. I. 149. — „Ordinationem quidem". |
| „ 1. | | 527 (304) Iuliano, episcopo Coensi, mandat, ut superiores epistolas suas (ep. 525) ad episcopos celeriter perferendas curet. „Miratur, calumniantium vanitati aliquid adhuc in epistola sua (ad Flavianum), quae universo mundo placuit, obscurum videri, ut |

**457.** (*Constantino et Rufo coss.*)

de ea putent apertius exponendum". Leonis M. Opp. I. 1314 (Migne 54 p. 1122), Mansi VI. 317, Bull. Rom. T. E. App. I. 152. — „Existente occasione".

Sept. 1. 528 (305) Aetio, presbytero Constantinopolitano, mandat, ut exempla suarum „generalium litterarum" (v. supra epp. 525, 526) ad Antiochenum et Hierosolymitanum episcopos mittat. „Exemplaria quoque litterarum, quas Galli ad se atque Itali episcopi concordi credulitate miserunt, pariter dirigit". Leonis M. Opp. I. 1315 (Migne 54 p. 1123), Mansi VI. 318, Bull. Rom. T. E. App. I. 153. — „Accepimus dilectionis".

„ 1. 529 (306) Anatolium, episcopum Constantinopolitanum, monet et de catholica puritate conservanda et de Attico, presbytero haeretico, aut corrigendo aut removendo. Leonis M. Opp. I. 1313 (Migne 54 p. 1121), Mansi VI. 316, Bull. Rom. T. E. App. I. 151. — „Fidem dilectionis tuae".

Oct. 11. 530 (307) Episcopos Aegyptios, Constantinopoli exsulantes, consolatur et bene sperare iubet. Imperatori se gratias egisse scribit, quod humane eos suscepisset. Leonis M. Opp. I. 1316 (Migne 54 p. 1124), Mansi VI. 319, Bull. Rom. T. E. App. I. 153. — „Licet laboribus".

„ 11. 531 (308) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, indicat de litteris ad episcopos Aegyptios missis. Hortatur, coerceat clericos ad haereticorum causam inclinantes. Leonis M. Opp. I. 1317 (Migne 54 p. 1125), Hinschius Ps. Is. p. 577, Mansi VI. 320, Bull. Rom. T. E. App. I. 154. — „Diligentiam necessariae".

Dec. 1. 532 (309) Leoni I. imperatori significat, se quamvis cupiat, non posse ad eum venire. Hortatur, ne sinat de statutis Chalcedoniis denuo tractari, atque ut ecclesiam Alexandrinam, nunc „speluncam latronum", catholicae fidei reconciliet. Addit de clericis Constantinopolitanis, haereticorum sociis, expellendis, et Iulianum, episcopum Coensem, Aetiumque presbyterum commendat. Leonis M. Opp. I. 1321 (Migne 54 p. 1127), Mansi VI. 323, Bull. Rom. T. E. App. I. 156. — „Litteras clementiae tuae".

„ 1. 533 (310) Episcopos Aegyptios, Constantinopoli exsulantes, iubet magno animo esse, monetque, ut imperatorem ad communem fidem defendendam sedulo adhortentur. Leonis M. Opp. I. 1328 (Migne 54 p. 1134), Mansi VI. 329, Bull. Rom. T. E. App. I. 160. — „Olim me commissorum".

534 (311) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, mandat, hortetur imperatorem, ut et universalem ecclesiam tueatur, et liberet Alexandrinam. Gaudet, quatuor tantum episcopos Aegyptios stare cum Timotheo, haeretico episcopo Alexandrino. Synodum haereticis ab imperatore concedi non vult. Monet, ut Atticum presbyterum et Andream, Eutychianos, nisi resipuerint, pellat. Leonis M. Opp. I. 1326 (Migne 54 p. 1132), Mansi VI. 327, Bull. Rom. T. E. App. I. 159. — „Rursus acceptis".

535 Aetium monet de statutis rebus non esse denuo disputandum, et animi sui constantiam profitetur. (Fragmenta.) Epist. Pelagii II. infra ep. 1054, ap. Mansi IX. 438, Migne 72 p. 721; cf. Leonis M. Opp. I. 1456 (Migne 54 p. 1230), Bull. Rom. T. E. App. I. 199. — „Ne patiatur" „Nihil ab apostolis".

**458.** (*Leone et Maioriano augustis coss.*)

Mart. 21. 536 (312) Nicetae, episcopo Aquileiensi, respondet, quae femina, capto viro, ad secundas transierit nuptias, eam illi reverso et reposcenti esse reddendam; immolaticios cibos qui ex necessitate ederint captivi, iis poenitentiam non negandam; rebaptizatis ad ecclesiam redeuntibus et poenitentiam iniungendam et manum imponendam esse, at qui semel ab haereticis baptizati sint, eos sola manus impositione recipiendos. Leonis M. Opp. I. 1330 (Migne 54 p. 1135), Hinschius Ps. Is. p. 620, Mansi VI. 331, Rubeis Mon. eccl. Aquilei. p. 148, Bull. Rom. T. E. I. 78. — „Regressus ad nos".

„ 21. 537 (313) Episcopos clericosque Aegyptios, Constantinopoli exsulantes, in spem restitutionis adducit. De legato ex imperatoris voluntate a se mittendo significat. Ne evangelicam fidem impugnari sinant, monet, „nam" inquit „definitarum rerum, quas tantae synodi vel christianissimi principis sanxit auctoritas et apostolicae sedis confirmavit assensus, nihil oportet discuti". Leonis M. Opp. I. 1336 (Migne 54 p. 1140), Mansi VI. 335, Bull. Rom. T. E. App. I. 161. — „Tribulationem, quam".

„ 21. 538 (314) Presbyteris, diaconis, clericis Constantinopolitanis scribit de fide catholica servanda, de decretis Chalcedoniis non violandis, de Attico et Andrea Eutychianis

**458.** (*Leone et Maioriano augustis coss.*)

aut corrigendis aut removendis. Leonis M. Opp. I. 1337 (Migne 54 p. 1142), Mansi VI. 337, Bull. Rom. T. E. App. I. 162. — „Laetificatus valde sum".

Mart. 21. — 539 (315) Leoni I. imperatori significat, se eius hortatu legatos missurum; quibus praescriptum fore, ut, „quae quidem sit apostolicae fidei regula, demonstrent", ne vero „confligant cum hostibus fidei", cum de rebus et Nicaeae et Chalcedone constitutis quaeri non debeat. De liberanda ecclesia Alexandrina addit. Leonis M. Opp. I. 1339 (Migne 54 p. 1143), Hinschius Ps. Is. p. 578, Mansi VI. 338, Bull. Rom. T. E. App. I. 163. — „Multo gaudio mens".

„ 28. — 540 (316) Anatolio, episcopo Constantinopolitano, respondet, se, cum de cavendis haereticorum fautoribus scripserit, eius offensionem non spectasse. Ab Attico presbytero certam definitamque haeresis Eutychianae improbationem exigi vult. Leonis M. Opp. I. 1342 (Migne 54 p. 1146), Hinschius Ps. Is. p. 579, Mansi VI. 341, Bull. Rom. T. E. App. I. 166. — „Lectis dilectionis tuae".

Aug. 17. — 541 (317) Leoni I. imperatori commendat Domitianum et Geminianum, legatos suos. Quaestiones in synodo Chalcedonia absolutas non licere scribit de integro institui. Hortatur, ut ecclesiam Alexandrinam liberet, et catholicum episcopum ibi constitui iubeat, exsulesque episcopos Aegyptios restituat. Leonis M. Opp. I. 1344 (Migne 54 p. 1148), Mansi VI. 343, Bull. Rom. T. E. App. I. 167. — „Multis manifestisque".

„ 17. — 542 (318) Leoni I. imperatori cum de Nestorii Eutychisque erroribus, tum de incarnatione Christi copiose exponit, adiunctis testimoniis Hilarii, Athanasii, Augustini, Ambrosii, Iohannis, Theophili, Gregorii, Basilii, Cyrilli. Leonis M. Opp. I. 1353 (Migne 54 p. 1155), Hinschius Ps. Is. p. 584, Mansi VI. 351, Bull. Rom. T. E. App. I. 170. — „Promisisse me" „Ὑποσχόμενον".

Romae — Synodus. V. sequentem epistolam. (Hefele II. 581).

Oct. 24. — 543 (319) Neoni, episcopo Ravennati, significat, in synodo nuper habita esse statutum, ne baptisma negetur iis, qui, cum infantes in captivitatem abstracti essent, domum reversi memoriam accepti baptismatis non habeant. Docet, homines ab haereticis baptizatos impositione manus esse recipiendos. Leonis M. Opp. I. 1405 (Migne 54 p. 1191), Hinschius Ps. Is. p. 626, Mansi VI. 387, Bull. Rom. T. E. I. 74 (quod antiquiores editiones sequens falso pro Neoni „Leoni" ponit). — „Frequenter quidem".

**458—459.**

544 (320) Rustico, episcopo Narbonensi, permittit, ut de Sabiniano et Leone, adulteris presbyteris, statuat. Hortatur, ne se munere episcopali abdicet. Addit, episcopum clero eligendum esse, plebi expetendum, provincialibus episcopis consecrandum; de presbyterorum diaconorumque poenitentia; de episcoporum et presbyterorum matrimoniis; de uxoribus et concubinis; de poenitentia; de monachis et monialibus, qui a suscepto voto defecerint; de baptismo. Leonis M. Opp. I. 1416 (Migne 54 p. 1199), Hinschius Ps. Is. p. 615, Conc. Gall. I. 475, Mansi VI. 397, Bull. Rom. T. E. I. 42. — „Epistolas fraternitatis".

**459.** (*Recimere cons.*)

Mart. 6. — 545 (321) Universis episcopis per Campaniam, Samnium et Picenum constitutis praescribit, ne baptismum, nisi paschatis pentecostesque diebus, tribuant, neve scriptam poenitentium professionem publice recitent. Leonis M. Opp. I. 1429 (Migne 54 p. 1209), Hinschius Ps. Is. p. 629, Mansi VI. 410, Bull. Rom. T. E. I. 79. — „Magna indignatione".

**460.** (*Magno et Apollonio coss.*)

Iun. 17. — 546 (322) Leoni I. imperatori gratulatur de Timotheo Aeluro ex ecclesia Alexandrina expulso. Monet, ut in locum illius catholicum substituendum curet episcopum, „nulla damnatae toties impietatis infectum aspergine", neu restitui sinat Timotheum, „si etiam in professione fidei nihil negligat, nihil fallat". Leonis M. Opp. I. 1431 (Migne 54 p. 1212), Mansi VI. 412, Bull. Rom. T. E. App. I. 188. (De notis consularibus huius anni epistolarum cf. Rossi Inscript. christ. U. R. p. 351). — „Si gloriosum pietatis".

„ 17. — 547 (323) Gennadio, episcopo Constantinopolitano, queritur, quod Timotheo, deiecto

**460.** (*Magno et Apollonio coss.*)

episcopo, licuerit Constantinopolim venire. Cuius aditum sermonemque defugiat, operamque det, ut catholicus ecclesiae Alexandrinae praeficiatur episcopus. Leonis M. Opp. I. 1433 (Migne 54 p. 1214), Mansi VI. 414, Bull. Rom. T. E. App. I. 189. — „Dilectionis tuae litteris".

Aug. 18. 548 (324) Timotheo Salophakiolo, episcopo Alexandrino, electionem gratulatur, eumque ad delenda vestigia Nestoriani Eutychianique errorum adhortatur. Crebras litteras poscit. Leonis M. Opp. I. 1435 (Migne 54 p. 1215), Mansi VI. 415, Bull. Rom. T. E. App. I. 190. — „Evidenter apparet".

„ 18. 549 (325) Presbyteris et diaconis Alexandrinis de novo episcopo gratulatur. Pacem concordiamque suadet, „quia" inquit „varietatem veritas, quae est simplex atque una, non recipit". Leonis M. Opp. I. 1436 (Migne 54 p. 1216), Mansi VI. 416, Bull. Rom. T. E. App. I. 191. — „Gaudeo exultanter".

„ 18. 550 (326) Theophilum, Ioannem, Athanasium, Abraham, Danielem, Ioaham, Paphnutium, Musaeum, Panulvium et Petrum, episcopos Aegyptios, hortatur, ut, quem consecraverint, Timotheum, Alexandrinum episcopum, in abolendis scandalis adiuvent. Leonis M. Opp. I. 1437 (Migne 54 p. 1217), Mansi VI. 417, Bull. Rom. T. E. App. I. 191. — „Litteris fraternitatis vestrae".

**440—461.**

†551 (CXCIII) § Universis Germaniarum et Galliarum regionum episcopis praecipit, ne diutius contra canones sinant a chorepiscopis altaria erigi, ecclesias consecrari, baptismum tribui, chrisma confici, poenitentes reconciliari, epistolas formatas dari". Hinschius Ps. Is. p. 628, Maassen Wiener Sitzungsber. 54 p. 189, Leonis M. Opp. II. 1270 (Migne 54 p. 1238), Mansi VI. 431, Bull. Rom. T. E. App. I. 193. — „Cum in Dei nomine".

**461.**

Nov. 10. Romae Moritur. Martyrologium Hieronymianum in S. Hieronymi Opp. XI. 517 (Migne 30 p. 481): „Romae depositio S. Leonis papae"; colitur autem memoria Leonis in ecclesia catholica aut d. 11. m. Apr. aut d. 28. m. Iunii. Cf. Rossi in Bulletino di arch. crist. S. I. T. II. p. 56.

---

## S. HILARUS. 461—468.

**461.**

Nov. 12. Consecratur die dominico „II. id. Novembris", ut tradit e fonte nescimus quo unus Marianus Scottus MG. SS. V. 535. Cf. Thiel, Epistolae Rom. Pont. I. 126.

**462.** (*Severo augusto cons.*)

Ian. 25. 552 (327) Leontio, episcopo Arelatensi, pontificatum ad se venisse nunciat; quod totius provinciae episcopis significari vult. Conc. Gall. I. 597, Mansi VII. 931, Migne 58 p. 22, Bull. Rom. T. E. App. I. 201, Thiel I. 137. — „Quantum reverentiae".

553 (328) Ad Leontii, episcopi Arelatensis, litteras (quas putat antea datas, quam superior sua epistola ad eum pervenerit) respondet. Frequenter cum eo per litteras colloqui cupit. Pollicetur, „hoc se ad universalem sacerdotum Domini concordiam provisurum, ut omnes non sua audeant quaerere, sed quae sunt Christi studeant obtinere". Conc. Gall. I. 601, Mansi VII. 933, Migne 58 p. 23, Bull. Rom. T. E. App. I. 202, Thiel I. 139. — „Dilectioni meae".

Nov. 3. 554 (329) Leontium, episcopum Arelatensem, de episcopatu Narbonensi, per Hermem invaso, nondum ad se retulisse, miratur. Mandat, omnia sibi significet, „ut" inquit „quod definire possimus, recurrenti pagina possitis agnoscere". Conc. Gall. I. 601, Mansi VII. 933, Migne 58 p. 24, Bull. Rom. T. E. App. I. 202, Thiel I. 140. — „Miramur fraternitatem".

„ c.12. Romae Concilium. V. epistolam, quae sequitur. (Hefele II. 589).

**462.** (*Severo augusto cons.*)

Dec. 3. — 555 (330) Episcopis provinciae Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primae et secundae et Alpinae (al. Alpium Penninarum l. A. Maritimarum) nunciat, se, „numeroso concilio et ex diversis provinciis ad diem natalis sui (i. e. consecrationis diem 12. Nov.) in honorem b. Petri apostoli congregato", decrevisse, ut quam ordinandorum episcoporum potestatem habuisset Hermes episcopus, a Biterrensi ecclesia ad Narbonensem contra decreta patrum translatus, ea deferretur ad Constantium, episcopum Uceticensem, sed illis, qui Hermi successissent, restitueretur. Praecipit, ut, quotannis metropolitanis a Leontio, episcopo Arelatensi, per litteras admonitis, „ex provinciis quibus potuerit" concilium episcopale ad tuendam canonum auctoritatem celebrent; ubi „quae non potuerint terminari" causae graviores, eas ad se deferri vult. Vetat clericos sine litteris metropolitani e provincia proficisci, ab alienoque episcopo recipi. Mandat, statuant de parochiis ecclesiae Arelatensis, Hilario, Leontii decessori, ablatis. Ecclesiarum bona conservari iubet. Conc. Gall. I. 603, Mansi VII. 934, Migne 58 p. 24, Bull. Rom. T. E. I. 81, Thiel I. 141. — „Quamquam notitiam".

**463.** (*Basilio cons.*)

Oct. 10. — 556 (331) Leontio, episcopo Arelatensi, mandat, ut „in conventu synodali, secundum statuta sua annis singulis congregando", rationem a Mamerto, episcopo Viennensi, reposcat, quare „contra sedis apostolicae constituta" episcopum Diensis ecclesiae „apostolicae sedis auctoritate ei non deputatae" consecraverit, ipso oppido hostiliter occupato. Conc. Gall. I. 607, Mansi VII. 936, Migne 58 p. 27, Bull. Rom. T. E. I. 86, Thiel I. 146. — „Qualiter contra sedis".

**464.** (*P(ost) C(onsulatum) Basilii cons.*)

Febr. 25. — 557 (332) Victuro, Ingenuo, Ydatio, Eustasio, Fonteio, Viventio, Eulalio, Verano, Fausto, Auxanio, Proculo, Ausonio, Paulo, Memoriali, Coelestio, Proiecto, Eutropio, Avitiano, Urso, Leontio episcopis respondet, se de Mamerto, episcopo Viennensi, non capturum poenam; si vero Leontii, episcopi Arelatensis, laedere iura perrexerit, fore ut quatuor illae civitates, Viennensi ecclesiae a Leone I. tributae, restituantur ecclesiae Arelatensi. Quae ut Mamerto significaret, Verano episcopo mandatum esse scribit. Nunciat, se censuisse, ut Diensis episcopi „sacerdotium, Leontii confirmaretur arbitrio, a quo rite debuerit consecrari". Conc. Gall. I. 609, Mansi VII. 938, Migne 58 p. 28, Bull. Rom. T. E. I. 84, Thiel I. 148. — „Sollicitis admodum".

558 (333) *Verano episcopo dat negotium, ut, quid ipse statuerit, Mamerto, episcopo Viennensi, significet. V. superiorem epistolam.

559 (334) Episcopos provinciae Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primae et secundae, Alpinae, hortatur, ut singulis annis a Leontio, episcopo Arelatensi, vocati ad concilium se conferant, „neu quisquam fratrum in alterius prorupturus iniuriam transcendat terminos, a venerandis patribus constitutos". De Mamerto, episcopo Viennensi, addit. Conc. Gall. I. 613, Mansi VII. 937, Migne 58 p. 27, Bull. Rom. T. E. I. 83, Thiel I. 151. — „Etsi meminerimus".

**465.** (*Flavio Basilisco et Herminerico coss.*)

Nov. 19. — In basilica S. Mariae — Synodus episcoporum 48 (50), qui decernunt, ne consequantur gradus sacratos, qui non virginem in matrimonium duxerint, qui secundas ad nuptias pervenerint, rudes litterarum, mutilati, poenitentes. Episcopis interdicunt, ne successores suos designent. Voelli et Justelli Bibl. I. 249, Migne 58 p. 12, La Fuente Hist. eccl. de España II. 464, Thiel I. 159: „XIII. kal. Dec." (recte, nam dies dominicus fuit); Hinschius Ps. Is. p. 630: „XII. kal. Dec."; Lupus ad Ephes. conc. var. patr. epist. p. 471 et Mansi VII. 965: „XVI. kal. Dec."; Mansi VII. 959: „XV. kal. Dec." (Hefele II. 592).

Dec. 30. — 560 (335) Ascanio et universis episcopis Tarraconensis provinciae Silvanum, episcopum Calagurensem, excusatum nunciat. Reprehendit eos, quod, insciente Ascanio metropolitano, nonnulli eorum ordinati sint, et quod a se petierint, ut Irenaeum episcopum, in ecclesiam Barcinonensem contra canones translatum, confirmaret. „In conventu fratrum ... natalis sui festivitate congregato" statutum nunciat, ut Irenaeus ad priorem ecclesiam rediret, Barcinonensibusque de proprio clero episcopus praeficeretur, ab Ascanio et eligendus et consecrandus. Viduas qui duxerint, eos numero

**465.** (*Flavio Basilisco et Herminerico coss.*)

episcoporum eximi iubet, itemque litterarum imprudentes et mutilatos. Ecclesiis duos simul episcopos praeesse vetat. Voelli et Justelli Bibl. I. 252, Hinschius Ps. Is. p. 631, Lupus ad Ephes. conc. var. patr. epist. p. 479, Mansi VII. 927, Migne 58 p. 17, Bull. Rom. T. E. I. 86, La Fuente Hist. eccl. de España II. 466, Thiel I. 165. — „Postquam litteras“.

561 (336) Ascanium, episcopum Tarraconensem, ut privilegia sua tueatur, monet. De rebus superiore epistola significatis addit. Hinschius Ps. Is. p. 631, Mansi VII. 929, Migne 58 p. 19, Bull. Rom. T. E. App. I. 203, La Fuente Hist. eccl. de España II. 469, Thiel I. 169. — „Divinae circa“.

**463—466.**

562 (337) Leontio, Verano, Victuro episcopis mandat, ut de controversia inter Ingenuum, episcopum Ebredunensem, et Auxanium episcopum cognoscant. Quae sibi in Ingenuum elicita sint, ea stare debere negat. Provinciam eiusdem integram servari et ecclesias Cemelensis civitatis ac Nicensis castelli uni eidemque episcopo regendas denuo mandari iubet. Conc. Gall. I. 615, Mansi VII. 930, Migne 58 p. 20, Bull. Rom. T. E. I. 80, Thiel I. 152. — „Movemur ratione“.

**461—468.**

563 Omnibus episcopis per diversas provincias scribit: „Iniuria sacerdotum et ecclesiarum sacrilegium est“. (Fragmentum.) Acta synodi Triburiensis a. 895 c. 4. ap. Mansi XVIII. 135; cf. Thiel I. 173. — „Iniuria“.

564 *Ad episcopos Orientales dirigit epistolam encyclicam de fide catholica. Liber Pontificalis ap. Vignoli I. 154; cf. Thiel I. 173.

†565 (338) Nicephoro et aliis episcopis per provincias significat, se Euxitheo (episcopo Thessalonicensi) scripsisse, ut N. „in eversionem regionis“ consecratus episcopus Adrianopolitanus, „si in hoc officio, quod indigne adeptus esset, desideraret permanere, quidquid contra catholicam (fidem) sensisset, cum Eutycia et Nestoria sua professione condemnaret“. (Fragmentum.) Schannat et Hartzheim Conc. Germ. II. 329, Mansi XV. 761, Bull. Rom. T. E. App. I. 205, Thiel I. 174. — „N. autem“.

†566 (cxcv) Censet haec: „Ubi pars est corporis, est et totum; eadem ratio est in corpore Domini“. Gratiani decr. III. D. II. c. 78, Mansi VII. 941, Migne 58 p. 31. (Hilario Pictaviensi adscribendum esse videtur, cf. Thiel I. 173). — „Ubi pars est“.

†567 (cxcvi) Decernit haec: „Si quis videtur contentiosus esse, dicente apostolo, nos talem consuetudinem non habemus, sed neque ecclesia Dei; si quis facit, notetur, usquequo se corrigat“. Burchardi decr. X. c. 55, Ivonis decr. XIII. c. 56, Mansi VII. 942, Migne 58 p. 32, Thiel I. 173. — „Si quis videtur“.

†568 (cxcviii) Viduam qui in matrimonio duxerit, eum censet non posse sacerdotem esse. Regino II. app. III. c. 61. (Est cap. 2. Innocentii I. epistolae supra reg. 314). — „De digamis autem“.

**468.**

Febr. 21. Moritur. Cum enim secundum Catal. Corb. ap. Mabillon Vet. anal. p. 218 et alios multos catalogos Hilarus annos 6 m. 3 d. 10 sederit, mors eius ipsi diei 21. m. Febr. a. 468 ascribenda est; quem diem etiam Marianus Scottus MG. SS. V. 536 diserte indicat: „Hilarius papa obiit IX. kal. Martii“.

---

## S. SIMPLICIUS. 468—483.

**468.**

Febr. 25. Consecratur. Nam quem die 2. m. Martii a. 483 mortem obiisse constat, eum annos 15 et dies 7 sedisse reperimus in Cat. Corb. ap. Mabillon Vet. anal. p. 218. Cf. Thiel I. 174.

**468—474.**

569 *Leonem imperatorem docet, se non posse consensum praebere decretis Chalcedoniae synodi de Constantinopolitanae ecclesiae praerogativis. Epist. Gelasii ad episcopos Dardaniae infra ep. 664 ap. Thiel I. 407.

**475.** (*Post consulatum Leonis augusti.*)

Nov. 19. 570 (339) Florentio, Equitio, Severo episcopis nunciat, ordinandi potestatem Gaudentio, episcopo Aufiniensi, ademptam esse, Severoque episcopo mandatum, „ut in supradicta ecclesia hoc fungatur officio". Illicitas illius ordinationes rescindit. Quartam reditus ecclesiastici partem Gaudentio tribui vult, alienata vero ecclesiae bona repeti iubet. Mansi VII. 973, Migne 58 p. 37, Bull. Rom. T. E. I. 88, Thiel I. 175. — „Relatio nos vestrae".

„ 19. 571 *Severo episcopo ordinationum in Aufiniensi ecclesia potestatem delegat. V. superiorem epistolam.

**476.** (*Basilisco augusto cons.*)

Ian. 9. 572 (340) Acacio, episcopo Constantinopolitano, mandat, omnibus nervis contendat, ut imperator ecclesiam Alexandrinam a Timotheo invasore liberet, neu synodum cogi ab haereticis patiatur. Mansi VII. 977, Migne 58 p. 41, Bull. Rom. T. E. App. I. 207, Thiel I. 177. — „Quantum presbyterorum".

„ 10. 573 (341) Basiliscum (non Zenonem) imperatorem obsecrat, ut Timotheum Aelurum, qui et ecclesiam Alexandrinam, pulso catholico episcopo, iterum invaserit, et Constantinopoli sacra procuraverit, coerceat; catholicumque de incarnatione dogma, ut Marcianus et Leo imperatores, sic ipse tueatur contra haereticos. Mansi VII. 974, Migne 58 p. 38, Bull. Rom. T. E. App. I. 208, Thiel I. 179. — „Cuperem quidem".

„ 11. 574 (342) Presbyteros et archimandritas apud Constantinopolim constitutos laudat, quod Timotheum Aelurum non receperint. Hortatur, persteut in fide, et statutis Chalcedoniis et Leonis I. epistolis explicata. Mansi VII. 979, Migne 58 p. 43, Bull. Rom. T. E. App. I. 211, Thiel I. 183. — „Per filium nostrum".

575 (343) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, iterum monet, ut et Timothei Aeluri consuetudinem vitet, et imperatorem ad servanda statuta Chalcedonia adhortetur. Mansi VII. 978, Migne 58 p. 42, Bull. Rom. T. E. App. I. 213, Thiel I. 186. — „Cum filii nostri".

**477.** (*Post consulatum Basilisci et Armati.*)

Oct. 9. 576 (344) Zenoni Augusto recuperatum imperium gratulatur. Ecclesiam Alexandrinam, ab invasore liberatam, legitimo episcopo reddi, et in locum eorum, quos ecclesiis praefecerit Timotheus Aelurus, catholicos substitui, decretaque Chalcedonia servari vult. Mansi VII. 980, Migne 58 p. 44, Bull. Rom. T. E. App. I. 213, Thiel I. 186. — „Inter opera".

577 (345) Acacio, episcopo Constantinopolitano, gratias agit, quod dilabentem haereticorum fortunam sibi nunciaverit. Imperatorem moneri vult, „ut Timotheus Aelurus ad irremeabile dirigatur exsilium". Eadem sorte dignum esse scribit Paulum, de Ephesia ecclesia, et Petrum, Antiochia depulsos, et Antonium, „tyrannorum antesignanum", et Iohannem, Apameni sacerdotii invasorem; quos omnes anathematizat in perpetuum. In synodo Constantinopolitana statui quidquam contra decreta Chalcedonia vetat. Holstenii Coll. Rom. I. 194, Mansi VII. 995, Migne 58 p. 59, Bull. Rom. T. E. App. I. 215, Thiel I. 189. — „Litteris tuae dilectionis".

**478.** (*Illo cons.*)

Mart. 13. 578 (346) Acacio, episcopo Constantinopolitano respondet, litteras eius sibi gratas fuisse, quibus cognovisset, Timotheum Salophakiolum ecclesiam Alexandrinam recuperasse. Quem admoneri iubet, ut de Dioscori damnati nomine quondam „inter altaria recitato", sibi satisfaciat. Mansi VII. 983, Migne 58 p. 47, Bull. Rom. T. E. App. I. 216, Thiel I. 195. — „Quam sit efficax".

579 (347) Zenoni Augusto gratulatur, quod Timotheo Salophakiolo ecclesiam Alexandrinam restituerit; cuius litteras sibi redditas esse nunciat. Rogat, pelli iubeat Petrum, eiusdem ecclesiae invasorem, iure damnatum. (Missa est epistola per Petrum

**478.** (*Illo cons.*)

v. sp. comitem Placidiae). Mansi VII. 984, Migne 58 p. 48, Bull. Rom. T. E. App. I. 217, Thiel I. 196. — „Olim divinorum".

580 (348) Acacio, episcopo Constantinopolitano, significat, Timotheum Salophakiolum, episcopum Alexandrinum, a se veniam petiisse, quod quondam timore perterritus Dioscori nomen inter altaria recitasset. Addit de sua ad imperatorem epistola, et de deprecatoriis ad se litteris eorum, qui cum Timotheo Aeluro et Petro fuerant. (Missa per Petrum). Mansi VII. 985, Migne 58 p. 49, Bull. Rom. T. E. App. I. 218, Thiel I. 197. — „Quantos et quam uberes".

Oct. 17. (23.) 581 (350) Zenonem Augustum hortatur, protegat Timotheum, restitutum episcopum Alexandrinum, propellatque Petrum, eiusdem ecclesiae invasorem. Mansi VII. 986, Migne 58 p. 50, Bull. Rom. T. E. App. I. 220, Thiel I. 199. — „Proxime quidem cum".

„ 17. (23.) 582 (349) Acacio, episcopo Constantinopolitano, mandat, moneat imperatorem, ut Petrum, invasorem ecclesiae Alexandrinae, in exsilium agat. Mansi VII. 987, Migne 58 p. 51, Bull. Rom. T. E. App. I. 220, Thiel I. 200. — „Proxime quidem dilectioni".

**482.** (*Severino cons.*)

Mai. 29. (30.) 583 (351) Iohannem, episcopum Ravennatem, reprehendit, quod Gregorium episcopum Mutinensem consecraverit invitum. Quem tamen sancit ea lege, ut „nullam causam cum eo habeat", sub suamque iurisdictionem subiunctus sit. Iubet eidem tradi „possessionem in Bononiensi triginta solidorum redituum liberorum ... salvo proprietatis iure Ravennatis ecclesiae". Iohannem, si ordinandi privilegio insolenter abuti perrexerit, eo privilegio privatum iri ostendit. Voelli et Justelli Bibl. I. 254, Mansi VII. 972, Migne 58 p. 35, Bull. Rom. T. E. I. 89, Thiel I. 201, App. ai Monumenti Ravennati di A. Tarlazzi p. 2. — „Si quis esset intuitus".

Iun. 22. 584 (352) Zenonem imperatorem laudat, quod qui episcopum Antiochenum interemissent, eos supplicio affici iusserit. Quod facinus, si haeretici suo consilio in exsilium eiecti essent, eventurum fuisse negat. Novum episcopum Antiochenum, contra canones provincialiumque episcoporum iura Constantinopoli ab Acacio episcopo consecratum, confirmat quidem, sed ne id posthac fiat, cavet. (Dat. „post consulatum Illo v. cl."; quod rectum esse putat Rossi Inscript. christ. U. R. p. 386, depravatum esse ex: „Dat. p. c. illius viri cl." loco N. N. suadet Thiel I. 205). Mansi VII. 988, Migne 58 p. 51, Bull. Rom. T. E. App. I. 221, Thiel I. 202. — „De ecclesia Antiochena".

585 (353) Acacio, episcopo Constantinopolitano, iisdem de rebus, de quibus superiore ad Zenonem epistola, scribit. Mansi VII. 989, Migne 58 p. 53, Bull. Rom. T. E. App. I. 222, Thiel I. 205. — „Clementissimi principis".

Iul. 15. 586 (354) Acacio, episcopo Constantinopolitano, consecrationem Calendionis, episcopi Antiocheni, necessario factam, ignoscit. De ecclesia Alexandrina, post Timothei Salophakioli mortem ab haereticis turbata, cum sibi nihil significasse, miratur. Mansi VII. 991, Migne 58 p. 55, Bull. Rom. T. E. App. I. 223, Thiel I. 206. — „Antiocheni exordium".

„ 15. 587 (355) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, de intermisso litterarum officio reprehendit. Nunciat, synodum Aegyptiam clerumque Alexandrinum nuper sibi significasse, Timotheo mortuo, ab omnibus fidelibus electum Iohannem esse. Quem confirmaturo sibi litteras imperatoris redditas esse scribit, quibus idem periurii coarguatur. Petrum autem, haereticorum socium, miratur in eadem epistola dignum dici, qui praesit ecclesiae Alexandrinae. Monet, omni ope contendat, ne imperator faveat haeretico. (Missa per Uranium subadiuvam). Mansi VII. 992, Migne 58 p. 55, Bull. Rom. T. E. App. I. 224, Thiel I. 208. — „Miramur pariter".

588 (356) Zenonem imperatorem hortatur, ne Petrum, hominem sempiterno exsilio dignissimum, ecclesia Alexandrina potiri sinat. (Fragmentum.) Mansi VII. 994, Migne 58 p. 58, Bull. Rom. T. E. App. I. 235, Thiel I. 212. (Alia fragmenta huius epistolae extant in epist. Felicis III. ad Zenonem infra ep. 591 ap. Thiel I. 223 et in Gelasii Breviculo historiae Eutychianorum ibid. 518). — „Sed iam veniamus".

Nov. 6. 589 (357) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, saepenumero admonitum, de rebus Alexandrinis nihil sibi nunciasse, miratur. Mandat, petat ab imperatore,

**482.** (*Severino cons.*)

ut eidem ecclesiae pax reddatur. (Missa per Restitutum). Leonis M. Opp. III. 313 (Migne 56 p. 612), Mansi VII. 995, Migne 58 p. 59, Bull. Rom. T. E. App. I. 226, Thiel I. 213. — „Cogitationum ferias".

**468—483.**

590 (358) Zenonem, episcopum Hispalensem, sedis apostolicae vicarium constituit; eique mandat, ne „apostolicae institutionis decreta, vel sanctorum terminos patrum, ullo modo transcendi permittat". Hinschius Ps. Is. p. 632, Mansi VII. 972, Migne 58 p. 35, Bull. Rom. T. E. I. 88, La Fuente Hist. eccl. de España II. 470, Thiel I. 213. — „Plurimorum relatu".

**483.**

Mart. 2. Moritur „VI. non. Martias". Quo die obiisse eum, auctore nescimus quo, narrat Marianus Scottus MG. SS. V. 536, eodem in basilica b. Petri sepultum esse tradit Vita Simplicii in Lib. pont. ap. Vignoli I. 163.

---

## S. FELIX III. 483—492.

Felicis ad Thalasium archimandritam epistola (ep. 614) epistolarum papalium prima habet (praeter consulum nomina) indictionis notam.

**483.**

Mart. 6? Consecrationis dies non constat, cum neque supremus Felicis dies nisi in martyrologio Romano legatur usquam, neque, quamdiu sederit, exploratum sit, Catalogo Corb. ap. Mabillon Vet. anal. p. 218 annos 8 m. 5 d. 17, aliisque et catalogis pontificum et Vitae Felicis codicibus annos 8 m. 11 (al. 10) d. 18 (al. 19) indicantibus. Solet statui dies 6. m. Martii a. 483. Cf. Thiel I. 221.

591 (359) Zenoni Augusto nunciat, mortuo Simplicio, se pontificem creatum esse. Vitalem et Misenum episcopos, legatos suos, commendat. Obsecrat eum, ut catholicae fidei consulat, Marcianique et Leonis imperatorum vestigia secutus, atque ad suam pristinam virtutem reversus, Petrum, haereticum sedis Alexandrinae invasorem, abigat. Baronii annal. 483 n. XXXI, Mansi VII. 1032, Migne 58 p. 899, Bull. Rom. T. E. App. I. 237, Thiel I. 222. — „Decebat profecto".

592 (360) Ad Acacium, episcopum Constantinopolitanum, litteras mittit per Vitalem et Misenum episcopos. Obstinatum eius de rebus Alexandrinis silentium moleste fert. Ad servanda statuta Chalcedonia eum adhortatur, studereque iubet, ne Petro Alexandrino faveat imperator. Baronii annal. 483 n. XXI, Mansi VII. 1028, Migne 58 p. 893, Bull. Rom. T. E. App. I. 242, Thiel I. 232. — „Postquam sanctae".

593 (361) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, litteris, Vitali et Miseno et „fidelissimo suo Felici, defensori s. ecclesiae Romanae", datis, Romam vocat, ut libello respondeat, quem Iohannes, episcopus Alexandrinus ab haereticis pulsus, sibi porrexerit. Mansi VII. 1108, Bull. Rom. T. E. App. I. 246, Thiel I. 239. — „Episcopali diligentia".

594 *Episcopos Orientales incitat, moneant coniunctis studiis Acacium, ut tandem respondeat. Epist. Felicis ad eosdem infra ep. 611 ap. Thiel I. 306.

595 (362) Zenoni imperatori Acacium Romam vocatum nunciat. Mansi VII. 1108, Migne 58 p. 978, Bull. Rom. T. E. App. I. 247, Thiel I. 240. — „Cum sibi redditam".

**484.** (*Venantio cons.*)

596 *Miseno et Vitali legatis suis praecipit, ne quidquam agant, priusquam cum Cyrillo, abbati Acoemitarum, sint collocuti et ab eo, quid agendum sit, didicerint. Evagrius Hist. eccl. L. III. c. 19.

**484.** (*Venantio cons.*)

597 *Iisdem legatis simul cum superiore epistola „commonitorium" (incerti tenoris) mittit. Evagrius Hist. eccl. L. III. c. 20.

598 *Zenoni imperatori scribit de synodo Chalcedonia tuenda, et monet, ut persecutionem, quae in Africa ab Hunerico regi excitata sit, sedari curet. Evagrius Hist. eccl. L. III. c. 20.

Iul. — Romae — Synodus episcoporum 77 (67). V. epistolam, quae sequitur. (Hefele II. 607).

„ 28. — 599 (363) Acacium, episcopum Constantinopolitanum, sacerdotis et nomine et munere privat, ac damnat anathematizatque in perpetuum, quod aliena iura contra canones Nicaenos sibi vindicaverit, ac haereticos non modo receperit, sed etiam ecclesiis praefecerit, velut Tyriae ecclesiae Iohannem, Antiochena pulsum; quod Petrum et in invadenda sede Alexandrina adiuverit et tueri pergat; denique quod Vitalem et Misenum, legatos suos, (iam privatos tum muneribus tum communione) corruperit. (Subscripserunt episcopi 77). Leonis M. Opp. III. 317 (Migne 56 p. 614), Hinschius Ps. Is. p. 634, Mansi VII. 1053, Migne 58 p. 921, Bull. Rom. T. E. I. 91, Thiel I. 243. — „Multarum transgressionum".

600 (364) Hoc „edictum sententiae dirigit propter Acacii, episcopi Constantinopolitani, damnationem: Acacius, qui secundo a nobis admonitus statutorum salubrium non destitit esse contemptor, meque in meis credidit carcerizandum, hunc Deus coelitus prolata sententia de sacerdotio fecit extorrem; ergo si quis episcopus, clericus, monachus, laicus, post hanc denunciationem eidem communicaverit, anathema sit sancto spiritu exsequente". Sirmondi Opp. I. 435, Mansi VII. 1065, Gallandii Bibl. vet. patr. XI. 812. n. a., Migne 58 p. 934, Bull. Rom. T. E. App. I. 248, Thiel I. 247. — „Acacius, qui".

Aug. 1. — 601 (365) Zenoni imperatori scribit, contra ius fasque accidisse, ut Vitalis et Misenus, legati sui, „tanquam in captivitatem redacti tenerentur et chartis, quas baiulabant, violenter ablatis, ad communicandum haereticis, hoc est, apocrisiariis Alexandrini Petri, adversus quem ierant, de custodia sint producti". Sedem b. apostoli Petri affirmat, „Alexandrino Petro communionis nunquam vel praebuisse vel praebituram esse consensum". De Acacio damnato et de excommunicationis sententia per Tutum, „Romanae ecclesiae defensorem", missa significat. Hortatur, „ut regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeat subdere, non praeferre". Sirmondi Opp. I. 435, Mansi VII. 1065, Migne 58 p. 934, Bull. Rom. T. E. App. I. 248, Thiel I. 247. — „Quoniam pietas tua".

Aug. — 602 (366) Clerum et plebem orthodoxam Constantinopoli constitutam monet, ne Vitalis et Miseni, legatorum suorum, praevaricatione turbentur, atque ut communione Acacii damnati abstineant. Sirmondi Opp. I. 437, Mansi VII. 1067, Migne 58 p. 936, Bull. Rom. T. E. App. I. 250, Thiel I. 251. — „Probatam cunctis".

„ — 603 (367) Episcopis per Aegyptum, Thebaidem, Libyam et Pentapolim constitutis scribit de Petro Alexandrino in catholicorum communionem nunquam restituendo. (Fragmentum). Leonis M. Opp. III. p. CLXIV (Migne 56 p. 185), Mansi VII. 1065, Migne 58 p. 934, Bull. Rom. T. E. App. I. 262, La Fuente Hist. eccl. de España II. 470, Thiel I. 250. — „Petrum (Petrus) vero".

604 (368) *„Monachis et clericis per Orientem, Aegyptum et Bithyniam commorantibus scribit, ut Petrum, Alexandrinum episcopum, Chalcedoniae synodi obtrectatorem, et eius communicatores tanquam haereticos vitent". Victoris Tunnunensis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chr. II. 349 (Migne 68 p. 946).

**485.** (*Symmacho cons.*)

Oct. 5. — Romae ap. beatum Petrum — Synodus episcoporum 43, in qua de Acacio agitur, et Vitalis et Misenus excommunicantur. V. Epist. Synodicam ap. Mansi VII. 1139, Thiel I. 252. (Hefele II. 609).

†605 (CXCIX) In synodo Petrum Fullonem, episcopum Antiochenum, in Valentini, Manichaei, Arii, Apollinaris, Pauli Samosateni haereses dilapsum, monet, ut ad fidem revertatur. Mansi VII. 1037, Migne 58 p. 903, Bull. Rom. T. E. App. I. 227. (Haec et quae sequuntur duae epistolae tanquam ad synodum Romanam a Simplicio a. 478 habitam spectantes et genuinae defenduntur a Pagi, Critica in Baronii annal. 478 n. IX. et Hefele II. 603; falsitatem autem probant certissimis argumentis

| | | |
|---|---|---|
| | | **485.** (*Symmacho cons.*) |
| | | Ballerinii in Leonis M. Opp. III. p. CXLIV et Thiel I. 284). — „*Τίς δώσει*" „Quis dabit". |
| | | †606 (cc) Petrum, episcopum Antiochenum, erroris tenacem, anathematizat atque ab ecclesia civitateque Antiochena remotum declarat. Mansi VII. 1045 et 1047, Migne 58 p. 911 et 915, Bull. Rom. T. E. App. I. 231 et I. 89. — „*Ἐπειδὴ δυστυχῶς*" „Quoniam importabilibus" „Quoniam pestiferis". |
| | | †607 (cci) Zenonem imperatorem hortatur, ut Petrum Fullonem, haereticum damnatum, exigi Antiochia iubeat. Mansi VII. 1049, Migne 58 p. 917, Bull. Rom. T. E. App. I. 232. — „*Πρέπει*" „Convenit". |
| | Romae | Synodus, in qua Tutus, ecclesiae defensor, damnatur. V. sequ. epist. (Hefele II. 610). |
| | | 608 (369) Rufino et Thalasio, presbyteris et archimandritis, et caeteris monachis circa Constantinopolim et Bithyniam constitutis nunciat, Tutum, ecclesiae defensorem ideo factum, ut sententiam in Acacium prolatam deferret, cum, accepta ab haereticis pecunia, proditionem commisisset, „in conventu fratrum" excommunicatum esse. Addit de consuetudine improborum vitanda. Sirmondi Opp. I. 438, Mansi VII. 1068, Migne 58 p. 937, Bull. Rom. T. E. App. I. 251, Thiel I. 257. — „Diabolicae artis". |
| | | **487.** (*Flavio Boetio cons.*) |
| Mart. 13. | In basilica Constantiniana | Synodus episcoporum 43 (42), in qua occasione persecutionis Vandalicae finitae de recipiendis rebaptizatis statuitur. Voelli et Justelli Bibl. I. 255, Mansi VII. 1171, Thiel I. 259. V. sequ. epist. (Hefele II. 614). |
| | | **488.** (*Dynamio et Sibidio* [*al. Siphidio*] *coss.*) |
| „ 15. | | 609 (370) Universis episcopis per diversas provincias (al. per Siciliam) constitutis praescribit, quem ad modum rebaptizati redeuntes ad ecclesiam recipiantur. Voelli et Justelli Bibl. I. 256, Hinschius Ps. Is. p. 633, Mansi VII. 1056, Migne 58 p. 924, Bull. Rom. T. E. I. 92, La Fuente Hist. eccl. de España II. 470, Thiel I. 260. (Cf. Thiel I. 15). — „Qualiter in Africanis regionibus". |
| | | **485—489?** |
| | | 610 *Episcopis Orientalibus pro Vitale et Miseno intercedentibus promittit, „se deliberaturum, quomodo illi iuste videantur absolvi". V. Epist. Felicis quae sequitur ap. Thiel I. 307. |
| | | **489?** |
| | | 611 Episcoporum Orientalium varias argumentationes, quibus causam Acacii tueri praetendebant, minutatim refellit, et vinculum excommunicationis in eum prolatae nullo modo posse absolvi ostendit. (Fragmenta in: Gratiani decr. C. XVI. qu. 3. c. 9 et C. XI. qu. 3. c. 46, [Ivonis decr. XIV. c. 8.]; ap. Mansi VII. 1069, VIII. 136; Migne 58 p. 944, 59 p. 150; Bull. Rom. T. E. App. I. 339, 263). Sirmondi Opp. IV. 553, Thiel I. 287. (Epistola invenitur in codicibus inter Gelasii pp. epistolas; sed cum a Gelasio, priusquam pontificatum inisset, nomine et auctoritate Felicis pp. scriptam esse, suadet Thiel I. 21). — „Post quingentos annos". |
| | | **490.** (*Probo Fausto cons.; ind. 13.*) |
| | | 612 (371) Zenoni imperatori gratulatur de (Flavita), orthodoxo viro, episcopo Constantinopolitano electo. Neque tamen se monachis missis communionem reddidisse scribit, quod Petri Alexandrini et Acacii nomina damnare non essent iussi. Monet, ut concordiae ecclesiasticae causa et statuta Chalcedonia defendat, et haereticos proiiciat. Sirmondi Opp. I. 439, Mansi VII. 1097, Migne 58 p. 969, Bull. Rom. T. E. App. I. 252, Thiel I. 270. — „Dignas referre Deo". |
| | | 613 (372) Flavitae, novo episcopo Constantinopolitano, gratulatur. Legatis eius communionem denegatam nunciat, quod de Petri Alexandrini et Acacii nominibus postea non recitandis nihil mandati habuissent. Fidem catholicam, statutis Chalcedoniis confirmatam, ut et ipse sequatur, et imperatori intime commendet, hortatur. Sirmondi Opp. I. 442, Mansi VII. 1100, Migne 58 p. 971, Bull. Rom. T. E. App. I. 254, Thiel I. 266. — „Multa sunt, quae". |

**490.** (*Probo Fausto cons.; ind. 13.*)

Mai. 1. 614 (374) Thalasio archimandritae praecipit, ne futuro episcopo Constantinopolitano, nisi a se iussus communicet, „etiamsi nomina damnatorum, i. e. Alexandrini Petri et infelicis Acacii fuerint de ecclesiastica recitatione sublata". Sirmondi Opp. I. 445, Mansi VII. 1103, Migne 58 p. 974, Bull. Rom. T. E. App. I. 259, Thiel I. 273. — „Post factas litteras".

615 (373) Vetranioni episcopo mandat, det operam, ut imperator, servatis statutis Chalcedoniis, „eos patienter permittat abscidi, qui ipsum (Felicem) perturbent", et „de ecclesia Constantinopolitana Petri Alexandrini nomine Acaciique" („iterata excommunicatione depulsi") „sublato, pro quo tempestas omnis exorta sit, intemeratam paternae traditionis fidei efficiat unitatem". Sirmondi Opp. I. 444, Mansi VII. 1103, Migne 58 p. 975, Bull. Rom. T. E. App. I. 257, Thiel I. 275. — „Quod unitatis ecclesiae".

**491.**

Apr. 616 *Anastasio imperatori scribit, se in eius imperii promotione gaudere. Gelasii pp. epist. ad Faustum magistrum infra ep. 622 ap. Thiel I. 342.

**483—492.**

617 (375) Andream, episcopum Thessalonicensem, „ad sedis b. Petri communionem venire desiderantem, libenter amplectitur". (Fragmentum). Sirmondi Opp. I. 447, Mansi VII. 1106, Migne 58 p. 977, Bull. Rom. T. E. App. I. 262, Thiel I. 277. — „Quod plene catholicae".

618 (376) Zenoni episcopo (Hispalensi) Terentianum, „virum clarissimum", ex Italia revertentem, commendat. Hinschius Ps. Is. p. 635, Mansi VII. 1059, Migne 58 p. 927, Bull. Rom. T. E. App. I. 260, Thiel I. 242. — „Filius noster vir".

**492.**

Febr. 25? Moritur. Dies in uno martyrologio Romano reperitur.

Sepelitur in basilica S. Pauli. Vita Felicis III. ap. Vignoli I. 166; cf. Rossi Inscript. christ. U. R. p. 372.

---

## S. GELASIUS I. 492—496.

Excerpta ex Registro Gelasii I. papae praebet Collectio canonum nuper detecta in Cod. Brit. Mus. Addit. 8873. Huius collectionis auctorem saeculo XII. ineunte pari modo ut alii canonum collectores usum esse excerptis e Lateranensi registro desumptis, in eo autem ab illis discrepare, quod plus aliis non rerum naturam spectaverit, sed seriem epistolarum chronologicam servaverit, ipsasque epistolas non ex integris regestis, sed e singulis quibusdam voluminibus, singulos aliquos pontificum annos complexis, desumptas esse, certissimis argumentis probat P. Ewald, qui „Collectionem Britanicam" descripsit, notis declaravit et partim edidit in: Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde V. 277 et 505. Idemque docet l. c. p. 526, Gelasii a collectione traditas epistolas omnes ad ultimos tres annos istius regiminis spectare et sic dividi posse, ut eae usque ad ep. 27 (infra ep. 668) ab exordio anni 393 aut primordio anni 394 usque ad diem 1. m. Septembris a. 395, sequentes ab hoc die usque ad Gelasii mortem datae appareant, et fontem collectionis excerpta ex Registri tomis, qui indictionibus III. IV. et V. signati fuissent, continuisse.

**492.**

Mart. 1. Consecratur Gelasius, quem annos 4 m. 8 d. 18 (al. 19) ecclesiae praefuisse consentiunt catalogi fere omnes.

619 *Anastasio imperatori se electum esse nunciat honorificis litteris. Gelasii epist. ad Faustum magistrum infra ep. 622 ap. Thiel I. 341.

620 (380) Euphemio, episcopo Constantinopolitano, rescribit, se ei ordinationem suam non significasse, propterea quod haereticorum faveat partibus. Statuta Chalcedonia cum probaverit, ipsumque Eutychen damnatum respuerit, quare Acacium, Timotheum, Petrum, Eutychianos non reiiciat, miratur. Monet, ne metu plebis Constantinopolitanae perterritus tribunal Christi obliviscatur. Mansi VIII. 5, Migne 59 p. 13, Bull. Rom. T. E. App. I. 271, Thiel I. 312. — „Quod plena cupimus".

**493.** (*Albino cons.*)

Nov. 1. 621 (388) Universis episcopis per Picenum constitutis scribit, vastatas a barbaris provincias Urbi vicinas minori sibi tristitiae fuisse, quam eorum erga haeresim indulgentiam. Senecam senem, Pelagii cultorem, damnatum nunciat. Explicat tria doctrinae Pelagianae capitula, propositaque poena, errores vitari monet. Mansi VIII. 23, Migne 59 p. 34 (45 p. 1766), Bull. Rom. T. E. I. 95, Thiel I. 325. — „Barbaricis hactenus“.

622 (381) Fausto magistro, fungenti legationis officio Constantinopoli, scribit, se praesensisse, „Graecos in sua obstinatione mansuros“. Imperatorem negat a se damnatum esse; „ad senatum vero“ inquit „pertinet Romanum, ut ... contagia vitet communionis externae.“ Acacii damnationem ipsis statutis Chalcedoniis contineri scribit; quem quod ab una sede Romana damnari debuisse negaverit Euphemius, sancitum canonibus esse, ut „appellationes totius ecclesiae“ ad istam sedem deferantur, neve sit ab eadem provocatio. Monet, festinet redire. Leonis M. Opp. III. 333 (Migne 56 p. 628), Hinschius Ps. Is. p. 637, Mansi VIII. 16, Migne 59 p. 26, Bull. Rom. T. E. I. 107, Thiel I. 341. — „Ego quoque mente“.

**493?**

623 (378) Universis Dardaniae episcopis litteris per Ursicinum episcopum delatis se excusat, quod iis de inito pontificatu propter „continuorum tempestatem bellorum“ antea non significaverit. De Eutychianis vitandis monet. Mansi VIII. 14, Migne 59 p. 23, Bull. Rom. T. E. App. I. 267, Thiel I. 335. — „Ubi primum respirare“.

624 (379) Natalem abbatem de litteris ad episcopos Dardaniae missis certiorem facit. Hortatur, ut quoscunque haereticorum Orientalium ad fidem revocare poterit, revocet. Frequentes litteras poscit. Anastasius Bibliothecarius ed. Bianchini T. III. Prolegomena p. LII, Mansi VIII. 1096, Migne 59 p. 24, Bull. Rom. T. E. App. I. 269, Thiel I. 337. — „Quamvis pro beati“.

Iul. 28. 625 (384) Honorium episcopum hortatur, ut Pelagianam haeresim in Dalmatia reviviscentem caveat. Scribit, se „inter varias temporum difficultates implicatum, vix respirare“. (Pro „Fausto cons.“ Binius legi vult: „Albino cons.“; Thiel I. 26 conservans: „Fausto cons.“ tribuit a. a. 470 hanc et sequentem epistolam, quas nomine Felicis pp. a Gelasio scriptas esse putat). Mansi VIII. 20, Migne 59 p. 30 (45 p. 1763), Bull. Rom. T. E. App. I. 277, Thiel I. 321. — „Licet inter varias“.

626 (385) Honorio episcopo respondet, de cavenda haeresi Pelagiana eum ideo admonitum esse, quod „cura sedis apostolicae more maiorum cunctis per mundum debeatur ecclesiis“. Mansi VIII. 22, Migne 59 p. 32 (45 p. 1765), Bull. Rom. T. E. App. I. 279, Thiel I. 324. — „Miramur dilectionem“.

627 (386) De erroribus Pelagianis copiose exponit. Mansi VIII. 101, Migne 59 p. 116, Thiel I. 571. — „De Pelagianis quidem“.

628 (389) Succonium, episcopum Afrum, in partibus Orientis adversariis veritatis communicare, dolet. Ad pristinae virtutis memoriam eum excitat; „nonne tu ille es“, inquit „qui spretis regum minis et saevientium barbarorum feralia iura despiciens, simul patriam, facultates et honoris sacerdotalis privilegia posuisti, ut ea perpetua recipere mercaris in Christo?“ (A nonnullis epistola Felici III. adscribitur, cf. Thiel I. 28). Anastasius Bibliothecarius ed. Bianchini T. III. Prolegomena p. LI, Mansi VII. 1094, Migne 58 p. 967, Bull. Rom. T. E. App. I. 260, Thiel I. 339. — „Cum tuae dilectionis“.

**493 c. fin. — 494 Ian. 17.**

629 Iohanni, Basso et Alexandro episcopis commendat Antoninam (Annoninam Ms.) viduam, quia „nihil magis convenit officio sacerdotum, quam viduae inferre subsidium“. Coll. Brit. Gel. Epp. 1. — „Missis presentibus“.

630 Iusto, episcopo Larinati, mandat, ut basilicam a Priscilliano et Felicissimo in proprio suo „Mariana“ nuncupato in honorem S. Michaelis constructam benedicat. „Nihil“, monet „sibi tamen fundatores ex hac basilica praeter processionis aditum noverint vindicandum“. Coll. Brit. Gel. Epp. 2. — „Priscillianus et Felicissimus“.

631 Iusto et Probo episcopis mandat, ut Marcum presbyterum monasterii in fundo Luciano constituti defendant contra iniurias eidem et monasterio suo a Romulo et

**493 c. fin. — 494 Ian. 17.**

Ticiano presbyteris et Moderato, conductore domus regiae, illatas. Addit: „Sciat episcopus Lucerinus, aut ita ad monasterium secundum consuetudinem se esse venturum, ut nihil in eisdem locis dampnum clerici valeant perpetrare, aut sibi a conventu eius loci noverit abstinendum". Coll. Brit. Gel. Epp. 3. — „Religionis probatur iniuria."

**494.** (*Asterio et Praesidio coss.*)

632 (387) Anastasio Augusto scribit, reversos legatos suos, Faustum magistrum et Irenaeum, renunciasse, litteras apostolicas ab eo desiderari. Tacuisse se ait, quod legatis Orientalibus, Romam missis, ut ipsius aditum vitarent, imperatum ab eo esset. Monet, ut fidem catholicam tueatur, neve unius populi Constantinopolitani pertinacia, quominus Eutychis et dogma et cultores opprimat, impediatur. „Duo sunt", inquit „quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra pontificum et regalis potestas, in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus Domino in divino reddituri sunt examine rationem. ... Nosti itaque ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem.... Quanto potius sedis illius (Romanae) praesuli consensus est adhibendus, ... quem Christi vox praetulit universis, quem ecclesia veneranda confessa semper est et habet devota primatem. Leonis M. Opp. III. 338 (Migne 56 p. 633), Hinschius Ps. Is. p. 639, Migne 59 p. 41, Bull. Rom. T. E. App. I. 280, Thiel I. 349. — „Famuli vestrae pietatis".

Ian. 17. — 633 Corvino, diacono Romanae sedis, mandat, ut describat meritum et proventum quorundam praediorum in Piceni provincia iacentium. Subiungit, ut initio quadragesimae Romam veniat ad consequendum presbyterii munus. Ewald in: Neues Archiv f. aelt. d. Gesch. V. 510 e Cod. Casinat. XXX. p. 339, (Coll. Brit. Gel. Epp. 4). — „Quid utilitatis".

„ 25. — 634 (390) Rustico, episcopo Lugdunensi, respondet, „subsidia" ab eo et Aeonio episcopo (Arelatensi) missa, sibi miseriis paene obruto fuisse magno et solatio et usui. Epiphanium episcopum (Papiensem) „ad gentis suae relevandos et redimendos captivos" in Galliam missum, commendat. De illata sibi „ob impiissimi Acacii causam persecutione" addit. D'Achery Spicil. III. 304, Conc. Gall. I. 653, Mansi VIII. 121, Migne 59 p. 138, Bull. Rom. T. E. App. I. 288, Thiel I. 358. — „Inter ingruentium".

635 *Dardaniae episcopis litteras per Tryphonem mittit, iterum Eutychianam haeresim exponentes. Epistola Dardaniae episcoporum ad Gelasium ap. Thiel I. 348.

Mart. 11. (Romae) Synodus. V. epistolam quae sequitur. Cf. Thiel I. 30.

„ 11. — 636 (391) Episcopos per Lucaniam et Brutios et Siciliam constitutos docet, temperandam esse hoc tempore canonum severitatem in „reparandis militiae clericalis officiis, quae" inquit „per diversas Italiae partes ita belli famisque consumpsit incursio, ut in multis ecclesiis (sicut fratris et coepiscopi nostri, Iohannis Ravennatis ecclesiae sacerdotis, frequenti relatione comperimus) usquequaque deficiente servitio ministrorum, nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla praefixa, remaneant sacris ordinibus ecclesiae funditus destitutae". Exponit, qui monachi quique laici clericalibus muneribus praeficiantur; de basilicarum dedicatione; de baptismo gratis dando; de presbyterorum diaconorumque et muniis et ordinatione; virgines quo tempore velentur; de viduis non velandis; de servis iniussu dominorum in monasteria non recipiendis; ne clerici in negotiis versentur; de illiteratis, mutilatis, maleficis, daemoniacis ad ordinem clericalem non admittendis; de poenitentia lapsarum virginum sacrarum; de iis, qui ab ecclesia ad ecclesiam transierint; de ordinatione gratis tribuenda; de ecclesiis sine auctoritate sedis apostolicae non consecrandis; ne sacra a feminis procurentur; de reditu ecclesiarum quadrifariam dividendo, „quarum (partium) sit una pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda". Leonis M. Opp. III. 407 (Migne 56 p. 691), Voelli et Justelli Bibl. I. 239, Hinschius Ps. Is. p. 650, Mansi VIII. 37, Migne 59 p. 47, Bull. Rom. T. E. I. 101, Thiel I. 360. — „Necessaria rerum dispensatione".

Mai. 15. — 637 (392) Episcopis Siciliensibus de facultatibus ecclesiarum distribuendis scribit. Haec addit: „Si facultates ecclesiae nec non et dioeceses ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vindicent, quod tricennalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit". (Ivonis decr. III. c. 147.), Gratiani decr. C. XVI. qu. 3.

**494.** (*Asterio et Praesidio coss.*)

c. 2, (C. XIII. qu. 2. c. 1.), Hinschius Ps. Is. p. 654, Mansi VIII. 46, Migne 59 p. 57, Bull. Rom. T. E. I. 110, Thiel I. 381. — „Praesulum nostrorum auctoritas" („Quomodo praesulum").

Aug. 3. 638 (393) Universis episcopis per Dardaniam sive per Illyricum (al. Daciam) constitutis scribit, cum dogma Eutychianum, tum eos qui id profiteantur esse fugiendos. Episcopo Thessalonicensi, qui Acacii nomen non damnasset, sedis apostolicae communionem denegatam esse. (Missa per Cyprianum et Macarium diaconos). Mansi VIII. 46, Migne 59 p. 57, Bull. Rom. T. E. App. I. 285, Thiel I. 382. — „Audientes orthodoxam".

639 *Dalmatiae episcopis scribit de haeresi Eutychiana et de damnatione nominis Acacii. Epist. Gelasii ad Dardaniae episcopos (praecedens epistola) ap. Thiel I. 384.

„ 23. 640 (394) Aeonium, episcopum Arelatensem, salutat litteris datis „Euphronio presbytero et Restituto viro religioso, qui ad Italiae partes ad providendam congregationi sanctae substantiam commearant, remeantibus ad propria". Conc. Gall. I. 655, Mansi VIII. 48, Migne 59 p. 60, Bull. Rom. T. E. App. I. 289, Thiel I. 385. — „Inter difficultates varias".

**494 c. fin. — 495 Aug.**

641 Theoderico regi Constantium v. sp. commendat, „utpote qui pro quolibet homine supplicare sacerdotalis officii ratione conveniatur". Coll. Brit. Gel. Epp. 5. — „Apud magnanimitatis".

642 (444) Secundino, episcopo Vulsiniensi, mandat, ut magistrum Paulum diaconum, qui feminam honestam artis magicae insimulaverit, „aut ad adstruenda, quae iactavit, adstringat, aut digna correctione compescat". Coll. Brit. Gel. Epp. 6, Ivonis decr. XI. c. 25, Mansi VIII. 131, Migne 59 p. 146, Bull. Rom. T. E. App. I. 329, Thiel I. 492. — „Atroces iniurias".

643 (442a) Celeri episcopo permittit, ut ecclesiam quamdam consecret. (Coll. Brit. Gel. Epp. 7), Gratiani decr. III. D. I. c. 5, Bull. Rom. T. E. App. I. 328, Thiel I. 391. — „Praecepta synodalia, quae ante paucos menses".

644 Felici episcopo mandat, ut agat cum Claudio v. sp. de quibusdam hominibus eiusdem iuri certa obnoxietate iunctis, qui ad clericatum fuerant suscepti. Monet, ut clericos, qui adversus ecclesiam Hostilio comiti auxilium praebuerint, ab ordine et communione suspendat. Coll. Brit. Gel. Epp. 8. — „Vir spectabilis".

645 Iusto et Constantino episcopis commendat Anastasium, Romanae ecclesiae defensorem, litem habentem cum Proba cognata sua, quae „si a iudicio delegato subtrahere se temptaverit, a communione suspendenda erit, quamdiu a dictione causae se putaverit subtrahendam". Coll. Brit. Gel. Epp. 9. — „Anastasius".

646 Victorem, Serenum et Meliorem episcopos iudices eligit in causa Stephani diaconi, qui petierat, Faustum archidiaconum suum de negata sibi pace et de horrendis iniuriis ad iudicium Romanae sedis transferri. Decernant sic, ut „archidiaconus nec de fatigatione nec de gravibus queratur impensis, et Stephanus talibus sibi gaudeat cognitoribus fuisse prospectum, ut ex parte nihil habeat causam querelae". Coll. Brit. Gel. Epp. 10. — „Si temporis pateretur asperitas".

647 (457a) Clero, ordini et plebi consistenti Tarenti scribit, se mittere Petrum novum episcopum instructum quibusdam praeceptis. (Cf. epist. Gelasii infra ep. 675). Coll. Brit. Gel. Epp. 11, (Ivonis decr. I. c. 63, Gratiani decr. III. D. IV. c. 17). — „Concesso vobis" („Generalis baptismi" „Venerabilis baptismi").

648 Gerontio, episcopo Valvensi (Valensi Ms.), mandat, disquirat unacum Avo defensori sacratam patenam, quam actores Petri sp. v. a Pontentinae urbis pontifice ablatam esse queruntur. Cuius clericus protegatur, „ne pro tam sancta et necessaria prodicione a suo patiatur antistite". Coll. Brit. Gel. Epp. 12. — „Exsecrabilis sacrilegii".

649 Respectum et Gerontium episcopos iudices delegat in lite „universae cleri turbae" contra episcopum Aufidianae civitatis. Coll. Brit. Gel. Epp. 13. — „Querelarum enormitate".

650 Zeiae (Teiae Ms.) comiti rescribit, necessarium esse, Eukaristum praesente Fausto accusatore innocentiam suam Romae probare; quamvis id Eukaristus tergiversationibus prohibuisset, per Anastasium defensorem iterum se ei mandasse, ut Romam defen-

**494 c. fin. — 495 Aug.**

sionis causa veniret. Obiectiones: Faustum prius Eukaristo familiarem fuisse, parentes illius iam „convictos", et causam ad conprovinciales episcopos removendam esse, refutantur. Magis et magis monet comitem, abstineat se ecclesiasticis rebus, praesertim cum alterius communionis se esse non dubium sit, ne cogatur ad domnum regem haec omnia referre. (Fragmenta). Coll. Brit. Gel. Epp. 14. — „Si conscientia".

651 (428) Martyrio et Iusto episcopis praecipit, ut Amandiani ill. v. servos, clericos invito domino factos, isti restituant, „ita ut, si quis iam presbyter reperiatur, in eodem gradu peculii sola amissione permaneat, diaconus vero aut vicarium praestet aut reddatur. Coll. Brit. Gel. Epp. 15, (Ivonis decr. VI. c. 353.), Gratiani decr. I. D. 54. c. 9, Mansi VIII. 128, Migne 59 p. 144, Bull. Rom. T. E. App. I. 320, Thiel I. 386. — „Et antiquis regulis et novella synodali explanatione" („Actores quidem").

652 Theoderico regi scribit, „perpendat, sacerdotalis se officii necessitate constringi, ut apud clementiam eius, quam constat omnia librare, sapienter intercessor accedat". (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 16. — „Magnificentia vestra".

653 (429) Herculentio, Stephano et Iusto episcopis significat, duos servos a Sabino, episcopo Marcellianensi seu Consilinensi, insciente domina Placidia illustri femina, ordinatos esse. Praecipit, ut alter nomine Leontius, clericus factus, dominae reddatur, alterum nomine Antiochum, presbyterum creatum, „si in suam ecclesiam in hoc, in quo sit, honore desideret collocare domina, non velut redditum sibi habeat sed pro mysteriorum celebratione susceptum". Hortatur, faciant, ut Reparatus episcopus ad eorum iudicium transmittat Genitorem presbyterum, qui noluerit Septimum servum a domino repetitum reddere. (Fragmenta). Coll. Brit. Gel. Epp. 17, ([Ivonis decr. VI. c. 354.], Gratiani decr. I. D. 54. c. 10, Mansi VIII. 130, Migne 59 p. 145, Bull. Rom. T. E. App. I. 321, Thiel I. 388, ubi solum epistolae prima pars invenitur). — „Frequens equidem" („Nuper etenim").

654 (456) „Quinigesio episcopo commendat Antonium, patrem Telesini v. cl. ex „Iudaicae credulitatis" errore conversi. Coll. Brit. Gel. Epp. 18, Ivonis decr. XIII. c. 112, Mansi VIII. 131, Migne 59 p. 146, Bull. Rom. T. E. App. I. 335, Thiel I. 508. — „Vir clarissimus Telesinus".

655 (443) Rufinum et Iustum episcopos iudices constituit, ut decernant una cum Laurentio, defensore ecclesiae Romanae, inter Agnellum diaconum et honoratos ac primarios Verulanos. Coll. Brit. Gel. Epp. 19, Ivonis decr. XII. c. 27, Mansi VIII. 129, Migne 59 p. 144, Bull. Rom. T. E. App. I. 328, Thiel I. 491. — „Honorati et".

656 Victori episcopo scribit, voluntatem deficientium ita debere ab electis heredibus servari, ut „ex nulla parte rem commissam fidei suae quisque putet esse violandam." Coll. Brit. Gel. Epp. 20. — „Deficientium".

657 Epiphanio episcopo (Beneventano) nunciat, se contempta petitione Mastallonis v. ill., comitis sacrarum largitionum, Tullianum a sese presbyterum ordinatum ad parochiam propriam facere redire, „ut sub eius semper iure consistens tamquam ab eo semet noverit ordinatum". Coll. Brit. Gel. Epp. 21. — „Filius noster".

658 (430) Rufino et Aprili episcopis mandat, ut Silvestrum et Candidum, originarios Maximae, illustris et magnificae feminae, diaconos a Lucerino episcopo invita domina factos, e diaconorum numero eiiciant. Coll. Brit. Gel. Epp. 22, Ivonis decr. IV. c. 179, VI. c. 104, Gratiani decr. I. D. 54. c. 11, (I. D. 10. c. 11.), Mansi VIII. 139, Migne 59 p. 152, Bull. Rom. T. E. App. I. 322, Thiel I. 389. — „Quis enim aut leges".

659 (439) Iusto episcopo mandat, „studeat, ut, si de spatiis, de quibus memoratur orta contentio, definitio dudum certa processerit, intemerata servetur; alioquin de praescriptione temporum si qua pars confidit, praebeat sacramentum, ut tamen de iis, quae hactenus possedisse probatur, iusiurandum sinatur offerre". Coll. Brit. Gel. Epp. 23, Ivonis decr. III. c. 135, VI. c. 105, Gratiani decr. C. XVI. qu. 3. c. 7, Mansi VIII. 128, Migne 59 p. 144, Bull. Rom. T. E. App. I. 326, Thiel I. 493. — „Dilectio tua studeat".

660 (435) Stephano episcopo scribit, Antistiam viduam esse communioni reddendam, quamquam rumpens votum castitatis denuo nupserit. Coll. Brit. Gel. Epp. 24, Baluzii Misc. III. 1, Mansi VIII. 123, Migne 59 p. 139, Bull. Rom. T. E. App. I. 324, Thiel I. 503. — „Oportuerat Antistiam".

**494 c. fin. — 495 Aug.**

661 Iusto episcopo mandat, ut Glyrium, nisi ab ecclesiasticarum rerum vexatione cessaverit, omni ecclesiastico ministerio officioque pontificum et sacra communione privet. Coll. Brit. Gel. Epp. 25. — „Glyrius nisi".

662 Bellatori episcopo (Ostiensi) in memoriam revocat „vetustos canones et synodalia decreta nuper (i. e. d. 11. Martii a. 494) destituta de ordinationibus diversarum personarum". Non posse, inquit, posteriorem anteponi anteriori. Igitur servandos esse Laurentio canones, sed nihil obstare, quominus industria Maronis, ab eo accomoda et strenua probata, pro utilitatibus ecclesiasticis maxime utatur. Coll. Brit. Gel. Epp. 26. — „Non solum vetusti".

663 (420) Philippo et Gerontio episcopis mandat, ut „diversos ex omnibus Clientensis (al. Diotrensis) ecclesiae parochiis presbyteros, diaconos et universam turbam" ad eligendum sacerdotem convocent. (Fragmentum). Gratiani decr. I. D. 63. c. 11, Mansi VIII. 138, Migne 59 p. 152, Bull. Rom. T. E. App. I. 315, Thiel I. 485. — „Plebs Clientensis (al. Diotrensis)".

**495.** (*Flavio Viatore cons.*)

Febr. 1. — 664 (395) Universis episcopis per Dardaniam constitutis demonstrat, Acacium a sede Romana iusto iure damnatum esse. Docet, pontificem Romanum „pro suo principatu" synodorum executorem esse; cuius fugere iudicium nulli omnium episcoporum licere; eidem datam esse potestatem tollendi quorumlibet episcoporum sententias, neque vero de eius decretis iudicandum; „de qualibet mundi parte" posse ad eum appellari, neque ab eo provocationem esse; eum, „etiam sine ulla synodo praecedente, et absolvendi, quos synodus inique damnaverit, et damnandi, nulla exsistente synodo, quos oporteat, habere facultatem". (Duas recensiones distinguit Thiel I. 35). Leonis M. Opp. III. 347 (Migne 56 p. 640), Hinschius Ps. Is. p. 641, Mansi VIII. 49, 63, Migne 59 p. 61, Bull. Rom. T. E. I. 111, App. I. 298, Thiel I. 392, 414. — „Valde mirati sumus".

665 (399) Episcopis Orientalibus de Acacio iure damnato probat. (Exordium epistolae desideratur). Leonis M. Opp. III. 361 (Migne 56 p. 653), Hinschius Ps. Is. p. 646, Sirmondi Opp. I. 452, Mansi VIII. 77, Migne 59 p. 90, Bull. Rom. T. E. App. I. 289, Thiel I. 422. — „Quid ergo isti".

Mart. 13. — Romae — Synodus episcoporum 45, in qua Misenus (cf. supra ep. 599) et communionem et sacerdotium recipit, „professus, se omnes haereses, Eutychianam praecipue cum Eutychete, Dioscoro, Timotheo Aeluro, Petro Alexandrino, Acacio Constantinopolitano, Petroque Antiocheno, vel cunctis eorum successoribus, sectatoribus et communicatoribus detestari, eosque anathemate ferire perpetuo". Baronii annal. 495 n. VI, Mansi VIII. 177, Migne 59 p. 183, Thiel I. 437. (Hefele II. 622).

Iul. 28. — 666 (396) Actores Urbici testatur „intulisse actionibus ecclesiae ex praestatione fundi Claculas de fructibus anni consulatus Asterii et Praesidii VV. CC. de indictione III. (a. 494) auri solidos triginta". Deusdedit Coll. can. L. III. c. 101, Mansi VIII. 142, Migne 59 p. 155, Thiel I. 447. — „Constat vos intulisse".

„ 28. — 667 (397) Vincomalum testatur „intulisse actionibus ecclesiae ex praestatione fundi cuiusdam de fructibus anni consulatus Asterii et Praesidii VV. CC. de indictione III. (a. 494) auri solidos triginta". Deusdedit Coll. can. L. III. c. 101, Mansi VIII. 142 n. 2, (Migne 59 p. 155), Thiel I. 448. — „Constat vos intulisse".

Sept. — 668 (427, 434a) Victori episcopo permittit, ut, diaconis promoveri nolentibus, presbyteratum acolythis vel subdiaconis concedat. Gratiani decr. I. D. 74. c. 9, Thiel I. 488, (Coll. Brit. Gel. Epp. 27, Deusdedit Coll. can. L. II. c. 40 [„ex regesto"], Ivonis decr. VI. c. 106, Mansi VIII. 141, Migne 59 p. 154, Bull. Rom. T. E. App. I. 320. Ivonis decr. VI. c. 43 [„ex registro Gelasii papae"]). — „Consuluit dilectio" („Qui proficere").

**492—496.**

669 De damnatione nominum Petri et Acacii tractatum emittit. (Fragmentum). Sirmondi Opp. I. 455, Migne 59 p. 85, Thiel I. 524. (Cf. Thiel I. 73). — „Ex epistola Simplicii papae".

**492—496.**

670 Tractatum scribit de duabus naturis in Christo adversus Eutychen et Nestorium. Thiel I. 530. (A nonnullis tractatus hic alii Gelasio, scilicet Caesariensi aut Cyziceno episcopo tribuitur; cf. Thiel I. 74). — „Necessarium".

671 (400) Iohannem illustrem ad vitandam haeresim Eutychianam hortatur. (Fragmentum). Theineri disqu. crit. p. 201, Bull. Rom. T. E. App. I. 306, Thiel I. 483. — „De sacra tibi".

672 (463) Scribit adversus Andromachum senatorem ceterosque Romanos, qui Lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant. Mansi VIII. 95, Migne 59 p. 110, Thiel I. 598. — „Sedent quidam".

673 Qualis debeat esse pastor ecclesiae exponit. (Fragmentum). Thiel I. 508 (e codice Monac. 5508). — „Diligenter investigavimus".

674 (459) De catechumenis et poenitentibus exponit. (Fragmentum). Mansi VIII. 124, Migne 59 p. 140, Thiel I. 509. — „Catechumeni latine".

675 Formulam constitutionis („Synodale") conscribit, quam episcopi in ordinatione sua accipiant. Liber diurnus ed. Rozière n. VI. p. 22, Mansi VIII. 120, Migne 59 p. 137, Bull. Rom. T. E. App. I. 313, Thiel I. 379. (V. epistolas Gelasii 647 et 676). — „Probabilibus desideriis".

676 (418) Clero, ordini et plebi Brundisii significat, quibus instructus praeceptis, quem episcopum petierint, Iulianus a se dimissus sit. Holstenii Coll. Rom. I. 217 (ex Anselmo Lucc. L. VI. c. 43.), Ughelli It. Sacr. IX. 31, Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 26, Mansi VIII. 87, 135, 136, Migne 59 p. 102, 150, Bull. Rom. T. E. App. I. 314, Thiel I. 380. — „Concesso vobis".

677 (414) Coelestino episcopo praecipit, ut Iulianum diaconum in b. Eleutherii ecclesia parocciae Histoniensis presbyterum constituat, „sciturus" inquit „eum visitatoris te nomine, non cardinalis creasse pontificis". Felicissimum diaconum in eadem ecclesia subroget. (Fragmentum). (Deusdedit Coll. canon. L. I. c. 141), Gratiani decr. I. D. 24. c. 3, Mansi VIII. 85, 137, Migne 59 p. 99, 151, Bull. Rom. T. E. App. I. 311, Thiel I. 485. — „Presbyteri, diaconi", („In ecclesia beati").

678 (415) Sabino episcopo mandat, ut populo Grumentino Quartum defensorem diaconum consecret; „noverit tamen" inquit „dilectio tua, hoc se delegantibus nobis exsequi visitatoris officio, non potestate proprii sacerdotis". (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. I. c. 141, Mansi VIII. 85, Migne 59 p. 99, Bull. Rom. T. E. App. I. 312, Thiel I. 486. — „Quartum defensorem".

Iul. 20. 679 (416) Senecioni episcopo praecipit, ut ecclesiam, a Senilio v. h. conditam, S. Vito dedicet, „sciturus, praeter processionis aditum … nihil ibidem se proprii iuris habiturum". Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 94, Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 26, Mansi VIII. 133, Migne 59 p. 148, Bull. Rom. T. E. App. I. 312, Thiel I. 448. — „Piae mentis".

680 (417) Herculentio, episcopo Potentino, dat negotium, ut basilicam, a Trigetio (al. Frigentio) in fundo suo Sextiliano nuncupato conditam, SS. Michaeli archangelo et Marco (al. Martino) confessori dedicet. „Nihil tamen" inquit „fundator ex hac basilica sibi noverit vindicandum, nisi processionis aditum". Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 27, Mansi VIII. 134, Migne 59 p. 148, Bull. Rom. T. E. App. I. 313, Thiel I. 449. — „Trigetius huius" (al. „Frigentius vero").

681 (447) Victori episcopo praescribit, ne diutius processionem basilicae S. Agathae, in fundo Caelano sitae, cum Petrus v. sp. fundi dominus ablata ecclesiae bona restituerit, intermittat. Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 95, Mansi VIII. 85, Migne 59 p. 100, Bull. Rom. T. E. App. I. 330, Thiel I. 495. — „Dudum de sanctae".

682 (437) Basilicam novam in eius episcopi dioecesim addi iubet, qui „antequam basilica fundaretur, baptizaverit incolas, aut ad cuius consignationem sub annua devotione convenerint". (Fragmentum). Baluzii Misc. III. 1, Mansi VIII. 121, Migne 59 p. 139, Bull. Rom. T. E. App. I. 325, Thiel I. 493. — „Quid novae aedificationi".

Febr. 25. 683 (404) Hercleuvam reginam (Theoderici regis matrem) salutat per Petrum, ecclesiae Romanae defensorem, missum, qui regem de sublevandis pauperibus hortaretur. Deusdedit Coll. canon. L. IV. c. 55, Mansi VIII. 142, Migne 59 p. 155, Bull. Rom. T. E. App. I. 308, Thiel I. 502. — „Qui pro victu".

684 (410) Ianuarium ad pauperes b. Petri adiuvandos hortatur. (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 100, Mansi VIII. 142, Migne 59 p. 155, Bull. Rom. T. E. App. I. 310, Thiel I. 501. — „Sed causas, quibus".

**492—496.**

685 (405) Firminam, illustrem feminam, hortatur, ut praedia a barbaris vel a Romanis occupata b. Petro restituenda curet, quo facilius egentes sustententur, quorum maxima de provinciis diversis, quae bellorum clade vastatae sint, Romam multitudo confluxerit. (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 100, Mansi VIII. 142, Migne 59 p. 155, Bull. Rom. T. E. App. I. 308, Thiel I. 501. — „Ad cumulum vero".

686 (412) Agilulfum rogat, ut „reculam b. Petri inter Dalmatias constitutam defenset". (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 100, Mansi VIII. 141, Migne 59 p. 154, Bull. Rom. T. E. App. I. 310, Thiel I. 484. — „Precor autem, ut".

687 (448) Respecto et Leonino episcopis mandat, ut de episcopo Falerionensi, dissipatorum ecclesiae bonorum per Iohannem archidiaconum accusato, ad se referant. Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 96, Mansi VIII. 85, Migne 59 p. 100, Bull. Rom. T. E. App. I. 330, Thiel I. 496. — „Iohannes archidiaconus".

688 (449) Iohanni, episcopo Pisano, praecipit, ut „calicem, quem decessor eius abstulerit, ecclesiae, cuius fuerit, restituat". (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 99, Mansi VIII. 86, Migne 59 p. 101, Bull. Rom. T. E. App. I. 331, Thiel I. 499. — „Ecclesiastica ministeria".

689 (451) Iusto et Stephano episcopis mandat, ut de Brumarii sp. v. in Proficuum, ecclesiae Salpinae sacerdotem, iniuriis sibi renuncient. (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 97, Mansi VIII. 86, Migne 59 p. 100, Bull. Rom. T. E. App. I. 332, Thiel I. 490. — „Frater et coepiscopus".

690 (411) Iohanni, episcopo Spoletano, mandat, „ne patiatur Olibulam, religiosam feminam, a suis sororibus aut ab earum coniugibus aliqua oppressione laborare, ut, recepta de parentum substantia portione debita, Deo possit quieta mente servire". Theineri disqu. crit. p. 201, Bull. Rom. T. E. App. I. 310, Thiel I. 453. — „Olibula religiosa".

691 Mercurio scribit, rem in litigio constitutam ante iudiciariam sententiam non posse in aliquam transferri personam. Coll. Brit. post Pelagii I. epistolas sub n. 72 in Neues Archiv V. 562. — „Quia cum res".

692 Hostilium comitem vituperat, quod „puellae raptum" dicere audeat, si, acceptis arrhis ac velamine capitis, iam peractis votis et coniugio proxima parte perfecta, solummodo neglectis expensarum solutione et pompa symphoniaque nuptiarum, sponsa abducitur. „Lex illa" inquit „praeteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, ubi puella, de cuius ante nuptiis nihil actum fuerit, videatur abducta". Monet, desistat de hac iniqua et avara intentione, ne ad domnum regem relationem dirigere et eum communione suspendere cogatur. Coll. Brit. post Pelagii I. epistolas sub n. 73 in Neues Archiv V. 562, (Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 49, Bull. Rom. T. E. App. I. 339, Thiel I. 508). — „Quis iustitiae potest" („Lex illa").

693 (460) Decernit haec: „Quicunque intra anni spatium civiliter sive publice causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi audientiae clausisse aditum videantur". ... „Qui excommunicato scienter communicaverit ..., donec ab excommunicatore poenitentiam suscipiat, corporis et sanguinis Domini communione privatum se esse cognoscat. (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. IV. c. 158, Ivonis decr. XIV. c. 111, 112, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 37, 38, Bull. Rom. T. E. App. I. 336, 337, Thiel I. 502. — „Quicunque intra" („Hi sane, qui ante" „Qui vero excommunicato").

694 Dicit in regesto: „Convenit, ut in alio aliquo cogatur impactu is, qui sponte facere, quae sunt recta, contempsit", et „constat eum, qui caelestem militem pulsat, non nisi eius forum debere sectari". (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. IV. c. 156 (p. 483), Bull. Rom. T. E. App. I. 339. — „Convenit".

†695 Decernit, ut, quaecunque sacerdotes in usum ecclesiarum dederint, subsequentes pontifices nullatenus auferre praesumant. Gratiani decr. C. XVI. qu. 6. c. 7. (8), Mansi VIII. 141, Migne 59 p. 154, (Thiel I. 613). (Est c. 17. conc. Aurel. III. a. 538). — „Illud statuendum".

†696 Annotationibus in epistolas S. Pauli declarat, illum non mentiri, qui fallendi animum non habet. Gratiani decr. C. XXII. qu. 2. c. 5, Mansi VIII. 141, Migne 59 p. 154, Bull. Rom. T. E. App. I. 338. (Utrum Gelasio I. an Pelagio II. sit tribuendum, ambigit Berard II. I. 449; Thiel I. 612 Pelagio haeretico ascribit). — „Beatus Paulus apostolus".

**492—496.**

†697 (434) Decernit haec: „Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vitae merito sacerdotio dignus videatur, et abbas ... illum fieri presbyterum petierit, ab episcopo debet eligi et in loco, quo iudicaverit, ordinari, omnia, quae ad sacerdotis officium pertinent, vel populi vel episcopi electione provide ac iuste acturus". Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 28, Bull. Rom. T. E. App. I. 324, (Thiel I. 613). — „Si quis".

†698 „In synodo" decernit, ut privilegia, quae intra triginta annorum spatium ab ecclesiis possessa esse noscuntur, immobiliter observentur. Gratiani decr. C. XVI. qu. 3. c. 8, (Thiel I. 613). — „Placuit huic".

†699 Decernit, ut sit condemnatus „quicunque terminos sanctorum patrum et synodi universalis transmutans fidei christianae alterius novitates expositiones aut typos temere adinvenerit". (Ex Anselmo Luc. L. XI. c. 38) Thiel I. 613. — „Si quis secundum".

**495—496.**

Romae — Synodus episcoporum 70, quae de libris recipiendis et non recipiendis agit. V. epistolam, quae sequitur. Cf. Hefele II. 618.

700 (398) In synodo episcoporum 70 emittit canonem, qui (post repetitionem Damasi I. papae decreti de spiritu sancto, de canone scripturae sanctae et de sedibus patriarchalibus) tractat de synodis oecumenicis et de libris recipiendis et non recipiendis. (Variae versiones). Hinschius Ps. Is. p. 635, Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Proleg. p. LXI, Cocquelines I. 71 et 409, Ivonis decr. IV. c. 64, Gratiani decr. I. D. 15. c. 3, Mansi VIII. 145, Migne 59 p. 157, Bull. Rom. T. E. I. 122, Thiel I. 454. V. supra inter Damasi I. regesta ep. 71. — („Sacrosancta ecclesia post") („Post propheticas").

701 (382) Fragmentis, quae „tomus de anathematis vinculo" inscribuntur, docet, e statutis Chalcedoniis ea tantum rata esse, quae sedes apostolica probaverit; Acacio communionem non esse redditam, quia non resipuisset. Leonis M. Opp. III. 321 (Migne 56 p. 617), Mansi VIII. 88, Migne 59 p. 102, Thiel I. 557. — „Ne forte quod solent".

702 Cosmae, Severiano, Cyro, Zoilo, Eusebio, Thomae, Silvano, Syriae episcopis, nunciat, se monachos, qui Romae fidem contra Eutychianam haeresim catholicam professi sint, ac Iohannem et Sergium episcopos e Syriae partibus Romam venientes, summo cum honore recepisse, et petit, ut eandem fidei professionem immobili Petri petrae tribuant. Miserum ecclesiae Orientalis statum, ubi haeretici inpune debachantur, dolet. Haereticos Chalcedoniae synodi decreta oppugnantes specialiter refutat, iterumque ad fidem erga patrum et ecclesiae doctrinam incitat. A. Mai Nov. Patr. Bibl. II. 653, Thiel I. 471. — „Εἰ ἅπερ ἠξίωσας" „Si quae recta".

**495 Sept. — 496 Apr. 13.**

703 Urbico episcopo dicit: „Non potest insolentiam accusare pontificis, qui sibi cum suis dilationibus fecerit insolentem". (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 28. — „Non potest".

704 Valentino episcopo mandat, ecclesiam quandam suae dioecesis dedicet, ita ut primitus donationem suscipiat et denunciet fundatoribus, nihil eis illic reservari nisi facultatem processionis. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 29. — „Si ad tuam dioecesim".

705 Philippo et Gerontio episcopis mandat, ut Gaudiosum diaconum in presbyterum Clientensis vici ordinent. Coll. Brit. Gel. Epp. 30. — „Fratres Karissimi".

706 (426) Palladio episcopo praescribit, ut Stephano restituat presbyteratum ideo ademptum, quod sauciatus esset fugiens „propter provinciae vastitatem, quam Thusciae prae omnibus barbarorum feritas diversa sectantium et ambiguitas invexit animorum". (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 31, Ivonis decr. VI. c. 107, Gratiani decr. I. D. 55. c. 12, Mansi VIII. 140, Migne 59 p. 153, Bull. Rom. T. E. App. I. 319, Thiel I. 488. — „Praecepta canonum".

707 (409) Gerontio et Petro episcopis scribit de viduis pupillisque praecipue tuendis. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 32, Gratiani decr. I. D. 87. c. 1, Mansi VIII. 136, Migne 59 p. 150, Bull. Rom. T. E. App. I. 309, Thiel I. 500. — „Licet omnibus".

**495 Sept. — 496 Apr. 13.**

708 (422) Philippo et Cassiodoro scribit, Coelestino, propter caedis episcopo illatae conscientiam excommunicato, post annuam poenitentiam communionem esse reddendam. Coll. Brit. Gel. Epp. 33, Ivonis decr. X. c. 12, Mansi VIII. 131, Migne 59 p. 146, Bull. Rom. T. E. App. I. 317, Thiel I. 452. — „Coelestini causa".

**496.**

Apr. 13. 709 (442) Iohanni, episcopo Sorano, significat, quamvis in ecclesiis et oratoriis sine auctoritate sedis apostolicae dedicatis processiones publicas fieri non liceat, tamen concessisse se, ut in quibusdam Magetiae, spectabilis feminae, possessionibus „defunctorum nomine divina celebrentur officia, publica frequentatione et processione cessante". Coll. Brit. Gel. Epp. 34, Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 93, Gratiani decr. III. D. I. c. 7, Mansi VIII. 133, Migne 59 p. 148, Bull. Rom. T. E. App. I. 328, Thiel I. 448. — „Certum est quidem".

710 (457) Sabino (al. Fabiano) episcopo scribit, baptizandorum numerum statuendum non esse, nec cathedraticum usitatum augendum. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 35, Ivonis decr. I. c. 56, Gratiani decr. C. X. qu. 3. c. 5, Mansi VIII. 138, Bull. Rom. T. E. App. I. 336, Thiel I. 494. — „Nec enim numerus" „Nec numerus".

711 (454) Bonifatio episcopo praecipit, ut servum in ecclesiam S. Clementis elapsum, impunitate a domino Petro sp. v. promissa, restituat. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 36, Ivonis decr. III. c. 115 (et XVI. c. 68, ubi Gregorio ascribitur), Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 32, Mansi VIII. 139, Migne 59 p. 152, Bull. Rom. T. E. App. I. 334, Thiel I. 505. — „Metuentes dominos" („Metuentes famuli").

712 (461) Quinigesio episcopo scribit, „rem in litigio positam in nullam ferri posse omnino personam, donec legitimae cognitionis eventu, cui potius debeatur, iudiciaria disceptatione possit agnosci". (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 37, Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 50, Mansi VIII. 131, Migne 59 p. 146, Bull. Rom. T. E. App. I. 337, Thiel I. 508. — „Quia res in litigio".

713 (438) Maximo et Eusebio episcopis mandat, ut exsequantur ea, quae de restituendo antiquo paroeciarum statu inter Constantium Camiscanae (al. Anuscanae, leg. Camerinae?) ecclesiae episcopum et Anconitani episcopi nuncios a se decreta sint. (Fragmenta). Coll. Brit. Gel. Epp. 38, Ivonis decr. III. c. 97, Gratiani decr. C. XVI. qu. 3. c. 5, Mansi VIII. 123, 127, Migne 59 p. 140, 143, Bull. Rom. T. E. App. I. 326, Thiel I. 492. — „Licet in regulis" „Licet regulis".

714 Iocondum episcopum certiorem facit de sua sententia, Stephanum contra regulas ecclesiae factum alibi diaconum, nunc ad eam ecclesiam, in qua fuerit ordinatus, debere remeare, tuncque Petrum episcopum, si mallet, a proprio sacerdote per scripturam eum impetrare posse. Coll. Brit. Gel. Epp. 39. — „Certe dixi".

715 (413) Natali episcopo (al. presbytero) scribit, se mandasse episcopis Dardaniae, ut obeuntes episcopos metropolitanus debeat ordinare; ipsum metropolitanum, si humana morte transierit, non nisi comprovinciales episcopi iuxta formam veterem studeant ordinare. Coll. Brit. Gel. Epp. 40, Holstenii Coll. Rom. I. 215 (ex Anselmo Lucc. L. VI. c. 39), Migne 59 p. 101, Bull. Rom. T. E. App. I. 311, Thiel I. 436. — „Quia per ambitiones".

716 Universos episcopos per Dardaniam constitutos instruit, ut secundum veterem consuetudinem obeuntes episcopi a metropolitano et ipse, si de vita decesserit, a comprovincialibus episcopis sacrari debeant. Coll. Brit. Gel. Epp. 41, Gratiani decr. I. D. 64. c. 6, Mansi VIII. 134, Thiel I. 435. — „Quia per ambitiones".

717 (462) Cresconio, Iohanni, Messalae episcopis mandat, examinent querelam Festi, qui affirmet, sibi Urbanum, defunctum Fulginatis civitatis antistitem, praedium perperam abstulisse. Alexandrum clericum ea, „quae in tempore actum meminit", patefacere compellant. Coll. Brit. Gel. Epp. 42. (Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 92, Gratiani decr. C. XXV. qu. 2. c. 19, Mansi VIII. 133, Migne 59 p. 148, Bull. Rom. T. E. App. I. 338, Thiel I. 499 praebent solum initium huius epistolae). — „Decessorum statuta".

718 Siracusio episcopo mandat, compellat heredes Zachei episcopi ad redhibitionem sexaginta et duarum librarum, „quatinus recuperatis ministeriis ecclesia ornamentis propriis indigere non possit". Coll. Brit. Gel. Epp. 43. — „Heredes antistitis".

**496.**

719 Maximo et Celeri (Clero) episcopis declarat: „Nihil perire credimus ecclesiasticis utilitatibus, si quae sunt aliena reddantur". (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 44, Thiel I. 499. — „Nihil perire".

720 „In synodo" decidit in lite inter Eucaristum (iam damnatum) et Faustum, ecclesiae Romanae defensorem, ut iniuste repetat Eukaristus sexaginta et tres solidos Fausto „ad episcopatum petendum" solutos. Coll. Brit. Gel. Epp. 45. — „Inter Eucaristum".

721 Hercleuvae (Theoderici regis matri) scribit, Felicem et Petrum, Nolanae ecclesiae clericos, „contra divinas humanasque leges ecclesiastica privilegia respuentes ad iudicia publica convolasse, quando imperialibus constitutis inter huiusmodi personas, quicquid sedes apostolica censuisset, decretum fuerit oportere servari. Non solum veluti laici contra proprium praecepta regia depoposcisse sacerdotem, sed etiam adhibitis barbaris in eiusdem praesulis sui perniciem necemque saeviisse". Petit, ut „privilegia b. Petri, quae divinis humanisque legibus concessit antiquitas, nulla patiatur subreptione convelli". Coll. Brit. Gel. Epp. 46. — „Felicem et Petrum".

722 (402) Theoderico regi scribit, „certum esse, eum leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse praeceperit, multo magis circa reverentiam b. Petri velle servari". (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 47, Ivonis decr. IV. c. 180, Gratiani decr. I. D. 10. c. 12, Mansi VIII. 139, Migne 59 p. 153, Bull. Rom. T. E. App. I. 307, Thiel I. 489. — „Certum est, magnificentiam".

723 Gerontio et Iohanni episcopis scribit, Serenum episcopum (Nolanum) contumeliis compulsum, ad comitatum domini regis venire, omnibus solatiis adiuvandum esse. (Fragmentum). Bull. Rom. T. E. App. I. 307, Thiel I. 489 (ex Anselmo Lucc. L. VI. c. 109). — „Frater et coepiscopus".

724 (423) Iohanni episcopo significat, Asellum archidiaconum a munere submotum esse, quod in episcopi interfecti locum succedere intendens necem illius non nuntiasset. Coll. Brit. Gel. Epp. 48a, Ivonis decr. X. c. 13, Mansi VIII. 126, Migne 59 p. 142, Bull. Rom. T. E. App. I. 317, Thiel I. 449. — „Nos ausus".

725 (421, 458) Maiorico et Iohanni episcopis delegat visitationem ecclesiae Scyllacenorum, quam propter „caedem geminatam pontificum" iure proprii pontificis privat. Praecipit, ne „corporis sacri portionem sine callicis sacri cruore" sumi patiantur. (Fragmenta). Thiel I. 450. (Fragm. primum ap. Deusdedit Coll. canon. L. I. c. 140, Ivonis decr. X. c. 18, Gratiani decr. C. XXV. qu. 2. c. 25, Mansi VIII. 125, Migne 59 p. 141, Bull. Rom. T. E. App. I. 316. Fragm. secundum ap. Coll. Brit. Gel. Epp. 48b, Ivonis decr. II. c. 89, Gratiani decr. III. D. II. c. 12, Mansi VIII. 125, Migne 59 p. 141, Bull. Rom. T. E. App. I. 336). — „Ita nos Scyllacenorum" „Comperimus autem".

726 (407) Anastasio Maximum et Ianuarium, parentibus orbatos, commendat. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 49, Gratiani decr. I. D. 87. c. 2, Mansi VIII. 134, Migne 59 p. 149, Bull. Rom. T. E. App. I. 309, Thiel I. 500. — „Desolatis propriae".

727 (432) Crispino et Sabino episcopis Silvestrum et Faustinianum, clericos Grumentinos, commendat. Coll. Brit. Gel. Epp. 50, Ivonis decr. VI. c. 108, Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 13, Mansi VIII. 138, Migne 59 p. 151, Bull. Rom. T. E. App. I. 323, Thiel I. 389. — „Silvester et Faustinianus".

728 (431) Zeiae (al. Ezechiae) comiti commendat Silvestrum et Faustinianum, quondam a domino manumissos clericorumque ordini adscriptos, nunc ab illius herede Theodora repetitos, atque ab archidiacono Grumentino contra leges civili iudicio permissos. Coll. Brit. Gel. Epp. 51, Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 12, Mansi VIII. 137, Migne 59 p. 151, Bull. Rom. T. E. App. I. 323, Thiel I. 390. — „Christianis".

729 (425) Rusticum et Fortunatum episcopos observare iubet, num Foropopiliensis episcopus comitiali morbo laboret. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 52, Gratiani decr. C. VII. qu. 2. c. 2, Mansi VIII. 140, Migne 59 p. 153, Bull. Rom. T. E. App. I. 318, Thiel I. 487. — „Nuper Foropopiliensis".

730 Rufino (al. Leontio) et Petro episcopis dicit: „Quisquis in negotiis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, prona nos convenit animositate praestare". (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 53, Gratiani decr. I. D. 87. c. 3, Mansi VIII. 136, Migne 59 p. 150, Bull. Rom. T. E. App. I. 309, Thiel I. 500. — „Quisquis".

**496.**

731 (440) Laurentio „testatoris servare arbitrium“ iubet. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 54, Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 15, Mansi VIII. 141, Migne 59 p. 154, Bull. Rom. T. E. App. I. 327, Thiel I. 500. — „Consideratio ecclesiasticae“.

732 (445) Iohanni, episcopo Vibonensi (al. Vivanensi, Viennensi), nunciat, Felicem, criminum quorumdam ab Heorthasio v. sp. convictum, in custodia haberi. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 55, Ivonis decr. XVI. c. 77, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 33, Mansi VIII. 132, Migne 59 p. 147, Bull. Rom. T. E. App. I. 329, Thiel I. 506. — „Uxor Felicis“.

733 (450) Maiorico, Sereno, Iohanni episcopis scribit, Dionysios ob turbata iura ecclesiae Vibonensis excommunicandos publicisque legibus interrogandos esse, quique communionem sacram illis ministraverit, Coelestinum presbyteratu privandum. (Fragmenta). Coll. Brit. Gel. Epp. 56, Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 98, Ivonis decr. III. c. 150, IV. c. 85, Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 24, Mansi VIII. 86, 132, Migne 59 p. 101, 147, Bull. Rom. T. E. App. I. 331, Thiel I. 453. — „Qui (et humanis) et divinis“ „Quapropter Dionysii“ „Coelestinus presbyter“.

734 (408) Fortunatum episcopum excitat contra Olympium diaconum latronis instar pupillaria bona avertentem. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 57, Ivonis decr. VI. c. 109, Gratiani decr. I. D. 87. c. 5, Mansi VIII. 135, Migne 59 p. 149, Bull. Rom. T. E. App. I. 309, Thiel I. 501. — „Irreligiosum prorsus“.

735 (403) Helpidium, episcopum Volaterranum, Ravennam profecturum, reprehendit, cum „canones evidenter praecipiant, nullum omnino pontificem, nisi ipso viso atque consulto, ad comitatum debere contendere“. Quod a Pistoriensi, Lucensi, Faesulano episcopis factum scribit. (Fragmenta). (Coll. Brit. Gel. Epp. 58, Deusdedit Coll. canon. L. I. c. 139, Ivonis decr. II. c. 90), Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 26, C. I. qu. 1. c. 92, Mansi VIII. 127, Migne 59 p. 143, Bull. Rom. T. E. App. I. 307, 338, Thiel I. 486. — „Quo ausu, qua“ („Sacrosancta religio“).

736 (446) Epiphanio episcopo scribit, sacrilegos ecclesiis esse prohibendos. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 59, Ivonis decr. III. c. 119, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 11, Mansi VIII. 128, Migne 59 p. 143, Bull. Rom. T. E. App. I. 330, Thiel I. 504. — „Ad episcopos ceteros“.

737 (453) Victori, Constantino, Martyrio, Felicissimo, Sereno, Timotheo episcopis scribit, Benenatum et Maurum, municipes Beneventanos si revera quemdam curialem ex asylo ecclesiae vi abduxerint, ab Epiphanio, episcopo Beneventano, merito excommunicatos esse. Quibus omnes vult ecclesias praecludi. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 60, Ivonis decr. III. c. 120, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 10, Mansi VIII. 128, Migne 59 p. 143, Bull. Rom. T. E. App. I. 334, Thiel I. 504. — „Frater et coepiscopus“.

738 (406, 441) Honorio episcopo commendat curam de egentibus, et mandat, rescindat testamentum ab Ampliato, ecclesiae servo, factum. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 61, Ivonis decr. XVI. c. 111, Gratiani decr. I. D. 87. c. 4, C. XIII. qu. 2. c. 5, Mansi VIII. 133, Migne 59 p. 148, 147, Bull. Rom. T. E. App. I. 308, 327, Thiel I. 499. — „Divinae retributionis“ „Illud etiam sinceritatem“.

739 (424) Gerontio, Iohanni, Germano et Petro episcopis haec scribit: „Si illic, ubi haec acta sunt, praesentibus utrisque constiterit, et satisfecisse Stephanum et supplicatione suscepta, eum, qui male tractatus est, ignovisse, semel in ablatione remissa punitio recidivo dolore non debet iterari“. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 62, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 4. c. 29, (et decr. III. D. IV. c. 24), Bull. Rom. T. E. App. I. 318, Thiel I. 507. — „Si illic ubi“ („Divina clementia“).

740 (452) Iustinum archidiaconum et Faustum defensorem de socio in gubernatione ecclesiae Volaterranae subrogato docet. Ne cuique clerico praedium pro portione sua disputent vetat; proventuum summam in quatuor partes dispertiendam esse decernit. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 63, Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 93, Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 23, Mansi VIII. 135, Migne 59 p. 149, Bull. Rom. T. E. App. I. 333, Thiel I. 498. — „Vobis enim“.

741 (452) Iustino archidiacono et Fausto defensori mandat, ut alienata ecclesiae Volaterranae bona recolligant et gubernent. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 64,

**496.**

Ivonis decr. III. c. 151, Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 25, Mansi VIII. 129, Migne 59 p. 145, Bull. Rom. T. E. App. I. 332, Thiel I. 496. — „Volaterranae".

742 (455) Siracusio, Constantio et Laurentio episcopis haec scribit: „Iudas, qui iudaicae professionis exsistit, mancipium sui iuris, quod ante paucos annos se asserit comparasse, nunc ad ecclesiam Venefranam confugisse suggessit, eo quod dicat, sibi ab infantia christiano nuper a praefato domino signaculum circumcisionis infixum". Mandat, rem cognoscant. (Fragmentum). Coll. Brit. Gel. Epp. 65, Ivonis decr. XIII. c. 113, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 34, Mansi VIII. 132, Migne 59 p. 146, Bull. Rom. T. E. App. I. 335, Thiel I. 506. — „Iudas, qui".

743 (401) Quinigesio et Constantino episcopis significat, Felicem et Petrum, clericos Nolanos, qui „contumaciter et contra constitutum rebelles ad comitatum filii sui regis" se contulissent, et Serenum, episcopum Nolanum, iniuriis affecissent, a Theoderico rege „ad suum examen" remissos esse. (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. IV. c. 56, Mansi VIII. 85, Migne 59 p. 99, Bull. Rom. T. E. App. I. 306, Thiel I. 490. — „Felix et Petrus".

Nov. 19. Moritur. XIII. kal. Decembris. Marianus Scottus MG. SS. V. 537. „Sepultus est in basilica S. Petri XII. kal. Decembris"; sic legitur in Vita Gelasii I. ap. Vignoli I. 169.

---

## S. ANASTASIUS II. 496—498.

**496.**

Nov. 24. Consecratus esse videtur hoc die dominico. Sedebat enim secundum catalogos paene omnes annum 1 m. 11 d. 24; neque amplius, quam annum 1 m. 11 d. 26 numeramus a die 24. m. Nov. a. 496 usque ad d. 19. m. Nov. a. 498, quo sepultus esse fertur Anastasius. Cf. Thiel I. 614.

744 (464) Anastasium imperatorem de inito pontificatu certiorem facit. Legatos mittit Cresconium et Germanum episcopos. Petit, „ut sedes b. Petri in universali ecclesia assignatum sibi a domino Deo teneat principatum", neve „propter unum mortuum diutius tunica illa Salvatoris, desuper contexta per totum, malae sortis patiatur incertum". Acacii nomen „taceri", Alexandrinosque ad catholicam fidem revocari vult, sed addit: „Agnoscat imperator, quod nullum de his, vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, ulla eos ex nomine Acacii portio laesionis attingat". Voelli et Justelli Bibl. I. 245, Hinschius Ps. Is. p. 654, Mansi VIII. 188, Bull. Rom. T. E. I. 126, Thiel I. 615. — „Exordium pontificatus".

**497.**

745 (465) Cludoeco (Francorum regi) inter initia pontificatus sui sacris christianis imbuto gratulatur litteris Eumerio presbytero datis. Monet, ut assit ecclesiae, „nam" inquit „refrigescit caritas multorum, et malorum hominum versutia navicula nostra feris fluctibus agitatur et despumantibus undis pertunditur". D'Achery Spicil. III. 304, Conc. Gall. I. 669, Mansi VIII. 193, Bull. Rom. T. E. App. I. 341, Thiel I. 623. — „Tuum, gloriose fili".

746 (377) Laurentio de Lignido episcopo respondet, gaudere se, quod in Thessalonicensi ecclesia vel in aliis similiter, recitata epistola praedecessoris sui de excessibus Acacii, cuncti eidem anathema dixerint. Formulam fidei suae, cum episcopis Illyricis communicandam, ascribit ut „mos est Romanae ecclesiae sacerdoti noviter constituto". De imperatore bona sperat. Mansi VIII. 10, Migne 59 p. 19, Bull. Rom. T. E. App. I. 265, Thiel I. 624. (Antiquae collectiones Gelasio I. hanc epistolam ascripserunt, cf. Thiel I. 82). — „In prolixitate epistolae".

747 (CCIII) Ursicino (episcopo) fidem suam de natura Christi exponit. (Fragmenta una voce consentientia partibus superioris Gelasio I. olim ascriptae epistolae genuina esse fide codicum probatorum demonstrat Thiel I. 84). Mansi VIII. 193, 194, Thiel I. 627. — „Nam principium" „Confitemur ergo" „Nunquam autem".

**496—498.**

748 (466) * Inter Arelatensem et Viennensem ecclesias „aliqua contra veterem consuetudinem iubet observari, decessorum suorum videlicet ordinationem transgrediens", Viennensemque episcopum fovens. V. infra epp. 753, 754.

†749 Ecclesiam S. Iacobi Compostellanam in tuitionem S. Petri suscipit. Thiel I. 639. — „Et iustitiae ratio".

†750 (CCII) Decernit haec: „Qui potest obviare et perturbare perversos, et non facit, nihil est aliud, quam favere eorum impietati". Gratiani decr. C. XXIII. qu. 3. c. 8, Mansi VIII. 198, (Thiel I. 638). (Est c. 21. Damasi epist. Pseudo-Isidor. supra ep. 243 ap. Hinschius Ps. Is. p. 508). — „Qui potest".

**498.** (*Paulino cons.*)

Aug. 23. (28.) — 751 Universos episcopos per Galliam constitutos hortatur, obsistant falsae in Gallia exortae doctrinae, „ut parentes humano genere, ut ex materiali faece tradunt corpora, ita etiam vitalis animae spiritum tribuant". Oesterreichische Vierteljahrschrift 1866 p. 556, Bull. Rom. T. E. App. I. 342, Thiel I. 634. — „Bonum atque iucundum".

Nov. 19. — Sepelitur „in basilica b. Petri apostoli XIII. kal. Decembris". Vita Anastasii in Vignolii Lib. pont. I. 171. Anastasii consecrationem si ad diem 24. m. Nov. a. 496 recte retulimus, eum die 17. m. Nov. a. 498 mortuum esse oportet. Marianus Scottus MG. SS. V. 537 praebet „V. kal. Iunii".

---

## S. SYMMACHUS. 498—514.

**498.**

Nov. 22. — In basilica Constantiniana — Consecratur „X. kal. Decembris (al. die kal. Augusti). Paulino cons". Vita Symmachi in Vignolii Lib. pont. I. 172, 175. Cf. Thiel I. 639.

**499.** (*Post consulatum Paulini.*)

c. Ian. — Ravennae — remoto Laurentio antipapa (v. infra Laurentii regesta), Symmachus sancitur a Theoderico rege, sic decernente, „ut, qui prior ordinatus fuisset, vel ubi pars maxima cognosceretur favere, ipse sederet in sede apostolica". Vita Symmachi l. l. p. 172. Maiorem Symmachi, quam Laurentii, fuisse partem, prodit Theodorus Lector in Hist. eccl. L. II. c. 17; sed in Fragmento catal. pont. ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXIX et ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 45 (Catalogus Symmachianus) legimus, Symmachum „multis pecuniis obtinuisse" apud Theodericum regem.

Mart. 1. — In basilica b. Petri apostoli — Synodus Italorum episcoporum 72, a Symmacho ad id convocata, „ut episcopalis ambitus et confusionis incertus vel popularis tumultus, ... tempore ordinationis ipsius exortus ..., in futurum posset amputari". Itaque de „Romani episcopi ordinatione" statuunt: 1) „Ut si presbyter aut diaconus, aut clericus, papa incolumi et eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pittacia promittere, aut sacramentum praebere tentaverit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa, privatis conventiculis factis, deliberare atque decernere, loci sui dignitate atque communione privetur; pari severitate feriendo eum, qui hoc, vivo pontifice, quolibet modo fuerit ambiisse convictus, aut certe tentasse; omnibus pariter huius culpae reis anathematis poena plectendis". 2) „Si transitus papae inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris non possit decernere, siquidem in unum totius inclinaverit ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus". Discrepantibus sententiis pars maior vincat. 3) Huius legis violatores qui indicaverit, praemio donetur. Voelli et Justelli Bibl. I. 257, Hinschius Ps. Is. p. 657, Mansi VIII. 229, Thiel I. 641. (Hefele II. 625).

(In synodo) Laurentio, antipapae deiecto, episcopatum Nucerinum concedit. Vita Symmachi l. l. p. 172—173, Catal. Symmachianus l. l. Cf. Leonis M. Opp. III. p. CX (Migne 56 p. 128), Acta SS. Iulii T. IV. 636, Hefele II. 627.

| | | |
|---|---|---|
| | | **499.** (*Post consulatum Paulini.*) |
| Oct. 19. | | 752 (468) Liberio patricio de Marcellino electo episcopo Aquileiensi gratulatur. Hinschius Ps. Is. p. 685, Mansi VIII. 209, Migne 62 p. 49, Bull. Rom. T. E. App. I. 347. (Epistola est per Ennodium scripta, cf. Ennodii Opp. p. 135 et ibid. Sirmondi not. p. 24 [Migne 63 p. 85]). — „Cum pro veneranda". |
| „ 21.(13.) | | 753 (469) Aeonio, episcopo Arelatensi, scribit, ut et ipse et Viennensis episcopus nuncios mittat, ne sibi accidat, ut temere decidat de eorum controversia. Conc. Gall. I. 682, Mansi VIII. 208, Migne 62 p. 49, Bull. Rom. T. E. App. I. 348, Thiel I. 654. — „Movit equidem". |
| | | **500.** (*Iterum post consulatum Paulini iunioris.*) |
| Sept. 29. | | 754 (470) Aeonii, episcopi Arelatensis, „de ordinandis episcopis in vicinis civitatibus" iura, Viennensis ecclesiae gratia ab Anastasio II. imminuta, restituit. Pascha anni sequentis indicit in diem 25. mensis Martii. Mansi VIII. 208, Migne 62 p. 50, Bull. Rom. T. E. App. I. 349, Thiel I. 655. — „Dilectionis tuae litteras". |
| | Extra Urbem | Theoderico regi obviam venit. Anonymus Valesianus ap. Ammianum Marcellinum ed. Valesius p. 667. Cf. Cassiodori chron. ed. Mommsen p. 657 (Migne 69 p. 1247): „Patricio et Hypatio coss." (i. e. anno 500). |
| | | **501.** (*Avieno [et Pompeio] coss.*) |
| | Arimini | commoratur iussu Theoderici regis, per Festum et Probinum multis criminibus (violatae castitatis, possessionum ecclesiae dissipatarum) accusatus. Quod „post aliquot annos" accidisse legitur in Catal. Symmachiano l. l., „post annum quartum", in Vita Symmachi p. 173. Agi de anno 501, quae sequuntur, docent. |
| | „ | „postmeridianis horis super litus maris ambulans, vidit mulieres inde transire, cum quibus accusabatur in scelere, quae comitatum petebant, regia iussione". Catal. Symmachianus l. l. |
| | Arimino | „nocte media" Romam profugit. Catal. Symmachianus l. l. |
| | Romae intra b. Petri septa | V. Catal. Symmachianum l. l. |
| c. Mart. 25. | | (Petrus, episcopus Altinensis, Romam ingreditur, a Theoderico rege cleri rogatu missus, ut diebus paschalibus visitatoris munere fungeretur. Catal. Symmachianus l. l. Cf. Vitam Symmachi p. 173.) |
| | | 755 (471) *Theoderico regi de cogenda synodo assentitur. V. acta synodi hoc anno habitae ap. Mansi VIII. 248, Thiel I. 659. |
| Mart.-Iul. | In basilica Iulii | Synodi, a Theoderico rege convocatae, conventus primus, in quo Symmachus se, nisi remoto visitatore (Petro, episcopo Altinensi) „statuque pristino" sibi reddito, causam dicturum negat. Qua de re ad regem refertur. (Hunc conventum „post sanctam festivitatem" paschalem [post diem 25. m. Mart.] et ante diem 8. m. Aug. a. 501 habitum esse, liquet ex Catal. Symmachiano l. l. et ex Theoderici epistola, scripta „sub die VI. id. Aug. Rufo Magno Fausto Avieno cons." ap. Mansi VIII. 253, Migne 72 p. 1111, Thiel I. 670). Acta in Voelli et Justelli Bibl. I. 264, Hinschius Ps. Is. p. 659, Mansi VIII. 247, Thiel I. 657. (De sessionibus huius synodi cf. Hefele II. 635, 638, 641). |
| c. Sept. 1. | | ad synodi conventum secundum in „Hierusalem basilicam Sessoriani palatii" accedens, ab adversariis male tractatur. (In diem 1. m. Sept. conventum hunc indixerat Theodericus rex in epistola citata). Acta synodi l. l. |
| „ „ 1. | Ad b. Petri septa | confugit, in synodumque denuo ire recusat. Acta synodi l. l. |
| Oct. 13. | | 756 (472) Avito, episcopo Viennensi, scribit, ne aegre ferat litteras ad Aeonium, episcopum Arelatensem, nuper missas; in his enim se, „inaudita parte et absque competenti instructione" posse iudicium fieri negasse. Anastasii II. decretum si „rationabiliter" esse factum demonstretur, se gavisurum affirmat. Rationes afferri iubet. D'Achery Spicil. III. 307, Mansi VIII. 228, Migne 62 p. 51, Bull. Rom. T. E. App. I. 350, Thiel I. 656. (De nota consulari cf. Rossi Inscript. christ. U. R. p. 413). — „Non debuit caritatem". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **501.** (*Avieno* [*et Pompeio*] *coss.*) |
| Oct. 23. | Apud urbem Romam | in synodi conventu tertio, seu synodo Palmari, „X. kal. Nov. Rufo Magno Fausto Avieno cons." habita, restituitur Symmachus „totaque causa Dei iudicio reservatur". Acta synodi l. l. |
| | | In eadem synodo Petrus, episcopus Altinensis, a Theoderico rege ecclesiae Romanae visitator constitutus, et Laurentius antipapa damnantur. Vita Symmachi p. 174. Cf. Victoris Tunnunensis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 253 (Migne 68 p. 948): „Laurentius, ... dum Noceriae civitatis episcopus (al. episcopatu) nollet esse contentus, synodo Romae facta a coetu est sacerdotali proiectus". |
| | Ap. b. Petrum | „cum gloria sedet". Vita Symmachi p. 174. |
| | | **502.** (*Flavio Avieno iuniore cons.*) |
| Nov. 6. | In basilica b. Petri apostoli | Synodus episcoporum 64, in qua ea, quae Symmachi accusandi ansam dederat, lex post Simplicii mortem a Basilio, praefecto praetorio et patricio agente vices regis Odoacris, lata, et in ecclesia b. Petri ab episcoporum synodo confirmata: Ne pontifici Romano liceat ecclesiae bona alienare, rescinditur, propterea quod a laico et sine ipsius Romani pontificis auctoritate condita sit. Similem deinde, auctore Symmacho, sanciunt legem: „Ut nulli apostolicae sedis praesuli ... liceat, praedium rusticum ... sub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuslibet iura transferre; sane tantum domus in quibuslibet urbibus constitutae, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis ... reditibus, ... commutentur (commodentur)". Presbyteros diaconosque Romanos eadem lege astringunt. Reliquis de ecclesiis statuunt, ut suum quaeque morem retineat. Voelli et Justelli Bibl. I. 260, Mansi VIII. 265, Migne 62 p. 72, Thiel I. 682. (Hefele II. 643). |
| | | **503.** |
| | Ante confessionem b. Petri apost. | †§Synodus, quae fertur „post consulatum Avieni" habita esse, Symmachique synodus quinta appellari solet. Ennodii contra synodi palmaris oppugnatores libellus approbatur. Deinde non solum „illi, qui papam Symmachum accusaverint et damnationem ei inferre tentaverint, et illi, qui eum iudicaverint", damnantur, sed id etiam sancitur, „ne unquam talia non solummodo in apostolicae sedis praesulem a quoquam praesumantur, sed nec in ullo christianorum episcopo usurpentur". Nec ullos episcopos, suis rebus exspoliatos, vel a sedibus pulsos, aut ad synodum tam provincialem, quam generalem posse convocari, aut in aliquo iudicari, antequam cuncta, quae eis ablata sint, legibus potestati eorum redintegrentur", decernunt. „Accusatoribus vero inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel iis, qui suspecti sint, ne credatur. Hinschius Ps. Is. p. 675, Mansi VIII. 295. Cf. Leonis M. Opp. III. p. CCXVIII, Hinschius l. l. p. CV, Hefele II. 645, (qui genuina esse censet haec acta), Thiel I. 738. (Quinque fragmenta libelli Ennodii, cuius tenor invenitur in eiusdem Opp. p. 324, 334 cet. [Migne 63 p. 183] extant nomine Symmachi in Gratiani decr. I. D. 40. c. 1, C. VIII. qu. 4. c. 1, I. D. 17. c. 6, C. IX. qu. 3. c. 14, I. D. 81. c. 2. — „Non nos beatum" „Nonne directa" „Concilia sacerdotum" „Aliorum hominum" „Nemo recte". V. Bull. Rom. T. E. App. I. 365—367). |
| Oct. 1. | Apud b. Petrum apostolum | †§Synodus, quae sexta vocatur. Decernunt, ne „oblationes fidelium praesumantur absque consensu et voluntate episcopi, in cuius dignoscuntur esse parochia et potestate, possideri". Hinschius Ps. Is. p. 679, Mansi VIII. 309. Cf. Hefele II. 646, (qui nullam dubitationem, quin genuina sit, profert), et Thiel I. 738. |
| | | **c. 505.** |
| | | 757 (473) *Theoderico regi „petitionem per Dioscorum, Alexandrinum diaconum, destinat, adserens magnum sibi praeiudicium fieri et maxime de titulis, quos intra Urbem Laurentius (antipapa) obtinet". Catal. Symmachianus l. l. |
| | | **498—506.** |
| | | 758 *Ennodium rogat, ut in aula Theoderici regis expensas pro utilitate apostolicae sedis solvat. Ennodii Epp. L. III. 10, L. VI. 16, 33, Opp. ed. Sirmond p. 84, 173, 184 (Migne 63 p. 60, 107, 112). |

**498—506.**

759 *Anastasium imperatorem monet, „ne militari manu compellat eos, qui se a contagione perfidorum multis temporibus abstinere delegerint". Epist. Symmachi ad eundem infra ep. 761 ap. Thiel I. 705.

**498—512.**

†760 (CCIV) § Laurentio, Mediolanensis ecclesiae archiepiscopo, inscriptae sunt litterae, Symmacho perperam tributae. (Sunt enim „dictio Ennodii data Stephano v. c. vicario dicenda Maximo episcopo", Ennodii Opp. p. 473 [Migne 63 p. 269]; cf. Thiel I. 102). Hinschius Ps. Is. p. 684, Mansi VIII. 210, Migne 62 p. 52. — „Prodit religiosae".

**506—512.**

761 (475) Contumelias, ab Anastasio imperatore in se iactas, propulsat „apologetico". Baronii annal. 503 n. XVIII, Migne 62 p. 66, Bull. Rom. T. E. App. I. 352, Thiel I. 700. — „Ad augustae memoriae".

**507—512.**

Oct. 8. 762 (474) Episcopos, confessores in Sardiniam et alias insulas ex Africa deportatos, consolatur, quod „venerit inter eos gladius perfidorum, qui marcida ecclesiae membra resecaret, et ad coelestem gloriam sana perduceret". „Nolite metuere" inquit „quod pontificalis a vobis apicis infulas abstulerunt". Mittit postulatam „beatorum martyrum Nazarii et Romani benedictionem". (Scripta est epistola per Ennodium, cf. eiusdem Opp. p. 58 [Migne 63 p. 45]). Ruinart in Ed. Victoris Vitensis Historiae persecutionis Vandalicae p. 282, Mansi VIII. 217, Migne 62 p. 71, Bull. Rom. T. E. App. I. 351, Thiel I. 708. — „Lucrum forsitan".

**512.** (*Post consulatum Felicis.*)

763 (476) Episcopos, presbyteros, diaconos, archimandritas et cunctum ordinem et plebem per Illyricum, Dardaniam et utramque Daciam (non Thraciam) constitutos ab ecclesiae Contantinopolitanae communione revocat, malaque fortiter ferre iubet. Baronii annal. 512 n. XXXVI, Mansi VIII. 218, Migne 62 p. 61, Bull. Rom. T. E. App. I. 358, Thiel I. 717. — „Quod pleno fieri".

**513.** (*Probo cons.*)

Nov. 6. 764 (477) Caesario, episcopo Arelatensi, monente, edicit, ne ecclesiarum bona alienentur; ne sacerdotium pretio tribuatur; ne laici imparati sacerdotes creentur; ut raptores feminarum detestentur sacratarumque virginum vitiatores excommunicentur; ne viduae, „quae in religioso proposito diuturna observatione permanserint", ad nuptias transeant; ne quis sibi episcopatum ambiat. Hinschius Ps. Is. p. 657, Mansi VIII. 212, Migne 62 p. 54, Bull. Rom. T. E. I. 130, Thiel I. 723. — „Hortatur nos".

„ 6.(13.) 765 (478) Arelatensis Viennensisque provinciarum fines, a Leone I. constitutos, litteris ad universos Galliarum episcopos datis confirmat, petente Caesario, episcopo Arelatensi. Conc. Gall. I. 859, Mansi VIII. 226, Migne 62 p. 64, Bull. Rom. T. E. I. 131, Thiel I. 722. — „Sedis apostolicae nos instituta".

(Romae) 766 (479) *Caesario, episcopo Arelatensi, „speciali privilegio pallii usum permittit, et diaconos eius perinde ac Romanae ecclesiae diaconi dalmaticis uti vult". Vita S. Caesarii, Acta SS. Aug. T. VI. 71. Cf. Conc. Gall. I. 858 n. 5.

**498—514.**

†767 (CCV) Theodoro, fundatae ab apostolis ecclesiae Laureacensis archiepiscopo, pallium mittit „ad ostendendum, eum magistrum et archiepiscopum, eiusque S. Laureacensem ecclesiam provinciae Pannoniorum sedem fore metropolitanam". Ludewig Scr. R. Germ. II. 352, Mon. Boic. XXVIII. II. 195, Fejér Cod. D. H. I. 123, Mansi VIII. 228, Migne 62 p. 72, Bull. Rom. T. E. App. I. 363. — „Diebus vitae tuae".

†768 (480) Decernit, ut qui clericus filiam spiritualem vitiaverit, et munere privetur et poenitentia afficiatur sempiterna. Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 8, Mansi VIII. 230, Migne 62 p. 80, Bull. Rom. T. E. App. I. 367. (Cf. Berard. I. II. 465). — „Omnes, quos in".

**514.** (*Flavio Senatore cons.*)

Iun. 11. 769 (481) Ecclesiae Arelatensis privilegia confirmat, in his, ut Caesarius episcopus „circa ea, quae tam in Galliae, quam in Hispaniae provinciis de causa religionis emer-

| | | |
|---|---|---|
| | | **514.** (*Flavio Senatore cons.*) |
| | | serint, invigilet", eiusque vocatu et Aquensis et reliqui episcopi conveniant, et „si quis de Gallicana vel Hispana regionibus ecclesiastici ordinis ad se venire compulsus fuerit, cum eius notitia iter arripiat". Conc. Gall. I. 861, Mansi VIII. 227, Migne 62 p. 66, Bull. Rom. T. E. App. I. 362, Thiel I. 728. — „Qui veneranda patrum". |
| Iul. 19. | In basilica b. Petri | Sepelitur „XIIII. kal. Augusti ... Senatore cons." Vita Symmachi p. 180. |

## LAURENTIUS antipapa. 498—c. 505.

| | | |
|---|---|---|
| | | **418.** |
| Nov. | | Eligitur auctore Festo, senatore Romano, Constantinopoli Romam reverso. Theodori Lectoris Hist. eccl. L. II. c. 17. |
| „ 22. | In basilica b. Mariae | Consecratur eodem, quo Symmachus, die. Vita Symmachi in Vignolii Lib. pont. I. 172. |
| | | **499.** |
| c. Ian. | Ravennae | reiicitur a Theoderico rege, Symmachum confirmante. Vita Symmachi p. 172. Catal. Symmachianus ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXIX. |
| c. Mart. 1. | (Romae) | in Symmachi synodo episcopus Nucerinus constituitur. Vita Symmachi p. 172. V. supra Symmachi regesta. |
| | Nuceriae | Catal. Symmachianus l. l. |
| | | **501.** |
| | Romam | revocatus, schisma redintegrat; quod teste Vita Symmachi p. 173 eo tempore accidit, cum Symmachus apud Theodericum regem postulatus est. |
| c. Oct. | Ravennae | „moratur, Symmachi violentiam persecutionemque declinans". Catal. Symmachianus l. l. Cf. synodum d. 23. m. Oct. 501 habitam in Symmachi regestis. |
| | | **c. 502.** |
| | Romam | redit. Catal. Symmachianus l. l., mentione synodi a. 501 (v. Symmachi regesta) facta, ita pergit: „Clerus ergo et senatus electior, qui consortium vitaverat Symmachi, petitionem (Theoderico) regi pro persona Laurentii dirigit, qui eo tempore Ravennae morabatur, ... ut ipse Romanae praesederet ecclesiae, ubi dudum fuerat summus pontifex ordinatus: Quia hoc et canonibus esse adfixum, ut unusquisque illic permaneat, ubi primitus est consecratus antistes, vel si quibusdam commentis exinde remotus fuerit, eum modis omnibus esse revocandum. Sic Laurentius ad Urbem veniens per annos circiter quattuor Romanam tenuit ecclesiam, per quae tempora, quae bella civilia gesta sint, ... non est praesenti relatione pandendum". Cf. Vitam Symmachi p. 175, ubi de dissensionibus civilibus post synodum a. 501 gestis agitur. |
| | | **c. 505.** |
| | Roma | discedit, cum Theodericus rex „patricio F... praecepta direxisset, admonens, ut omnes ecclesiae tituli Symmacho reformentur, et unum Romae pateretur esse pontificem". Catal. Symmachianus l. l. In exsilium a Symmacho Laurentium esse pulsum, narrat Theodorus Lector Hist. eccl. L. II. c. 17. |
| | In praediis patricii Festi | commoratur. Catal. Symmachianus l. l. |
| | | **5 . . .** |
| | In praediis patricii Festi | Moritur. Catal. Symmachianus l. l. |

# S. HORMISDA. 514—523.

Hormisdae epistolas a collectoribus ex archivo Romanae ecclesiae desumptas esse, patet ex notis tabellariorum multis pontificis epistolis ascriptis, et ex eo, quod nonnullis ad eundem directis epistolis adiuncti sunt dies, quibus sunt istae Romae acceptae.

**514.**

Iul. 20. Consecratur. Et Vitae Hormisdae in Vignolii Lib. pont. I. p. 181 et catalogorum fere omnium testimonio, qui d. 7. m. Aug. a. 523 sepultus est, Hormisda sedem tenuit annos 9, dies 17; consecratio igitur ad ipsum dominicum diem 20. m. Iulii a. 514 referenda est. Neque respiciendi dies 7 sunt, quibus post Symmachi mortem in eiusdem Vita p. 180 legitur ecclesia vacasse, cum praesertim, quae in Libro pontif. indicantur, interpontificia non semel fallant. Cf. Thiel I. 739.

770 Caesario, episcopo Arelatensi, ordinationem suam indicit. (Fragmentum). Thiel I. 993. — „Quamvis ratio exigat".

**515.** (*Florentio cons.*)

Apr. 4. 771 (482) Anastasii imperatoris litteris, restituendae pacis ecclesiasticae spem afferentibus, laetatur. De convocando concilio se responsurum scribit; sed prius de rebus in eo agendis certior fieri vult. (Epistola est delegata per Patricium). Mansi VIII. 385, Migne 63 p. 370, Bull. Rom. T. E. App. I. 369, Tancredi p. 160, Thiel I. 745. — „Gratias supernae".

772 (483) Dorotheum, episcopum Thessalonicensem, hortatur, ut memor promissi ad restituendam ecclesiae unitatem incumbat. Mansi VIII. 387, Migne 63 p. 372, Bull. Rom. T. E. App. I. 370, Tancredi p. 163, Thiel I. 746. — „Ubi caritatis".

Romae. Synodus, in qua de mittendis in Graeciam legatis constituunt. Vita Hormisdae p. 181. (Apud Hefele deest).

Iul. 8. 773 (484) Anastasium imperatorem orthodoxae fidei studiosum litteris Severiano traditis laudat. Episcopos, legatos suos, „qui propere subsecuturi sint", de synodo (Heracleae) congreganda „quid fieri oporteat", indicaturos esse scribit. Mansi VIII. 388, Migne 63 p. 374, Bull. Rom. T. E. App. I. 371, Tancredi p. 165, Thiel I. 747. — „Bene clementia".

774 (485) Ennodium (Ticinensem) et Fortunatum (Catanensem) episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, Hilarum notarium edocet, quae agant in legatione ad Anastasium imperatorem suscepta. (Hic est „Indiculus, qui datus est Ennodio cet."). Mansi VIII. 389, Migne 63 p. 374, Bull. Rom. T. E. App. I. 374, Thiel I. 748. — „Cum Dei adiutorio".

Aug. 11. (15.) 775 (486) Anastasio imperatori ad synodum vocanti rescribit, inaudito quidem novoque praecepto se libenter ea obtemperaturum lege, ut Nestorius et Eutyches eorumque socii anathematizentur. „Nunquam" inquit, „in sanctarum ecclesiarum memoria Dioscori participis Eutychetis, Timothei et Petri parricidarum commemoratio reviviscat; servetur ab omnibus suscipiendae Calchedonensis synodi difinitio; Acacius, Petri, tenebrarum filii, communione pollutus, habeat participes, quos delegit". Ennodium (Ticiniensem) et Fortunatum (Catanensem) episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, Hilarum (al. Hilarionem) notarium, legatos suos, commendat. Mansi VIII. 393, Migne 63 p. 374, Bull. Rom. T. E. App. I. 371, Tancredi p. 167, Thiel I. 755. — „Bene atque utiliter".

776 *Vitalianum, magistrum militum, rogat, ut legatos suos apud imperatorem adiuvet. Epist. Horsmisdae supra ep. 774 ap. Thiel I. 749.

Sept. 11. (al. 8, 10.) 777 (487) Caesario, episcopo Arelatensi, „vel his, qui sub eius ordinatione consistunt", nunciat „episcopos tam Dardanos, quam Illyricos pene omnes, necnon Scythas", ad sedis apostolicae communionem rediisse, seque legatos in Orientem misisse. Urbanum, sedis apostolicae defensorem, commendat. Conc. Gall. I. 867, Mansi VIII. 439, Migne 63 p. 431, Bull. Rom. T. E. App. I. 379, Tancredi p. 280, Thiel I. 758. — „Iustum est, ut qui".

778 (488) *Avitum, episcopum Viennensem, per conversionem provinciarum, id est Dardaniae, Illyrici vel Scythiae (al. Thraciae) ad communionem gaudii provocat",

**515.** (*Florentio cons.*)

eique se de eventu legationis Constantinopolim missae significaturum promittit. V. Aviti epist. ad. Hormisdam, Conc. Gall. I. 871, Mansi VIII. 408, Migne 59 p. 288, Thiel I. 781.

**516.** (*Petro cons.*)

p. Iul. 28. — Romae — 779 (489) Anastasii imperatoris desiderium restituendae unitatis ecclesiasticae laudat epistola, missa per Theopompum et Severianum, sed quare legatio promissa tamdiu tardaverit, miratur. Monet, servet fidem datam. „In totum“ inquit „perdita noxiorum declinate contagia; ... exsecrabile habeatur in flore, quod damnatur in semine“. Mansi VIII. 398, Migne 63 p. 383, Bull. Rom. T. E. App. I. 381, Tancredi p. 174, Thiel I. 766. Cf. Anastasii imperatoris epist. ad senatum Urbis Romae d. 28. m. Iul. a. 516 ap. Thiel I. 765. — „Solicitari animum“.

Nov. 15. — 780 (490) Iohannis, episcopi Nicopolitani, orthodoxiam laudat. Ad perseverantiam hortatur. Una cum Nestorio et Eutyche sectatores quoque eorum damnandos esse scribit. „Indiculo“ addito docet, quo modo qui ad fidem redeant, suscipiendi sint. Suas ad eum synodumque litteras in publico recitari vult. (Epistola haec et quae sequitur per Rufinum diaconum sunt transmissae). Mansi VIII. 402, Migne 63 p. 388, Bull. Rom. T. E. App. I. 383, Tancredi p. 179, Thiel I. 774. — „Gavisi sumus in“.

„ 19. — 781 (491) Synodo Epiri veteris ad fidem reversae gratulatur. Sed professionem missam sufficere, negat; neque enim Eutychen modo, sed etiam Dioscorum, Timotheum, Petrum, Acacium esse damnandos. Libellum („Regulam fidei“ ap. Mansi VIII. 402), cui subscribant, mittit. Mansi VIII. 405, Migne 63 p. 391, Bull. Rom. T. E. App. I. 386, Tancredi p. 184, Thiel I. 777. — „Benedictus Deus ecclesiae“.

**516.** (*Petro cons.*)

Nov. 19. — 782 (492) Iohannis, episcopi Nicopolitani, professionem laudat, reliquorum vero episcoporum minus definitam esse dicit. De libello per Pullionem, ecclesiae Romanae subdiaconum, misso addit. Mansi VIII. 407, Migne 63 p. 392, Bull. Rom. T. E. App. I. 385, Tancredi p. 190, Thiel I. 780. — „Litterarum, quas“.

783 (493) Pullionem subdiaconum, quae Nicopoli agat, edocet. „Indiculus“ (per Iohannem diaconum translatus) extat ap. Mansi VIII. 408, Migne 63 p. 394, Bull. Rom. T. E. App. I. 386, Thiel I. 780. — „Cum Dei adiutorio“.

**517.** (*Agapito cons.*)

Febr. 15. — 784 (494) Avito, episcopo Viennensi, respondet, se litteras ad eum iam antehac daturum fuisse, si quid laeti legatio in Orientem missa effecisset. Queritur, Graecos, „ore potius praeferre pacis vota, quam pectore, ... quae fuerint professi, negligere, et quae damnaverint, haec sequi“; legatosque ab iis missos esse „laicos et alienos ab ecclesiastico corpore“. Nunciat, „plures Thracum“, et episcopum Nicopolitanum, metropolitanum Epiri, una cum synodo suam sequi auctoritatem; „Dardaniam et Illyricum vicinum Pannoniae“, ut episcopi sibi ab ipso praeficerentur, petiisse. Conc. Gall. I. 873, Mansi VIII. 409, Migne 63 p. 394, Bull. Rom. T. E. App. I. 388, Tancredi p. 192, Thiel I. 783. — „Qui de his“.

Mart. 3. — 785 (495) Iohanni, episcopo Nicopolitano, nunciat, litteras eius a Pullione subdiacono sibi redditas esse. Hortatur, ut aequo animo ferat molestias. Haec addit: „De illa quoque parte, quam dilectio tua postulat, cogitamus, ut ad imperatorem clementissimum pro generalitatis quiete preces nostrae perveniant“. Mansi VIII. 421, Migne 63 p. 406, Bull. Rom. T. E. App. I. 391, Tancredi p. 234, Thiel I. 786. — „Remeante Pullione“.

Apr. 2. — 786 (496) Iohannem, episcopum Illicitanum (al. Tarraconensem), in Italiam venturum esse gaudet. De „generalibus constitutis“, rogatu eius ad Hispanas ecclesias missis (cf. duas, quae sequuntur, epistolas), significat. Sedis apostolicae vices ei, „servatis privilegiis metropolitanorum, ... catenus delegat, ut“ inquit „inspectis istis, sive ea, quae ad canones pertinent, sive ea, quae a nobis sunt nuper mandata, serventur, sive ea, quae de ecclesiasticis causis tuae revelationi contigerint, sub tua nobis insinuatione pandantur“. Hinschius Ps. Is. p. 689, Mansi VIII. 429, Migne 63 p. 421,

**517.** (*Agapito cons.*)

Bull. Rom. T. E. I. 134, La Fuente Hist. eccl. de España II. 473, Tancredi p. 256, Thiel I. 787, (cf. ibid. p. 106). — „Fecit dilectio tua".

Apr. 2. 787 (497) Universis episcopis per Hispaniam constitutis praescribit, ne clerici poenitentesve „saltu quodam" sacerdotes ordinentur, ne pretio tribuatur benedictio sacerdotis, utque bina quotannis concilia habeantur in singulis parochiis. Hinschius Ps. Is. p. 689, Mansi VIII. 430, Migne 63 p. 423, Bull. Rom. T. E. I. 132, La Fuente Hist. eccl. de España II. 471, Tancredi p. 259, Thiel I. 788. — „Benedicta trinitas".

788 (498) Universis episcopis per Hispaniam constitutis, rogatu Iohannis episcopi (Tarraconensis, non Constantinopolitani), praecipit, ne communionem tribuant „ex clero Graecorum venientibus", nisi libello, his litteris inserto, subscripserint. Hinschius Ps. Is. p. 691, Mansi VIII. 467, Migne 63 p. 459, Bull. Rom. T. E. App. I. 392, La Fuente Hist. eccl. de España II. 476, Tancredi p. 336, Thiel I. 793. — „Inter ea, quae notitiae".

„ 3. 789 (499) Anastasium imperatorem ad damnandum Acacium hortatur. Ennodium (Ticinensem) et Peregrinum (Misenensem) episcopos, legatos suos, commendat. Mansi VIII. 412, Migne 63 p. 397, Bull. Rom. T. E. App. I. 394, Tancredi p. 200, Thiel I. 796. — „Dudum legatis".

„ 3. 790 (500) Timotheum, episcopum Constantinopolitanum, ad fidem vocat. Mansi VIII. 414, Migne 63 p. 399, Bull. Rom. T. E. App. I. 397, Tancredi p. 209, Thiel I. 800. — „Non mirabitur".

„ 3. 791 (501) Universos episcopos in Orientis partibus constitutos hortatur, ut „ad petram, supra quam est fundata ecclesia, revertantur". Mansi VIII. 415, Migne 63 p. 400, Bull. Rom. T. E. App. I. 397, Tancredi p. 211, Thiel I. 801. — „Etsi admonitionis".

792 (502) Episcopos orthodoxos constantia uti iubet ac de Ennodii Peregrinique legatione certiores facit. Mansi VIII. 416, Migne 63 p. 401, Bull. Rom. T. E. App. I. 399, Tancredi p. 217, Thiel I. 803. — „Est quidem fidelium".

„ 3. 793 (503) Possessoris episcopi fidem, libello significatam, laudat et confirmat. Mansi VIII. 418, Migne 63 p. 403, Bull. Rom. T. E. App. I. 401, Tancredi p. 222, Thiel I. 805. — „Optimam vestrae".

„ 3. 794 (504) Clerum, populum et monachos orthodoxos Constantinopoli consistentes hortatur, „ut eos, qui sanctam Calchedonensem synodum et b. Leonis de fide catholica conscriptas epistolas declinent, quibus possint viribus aversentur et fugiant". Mansi VIII. 418, Migne 63 p. 403, Bull. Rom. T. E. App. I. 402, Tancredi p. 224, Thiel I. 806. — „Si is, qui calicem".

„ 12. 795 (505) Ennodium (Ticinensem) et Peregrinum (Misenensem) episcopos de Iohannis, episcopi Nicopolitani, litteris, post eorum discessum Romam allatis, certiores facit. Quem nunciat questum esse de iniuriis ideo sustentis, quod excommunicatum episcopum Thessalonicensem de ordinatione accepta non docuisset, et litteras ad illum dandi licentiam a sese petiisse. Petenti se annuisse negat. Mansi VIII. 419, Migne 63 p. 404, Bull. Rom. T. E. App. I. 403, Tancredi p. 227, Thiel I. 807. — „Posteaquam profecta".

796 (506) Ennodium (Ticinensem) et Peregrinum (Misenensem) episcopos edocet, quae et Thessalonicae et Constantinopoli in causa Nicopolitana agant. Mansi VIII. 420, Migne 63 p. 405, Bull. Rom. T. E. App. I. 403, Tancredi p. 229, Thiel I. 808. — „In nomine".

797 (507) Anastasio imperatori Iohannem, episcopum Nicopolitanum, communionis suae participem, commendat ab insidiis defendendum. (Litterae sunt per Ennodium et Peregrinum transmissae). Mansi VIII. 421, Migne 63 p. 406, Bull. Rom. T. E. App. I. 404, Tancredi p. 232, Thiel I. 812. — „Dum sapientiae".

„ 12. 798 (508) Dorotheum, episcopum Thessalonicensen, hortatur, ne iniqua postulet a Iohanne, episcopo Nicopolitano, ad catholicam fidem reverso. Mansi VIII. 423, Migne 63 p. 408, Bull. Rom. T. E. App. I. 405, Tancredi p. 240, Thiel I. 811. — „Iohannes frater".

„ 12. 799 (509) Iohannem, episcopum Nicopolitanum, eiusque synodum consolatur, ac de superioribus epistolis certiores facit. Miratur, eos episcopo Thessalonicensi communicandi licentiam rogasse. Mansi VIII. 422, Migne 63 p. 407, Bull. Rom. T. E. App. I. 406, Tancredi p. 236, Thiel I. 809. — „Optaremus dilectissimi".

**518.** (*Post consulatum Agapiti.*)

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 10. | | 800 (512) Presbyteros, diaconos et archimandritas secundae Syriae et reliquos orthodoxos, in quocumque Orientali climati degentes, hortatur, ut iniurias aequo animo ferant, fidem servent, Eutychianos Nestorianosque fugiant. Voelli et Justelli Bibl. I. 271, Mansi VIII. 1024, Migne 63 p. 415, Bull. Rom. T. E. I. 135, Tancredi p. 243, Thiel I. 820. — „Lectis litteris“ „Ἀναγνωσθέντων“. |
| | Ravennae | apud Theodericum regem. Vita Hormisdae p. 187. |
| p. Dec. 20. | | 801 (513) Iustino I. susceptum imperium gratulatur. De litteris missis (die 1. m. Augusti) gratias agit. Ecclesiae pacem per eum restitutum iri sperat. Alexandrum, virum clarissimum legatum suum, commendat. Sperat, se mox ei praebiturum esse responsum de singulis, quae ad unitatem ecclesiae pertinent, per Gratum, (qui die 20. m. Decembris litteras Iustini, Iohannis et Iustiniani comitis Constantinopoli Romam transtulerat, cf. epp. eorum ap. Thiel I. 831, 832, 833). Mansi VIII. 434, Migne 63 p. 427, Bull. Rom. T. E. App. I. 409, Tancredi p. 271, Thiel I. 834. — „Venerabilis regni“. |

**519.** (*Eutharico cons.*)

| | | |
|---|---|---|
| c. Ian. | | 802 (514) Iustinum I. imperatorem, restituendae pacis ecclesiasticae studiosum, laudibus effert. Episcopos et litteris et libello, quae agerent, a sese edoctos esse scribit. Gratum legatum eius (nunc istam et duas quae sequuntur epistolas portantem) laudat. Mansi VIII. 435, Migne 63 p. 428, Bull. Rom. T. E. App. I. 410, Tancredi p. 273, Thiel I. 835. — „Sumptam de imperii“. |
| „ | | 803 (515) Iohannis, episcopi Constantinopolitani, professionem missam laudat. Hortatur, ut satisfaciat promissis, Acaciumque damnet. Mansi VIII. 437, Migne 63 p. 430, Bull. Rom. T. E. App. I. 410, Tancredi p. 276, Thiel I. 836. — „Spirituale gaudium“. |
| „ | | 804 (518) Iustiniano comiti (non Augusto) de litteris missis gratias agit. Addit de Acacio sociisque damnandis ac de suis legatis. Mansi VIII. 440, Migne 63 p. 433, Bull. Rom. T. E. App. I. 415, Tancredi p. 286, Thiel I. 837. — „Litterarum vestrarum“. |
| „ | | 805 (520) Legatis in Orientem abeuntibus (Germano et Iohanni episcopis, Felici et Dioscoro diaconis et Blando presbytero), quae agant, praescribit. „Indiculus“ extat ap. Mansi VIII. 441, Migne 63 p. 433, Bull. Rom. T. E. App. I. 415, Thiel I. 838. — „Cum Deo propitio“. |
| „ | | 806 (516) Iustinum I. imperatorem hortatur, ut non modo Chalcedonia Leonisque I. constituta servari, sed sectatores quoque eorum, qui statutis illis damnati sint, maximeque Acacium, damnari iubeat. Germanum et Iohannem episcopos, ac Blandum presbyterum Felicemque diaconum, legatos suos, commendat. Mansi VIII. 442, Migne 63 p. 435, Bull. Rom. T. E. App. I. 412, Tancredi p. 288, Thiel I. 840. — „In tantum pro“. |
| „ | | 807 (517) Euphemiam Augustam monet, persuadeat marito imperatori, ut episcopos libello a sese misso subscribere iubeat. Mansi VIII. 444, Migne 63 p. 437, Bull. Rom. T. E. App. I. 414, Tancredi p. 295, Thiel I. 844. — „Ecclesiarum pax“. |
| „ | | 808 (521) Iohanni, episcopo Constantinopolitano, ostendit, secum non modo „universa praedicet“, sed etiam „universa condemnet“ necesse esse. Monet, seiungat se „ab omni haereticorum contagione, Acacium cum sequacibus damnando“. Legatos suos professionem ab eo suscepturos esse, addit. Mansi VIII. 445, Migne 63 p. 438, Bull. Rom. T. E. App. I. 418, Tancredi p. 298, Thiel I. 845. — „Reddidimus quidem“. |
| „ | | 809 (523) Theodosio, archidiacono Constantinopolitano, et universis catholicis ex miseriis tandem liberatis gratulatur. Mansi VIII. 447, Migne 63 p. 439, Bull. Rom. T. E. App. I. 419, Tancredi p. 303, Thiel I. 846. — „Gratias misericordiae“. |
| „ | | 810 (524) Celerem et Patricium aulicos rogat, ut legatis suis assint apud imperatorem. Mansi VIII. 448, Migne 63 p. 440, Bull. Rom. T. E. App. I. 420, Tancredi p. 308, Thiel I. 847. — „Quamvis pro loci“. |
| „ | | 811 (525) Praefecto praetorio Thessalonicensi et ceteris illustribus legatos suos ad imperatorem euntes commendat. Mansi VIII. 448, Migne 63 p. 441, Bull. Rom. T. E. App. I. 420, Tancredi p. 309, Thiel I. 847. — „Licet pro causa“. |

**519.** (*Eutharico cons.*)

c. Ian. 812 (526) Anastasiae et Palmatiae legatos suos commendat. Mansi VIII. 449, Migne 63 p. 441, Bull. Rom. T. E. App. I. 421, Tancredi p. 310, Thiel I. 848. — „Bonae voluntatis".

c. Febr. 813 (519) Ad Iustiniani, viri illustris (domesticorum comitis), litteras respondens scribit, „restare, ut universi episcopi partis Orientalis iuxta libelli seriem ad correctionis pervenisse se testentur effectum". De venerandis sacrariis b. Petro apostolo transmissis gratias agit. Mansi VIII. 447, Migne 63 p. 440, Bull. Rom. T. E. App. I. 417, Tancredi p. 305, Thiel I. 848. — „Magnitudinis vestrae".

„ 814 (522) Iohanni, episcopo Constantinopolitano, iterum de pacis restitutione per legatos suos pertractanda scribit. Mansi VIII. 446, Migne 63 p. 439, Bull. Rom. T. E. App. I. 419, Tancredi p. 302, Thiel I. 849. — „Ea, quae caritas".

Apr. 25. 815 (527) Germani et Iohannis episcoporum, Felicis et Dioscori diaconorum et Blandi presbyteri, legatorum suorum, silentio turbatur. Quid egerint, accurate doceri vult. Mansi VIII. 460, Migne 63 p. 452, Bull. Rom. T. E. App. I. 421, Tancredi p. 312, Thiel I. 866. — „Opinionum diversitas".

„ 29.(30.) 816 (528) Legatos suos apud imperatorem fungentes ad mittendas litteras iterum admonet. Latorem epistolae huius, Paulinum, et principi et singulis, „quibus oportuit" personis epistolas traditurum nunciat. Mansi VIII. 461, Migne 63 p. 453, Bull. Rom. T. E. App. I. 422, Tancredi p. 314, Thiel I. 867. — „Animus noster".

„ 29.(30.) 817 *Per Paulinum, ecclesiae Romanae defensorem, epistolas mittit Iustino I. imperatori et aliis personis in causa suae legationis. V. superiorem epistolam.

„ 29.(30.) 818 (529) Legatis suis Constantinopoli commorantibus Stephanum negotiatorem commendat. De litteris prius Symmachi patricii magistriano ad eos datis significat. Mansi VIII. 461, Migne 63 p. 453, Bull. Rom. T. E. App. I. 422, Tancredi p. 316, Thiel I. 868. — „Necesse est, ut vel".

Iul. 9. 819 (530) Iustino I. imperatori „restitutam fidei concordiam" gratulatur. Vestigia haeresis in Alexandrina quoque et Antiochena ecclesiis deleri cupit. Legatos suos et Paulinum, ecclesiae Romanae defensorem, commendat. Mansi VIII. 462, Migne 63 p. 454, Bull. Rom. T. E. App. I. 422, Tancredi p. 317, Thiel I. 877. — „Lectis clementiae".

„ 9. 820 (531) Iohanni, episcopo Constantinopolitano, ad apostolicae sedis fidem converso, gratulatur; mandatque, hortetur imperatorem, ut „missis edictis" de Antiochena et Alexandrina ecclesiis errorem tollat. Legatos suos commendat. Mansi VIII. 463, Migne 63 p. 455, Bull. Rom. T. E. App. I. 424, Tancredi p. 322, Thiel I. 879. — „Consideranti mihi".

(„ 9.) 821 (532) Iustinianum, illustrem virum, quo adiutore redintegrata pax sit ecclesiarum, laudat, utque adversarios ad unitatem perducere pergat, monet. Mansi VIII. 464, Migne 63 p. 457, Bull. Rom. T. E. App. I. 426, Tancredi p. 328, Thiel I. 881. — „Benedicimus ineffabile".

(„ 9.) 822 Personae cuidam spectabili aulae imperialis legatos suos commendat. Leonis M. Opp. III. p. CLXVI, Migne 63 p. 457, Thiel I. 882. — „Cum necesse fuerit".

(„ 9.) 823 (533) Pompeio agit gratias, quod paci ecclesiasticae faverit. Haereticorum reliquias ut removendas curet, hortatur. Mansi VIII. 465, Migne 63 p. 457, Bull. Rom. T. E. App. I. 427, Tancredi p. 330, Thiel I. 882. — „Ita devotionis".

(„ 9.) 824 (534) Iulianam Aniciam de catholica unitate bene meritam laudat, operamque dare iubet, „ne aliquod in posterum semen illius mali remaneat". Mansi VIII. 466, Migne 63 p. 458, Bull. Rom. T. E. App. I. 427, Tancredi p. 332, Thiel I. 883. — „Litteris amplitudinis".

(„ 9.) 825 (535) Anastasiae de pace ecclesiae reddita gratulatur. Monet, agat, „ut huius correctionis exemplum omnes sequantur ecclesiae, ut nihil sibi diabolus remansisse gaudeat". Mansi VIII. 466, Migne 63 p. 458, Bull. Rom. T. E. App. I. 428, Tancredi p. 333, Thiel I. 883. — „Postquam Deus noster".

(„ 9.) 826 (536) Gratum, virum sublimem, de mittendis litteris hortatur. Mansi VIII. 466, Migne 63 p. 459, Bull. Rom. T. E. App. I. 428, Tancredi p. 334, Thiel I. 884. — „Contristavit nos".

(„ 9.) 827 (538) Germano et Iohanni episcopis, Felici et Dioscoro diaconis et Blando presbytero, legatis suis, mandat, instent imperatori eiusque coniugi, ut omnes ecclesiae,

**519.** (*Eutharico cons.*)

imprimisque Alexandrina et Antiochena, ad sedis apostolicae communionem revocentur. Mansi VIII. 468, Migne 63 p. 461, Bull. Rom. T. E. App. I. 429, Tancredi p. 342, Thiel I. 884. — „De his, quae acta".

828 (537) Iohanni, episcopo Illicitano (al. Militano, Melicitano), significat, ecclesiam Constantinopolitanam ad communionem suam rediisse. Quam rem sacerdotibus vicinis nunciari vult. Hinschius Ps. Is. p. 689, Mansi VIII. 478, Migne 63 p. 470, Bull. Rom. T. E. App. I. 428, La Fuente Hist. eccl. de España II. 476, Tancredi p. 370, Thiel I. 885. — „Vota nostra".

Sept. 2. 829 (548) Iustiniano, viro illustri, respondet, de quibus scripserit, monachos propter insidias in itinere paratas Romae retineri. Discordiae monachicae causam ex reducibus legatis suis sese quaesiturum esse. „Sanctuaria" SS. Petri et Pauli mittit. Mansi VIII. 485, Migne 63 p. 477, Bull. Rom. T. E. App. I. 436, Tancredi p. 374, Thiel I. 886. — „Ita magnificentiae".

830 (543) Iustinum I. imperatorem rogat, ut Eliam, Thomam, Nicostratum, catholicos episcopos inique remotos, in pristinum restituat. (Haec et quae sequuntur septem epistolae missae sunt per Eulogium magistrianum). Mansi VIII. 471, Migne 63 p. 463, Bull. Rom. T. E. App. I. 433, Tancredi p. 352, Thiel I. 889. — „Gloriosis clementiae".

831 (544) Euphemiam Augustam hortatur, ut pro Elia, Thoma, Nicostrato episcopis supplicet imperatori. Mansi VIII. 472, Migne 63 p. 464, Bull. Rom. T. E. App. I. 434, Tancredi p. 354, Thiel I. 890. — „Orare nos et".

832 (545) A Iustiniano, viro illustri, Eliam, Thomam, Nicostratum episcopos in imperatoris gratiam restitui vult. Mansi VIII. 472, Migne 63 p. 465, Bull. Rom. T. E. App. I. 434, Tancredi p. 356, Thiel I. 891. — „Studium vestrum".

833 (546) Germano, viro illustrissimo, causam Eliae, Thomae, Nicostrati episcoporum commendat. Mansi VIII. 473, Migne 63 p. 465, Bull. Rom. T. E. App. I. 435, Tancredi p. 359, Thiel I. 892. — „Excubantibus".

834 *Germano et Iohanni episcopis, Felici et Dioscoro diaconis et Blando presbytero mandat, Iustino imperatori vehementer insistant, ut Elias, Thomas et Nicostratus exclusis occupatoribus ad proprias remittantur ecclesias, isti autem, si tamen rectae fidei sint, alibi ordinentur. Epist. Hormisdae ad eosdem legatos infra ep. 840.

835 (547) Eliae, Thomae, Nicostrato episcopis significat de litteris Eulogio, viro sublimi, datis ad Iustinum, Euphemiam, Iustinianum, Germanum. Mansi VIII. 474, Migne 63 p. 466, Bull. Rom. T. E. App. I. 435, Tancredi p. 361, Thiel I. 888. — „Quanto mens".

836 (551) Iustiniano illustri significat de monachis Scythis, donec legati sui redierint, Romae remansuris. Victorem diaconum, ab iisdem monachis vehementer accusatum, „vel alios, qui perversas forsitan obiiciant quaestiones", ad sese mitti cupit. Mansi VIII. 485, Migne 63 p. 477, Bull. Rom. T. E. App. I. 439, Tancredi p. 376, Thiel I. 887. — „Eulogio viro".

837 *Dioscoro, legato suo, scribit de causa monachorum Scytharum episcopo Constantinopolitano deleganda. Suggestio Dioscori ad Hormisdam data d. 15. m. Octobris ap. Thiel I. 894.

Oct. 13. 838 (549) Germano et Iohanni episcopis, Felici et Dioscoro diaconis, Blando presbytero, legatis suis, nunciat, Iohannem episcopum, „dum ad Thessalonicam pro suscipiendis tantum libellis, qui promittebantur, accederet, ita plebis irrationabili seditione concussum esse, ut extincto primum hospite, ipse quoque non dissimili caede mactatus ... vix ... evaserit; seditionis initium ... ab Aristide presbytero exortum". Mandat, operam dent, ut et Dorotheus, episcopus Thessalonicensis, et Aristides presbyter ab imperatore Romam mittatur. Mansi VIII. 474, Migne 63 p. 467, Bull. Rom. T. E. App. I. 437, Tancredi p. 362, Thiel I. 892. — „Cum nos ecclesiasticae".

839 *Iustinum I. imperatorem hortatur, ut ecclesiis Africanis auxilium praebeat. Iustini epist. ad Hormisdam data d. 17. m. Nov. ap. Thiel I. 900.

Dec. 3. 840 (550) Germano episcopo et Blando presbytero, legatis suis, de Iohannis episcopi morte dolorem suum significat. Mandat, moneant imperatorem, ut Dorotheum, episcopum Thessalonicensem, auctorem necis, episcopatu multatum aut in exsilium aut Romam mittat, neu patiatur in eius locum Aristidem substitui. Thomae Nicostratique episcoporum causam denuo commendat. Nunciat, se monachos Scythas, Roma

**519.** (*Eutharico cons.*)

clam discedere conatos, usque ad eorum (legatorum) adventum custodiri iussisse. Mansi VIII. 477, Migne 63 p. 469, Bull. Rom. T. E. App. I. 438, Tancredi p. 366, Thiel I. 903. — „Graviter nos Iohannis".

841 (539) Dioscori diaconi arbitrio permittit, num pari modo recipiantur, qui scripto atque qui voce damnaverint statuta Chalcedonia. Mandat, agat de Alexandrina et Antiochena ecclesiis catholicae communioni sociandis. Thomam, Nicostratum et Iohannem Nicopolitanum episcopos imperatori commendari iubet. Mansi VIII. 469, Migne 63 p. 461, Bull. Rom. T. E. App. I. 429, Tancredi p. 343, Thiel I. 904. — „De laboris tui, quem".

842 (540) Dioscoro diacono significat, se de eius industria omnes Italiae populos erudivisse. Imperatori scripturum se, ut ecclesiae Alexandrinae, non Antiochenae, eum praeficiat. De Thoma, Nicostrato, Iohanne episcopis eadem quae in superiore epistola monet. Paulinum, ecclesiae Romanae defensorem, commendat. Reditum, ne quid negligatur, maturari vetat. Mansi VIII. 469, Migne 63 p. 462, Bull. Rom. T. E. App. I. 431, Tancredi p. 346, Thiel I. 905. — „De laboris tui quidem".

843 (542) Iohanni episcopo et Dioscoro diacono Thomam et Nicostratum episcopos, Constantinopoli tum honoribus tum communione privatos, commendat. Mansi VIII. 471, Migne 63 p. 463, Bull. Rom. T. E. App. I. 432, Tancredi p. 351, Thiel I. 907. — „Reperimus Thomatem".

844 (541) Thomae et Nicostrato episcopis significat, se Iohanni episcopo et Dioscoro diacono mandasse, ut de eorum molestiis, quas Menas, notarius suus, sibi retulerit, levandis apud imperatorem agerent. Mansi VIII. 470, Migne 63 p. 463, Bull. Rom. T. E. App. I. 432, Tancredi p. 349, Thiel I. 908. — „Animum nostrum".

845 *Legatis suis mandat, disquirant, utrum numerus paschalis festivitatis a. 520, quam ipse celebraturus sit d. 19. m. Aprilis, consentiat cum eo, qui in paschalibus annalibus Constantinopoli asservatis scriptus sit. Epist. Iohannis episcopi et Suggestio legatorum data d. 19. m. Ianuarii a. 520 ap. Thiel I. 909 et 910.

**520.** (*Rustico cons.*)

846 (559) Iustiniani, viri illustris, erga se studia laudat. Legationem ab imperatore promissam expectat. De trinitate addit. Mansi VIII. 517, Migne 63 p. 509, Bull. Rom. T. E. App. I. 446, Tancredi p. 405, Thiel I. 912. — „Quod celsitudo".

847 *Per „hominem" Agapiti patricii monet legatos suos, ut relationes mittant. Vide sequentem epistolam.

Iul. 10.(12.) 848 (552) Legatorum suorum moram dolet, et litteras, iam per hominem Agapiti patricii postulatas, urget. Mansi VIII. 496, Migne 63 p. 488, Bull. Rom. T. E. App. I. 439, Tancredi p. 378, Thiel I. 925. — „Ita nos incolumitatis".

„ 15. 849 (553) Germano episcopo, Felici et Dioscoro diaconis, Blando presbytero, legatis suis, scribit, sustentationem silentiumque eorum sibi sollicitudini esse. Impedimenta fraude iis parari opinatur. Quam maturrime erudiri de eorum rebus cupit. Mansi VIII. 496, Migne 63 p. 488, Bull. Rom. T. E. App. I. 440, Tancredi p. 379, Thiel I. 926. — „Animos nostros".

Aug. 13. 850 (554) Possessoris episcopi religionem laudat. Monachos Scythas, „contemptores auctoritatum veterum ... solam putantes scientiae rectam viam", nec monitis, nec mansuetudine, neque auctoritate sua compressos esse scribit. De Fausti episcopi (Reiensis) libris ita respondet: „Neque illum neque quemquam, quos in auctoritatem patrum non recipit examen, catholicae fidei aut ecclesiasticae disciplinae ambiguitatem posse gignere, aut religiosis praeiudicium comparare; ... non improvide veneranda patrum sapientia fideli posteritati, quae essent canonica dogmata, definiit, certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda praefigens; ... christiana fides canonicis libris et synodalibus praeceptis et patrum regularibus constitutis stabili et inconcusso tramite limitetur". Mansi VIII. 498, Migne 63 p. 490 (45 p. 1777), Bull. Rom. T. E. App. I. 441, Tancredi p. 382, Thiel I. 926. — „Sicut rationi congruit".

p. Sept. 17. 851 (555) Epiphanium, episcopum Constantinopolitanum, reprehendit, quod de inito pontificatu ad se referre tamdiu cessaverit. Aequius fuisse scribit, legatos inter initia pontificatus mitti, quam litteras per occasionem dari. De mittendis legatis instat. (Hoc est responsum ad Epiphanii epistolam die 17. m. Sept. acceptam, ap. Mansi

**520.** (*Rustico cons.*)

VIII. 502, Thiel I. 923). Mansi VIII. 500, Migne 63 p. 493, Bull. Rom. T. E. App. I. 443, Tancredi p. 391, Thiel I. 913. — „Diu nos nunciata“.

Oct. 29. 852 (557) Dorotheo, episcopo Thessalonicensi, de nece Iohannis episcopi respondet, „ut et tanti sceleris a se repellat invidiam et in reconciliatione fidei tandem eorum, qui reversi sint, sequatur exempla“. Mansi VIII. 508, Migne 63 p. 500, Bull. Rom. T. E. App. I. 445, Tancredi p. 396, Thiel I. 956. — „Considerantes tuae“.

„ 29. 853 (558) Iustino I. imperatori, promissam legationem ob legati valetudinem tardatam esse nuncianti, respondet, se eius verba in suspicione non posuisse. (Epistola est missa per Eulogium tribunum et notarium). Mansi VIII. 508, Migne 63 p. 500, Bull. Rom. T. E. App. I. 445, Tancredi p. 398, Thiel I. 956. — „Benedicta trinitas“.

854 (556) Epiphanium, episcopum Constantinopolitanum, de Elia, Thoma et Nicostrato episcopis restituendis hortatur. Mansi VIII. 501, Migne 63 p. 493, Bull. Rom. T. E. App. I. 444, Tancredi p. 393, Thiel I. 982. — „Oportuerat quidem“.

p. Nov. 30. 855 (510) Sallustio episcopo (Hispalensi) „vices suas per Baeticam Lusitaniamque provincias, salvis privilegiis, quae metropolitanis episcopis decrevit antiquitas, committit“ Hinschius Ps. Is. p. 693, Mansi VIII. 433, Migne 63 p. 425, Bull. Rom. T. E. I. 143, La Fuente Hist. eccl. de España II. 474, Tancredi p. 268, Thiel I. 979. — „Suscipientes plena“.

„ „ 30. 856 (511) Episcoporum per Baeticam provinciam constitutorum concordia laetatur. De unitate cum Orientalibus restituta et de accepta eorum legatione (die 30. m. Novembris) addit. Litteras suas ad Salustium episcopum (Hispalensem) memorat. Hinschius Ps. Is. p. 693, Mansi VIII. 478, Migne 63 p. 471, Bull. Rom. T. E. App. I. 408, La Fuente Hist. eccl. de España II. 475, Tancredi p. 371, Thiel I. 981. — „Quid tam dulce“.

**521.** (*Valerio cons.*)

Mart.25.(26.) 857 (563) Iustino I. imperatori de argutiis quorumdam significanti exponit, de trinitatis mysterio quid ex patrum statutis sentiendum sit. Voelli et Justelli Bibl. I. 269, Hinschius Ps. Is. p. 686, Mansi VIII. 520, Migne 63 p. 512, Bull. Rom. T. E. I. 138, Tancredi p. 417, Thiel I. 959. — „Inter ea, quae ad unitatem“.

Mart.26.(25.) 858 (560) Epiphanio, episcopo Constantinopolitano, scribit, gaudere se, „quia non solum synodica relatione, ad sacerdotium eum digne pervenisse, cognoverit, sed etiam factis atque moribus“. Sua manu haec addit: „Suscepimus calicem aureum gemmatum, patenam argenteam, et alium calicem argenteum et vela duo, ministerio basilicae b. Petri apostoli profutura, a caritate tua directa“. Mansi VIII. 513, Migne 63 p. 505, Bull. Rom. T. E. App. I. 448, Tancredi p. 402, Thiel I. 965. — „Benedicimus Dominum“.

Mart.26.(25.) 859 (561) Synodo Constantinopolitanae electionem Epiphanii gratulatur, laudemque tribuit, quod servato officio de ea sibi significaverint. Mansi VIII. 512, Migne 63 p. 505, Bull. Rom. T. E. App. I. 447, Tancredi p. 400, Thiel I. 966. — „Fratrem et coepiscopum“.

Apr.26.(25.) 860 (562) Iustini I. imperatoris summa de sacris merita laudibus extollit. Docet, „cavendam esse subtilium magna circumspectione calliditatem, qui ingerant difficilia, dum nitantur labefactare composita“. Epiphanio mandatum esse scribit, „ut innocentes ad societatem communionis admitteret, libelli tamen sui tenore servato“. Mansi VIII. 518, Migne 63 p. 510, Bull. Rom. T. E. App. I. 448, Tancredi p. 408, Thiel I. 967. — „Scio quidem, venerabilis“.

Apr. 26. 861 (564) Epiphanium, episcopum Constantinopolitanum, monet, det operam, ut fides incorrupta maneat. De „una nec divisibili essentia trinitatis“ explicat. Hierosolymitanos, si ad communionem apostolicam accedere velint, scriptam professionem mittere iubet. Addit de legatis Thessalonicensium Romam missis. Mansi VIII. 1029, Migne 63 p. 515, Bull. Rom. T. E. I. 141, Tancredi p. 428, Thiel I. 970. — „Multo gaudio sum“ „Πολλῆς“.

**514—523.**

862 Decretale emittit de scripturis divinis, quid universaliter catholica recipiat ecclesia, vel quid post haec vitare debeat. (Amplificatio decreti Damaso-Gelasiani, supra epp.

**514—523.**

251 et 700; cf. Thiel I. 44 et 118). Migne 69 p. 166, Thiel I. 931. — „Ordo de vetere testamento".

863 Epistolam encyclicam in Orientem mittit de vera fide christiana in synodo Chalcedonia firmata. (Fragmentum). Thiel I. 987. — „Ἐχέτω". „Teneant inconcusse".

864 (565) Caesarium (episcopum Arelatensem) ob conditum puellarum monasterium laudat. Vetat, ne successores eius in eodem monasterio audeant sibi potestatem aliquam penitus vindicare, nisi tantum pastoralem sollicitudinem gerentes, familiam Christi domini ibidem positam congruis quibusque temporibus cum suis clericis studeant visitare. Bona monasterio tributa confirmat. Conc. Gall. I. 879, Bull. Rom. T. E. App. I. 451, Tancredi p. 438, Thiel I. 988. — „Exsulto in Domino".

865 * Constitutiones Gregorii Lingonensis in gratiam monasterii S. Benigni Divionensis confirmat. Chronicon S. Benigni Divionensis in d'Achery Spicil. I. 360.

†866 (CCVI) Remigio, episcopo Remensi, „vices suas per omne regnum dilecti et spiritalis filii sui Ludovici (al. Chlodovei), nuper cum gente integra" conversi, „salvis privilegiis, quae metropolitanis decreverit antiquitas, praesenti auctoritate committit". Conc. Gall. I. 883, Hincmari Opp. II. 435, Mansi VIII. 383 et 525, Cocqu. I. 77, Migne 63 p. 367 et 524, Bull. Rom. T. E. I. 132, Tancredi p. 157, cf. Thiel I. 123 et 1004. — „Suscipientes plena".

†867 (CCVIII) Nuptias occulte fieri vetat. Burchardi decr. IX. c. 3, Ivonis decr. VIII. c. 141, Gratiani decr. C. XXX. qu. 5. c. 2, Migne 63 p. 525, Bull. Rom. T. E. App. I. 458, Thiel I. 1006. — „Nullus fidelis".

†868 (CCVII, CCIX) Universis provinciis exponit de adulteris clericis removendis et corrigendis. (Fragmenta in Gratiani decr. I. D. 50. c. 29, Mansi VIII. 527, Migne 63 p. 527, Tancredi p. 444 et in Gratiani decr. I. D. 50. c. 58, Migne 63 p. 525, Tancredi p. 443. — „Ecce manifestissime" „Si ille, qui"). Bull. Rom. T. E. App. I. 453, Thiel I. 1005. — „Ecce manifestissime".

†869 Requisitus ab Eusebio episcopo decernit, filium adultum invitum a patre in matrimonium tradi non posse, sed tradi posse filium nondum adultum, qui, postquam pervenerit ad perfectam aetatem, omnino observare et adimplere debeat patris sponsionem. Gratiani decr. C. XXXI. qu. 2. c. 2 (Palea), Gregorii IX. decr. L. IV. T. II. c. 1 (ubi Honorio papae tribuitur), Tancredi p. 444, Bull. Rom. T. E. App. I. 458. — „Tua sanctitas".

†870 (CCX) Statuit, „ut nullus presbyter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo loci sanctificatum sit vel permissum. Benedicti Levitae capitula L. II. c. 202, Burchardi decr. III. c. 17, Ivonis decr. III. c. 20, Gratiani decr. III. D. I. c. 25, Migne 63 p. 526, Bull. Rom. T. E. App. I. 459, Tancredi p. 444, Thiel I. 1006. — „Ut nullus presbyter" „Nullus presbyter".

†871 Dicit: „Si quis baptizat aut aliquod divinum officium exercuerit per temeritatem non ordinatus, abiiciatur ab ecclesia et nunquam ordinetur". Burchardi decr. IV. c. 57, Migne 63 p. 526, Thiel I. 1006. — „Si quis baptizat".

**523.**

Aug. 7. | In basilica b. Petri | Sepelitur „VII. (al. VIII.) id. Aug. consulatu Maximi", Vita Hormisdae p. 189.

## S. IOHANNES I. 523—526.

**523.**

„ 13. | Consecratur. Inter dominicum diem 13. m. Aug. 523 et diem 27. m. Maii 526, quo sepultus est Iohannes, intercesserunt anni 2 m. 9 d. 16, per quos eum sedisse docet et Vita eius in Vignolii Lib. pont. I. 190 et Contin. Catal. Symmachiani ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Proleg. p. LXIX et ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 47. Assentitur Vita Hormisdae p. 189, qua teste post eundem pontificem sedes vacavit dies 6 (al. 7, 8).

| | | |
|---|---|---|
| | | **524.** |
| | Ravennae | apud Theodericum regem. Anonymus Valesianus ap. Ammianum Marcellinum ed. Valesius p. 670. |
| | Ravenna | Constantinopolim Arianorum causa invitus proficiscitur, iubente Theoderico rege. Anonymus Valesianus l. l. p. 671, Marcellini comitis chron. ap. Roncallium Vet lat. ser. chron. II. 319 (Migne 51 p. 941), Vita Iohannis p. 190. De anno v. Theophanis chronographiam ed. Bonn. I. 261. |
| | In Corinthi partibus | V. Gregorii M. dial. L. III. c. 2, Opp. ed. Bened. II. 281, 284 (Migne 77 p. 221). |
| | | **524—525.** |
| | Milliario 15 a Constantinopoli | honorifice excipitur a Iustino imperatore. Vita Iohannis p. 191, Anonymus Valesianus l. l., Marcellinus comes l. l. |
| | Constantinopoli ad portam auream | caeco oculos restituisse dicitur in Gregorii M. dial. L. III. c. 2, l. l.; (cf. chronicon breve ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 263). |
| | | **525.** |
| Mart. 30. | Constantinopoli | „diem Domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebrat ... ind. III, Filoxeno et Probo coss." Marcellini comitis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 318—319 (Migne 51 p. 941). |
| | „ | Iustino imperatori coronam imponit. Vita Iohannis p. 192. |
| | | **523—526.** |
| Oct. 18. | | †872 (CCXI) § Zachariae archiepiscopo respondet, „episcopos accusatos aut suis rebus exspoliatos, aut pulsos nec ad synodum conprovincialem nec ad generalem posse convocari, antequam cuncta, quae eis ablata sint, potestati eorum redintegrentur". Addit, quibus accusatoribus non credatur. Hinschius Ps. Is. p. 694, Mansi VIII. 603, Migne 63 p. 529, Bull. Rom. T. E. App. I. 461. — „Exigit dilectio tua". |
| Iun. 11. | | †873 (CCXII) § Omnes per provincias Italiae constitutos episcopos hortatur, ut haeresim Arianam impugnent, ecclesiasque Arianorum ad catholicam rationem redigant. Idem narrat a sese, Theoderici regis legato, Constantinopoli factum esse monitu Iustini imperatoris. Ne Theoderici minis moveantur. Hinschius Ps. Is. p. 695, Mansi VIII. 605, Migne 63 p. 531, Bull. Rom. T. E. App. I. 464. — „Saepissime multo iam". |
| | | **526.** |
| | Ravennae | Constantinopoli redux in carcerem coniicitur a Theoderico rege. Anonymus Valesianus l. l., Vita Iohannis p. 193. |
| Mai. 18. | „ | Moritur in carcere „XV. kal. Iunias". Vita Iohannis p. 193. Cf. Anonymum Valesianum l. l., qui Iohannem in custodiam missum „post paucos dies" obiisse narrat. |
| „ 27. | Romae in ecclesia b. Petri | Sepelitur „VI. kal. Iunias, Olybrio consule". Vita Iohannis p. 194. |

---

## S. FELIX IV. 526—530.

| | | |
|---|---|---|
| | | **526.** |
| | | Deligitur a Theoderico rege. V. Athalarici regis epistolam in Cassiodori Var. L. VIII. ep. 15, Opp. I. 131 (Migne 69 p. 748). |
| Iul. 12. | | Consecratur „IIII. id. Iul." Vita Felicis in Vignolii Lib. pont. I. 195. |
| | | **528.** (*Post consulatum Mavortii.*) |
| Febr. 3. | | 874 (566) Caesario (episcopo Arelatensi) scribit, nec laico licere „ante probationem" fieri sacerdoti, neque ordinato ad saecularem vitam reverti. Mansi VIII. 666, Migne 65 p. 11, Bull. Rom. T. E. App. I. 467. — „Legi, quod inter". |

**c. 529.**

875 Episcopis Galliae mittit „capitula" e veterum patrum praecipue S. Augustini dictis desumpta de gratia et libero arbitrio. In fine proclamat damnationem Pelagii, Caelestii, Iuliani Eclanensis et „praecipue librorum Fausti Galliarum episcopi, qui de monasterio Lirinensi provectus est". (Fragmenta). (Capitula haec ab antiquis scriptoribus et collectoribus, quorum primus est Petrus Diaconus in Libro de incarnatione et gratia D. N. I. Christi ap. Gallandium Vet. Patr. Coll. XI. 230 [Migne 62 p. 91], Coelestino I. papae ascripta a Coustant p. 1179 Prospero Aquitano tribuuntur. Sed anathematismi, quos solus praebet laudatus Petrus Diaconus tempori Coelestini I. et Prosperi minime quadrant, optime autem pontificatui Felicis IV., qui in hac re aliunde agebat, et cuius temporibus synodus Auresicana II. in causa Fausti a. 529 congregata (ap. Mansi VIII. 721) „pauca capitula ab apostolica sede transmissa habebat". Sed patet ex epist. Hormisdae supra ep. 850 iam pridem „capitula" de hac re a sede apostolica emissa esse). — „Cum enim" „His ergo."

**526—530.**

876 *Caesarii, Arelatensis episcopi, de gratia et libero arbitrio testimonia contra Faustum Lirinensem edita per epistolam roborat et latius promulgat. Gennadius de vir. illustr. c. 86. Cf. Noris Hist. Pelagiana Opp. I. 317.

877 (567) Ecclesii, episcopi Ravennatis, cum clero litem dirimit, constitutis utriusque privilegiis. Agnelli Lib. Pontif. Eccl. Raven. MG. SS. Rer. Langob. et Italic. p. 319, Mansi VIII. 667, Migne 65 p. 12, Bull. Rom. T. E. App. I. 468. — „Laudanda est".

†878 (ccxiii) § Omnibus episcopis per diversas provincias constitutis scribit, ne sacra nisi sacratis in locis fiant; ecclesiae, si iamne consecratae sint, tolli dubitatio non possit, consecrentur. Hinschius Ps. Is. p. 697, Mansi VIII. 658, Migne 65 p. 15, Bull. Rom. T. E. App. I. 471. — „Magno munere".

†879 (ccxiv) § Sabinae virtutem laudat et confirmat, eamque venire Romam cupit. Hinschius Ps. Is. p. 701, Mansi VIII. 664, Migne 65 p. 22, Bull. Rom. T. E. App. I. 478. — „Singulare membrum".

**530.**

c. Sept. 15. | Moritur „Lampadio et Oreste coss". Paulo ante electionem Bonifatii II., die 17. m. Sept. factam, obiisse Felix censendus est, quamquam et Vita eius p. 195 et Contin. Catal. Symmachiani ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Proleg. p. LXIX et ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 47 et alii catalogi ei assignant annos 4 m. 2 d. 12 (13), quos si numeramus a consecrationis die, ad diem 23. aut 24. m. Sept. pervenimus.

Oct. 12. | In basilica b. Petri | Sepelitur „IIII. id. Oct." Hunc diem, in Vita Felicis p. 195 et 196 bis memoratum, „ad aliquam Felicis translationem referendum esse", censet Pagius ad a. 530.

---

## BONIFATIUS II. 530—532.

**530.**

Sept. 17. | Eligitur. Hoc die et Bonifatium et Dioscorum antipapam electum esse, patet ex Vita Bonifatii in Vignolii Lib. pont. I. 197, ubi haec legimus: „Et fuit dissensio in clero et populo et senatu dies XXVIII, donec defunctus est Dioscorus pridie id. Oct."

„ 22. | In basilica Iulii | Consecratur. Computantur enim a dominico die 22. m. Sept. 530 ad diem funeris Bonifatii anni 2 dies 26, quos ei tribuit et Vita p. 196 et Contin. Catal. Symmachiani ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Proleg. p. LXIX et ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 47.

(Romae) | Synodus. V. epistolam sequentem. (Apud Hefele deest).

880 (568) *In synodo „sub vinculo anathematis chirographo damnat Dioscorum (antipapam) et reconciliat clerum, qui eius ordinationi consenserat". Vita Bonifatii p. 197.

| | | |
|---|---|---|
| | | **531.** (*Post consulatum Lampadii et Orestis.*) |
| Ian. 25. | | 881 (569) Caesarii, episcopi Arelatensis, aliorumque quorundam sacerdotum probat confessionem, „fidem, ... sicut et omnia bona, singulis hominibus ex dono supernae venire gratiae, non ex humanae potestate naturae". (In clausula pro „Lampadio et Oreste coss." legi vult Sirmondus: „Post consulatum L. et O."; Pagius et diem et consules additicios esse arbitratur; editores Conciliorum Galliae, pro VIII. kal. „Februarias" fortasse „Decembres" aut „Novembres" legendum esse, coniiciunt; Noris autem et Ballerinii probant notam consularem, mortem Felicis in annum 529 reiicientes; cf. Hefele II. 737). Conc. Gall. I. 951, Mansi VIII. 735, Migne 65 p. 31 (45 p. 1790), Bull. Rom. T. E. App. I. 486. — „Per filium nostrum". |
| | In basilica b. Petri | Synodus. V. epistolam sequentem. (Hefele II. 743). |
| | | 882 (570) *In synodo „facit constitutum cum chirographis sacerdotum et iusiurandum ab eis exigit ante confessionem b. Petri apostoli, ut in electionem Vigilii diaconi post se consentiant". Vita Bonifatii p. 197, 198. |
| | (Romae) | Synodus, in qua „reum se esse confitetur maiestatis, quod in diaconum Vigilium sui subscriptione chirographi constitutum ante confessionem b. Petri apostoli fecerit; ipsumque constitutum in praesentia omnium sacerdotum et cleri et senatus incendio consumit". Vita Bonifatii p. 198. (Hefele II. 744). |
| Dec. 7. | In consistorio b. Andreae apostoli | Synodi „sessio prima", in qua agunt de Stephano, episcopo Larissensi, per Epiphanium, episcopum Constantinopolitanum, excommunicato et deiecto, ad sedem Romanam provocante. |
| „ 9. | | Synodi eiusdem „sessio secunda". Acta ap. Holstenium Coll. Rom. I. 1, Mansi VIII. 739. (Hefele II. 744). |
| | | **530—532.** |
| | | †883 (ccxv) § Eulalio, episcopo Alexandrino, significat, ecclesiam Carthaginiensem ad suam communionem rediisse. Eulalii, episcopi Carthaginiensis, libellum et Iustiniani imperatoris litteras adiungit. Hinschius Ps. Is. p. 703 (cf. ibid. p. CVI), Mansi VIII. 731, Migne 65 p. 43, Bull. Rom. T. E. App. I. 481. — „Olim et ab initio". |
| | | **532.** |
| Oct. 17. | In basilica b. Petri | Sepelitur. Vita Bonifatii p. 199: „Sub die XVI. kal. Nov. consulatu Lampadii", (lege „iterum post consulatum Lampadii et Orestis"). Titulus in cryptis basilicae Vaticanae inventus et restitutus ap. Rossi Inscript. christ. U. R. p. 467: „Depositus in pace XVI. kal. Nov. Iter. post cons. Fl. Lampadii et Orestis vv. cc." |

## DIOSCORUS antipapa. 530.

| | | |
|---|---|---|
| | | **530.** |
| Sept. 17. | | Eligitur. V. supra Bonifatii II. regesta. |
| „ 22. | In basilica Constantiniana | Consecratur. Vita Bonifatii II. p. 196, 197. |
| Oct. 14. | | Moritur „pridie id. Octobr." Vita Bonifatii II. p. 197. |

# IOHANNES II. (MERCURIUS). 532—535.

**532.**

Dec. 31. Consecratur „iterum post consulatum Lampadii et Orestis". Inscriptio ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini III. 254. Diem indicat Vita Bonifatii II. p. 199, ubi sedem mortuo Bonifatio menses 2 et dies 15 vacasse legimus.

**534.** (*Iustiniano augusto IV. et Paulino iuniore coss.*)

Mart. 24. Romae 884 (571) Iustiniani imperatoris fidem, per litteras explicatam, laudat. Cyrum et eius sectatores, monachos Acoemetenses, excommunicatos nunciat, sed, deposito errore, recipi iubet. Hypatium (Ephesinum) et Demetrium (Philippensem) episcopos, legatos imperatoris, commendat. (Cf. Liberati breviar. C. 20. p. 141 [Migne 68 p. 1036] et Procopii de bello Goth. L. I. c. 3. ed. Bonn. p. 17). Mansi VIII. 797, Migne 66 p. 17, Bull. Rom. T. E. App. I. 489. — „Inter claras sapientiae".

885 (572) Avienum, Senatorem, Liberium, Severinum, Fidelem, Avitum, Opilionem, Iohannem, Silverium, Clementianum et Ampelionem, illustres et magnificos viros, docet: „Christum unum esse s. trinitatis ex duabus naturis cognoscendum, in deitate et humanitate perfectum, non antea exsistente carne et postea unita verbo" cet. Hortatur, vitent monachos Acoemetenses, haeresis Nestorianae participes. Mansi VIII. 803, Migne 66 p. 20, Bull. Rom. T. E. App. I. 495. — „Olim quidem".

Apr. 7. 886 (573) Universis episcopis per Gallias constitutis scribit, Contumeliosum episcopum (Reiensem) multis criminibus astrictum in monasterium relegandum esse; in cuius locum visitatorem substitutum nunciat. (Flavio Paulino iun. cons.) Conc. Gall. I. 971, Mansi VIII. 807, Migne 66 p. 24, Bull. Rom. T. E. App. I. 500. — „Innotuit nobis".

„ 7. 887 (574) Clerum (Reiensem) obedire iubet Caesario, episcopo Arelatensi, visitatori constituto in locum Contumeliosi episcopi, criminibus multis convicti. (Paulino iun. cons.) Conc. Gall. I. 973, Mansi VIII. 807, Migne 66 p. 24, Bull. Rom. T. E. App. I. 502. — „Pervenit ad nos".

( „ 7.) 888 (575) Caesario, episcopo Arelatensi, mandat, ut Contumeliosum episcopum, munere privatum, in monasterium retrudat, et ecclesiam (Reiensem), donec novus episcopus eligatur, administret. Conc. Gall. I. 965, Mansi VIII. 809, Migne 66 p. 25, Bull. Rom. T. E. App. I. 501. — „Caritatis tuae litteras".

**532—535.**

Aug. 6. †889 (CCXVI) § Valerio episcopo rescribit, patrem filio maiorem non esse. Hinschius Ps. Is. p. 705, Mansi VIII. 794, Migne 66 p. 27, Bull. Rom. T. E. App. I. 503. — „Scripta tuae sanctitatis".

**535.**

Mai. 27. In basilica b. Petri Sepelitur „VI. kal. Iunias". Vita Iohannis in Vignolii Lib. pont. I. 200. A die 31. m. Dec. 532 ad diem 27. m. Maii 535 numerantur a. 2 m. 4 d. 26. Neque quadrant, quos Iohanni tribuit Vita eius p. 199, anni 2 m. 4 d. 16, neque quos Contin. Catal. Symmachiani ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXIX et ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 47, anni 2 m. 4 d. 6.

# S. AGAPITUS I. 535—536.

**535.** (*Post consulatum Paulini iunioris.*)

Iun. 3. Consecratur. Etenim Vita Iohannis II. p. 200 post hunc vacasse per dies 6 testatur sedem.

„ In medio ecclesiae „in ortu episcopatus sui, libellos anathematis, quos invidiae zelo extorserat Bonifatius (II.) presbyteris et episcopis contra canones adversus Dioscorum (antipapam), in medio

**535.** (*Post consulatum Paulini iunioris.*)

ecclesiae, congregatis omnibus, incendio consumit et absolvit totam ecclesiam de invidia infidorum". Vita Agapiti in Vignolii Lib. pont. I. 201.

Iul. 18. — 890 (576) Caesario, episcopo Arelatensi, significat, Contumeliosum episcopum (Reiensem) ad sese provocasse; quapropter iudices missum iri. „Propriam substantiam" illi reddi, sed „suspensum interim ab administratione patrimonii ecclesiastici et celebratione missarum" manere eum iubet. Conc. Gall. I. 973, Mansi VIII. 856, Migne 66 p. 46, Bull. Rom. T. E. App. I. 507. — „Optaveramus frater".

„ 18. — 891 (577) Caesario, episcopo Arelatensi, de augendis „alimoniis pauperum" petenti, non satisfacit propter „patrum manifestissima constituta, quibus" inquit „prohibemur, praedia iuris ecclesiae, cui nos omnipotens Dominus praeesse constituit, quolibet titulo ad aliena iura transferre". Conc. Gall. I. 975, Mansi VIII. 855, Migne 66 p. 45, Bull. Rom. T. E. I. 145 et App. I. 509. — „Tanta est, Deo".

Sept. 9. — 892 (578) Reparati (Carthaginiensis), Florentiniani, Datiani et ceterorum episcoporum per Africam constitutorum litteris, ad Iohannem II. datis, respondet, neque ab Arianorum sacerdotibus ad fidem redeuntibus honores continuari nec „sine sacerdotum litteris" clericum peregrinum suscipi a pontifice Romano licere. Mansi VIII. 848, Migne 66 p. 43, Bull. Rom. T. E. App. I. 510. — „Iam dudum quidem".

„ 9. — 893 (579) Reparato, episcopo Carthaginiensi, de pontificatu gratulanti, agit gratias. Superius responsum divulgari iubet. Mansi VIII. 850, Migne 66 p. 45, Bull. Rom. T. E. App. I. 512. — „Fraternitatis tuae litteris".

Oct. 15. — 894 (580) Iustiniano imperatori gratias agit, „quod tantis apostolicam sedem caritatis et munificentiae titulis elevaverit". Sacerdotes Arianos, ad fidem conversos, honoribus antea gestis uti vetat. In Stephanum episcopum (Larissensem) odio se ferri negat, quaeque de illo „nuper" statuta sint, ea ad servanda iura b. Petri pertinere, affirmat; quam tamen causam ut denuo tractarent, legatis mandatum esse. Achilli communionem quidem restitutam scribit, sed de sacerdotio decretum iri, cum rem per legatos cognoverit. Epiphanium episcopum (Constantinopolitanum) de consecrato Achille vix posse excusari addit. Mansi VIII. 850, Migne 66 p. 38, Bull. Rom. T. E. App. I. 513. — „Licet de sacerdotii".

**535—536.**

Mai. 1. — †895 (CCXVII) Anthemio episcopo scribit de duabus Christi naturis. Hinschius Ps. Is. p. 706, Mansi VIII. 853, Migne 66 p. 77, Bull. Rom. T. E. App. I. 521. — „Multo gaudio essem".

**536.** (*Post consulatum Belisarii.*)

Ian. ? — 896 (581) *Thomae et Petro arcariis „sanctorum vasa cum obligatione chirographi" pro pecunia pignori dat, Constantinopolim Theodati regis iussu aditurus. Cassiodori Var. L. XII. ep. 20, Opp. I. 197 (Migne 69 p. 870).

Febr. 20? — Constantinopolim — pervenit „X. kal. Maias", teste Vita Agapiti p. 202. Recte Pagius „X. kal. Martias" legi velle videtur; cf. ea, quae sequuntur. De legatione v. Liberati breviar. C. 21. p. 146 (Migne 68 p. 1039), Marcellini comitis chron. contin. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 323 (Migne 51 p. 942), Victoris Tunnunensis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 360 (Migne 68 p. 956), Gregorii M. dial. L. III. c. 3, Opp. ed. Bened. II. 284 (Migne 77 p. 224).

Constantinopoli — Anthimum, sedis Constantinopolitanae electum, ecclesia pellit, cum sua ecclesia (Trapezuntia) dimissa ambierit alienam. Marcellini comitis chron. contin. l. l.

Mart. 13. — Constantinopoli in basilica S. Mariae — in eius locum Mennam episcopum Constantinopolitanum consecrat. Liberati breviar. C. 21. p. 147 (Migne 68 p. 1039). Diem ex Ms. Vatic. affert Pagius in crit. ad Baronii annal. 536 n. VI: „Sub die III id. Martias, iterum post consulatum Paulini iunioris v. cl."

Anthimum de haeresi accusatum a communione suspendit et libellum monachorum Orientalium contra eum Iustiniano imperatori tradit. V. acta synodi Constantinopoli die 2. m. Maii 536 habitae ap. Mansi VIII. 881.

897 (582) Petro episcopo (Hierosolymitano) Anthimum, episcopum Trapezuntium, ecclesiae Constantinopolitanae invasorem, a sese deiectum et ob haeresim Eutychianam excommunicatum, Mennamque episcopum Constantinopolitanum consecratum

| | | |
|---|---|---|
| | | **536.** (*Post consulatum Belisarii.*) |
| | | nunciat. Mansi VIII. 921, Migne 66 p. 48, Bull. Rom. T. E. App. I. 517. — „Voluissemus quidem" „Ἠβουλόμεθα". |
| Mart. 18. | Constantinopoli | 898 (583) Iustiniani imperatoris professionem fidei, laudatam iam a Iohanne II., probat. (Pro: „Fl. Belisario cons." legendum esse: „P. C. Belisarii", docet, quem laudat Pagius, Ms. Vatic.). Mansi VIII. 846, Migne 66 p. 37, Bull. Rom. T. E. App. I. 519. — „Gratulamur venerabilis". |
| | „ | graviter aegrotat. „Libellus de rebus gestis ab Agapito Constantinopoli" ap. Baronium annal. 536 n. LIX, Vita Agapiti p. 203. |
| Apr. 22. | „ | Moritur „X kal. Maias", Vita Agapiti p. 204. In eadem Vita Agapito dantur menses 11 dies 18, in Contin. Catal. Symmachiani ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXIX: menses 11 dies 8; licet a die 3. m. Iun. 535 usque ad diem 22. m. Apr. 536 computentur m. 10 d. 20. |
| Sept. 17. | Romae in basilica b. Petri | Sepelitur „XV. kal. Oct." Vita Agapiti p. 204. |

## S. SILVERIUS. 536—537.

| | | |
|---|---|---|
| | | **536.** |
| | | Eligitur iussu Theodati regis „sine deliberatione decreti". Vita Silverii in Vignolii Lib. pont. I. 205; cf. Marcellini comitis chron. contin. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 324 (Migne 51 p. 943): „Ind. XIV. P. C. Belisarii". |
| Iun. 8. | | Consecratur, praeteritis interpontificii diebus 47. Vita Agapiti p. 204. |
| „ 24. | | †899 (CCXVIII) § Vigilium, invadere sedem apostolicam iam Bonifatio II. pontifice conatum, iterumque nunc nitentem, sacerdotali dignitate privat ac damnat. Hinschius Ps. Is. p. 628, Mansi IX. 6, Migne 66 p. 85, Bull. Rom. T. E. App. I. 525. — „Multis te transgressionibus". |
| | | 900 (584) * Theodorae Augustae postulanti, ut aut Constantinopolim veniat, „aut certe revocet Anthimum patriarcham in suum locum", sic rescribit: „Domna Augusta, rem istam nunquam facturus ero, ut revocem hominem haereticum in sua nequitia damnatum". Vita Silverii p. 209. |
| c. Nov. | Romae | Belisarii adventu cognito, Romanos impellit, ut eum per legatum invitent. Procopii de bello Goth. L. I. c. 14. ed. Bonn. p. 74. |
| Dec. 9. | „ | Belisarium excipit. Vita Silverii, ex diversis auctoribus congesta, eundem ducis adventum p. 207 revocat ad „IIII. id. Dec.", et p. 209 ad „V. id. Maii indict. XV."; sed in Evagrii Hist. eccl. L. IV. c. 19, cum die 9. m. Dec. (ἐνάτῃ Ἀπελλαίου) intrasse Romam, reperimus. Cf. Malteri annotat. ad Procopium de bello Goth. L. I. c. 14. ed. Bonn. p. 75. |
| „ 9. | „ | „ordinationem facit". Vita Silverii p. 212. |
| | | **536—537.** |
| Nov. 23. | | †901 (CCXIX) § Amatoris episcopi in se officia laudat. Exponit, se per falsos testes postulatum, exsilio affectum esse; neque tamen pontificatu abdicasse, imo etiam inimicos anathematizasse ac statuisse: „Nec falsos nec inimicos suspectos accusatores vel testes unquam super episcopos suscipi, eisque nocere nullatenus posse". Hinschius Ps. Is. p. 708, Mansi IX. 7, Migne 66 p. 86, Bull. Rom. T. E. App. I. 526. — „O quam bona". |
| | | †902 (CCXX) Decernit haec: „Singulis diebus dominicis in quadragesima, praeter hos, qui excommunicati sunt, et praeter illos, qui in publica poenitentia sunt, sacramenta corporis et sanguinis Christi sumenda sunt, et in coena Domini, in vigilia paschae, et in die resurrectionis Domini et in pentecoste et in natali Domini penitus ab omnibus communicandum est". Ivonis decr. II. c. 29, Mansi IX. 10. — „Singulis diebus". |
| | | †903 (CCXXI) Statuit haec: „Nemini regum aut cuiquam homini proprium liceat monasterium tradere nisi ad aliud monasterium, vel commutare nisi cum alio monasterio, vel quocumque modo vendere". Ivonis decr. III. c. 28, Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 40, (ubi Silvestro pp. tribuitur). — „Nemini regum". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **537.** |
| | | 904 (585) * Vitigi, Gothorum regi, Romam obsidenti haec mandasse fertur: „Veni ad portam, quae appellatur Asinaria, iuxta Lateranis, et civitatem tibi trado et Belisarium patricium". De hac epistola ita tradit Vita Silverii p. 210: „Exierunt quidam falsi testes et dixerunt: Quia nos multis vicibus invenimus Silverium papam scripta mittentem ad regem Gothorum: Veni cet."; Liberatus in breviar. C. 22. p. 149 (Migne 68 p. 1040): „Fertur autem Marcum quemdam scholasticum et Iulianum quemdam praetorianum fictas de nomine Silverii composuisse litteras regi Gothorum scriptas, ex quibus convinceretur Silverius Romanam velle prodere civitatem". Nec Procopius de bello Goth. L. I. c. 25. ed. Bonn. p. 121 refert quidquam, nisi in suspicionem proditionis cecidisse Silverium: „*Ὑποψίας δὲ ἐς Σιλβέριον … γεγενημένης, ὡς δὴ προδοσίαν ἐς Γότθους πράσσει*"; sed Marcellini comitis chron. contin. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 325 (Migne 51 p. 943) his utitur verbis: „Cui (Vitigi) tunc faventem papam Silverium" cet. |
| Feb. Mart. | In palatio (Pincis) | cum Belisario, apud quem proditionis erat accusatus. „Secreto autem Belisarius et eius coniunx persuadent Silverio, implere praeceptum Augustae, ut tollatur Chalcedonensis synodus et per epistolam suam haereticorum firmet fidem". Liberati breviar. C. 22. p. 149 (Migne 68 p. 1040). |
| „ „ | In basilicam b. martyris Sabinae | se confert, e palatio egressus. „Ubi et directus est ad eum Photis, filius Antoninae patriciae, et praestito sacramento invitabat eum venire ad palatium". Liberati breviar. l. l. |
| „ „ | In palatio (Pincis) | apud Belisarium. „Et illa quidem die pro iuramento ad ecclesiam redire permissus est". Liberati breviar. C. 22. p. 150 (Migne 68 p. 1040). |
| Mart. | In basilica b. Sabinae | a Belisario denuo vocatur in palatium. Liberati breviar. l. l. |
| „ | In palatio Pincis (in musileo) | p o n t i f i c a t u  o r b a t u r a Belisario. Liberati breviar. l. l.: „Ad palatium venit, … solus ingressus, a suis ulterius non est visus". Vita Silverii p. 210: „Tunc fecit (Belisarius) eum venire ad se in palatium Pincis, … et ingresso Silverio cum Vigilio solo in musileum, ubi Antonina patricia iacebat in lecto, et Belisarius patricius sedebat ad pedes eius, Antonina dixit ad eum: Dic domne Silveri papa, quid fecimus tibi et Romanis, quod tu velis nos in manus Gothorum tradere? Adhuc ea loquente ingressus est Iohannes subdiaconus, regionarius primae regionis, et tulit pallium de collo eius". Cf. Marcellini comitis chron. contin. l. l. p. 325 (943): „Ind. XV. iterum P. C. Belisarii". Martio mense Silverium deiectum esse, liquet ex Contin. Catal. Symmachiani ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXIX et ap. Muratori R. It. Ser. III. II. 47, ubi menses novem ei assignantur. (Vita p. 205 perperam praebet annum 1 m. 5 d. 11). |
| „ | In palatio Pincis (in cubiculo) | Iohannes subdiaconus „ducit eum in cubiculum seorsum et exspolians induit eum vestem monachicam et abscondit eum". Vita Silverii p. 211. |
| | In Graeciam | mittitur a Belisario. Procopii de bello Goth. L. I. c. 25. ed. Bonn. p. 121. |
| | Patarae in Lycia | exsulat. Liberati breviar. C. 22. p. 150 (Migne 68 p. 1040). |
| | | **538?** |
| | In Italiam | reducitur auctoritate imperatoris, qui „iussit et de litteris illis (ad Vitigem datis) iudicium fieri, ut si probaretur, ab ipso fuisse scriptas, in quacunque civitate episcopus degeret, si autem falsae fuissent probatae, restitueretur sedi suae". Liberati breviar. C. 22. p. 151 (Migne 68 p. 1040). |
| | In Italia | „traditur duobus Vigilii defensoribus et servis eius". Liberati breviar. l. l. |
| | In Palmariam insulam | deducitur. Liberati breviar. l. l. „In Pontias" (maris Tyrrheni insulam Palmariae proximam) missum esse Silverium, legitur in eius Vita p. 211. |
| | | **5 …** |
| Iun. 20. | In Palmaria insula aut Pontiis | Sepelitur „XII. kal. Iulias", Vita Silverii p. 211. Cf. Liberati breviar. C. 22. p. 151 (Migne 68 p. 1041), qui eum „defecisse inedia" prodit. |

# VIGILIUS. 537—555.

Vigilius anno 550, dum Constantinopoli est, imperatorum annos epistolis pontificiis apponendi consuetudinem introduxit (ep. 924 sq.), formula usus hac:

Data ......... imperante domino (nostro) Iustiniano perpetuo Augusto (al. imperii domini cet.) anno .., post consulatum Basilii anno...

| | | |
|---|---|---|
| | | **536.** |
| Apr. Mai. | Constantinopoli | Liberati breviar. C. 22. p. 148 (Migne 68 p. 1039): „Augusta (Theodora) vocans Vigilium, Agapiti diaconum, profiteri sibi secreto ab eo flagitavit, ut, si papa fieret, tolleret synodum et scriberet Theodosio, Anthimo et Severo, et per epistolam suam eorum firmaret fidem; promittens dare ei praeceptum ad Belisarium, ut papa ordinaretur, et dari centenaria septem. Lubenter ergo suscepit Vigilius promissum eius amore episcopatus et auri, et facta professione Romam profectus est". Victoris Tunnunensis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 368 (Migne 68 p. 956): „Vigilius..., a quo Theodora Augusta, priusquam ordinaretur, occulto chirographo elicuit, ut papa effectus in proscriptione synodi Chalcedonensis tria capitula condemnaret". Facundus Hermianensis in libro Contra Mocianum ap. Gallandium Bibl. vet. patr. XI. 814 (Migne 67 p. 861): „De ipsius episcopi Romani chirographis ... ambitionis impulsu, cum fieri arderet episcopus, ... factis". Cf. Vitam Silverii p. 209, 210. |
| p. Iun. 8. | Romae | „invenit Silverium papam ordinatum". Liberati breviar. C. 22. p. 149 (Migne 68 p. 1040). |
| | Neapoli | „quin et Ravennae (pro „Ravennae" scribendum fuisse „Neapoli", recte monet Baronius) reperit Belisarium, in eadem urbe sedentem eamque obtinentem, cui tradens praeceptum Augustae, promisit ei duo centenaria, si, Silverio remoto, ordinaretur ipse pro eo". Liberati breviar. l. l. Cf. Vitam Silverii p. 210. |
| | | **537.** |
| Mart. | Romae in palatio Pincis | dum Silverius deiicitur. Vita Silverii p. 211. |
| „ 29. | Romae | Consecratur auctore Belisario. Liberati breviar. C. 22. p. 150: „Favore Belisarii ordinatus est Vigilius". Marcellini comitis chron. contin. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 325 (Migne 51 p. 943): „Indict. XV. iterum P. C. Belisarii, ... Belisarius ... Vigilium ordinavit". Procopius de bello Goth. L. I. c. 25. ed. Bonn. p. 121: „*Ἕτερον δὲ ἀρχιερέα ὀλίγῳ ὕστερον, Βιγίλιον ὄνομα, κατεστήσατο* (*Βελισάριος*)". Dies intelligitur ex Contin. Catal. Symmachiani ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXIX et ap. Muratori R. It. Scr. III. n. 47, ubi Vigilio ascribuntur anni 18 m. 2 d. 9. |
| | | „Compulsus a Belisario implere promissionem suam, quam Augustae promiserat, et ut sibi redderet duo auri centenaria promissa, timore Romanorum et avaritia patrocinante, nolebat sponsiones suas implere". Liberati breviar. C. 22. p. 150 (Migne 68 p. 1040). |
| | | **538.** (*Flavio Iohanne cons.*) |
| | | 905 (587) *Theodeberto (I. Austrasiae) regi per Modericum legatum consulenti respondet, „qui cum uxore fratris sui illicitum praesumpserit inire coniugium", ab eo „tale commissum non parva cordis affectione expiari" debere. V. sequentem epistolam. |
| Mart. 6. | | 906 (588) Caesario episcopo (Arelatensi) nunciat, quid Theodeberto regi responderit, et arbitrio eius „modum poenitentiae committit, ut iuxta compunctionis meritum veniae quoque possit indulgeri remedium". Mandat, postulet a rege, „ne ulterius tale aliquid praesumatur", videatque, ne „ipse, qui hoc noscatur admisisse, ad eosdem vomitus revertatur". Conc. Gall. I. 989, Mansi IX. 9 et 34, Migne 69 p. 21. — „Si pro observatione". |
| Iun. 29. | Romae | 907 (589, ccxxii) Profuturo, episcopo Bracarensi, respondet, Priscillianistarum ritu qui „se sub abstinentiae simulatae praetextu ab escis carnium submoveant", eos esse damnandos; in tribuendo baptismate non esse dicendum: „In nomine patris, filii, spiritus sancti", sed „In nomine patris et filii et spiritus sancti"; Ariani rebaptizati quem- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **538.** (*Flavio Iohanne cons.*) |
| | | admodum recipiendi sint; de consecrandis ecclesiis refectis; pascha anni proximi die 24. m. Aprilis agendum esse; de precum ordine. (Epistola est a Pseudo-Isidoro deformata). Hinschius Ps. Is. p. 710 (cf. ibid. p. CV), Mansi IX. 29, Migne 69 p. 15. — „Directas ad nos". |
| | | **538?** |
| | | Silverii „adventu territus, ne sede pelleretur, Belisario mandat: Trade mihi Silverium, alioqui non possum facere, quod a me exigis". Liberati breviar. C. 22. p. 151 (Migne 68 p. 1041). Cf. supra Silverii regesta. |
| | | 908 Professionem fidei conscribit, in qua agit de una Christi natura, et promittit, se defensurum canones quatuor conciliorum et decreta antecessorum suorum et omnes, quos ipsi damnassent, damnatos et quos ipsi recepissent, praecipue venerabiles episcopos Theodoretum (Theuderetum) et Ibam, inter orthodoxos habiturum esse. Pitra Spicilegium Solesmense T. IV. Prolegom. p. XII. — „Credo igitur". |
| | | 909 (586) „Dominis et in Christi ... caritate coniunctis fratribus, Theodosio (Alexandrino), Anthimo (Constantinopolitano) et Severo (Antiocheno) episcopis", significat, „quia modo gloriosa domina et filia sua, patricia Antonina, desideria sua fecit impleri, ut fraternitati eorum praesentia scripta transmitteret, ... eam fidem, quam ipsi teneant, et tenuisse se et tenere". „Oportet ergo", inquit „ut haec, quae vobis scribo, nullus agnoscat, sed magis tanquam suspectum me sapientia vestra ante alios aestimet se habere, ut facilius possim haec, quae coepi, operari et perficere". Addit hanc fidei professionem: „Non duas Christum confitemur naturas, sed ex duabus naturis compositum unum filium, unum Christum, unum Dominum; ... anathematizamus ergo Paulum Samosatenum, Dioscorum (an Diodorum?), Theodorum, Theodoretum et omnes, qui eorum statuta coluerint vel colunt". Liberati breviar. C. 22. p. 152 (Migne 68 p. 1041), Victoris Tunnunensis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 369 (Migne 68 p. 957), (Mansi IX. 696). — „Scio quidem". |
| | | **540.** (*Iustino cons.*) |
| | Romae in basilica Iulii | cum Belisario et Vitige, Gothorum rege. Vita Vigilii in Vignolii Lib. pont. I. 213: „Tunc deduxerunt eum (Vitigem) in basilicam Iulii, dederuntque ei sacramentum, ut salvus perduceretur ad Iustinianum imperatorem". |
| Sept. 17. | | 910 (590) Iustinianum imperatorem laudat, quod rectam fidem tueatur. Nicaenae, Constantinopolitanae, Ephesiae primae, Chalcedoniae synodorum, Leonisque primi statuta observari cupit. Assentitur anathemati per Mennam, episcopum Constantinopolitanum, prolato in Severum Antiochenum, Petrum Apamensem, Anthimum, Xeneam, Theodosium Alexandrinum, Constantinum Laodicensem, Antoninum Versetanum et Dioscorum eiusque defensores; nihilo secius recipi vult resipiscentes. Litterarum intermissionem excusat. Petit, ut b. Petri privilegia imminui vetet et orthodoxos semper ad se mittat legatos, mandatisque Dominico exconsuli et patricio datis aurem praebeat. Mansi IX. 35, Migne 69 p. 21, Bull. Rom. T. E. I. 146. — „Litteris clementiae". |
| „ 17. | | 911 (591) Mennae, episcopi Constantinopolitani, religionem probat. De anathemate per eum prolato, quae in superiore epistola, eadem exponit. Mansi IX. 38, Migne 69 p. 25. — „Licet universa". |
| | | **543.** (*Iterum post consulatum Basilii.*) |
| Oct. 18. | | 912 (592) Auxanio, episcopo Arelatensi canonice electo, gratulatur. Usum pallii et cetera, quae petierit, se, potestate ab imperatore facta, libenter concessurum scribit. Mansi IX. 40, Migne 69 p. 26. — „Scripta de". |
| | | **544.** |
| Nov. 22. | Romae in ecclesia S. Caeciliae | Vita Vigilii p. 216: „Anthimus scribon (missus a Theodora Augusta) veniens Romam, invenit eum (Vigilium) in ecclesia S. Caeciliae X. kal. Dec., munera erogantem ad populum; tenentes itaque eum, deposuerunt ad Tiberim, miseruntque eum in navem" cet. |
| Nov. | Roma | egreditur, vocatus a Iustiniano imperatore. Marcellini comitis chron. contin. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 330 (Migne 51 p. 945): „Ind. IX. P. C. Basilii |

**544.**

a. V., Vigilius ... evocatus ab imperatore Roma egreditur". Victoris Tunnunensis chron. ibid. p. 370 (Migne 68 p. 958): „P. C. Basilii a. IV. Iustinianus imperator, Acephalorum subreptionibus instigatus, Vigilium ... subtiliter compellit, ut ad urbem regiam properaret et . . . tria capitula condemnaret". Non sine causa Pagius in crit. ad Baronii annal. 546 profectionem ad annum 544 revocat, neque tamen omnes tollit dubitationes.

Nov. Dec. — In Siciliam — venit. Marcellini comitis chron. contin. l. l., Vita Vigilii p. 217.

Dec. — Catanae — ordinationes facit. Vita Vigilii p. 217.

**545.** (*4 post consulatum Basilii.*)

Mai. 22. — 913 (593) Auxanium, episcopum Arelatensem, vicarium suum constituit, ut episcoporum lites canonice componat, quaeque non potuerint componi, eas ad se deferat. Statuit, ne quis „de pontificibus eius per has vices ordinationi commissis" sine formata eius peregre proficiscatur. Monet, precetur a Deo, „ut" inquit „domnos filios nostros, clementissimos principes Iustinianum atque Theodoram ... custodiat, qui pro his vestrae caritatis mandandis, suggerente gloriosissimo et excellentissimo filio nostro, patricio Belisario ..., pia praebuerunt devotione consensum". Hortatur, ut „inter gloriosissimum virum, Childebertum regem, sed et antedictum clementissimum principem, conceptae gratiae documenta, paterna adhortatione servet". Pallii usum concedit. Conc. Gall. I. 1021, Mansi IX. 41, Migne 69 p. 27, Bull. Rom. T. E. I. 149. — „Sicut nos pro".

„ 22. — 914 (594) „Universis episcopis omnium provinciarum per Gallias, qui sub regno vel potestate gloriosissimi Childeberti, regis Francorum, constituti sunt, sed et his, qui ex antiqua consuetudine ab Arelatensi consecrati sunt, vel consecrantur episcopo", Auxanium sedis apostolicae vicarium constitutum nunciat; cui pareant, hortatur. Conc. Gall. I. 1023, Mansi IX. 43, Migne 69 p. 29, Bull. Rom. T. E. I. 150. — „Quantum nos (pro) divina".

„ 22. — 915 (595) Auxanio, episcopo Arelatensi, mandat, ut de causa Praetextati episcopi (Cabellionensis) iudicet, „prospiciens, ne aliquem facile ex laicis ad sacratos ordines saltu praecipiti cuiquam sacerdotum liceat aggregare". Conc. Gall. I. 1025, Mansi IX. 42, Migne 69 p. 29, Bull. Rom. T. E. I. 151. — „Licet fraternitati".

Ex Sicilia — naves frumentarias Romam mittit. Procopii de bello Goth. III. c. 15. ed. Bonn. p. 239.

**545—546.**

916 (598) Mennae, episcopo Constantinopolitano, significat, Iustinianum imperatorem per Leonem, virum illustrem, sibi mandasse, ut cum eo universisque episcopis servaret pacem; „sed si pacis bonum" inquit „sapienter adtendas, et advertere et praedicare te necesse est, quae pax in Dei ecclesia sit tenenda". Addit, se „in Siciliensi insula constitutum e fratre et coepiscopo suo Datio (Mediolanensi) didicisse, quod et ipse et alii ... ab eius se communione subtraxerint". (Fortasse haec „de itinere" scripta, cuius exstant fragmenta duo, et quae sequitur, eadem epistola est). Facundi Hermianensis liber Contra Mocianum ap. Gallandium Bibl. vet. patr. XI. 814 (Migne 67 p. 862). — „Quapropter credidimus" „Quando nobis".

917 (599) *De damnatione Theodori Mopsvestini eiusque dogmatum et epistolae Ibae „ex itinere, quod sibi videatur, edicit et facti huius auctori (Mennae, episcopo Constantinopolitano) correctionem tumultuariae suae transgressionis indicit et, nisi citius quod male factum est auferatur, etiam vindicaturum se esse praedicit". Facundi Hermianensis Pro defensione trium capitul. L. IV. c. 3. ap. Gallandium Bibl. vet. patr. XI. 707 (Migne 67 p. 623).

Iustinianum imperatorem „summis precibus summoque adnisu per suos legatos petit, sicut se venientem diversae provinciae contestatae sint, ne patiatur stare, quod factum est" (i. e. damnationem trium capitulorum). Facundi Hermianensis Pro defensione trium capitul. L. IV. c. 3. l. l.

**546.** (*5 post consulatum Basilii.*)

Aug. 23. — 918 (596) Aureliano, episcopo Arelatensi, per Childeberti Francorum regis litteras commendato, vices suas palliique usum tribuit. Monet, ut „inter ... clementissimos

| | | |
|---|---|---|
| | | **546.** (5 *post consulatum Basilii.*) |
| | | principes et gloriosissimum virum ..., Childebertum regem, gratiae intactae foedera custodiat", atque „ut glorioso viro, filio nostro", inquit „patricio Belisario destinatis scriptis gratias referatis, qui homini vestro laborem ad clementissimum principem abstulit transeundi; sed, mox ut responsum recepit, nobis suis litteris indicavit". Conc. Gall. I. 1025, Mansi IX. 46, Migne 69 p. 37, Bull. Rom. T. E. I. 152. — „Administrationem". |
| | | 919 (597) „Universis episcopis, qui sub regno gloriosissimi ... Childeberti regis sunt per Gallias constituti", nunciat, se Aureliano, episcopo Arelatensi, vices suas in Gallia permisisse; cui eos obsequi iubet. Conc. Gall. I. 1027, Mansi IX. 47, Migne 69 p. 39, Bull. Rom. T. E. I. 153. — „Admonet nos loci". |
| | Ex Sicilia | Constantinopolim versus proficiscitur. Procopii de bello Goth. L. III. c. 16. ed. Bonn. p. 340: „*Βιγίλιος δὲ, ... βασιλεῖ ἐς Βυζάντιον ἐκ Σικελίας μετάπεμπτος ἦλθεν. ἐτύγχανε γὰρ πολύν τινα χρόνον διὰ τοῦτο ἐν Σικελίᾳ τριβὴν ἔχων*". |
| | PerIllyricum | V. Facundi Hermianensis Pro defensione trium capitul. L. IV. c. 3. ap. Gallandium Bibl. vet. patr. XI. 707 (Migne 67 p. 624). |
| | PerHelladem | V. Facundi Hermianensis Pro defensione trium capitul. l. l. |
| Oct. 14. | In civitate Patras apud Achaiam | Maximianum episcopum Ravennatem consecrat et pallio ornat „pridie idus Octobris, ind. X., quinquies P. C. Basilii iunioris". Agnelli Lib. Pontif. Eccl. Raven. MG. SS. Rer. Langob. et Italic. p. 326. |
| | | **547.** |
| Ian. 25. | Constantinopolim | pervenit „ind. X., P. C. Basilii VII., ... VIII. kal. Febr.", Marcellini comitis chron. contin. l. l. p. 331 (946); cf. Marii Aventicensis chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 408 (Migne 72 p. 797). (Vita Vigilii p. 218: „In vigilia natalis domini Iesu Christi"). |
| „ 25. | Ad ecclesiam S. Sophiae | perducitur, magnis honoribus a Iustiniano imperatore et populo susceptus". Vita Vigilii p. 218. |
| Mart. | Constantinopoli | Mennam, episcopum Constantinopolitanum, excommunicat, ipseque a Menna excommunicatur. Theophanis chronographia ed. Bonn. I. 349 (Migne P. Gr. 108 p. 496). Eodem tempore etiam Theodoram Augustam excommunicatam esse, tradit Gregorius M. in epist. no. 1202. De aliorum excommunicationibus narrat Facundus Hermianensis in libro Contra Mocianum ap. Gallandium Bibl. vet. patr. XI. 813 (Migne 67 p. 860). |
| | | Cum Iustiniano imperatore agit de damnatione trium capitulorum. Facundus Hermianensis in libro Contra Mocianum l. l. p. 814 (860), et Epistola clericorum Italorum ap. Mansi IX. 153. |
| | | 920 (600) Iustiniano imperatori chartam sua manu scriptam „secreto" mittit, qua „anathematizat epistolam Ibae, quae dicitur ad Marim Persam missa, anathematizat et dogmata Theodoreti, anathematizat Theodorum qui fuit episcopus Mopsvestiae". (Interpolata est haec et quae sequitur epistola, uti suadet Hefele II. 818, 856). Mansi IX. 351. Cf. acta conc. Constantinop. ibid. p. 347 et 349. — „In nomine patris ... Vigilius". |
| | | 921 (601) Theodorae imperatrici eiusdem argumenti chartam, a sese subscriptam, mittit. Mansi IX. 351. Cf. acta conc. Constantinop. ibid. p. 349. — „In nomine patris .. Nos semper". |
| Iun. 29. | | Mennae, episcopo Constantinopolitano, rogatu Theodorae Augustae, communionem reddit „*τῇ κθ′ τοῦ Ἰουνίου μηνὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων*". Theophanis chronographia ed. Bonn. I. 350 (Migne P. Gr. 108 p. 497). |
| | | **548.** |
| | Constantinopoli | Conventus episcoporum circiter 70, in quo de tribus capitulis agitur. Mentionem huius „iudicii" aut „examinis" facit Facundus Hermianensis in praefatione libri Pro defensione trium capitul. l. l. p. 665 (527), et „tertiae actionis" fragmenta praebet in libro Contra Mocianum l. l. p. 813, 814 (859, 860). Cf. Hefele II. 819. |
| | („) | accipit iudicia de damnatione trium capitulorum singulatim ab iisdem episcopis conscripta. Facundus Hermianensis in libro Contra Mocianum l. l. p. 813 (860). |
| | In Aulam imperialem | ista iudicia deponit. Facundus Hermianensis in libro Contra Mocianum l. l. p. 814 (860). |

| | | |
|---|---|---|
| | | **548.** |
| Apr. 11. | Constantinopoli | 922 (602) Mennae, episcopo Constantinopolitano, mittit „sabbato sancto" (v. epist. Vigilii ad Rusticum et Sebastianum infra ep. 927 ap. Mansi IX. 353) „iudicatum", in quo haec declarat: „Et quoniam his verbis, quae nobis de nomine Theodori Mopsvestini scripta porrecta sunt, multa contraria rectae fidei releguntur ..., ideoque anathematizamus Theodorum, qui fuit Mopsvestiae episcopus, cum omnibus suis impiis scriptis et qui vindicant eum; anathematizamus et impiam epistolam, quae ad Marim Persam scripta esse ab Iba dicitur, tanquam contrariam rectae christianorum fidei et omnes, qui eam vindicant, vel rectam esse dicunt; anathematizamus et scripta Theodoreti, quae contra rectam fidem et duodecim capitula S. Cyrilli scripta sunt". Praeter hoc fragmentum, Iustiniani epistolae insertum ap. Mansi IX. 181, Migne 69 p. 34, quaedam „cautelae in iudicatum receptae" reliquiae exstant in Vigilii „constituto", dato d. 14. m. Maii 553, infra ep. 935 ap. Mansi IX. 104, 105. — „Cum apud nos" „Sed si evidenter" „Salvis omnibus" „Anathematis" „Anathematizamus". |
| | | **548—549.** |
| | Thessalonicae | V. epist. Vigilii ad Rusticum et Sebastianum infra ep. 927 ap. Mansi IX. 355. |
| | | **549.** |
| | | 923 (603) * Sebastianum diaconum, „ad Dalmatias, patrimonii regendi causa", missum, „frequenti auctoritate monet, ut non ante discedat, nisi omnes secundum pollicitationem tam de Dalmatiarum patrimonio quam de Praevalitano collegerit pensiones". Epist. Vigilii ad Rusticum et Sebastianum infra ep. 927 ap. Mansi IX. 355. |
| Iul. 14. | | Aureliani, episcopi Arelatensis, litteras accipit. V. Vigilii responsum infra ep. 925 ap. Mansi IX. 361. |
| Dec. 25. | In Placidiana domo | „nativitatis Christi ... praeterito anno die". V. epistolam Vigilii ad Rusticum et Sebastianum infra ep. 927 ap. Mansi IX. 355, 356. |
| | | **550.** (*Imp. Iustiniano a. 23—24, 9 post consulatum Basilii.*) |
| Mart. 18. | | 924 (604) Valentinianum, episcopum Tomitanum, monet, ne falsis de ipso sermonibus credat. „Dei inimicos fuisse mentitos", ait „quod personae episcoporum Ibae atque Theodoriti in suo fuissent iudicato (cf. supra ep. 922) damnatae". Hortatur, ne litteras Rustici et Sebastiani „olim" excommunicatorum accipiat, „in quibus nos", inquit „si non resipuerint celeriter fraternitas tua noscat canonicam sententiam prolaturos". Mansi IX. 359, Migne 69 p. 51. — „Fraternitatis tuae relegentes". |
| Apr. 29. | | 925 (605) Aureliano, episcopo Arelatensi, affirmat, se contra Nicaeni, Constantinopolitani, Ephesii primi, Chalcedonii conciliorum statuta nihil admisisse. „Cum nos" inquit „... clementissimus imperator, sicut promisit, ... reverti praeceperit, hominem, qui vobis ad singula subtiliter innotescat, ... destinamus. Quod ideo adhuc non fecimus, quia et hiemis asperitas et Italiae ... necessitas praepedivit". Mandat, roget Childebertum regem, „ut, quia Gothi cum rege suo in civitate Romana perhibentur ingressi, hoc eis dignetur scribere, ne se in ecclesiae praeiudicio, quippe velut alienae legis, immisceat et aliquid faciat, ... unde catholica possit ecclesia perturbari". Conc. Gall. I. 1059, Mansi IX. 361, Migne 69 p. 41. — „Fraternitatis vestrae litteras". |
| | (Constantinopoli) | recipit ab Iustiniano imperatore „iudicatum" suum die 11. m. Aprilis a. 548 Mennae datum. V. „constitutum" Vigilii datum d. 14. m. Maii 553 infra ep. 935 ap. Mansi IX. 104 et eiusdem epistolam ad Theodorum infra ep. 930 ap. Mansi IX. 58. |
| | („) | Iustiniano imperatori proponit: „Veniant huc (Constantinopolim) fratres nostri ex omnibus provinciis quini aut seni episcopi et quidquid sub tranquillitate, tractatu habito, omnibus visum fuerit, cum pace disponemus; quia sine consensu omnium ista, quae et synodum Chalcedonensem in dubium venire faciunt et scandalum fratribus meis generant, solus facere nullatenus acquiescam". Epist. clericorum Italorum ap. Mansi IX. 153, Migne 69 p. 115. |
| | („) | Conventus cum Iustiniano imperatore, Menna, Dacio et compluribus episcopis, in „quo ad hoc est causa perducta, quatenus remotis omnibus, quae de trium capitulorum a quibuslibet dicto scriptove fuerant ordinata, quid de ipsa re facto opus esset, cum Africanarum, Illyriciarum seu aliarum partium congregata synodo tractaretur, eorum |

| | | |
|---|---|---|
| | | **550.** (*Imp. Iustiniano a. 23—24, 9 post consulatum Basilii.*) |
| | | maxime praesentiam requirentes, quorum fuerat scandalizata fraternitas". Epist. Vigilii ad Theodorum infra ep. 930 ap. Mansi IX. 59. |
| Aug. 15. | (Constantinopoli) | 926 (606) Iustiniano imperatori „per virtutem sanctorum clavorum et per sancta quatuor evangelia" iurat: 1) Se „hoc velle, hoc conari, ita agere, ... ut ista tria capitula, i. e. Theodorus Mopsvestenus cum scriptis suis et epistola, quae dicitur Ibae, et conscripta Theodoreti ... condemnentur et anathematizentur"; 2) nullo modo se „pro his capitulis ... aut agere, aut loqui, aut consilia dare secretius" velle; 3) „si quis aliquid contrarium dixerit, aut de istis capitulis, aut de fide, aut contra rempublicam, istum sine mortis periculo" se imperatori „manifestaturum; ita ut ipsius persona non prodatur". „Chartulas istas nulli ostendi vult". (Theodorus, episcopus Caesariensis, et Cethegus patricius testes). Mansi IX. 363, Migne 69 p. 121. |
| | („) | 927 (607) Rusticum et Sebastianum diaconos eorumque socios muneribus privat, quod cum „iudicatum" suum probassent, coniuratione facta, societatem suam defugerint, saepiusque revocati ad se non redierint. Mansi IX. 351, Migne 69 p. 43. — „Diu vobis, Rustice". |
| | | **550?** |
| | | 928 (608) *Aureliano, episcopo Arelatensi, perscribit de privilegiis concessis monasterio Arelatensi, per Childebertum regem condito. Has litteras confirmavit Gregorius I. Registri (ed. M. G.) L. IX. ep. 216 (Maur. L. IX. ep. 111, Guss. L. VII. ind. II. ep. 116). |
| | | **551.** (*Imp. Iustiniano a. 25, 10 post consulatum Basilii.*) |
| (Iul.) | In Placidiana domo | „antequam ad S. Petri confugit basilicam", hortatur episcopos, rogent imperatorem, „ut edicta sua (nuper contra tria capitula edita), quae praecepit appendi, removere dignetur, et constitutum commune debeat exspectare". Omnibus eisdem decretis consentientibus excommunicationem minatur. V. epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 50. |
| c. Iul. 14. | | Theodorum, Caesareae Cappadociae episcopum, eiusque socios excommunicat. V. epist. Vigilii datam d. 14. m. Augusti infra ep. 930 ap. Mansi IX. 60: „... ante triginta dies". |
| Aug. | In basilicam S. Petri in Ormisda | confugit (cum Dacio episcopo Mediolanensi). V. epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 52. |
| „ 14. | (In basilica S. Petri apostoli in Ormisda) | 929 *Sententias suas, ante fugam in Placidiana domo probatas contra (secundum) edictum Iustiniani et de generali synodo expectanda, conscribit. Epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 51. |
| „ 14. | („) | 930 (609) Theodorum, Caesareae Cappadociae episcopum, „tam sacerdotali honore et communione catholica, quam omni officio episcopali spoliatum esse decernit", quod vario modo auctoritatem sedis apostolicae, (tribus quoque capitulis contra constitutum, non expectato futuri concilii iudicio, damnandis) despexerit et laeserit; Mennam vero, episcopum Constantinopolitanum, „cum omnibus metropolitanis et micropolitanis episcopis, ad eius dioecesim pertinentibus, sed et Orientales vel diversarum provinciarum, maiorum minorumque civitatum episcopos, qui his excessibus ... praebuerunt assensum, ... a sacra communione suspendit". Mansi IX. 58, Migne 69 p. 59. (Publicata est haec damnatio demum Chalcedone a. 552; cf. epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 51, et epist. clericorum Romanorum ap. Baluzium Misc. III. 1, Mansi IX. 56, cui inserta est alia versio damnationis data d. 25. m. Aug. forsan ecclesiis Occidentalibus destinata). — „Res est quidem". |
| „ | „ | a praetore et militibus male tractatus recusat reverti. V. epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 52 et epist. clericorum Italorum ibid. p. 154. |
| | | cum Belisare, Cethego, Petro et Iustino, legatis imperatoris, de reconciliatione agit. V. easdem epistolas l. l. |
| | In Placidianam domum | revertitur, fide ab imperatoris legatis data. V. epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 52. |
| Dec. 23. | In Placidiana domo | „ante biduum natalis Domini per se ipsum agnoscit et auribus suis audit, quia per singulos memoratae domus custodiatur ingressus"; nocte effugit. V. epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 52. |
| „ | Chalcedonem | fuga petit. V. epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 50, 52. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **552.** (*Imp. Iustiniano a. 25—26, 11 post consulatum Basilii.*) |
| | Chalcedone in S. Euphemiae basilica | damnationem Theodori et Mennae iam antea die 14. m. Augusti a. 551 conscriptam promulgat. V. epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 52 et epist. clericorum Romanorum ap. Baluzium Misc. III. 1, Mansi IX. 56. |
| | „ | multis molestiis gravatur. V. easdem epistolas l. l. |
| Ian. 28. | „ | „gravi laborans aegritudine detinetur". Imperatoris legatis ita respondet: „Nunquam de S. Euphemiae basilica exire dispono, nisi scandalum ab ecclesia Dei fuerit amputatum". V. epist. Vigilii infra ep. 931 ap. Mansi IX. 50, ubi legendum est: „Dominico die, V. kal. Febr." |
| Febr. 4. | „ | agit cum Petro, imperatoris legato. V. eandem epist. p. 55: „Hesterna die, id est dominicorum, qui fuit pridie nonas Februarias". |
| „ 5. | „ | 931 (610) Universo populo Dei significat, quas adhuc miserias pertulerit, quaeque de sua Constantinopolim reditione egerit cum imperatoris legatis. De fide sua addit. Sirmondi Opp. I. 459, Mansi IX. 50, Migne 69 p. 53. — „Dum in sanctae". |
| | | Accipit professionem fidei traditam a Menna Constantinopolitano, Theodoro Caesareae Cappadociae, Andrea Ephesino, Theodoro Antiochiae Pisidiae, Petro Tarsensi episcopis. V. professionem in Vigilii „constituto" infra ep. 935 ap. Mansi IX. 62. |
| | | **553.** (*Imp. Iustiniano a. 26—27, 12 post consulatum Basilii.*) |
| Ian. 6. | | Accipit professionem fidei ab Eutychio Constantinopolitano, Apollinari Alexandrino, Domnino Antiocheno et Elia Thessalonicensi. V. professionem in Vigilii „constituto" infra ep. 935 ap. Mansi IX. 63. |
| „ 8. | | 932 (611) Eutychio, episcopo Constantinopolitano, haec respondet: „Annuimus, ut de tribus capitulis, ex quibus quaestio nata est, facto regulari conventu, servata aequitate ... collationem cum unitis fratribus habeamus (*ἅμα τοῖς ἑνωθεῖσιν ἡμῖν ἀδελφοῖς σύγκρισιν ποιησώμεθα*) et finis detur placitus Deo et conveniens his, quae a sanctis quatuor sunt definita conciliis". Marcae dissert. tres p. 60, Mansi IX. 187, Migne 69 p. 66. — „Repletum est gaudio" „*Ἐπληρώθη*". |
| | | 933 (612) *Apollinari, archiepiscopo Alexandrino, eadem, quae Eutychio, significat de convocanda synodo. V. acta synodi Constantinop. ap. Mansi IX. 190. |
| | | 934 (613) *Domnino, archiepiscopo Antiocheno, scribit de synodo congreganda. V. acta synodi Constantinop. ap. Mansi IX. 190. |
| | | Cum Iustiniano imperatore agit de loco synodi et de forma eius compositionis. V. „constitutum" Vigilii infra ep. 935 ap. Mansi IX. 64. |
| Mai. 1. | Constantinopoli | legatis imperatoris declarat, se non posse interesse synodo congregandae. V. acta synodi ap. Mansi IX. 197. |
| „ 5. | „ | episcopis a sessione prima synodi delegatis promittit, se responsurum esse die proximo. V. acta synodi ap. Mansi IX. 194. |
| „ 6. | „ | iisdem delegatis respondet, se non posse interesse synodo, et infra dies 20 prolaturum esse suam sententiam de tribus capitulis. V. acta synodi ap. Mansi IX. 194. |
| „ 7. | „ | ante iudices et episcopos ab imperatore missos perstat in recusando. V. acta synodi ap. Mansi IX. 198. |
| „ 14. | In Constantinopolitana civitate | 935 (614) Iustiniano imperatori mittit „constitutum de tribus capitulis", in quo rebus fuse tractatis 1) dogmata 60, „quae sub Theodori Mopsvesteni episcopi perhibentur nomine", damnat, sed ipsum Theodorum condemnari vetat; 2) statuit, ne quid „in iniuriam probatissimi in Chalcedonensi synodo viri, h. e. Theodoreti, episcopi Cyri, sub taxatione nominis eius a quoquam fiat vel proferatur; sed quaecumque scripta, eius nomine prolata, Nestorii atque Eutychetis manifestentur erroribus consonare, anathematizat"; 3) Ibae epistolam a synodo Chalcedonia probatam probat. De „cautela", in suam ad Mennam epistolam (i. e. iudicatum) recepta, addit. (Subscripserunt episcopi 16). Mansi IX. 61, Migne 69 p. 67. — „Inter innumeras solicitudines". |
| „ 25. | Constantinopoli | per Theodorum, Benignum, Phokam episcopos et Belisarem, Cethegum aliosque proceres, et iisdem recusantibus per Servum-Dei archidiaconum „constitutum" imperatori tradere frustra conatur. V. acta synodi ap. Mansi IX. 346. |
| | | Exsilio afficitur. Vita Vigilii p. 221, Marcellini comitis chron. contin. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 333 (Migne 51 p. 947). |
| | | 936 (615) Eutychio, episcopo Constantinopolitano, ita scribit: „Tria impia capitula anathematizamus et condemnamus, scilicet impium Theodorum Mopsvestiae una cum |

**553.** (*Imp. Iustiniano a. 26—27, 12 post consulatum Basilii.*)

impiis eius scriptis; et quaecumque impie Theodoretus scripsit, atque etiam epistolam, quae dicitur ab Iba scripta fuisse; quoscumque vero, qui … tria capitula condemnaverunt, vel etiam condemnant, fratres et consacerdotes esse definimus. Quae vero aut a me, aut ab aliis ad defensionem praedictorum trium capitulorum facta sunt, praesentis huius scripti nostri definitione evacuamus". Marcae dissert. tres p. 43, Mansi IX. 413, Migne 69 p. 122. — „Τὰ σκάνδαλα" „Scandala, quae".

**554.** (*Imp. Iustiniano a. 27—28, 13 post consulatum Basilii.*)

Febr. 23. | Constantinopoli | 937 (616) In verboso „constituto pro damnatione trium capitulorum" ad hanc pervenit conclusionem: Praedicta igitur tria impia capitula anathematizamus atque damnamus, id est, epistolam, quae dicitur Ibae ad Marim Persam, et impium Theodorum Mopsvestenum cum nefandis eius conscriptis, et quae impie Theodoritus conscripsit. … Quaecumque vero sive meo nomine, sive quorumlibet pro defensione memoratorum trium capitulorum prolata fuerint, … vacuamus. … Et eos, qui memoratam epistolam ad Marim Persam, designatas superius blasphemias continentem, a sancta Chalcedonensi synodo a praesenti tempore … adserere voluerint, esse susceptam …, anathematis poena percellimus". Mansi IX. 457, Migne 69 p. 143. — „Aetius archidiaconus".

Aug. 13. | „ | apud Iustinianum imperatorem. V. Pragmaticam sanctionem Iustiniani in Corp. iur. civ. ed. Kriegel III. 735: „Pro petitione Vigilii … dat. id. Aug. Constant. imp. DN. Iustiniani PP. Aug. a. XXVIII. post cons. Basilii v. cl. a. XIII."

Romam redeundi veniam accipit ab Iustiniano imperatore. Vita Vigilii p. 222, Marcellini comitis chron. contin. l. l. p. 333 (947).

**555.**

In Siciliam Syracusis | pervenit, Romam reversurus. Vita Vigilii p. 222.

Iun. 7. | Moritur „secunda feria, nocte, septimo idus Iunias, indictione tertia", Contin. Catal. Symmachiani ap. Anastas. Biblioth. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXIX et ap. Muratori R. It. Scr. III. ɪɪ. 47. Cf. Vitam Vigilii p. 222; Marcellini comitis chron. contin. l. l. p. 333 (947), ubi Vigilii mors ad annum 554 perperam revocatur.

Romae ap. S. Marcellum in via Salaria | Sepelitur. Marcellini comitis chron. contin. p. 333 (947), Vita Vigilii p. 222.

---

# PELAGIUS I. 555—560.

Excerpta ex Pelagii I. Registro continentur in Collectione illa Britanica, quam memoravimus in Gelasii I. epistolis. (Cf. P. Ewald, Die Papstbriefe der Britt. Sammlung in Neues Archiv V. 533 sqq.). Cuius cum prima Pelagii epistola (infra ep. 951) scripta sit in indictione septima, currente a die 1. m. Sept. a. 558, omnes sequentes ab hoc die usque ad mortem pontificis collocandas esse, liquet et ex epistolis ipsis et ex collectionis compositione l. l. exposita. Series haec autem interrupta est post epistolam 66 (infra ep. 1038), nam ep. 67 (infra ep. 1012) est repetitio epistolae 41; immo et sequentes tres non postremis pontificis diebus asscribere ausimus, sed in totum regiminis ipsius spatium (infra sub nn. 972, 965, 966) ordinamus, praesertim cum post ep. 70, 71 duae sequantur, quae ex Gelasii I. Registro certe desumptae sint (supra epp. 691, 692). Nonnullae olim Pelagio II. tributae epistolae sunt dispersae in collectione Britanica, unde, quin Pelagio I. asscribendae sint, non dubitamus.

**554.**

Constantinopoli | Pontifex designatur a Iustiniano imperatore. Vita Vigilii p. 221: „Suscepta relatione Narsetis (et Vigilio papae et presbyteris diaconisque, post concilium Constantinopolitanum in exsilium pulsis, reditum petentis) … adduci eos praecepit ante se imperator, dixitque eis: Si vultis recipere Vigilium, ut sit papa vester, gratias agimus; sin autem, hic habetis archidiaconum vestrum Pelagium et manus mea erit vobiscum. Responderunt omnes: Imperet Deus pietati tuae, ut restituas modo nobis Vigilium et quando eum voluerit Deus transire de hoc saeculo, tunc cum vestra praeceptione donabitur nobis Pelagius archidiaconus noster". Pelagium, quae ante defenderat,

**554.**

tria capitula ab exsilio revocatum damnasse, refert Victor Tunnunensis in chron. ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 377 (Migne 68 p. 961).

**555.**

p. Iun. 7. — Consecratur. Vita Pelagii I. in Vignolii Lib. pont. I. 224: „Dum non essent eo tempore episcopi, qui eum ordinarent, inventi sunt duo episcopi, Iohannes de Perusia et Bonus de Ferentino et Andreas, presbyter de Ostia, et ordinaverunt eum pontificem". Victoris Tunnunensis chron. l. l. p. 377 (961): „A praevaricatoribus ordinatur". Non constat dies. Nam si fides tribuenda esset spatio annorum 4 m. 10 d. 18, quod Pelagio et in Vita eius p. 223 et in tumuli elogio ap. Baronium annal. 559 n. I assignatur, consecrationem eius ad diem 14. m. Aprilis 555, quo Vigilius adhuc sedebat, revocari oporteret; eoque minus Vitae Vigilii auctoritas in testimonio esse potest, ubi sedes post Vigilii mortem vacasse legitur menses 3 d. 26. Victor Tunnunensis in chron. l. l. p. 377 (961) Pelagio tribuit annos 5, Marcellini comitis chron. contin. l. l. p. 333 (947) annos 11 m. 10.

Ad S. Pancratium — „dat litaniam". Vita Pelagii I. p. 224.

In ecclesia S. Petri — Vita Pelagii I. p. 223: „Monasteria et multitudo religiosorum, sapientium et nobilium subduxerant se a communione eius (Pelagii), dicentes: Quia in morte Vigilii papae se miscuisset, ut tantis poenis affligeretur". Et p. 224: „Eodem tempore Narses patricius et Pelagius papa inito consilio, data litania ad S. Pancratium, cum hymnis ... venerunt ad S. Petrum. Tunc Pelagius, tenens evangelia et crucem Domini super caput suum, ambonem ascendit et sic satisfecit cuncto populo et plebi, quod nullum malum peregisset contra Vigilium; et adiecit dicens: Peto, ut petitionem meam confirmetis, ut quisquis ille sit, qui promovendus est in s. ecclesia, ab ostiario usque ad gradum episcopi, neque per aurum, neque per argentum, neque per aliquas promissiones proficiat. Vos enim scitis, quia simoniacum est. ... Quod una voce confirmatum est ab omnibus". ... Marcellini comitis chron. contin. l. l. p. 333 (947): „Qui (Pelagius) a populo Romano factionis contra Vigilium incusatus, celebratis una cum Narse litaniis apud S. Petrum, ambone ascenso, evangelioque super caput suum posito, iuramento se crimine purgavit".

938 (618) Universo populo Dei de fide sua exponit, ut suspicio removeatur. Profitetur, amplecti se quatuor conciliorum statuta et canones apostolicos „et omnes, quos ipsi (decessores sui) damnaverint, habere damnatos, et quos ipsi receperint, praecipue venerabiles episcopos Theodoritum et Ibam, se inter orthodoxos venerari". Mansi IX. 717, Migne 69 p. 399. — „Vas electionis".

**556.** (*15 post consulatum Basilii.*)

Febr. 15. — 939 (619) Gaudentium, Maximilianum, Gerontium, Iustum, Terentium, Vitalem et Laurentium, Tusciae Annonariae episcopos, schismaticos esse scribit, quod „sui inter sacra mysteria ... nominis memoriam reticeant". Affirmat, se Nicaenae, Constantinopolitanae, Ephesinae primae et Chalcedoniae synodorum statuta sequi, eorumdemque adversarios anathematizare. Dubitantes evocat, ut fidem suam cognoscant. Mansi IX. 716, Migne 69 p. 397. — „Directam a vobis".

Iul. 4. — 940 (620) Sapaudum, episcopum Arelatensem, salutat, atque ad scribendum elicit. Conc. Gall. I. 1099, Mansi IX. 721, Migne 69 p. 401. — „Quae nobiscum".

Sept. 16. Romae — 941 (621) Sapaudum, episcopum Arelatensem, laudi suae nimium favisse, scribit. Significat de litteris ad Childebertum regem simul missis. De quadam re, minus clare sibi significata, accuratius praemoneri cupit. Conc. Gall. I. 1099, Mansi IX. 721, Migne 69 p. 401. — „Fraternitatis vestrae".

Dec. 11. — 942 (622) Childeberto regi scribit, ex Rufino, legato eius, se cognovisse, quae de sua fide mendacia in Gallia dispergerentur. Asseverat, „anathematizare se, quicumque ab illa fide, quam b. recordationis papa Leo in suis epistolis praedicavit et quam Calcedonense concilium ... suscepit, in una syllaba, aut in uno verbo, vel in sensu erravit aliquando, aut declinavit, vel declinaverit aliquando". Addit de reliquiis „beatorum apostolorum et sanctorum martyrum" partim per Lirinensis monasterii servos, partim per Hominem-bonum, subdiaconum suum, ad Sapaudum, episcopum Arelatensem

**556.** (*15 post consulatum Basilii.*)

missis. (De tollenda media huius epistolae parte v. Pagium ad 556 n. VII, VIII). Conc. Gall. I. 1101, Mansi IX. 722, Migne 69 p. 402. — „Rufinus vir".

Dec. 14. — 943 (623) Sapaudum, episcopum Arelatensem, de reliquiis per Hominem-bonum missis certiorem facit. Quae per regis legatos petierit, ea per litteras legatumque proprium iterum peti vult. Mandat, Placidum patricium moneat, „ut quod de pensionibus possessionum ecclesiae collectum sit", mittat, „quia Italiae praedia ita desolata sint, ut ad recuperationem eorum nemo sufficiat". „Et si possibile est", inquit „ut nobis de ipsis solidis saga tomentacia, quae pauperibus erogari possint, et tunicas albas, aut cucullas, vel colobia, aut si quae aliae species in provincia fiunt, nobis exinde facite comparari". Anastasium, fratrem Pauli defensoris ecclesiae, remitti iubet. Conc. Gall. I. 1103, Mansi IX. 724, Migne 69 p. 404. — „Quia legati filii".

**557.** (*16 post consulatum Basilii.*)

Febr. 3. — 944 (626) Sapaudo, episcopo Arelatensi, „per universam Galliam sedis apostolicae vices" tribuit, palliumque mittit. Mansi IX. 725, Migne 69 p. 405, Bull. Rom. T. E. I. 154. — „Maiorum nostrorum".

945 (627) Childeberto regi, qui salutem sibi scripserit, gratias agit, et Sapaudum, episcopum Arelatensem, pallio donatum, commendat. Conc. Gall. I. 1107, Mansi IX. 726, Migne 69 p. 406. — „Excellentiae vestrae".

946 (628) A Childeberti regis legato, Rufino, admonitus, ut regi aut significaret, se S. Leonis scripta sequi, aut „propriis verbis suae confessionem fidei" mitteret, postquam illud iam die 11. m. Dec. a. 556 fecit, nunc professionem quoque scriptam his ad regem litteris inserit; quem rogat, ut discordias in Gallia a malignis seri vetet. (Professio haec desumpta est e prima parte professionis Vigilii supra ep. 908). Conc. Gall. I. 1109, Mansi IX. 728, Migne 69 p. 408. — „Humani generis".

Apr. 13. (Romae) — 947 (629) Sapaudo, episcopo Arelatensi, de prosperis suis rebus nunciat. De sua fidei professione, ad Childebertum regem missa, quid sentiat, audire cupit. Romanos, qui hostium metu profugerint, ei et eius patri, Placido patricio, commendat. Mandat, ut vestes, de pecunia comparatas, quam Placidus „pro pensionibus ecclesiasticarum possessionum" collegerit, ad portum Romanum mittat, „quia" inquit „tanta egestas et nuditas in civitate ista est, ut sine dolore et angustia cordis nostri homines, quos honesto loco natos idoneos noveramus, non possimus adspicere". Conc. Gall. I. 1109, Mansi IX. 727, Migne 69 p. 407. — „Tanta nobis est".

**557—558.**

948 (630) Childeberti regis erga ecclesiam voluntate laudata, miratur, quod Sapaudum, episcopum Arelatensem, Galliae primatem, sedis apostolicae vicarium, „sequentis civitatis episcopi" iudicium contra canones subire iusserit. Conc. Gall. I. 1107, Mansi IX. 726, Migne 69 p. 406. — „Cum celsitudini vestrae".

**558.**

(Sept.) — 949 (631) Dulcitium defensorem vituperat, quod sibi rationes, Graecorum more fucatas, de sextae indictionis pensionibus" miserit. (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 110, Mansi IX. 737, Migne 69 p. 418. — „Praeterea rationes".

„ — 950 (632) Vito defensori significat, se ab eo „et reliquam sextam indictionem et omnes singularum deinceps indictionum a septima exacturum pensiones. Ut secundum morem et emittas in scrinio cautionem et brevem eiusdem patrimonii possis accipere". (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 111, Mansi IX. 737, Migne 69 p. 418. — „Ideoque tibi praesenti".

„ — 951 (625) Maurum, episcopum Praenestinum, declarat, testificatione notariorum per primam, secundam, tertiam, quartam, quintam et sextam indictiones patrimonium Romanae ecclesiae, quod fuit de iure quondam Hisdevalde (al. Hilviade), tenuisse; et eius proventus pro indictionibus prima, secunda et tertia Applicato quondam presbytero et Stephano diacono vices pontificis in Urbe agentibus, pro indictione quarta autem, secundum ordinationem Narsetis sacri palatii quaestoris, presbyteris Dulcitio, Felici et Iohanni persolvisse. (Fragmenta). (Coll. Brit. Pelagii Epp. 1), (Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 103, Mansi IX. 736, Migne 69 p. 417). — „Fraternitatem tuam" („Didicimus de patrimonio").

**c. 558.**

952 (644) Iohannem, magistrum militum, hortatur, ut Paulinum, Forosemproniensem pseudoepiscopum, sub digna custodia ad se mittat. Promittit eum, per quem deductus fuerit, dignam pro labore recepturum mercedem. Theineri disqu. crit. p. 203, (Baluzii Misc. III. 3), Rubeis Mon. Aquil. p. 211. — „Paterno vos".

**559.** (*18 post consulatum Basilii.*)

Iul. 30. 953 (633) Iulianum, episcopum Cingulanum, testatur „intulisse rationibus ecclesiae ex praestatione massarum, sive fundorum per Picenum ultra XI. positorum, de indictione septima filio suo Anastasio, argentario et arcario ecclesiae suae, auri solidos D". Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 109, Mansi IX. 737, Migne 69 p. 417. — „Constat dilectionem".

**555—560.**

954 (634) Docet, „synodorum congregandarum auctoritatem apostolicae sedi privata commissam esse potestate, nec ullam synodum generalem ratam esse, quae eius non fuerit auctoritate congregata vel fulta". (Fragmentum). Baluzii Misc. III. 3. — „Synodorum congregandarum".

955 (655) Iohanni, episcopo Larinato, ita praecipit: „De monasteriis, in Lucania et Samnio constitutis, possessionibusque eorum, omni penitus sive consortium tuorum, sive cuiuslibet laici potestate submota, sed nec tuae quoque caritati, quantum ad privata compendia pertinet, aliqua permissa licentia, sola sacerdotali cura ... disponas". Baluzii Misc. III. 2. — „Nostrae auctoritatis".

956 (656) Iulianum, episcopum Cingulanum, monet, ne quid damni inferri ecclesiae patiatur. „De mancipiis memor esto", inquit „quia istud tibi iussimus, ut viros, qui forte gynicaeo utiles esse possunt, concedas illis, ita tamen, ut pro artificii ipsorum merito in agricolis compensentur ecclesiae; nec enim eiusdem aestimationis est artifex et ministerialis puer contra rusticum vel colonum; ... vide ergo, ne tales des homines, qui vel continere casas vel colere possint, et illos tollas, qui inutiles sunt; ... de rusticis, qui possunt conductores vel coloni esse, si capillum relaxaveris, nulla erit ratio, quae me circa te placare praevaleat". (Fragmenta). Baluzii Misc. III. 2. — „Iterata frequenter".

957 (660) Melleum subdiaconum, beneficio quodam ecclesiastico donatum, annua ratiocinia referre iubet. (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 102, Mansi IX. 736, Migne 69 p. 417. — „Notariorum sedis".

958 (663) Asterio episcopo mandat, ut oratorium SS. Chrysanti et Dariae, a Vindimio abbate in monasterio quodam Salernitano conditum, consecret. Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 108, Mansi IX. 734, Migne 69 p. 415. — „Vindimius".

959 (664) Eleutherio episcopo mandat de consecrando b. Cantianae oratorio, a Maximo, diacono eius, in fundo Pancello exstructo. (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 107, Mansi IX. 734, Migne 69 p. 414. — „Maximus diaconus".

960 (666) Cuidam mandat, ut oratorii, ab Eleutherii episcopi matre conditi, iura tueatur. Gratiani decr. C. XVIII. qu. 2. c. 30. — „Eleutherius frater".

961 (668) Iohannem comitem Luminoso presbytero iter facienti praesidium rogat. (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 114, Mansi IX. 735, Migne 69 p. 416. — „Gloria igitur".

962 (658) Narsetem patricium scire scribit, se „habentibus dumtaxat hominibus et nullam necessitatem patientibus res dare pauperum, nulla ratione praesumere". (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 104, (Mansi IX. 736, Migne 69 p. 417). — „Bene noverit".

963 (659) Boetio, praefecto praetorio Africae, haec scribit: „Romana ... ecclesia, post continuam XXV et eo amplius annorum vastationem bellicam in Italiae regionibus accidentem, ... non aliunde nisi de peregrinis insulis aut locis, clero pauperibusque, etsi non sufficiens, vel exiguum tamen stipendium consequitur". (Fragmentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 105, Mansi IX. 737, Migne 69 p. 417. — „Romana, cui Deo".

964 (637) Benegesto defensori mandat, videat, ne laici a clericis nisi apud provinciae iudicem, neve a laicis clerici nisi apud episcopum vel presbyterum postulentur. (Frag-

**555—560.**

mentum). Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 113, (Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 15), Mansi IX. 735, Migne 69 p. 415. — „Propter quod" („Experientiae tuae").

965 (638) Sergio cancellario eadem, quae superiore epistola Benegesto, mandat. (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 69, Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 16, Mansi IX. 908, Migne 72 p. 746, (ubi Pelagio II. tribuitur). — „Si (ubi) quisquam clericus".

966 Severo, episcopo Camerino, mandat, curet, ut Albinus clericus Iocundo, presbytero Turinatis ecclesiae (dioec. Spoletinae), omnia restituat, quae a decessoribus eius de ministeriis istius ecclesiae acceperit. Coll. Brit. Pelagii Epp. 70 (71). — „Iocundus presbyter".

967 Decernit sic: „Si quis periuraverit et alios sciens in periurium duxerit, quadraginta dies poeniteat in pane et aqua, et septem sequentes annos, et nunquam sit sine poenitentia. Et alii, si conscii fuerint, similiter poeniteant. Ivonis decr. XII. c. 66, Gratiani decr. C. XXII. qu. 5. c. 4, (ubi Gelasio I. tribuitur cf. Thiel I. 613 et Berard. II. I. 369, qui decretum e poenitentiali aliquo libro desumptum esse putat). — „Si quis".

968 (677) Paulino Solitario (al. Soletano, Solatino. Lege „Spoletino episcopo") significat, se Iohanni defensori mandasse, ut „Probinum Phariae et Milianum atque Probinianum vel alios pseudomonachos" detineret, „quatenus . . . ad se, ut informarentur, deberent exhiberi". „Certe" inquit „si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sunt scissi, in Reatina (sicut petiisti) insula ut exsulent, praedicto defensori duximus iniungendum". Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 18. — „Probinum Phariae".

969 (436) Petro, episcopo Potentino, scribit de diacono, qui stuprum fecerit, puniendo. Mansi VIII. 142, Migne 59 p. 156, Bull. Rom. T. E. App. I. 325. (Olim Gelasio I. asscripta est epistola cf. Thiel I. 613). — „Secundum quod vestri".

970 (667) Priscum, episcopum Capuanum, reprehendit, quod „refugientem mulierem ad ecclesiam Dei et clamantem, quia ad propositum suum, unde infeliciter discesserat, reverti vellet, in manus eius tradiderit, qui sibi de ipsa peiuraverit". Significat, se Menantio, sedis Romanae diacono, negotium dedisse, ut eum, nisi femina aut ecclesiae redderetur aut ad se mitteretur, communione privaret. Theineri disq. crit. p. 202. — „Evenit modo".

971 (676) Iohanni comiti scribit, se Deo gratiam habere, quod eum „reipublicae voluerit praeesse negotiis, per quem non tantum laicorum hominum comprimerentur excessus, verum etiam dividentium se ab ecclesia sacerdotum colligerentur schismata". (Fragmentum). Theineri disqu. crit. p. 202. — „Benedicimus misericordiam".

972 Symeonio, illustri viro, scribit, epistolam, quam Emiliae episcopi a sese Constantinopoli acceptam habere confingant, falsissimam esse, nec aliquam epistolam, quando in causa trium capitulorum in diaconatus officio egisset, se Italiam misisse; solummodo se scripsisse „refutatorium" ad papam Vigilium, damnare se volentem, et sex libros in defensionem trium capitulorum. Coll. Brit. Pelagii Epp. 68. — „Obliti sumus".

†973 (CCXXIII) § Vigilio episcopo exponit, patrem et filium esse unum et verum Deum, nec spiritum sanctum ab iis discretum. Hinschius Ps. Is. p. 712, Mansi IX. 709, Migne 69 p. 419. — „Gaudeo fidei devotione".

**558 Sept. — 560.**

974 (657) Clerum Narniensem obtemperare iubet Constituto presbytero, per Iohannem episcopum ad „patrimonium gubernandum et disciplinam ecclesiasticam conservandam" creato adiutori. Coll. Brit. Pelagii Epp. 2, Gratiani decr. C. VII. qu. 1. c. 18, Mansi IX. 910, Migne 72 p. 748. — „Quia frater et".

975 Constituto (Constantino Ms.), Narniensi presbytero, petente Iohanne episcopo mandat, ut tam in gubernando ecclesiae patrimonio quam in custodiendis imperandisque clericis ecclesiae Narniensis necessariam sollicitudinem competente cum modestia exhibeat, et res ecclesiae eidem alienatas recuperare curet. Coll. Brit. Pelagii Epp. 3. — „Iohannis fratris".

976 Iohannem, episcopum Nolanum, reprehendit, quod praesumat, iterum a se facultatem vendendorum parochialis ecclesiae Sessulanae ministeriorum petere. „Si tanta est" in-

**558 Sept. — 560.**

quit „ecclesiae Sessulanae penuria, ut parrochia esse non possit, eam potius in titulum Nolanae ecclesiae constitue, ut tali depositione habita nec de sacris quicquam ministeriis detrahatur, et competentia ibidem divini cultus per deputatos cardinales ecclesiae presbyteros ministeria celebrentur". Coll. Brit. Pelagii Epp. 4. — „Dilectionis tuae suggestione".

977 (646) Eucarpum, episcopum Messanensem, visitatorem ecclesiae Catinensis, episcopo orbatae, constituit, ut idoneum virum eligendum curet, „et statim eum ad urbem Romam cum decreto et testificatione" mittat. (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 5, Baluzii Misc. III. 3, (Gratiani decr. I. D. 61. c. 17.), Mansi IX. 907, Migne 72 p. 747. (Editores epistolam Pelagio II. tribuunt). — „Caritatem illam" („Catinensis ecclesiae" „Dilectio tua ad").

978 (624) Sapaudo, episcopo Arelatensi, scribit de suspicione fidei suae in Gallia orta propter „illam epistolam, quam non definiendo aliquid, sed nesciens, quid sequendum esset, consultando conscripsit et in illo adhuc officio (i. e. diaconatus) constitutus, in quo etiam definitiones suas tantorum subdi sententiae decuit sine dubitatione pontificum". Exemplo SS. Cypriani et Augustini, quos non piguit sententiam corrigere, cum plurimis Orientis, Illyrici et Africae pontificibus se in hac causa (i. e. trium capitulorum) ignorantiae caecitate contra veritatis lucem restitisse, et donec, quod verum erat, veritatis luce cognoscerent, habitisque in unaquaque provincia conciliis fidem veram publicasse. Nunc secum omnes Africae, Illyrici et Asiae episcopos veram fidem catholicam sequi, exceptis tribus aut quatuor ex iisdem provinciis propter crimina fugientibus. Mirari se, affirmat, Galliae sacerdotes istis aurem praebere, quamvis ad eos in ipsis statim ordinationis suae principiis petente viro glorioso Childeberto rege fidem suam, propria manu subscriptam, direxerit, in qua nihil se contra quatuor venerabiles synodos vel fecisse vel facienti consensisse signaverit. Paratum tamen esse, secundum apostoli sententiam omni poscenti reddere rationem. Addit: „Quis autem ex vobis de eo, quod illic fieri comperimus, redditurus est rationem, vel in quibus canonibus invenitur, ut uno eodem die laicus homo et clericus et acolitus (et subdiaconus) et diaconus et presbyter et episcopus fiat, qui ante unam horam non dicam domus suae laicis sed uxori etiam suae forsitan coniunctus extiterit" ... „et quis etiam illius non excessus sed sceleris redditurus est rationem, quod apud vos ex idolo fideli populo quasi unicuique pro merito aures, oculi, manus ac diversa membra distribuuntur"? (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 6, (Theineri disqu. crit. p. 202). — „Quomodo ergo me" („Admirati sumus").

979 (670) Euticio (Citticio), episcopo Constantinopolitano, per Theotistum, virum illustrem, mittit „limaturam de catenis b. Petri et tunicam unam", quam „in inferiori parte sepulcri b. Petri apostoli per continuum triduum" sitam fuisse scribit. Coll. Brit. Pelagii Epp. 7 (cum falso titulo Gelasii), Theineri disqu. crit. p. 203. — „Vir illustris".

980 (674, 702) Gaudentio, episcopo Volaterrano, mandat, „ut eos, qui nefandis auribus christiani populi filios ad sectandam suam haeresim viciare non desinunt, legitima severitate per publicos eorundem locorum iudices faciat percelli. Ad eius interrogationem respondet, quemadmodum haeretici ad ecclesiam revertentes baptizandi sint. Coll. Brit. Pelagii Epp. 8 (cum falso titulo Gelasii), (Theineri disqu. crit. p. 201. Ivonis decr. I. c. 161, [Gratiani decr. III. D. IV. c. 30. et 82.]). — „Admonemus ut" („De haereticis ex" [„Si revera hi" „Multi sunt, qui"]).

981 (636) Viventio Neapolitano, Gemino Puteolano, Constantio Misenati episcopis petente Dulcitio defensore mandat, ut inter „clerum vel cives ecclesiae Parensis et e diverso ecclesiae Vulturninae vel vici Feniculensis" iudicent, „exsequente Constantino, sedis apostolicae defensore". Coll. Brit. Pelagii Epp. 9, (Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 112, Mansi IX. 734, Migne 69 p. 415). — „Dudum quidem" („Et ideo caritati").

982 (647) Clero Catinensi praecipit, ut, quem elegerint episcopum, Elpidium diaconum, cum „decreto in eum facto et subscripto ab omnibus" et cum Eucarpi episcopi, visitatoris, epistola ad se mittant, eumdemque monet, „ne cui se aliquid dare vel daturum esse promittat, sed neque de ecclesiasticis praeteritis causis aliquam securitatem cuiquam facere audeat sive promittere, ut quasi factus episcopus ea, quae direpta sunt, non repetat. (Fragmenta ab editoribus Pelagio II. tributa). (Coll. Brit. Pelagii

**558 Sept. — 560.**

Epp. 10), Gratiani decr. C. VIII. qu. 3. c. 1, Mansi IX. 907, Migne 72 p. 745. — („Cum hic") „Talia quidem".

983 (679) Iohanni patricio (caburtario) scribit de arrogantia Venetiae et Istriae ecclesiae. Illam non modo generalem ecclesiam sed nec generalis quidem partem posse nominari, „nisi cum fundamento apostolicarum adunata sedium a praecissionis suae ariditate liberata in Christi membris coeperit numerari". Quid autem iam de eorum principe (Paulino Aquileiensi) dicendum esse, „qui et monachum, si tamen aliquando fuit, invadendi episcopatum ambitu perdidit, et episcopatum nec contra morem factus nec schismaticus potuit optinere"? Istum insuper non consecratum sed exsecratum esse, quod ordinatio eius et a schismatico episcopo (Mediolanensi) nec servato utriusque ecclesiae more, peracta sit. (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 11, (Deusdedit Coll. canon. L. I. c. 142, 144, [Gratiani decr. C. XXIV. qu. 1. c. 33.], Mansi IX. 730, Migne 69 p. 411, Rubeis Mon. Aquil. p. 206). — „Peto utrum" („Pudenda, ita ut").

984 (701) Cresconio illustri significat, episcopum Syracusanum „inter alia, quae in cautionum suarum pagina spoponderit, hoc etiam specialiter ... promisisse, nunquam se a quolibet suae dioecesis presbytero ultra duos solidos cathedratici nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occasionem quicquam in se dispendio esse gesturum". Mandat, ut id „de omnium episcoporum Siciliae personis custodire non desinat, nec ipsa quoque prandia enormia fieri" patiatur. (Coll. Brit. Pelagii Epp. 12 cum falsa inscriptione Gelasii), Gratiani decr. C. X. qu. 3. c. 10. — („Hoc etiam") „Illud magnitudinem".

985 Hilariae et Iohanni scribit: „Quamvis pontificem episcopatus adquisita temporibus alienare legalibus sit prohibitum statutis, nostri tamen studii est, ecclesiasticas utilitates non tam facultatibus quam sinceritate mentis augere". (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 13 (cum falso Gelasii titulo). — „Quamvis enim".

986 (695) Antoninae patriciae et Deciae significat, qui hanc epistolam deferat, eum, quoniam monachus sit, defensorem fieri non licuisse. Coll. Brit. Pelagii Epp. 14, Ivonis decr. VII. c. 23, Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 20, Mansi IX. 906, Migne 72 p. 745. — „De praesentium".

987 (645) Melleo (al. Mellito) subdiacono haec scribit: „Abbatem in monasterio illum volumus ordinari, quem sibi de sua congregatione et monachorum electio et possessionis dominus et, quod magis observandum est, ordo vitae et meritum poposcerit ordinari. Coll. Brit. Pelagii Epp. 15, Ivonis decr. VII. c. 24, Gratiani decr. C. XVIII. qu. 2. c. 4. — „Abbatem in".

988 (419) Dulcio (Dulcitio?) defensori dat negotium, ut Anastasium, episcopum Lucerinum a se ordinatum, Aemiliano magistro militum et Constantino iudici et Ampelio commendet. (Coll. Brit. Pelagii Epp. 16), Baluzii Misc. III. 1, Mansi VIII. 122, Migne 59 p. 139, Bull. Rom. T. E. App. I. 315, Thiel I. 484, ubi invenitur inter Gelasii I. epistolas. — („Ecce sicut") „Experientia tua".

989 (639) Decoratum patricium hortatur, ut, omnem personis, quae veritatem causae istius scire possunt, faciat amputari formidinem, et suis praesentari conspectibus, tactis sacrosanctis evangeliis, praebito etiam legaliter sacramento, (ut), quae in veritate rerum noverunt, professione suae testificationis aperiant. (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 17, Gratiani decr. C. III. qu. 9. c. 20. — „Hortamur, ut sub".

990 (671) Sindulae (Sinduae Ms.), magistro militum, dicit haec: „Chartae, quas dedit nobis Lucidius, si illo tempore adversarius ipsius illic praesens fuisset, validae essent; sed quia adversario absente gesta, quae nobis recensuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt". Item dicit: „Quantum dicitis, iste Placidus anno praeterito dictum est de uxore ipsius, quia subito inter caballos inventa est, et dum traherentur caballi collisa est illa et aborsum fecit, et si ita est forte si caballos alienos tulit, inde est culpabilis; nam de muliere, quae casu inter caballos confracta est, ubi voluntas illius non agnoscitur perniciosa fuisse, non potest addici per leges". (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 18, (Gratiani decr. C. III. qu. 9. c. 19.). — „Chartae, quas".

**558 Sept. — 560.**

991 (700) Cresconio illustri mandat, prospiciat, „ne quis episcoporum Siciliae de parochiis ad se pertinentibus nomine cathedratici amplius quam duos solidos praesumat accipere, neque compellere presbyteros aut clerum parochiarum suarum supra vires suas eis convivia praeparare". Coll. Brit. Pelagii Epp. 19, Ivonis decr. III. c. 136, Gratiani decr. C. X. qu. 3. c. 4, Mansi IX. 908, Migne 72 p. 746 (et Mansi VIII. 129, Migne 59 p. 156 inter Gelasii I. epistolas cf. Thiel I. 613). — „Illud te volumus".

992 (648) Cethego patricio significat, Catinensem quidem episcopum triduo quo venerit a sese consecratum, sed Syracusani episcopi ordinationem dilatam fuisse, quoad fides esset data, eundem „nihil unquam per se, aut per filios, aut per uxorem, sive per quamlibet propinquam aut domesticam, vel extraneam personam de rebus usurpaturum ecclesiae". Facturum se, addit, ut isdem non amplius de parochiis suis quam duos solidos annuos exigere praesumat. (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 20 (cum falso Gelasii titulo), Holstenii Coll. Rom. I. 232 (e Deusdedit Coll. canonum?), Gratiani decr. I. D. 28. c. 13, Mansi IX. 733, Migne 69 p. 414. — „Quod de ordinando" „De Syracusanae" „Faciemus".

993 (642) Rufino episcopo laudi dat, quod presbyterum, qui presbytero oculum eruisset, removerit, eundemque in monasterium retrudi iubet. In locum caecati quoque alium presbyterum substitui iubet. Coll. Brit. Pelagii Epp. 21, (Ivonis decr. VI. c. 111.), Gratiani decr. I. D. 55. c. 13. — „Si evangelica" („Illi, cui erutus").

994 (675) Viatorem et Pancratium illustres hortatur, ut schismaticorum societate abstineant. De Paulino autem pseudoepiscopo (Forosemproniensi) timorem paulisper infringant, nam se praecepisse, ut ille confestim ad monasterium, in quod relegatus sit, properaret, alioquin ferro vinctus atque navi inpositus ad locum poenitentiae reportaretur. Coll. Brit. Pelagii Epp. 22, (Deusdedit Coll. canon. L. I. c. 142, 143, Gratiani decr. C. XXIV. qu. 1. c. 34, Mansi IX. 731, Rubeis Mon. Aquil. p. 207). — „A schismaticorum" („Schisma siquidem" „Nunc autem vobis").

995 (433) Bono, episcopo Sabinati, mandat, ut Rufinum monachum „sabbato veniente" diaconum faciat. „Mediana hebdomada" deinde se eum facere dicit presbyterum, quatenus superveniente paschali festivitate sacra ministeria in basilica S. Laurentii (in possessione filii et consiliarii nostri, viri magnifici Theodori, fundata) a persona competenti valeant adimpleri. (Coll. Brit. Pelagii Epp. 23), Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 31, Bull. Rom. T. E. App. I. 323, Thiel I. 454 inter Gelasii I. epistolas. — („Filius noster") „In parochia tua".

996 Agnello episcopo (Ravennati) mandat, suscipiat quendam schismaticum poenitentem in communionem catholicam. (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 24. — „Licet schismatis reo".

997 Iohanni comiti nunciat, se eius precibus victum schismaticum quendam revertentem in communionem suam suscipere. Aequo modo cum defensoribus trium capitulorum agere iubet. (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 25. — „Quamvis is".

998 Quendam episcopum (falso: Iohannem comitem) vituperat, quod auctoritatem ecclesiae Romanae, „in qua una omnes scilicet apostolicae sedes sunt", contemnat. (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 26. — „Adeone te".

999 Amabili et Leontio episcopis commendat tuitionem ecclesiasticam Andreae et Iohannae praebendam. Coll. Brit. Pelagii Epp. 27. — „Andreas et Iohanna".

1000 Iohanni defensori mandat, ut Secundo, Taurominitanae civitatis episcopo, qui in triennio, quo iam sedis apostolicae curam administret, nunquam dignatus sit, an vivat, addiscere, et paene nunquam in propria inveniatur ecclesia, pallii usum interdicat et eum post diem sanctum paschalem obtutibus suis ad rectam emendationem praesentet. Coll. Brit. Pelagii Epp. 28. — „Quoniam Secundus".

1001 (696) Opilioni defensori mandat, ut „veniente ecclesiae Catinensis episcopo aut eundem Marum presbyterum in eodem faciat monasterio per eos, quos Saturninus sibi presentaverit, abbatem fieri, aut Cresciturum diaconum ibidem reformari", nam non licere monachis, „pro arbitrio suo aut abbatem expellere aut sibimet alios ordinare. Coll. Brit. Pelagii Epp. 29, (Gratiani decr. C. XVIII.

**558 Sept. — 560.**

qu. 2. c. 9, Mansi IX. 910, Migne 72 p. 748). — „Experientiae tuae" („Nullam potestatem").

1002 (640) Laurentio, episcopo Centumcellensi, iussu clementissimi principis, mandat, ut mediana veniente septimana paschae milites nomine Marcum, Paulum et Pascalem unum presbyterum, alterum diaconum, tertium subdiaconum consecret, nisi contra canones quidquam commiserint. Coll. Brit. Pelagii Epp. 30, (Holstenii Coll. Rom. I. 241, Gratiani decr. I. D. 63. c. 15, Mansi IX. 736, Migne 69 p. 416). — „Principali devotissimorum".

1003 (665) Iohanni defensori mandat, ut Eleutherii episcopi clericos ad eiusdem obedientiam redire cogat. Coll. Brit. Pelagii Epp. 31, Hugonis Flav. chron. L. II. MG. SS. VIII. 429, (Gratiani decr. I. D. 91. c. 1.). — „Eleutherius frater".

1004 (654) Potentio defensori haec scribit: „Patrem puellae ecclesiae nostrae famulum, avum vero eius liberis ortum constat esse natalibus; et ideo avi magis electionem de coniunctione neptis, quam patris, cuius nullo modo liberum esse potest arbitrium, decernimus attendi". (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 32, Ivonis decr. VIII. c. 27, Gratiani decr. C. XXXII. qu. 3. c. un. — „Patrem puellae".

1005 (641 a) Secundino defensori hoc scribit: „Quicunque de his, qui ecclesiae militare videntur, vel in habitu monachorum ita inveniuntur inhaerere consortiis, ut aliqua turpis ex eis possit esse suspicio, te exsequente Secundino praesententur episcopo, ut canonica in eis possit vindicta procedere". Coll. Brit. Pelagii Epp. 33, Ivonis decr. VII. c. 125. — „Quicunque de his".

1006 (697) Florentino episcopo (de Clusa. Vide Neues Archiv V. 596) permittit, ut eius nuncius, qui „secundas quidem nuptias expertus non sit, castitatem tamen priori non servaverit coniugio, . . . ad diaconatus possit ordinem provehi". Praecipit vero, ut „Micina ancilla, de qua se post uxoris transitum habere confessus sit filios, neque cum ipso maneat, et cuicunque monasterio, continentiam professura, tradatur". Coll. Brit. Pelagii Epp. 34, Baluzii Misc. III. 3, (Gratiani decr. I. D. 34. c. 7, Mansi IX. 906, 909, Migne 72 p. 745, 747). — „Fraternitatis tuae".

1007 Agnello episcopo (Ravennati) commendat mansuetudinem erga poenitentes. Coll. Brit. Pelagii Epp. 35. — „Nosti enim".

1008 (641 b) Severino (al. Severo episcopo) sic scribit: „Iurasti nobis, te Iulianam, cuius nec habitum nec consecrationem veritus, Deo in corruptione ipsius iniuriam irrogas, ut si cognosceres, quia re vera a te vellet discedere, mox eam nobis tu ipse deduceres". Coll. Brit. Pelagii Epp. 36, Ivonis decr. VII. c. 126. — „Iurasti nobis".

1009 (672) Agnello, episcopo Ravennati, haec mandat: „Eligas talem virum in presbyterum, qui fixus in religione et bonus in moribus et in resistendo adversariis efficax possit exsistere, et dirigas ad sanctum virum, gloriosum Iohannem patricium, hoc ei ante omnia praecipiens, ut nullum aliud praeter meum et tuum nominet nomen inter sacra mysteria". (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 37, Baluzii Misc. III. 2. — „Fraternitati tuae".

1010 (653) Hostilio (al. Agnello) episcopo mandat, ut „quicquid de sacratis vasis vel ministeriis a quolibet clericorum usurpatum vel distractum fuisse compererit, sine cuiusvis morae interventu exigere non dimittat et ecclesiasticis usibus reformare. Coll. Brit. Pelagii Epp. 38, Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 2. — „Augusto sedis nostrae".

1011 Valeriano patricio nunciat, in eam temeritatem venisse schismaticos, ut Iohannem patricium excommunicassent. Putat, istam sceleris immanitatem publicandam esse. Coll. Brit. Pelagii Epp. 39. — „De causis autem".

1012 (678) Iohannem (al. Narsetem) patricium, quem schismatici excommunicaverant, ad ulciscendam iniuriam instigat. Eufrasii schismatici scelera commemorat. „Auferte" inquit „tales ab ista provincia; quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur, et maxime ecclesiae Aquileiensis invasor". (Fragmenta). (Coll. Brit. Pelagii Epp. 40), Hugonis Flav. chron. L. II. MG. SS. VIII. 429, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5. c. 45, Mansi IX. 714, Migne 69 p. 396, Rubeis Mon. Aquil. p. 205, Kandler Cod. dipl. Istr. — („Quamvis igitur") „Relegentes litteras".

**558 Sept. — 560.**

(Romae) 1013 (643) Constantino defensori significat, Romanum, clericum Teanensem, ob adulterium commissum et clericatu esse multatum et in monasterium „hic in urbe Romana" relegatum. Coll. Brit. Pelagii Epp. 41 (et 67), Gratiani decr. I. D. 81. c. 11. — „Romanus ecclesiae".

1014 (635) Armentario, magistro militum, ita scribit: „Scit enim gloria vestra, quia posteaquam ecclesiae iura documentorum quoque intercedentium auctoritate fuerint firmata, nullatenus ab his discedendi liberam pontifex, vel si velit, permittatur habere licentiam". (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 42, (Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 106, Gratiani decr. C. XXV. qu. 2. c. 21.). — „Scit enim" („Posteaquam ecclesiae").

1015 (698) Tulliano, episcopo Grumentino, significat, Latinum, diaconum eius, ab ecclesiae Marcellianensis clero et „ab omnibus illic convenientibus" episcopum postulatum, sibi probari. Eundem ante diem sanctum (paschae) ad se venire iubet, „ut vel sabbato ipso noctis magnae post baptismum valeat ordinari; alioquin" inquit „necesse est, eum usque ad quarti mensis ieiunia sustinere". Coll. Brit. Pelagii Epp. 43, Ivonis decr. VI. c. 112, (Gratiani decr. I. D. 63. c. 14.). — „Litteras caritatis".

1016 (641) Marcellum, episcopum Atoniensem (al. Senoniensem), videre iubet, „ut Valentino clerico, cui mulier, cum alio ante velata non tamen ei nupta, sed virgo permanens, post mortem eius, cum quo velata erat sponso, coniugali est copula sociata, quia interim velamen acceperit, nullum in promovendo generetur obstaculum". Scribit de presbyteris „ex diversis Italiae regionibus per bellicam necessitatem dispersis atque in illis locis modo consistentibus". Mandat, „ut de monasteriis probatae vitae monachi ad sacratos ordines promovendi eligantur, eo dumtaxat moderamine, ut neque monasteria ab optimis personis ex toto vacuata reddantur, neque ecclesiae remaneant sine sacerdotibus destitutae". (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 44, (Baluzii Misc. III. 2, [Ivonis decr. VI. c. 113, Gratiani decr. I. D. 34. c. 20.]). — „Caritati tuae" [„Valentino clerico"].

1017 (699) Petro, episcopo Potentino, mandat, „Latinum, ecclesiae Grumentinae diaconum ad episcopatum Marcellianensis ecclesiae sive Clusitanae ab omnibus electum", Romam quamprimum venire iubeat, „ut in sabbato magno post horam baptismi ordinetur; quod si" inquit „ante memoratum diem non occurrerit, cogetur usque ad quarti mensis ieiunia sustinere". Coll. Brit. Pelagii Epp. 45, Gratiani decr. I. D. 76. c. 12. — „Dilectionis tuae".

1018 (680) Valeriano (al. Valerio) patricio scribit, relectis eius litteris ad Paulinum Aquileiensem directis mirari se, quod in revocatione excommunicationis contra Iohannem patricium promulgatae istius correctionem videat; immo gratulandum esse Iohanni, quod sic a contagione schismaticorum liberatus sit. Iterum postulat, ut illum Paulinum pseudoepiscopum et illum Mediolanensem episcopum, quorum alter alterum contra canones consecraverit, ad clementissimum principem sub digna custodia dirigat. Monet, ut nemo christianorum ad illorum communionem accedere debeat. Iubet, ut episcopi illarum partium, de causa damnationis trium capitulorum dubitantes, a sede Romana rationem requirant. Synodum de hac re nullo modo congregandam esse, quia nulli permittant canones, post universalem synodum et post iudicium prope quatuor milia episcoporum iterum contentiones in medium revocare. Eadem de causa non licere ulli, particularem synodum convocare, sed, quotiens aliqua de universali synodo aliquibus dubitatio nascatur, ad recipiendam rationem hi aut sponte ad apostolicam sedem conveniant, aut, si forte obstinati et contumaces exstiterint, aut attrahi ad salutem eos necesse esse aut secundum canones per saeculares opprimi potestates. (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 46, Hugonis Flav. chron. L. II. MG. SS. VIII. 429, Theineri disqu. crit. p. 203, Deusdedit Coll. canon. L. I. c. 146, Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 20, I. D. 17. c. 4, Mansi IX. 713, 715, Migne 59 p. 413, 397). — „Relegentes autem litteras" („Istud est" „Nec licuit").

1019 (680) Narsetem patricium obsecrat, ut animum erigat ad schisma resecandum, „quia" inquit „sicut de pacata per vos ecclesia merces vos adeo maxima prosequitur, ita si, quod absit, dissimulantibus aut negligentibus vobis schisma remanserit,

**558 Sept. — 560.**

peccatum incurritis, quia cum possitis emendare perperam dispicitis". Praesertim rationem et potestatem ei esse, reprimendi Liguriae, Venetiae et Istriae episcopos, ne diutius in contemptum apostolicarum sedium de sua rusticitate gloriarentur. Si illi de iudicio universalis synodi, quod Constantinopoli per primam nuper indictionem (a. 553) actum sit, forte moti fuissent, Romam ad accipiendam rationem venire debuissent. Huiuscemodi homines principali vel iudiciali auctoritate conprimendos esse, quia regulae patrum constituant, ut schisma facientes excommunicentur et si forte et hoc contempserint, per potestates publicas opprimantur. Coll. Brit. Pelagii Epp. 47, (Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5. c. 43.). — „Erigite animum" („De Liguribus").

1020 Luminoso presbytero scribit: „De causa ecclesiastica nullum te illic in Liguriae aut Venetiae partibus cuiquam verbum facere omnino iubemus, nec occupari ad aliud, praeter ad quod directus es, omnino permittimus. (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 48. — „De causa".

1021 Ad iudicium Catelli et Mecellini (Marcellini?) episcoporum delegat causam pridem ante tribunal Georgii, comitis et agentis vices Marcellini vicarii, agitatam inter Maximinum et Tuczam eiusdem uxorem, praecipiens, ut illa, si revera ancilla Dei a suo monasterio discesserit, in illud arctius constituatur. Coll. Brit. Pelagii Epp. 49. — „Tucza filio veniens".

1022 (662) Melleo subdiacono mandat, ut Benedictum, qui alienam uxorem abduxerit, ad Lucium defensorem in Apuliae provinciae patrimonium mittat, uxoremque, si maritus eam recipere noluerit, alio perducendam curet. Coll. Brit. Pelagii Epp. 50, Gratiani decr. C. XXXII. qu. 1. c. 5. — „De Benedicto".

1023 (661) Melleo subdiacono mandat, ut Clerentium, „ex ancilla ecclesiae procreatum, qui ... ad declinandam servitutem debitam curialis nomen sibi audeat usurpare, ... in massam ecclesiae revocet". Coll. Brit. Pelagii Epp. 51, Ivonis decr. VIII. c. 55, Mansi IX. 737, Migne 69 p. 418. — „Dulcitia".

1024 (650) Carellum, magistrum militum, (al. Narsetem patricium) rogat, opem ferat Petro presbytero et Proiecto notario, missis, ut coerceant, „vel ad se usque perducant" Pethium (al. Tercium, Thracium) et Maximilianum episcopos, qui „ecclesiasticam ibi unitatem perturbare dicantur et omnes ecclesiasticas res suis usibus applicare". „Hoc enim" inquit „et divinae et mundanae leges statuerunt, ut ab ecclesiae unitate divisi et eius pacem iniquissime perturbantes a saecularibus etiam potestatibus conprimantur". (Coll. Brit. Pelagii Epp. 52), Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5. c. 44, Mansi IX. 712, Migne 69 p. 393, Rubeis Mon. Aquil. p. 204, Kandler Cod. dipl. Istr. — („Pethius siquidem") „Quali nos de".

1025 (652) Petro presbytero scribit, non fore, ut „de fraudibus Maximiliani ... secundum veritatem agnoscatur, ... nisi facultas ecclesiae, quam in usus suos male convertendo dispersit, ab eius potestate, donec causa cognoscatur, seponatur". Itaque illum „a supradictae ecclesiae patrimonio" inquit „volumus interim submoveri et in vestro, discussionis ipsius tempore, moderamine detineri". (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 53, Gratiani decr. C. III. qu. 2. c. 9. — „Quia ea, quae".

1026 (651) Anilani comiti Petrum presbyterum et Proiectum notarium, legatos suos, commendat. (Coll. Brit. Pelagii Epp. 54), Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 115, Mansi IX. 735, Migne 69 p. 416. — „Petrum filium".

1027 Paulino episcopo iterum iniungit, ut in monasterio S. Iuliani ordinet presbyterum, aut suum peculiariter titulum reservet, remotis his monachis, qui ad seminanda scandala ab ecclesiastica se communione suspenderint. Coll. Brit. Pelagii Epp. 55. — „Praeterito anno".

1028 Basilio et Oclcatino defensoribus mandat, asistant Iohanni exconsuli in comprehensione et transmissione Paulini pseudoepiscopi, „ne hoc sola militaris manus sine ullo ecclesiae adminiculo facere videatur". Coll. Brit. Pelagii Epp. 56. — „Iohanni viro glorioso".

1029 Ab Iohanne, magistro militum, iterum petit, ut Paulinum pseudoepiscopum et illos presbyteros ac diaconos, quos ei portitor huius epistolae insinuaverit, teneri et ad sedem suam abduci curet. Commendat Basilium et Oclcatinum

**558 Sept. — 560.**

(Latinum Ms.) in hoc negotio deputatos. (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 57. — „Petimus, ut".

1030 (649) Elpidio, episcopo Catinensi, nunciat, post multos eius decessionis dies venisse Anastasium, decessoris eius filium, et cognoscentem suae praeceptionis formam a sese deputatos sibi suspectos esse declarasse. Ergo Leonem praetorem, neutri parti suspectum, se delegasse ad litis decisionem, ne rursus ecclesia Catinensis suspecto iudicio laboraret. Commendat ei, ut Paulum diaconum et alios clericos, qui in ordinatione eius diversa habuisse studia noscantur, sacerdotali caritate suscipiat. De clericorum eius disciplina addit: (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 58, (Deusdedit Coll. canon. L. III. c. 116, Mansi IX. 735. — „Quia post multos" („Sicut unumquemque").

1031 (671 a) Sindulam, magistrum militum, hortatur, „ut nihil ulterius Montanianus, qui se, dum sit ex ancilla genitus, legitimum filium tentet astruere, sensibus eius qualibet forte subripiat; quia Montanianum illum, de cuius substantia agatur, constet sine propriis liberis decessisse et germani fratris filios, qui ei legitima ratione succedant, superstites dimisisse". Coll. Brit. Pelagii Epp. 59, Ivonis decr. VIII. c. 67. — „Hortamur, ut nihil".

1032 (673) Agnello episcopo (Ravennati) mandat, ut quosdam schismaticos a communione ecclesiae recludat, nisi intra decem dierum spatium ad unitatem catholicam reversi sint. (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 60, (Gratiani decr. C. XXIV. qu. 3. c. 13.). — „Apostolicae auctoritatis".

1033 (669) Iohanni comiti (patrimonii, in anagnostico) haec scribit: „Dicenti, sacras iussiones se habere prae manibus, respondimus, scire illum oportere, quod ipse clementissimus princeps generalibus legibus constituerit, illa sacra uniuscuiusque supplicantis desiderio concessa praevalere et effectui mancipari, quae cum iuris et legum ratione concordant; ea vero, quae subreptione vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium". (Fragmentum). Coll. Brit. Pelagii Epp. 61, (Deusdedit Coll. canon. L. IV. c. 57.), Ivonis decr. IV. c. 191, Gratiani decr. C. XXV. qu. 2. c. 16. — „Dicenti, sacras" („Clementissimus princeps").

1034 Gurdimeri comiti scribit: „Ista prata in via Portuensi, quae Epreiana vocantur, primotica sunt, et si intra quinque aut sex dies non coeperint incidi, iam postea dimittent semen ipsum et inutilia fena exinde reponuntur". Coll. Brit. Pelagii Epp. 62. — „Ista prata".

1035 Sarpato diacono dicit: „Revertere sicut dictum est. Utrique senes sumus; labores illos ferre non potes. Aprocrisiarius qui est una hora de palatio recedere non potest. Tu etiam et propter infirmitates, quas praedicas, et propter ipsam observandi consuetudinem implere ista non potes". Coll. Brit. Pelagii Epp. 63. — „Revertere".

1036 Leoni, praetori Siciliae, scribit de superbia Secundi, Taurominitani episcopi, qui infra triennium ab ordinatione sua impletum nunquam obtutibus suis se praesentaverit, et etiam „correptionem praesentis temporis contemtum minime formidaverit adicere". Desistere se amore eius commotum, huiusmodi excessum canonica ultione corrigere. Coll. Brit. Pelagii Epp. 64. — „Scitis enim".

1037 Segetium de superbia Secundi, Taurominitani episcopi, certiorem facit. Coll. Brit. Pelagii Epp. 65. — „De Secundo vero".

1038 (680) Valerianum patricium monet, ut schismaticos quosdam post diem resurrectionis Domini unacum fratre eius Iohanne patricio reprimat. Decretis synodi Chalcedoniae et dictis b. Augustini demonstrat, schismaticos saeculari potestate reprimendos esse. Faciant ergo, ut tales ad piissimum principem sub digna custodia dirigantur. „Recolere etiam debet celsitudo vestra" inquit „quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Istriam et Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum principem exinde retulissetis; et inter ubique ferventes hostes, Ravennam tamen et is, qui ordinabatur, et is, qui ordinaturus erat, ... deducti sunt". (Fragmenta). Coll. Brit. Pelagii Epp. 66, Deusdedit Coll. canon. L. I. c. 145, Ivonis

| | | |
|---|---|---|
| | | **558 Sept. — 560.** |
| | | decr. X. c. 95, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5. c. 42, Mansi IX. 733, Migne 69 p. 394. — „Peto ergo" „Non vos" „Non persequitur". |
| | | **560.** |
| Mart. 3. | | Moritur „die III. mensis Martii". Agnelli Lib. Pont. Eccl. Raven. MG. SS. Rer. Langob. et Italic. p. 331. |
| „ 4. | In basilica b. Petri | Sepelitur. Epitaphium ap. Baronium annal. 559 n. I: „Deposit. IV. non. Mart." Vita Pelagii ap. Vignoli I. p. 225: „Sepultus VI. non. Mart." |

## IOHANNES III. 560—573.

| | | |
|---|---|---|
| | | **560.** |
| Iul. 14. | | Consecratur hoc die dominico. Sedit enim Iohannes, ut Vita eius in Vignolii Lib. pont. I. 226 et catalogi pont. Rom. testantur, annos 12 m. 11 d. 26 (al. 27). |
| | | **562.** |
| Mart. 11. | in ecclesia S. Silvestri | †1039 (CCXXV) Monasterium S. Medardi Suessionense monasteriorum totius Galliae caput constituit. Possessiones eius, suadente Clothario rege confirmat, et abbatibus „inter missarum solemnia benedictionem concedit agere et praedicationem ad populum facere". Conc. Gall. I. 1143, Abaelardi et Heloisae Opp. p. 1168, Pardessus Diplomata I. 122. — „Totius orbis". |
| | | **c. 567.** |
| | Neapoli | cum Narsete, ut Romam redeat, agit. Vita Iohannis p. 228. |
| | Romam | redit cum Narsete. Vita Iohannis l. l. |
| | in coemeterio SS. Tiburtii et Valeriani | „habitat multo tempore". Vita Iohannis l. l. |
| | | 1040 (681) *Ad Guntramnum, Burgundiae regem, „epistolas dirigit, in quibus" Salonium Ebredunensem et Sagittarium Vapincensem episcopos, in synodo Lugdunensi deiectos, „locis suis restitui iubet". V. Gregorii Turonensis Hist. Franc. L. V. c. 21 ap. Bouquet Rec. II. 248 (Migne 71 p. 341). |
| | | **568.** |
| Sept. 15. | Romae | Petrum, episcopum Ravennatem, consecrat „secunda indictione ... XVII. kal. Octobr." Agnelli Lib. Pont. Eccl. Raven. MG. SS. Rer. Langob. et Italic. p. 337. |
| „ 22. | | 1041 (682) Petro, episcopo Ravennati, pallii usum tribuit. Gregorii I. Registrum, ed. MG. III. ap. 2 (ed. Maur. III. 57 not. h et App. 11, ed. Guss. X. 56), Baluzii Misc. III. 2. — „Convenire novimus". |
| | | **560—573.** |
| Iul. 19. | | †1042 (CCXXIV) § Universis per Germaniae et Galliae provincias constitutis episcopis scribit, ne chorepiscopi „donum s. spiritus per impositionem manuum tradant et alia, quae solum pontificibus debentur, contra fas peragant. Hinschius Ps. Is. p. 715, Mansi IX. 756, Migne 72 p. 13. — „Optaveram siquidem". |
| Mai. 13. | | †1043 (CCXXVI) Ecclesiam duodecim apostolorum (Romanam), aedificari a Pelagio coeptam a seque consummatam et die 1. m. Maii dedicatam, constituit titulum cardinalem. |

**560—573.**

Parochiam eidem ecclesiae tributam suppellectilemque ex suo vestiario datam accurate describit. Marini I papiri diplomatici p. 1, Cocquelines I. 93, Bull. Rom. T. E. I. 156. — „Quoniam primitivam".

**573.**

Iul. 13. | In basilica b. Petri | Sepelitur „III. id. Iulii". Vita Iohannis p. 229.

## BENEDICTUS I. 574—578.

**574.**

Iun. 3. | Consecratur. Dies apparet ex Vita Benedicti in Vignolii Lib. pont. I. 230, qua teste hic per annos 4 m. 1 d. 28 ecclesiam moderatus est; (quae menses 10 d. 3 [imo 21] vacasse post Iohannem III. legitur in istius Vita p. 229).

**574—578.**

1044 (683) * Stephano, monasterii S. Marci Spoletani abbati, massam Veneris, in territorio Minturnensi sitam, restituit. Huius „praeceptionis" mentionem facit Gregorius I. Registri (ed. MG.) L. IX. ep. 87, (Maur. L. IX. ep. 30, Guss. L. VII. ind. II. ep. 29).

Apr. 3. | †1045 (CCXXVII) § David episcopo respondet, „trinitatem unitatem fieri". Hinschius Ps. Is. p. 718, Mansi IX. 861, Migne 72 p. 685. — „Respondere litteris".

†1046 A. patriarcha Gradensi rogatus, utrum puella, cuius soror iuveni desponsata et, antequam ad nuptias pervenerit, defuncta sit, ipsimet iuveni possit in matrimonio adiungi, decernit, hoc fieri posse, quia „non aliter vir et mulier possint fieri una caro, nisi carnali copula sibi cohaereant". Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 18, Migne 72 p. 683. — „Lex divinae".

**578.**

Iul. 31. | In basilica b. Petri, in secretario | Sepelitur „pridie kal. Augusti". Vita Benedicti p. 230.

## PELAGIUS II. 578—590.

**578.**

Nov. 27. | Consecratur „absque iussione principis, eo quod Langobardi obsiderent civitatem Romanam et multa vastatio ab eis fieret per totam Italiam". Vita Pelagii II. in Vignolii Lib. pont. I. 231. Pelagius, cum teste Vita l. l. annos 10 (imo 11, ut recte tradit Iohannes Biclariensis ap. Roncallium Vet. lat. scr. chron. II. 388 [Migne 72 p. 866]), m. 2 d. 10 sedisset, sepultus est d. 6. m. Febr. 590; unde sequitur, ut dominico die 27. m. Nov. 578 sit consecratus, sedesque post Benedicti I. mortem vacaverit menses 3 d. 27, non m. 3 d. 10, quos praebet Vita Benedicti I. p. 232.

**c. 579.**

Febr. 18. | †1047 (CCXXXII) Eliae, patriarchae Aquileiensi, propter „rabiem furentium Langobardorum" concedit, ut „Gradense castrum totius Venetiae fiat et Istriae metropolis". Dandoli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 99, Ughelli It. sacr. V. 27, Mansi IX. 924, Rubeis Mon. eccl. Aquil. p. 238, Bull. Rom. T. E. I. 157. (Cf. Chronica Patriarcharum Gradensium c. 1, MG. SS. Rer. Langob. et Italic. p. 393). — „Condecuit apostolica" „Convenit apostolico".

**580.** (*Imp. Tiberio Constantino a. 7.*)

Oct. 5. (Romae) 1048 (684) Aunario episcopo (Altissiodorensi) scribit, orthodoxos Francorum reges „huic Urbi vel universae Italiae finitimos adiutoresque“ divinitus constitutos esse. Quos admoneri iubet, ut „ab amicitiis et coniunctione ... Langobardorum ... se segregare festinent“. Reliquias sacras „cum cohaerenti sibi sanctificatione“ a sese missas nunciat. Conc. Gall. I. 1235, Mansi IX. 890, Migne 72 p. 705. — „Laudanda tuae“.

**c. 580.**

Reducem, episcopum Neapolitanum, ordinat. Petri notarii relatio ap. Mabillon Vet. anal. 60.

**581.** (*Ind. 14. — 1. Sept. — 15.*)

Aug. 13. †1049 (ccxxviii) § Benigno archiepiscopo scribit, „quod in canonibus legatur, non debere episcopum de civitate ad civitatem transire vel transferri, non de his dici, qui aut vi expulsi, necessitate coacti, aut auctoritate maiorum hoc agant; sed de his, qui avaritiae ardore inflammati sponte sua prosiliant, et potius ambitioni, quam utilitati ecclesiae servire cupiant“. Hinschius Ps. Is. p. 725, Mansi IX. 881, Migne 72 p. 729. — „Lectis fraternitatis“.

Nov. 1. †1050 (ccxxix) § Universis episcopis et cunctis specialiter per Campaniae et Italiae provincias Domino militantibus scribit de iis, per quos accusari episcopi non debeant. „Dum ecclesiae alicuius episcopi aut possessiones detineantur, aliquid illi non debere aut posse ante redintegrationem omnium rerum suarum obiici“. Hinschius Ps. Is. p. 730, Mansi IX. 887, Migne 72 p. 755. — „Sollicitudinem omnium“.

**582.** (*Ind. 15.*)

Mart. 1. †1051 (ccxxx) § Universis episcopis, qui illicita vocatione Iohannis Constantinopolitani episcopi ad synodum Constantinopolim convenerunt, scribit, hanc synodum non legitimam esse, quaeque constituerit, irrita fore; non enim debere absque sententia Romani pontificis concilia celebrari“. Docet, provincia quid sit. „Maiores et difficiliores quaestiones ad sedem apostolicam semper referri“ iubet. Addit de iis, a quibus non debeant episcopi accusari. Hinschius Ps. Is. p. 720, Mansi IX. 900, Migne 72 p. 738. — „Manifesto sicut optavimus“.

**584.** (*Ind. 3.*)

Oct. 4. 1052 (685) Gregorio diacono scribit, Honoratum notarium, cum Sebastiano episcopo Constantinopolim missum, de calamitatibus per Langobardos perfidos sibi illatis significaturum. „Maxime partes Romanae“ inquit „omni praesidio vacuatae videntur, et exarchus nullum nobis posse remedium facere scribit“. Mandat, moneat imperatorem, ut subsidia mittat, antequam nefandissimae gentis exercitus loca, quae adhuc a republica detineantur, praevaleant occupare“. Presbyterum (Maximianum) quam primum remitti iubet. Iohannis diac. Vita Gregorii I. L. I. c. 32. in Gregorii M. Opp. ed. Maur. IV. 33 (Migne 75 p. 76), Mansi IX. 889, Gregorii M. Opp. ed. Gallicciolli IX. 25, Migne 72 p. 703. — „Omnia quidem“.

**585.** (*Ind. 3.*)

Mart. †1053 (ccxxxi) Paulo, patriarchae Aquileiensi, subiectum a Feroce abbate monasterium S. Mariae ad Organum confirmat „per interventum atque petitionem serenissimi Tiberii Constantini Imperatoris, consentiente quoque Solatio, Veronensis ecclesiae episcopo“. Ughelli It. sacr. V. 697, Cocquelines I. 95, Bull. Rom. T. E. I. 158. — „Cum magna nobis“.

**c. 585.**

1054 (686) Eliae Aquileiensis, aliorumque Istriae episcoporum defectionem vehementer se doluisse, sed a mittendis litteris „temporali qualitate et hostili necessitate“ adhuc impeditum fuisse scribit. „Postea ergo quam Deus“ inquit „pro felicitate christianorum principum per labores atque solicitudinem ... Smaragdi exarchi et chartularii

**c. 585.**

sacri palatii pacem nobis interim vel quietem donare dignatus est, cum omni sollicitudine festinamus praesentia ad vos scripta dirigere". „Cum lacrimis" eos revocat. Fidem suam exponit. Redemptum episcopum (Ferentinensem) et Quodvultdeum, abbatem monasterii maioris basilicae b. Petri, legatos suos, commendat. Mansi IX. 891, Gregorii M. Opp. ed. Galliccioli IX. 26, Migne 72 p. 706. — „Quod ad dilectionem".

1055 (687) Eliae Aquileiensis et aliorum Istriae episcoporum litteras sibi magno dolori fuisse scribit. Hortatur, ne „pro superfluis quaestionibus et haereticorum defensione (trium) capitulorum ab universali ecclesia" seiungere se pergant. Ad tollendas dissensiones Romam legatos mitti cupit, vel synodum Ravennae fieri, „quo nos etiam" inquit „dirigemus, a quibus satisfactionem plenissimam capiatis". Mansi IX. 895, Gregorii M. Opp. ed. Galliccioli IX. 30, Migne 72 p. 710. — „Dilectionis vestrae per".

1056 (688) Eliae Aquileiensis aliorumque Istriae episcoporum pro tribus capitulis argumenta accurate refellit. (Epistola est scripta per Gregorium Magnum, v. Paulum diac. Hist. Langob. III. 20, MG. SS. Rer. Langob. et Italic. p. 103). Mansi IX. 433, Gregorii M. Opp. ed. Galliccioli IX. 34, Migne 72 p. 715. — „Virtutum mater".

Oct. 31. **586.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 5, ind. 5.*)

1057 (689) Aunario, episcopo Altissiodorensi, sedis apostolicae cultori laudem tribuit, deque crescente in Gallia ecclesiarum numero gratulatur. De continuis angustiis suis addit. Conc. Gall. I. 1309, Labbei N. B. M. I. 420, Mansi IX. 906, Migne 72 p. 744. — „Quantum Deo".

**588.**

1058 (690) *Ad Iohannem, episcopum Constantinopolitanum, universalis episcopi appellationem sibi asserentem, „gravia scripta transmittit, in quibus synodi, ... de episcopi Gregorii causa congregatae, propter nefandum elationis vocabulum, acta dissolvit". Sic meminit huius epistolae Gregorius I. Registri (ed. MG.) L. V. ep. 44, (Maur. L. V. ep. 18, Guss. L. IV. ep. 38). (Hoc anno datam esse epistolam, liquet ex Gregorii I. Registri (ed. MG.) L. V. ep. 41, (Maur. L. V. ep. 43, Guss. L. IV. ep. 36), data m. Iunio a. 595: „Ante hos annos octo". Cf. Pagium ad a. 588.)

1059 *Subdiaconis omnium ecclesiarum Siciliae praecipit, ut more Romanae ecclesiae ab uxoribus suis se abstineant. Gregorii I. Registri (ed. MG.) L. I. ep. 42, (Maur. L. I. ep. 44, Guss. L. I. ep. 42) data m. Maio a. 591: „Ante triennium" etc.

**578—590.**

1060 (691) *Natali, episcopo Salonitano, „interdicit, ne Honoratum archidiaconum invitum provehat, neve dolorem conceptae ingratitudinis in corde retineat". V. Gregorii I. Registri (ed. MG.) L. II. ep. 21, (Maur. L. II. ep. 19, Guss. L. II. ind. X. ep. 15).

1061 (692) *Hadrianum, episcopum Thebanum, ecclesiamque eius de Iohannis, episcopi Larissensis, iurisdictione eximit. V. Gregorii I. Registri (ed. MG.) L. III. ep. 7, (Maur. L. III. ep. 7, Guss. L. II. ind. XI. ep. 7).

1062 (693) *Eusanii, lapsi episcopi Agrigentini, res omnes remanere ecclesiae eius iubet. V. Gregorii I. Registri (ed. MG.) L. IV. ep. 36, (Maur. L. IV. ep. 37, Guss. L. III. ep. 36).

1063 (694) Felici, episcopo Pisaurensi, praecipit, ut monasterium, a Iohanne conditum, „absque missis publicis" dedicet. V. Gregorii I. Registri (ed. MG.) L. VI. ep. 44, (Maur. L. VI. ep. 46, Guss. L. V. ep. 46).

†1064 Mandat, ut infra tres menses fidem suam exponere et pallium postulare a Romana ecclesia quisque metropolitanus studeat. Gratiani decr. I. D. 100. c. 1. (Est augm. c. 1. et 2. conc. Raven. a. 877). — „Quoniam quidem".

†1065 (ccxxxiii) Universis Germanicarum ac Galliarum (regionum) episcopis consulentibus exponit de „novem praefationibus in sacro catalogo tantummodo recipiendis, quas longa retro veritas in Romana ecclesia hactenus servaverit". Ivonis decr. II. c. 77

| | | |
|---|---|---|
| | | **578—590.** |
| | | (Gratiani decr. III. D. I. c. 71), Mansi IX. 905, Migne 72 p. 758. — „Cum in Dei" („Invenimus has"). |
| | | **590.** |
| c. Ian. 15. | Romae | Lue corripitur. Gregorii Turonensis Hist. Franc. L. X. c. 1. ap. Bouquet Rec. II. 362 (Migne 71 p. 527): „Anno igitur 15. Childeberti regis diaconus noster ab urbe Roma veniens sic retulit, quod anno superiore mense nono (i. e. mense Novembri a. 589) tota inundatione Tiberis fluvius Romam obtexerit; ... subsecuta est de vestigio clades, quam inguinariam vocant, nam medio mense undecimo (i. e. mense Ianuario 590) adveniens, primum omnium ... Pelagium papam perculit et sine mora exstinxit". |
| Febr. 6. | Ad b. Petrum | Sepelitur „VIII. id. Febr. Indict. VIIII." (leg. VIII.). Vita Pelagii II. p. 232. |

# II

# AB ANNO DXC USQUE AD ANNUM DCCCLXXXII

EDIDIT

**P. EWALD**

# S. GREGORIUS I. 590—604.

De arte et indole, qua Gregorianum Registrum in scrinio Lateranensi institutum sit, cognoscenda, sufficit ad ea animum attendere, quae anno 1878 in Neues Archiv III. 433—625 disserui (P. Ewald, Studien zur Ausgabe des Registers Gregors I.). Nam cum argumentis meis certe probatum sit, non Registri illius authentici libris charticeis scripti apographum nobis traditum esse, sed tria excerpta solummodo exstare et haec excerpta, quamvis ratione et numero epistolarum eligendarum maxime secum dissentiant, tamen pari modo in eo consentire, quod ad certum temporis ordinem respiciant, hoc iudicium non paucis locis priorum editionum auctoritatem tollit. Ad quem annum et mensem epistolae antea incerti temporis regerendae sint, hanc rationem excerptorum intelligentes penitus pernoscere possumus. Sed hoc praemittendum esse videtur de signis illis chronologicis, quae epistolis adscriptae sunt, notas annorum et mensium non tempus edicere, quo epistola quaeque scripta sit, sed quo scriptores Registri eam receperint; ita ut mirari non liceat interdum et epistolas diversis temporibus scriptas sub eodem mense coniunctas esse et alias loco disiunctas ad idem tempus spectare. Registri igitur seriem talibus locis relinquentes secundum chronologiam epistolas hic ordinavimus. Autenthicum autem, ut ita dicam, datum in epistolis Gregorianis non invenitur, nisi in eis perpaucis, quae etiam diem non tacent.

De cetero S. Gregorium, sicut in morem Vigilius induxerat, annos imperatorum suis subiicere epistolis solitum esse, ex paucis apparet litteris, extra tres illas epistolarum collectiones traditis 1) in cod. Paris. lat. 1565 (infra ep. 1102), 2) in Bedae Hist. eccl. (infra epp. 1434, 1436, 1827, 1829, 1836, 1848), 3) in marmore basilicae S. Pauli Romanae (infra ep. 1990).

„Registrum“ in sequentibus Gregorii I. regestis novum epistolarum ordinem dico, qualem in dissertatione mea supra memorata illustravi. Eundem ordinem non sine causa sequitur editio Gregorii I. Registri, quam brevi spatio in Monumentis Germaniae historicis in Tomo I. Epistolarum emittam; cuius libri et capita hic citantur. Sed ne seriem epistolarum, quam priores editiones praebent, omnino negligam, uncis includam cuiusque epistolae locum et secundum editionem Maurinorum (Gregorii I. opp. omnia, Parisiis 1705 Tom. II. 477—1317; sequuntur autem eundem ordinem Galliccioli Gregorii I. opp. omnia, Venetiis 1770 Tom. VII. VIII. IX. et Migne in Patrologia latina, Parisiis 1849 Tom. 77), et secundum editionem Gussanvillei (Gregorii I. opp., Lutetiae Parisiorum 1675 Tom. II. 359—1150; eandem seriem invenis in Conciliorum collectionibus, quas Labbeus [Tom. V. 1028—1588] et Mansi [Tom. IX. X.] ediderunt). Ex siglis ergo dein additis

Reg. significat ordinem Registri in Monumentis Germaniae historicis,
Maur. „ „ „ in editione Maurinorum, Venetiana et in Patrologia,
Guss. „ „ „ in editione Gussanvillei, Labbei et apud Mansi.

**590.** (*Ind. 9.*)

| | | |
|---|---|---|
| | Romae | Eligitur a „plebe omni“. Gregorii Turonensis Hist. Franc. L. X. c. 1. ap. Bouquet Rec. II. 362 (Migne 71 p. 527). „Gregorium clerus, senatus, populusque Romanus sibi concorditer pontificem delegerunt“. Iohannis diac. Vita Gregorii L. I. c. 39 in Gregorii M. opp. ed. Maur. IV. 36 (Migne 75 p. 79). |
| | | 1066 (703) *Mauritium imperatorem, ne populo de pontificatu ad se deferendo assentiatur, obsecrat. Vide Gregorii Turonensis Hist. Franc. L. X. c. 1. ap. Bouquet Rec. II. 362 (Migne 71 p. 527). |
| Sept. 3. | In b. Petri basilica | Consecratur, iussu Mauritii imperatoris. Greg. Tur. Hist. Franc. L. X. c. 1. l. l. p. 362, 363. (Migne 71 p. 527). Sedit annos 13 m. 6 d. 10 (ut testantur Vita Gregorii in Lib. pont. ed. Vignoli I. 232 [Migne 128 p. 646] et plerique catalogi), sepultus est die 12. m. Martii a. 604, ideoque consecratio eius ad dominicum diem 3. m. Sept. 590 referri debet. |
| Sept. | | 1067 (704) Universis Siciliae episcopis vices suas Petro subdiacono, rectori patrimonii ecclesiae Romanae, commissas nunciat, quocum semel per annum Syracusis seu Catanae ecclesiarum, pauperum, disciplinae causa celebrent concilium. Reg. I. 1, (Maur. I. 1, Guss. I. 1). — „Valde necessarium“. |
| „ | | 1068 (705) Iustinum, praetorem Siciliae, qui „simultationem cum ecclesiasticis“ gerit, ad concordiam, iustitiam, honestatem adhortatur. De frumentis non copia sufficienti transmissis, et de novo rectore Siciliae patrimonii (Petro subdiacono) addit. Reg. I. 2, (Maur. I. 2, Guss. I. 2). — „Quod lingua“. |
| „ | (Romae) | 1069 (706) Paulum scholasticum, de pontificatu sibi gratulantem, reprehendit. Eum cum Leone exconsule ex Sicilia reducem miserias suas cogniturum esse scribit. Maurentio chartulario ad eum venturo ut „in Romanae urbis necessitate concurrat“, petit; „quia“ inquit „hostilibus gladiis foris sine cessatione confodimur; sed seditione militum, interno periculo, gravius urgemur“. Petrum subdiaconum, rectorem ecclesiae patrimonii, commendat. Reg. I. 3, (Maur. I. 3, Guss. I. 3). — „Quicquid mihi ex“. |
| Oct. | | 1070 (707) Iohannem (episcopum) Constantinopolitanum, ne pontificatus sibi obveniret, non laborasse, dolet. „Vetustam navim“ ait „vehementerque confractam se suscepisse“. |

**590.** (*Ind. 9.*)

Synodicam, quam Bacauda episcopus, lator huius epistolae in ipso pontificatus Gregorii initio dimissus, nondum detulerat, sub festinatione promittit. Reg. I. 4, (Maur. I. 4, Guss. I. 4). — „Si caritatis virtus".

Oct. — 1071 (708) Theoctistae, sorori imperatoris, queritur, se „sub colore episcopatus ad saeculum esse reductum" atque „undique causarum fluctibus quati". „Ecce" inquit „serenissimus dominus imperator fieri simiam leonem iussit". Reg. I. 5, (Maur. I. 5, Guss. I. 5). — „Mens mea".

1072 *Honorato diacono (Romanae ecclesiae et apocrisiario Constantinopolitano) scribit ut opportuno tempore imperatori de causa fratrum (Anastasii Antiocheni patriarchae euisque amicorum?) suggerat et sub celeritate responsum mittat. Vide sequentes epistolas Reg. I. 6. 7, (Maur. I. 6. 7, Guss. I. 6. 7).

„ — 1073 (709) Narseti significat, se amissa quiete dolere. Laudem sibi tributam recusat. De fratribus in ipso initio pontificatus sui imperatori non scripsisse, sed per Honoratum diaconum suggessisse se nunciat. Complures personas salutari petit. Reg. I. 6, (Maur. I. 6, Guss. I. 6). — „Dum contemplationis".

„ — (Romae) — 1074 (710) Anastasio episcopo (Antiocheno) „terrenarum rerum tumultus" queritur. Significat, ab imperatore se petiisse, ut eum, in pristinum restitutum, Romam venire „et hic secum vivere concederet". Reg. I. 7, (Maur. I. 7, Guss. I. 7). — „Epistolas beatitudinis".

„ — 1075 (711) Bacaudae, episcopi Formiensis, dioecesi adiungit ecclesiam Minturnensem, „funditus tam cleri, quam plebis destitutam desolatione". Reg. I. 8, (Maur. I. 8, Guss. I. 8). — „Et temporis necessitas".

„ — 1076 (712) Petro subdiacono mandat, ut inter monasterium S. Theodori, in territorio Panormitano constitutum, et homines fundi Fulloniaci, iuris Romanae ecclesiae, litem de finibus fundi Gerdinnae componat. Testamentum Bacaudae xenodochi confirmat. Reg. I. 9, (Maur. I. 9, Guss. I. 9). — „Gregorius servus".

Nov. — 1077 (722) Honorato, diacono Salonitano, scribit de eius contra episcopum suum (Natalem) contentionem, quam sperat fore ut illic definiatur. Si autem Romam causa deferatur, Honoratus de ecclesiarum cymiliis strictissimam rationem reddere debeat, „qui per archidiaconatus ordinem custodiae ecclesiae arctius implicetur". Reg. I. 10, (Maur. I. 20, Guss. I. 10). — „Ea, quae nobis".

Dec. — 1078 (713) Clementinam patriciam de Eutherii morte consolatur. Anatholium diaconum, qui vicedominus ad „episcopium disponendum" constitutus sit, mitti non posse, scribit. Reg. I. 11, (Maur. I. 11, Guss. I. 11). — „Epistolam gloriae".

„ — 1079 (714) Iohannem, episcopum de Urbe Vetere, iniuriarum in monasterium S. Georgii finem facere iubet. Reg. I. 12, (Maur. I. 12, Guss. I. 12). — „Agapitus".

„ — 1080 (715) Dominicum, episcopum Centumcellensem, opitulari iubet Luminosae, herili feminae, quae dignitatem comitivam, morte mariti, Zemarchi tribuni, cessantem, in reliquum huius indictionis tempus a Theodoro palatino acceperit. Reg. I. 13, (Maur. I. 13, Guss. I. 13). — „Officii quidem".

„ — 1081 (716) Demetrio, episcopo Neapolitano, scribit de lapsis quibusdam in communionem recipiendis. Reg. I. 14, (Maur. I. 14, Guss. I. 14). — „Stephanus, praesentium".

**590 fin.**

1082 (724) Ne monasterio S. Andreae ad Clivum Scauri Romano (cui „multum me" inquit „invenio debitorem, propter quod in eo monachicum habitum et conservandi sumpsi principium") „loca vel praedia, ante hos tres annos" a sese aut antea ab aliis ad luminaria condonata auferantur vel a Maximo, monasterii abbate, vel ab aliis ex congregatione defendit. (Vide donationem, quam 28. m. Dec. 587, id est ante pontificatum suum, Gregorius eidem monasterio suo fecerat in Annalibus Camaldul. ed. Mitarelli et Costadoni IV. 600 app. I. et apud Marini I papiri diplomatici p. 137). Hoc nostrum decretum in excerptis Registri non extat; in papyro conscriptum iam prae nimia vetustate paene deletum Gregorius IX. 1240 Nov. 15. (Potthast Reg. 10963) confirmavit, quae confirmatio tradita est in Vaticano archivo Reg. Greg. IX. ann. XIV. n. 174. Marini I papiri diplomatici p. 2, (Ann. Camaldul. IV. 353). Reg. I. 14a. — „Conversionis meae".

**591.** (*Ind. 9.—1. Sept.—10.*) (*Imp. Mauritii a. 9.*)

Ian. 1083 (717) Balbino, episcopo Rosellano, mandat, ut, suscepto visitatoris munere, vacuae ecclesiae Populonensi cardinalem presbyterum diaconosque duos praeficiat, et in parochiis tres presbyteros constituat. Reg. I. 15, (Maur. I. 15, Guss. I. 15). — „Pervenit ad nos, quod".

„ 1084 (718) Severum, episcopum Aquileiensem, a catholica ecclesia dissociatum imperatoris auctoritate Romam cum sociis venire iubet, „ut aggregata synodo, de ea, quae inter eos vertatur, dubietate iudicetur". Reg. I. 16, (Maur. I. 16, Guss. I. 16). — „Sicut gradientem".

„ 1085 (719) Universis episcopis Italiae scribit, Authari, regem nefandissimum, quod superiore paschate Langobardorum liberos catholice baptizari vetuisset, ne novum pascha videret, mortuum esse. Mandat, moneant Langobardos, ut „quia ubique gravis mortalitas immineat", ad placandam Dei iram filios ab haeresi Ariana ad catholicam fidem traducant. Reg. I. 17, (Maur. I. 17, Guss. I. 17). — „Quoniam nefandissimus".

„ 1086 (720) Petro subdiacono mandat, ut Marcello, in monasterio S. Hadriani Panormitano poenitenti, victum vestitumque necessarium porrigat et ecclesiis Siculis, quarum sacerdotes demoti sint, novos praeficiendos curet. Reg. I. 18, (Maur. I. 18, Guss. I. 18). — „Insinuatum nobis est".

„ 1087 (721) Natali, episcopo Salonitano, praecipit, ut Honoratum, ex archidiacono sacerdotem in concilio invitum factum, in pristinam dignitatem restituat. Res si ad otium deduci non potuerit, Honoratum cum nuncio ad se mitti iubet. Reg. I. 19, (Maur. I. 19, Guss. I. 19). — „Gesta, quae nobis".

„ 1088 (723) Natali, episcopo Salonitano, initum pontificatum gratulanti, gratias agit. Reg. I. 20, (Maur. I. 21, Guss. I. 20). — „Scripta reverentiae".

Febr. 1089 (725) Nonnoso, possessionem quamdam petenti, se, cum Maurentius venerit, satisfacturum scribit. Reg. I. 21, (Maur. I. 22, Guss. I. 21). — „Omnipotens Deus".

„ 1090 (726) Georgio, praefecto praetorio Italiae, et Dei et serenissimorum principum gratiam precatur. Dolet, hominum pravitatibus ab eo se divisum esse. Reg. I. 22, (Maur. I. 23, Guss. I. 22). — „Bonitatem vestrae excellentiae".

„ 1091 (727) Anthemio subdiacono mandat, ut quibusdam ancillis Dei Nolanis hac nona indictione quadraginta in auro solidos, singulisque sequentibus indictionibus solidos vicenos, praeterea Paulino, monasterii S. Erasmi presbytero, et monachis duobus monasterii sancti Archangeli binos solidos persolvat. Reg. I. 23, (Maur. I. 24, Guss. I. 23). — „Insinuatum nobis est, ancillas".

„ 1092 (728) Iohanni, episcopo Constantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, Iohanni Hierosolymitano, et Anastasio expatriarchae Antiocheno „a paribus" de onere officiisque suscepti pontificatus et de exiguitate sua epistolam synodicam scribit. Exponit de fide sua, in quinque conciliorum statutis posita, et de Ibae epistola Theodorique et Theodoriti scriptis merito damnatis. Reg. I. 24, (Maur. I. 25, Guss. I. 24). — „Consideranti mihi".

„ 1093 (729) Anastasio, patriarchae Antiocheno, de superiore synodica ad eum quoque missa, significat. Bonifatium defensorem, qui epistolam deferat, arcana quaedam nunciaturum scribit. Mittit „b. Petri apostoli claves, quae super aegros positae multis solent miraculis coruscare". Reg. I. 25, (Maur. I. 26, Guss. I. 25). — „Scripta vestrae".

1094 Iohanni (Ravennati) episcopo, qui eum reprehenderat, quod pontificatum fugere voluerit, regulam pastoralem transmittit, quae qualis debeat esse pontifex docet. Praefationem in formam epistolae eidem episcopo inscribit. (Se hanc regulam pastoralem in exordio episcopatus sui scripsisse, ipse testatur Gregorius in reg. infra 1369, et nemo est, quin intelligat, et synodicam et regulam eodem tempore compositam esse). Regula Pastoralis in Gregorii M. opp. ed. Maur. II. 1 (Migne 77 p. 13). — „Pastoralis curae".

„ 1095 (730) Anastasio, archiepiscopo Corinthio, indicat de pontificatu in se collato. Bonifatium defensorem, ad imperatorem missum, commendat. Reg. I. 26, (Maur. I. 27, Guss. I. 26). — „Iudicia Dei".

„ 1096 (731) Sebastiano, episcopo Resinensi, significat, se ad imperatorem suggestionem et preces detulisse, ut Anastasio, patriarchae Antiocheno, si repetere sedem non

**591.** (*Ind. 9. — 1. Sept. — 10.*) . (*Imp. Mauritii a. 9.*)

liceret, usu pallii concesso, Romam ire permitteret. Epistola vero cur data non sit, nuncium narraturum (v. supra regg. 1072. 1073). De ipsius Anastasii voluntate certior fieri desiderat. Reg. I. 27, (Maur. I. 28, Guss. I. 27). — „Quamvis nulla merui".

Febr. — 1097 (732) Aristobolum, expraefectum et antigraphum, consolatur afflictum. Addit haec: „Si prolixam epistolam meam" (v. supra reg. 1092) „ad interpretandum accipere fortasse contigerit, rogo, non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferte". Reg. I. 28, (Maur. I. 29, Guss. I. 28). — „Ad explendum affectum".

" — 1098 (733) Andreae illustri queritur, se „per episcopatus initi ordinem paene ab amore Dei esse separatum". Mittit „clavem a S. Petri apostoli corpore, quae super aegros multis solet miraculis coruscare; nam etiam" inquit „de eius catenis interius habetur". Reg. I. 29, (Maur. I. 30, Guss. I. 29). — „Omnipotens Deus dulcissimo".

" — 1099 (734) Iohanni, exconsuli atque patricio et quaestori, scribit, se „non Romanorum, sed Langobardorum episcopum factum esse". „Ecce" inquit „ubi me patrocinia vestra perduxerunt". Clavem partemque catenarum S. Petri mittit. Reg. I. 30, (Maur. I. 31, Guss. I. 30). — „Bonitatem excellentiae".

" — 1100 (735) Philippici, comitis excubitorum (Mauricii imperatoris generi), erga se voluntatem celebrat. Italiae causas commendat. Reg. I. 31, (Maur. I. 32, Guss. I. 31). — „In quantum homo".

" — 1101 (736) Romanum, patricium et exarchum Italiae, hortatur, ut Blandum, episcopum Hortonensem, iam diu Ravennae detentum, aut synodi iudicio subiiciat, aut domum reverti patiatur. Reg. I. 32, (Maur. I. 33, Guss. I. 32). — „Scribendi ad".

Mart. 16. — 1102 (740) Petrum subdiaconum monet, ut „capitulare", quod, in Siciliam profecturus, acceperit, sequatur; prospiciatque, ne episcopi „in causis saecularibus misceantur". Possessiones servosque, his decem annis in potestatem ecclesiae Romanae iniuste redactos, iis, quibus adempti sint, restitui iubet. Humiliter, non superbe, eum cum laicis agere praecipit. Episcopos die ordinationis suae more antiquo ad se venire vetat; „sed" inquit „si eos convenire necesse est, in b. Petri natalem (1. August.) conveniant". (Hanc epistolam, quam excerpta ex Registro Lateranensi non praebent, collectioni canonum Hispanicae insertam varii huius collectionis codices tradunt; ex iis edidit eam Gonzalez: Collectio canonum ecclesiae Hispanae II. 163, Matrit. 1821. Gonzalez autem in suis codicibus notam chronologicam non invenit, cum solus codex Paris. lat. 1565 ad finem epistolae addat: „Dat. sub die XVII. kal. Apr. imperatoris Mauricii anno nono". Quo ex codice Baluzius in Misc. II. 11 eam cum temporis nota publici iuris fecit). Reg. I. 39a (Maur. I. 36). — „Pergenti tibi".

" — 1103 (737) Venantio (Syracusano), coniugi Italicae (patriciae), opprobrio dat, quod a vita monachica descierit. Praemonet eum de falsis amicis, Romamque venire iubet. Reg. I, 33, (Maur. I. 34, Guss. I. 33). — „Multi hominum".

" — 1104 (738) Petro, episcopo Terracinensi, scribit, Iudaeos Terracinenses per Iosephum, epistolae latorem, secum esse questos, quod, cum, vetere synagoga privati, in novam migrassent, de nova quoque per eum pulsi essent. Quam illis restitui iubet. Iudaeos „mansuetudine, benignitate, admonendo, suadendo ad unitatem fidei congregandos, non minis et terroribus repellendos esse" docet. Reg. I. 34, (Maur. I. 35, Guss. I. 34). — „Ioseph, praesentium".

" — 1105 (741) Iohannem, episcopum Ravennatem, Maurilioni expraefecto, in Fossa Sconii (?) (in episcopio) residenti, opem ferre iubet, etsi se de Georgii praefecti iustitia dubitare negat. Reg. I. 35, (Maur. I. 37, Guss. I. 35). — „Si professionem".

" — 1106 (742) Malcho, episcopo Dalmatiae, mandat, compellat Stephanum, episcopum Scodrensem, ut quas habeat cum Iohanne consiliario Georgii, Italiae praefecti, controversias ad eligendos iudices conferat. Reg. I. 36, (Maur. I. 38, Guss. I. 36). — „Iohannes vir".

" — 1107 (743) Anthemium subdiaconum de pauperibus contra praecepta neglectis reprehendit. Domnae Pateriae, thiae suae, „ad calciarium puerorum solidos quadraginta et tritici modios quadringentos", et domnis Palatinae et Vivianae, viduis, solidos vicenos triticique modios trecenos dari iubet. Ad diem paschalem (i. e. d. 15. m. Aprilis) eum evocat. Reg. I. 37, (Maur. I. 39, Guss. I. 37). — „Discedenti tibi".

" — 1108 (744) Felici, episcopo Messanensi, nunciat, assensu eius comperto, se Paulinum episcopum (Taurianensem) monasterio S. Theodori Messanensi praeficere velle, ideo-

| | | |
|---|---|---|
| | | **591.** (*Ind. 9. — 1. Sept. — 10.*) (*Imp. Mauritii a. 9.*) |
| | | que Petro rectori (patrimonii sui) mandasse, ut monachos monasterii illius ad unum recongreget. Reg. I. 38, (Maur. I. 40, Guss. I. 38). — „Et tibi gratum". |
| Mart. | | 1109 (745) Petro subdiacono mandat de dispersis per Siciliam monachis in monasterium S. Theodori Messanense, Paulino episcopo Taurianensi subditum, congregandis. Reg. I. 39, (Maur. I. 41, Guss. I. 39). — „Vir venerabilis Paulinus". |
| Apr. 15. | Romae | in basilica b. Mariae die paschae ad populum homiliam dicit. Hom. in Evangelia XXI. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1526 (Migne 76 p. 1169). (Quarum homiliarum, quas Gregorius ipse locutus est, [cf. infra reg. 1289] si certa temporis nota inveniri potest, propter locum in eis datum mentionem facio). |
| „ 16. | „ | in basilica b. Petri apostoli in crastino paschae homiliam dicit ad populum. Hom. in Evangelia XXIII. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1539 (Migne 76 p. 1181). |
| „ 18. | „ | in basilica b. Laurentii martyris foris muros Urbis feria quarta paschae ad populum homiliam dicit. Hom. in Evangelia XXIV. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1540 (Migne 76 p. 1183). |
| „ 19. | „ | in basilica sancti Iohannis, quae appellatur Constantiniana, feria quinta paschae homiliam ad populum dicit. Hom. in Evangelia XXV. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1544 (Migne 76 p. 1188). |
| „ 21. | „ | in basilica b. Iohannis, quae appellatur Constantiniana, sabbato post pascha ad populum homiliam dicit. Hom. in Evangelia XXII. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1530 (Migne 76 p. 1174). |
| „ 22. | „ | in basilica b. Iohannis, quae appellatur Constantiniana, in octavis paschae ad populum homiliam dicit. Hom. in Evangelia XXVI. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1552 (Migne 76 p. 1197). |
| „ | | 1110 (746) Anthemio subdiacono, motus querela Iohannis, episcopi Surrentini, mandat, poenas capiat a monachis vagis, peculiaritatis studiosis, uxores habentibus. Addit de clericis, qui monachi facti sint. Reg. I. 40, (Maur. I. 42, Guss. I. 40). — „Iohannes frater". |
| „ | | 1111 (747) Leandro, episcopo de Spaniis (Hispalensi), se „huius mundi fluctibus quati", significat. De „Reccaredo gloriosissimo rege, ad catholicam fidem integerrima devotione converso" laetatur. Addit de tripla baptismatis mersione. Codices quosdam petitos mittit. Moralia, i. e. expositionem beati Hiob, quae antea per homilias dicta nunc in librorum ductum permutata Leandro inscripserit, si a librariis conscripta sint, transmittere se promittit. (Cf. infra regg. 1368. 1369). Reg. I. 41, (Maur. I. 43, Guss. I. 41). — „Respondere epistolis". |
| Mai. 12. | „ | in basilica sancti Pancratii martyris (sanctorum Nerei et Achillei) die natalis eius (eorum) homiliam ad populum dicit. Hom. in Evangelia XXVII. (XXVIII.) in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1560, 1566 (Migne 76 p. 1204, 1210). |
| „ 24. | „ | in basilica b. Petri apostoli in ascensione Domini homiliam ad populum dicit. Hom. in Evangelia XXIX. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1568 (Migne 76 p. 1213). |
| „ | | 1112 (748) Petro, subdiacono Siciliae, indicat, nuncium eius ob sollemnia paschalia (15. April.) tamdiu retentum esse. De „rusticis ecclesiae" et bonorum ecclesiasticorum conductoribus, quam adhuc, iustius tractandis, exactioneque iniqua „funditus" tollenda, accuratissime ac patria sane benignitate mandat. Varia addit, in his de Salpingo Iudaeo, de ecclesia Canusina, de sacerdotibus lapsis, de caelibatu subdiaconis servando cet. Reg. I. 42, (Maur. I. 44, Guss. I. 42). — „Quod responsalem". |
| „ | | 1113 (749) Universis episcopis per Illyricum imperatoris praeceptum, Iobini praefecti praetorio per Illyricum scriptis indicatum, inculcat, ut episcopos ab hostibus pulsos sustentent. Reg. I. 43, (Maur. I. 45, Guss. I. 43). — „Iobinus". |
| Iun. 3. | „ | in basilica b. Petri apostoli die sancto pentecostes homiliam ad populum dicit. Hom. in Evangelia XXX. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1574 (Migne 76 p. 1219). |
| „ | | 1114 (750) Petro subdiacono mandat, ut caeco egentique Filimuth quotannis tritici modios viginti quatuor, fabae duodecim, et vini decimatas viginti tribuat. Reg. I. 44, (Maur. I. 46, Guss. I. 44). — „Divina praecepta". |
| „ | | 1115 (751) Virgilium (Arelatensem) et Theodorum Massiliensem episcopos hortatur, ne Iudaeos ad baptismum cogant. Reg. I. 45, (Maur. I. 47, Guss. I. 45). — „Scribendi ad fraternitatem". |

**591.** (*Ind. 9. — 1. Sept. — 10.*) (*Imp. Mauritii a. 9.*)

Iun. — 1116 (752) Theodorum, ducem Sardiniae, monet, ut Donatum officialem ob invasas monasterii S. Viti possessiones iudicium cum Iuliana abbatissa subire cogat, neve testamentum generi matris Pompeianae religiosae rumpi sinat. Reg. I. 46, (Maur. I. 48, Guss. I. 46). — „Iustitiam, quam".

„ (Romae) — 1117 (753) Honorato diacono mandat, ut imperatori Theodori, gloriosi militis, Sardiniae ducis, in possessores civesque iniurias deferat, de quibus se a Ianuario, episcopo Caralitano, certiorem factum esse scribit. Reg. I. 47, (Maur. I. 49, Guss. I. 47). — „Quia regiminis".

„ — 1118 (754) Anthemio subdiacono mandat, ne in insula Eumorphiana (quo multos „pro necessitate feritatis barbaricae refugisse" dicit) cum monachis mulieres habitare sinat. Felici abbati, qui hanc epistolam deferat, plumbi libras mille quingentas dari iubet. In Palmaria et aliis insulis pueros, minores annis octodecim, monachos fieri vetat. Reg. I. 48, (Maur. I. 50, Guss. I. 48). — „Sicut regiminis".

„ — 1119 (755) Universos monachos in Christi-monte insula constitutos, dissolute viventes, Orosii abbatis, quem mittit, praeceptis obtemperare iubet. Reg. I. 49, (Maur. I. 51, Guss. I. 49). — „Pervenit ad nos, nulla".

„ — 1120 (756) Symmacho defensori praecipit, ut una cum Orosio abbate, praesentis praecepti portitore, et in Corsica insula monasterii construendi causa „locum super mare", vel natura munitum, vel munitu facilem, quaerat, et in Gorgona insula monachos corrigat. Ne sacerdotes cum mulieribus conversentur vetat. Tribus, de quibus Bonifatio diacono ille scripserit, cum vehementer egeant, sustentet. Reg. I. 50, (Maur. I. 52, Guss. I. 50). — „Filius meus Bonifatius".

Iul. 2. Romae — in basilica sanctorum Processi et Martiniani die natalis eorum ad populum homiliam dicit. Hom. in Evangelia XXXII. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1586 (Migne 76 p. 1232).

„ — 1121 (757) Felicem, episcopum Sipontinum, visitatorem constituit vacuae ecclesiae Canusinae, ubi duos presbyteros parochiales ordinet. Reg. I. 51, (Maur. I. 53, Guss. I. 51). — „Pervenit ad nos, quod Canosina".

„ — 1122 (758) Iohanni, episcopo Surrentino, negotium dat, ut in Capreae insulae monasterio S. Stephani sollemniter collocet reliquias S. Agathae. Reg. I. 52, (Maur. I. 54, Guss. I. 52). — „Religiosis desideriis".

„ — 1123 (759) Anthemio subdiacono scribit, ne Gaudiosi, latoris praesentium, et Siricae, per epistolam manumissae, filii ab ecclesiae Romanae actoribus in eiusdem ecclesiae servitutem redigantur. Reg. I. 53, (Maur. I. 55, Guss. I. 53). — „Non solum frequentibus".

„ — 1124 (760) Petro subdiacono significat, se oratorium b. Mariae, in cella fratrum aedificatum, mense Augusto dedicaturum. Dedicationis die pauperibus dari iubet „in auro solidos decem, vini amphoras triginta, agnos ducentos, olei orcas duas, berbices duodecim, gallinas centum". Reg. I. 54, (Maur. I. 56, Guss. I. 54). — „Festivitatibus".

„ — 1125 (761) Severo episcopo (Ficoclino) ecclesiae Ariminensis visitatori, scribit, Ocleatinum, in quem nonnulli consenserint, ecclesiae illi praeficiendum non esse; Ariminenses si episcopatu dignum in ipsa ecclesia non invenerint, eum, qui hanc deferat epistolam, ostensurum, „in cuius debeat fieri electione decretum". Reg. I. 55, (Maur. I. 57, Guss. I. 55). — „Fraternitatis tuae".

„ — 1126 (762) Arsicino duci, clero, ordini et plebi Ariminensi eadem, quae superiore epistola Severo, aperit. Reg. I. 56, (Maur. I. 58, Guss. I. 56). — „Dilectionis vestrae".

„ — 1127 (763) Anthemio subdiacono mandat, ut Palatinae, feminae illustri, in angustiis versanti, quotannis solidos triginta pendat. Reg. I. 57, (Maur. I. 59, Guss. I. 57). — „Si proximorum".

„ — 1128 (764) Clerum, ordinem et plebem Perusinam monet, ne episcopum eligere diutius cunctentur. Reg. I. 58, (Maur. I. 60, Guss. I. 58). — „Miramur, carissimi".

„ — 1129 (765) Gennadium, patricium et exarchum Africae, rogat, ut Theodorum, magistrum militum, iniuriis in pauperes et in ecclesiam Mariniani, episcopi Turritani, abstinere iubeat. Reg. I. 59, (Maur. I. 61, Guss. I. 59). — „Dei prae oculis".

„ — 1130 (766, 768) Ianuarii, archiepiscopi Caralitani, tutelae Catellam, religiosam feminam, commendat. (Duas epistolas sub eodem mense et titulo et paucissimis verbis

**591.** (*Ind. 9. — 1. Sept. — 10.*) (*Imp. Mauritii a. 9.*)

exceptis, eandem rem eodem modo dicentes Registrum praebet. Qua ex re intelligi potest duo eiusdem epistolae exempla in Registrum recepta esse). Reg. I. 60. 62, (Maur. I. 62. 64, Guss. I. 60. 62). — „Si ipse Dominus" „Pastoralis regiminis".

Jul. 1131 (767) Ianuario, archiepiscopo Caralitano, Pompeianam, religiosam feminam, commendat. Reg. I. 61, (Maur. I. 63, Guss. I. 61). — „Licet fraternitas".

„ 1132 (769) Anthemio subdiacono praecipit, ut domum Petronii, ecclesiae Romanae notarii, a Constantino quondam defensore iniuste titulatam, Theodorae, Petronii viduae, praesentis epistolae latrici, restituat. Reg. I. 63, (Maur. I. 65, Guss. I. 63). — „Sicut res ad ius".

„ 1133 (770) Felicem, episcopum Messanensem, munera sibi mittere vetat. „Et quoniam" inquit „non delectamur exeniis, palmatianas (vestes palmatas), quas tua direxit fraternitas, digno fecimus pretio venundari et id fraternitati tuae transmisimus sigillatum". Laborioso quoque ad sese itinere eum supersedere monet. Reg. I. 64, (Maur. I. 66, Guss. I. 64). — „Consuetudines, quae".

„ 1134 (771) Petro (subdiacono) mandat, ut Pastori, oculis aegro, singulis annis tritici modios aliquot et fabae totidem impertiat. Reg. I. 65, (Maur. I. 67, Guss. I. 65). — „Si proximorum".

Aug. 1135 (772) Anthemio subdiacono mandat, ut ab Opilione diacono, et Servo-dei et Crescentio clericis, qui partem supellectilis ecclesiae Venafranae vendiderint, poenas petat, et Hebraeum, qui eam emerit, per iudicem provinciae ad restitutionem cogat. Reg. I. 66, (Maur. I. 68, Guss. I. 66). — „Fuscus".

„ 1136 (773) Petro, subdiacono Siciliae, praecipit, ut monasterii cuiusdam causas in foro agendas Fausto, Romani viri magnifici expractoris quondam cancellario, deleget, ne monachi in „foralibus litigiis" versentur. Reg. I. 67, (Maur. I. 69, Guss. I. 67). — „Sicut studii".

„ 1137 (774) Universos episcopos Siculos ab illis cavere iubet, qui se defensores sedis Romanae esse mentientes, „eos in angariis, aliisque rebus affligere" conentur. Reg. I. 68, (Maur. I. 70, Guss. I. 68). — „Fraternitatis vestrae diu".

„ 1138 (775) Petro subdiacono commendat praesentis epistolae portitores, Cyriacum et Iohannam coniugem, quae, „quod post acceptas sponsalitias arrhas ex iudaea ad christianam religionem conversa sit, dicatur sustinere molestiam". Reg. I. 69, (Maur. I. 71, Guss. I. 69). — „Egentibus nostrae".

„ 1139 (776) Petro subdiacono scribit, ne episcopi Siculi, qui „ad b. Petri apostoli natalitium diem" (d. 1. m. August.) Romam adire non potuerint, ante hiemem ad se veniant, exceptis Gregorio Agrigentino, Leone Catanensi, Victore Panormitano. Frumentum libris auri quinquaginta comparari iubet, quod mense Februario Romam deferatur. De messis Romanae tenuitate queritur. De navibus secundum Leonis exconsulis epistolam curet. Addit de iis, qui terras vel insulas iuris ecclesiae in enphyteusin sibi dari postulant. Reg. I. 70, (Maur. I. 72, Guss. I. 70). — „Quia fratres et".

„ 1140 (777) Petro subdiacono mandat, restituat ecclesiae Tauromenitanae possessiones, ab ecclesiae Romanae actionariis iniuste occupatas; opemque ferat Secundino episcopo in requirendis pecuniis, quae sub decessore eiusdem, Victorino, perierint. Reg. I. 71, (Maur. I. 73, Guss. I. 71). — „Quanto apostolicae sedi".

„ 1141 (778) Gennadium, patricium et exarchum Africae, contra haereticos instigat. Episcoporum catholicorum concilium admoneatur, ut primatem „non ex ordine loci", sed virtutis ratione habita eligant. Cui certam sedem tribui iubet, quo facilius Donatistis resistat. Nunciis concilii Numidiani, iter ad se facientibus, praesidium petit. Reg. I. 72, (Maur. I. 74, Guss. I. 72). — „Sicut excellentiam".

„ 1142 (779) Gennadio, patricio et exarcho per Africam, de belli fortuna gratulatur, ac de beneficiis in b. Petri patrimonii habitatores collatis gratias agit. Hilarum, epistolae latorem, commendat. Reg. I. 73, (Maur. I. 75, Guss. I. 73). — „Si non ex fidei".

„ 1143 (780) Gaudioso, magistro militum Africae, commendat epistolae latorem (Hilarum) „ad ordinandas res pauperum" missum. Reg. I. 74, (Maur. I. 76, Guss. I. 74). — „Sicut lucernae".

| | | |
|---|---|---|
| | | **591.** (*Ind. 9. — 1. Sept. — 10.*) (*Imp. Mauritii a. 9.*) |
| Aug. | | 1144 (781) Universis episcopis Numidiae, quod per Hilarum, chartularium suum, a decessore suo petierint, concedit, „ut omnes iis retro temporum consuetudines serventur ... sive de primatibus constituendis, ceterisque capitulis", dumne ad primatum perveniant ii, qui in Donatistarum numero fuerint. Reg. I. 75, (Maur. I. 77, Guss. I. 75). — „Si quando, carissimi". |
| „ | | 1145 (782) Leonem, episcopum in Corsica, ecclesiae Saonensis, iamdiu vacuae, visitatorem creat. Reg. I. 76, (Maur. I. 78, Guss. I. 76). — „Pastoralis nos". |
| „ | | 1146 (783) Martinum, episcopum Tanatensem in Corsica, cuius ecclesia „hostili feritate occupata atque diruta" sit, Alirensis ecclesiae cardinalem sacerdotem constituit. Reg. I. 77, (Maur. I. 79, Guss. I. 77). — „Iusta poscentibus". |
| „ | | 1147 (784) Clero et nobilibus Corsicae Martinum cardinalem sacerdotem ecclesiae Alirensis et Leonem visitatorem ecclesiae Saonensis constitutos nunciat. (Epistolas „a paribus duas" in unam contraxit scriptor Registri). Reg. I. 79, (Maur. I. 80, Guss. I. 79). — „Etsi vos multo". |
| „ | | 1148 (785) Clerum, ordinem et plebem Mevaniensem docet, ecclesiae curam, donec episcopum elegerint, Honorato presbytero commissam esse. Reg. I. 78, (Maur. I. 81, Guss. I. 78). — „Quoties res aliqua". |
| „ | | 1149 (786) Laurentio, episcopo Mediolanensi, „ab exactione patrimonii Siciliae provinciae certam pecuniae quantitatem" sibi vindicanti, respondet, mittat aliquem, cum quo de re agatur. Reg. I. 80, (Maur. I. 82, Guss. I. 80). — „Scripta fraternitatis". |
| „ | | 1150 (787) Ianuarium, archiepiscopum Caralitanum, mandatis suis satisfecisse gaudet. De reprimenda Liberati diaconi ambitione mandat. Reg. I. 81, (Maur. I. 83, Guss. I. 81). — „Scriptis tuis cor". |
| „ | | 1151 (788) Hilaro, chartulario suo Africae, dat negotium, ut Argentium, episcopum Lamigensem, accusatum de ecclesiis pecuniae causa ad Donatistas delatis, concilio coacto rationem facti reposcat. Reg. I. 82, (Maur. I. 84, Guss. I. 82). — „Felicissimus". |
| Sept. 27. | (Romae) | 1152 (791) Veloci, magistro militum, significat, quos missum iri nunciasset milites, allatis eius de hostium ad Urbem accessu litteris, retentos fuisse. Iam vero mitti quosdam. Monet, ut Mauricii et Vitaliani consiliis utatur. „Et si huc vel ad Ravennates partes" inquit „nec dicendum Ariulfum (ducem Spoletinum) cognoveritis excurrere, vos a dorso eius ita, sicut viros decet fortes, laborate". Familiam Aloin et Adobin atque Iugildi Grusingi, qui cum magistro militum Mauricio sint, dimittat. Reg. II. 7, (Maur. II. 3, Guss. XII. 21). — „Et pridem expressimus". |
| „ | Romae in basilica S. Mariae | 1153 Laetaniam maiorem propter varias continuasque calamitates solemnitate annuae devotionis instigante celebrare admonet. „Sexta igitur feria veniente a titulo b. Laurentii martyris, qui appellatur Lucinae, ad b. Petrum cum hymnis et canticis properemus". Reg. II. 2, (Maur. Append. III, Guss. II. ind. X. ante ep. 1). — „Solemnitas annuae". |
| „ | | 1154 (789) Petro notario praecipit, ut monasterii S. Archangeli Tropacensis tenuitatem sublevet. Reg. II. 3, (Maur. II. 1, Guss. II. ind. X. ep. 1). — „Monasterium". |
| „ | | 1155 (790) Praeiecticium, episcopum Narniensem, quod „mortalitas omnino grassetur" in civitate eius, monet, ut Dei commovendi causa „Langobardos sive Romanos, qui in eodem loco degunt, et maxime gentiles et haereticos" ad veram fidem revocet. Reg. II. 4, (Maur. II. 2, Guss. II. ind. X. ep. 2). — „Pervenit ad nos, peccatis". |
| „ | | 1156 (793) Clerum, nobiles, ordinem et plebem Neapolitanam hortatur, ut in locum Demetrii, deiecti episcopi, successorem quam primum substituant. Reg. II. 5, (Maur. II. 6, Guss. II. ind. X. ep. 3). — „Quamvis spiritualium". |
| (Sept.Oct.) | | 1157 (739) Bacaudae (Formiensi) et Agnello (Fundensi) episcopis mandat, ut una cum Petro, episcopo Terracinensi, cognoscant, num ex synagoga, qua Iudaei Terracinenses adhuc usi sint, et postero tempore uti cupiant, psallentium vox in ecclesiam vicinam perferatur. Quod si ita sit, talem Iudaeis intra ipsum castellum assignent locum „ut nulla exinde in futurum querela nascatur". Iudaeos Romanis legibus subiectos gravari vetat, neque vero iisdem christiana mancipia esse liceat. (Cf. reg. 1104). Reg. II. 6, (Maur. I. 10, Guss. XII. 18). — „Supplicaverunt nobis". |
| Oct. 5. | | 1158 (795) Felici, episcopo Messanensi, scribit de basilica quadam intra civitatem |

**591.** (*Ind. 9. — 1. Sept. — 10.*) (*Imp. Mauritii a. 9.*)

Messanensem SS. Stephano et Pancratio et Euplo consecranda. Reg. II. 9, (Maur. II. 5, Guss. XII. 10). — „Ianuarius“.

Oct. 1159 (796) Maximiano, episcopo Syracusano, „super cunctas Siciliae ecclesias vicem sedis apostolicae“ tribuit, maiores causas suo iudicio reservans. Reg. II. 8, (Maur. II. 7, Guss. II. ind. X. ep. 4). — „Mandata caelestia“.

(Oct. ?) 1160 (794) Sabino subdiacono mandat, ut „hortum quondam Feliciani presbyteri, positum in regione prima ante gradus S. Sabinae“, parthenoni Euprepiae tradat. Reg. II. 10, (Maur. II. 4, Guss. XII. 19). — „Officio pietatis“.

Dec. 1161 (797) Candido, episcopo de Urbe Vetere, praecipit, ne Calumnioso, aegrotanti clerico, latori praesentis epistolae, consueta commoda neget. Reg. II. 11, (Maur. II. 8, Guss. II. ind. X. ep. 8). — „Cum percussio“.

» 1162 (798) Clero, ordini et plebi Neapolitanae, episcopatum Paulo episcopo (Nepesino) deferri cupienti, gratulatur quidem, sed assentiri differt, donec eum penitus cognoverint. Cui ut interim obediant, monet. Reg. II. 12, (Maur. II. 9, Guss. II. ind. X. ep. 6). — „Quale de Paulo“.

» 1163 (799) Paulo episcopo (Nepesino) scribit, se de Neapolitanorum petitione deliberandi spatium sumpturum; quorum ecclesiam interea diligenter administrari iubet. Reg. II. 13, (Maur. II. 10, Guss. II. ind. X. p. 7). — „Si sacerdotale“.

**591?**

1164 (801) Iohanni, primae Iustinianae Illyrici episcopo, totius concilii et „serenissimi principis“ assensu electo gratulatur, pallium mittit, vices suas tribuit. Xenia, quae responsales eius ad s. Petrum detulerint, ibi repelli posse negat. (De anno cf. Neues Archiv III. 611). Reg. V. 16, (Maur. II. 23, Guss. IV. 8). — „Manifestum bonitatis“.

1165 (802) Universis episcopis per Illyricum significat, Iohannem episcopum „in quem consensus omnium vestrum et serenissimi principis convenerit voluntas“ a sese confirmatum, pallio donatum, vicariumque sedis apostolicae constitutum esse. Hortatur ut illi obediant. Reg. V. 10, (Maur. II. 22, Guss. IV. 7). — „Et nobis confert“.

**592.** (*Ind. 10. — 1. Sept. — 11.*)

Ian. 1166 (803) Clerum, ordinem et plebem Nepesinam Leontio, viro clarissimo, portitori praesentis epistolae, parere iubet, cui se civitatis curam demandasse scribit. Reg. II. 14, (Maur. II. 11, Guss. II. ind. X. ep. 8). — „Leontio“.

» 1167 (804) Castorio, episcopo Ariminensi, scribit de oratorio quodam sanctae cruci consecrando. Reg. II. 15, (Maur. II. 12, Guss. II. ind. X. ep. 9). — „Temothea“.

» 1168 (805) Importuno episcopo (Atellano) praecipit, ut Dominicum, ecclesiae S. Mariae, quae appellatur Pisonis, a sese praefectum, debitis emolumentis frui sinat. Reg. II. 16, (Maur. II. 13, Guss. II. ind. X. ep. 10). — „Ea, quae provide“.

Febr. 1169 (806) Iohannem, episcopum Velitranum, quo facilius „barbaricum periculum declinare“ possit, sedem episcopalem „in locum, qui appellatur Arenata, ad S. Andream apostolum“, transferre iubet. Reg. II. 17, (Maur. II. 14, Guss. II. ind. X. ep. 11). — „Temporis qualitas“.

» 1170 (807) Paulo episcopo (Nepesino), ut Neapolitanae ecclesiae administratione solvatur, petenti, respondet, de constituendo ibidem episcopo se nondum decernere posse; ideoque persequatur incepta. Petrum diaconum commendat, suspicioneque liberat. Reg. II. 18, (Maur. II. 15, Guss. II. ind. X. ep. 12). — „Ad hoc fraternitatem“.

» 28. 1171 (808) Maximiano, episcopo Syracusano, praecipit, ut Paulinum, episcopum Taurianensem, vacanti ecclesiae Liparitanae praeficiat. Reg. II. 51, (Maur. II. 16, Guss. II. ind. X. ep. 26). — „Locis munitis“.

» (28.) 1172 (809) Paulino episcopo (Taurianensi) de superiore epistola significat, eumque in Liparitana ecclesia sedem habere, Taurianensis vero visitationem explere iubet. Reg. II. 19, (Maur. II. 17, Guss. II. ind. X. ep. 13). — „Scire te volumus“.

Mart. 1173 (810) In Natalem, episcopum Salonitanum, helluantem neque obedientem, vehementer invehitur. Honoratum archidiaconum restitui iubet. Quod nisi fiat, eum pallii usu, deinde communione privatum iri, postremo se de removendo eo cogitaturum ostendit. Praecipit, ut Honoratum restitutum nunciumque Romam mittat. Reg. II. 20, (Maur. II. 18, Guss. II. ind. X. ep. 14). — „Multis ab urbe“.

| | | |
|---|---|---|
| | | **592.** (*Ind. 10. — 1. Sept. — 11.*) |
| Mart. | | 1174 (811) Universis episcopis per Dalmatiam constitutis, quid Natali, episcopo Salonitano, praeceperit, significat. Reg. II. 21, (Maur. II. 19, Guss. II. ind. X. ep. 15). — „Fraternitatem vestram licet“. |
| „ | | 1175 (812) Antonio subdiacono mandat, Salonam eat, Natalem ad restituendum Honoratum hortetur, recusantem primum pallii usu, deinde communione privet, restitutum vero Honoratum cum episcopi nuncio Romam ire iubeat. Malchum episcopum quam primum ad se venire praecipit. Reg. II. 22, (Maur. II. 20, Guss. II. ind. X. ep. 16). — „Honoratus“. |
| „ | | 1176 (813) Iobinum, Illyrici praefectum praetorio, solatio provinciae esse, „flagello barbaricae vastationis“ afflictae, laetatur. Epistolae latorem, ad „exiguum patrimoniolum“ administrandum missum, commendat. Natali, episcopo Salonitano, opem ferri vetat. Reg. II. 23, (Maur. II. 21, Guss. II. ind. X. ep. 17). — „Licet ad reddenda“. |
| „ | | 1177 (814) Maximiano, episcopo Syracusano, scribit, ut presbyterum quemdam, a Felice, viro clarissimo chartulario, praesentis epistolae latori, commendatum, si dignum munere episcopali invenerit, ad se mittat. Reg. II. 24, (Maur. II. 24, Guss. II. ind. X. ep. 18). — „Felix vir“. |
| „ | | 1178 (815) Benenatum episcopum (Misenatem) ecclesiae Cumanae visitatorem constituit, mortuo Liberio episcopo. Mandat, ut novum episcopum eligendum curet, provisurus ante omnia“, inquit „ne ad hoc cuiuslibet conversationis vel meriti laicae personae aspirare praesumant et tu periculum ordinis tui, quod absit, incurras“. Reg. II. 25, (Maur. II. 25, Guss. II. ind. X. ep. 19). — „Quoniam Cumanae“. |
| „ | | 1179 (816) Iohanni episcopo mandat, ut in ecclesia Nepesina, (cuius episcopus Paulus visitator Neapolitanae ecclesiae constitutus sit) suscepta visitatione, solemnia paschalia (6. April.) procuret. (Cf. regg. 1162. 1163. 1166. 1170). Reg. II. 26, (Maur. II. 26, Guss. II. ind. X. ep. 20). |
| Apr. | | 1180 (817) Rusticianam (patriciam) a consilio „eundi ad loca sancta“ deflexisse, miratur. Passivi in eam calumnias a piissimis imperatoribus aspere acceptas esse, gaudet. Reg. II. 27, (Maur. II. 27, Guss. II. ind. X. ep. 21). — „Epistolam excellentiae“. |
| „ | | 1181 (822) Iohanni, episcopo Ravennati, agit gratias, quod Castorium episcopum (Ariminensem), valetudine affectum, visitaverit, Ravennaeque receperit. Quem quod consecraverit, se excusat, eundemque per Siciliam ad sese mitti iubet. Curam suffraganeorum episcoporum suorum, qui „interpositione hostium“ Romam venire non possint, Iohanni permittit; neque vero eos Ravennam vocare ei liceat, et graviores causas sibi reservat. Reg. II. 28, (Maur. II. 35, Guss. II. ind. X. ep. 22). — „Dominicis mandatis“. |
| Mai. 19. | | 1182 (818) Stephano chartulario mandat, retrahat monachos duos, qui monasterium S. Gregorii, in massa Maratodis situm, reliquerint; cui monasterio a massae presbytero nova onera imponi vetat. Reg. II. 29, (Maur. II. 28, Guss. XII. 20). — „Scientes magnitudinem“. |
| Iun. 8. | Romae | in basilica beatorum apostolorum Philippi et Iacobi dominica secunda post pentecosten ad populum homiliam dicit. Hom. in Evangelia XXXVI. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1618 (Migne 76 p. 1265). |
| „ 15. | „ | in basilica beatorum Iohannis et Pauli dominica tertia post pentecosten ad populum homiliam dicit. Hom. in Evangelia XXXIV. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1600 (Migne 76 p. 1246). |
| Iul. 5. | | 1183 (821) Iustino praetori Leonem episcopum, falsis criminibus purgatum, commendat. Reg. II. 30, (Maur. II. 33, Guss. II. ind. X. ep. 23). — „Summa militiae“. |
| „ | | 1184 (823) Eusebium abbatem reprehendit, quod etsi iniuste excommunicatus, communionem, a Maximiano episcopo (Syracusano) oblatam, parum humiliter recusaverit. Solatur eum, docetque, se Petro subdiacono mandasse, ut solidos centum ei penderet. Reg. II. 31, (Maur. II. 36, Guss. II. ind. X. ep. 24). — „Credat mihi“. |
| „ | | 1185 (825) Maximiano, episcopo Syracusano, vitio dat, quod Eusebium abbatem aegrotantem excommunicaverit; cui solatium praeberi iubet. Reg. II. 35, (Maur. II. 34, Guss. XII. 26). — „Frequenter me“. |
| („) | („) | 1186 (824) Petro, subdiacono Siciliae, varia mandat, in his, ut Iudaeis, qui Christiani |

**592.** (*Ind. 10. — 1. Sept. — 11.*)

fieri voluerint, aliquantum pensi relaxetur", Eusebioque abbati, quem a (Maximiano) episcopo (Syracusano) excommunicatum esse dolet, solidos centum tribuat. Revocat eum; „pensiones quoque" inquit „nonae et decimae indictionis, quas exegisti et rationes omnes pariter deporta; stude, ut in hanc urbem ante natalem b. Cypriani (14. Septembr.) transeas". Quem habeat probatum in Syracusana parte, et Benenatum notarium, quem transmiserit, in Panormitana parte administratorem patrimonii instituat. Reg. II. 38, (Maur. II. 32, Guss. XII. 30). — „Indicante mihi".

(Iul.) (Romae) 1187 (792) Mauricio et Vitaliano, magistris militum, scribit, ab Aldione, viro magnifico, Ariulfum (ducem Spoletinum) prope esse significante metum sibi iniectum esse, ne milites, qui ad eos mitterentur, in illius manus inciderent. „Si huc" inquit „pervexerit ipse hostis quomodo consuevistis a dorso eius quod potestis perficite". Se sperare in b. Petri virtute „in cuius ille natali" (Aug. 1.) sanguinem effundere desideret. Reg. II. 32, (Maur. II. 29, Guss. XII. 22). — „Gloriae vestrae suscipientes".

(„) („) 1188 (819) Mauricio et Vitaliano, magistris militum, scribit, cum Ariulfus epistola die 11. m. Iunii ad se missa, Suanenses, datis obsidibus, de deditione secum egisse indicaverit, quaenam sit rei ratio, exquirant. Illos, si in reipublicae fide permanserint, novis obsidibus sacramentisque obstringant, si minus, quidquid utile et suae famae et reipublicae iudicaverint, agant. Nunciat, „hostem collectum habere et in Nardias (Narniae?) dici residere"; cuius possessiones, si Romam tetenderit, depraedari iubet. Reg. II. 33, (Maur. II. 30, Guss. XII. 23). — „Suppliciter gloriae".

(„) 1189 (820) Universos milites Neapolitanos hortatur, ut Constantio tribuno, cui civitatis custodia a sese demandata sit, obtemperare pergant. Reg. II. 34, (Maur. II. 31, Guss. XII. 24). — „Summa militiae".

(„) 1190 (856) Honorato subdiacono scribit, ut Venantium, Opilionis patricii nepotem, „chartas exconsulatus" libris auri triginta missis petentem, serenissimis principibus commendet. Reg. II. 36, (Maur. II. 53, Guss. XII. 27). — „Filius meus, dominus".

Iul. 1191 (826) Iohannem, expulsum episcopum Lissitanum, vacuae ecclesiae Scyllacinae, dum Lissus ab hostibus teneatur, praeesse iubet cardinalem sacerdotem. Quibus legibus in administranda ecclesia utatur, addit. Reg. II. 37, (Maur. II. 37, Guss. II. ind. X. ep. 25). — „Pastoralis officii cura".

„ 1192 (827) Iohanni, episcopo Scyllacino, mandat, ut, visitatione ecclesiae Crotoniensis suscepta, episcopum eligendum curet. Reg. II. 39, (Maur. II. 38), Baluzii Misc. II. 11. — „Obitum Crotone".

„ 1193 (828) Clerum, ordinem et plebem Crotoniensem hortatur, ut in creando episcopo praecepta visitatoris, Iohannis episcopi, sequantur. Reg. II. 40, (Maur. II. 39, Guss. II. ind. X. ep. 27). — „Vestri antistitis".

„ 1194 (829) Iohanni, episcopo Ravennati, de controversia inter Wilandum praesentis epistolae latorem et Gavinianum diaconum distrahenda scribit. Reg. II. 41, (Maur. II. 40, Guss. II. ind. X. ep. 28). — „Iurgantium controversias".

„ 1195 (830) Felici, episcopo Acropolitano visitatori provinciae Lucaniae, visitationem Velinae, Buxentinae, Blandanae ecclesiarum vacuarum iniungit. Reg. II. 42, (Maur. II. 43, Guss. II. ind. X. ep. 29). — „Quoniam Velina".

„ 1196 (831) Lucilli, episcopi Melitensis, clericos, possessiones ecclesiae Africanae tenentes, ad pensionem solvendam compelli iubet. Reg. II. 43, (Maur. II. 44, Guss. II. ind. X. ep. 30). — „Officii nostri decet".

„ 1197 (832) Benenatum coniunctis Cumanae et Misenati ecclesiis episcopum praeficit. Reg. II. 44, (Maur. II. 45, Guss. II. ind. X. ep. 31). — „Et temporis qualitas".

„ 1198 (833) Iohanni, episcopo Ravennati, scribendi intercapedinem excusat, „quia eo tempore, quo Ariulfus ad Romanam urbem veniens alios occiderit, alios detruncaverit, tanta moestitia affectus sit, ut in cholicam molestiam caderet". Mandat, ut Romano patricio, „qui" inquit „pugnare contra inimicos nostros dissimulat et nos facere pacem vetat", Ariulfi pacem suadeat, a quo Auctarit et Nordulfi exercitum arcessitum esse nunciat. Romam queritur militibus nudatam esse, „Theodosiacos vero, qui remanserint, rogam non accipientes, vix ad murorum quidem custodiam se accommodare"; Neapoli urbi magnum periculum ab Arigi, Ariulfi socio, imminere. Piissimos principes sibi praecepisse, „quatenus se interim ab Histriae episcoporum compulsione suspenderet". Eleemosynam denegat incensae Severi schismatici urbi,

**592.** (*Ind. 10. — 1. Sept. — 11.*)

| | | |
|---|---|---|
| | | contra se „praemia in palatium mittentis". De Natali episcopo in viam reverso gaudet ac de rationibus a Malcho episcopo ponendis addit. Consecratos consecrari vetat. Reg. II. 45, (Maur. II. 46, Guss. II. ind. X. ep. 32). — „Quod multis scriptis". |
| Iul. 23. | | 1199 (834) Dominici, episcopi Carthaginiensis, seram quidem de pontificatu suscepto gratulationem iucundam tamen sibi fuisse scribit. De ecclesiasticis privilegiis servandis addit; „nec cuilibet" inquit „ultra quam meretur impertior, nec ulli hoc, quod sui iuris est, ambitu stimulante, derogo". Reg. II. 52, (Maur. II. 47, Guss. II. ind. X. ep. 39). — „Perlatas ad nos". |
| „ (23.) | | 1200 (835) Columbo episcopo (Numidiae) scribit, audivisse se, „ecclesiae Pudentianae diaconos, in Numidia provincia constitutae, Maximianum, eiusdem ecclesiae antistitem, in loco, quo degit, corruptum praemio Donatistarum, episcopum nova licentia fieri permisisse". Quod si ita sit, Maximianum coacto concilio removeri iubet. De coartanda Donatistarum haeresi, in dies ingravescente, addit. Reg. II. 46, (Maur. II. 48, Guss. II. ind. X. ep. 33). — „Notum est, carissime". |
| Aug. | | 1201 (836) Ianuario archiepiscopo (Caralitano) multas querelas de eo delatas nunciat. Quare Iohannem, notarium suum, mittit. Reprehendit eum, quod Isidorum, virum excellentissimum, excommunicaverit „pro nulla alia causa, nisi pro eo, quod eum iniuriasset". Reg. II. 47, (Maur. II. 49, Guss. II. ind. X. ep. 34). — „Si sacerdotale, quod". |
| „ | | 1202 (837) Iohanni episcopo (Velitrano) Trium-Tavernensium ecclesiae cum Velitrana iunctae gubernationem demandat. Reg. II. 48, (Maur. II. 50, Guss. II. ind. X. ep. 35). — „Postquam hostilis". |
| „ | | 1203 (838) Universos (Histriae habitatores?) hortatur, ut, evulso de tribus capitulis scrupulo, ad catholicam ecclesiam revertantur. Pelagii papae librum mittit. Reg. II. 49, (Maur. II. 51, Guss. II. ind. X. ep. 36). — „Scripta vestra". |
| „ | | 1204 (839) Natali, episcopo Salonitano, convivia excusanti, non assentitur quidem, reconciliatum tamen se ostendit. Litem eius cum Honorato archidiacono, cum eius legati advenerint, se iuste compositurum spondet. Reg. II. 50, (Maur. II. 52, Guss. II. ind. X. ep. 37). — „Quasi oblita". |
| Sept. | | 1205 (840) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, ut Epiphanium subdiaconum et Scholasticum, Campaniae iudicem, adiuvet in vindicanda seditione, in castello Lucullano (prope Neapolim) contra Paulum episcopum (Nepesinum) mota. Reg. III. 1, (Maur. III. 1, Guss. II. ind. XI. ep. 1). — „Quale in castello". |
| „ | | 1206 (841) Paulum episcopum (Nepesinum) iniurias perpessum consolatur. Reg. III. 2, (Maur. III. 2, Guss. II. ind. XI. ep. 2). — „Licet non mediocriter". |
| „ | | 1207 (842) Iohanni abbati scribit de Bonifatii praepositi ordinatione; de S. Iohannis tunica cum possessore ad se mittenda; de Floriani cuiusdam causa, cet. Reg. III. 3, (Maur. III. 3, Guss. II. ind. XI. ep. 3). — „Petiit dilectio". |
| „ | | 1208 (843) Bonifatium, beneficum episcopum Rhegiensem, laudat, sed, ne hominum laudem venetur, monet. Reg. III. 4, (Maur. III. 4, Guss. II. ind. XI. ep. 4). — „Quibusdam venientibus". |
| Oct. | | 1209 (844) Petro, subdiacono Campaniae, de vidua quadam contra Deusdedit, generum Felicis de Orticello, tuenda mandat. Reg. III. 5, (Maur. III. 5, Guss. II. ind. XI. ep. 5). — „Sicut in iudiciis". |
| „ | | 1210 (845) Iohannem, primae Iustinianae episcopum, in dies triginta excommunicat, quod Hadrianum, episcopum Thebanum, et provocantem, et obiectis criminibus non convictum, sacerdotio orbaverit. Cui dignitatem restituit. Reg. III. 6, (Maur. III. 6, Guss. II. ind. XI. ep. 6). — „Post longas tribulationes". |
| „ | (Romae) | 1211 (846) Iohannem, episcopum Larissensem, reprehendit, quod „nullo iure pecuniariis in causis" Hadrianum, episcopum Thebanum, condemnaverit, iurisdictioni eius a decessore suo exemptum. Sub excommunicationis poena haec praecipit: „Si qua causa adversus Hadrianum potuerit evenire, vel per eos, qui nostri sunt, vel fuerint in urbe regia responsales, si mediocris est quaestio, cognoscatur; vel huc ad apostolicam sedem, si ardua est, deducatur". Hadrianum in integrum a sese restitutum nunciat. Reg. III. 7, (Maur. III. 7, Guss. II. ind. XI. ep. 7). — „Frater noster Hadrianus". |
| „ | | 1212 (847) Natali, archiepiscopo Salonitano, praecipit, ut causa Florentii episcopi |

**592.** (*Ind. 10. — 1. Sept. — 11.*)

(Epidauritani), dignitate non legitime multati, concilio convocato, Antonino subdiacono suo moderante, retractetur. Reg. III. 8, (Maur. III. 8, Guss. II. ind. XI. ep. 8). — „Dum cuncta negotia".

Oct. — 1213 (848) Antonino subdiacono significat de concilio superioribus litteris praescripto. Reg. III. 9, (Maur. III. 9, Guss. II. ind. XI. ep. 9). — „Pervenit ad nos, Florentium".

„ — 1214 (849) Savinum subdiaconum suum docet, statuta synodi Chalcedoniae Iustiniani imperatoris temporibus non esse laesa. Ad catholicam ecclesiam eum revocat. Reg. III. 10, (Maur. III. 10, Guss. II. ind. XI. ep. 10). — „Exeuntes maligni".

„ — 1215 (850) Clerum, ordinem et plebem Albanensem de Hominisboni episcopi consecratione certiorem facit. Reg. III. 11, (Maur. III. 11, Guss. II. ind. XI. ep. 11). — „Probabilibus desideriis".

Nov. 11. Romae — in basilica sancti Mennae martyris die natalis eius ad populum homiliam dicit. Hom. in Evangelia XXXV. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1216, (Migne 76 p. 1259).

„ — 1216 (851) Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut Gregorii, episcopi Agrigentini, accusatores instrumentaque litis mittat. Reg. III. 12, (Maur. III. 12, Guss. II. ind. XI. ep. 12). — „Pridem quidem".

„ — 1217 (852) Agnellum, pervastatae ab hostibus ecclesiae Fundensis episcopum, Terracinensi ecclesiae cardinalem sacerdotem praeficit, Petro episcopo defuncto. Reg. III. 13, (Maur. III. 13, Guss. II. ind. XI. ep. 13). — „Relatio cleri".

„ — 1218 (853) Clerum, ordinem et plebem Terracinensem Agnello episcopo obedire iubet. Reg. III. 14, (Maur. III. 14, Guss. II. ind. XI. ep. 14). — „Dilectionis vestrae desideria".

Dec. („) — 1219 (854) Scholastico, iudici Campaniae, scribit, Florentium, subdiaconum suum, a Neapolitanis episcopum nominatum, fuga consecrationem evitasse. „Priores vel populum civitatis" ad novam electionem convocet, quae si perfici non potuerit, „tres viri recti ac sapientes, ... generalitatis vice, quorum iudicio plebs tota consentiat", mittantur, qui Romae episcopum eligant. Reg. III. 15, (Maur. III. 15, Guss. II. ind. XI. ep. 15). — „Dum de Neapolitanae".

„ — 1220 (855) Petro, episcopo Bariciano, Valerianum presbyterum, ad redimendos captivos (in Africam) missum, commendat. Reg. III. 16, (Maur. III. 16, Guss. II. ind. XI. ep. 16). — „Licet fraternitatem".

**593.** (*Ind. 11. — 1. Sept. — 12.*)

Ian. (Romae) — 1221 (857) Gratioso subdiacono mandat, ut „domum, positam in hac urbe, regione quarta, iuxta locum, qui appellatur Gallinas albas" cum hortis hospitiisque Florae abbatissae ad monasterium construendum tradat. Reg. III. 17, (Maur. III. 17, Guss. II. ind. XI. ep. 17). — „Religiosam vitam eligentibus".

„ — 1222 (858) Theodoro, consiliario suo, Acosimum, puerum Siculum, donat. Reg. III. 18, (Maur. III. 18, Guss. II. ind. XI. ep. 18). — „Ecclesiasticis utilitatibus".

„ („) — 1223 (859) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, mittat reliquias S. Severini; cui sancto se Arianam adhuc ecclesiam „positam iuxta domum Merulanam, regione tertia", consecraturum esse, scribit. Reg. III. 19, (Maur. III. 19, Guss. II. ind. XI. ep. 19). — „Cor nostrum".

„ — 1224 (860) Gratioso, episcopo Nomentano, ecclesiam S. Anthemii, „in Curium Sabinorum territorio constitutam", Nomentanae adiunctam, delegat gubernandam. Reg. III. 20, (Maur. III. 20, Guss. II. ind. XI. ep. 20). — „Postquam hostilis".

Febr. — 1225 (861) Paschali, Demetiano (al. Dometiano), Castorio, Urbici quondam defensoris Tiburtinensis filiis, grandem pecuniam, ab eorum patre ecclesiae debitam, remittit. Reg. III. 21, (Maur. III. 21, Guss. II. ind. XI. ep. 21). — „Officii nostri est".

Mart. — 1226 (862) Antonio subdiacono, rectori patrimonii in Dalmatia, mandat, si fama de morte Natalis, episcopi Salonitani, veritate nitatur, ut successorem a clero populoque eligendum curet, electumque consecrandi causa Romam mittat. Malchum episcopum rebus Salonitanis interesse vetat, qui ad reddendas patrimonii Romani quod gesserit rationes, ex Siciliae partibus venire festinet. Marcelli magnifici haec omnia consilio agantur. Reg. III. 22, (Maur. III. 22, Guss. II. ind. XI. ep. 22). — „Natalem Salonitanae".

**593.** (*Ind. 11. — 1. Sept. — 12.*)

Mart. — 1227 (863) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, ut in locum Secundini, monasterii S. Martini abbatis nefarii, Theodosium, quem congregatio expetierit, substituat. Reg. III. 23, (Maur. III. 23, Guss. II. ind. XI. ep. 23). — „Quamvis horrenda“.

„ — 1228 (864) Leontium episcopum (Urbinatem) ecclesiae Ariminensis visitatorem constituit, Castorio episcopo ob valetudinem Romae degente. Reg. III. 24, (Maur. III. 24, Guss. II. ind. XI. ep. 24). — „Castorium“.

„ — 1229 (865) Universos habitatores Arimini reprehendit, quod Castorio episcopo, iniuriis lacerato, morbum attulerint. Leontio episcopo visitatori parere eos iubet. Reg. III. 25, (Maur. III. 25, Guss. II. ind. XI. ep. 25). — „Si culpam vestram“.

„ — 1230 (866) Magnum, presbyterum ecclesiae Mediolanensis, a Laurentio quondam episcopo excommunicatum, absolvit. Mandat, hortetur clerum et populum, ut in eligendo episcopo discidium vitent. Reg. III. 26, (Maur. III. 26, Guss. II. ind. XI. ep. 26). — „Sicut exigente“.

Apr. — 1231 (867) Martiniano, abbati Panormitano, et Benenato notario, rectori patrimonii partis Panormitanae, mandat, ut in Bonifatium, virum clarissimum, praesentis epistolae latorem, a Victore episcopo excommunicatum, inquirant; quem, si sontem invenerint, in monasterium includant. Reg. III. 27, (Maur. III. 27, Guss. II. ind. XI. ep. 27). — „Si ea de“.

„ — 1232 (868) (Georgio) praefecto praetorio per Italiam, Armenium magnificum filium Aptonii, illustrissimi viri, orbum et egestate pressum, muneri praeficiendum commendat. Reg. III. 28, (Maur. III. 28, Guss. II. ind. XI. ep. 28). — „Quicquid misericorditer“.

„ — 1233 (869) Presbyteris, diaconis et clericis Mediolanensibus, Constantium eligere cogitantibus, quas virtutes officium episcopale requirat, exponit. Iohannem, subdiaconum suum, praesentis epistolae portitorem, consecrationis faciendae causa mittit. Queritur: „Ecce iam mundi huius omnia perdita conspicimus, quae in sacris paginis audiebamus peritura. Eversae urbes, castra eruta, ecclesiae destructae; nullus terram nostram cultor inhabitat. In nobis ipsis paucissimis, qui ad modicum derelicti sumus, cum supernae percussionis cladibus humanus gladius incessanter saevit“. Reg. III. 29, (Maur. III. 29, Guss. II. ind. XI. ep. 29). — „Epistolam dilectionis“.

„ — 1234 (870) Iohanni subdiacono („rectori patrimonii Liguriae“ add. Ioh. diac. in Vita Gregorii M. L. IV. c. 24) mandat, Genuam se conferat, ubi „multi Mediolanensium, coacti barbarica feritate, consistant“, Constantiumque, si omnes in eum consenserint, „a propriis episcopis“ consecrandum curet. Reg. III. 30, (Maur. III. 30, Guss. II. ind. XI. ep. 30). — „Quanto apostolica sedes“.

„ — 1235 (871) Romano, patricio et exarcho Italiae, commendat Constantium, a Mediolanensibus electum episcopum. Reg. III. 31, (Maur. III. 31, Guss. II. ind. XI. ep. 31). — „Obitum Laurentii“.

„ — 1236 (872) Honoratum, archidiaconum Salonitanum, de obiectis criminibus absolutum esse, post Natalis episcopi mortem testatur. Querimonias eius ad Antonium subdiaconum et rectorem patrimonii Romani Salonae, delegat. Reg. III. 32, (Maur. III. 32, Guss. II. ind. XI. ep. 32). — „Dudum quidem decessoris“.

„ — 1237 (873) Dynamio, patricio Galliarum, significat, se per Hilarium de ecclesiae Romanae reditu Gallicanos solidos quadringentos accepisse. Crucem parvulam cum b. Petri et b. Laurentii reliquiis mittit. Reg. III. 33, (Maur. III. 33, Guss. II. ind. XI. ep. 33). — „Monstrat, quam“.

„ — 1238 (874) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, ut inter Festum episcopum (Capuanum) et eius clericos civesque gratiam componat. Reg. III. 34, (Maur. III. 34, Guss. II. ind. XI. ep. 34). — „Queritur Festus“.

Mai. 27. — †1239 (ccxxxvii) Monasterio S. Medardi Suessionensi rogatu „regum Brunechildis ac nepotis eius Theoderici“ privilegia exquisita concedit. (Petrus notarius S. R. E. scripsit et sigillavit. Dat. a. 593, ind. XI.). Pardessus Diplomata I. 163, (Launoii Opp. III. II. 91. 130, Registr. Greg. ed. Maur. append. IV, ed. Guss. post XII. 32, ubi leguntur et subscriptiones Gregorii cum 30 episcopis, Theoderici, Brunechildis, et a. 594, ind. XI. Mai. 26). — „Quando ad ea“ („Quando catholicorum“).

„ 31. Romae — in basilica S. Laurentii martyris dominica secunda post pentecosten homiliam dicit. Hom. in Evangelia XL. in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1652, (Migne 76 p. 1301).

„ — 1240 (875) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, compellat clerum Neapolitanum, ut

**593.** (*Ind. 11. — 1. Sept. — 12.*)

duos vel tres Romam mittant, qui „omnium vice fungentes" episcopum eligant. Paulo episcopo (Nepesino) ad ecclesiam suam redire desideranti, solidos centum et „puerulum orphanum" dari iubeat. Reg. III. 35, (Maur. III. 35, Guss. II. ind. XI. ep. 35). — „Saepius a nobis".

Mai. 1241 (876) Sabino, defensori Sardiniae, praecipit, ut una cum Iohanne notario Ianuarium, episcopum Caralitanum, pariter ac Epiphanium presbyterum, quibusdam criminibus accusatum, Romam perducat. Pompeianam et Theodosiam, religiosas feminas, et Isidorum eloquentissimum, si venire velint, adiuvet. Reg. III. 36, (Maur. III. 36, Guss. II. ind. XI. ep. 36). — „Quaedam ad aures".

» 1242 (878) Libertino, praefecto Siciliae, scribit, ut in „Nasam quendam sceleratissimum Iudaeorum", qui „sub nomine beati Eliae altare construxerit, multosque illic christianorum ad adorandum sacrilega seductione deceperit, sed et christiana, ut dicatur, mancipia comparaverit, ... quae omnia Iustinus praetor pecunia corruptus concesserit ... districtissime ac corporaliter vindicet". Mancipia autem christiana in libertatem restituat. Reg. III. 37, (Maur. III. 38, Guss. II. ind. XI. ep. 37). — „Ab ipso administrationis".

» 1243 (879) Universis episcopis Corinthiis diaconum sedis Romanae missum nunciat, qui, quamquam Hadriani episcopi accusatores in gratiam cum eo redierint, de obiecto crimine tamen quaereret. Reg. III. 38, (Maur. III. 39, Guss. II. ind. XI. ep. 38). — „Desiderii nostri est".

Iun. 1244 (880) Petro, subdiacono Campaniae, mandat, ut Numerium, diaconum Nucerinum, si sacerdotio dignus esse videatur, Romam consecrandum mittat; Catellamque servam, in monacharum coetum recipi summopere cupientem, a domino, Felice defensore, redimat. Reg. III. 39, (Maur. III. 40, Guss. II. ind. XI. ep. 39). — „Ante aliquot".

» 1245 (881) Pantaleoni notario mandat, Sipontum eat, Felicique persuadeat, ut, quam vitiaverit, Evangeli diaconi filiam in matrimonium ducat; recusantem „corporaliter castigatum in monasterium, privatum communione, tradat". Felicem episcopum moneri iubet, qua pecuniae summa Evangelus diaconus ab hostibus se redemerit, ut eam si Evangeli substantia non sufficiat, „de ecclesia" illi restituat. Reg. III. 40, (Maur. III. 41, Guss. II. ind. XI. ep. 40). — „Questus est nobis".

» 1246 (882) Felici, episcopo Sipontino, de Felice, nepote eius, et Evangeli diaconi filia, eadem, quae superiore epistola Pantaleoni notario, mandat. Reg. III. 42, (Maur. III. 43, Guss. II. ind. XI. ep. 42). — „Exspectabamus".

» 1247 (883) Felicem, episcopum Sipontinum, iubet indicem singularum partium supellectilis ecclesiae Sipontinae una cum Pantaleone necnon et Bonifatio notariis suis describere et per Pantaleonem, latorem praesentis epistolae, mittere. Reg. III. 41, (Maur. III. 42, Guss. II. ind. XI. ep. 41). — „Propositi nostri sollicitudo".

» 1248 (884) Bonifatio, episcopo Rhegiensi, praecipit, ut Stephaniae, latricis praesentium, res a Lucii decessoris eius actoribus inique ablatas reddat. Reg. III. 43, (Maur. III. 44, Guss. II. ind. XI. ep. 43). — „Sicut ecclesia proprias".

» 1249 (885) Andream, episcopum Tarentinum, si concubina usus sit, abdicare iubet, atque ob mulierem „de matriculis" crudeliter verberatam sacris per menses duos abstinere. Reg. III. 44, (Maur. III. 45, Guss. II. ind. XI. ep. 44). — „Tribunal iudicis".

» 1250 (886) Iohanni, episcopo Callipolitano, mandat, ut Andream, episcopum Tarentinum, ad perficienda ea, quae superioribus litteris praecepta sint, impellat, clericisque, ab eodem male tractatis, opem ferat. Reg. III. 45, (Maur. III. 46, Guss. II. ind. XI. ep. 45). — „Ex gestis, quae".

Iul. 1251 (887) Clerum Salonitanum ob Honoratum electum laudat. Cui ut adversariorum quoque conciliaret animos, Antonio subdiacono mandatum esse nunciat, Malchumque episcopum ab iniuriis avocatum. (Cf. reg. 1226). Reg. III. 46, (Maur. III. 47, Guss. II. ind. XI. ep. 46). — „Dilectionis vestrae scripta".

» 1251a *Malchum, episcopum Dalmatiae, hortatur, ne Salonitanos sollicitet. Vide epistolam praecedentem.

» 1252 (888) Columbum episcopum (Numidiae) hortatur, ut in promissa sedis Romanae veneratione obedientiaque persistat, „primatemque synodi suae" admoneat, ne aut

**593.** (*Ind. 11. — 1. Sept. — 12.*)

pueris, aut mercede sacri ordines tribuantur. De concilii actis erudiri vult. Claves b. Petri cum catenarum parte per Victorinum, Columbi diaconum, praesentium latorem, mittit. Reg. III. 47, (Maur. III. 48, Guss. II. ind. XI. ep. 47). — „Et antequam".

Iul. 1253 (889) Adeodati episcopi, primatis provinciae Numidiae, erga se voluntatem laudat, de eius cura in ordinandis pontificibus praescribit, eumque omnibus in rebus Columbi episcopi consilio uti iubet. De futuri concilii „unitate atque concordia" litteras poscit. De Victorino, Columbi diacono, praesentium latore, addit. Reg. III. 48, (Maur. III. 49, Guss. II. ind. XI. ep. 48). — „Qualiter erga".

» 1254 (890) Theodoro, episcopo Lilybaetano, sacerdotum mores diligenter observanti, laudem impertit. Maximianum episcopum (Syracusanum), quid agendum sit, informet. Paulum quondam episcopum poenitentiae causa in monasterio manere iubet, quaerique una cum „loci praetoris servatore" de criminibus Bonifatio obiectis. Reg. III. 49, (Maur. III. 50, Guss. II. ind. XI. ep. 49). — „Fraternitatis tuae grata".

» 1255 (891) Maximianum, episcopum Syracusanum, rogat, ut sibi, librum „de miraculis patrum in Italia factis" composituro, per litteras subveniat; nominatimque de Nonnoso abbate sciscitatur. (Hic de Dialogis dicit, quorum in libro I. cap. 7. Nonnosi gesta narrat; cf. infra post reg. 1289). Reg. III. 50, (Maur. III. 51, Guss. II. ind. XI. ep. 50). — „Fratres mei, qui".

» 1256 (892) Prisco, patricio Orientis, de imperatoris gratia recuperata gratulatus, Sabinianum diaconum, latorem praesentium, et Castum, virum gloriosum, commendat. Reg. III. 51, (Maur. III. 52, Guss. II. ind. XI. ep. 51). — „Si vitae istius".

» 1257 (893) Iohannem, episcopum Constantinopolitanum, tum de Iohannis presbyteri causa, tum de Athanasio, Isauriae monacho et presbytero, in ecclesia Constantinopolitana verberato scire se dissimulantém, reprehendit. Sabinianum diaconum, „pro responsis ecclesiasticis faciendis ad dominorum vestigia" missum, commendat. Reg. III. 52, (Maur. III. 53, Guss. II. ind. XI. ep. 52). — „Quamvis causae".

» 1258 (895) Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut Agathonem, remotum episcopum Liparitanum, ab eadem ecclesia sustentari iubeat transmittatque ei quinquaginta solidos. Reg. III. 53, (Maur. III. 55, Guss. II. ind. XI. ep. 53). — „Postquam in".

» 1259 (896) Iohannem, episcopum Ravennatem, nisi in sacris procurandis pallio uti vetat. Iohannis III. papae privilegio, quod transmiserit (reg. supra 1041 Gregorii M. Reg. L. III. append. 2. Maur. Append. XI. et L. III. ep. 57 not. h), praesumptionem suam non confirmari docet. Primis diaconis eius mappularum usum concedit. De quaestione in clericos quosdam habenda addit. Reg. III. 54, (Maur. III. 56, Guss. II. ind. XI. ep. 54). — „Non multum temporis".

» 1260 (897) Cypriano diacono mandat, ut Cosmae, si ipse substantia sua creditoribus satisfacere et filios suos ex manibus eorum liberare non valeat, debita persolvat. Reg. III. 55, (Maur. III. 58, Guss. II. ind. XI. ep. 56). — „Cosmas".

Aug. 1261 (898) Secundo episcopo (Taurominitano) iam iterum praecipit, „ut de monasterio S. Andreae, quod est super Mascalas, baptisterium propter monachorum insolentias auferatur, atque in eodem loco, quo fontes sunt, altare fundetur". Reg. III. 56, (Maur. III. 59, Guss. II. ind. XI. ep. 57). — „Pridem praecepimus".

» 1262 (899) Italicae patriciae significat, mandatum esse Cypriano diacono, in Siciliam eunti, ut controversiam „de causis pauperum" cum ea componeret. Reg. III. 57, (Maur. III. 60, Guss. II. ind. XI. ep. 58). — „Suscepimus plenas".

» 1263 (900) Eutychio, episcopo Tyndaritano, significat, a Siciliae praetore se petiisse, ut in oppugnandis „quibusdam idolorum cultoribus, atque Angelliorum dogmatis studiosis, eum adiuvaret. Reg. III. 59, (Maur. III. 62, Guss. II. ind. XI. ep. 60). — „Scripta fraternitatis".

» 1264 (902) Fortunato, episcopo Neapolitano, scribit de consecrando parthenone, sito „in civitate Neapolitana, in regione Herculensi, in vico Lampadi". Reg. III. 58, (Maur. III. 63, Guss. II. ind. XI. ep. 59). — „Religiosis desideriis sine".

» 1265 (901) Fortunato episcopo, a Neapolitanis bene recepto, gratulatur. Reg. III. 60, (Maur. III. 61, Guss. II. ind. XI. ep. 61). — „Scripta tuae caritatis".

» 1266 (903) Mauricii imperatoris legem a Longino stratore allatam: „Ut quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus, ei ad ecclesiasticum officium venire non

**593.** (*Ind. 11. — 1. Sept. — 12.*)

liceat“, laudat; emendari vero cupit illas accessiones: „Ut eidem in monasterio converti non liceat“, et „ut nulli, qui manu signatus est, converti liceat“. Tamen se, observato praecepto, „eandem legem per diversas terrarum partes transmisisse“ nunciat. Inter alia hoc quoque memorat, Mauricium „de notario comitem excubitorum, de comite excubitorum caesarem, de caesare imperatorem“ evasisse. Reg. III. 61, (Maur. III. 65, Guss. II. ind. XI. ep. 62). — „Omnipotenti Deo reus“.

Aug. 1267 (904) Theodoro medico de ista lege, ab imperatore „anno transacto“ lata queritur: „Ut nullus, qui actionem publicam egit, nullus qui optio, vel manu signatus, vel inter milites fuit habitus, ei in monasterio converti liceat, nisi forte si militia eius fuerit expleta“; memorans, non per virtutem militum sed solis lacrymis Deum imperium Persarum imperatori subdidisse. Qua de lege quominus imperatorem moneret, valetudine se adhuc impeditum fuisse scribit. Superiorem epistolam (reg. 1266) a medico „oportuno tempore secrete“ reddi cupit. „Nolo eam“ inquit „a responsali meo publice dari, quia vos, qui ei familiarius servitis, loqui ei liberius et apertius potestis“. Reg. III. 64, (Maur. III. 66, Guss. II. ind. XI. ep. 65). — „Quanta bona“.

» 1268 (905) Domitiano metropolitano (Armeniae, episcopo Melitinensi) „de divina significatione“ respondet. Laudat eum, quod Persarum imperatorem, quamquam frustra, ad christianam fidem vocaverit. Consolatur eum: „Nam et Aethiops in balneum niger intrat et niger egreditur, sed tamen balneator nummos accipit“. De Mauricio addit. Reg. III. 62, (Maur. III. 66, Guss. II. ind. XI. ep. 63). — „Scripta dulcissimae“.

» 1269 * Theodoro archiatro et expraefecto pro Narsete patricio gratias agit, Narsetemque studiosissime commendat. Cf. infra reg. 1270.

» 1270 (924) Narseti (patricio) scribit, Iohannem patriarcham (Constantinopolitanum) adversari sibi videri in presbyterorum causa; quam omni virtute exactum iri pollicetur. Theodoro iam gratias pro eo et commendationem scripsisse se dicit, (cf. reg. 1269). Brevitatem epistolae excusat „quia“ inquit „tantis tribulationibus premor, ut mihi neque legere, neque per epistolas multa loqui liceat“. Domnae Dominicae „quia cum sit Latina, graece sibi scripserit“ non se respondisse docet. Reg. III. 63, (Maur. IV. 32, Guss. II. ind. XI. ep. 64). — „Multa mihi dulcissima“.

» 1271 (894) Theotimo medico de mutua caritate scribit. Sabinianum diaconum commendat. Reg. III. 65, (Maur. III. 54, Guss. II. ind. XI. ep. 66). — „Fuerunt quidam“.

Sept. 1272 (906) Constantio, consecrato episcopo Mediolanensi, gratulatur, palliumque mittit. Reg. IV. 1, (Maur. IV. 1, Guss. III. 1). — „Scripta fraternitatis“.

» 1273 (907) Constantio, episcopo Mediolanensi, binas litteras mittit, alteras ad Theodelindam reginam perferendas, alteras episcopis tribus ostendendas, qui pariter ac regina per causam damnatorum trium capitulorum ab eius communione recesserint. „Quamvis Constantii decessor, Laurentius, districtissimam cautionem sedi apostolicae emiserit, in qua viri nobilissimi et legitimo numero subscripserunt. Inter quos ego quoque tunc Romanam praefecturam (al. praeturam) gerens“. „De Agone (i. e. Agilulfo) rege vel de Francorum regibus quae gesta sint“, certior fieri cupit. Addit haec: „Si autem videritis, quia cum patricio nihil facit Ago, Langobardorum rex, de nobis ei promittite: quia paratus sum in causa eius impendere, si ipse utiliter aliquid cum republica voluerit ordinare“. Reg. IV. 2, (Maur. IV. 2, Guss. III. 2). — „Dilectissimus filius meus“.

» 1274 (908) Constantium, episcopum Mediolanensem, „apud Romanam urbem in trium capitulorum damnationem cautionem fecisse“, negat. De statutis Chalcedoniis servandis addit. Reg. IV. 3, (Maur. IV. 3, Guss. III. 3). — „Pervenit ad nos, quod quidam“.

» 1275 (909) Theodelindam, Langobardorum reginam, ad repudiandam „catholicae unanimitatis communionem“ ab episcopis quibusdam perductam esse, dolet. Negat, contra synodum Chalcedoniam Iustiniani temporibus (i. e. in quinta synodo) actum esse quidquam. Constantium, episcopum Mediolanensem, commendat. Iohanne abbate atque Hippolyto notario ad eam venientibus, sperat fore ut omnis dubitatio tollatur. (Cf. infra regg. 1308. 1309). Reg. IV. 4, (Maur. IV. 4, Guss. III. 4). — „Quorumdam ad nos“.

» 1276 (910) Bonifatium, episcopum Rhegiensem, ne clericos officio deesse sinat, hortatur. Reg. IV. 5, (Maur. IV. 5, Guss. III. 5). — „Contumelia quidem“.

**593.** (*Ind. 11. — 1. Sept. — 12.*)

Sept. 1277 (911) Cypriano, diacono Romano et rectori Siciliae, mandat, ut tam Petronellam monacham, quae ab Agnello, notario Romano, Agnelli episcopi filio, vitiata monasterium reliquerit, quam ipsum stupratorem severe puniat, neve res monasterio ab illa donatas adimi patiatur. Reg. IV. 6, (Maur. IV. 6, Guss. III. 6). — „Perlatum est".

„ 1278 (912) Gennadium, patricium et exarchum Africae, hortatur, ut Columbum episcopum adiuvet in corrigendis decretis, quae in concilio Numidiae contra canones facta sint. Reg. IV. 7, (Maur. IV. 7, Guss. III. 7). — „Satis credimus".

„ 1279 (922) Ianuario, episcopo Caralitano, Theodosiam, religiosam feminam, ex Stephani, mariti defuncti, voluntate monasterium condere cupientem, commendat. Annuit, ut non in praedio Piscenas a coniuge constituto, quod iuris alieni sit, sed in domo iuris sui Caralis ancillarum monasterium construat. Reg. IV. 8, (Maur. IV. 15, Guss. III. 8). — „Theodosia".

„ 1280 (913) Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut ex Stephani testamento, quamvis moram faciat honesta femina Theodosia haeres, monasterium construendum curet. (Haec epistola, quamquam sub eodem mense in Registro recepta est, vix cum reg. 1279 uno eodemque tempore scripta esse potest. Tamen cum p. 143 de auctoritate harum notarum chronologicarum retulerim, ordinem Registri mutare nolui, quia utra epistola prior sit, decernere non possum. Sed suspicor, Gregorium relatione nova allata hanc epistolam 1280 prius compositam non iam misisse, cum aliam [reg. 1279] in eius locum subrogavisset, exempla autem utriusque epistolae Registro tradita esse. Cf. supra reg. 1130). Reg. IV. 10, (Maur. IV. 8, Guss. III. 10). — „Nos quidem arbitramur".

„ 1281 (914) Ianuario, episcopo Caralitano, scribit de parthenonum disciplina; de concilio bis in anno celebrando; de Iudaeorum servis, qui ad ecclesias confugerint, in libertatem vindicandis; de baptizatis infantibus a presbyteris in pectore, ab episcopis in fronte ungendis; de monasterio ex Petri defuncti voluntate construendo. Reg. IV. 9, (Maur. IV. 9, Guss. III. 9). — „Satis quidem te".

„ 1282 (915) Maximiano, episcopo Syracusano, scribit, morem antiquum in novarum quoque ecclesiarum reditu distribuendo esse servandum; clericos, nisi posito clericatu, monasteriis abbates praeficiendos non esse; defuncto vel deiecto episcopo, inventarium rerum ecclesiasticarum faciendum, „nec, sicut antea fieri dicebatur" inquit „species quaedam aut aliud quodlibet de rebus ecclesiae, quasi pro faciendi inventarii labore, tollatur"; visitatores ecclesiarum, eorumque clericos, praemiis donandos; virginem minorem annis sexaginta abbatissam non esse creandam. Reg. IV. 11, (Maur. IV. 11, Guss. III. 11). — „Olim quidem fraternitati".

Oct. 1283 (916) Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, puniat „hominem quendam de possessione Messanensis ecclesiae de fontibus", qui puellam, portitori huius epistolae in matrimonium datam, alteri venumdederit. Reg. IV. 12, (Maur. IV. 12, Guss. III. 12). — „Tanta nobis subinde".

„ 1284 (917) Clementio episcopo, primati Bizaceno, scribit de restituendo Adeodato presbytero, praesentium latore, quem Quintianus episcopus propter valetudinem loco moverit. Reg. IV. 13, (Maur. IV. 13, Guss. III. 13). — „Praesentium latoris".

„ 1285 (918) Maximianum, episcopum Syracusanum, rogat, ut diaconatum vel diaconatus commoda Felici diacono, praesentium latori, tribuat, qui cum Istricis synodi Constantinopolitanae adversariis favisset, peccatum Romae correxerit. Reg. IV. 14, (Maur. IV. 14, Guss. III. 14). — „Praesentium lator, Felix".

„ 1286 (920) Cypriano diacono, rectori Siciliae, mandat, ut vasa sacra, a fugientibus sacerdotibus Italis in Siciliam ablata dispersaque, colligi iubeat. Reg. IV. 15, (Maur. IV. 16, Guss. III. 16). — „Pervenit ad nos, diversos".

Nov. 1287 (919) Universis episcopis Dalmatiae, saecularium rerum nimis studiosis, interdicit, ne Salonitanae ecclesiae episcopum iniussu suo consecrent. „Si Honoratus diaconus indignus ostendatur, de vita moribusque eius, qui electus fuerit, sibi renunciari vult". Permittit tamen, ut, quem omnes elegerint, consecrent; excepto Maximo, quem, nisi ambitum ponat, qua adhuc usus sit, dignitate privari iubet. Reg. IV. 16, (Maur. IV. 10, Guss. III. 15). — „Oportuerat quidem".

**593.** (*Ind. 11. — 1. Sept. — 12.*)

Dec. 1288 (921) Felici, episcopo Sipontino, praecipit, ut quibus Tribunus clericus redemptus sit, solidos duodecim redemptori eius ex ecclesiae pecuniis restituat. Reg. IV. 17, (Maur. IV. 17, Guss. III. 17.) — „Qualiter succurrendum".

**593 med.**

1289 Secundino episcopo (Tauromenitano) homiliarum in evangelia libros duos, quorum primum „lacessente stomacho" per notarium recitaverat, alterum coram populo ipse locutus erat, transmittit. „Editae" inquit in praefatione, quam Secundino inscripsit „in scrinio sanctae ecclesiae nostrae retinentur". (Ordine, quo dictae sunt, ut ait Gregorius homilias describi fecit, ultimam autem homiliam, notavimus supra p. 156 ad a. 593 Mai. 31). Homiliae in Evangelia in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1434 (Migne 76 p. 1075). — „Inter sacra missarum".

**593 fin.**

Dialogos de vita et miraculis patrum Italicorum componit. (Cf. supra reg. 1255). Dialogi in Gregorii M. opp. ed. Maur. IV. 149 (Migne 77 p. 149).

**594.** (*Ind. 12. — 1. Sept. — 13.*)

Ian. Febr. Mart. 1290 (925) Mauro abbati scribit, ecclesiam S. Pancratii Romanam, presbyteris ademptam esse et datam fratribus monasterii cum ecclesia cohaerentis; cui monasterio Maurum praeponit. (De hac notarum temporis varietate vide, quae disserui in Neues Archiv III. 571. 572). Reg. IV. 18, (Maur. IV. 18, Guss. III. 18). — „Ecclesiarum cura, quae".

„ 1291 (926) Leoni acolytho tuenda mandat sarta tecta ecclesiae S. Agathae in Subura, quondam „speluncae pravitatis haereticae", nunc ad catholicam fidem reductae. Reg. IV. 19, (Maur. IV. 19, Guss. III. 19). — „Locorum venerabilium".

Apr. 1292 (927) Maximo, praesumtori Salonitano, et eius ordinatoribus, donec eum „vera, non surrepta vel simulata, piissimorum principum iussione" ordinatum esse constiterit, sacris interdicit. Reg. IV. 20, (Maur. IV. 20, Guss. III. 20). — „Licet cetera cuiuspiam".

Mai. 1293 (928) Venantio, episcopo Lunensi, scribit, ne Iudaeis mancipia christiana habere liceat. „Hi vero, qui in possessionibus eorum sint, . . . ad colenda, quae consueverint, rura permaneant, . . . et cuncta, quae de colonis vel originariis iura praecipiunt, peragant". Reg. IV. 21, (Maur. IV. 21, Guss. III. 21). — „Multorum ad nos".

„ 1294 (929) Constantio, episcopo Mediolanensi, mandat, ut Venantium, episcopum Lunensem, epistolae huius latorem, in prolapsa cleri Lunensis disciplina restituenda adiuvet. Reg. IV. 22, (Maur. IV. 22, Guss. III. 22). — „Quorumdam de".

„ 1295 (930) Nobiles ac possessores Sardiniae insulae hortatur, ut rusticos ab idololatria revocent, Felicemque episcopum et Cyriacum, servum Dei, hoc in opere adiuvent. Reg. IV. 23, (Maur. IV. 25, Guss. III. 23). — „Fratris et coepiscopi mei".

„ 1296 (931) Ianuarium episcopum (Caralitanum) monet, ut rationes a xenodochis exigat. Epiphanium presbyterum, latorem praesentium, obiectis criminibus absolutum nunciat. Addit, Paulum clericum coercendum esse; gratis clericos et ordinandos et connubio iungendos, virginesque velandas; conventus et patrocinia laicorum a clericis cavenda. Reg. IV. 24, (Maur. IV. 27, Guss. III. 24). — „Oportebat quidem".

„ 1297 (932) Zabardae, duci Sardiniae, gratulatur, quod, ut Felix episcopus et Cyriacus, servus Dei, sibi significaverint, eo pacto cum Barbaricinis pacem facturus sit, ut christiani fiant. Addit haec: „Dona vestra citius serenissimis principibus innotesco". Reg. IV. 25, (Maur. IV. 24, Guss. III. 25). — „Scriptis fratris et".

„ 1298 (933) Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut clericorum disciplinam severius moderet, paganosque ecclesiae rusticos ad christianam fidem traducat. Praecipit, „qui post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat". Concedit, ut „ubi episcopi desint, presbyteri etiam in frontibus baptizandos chrismate tangant". Reg. IV. 26, (Maur. IV. 26, Guss. III. 26). — „Fratris et coepiscopi nostri".

**594.** (*Ind. 12. — 1. Sept. — 13.*)

Mai. 1299 (934) Hospitoni, duci Barbaricinorum, Felicem episcopum et Cyriacum, servum Dei, missos ad Barbaricinos idololatras christianae fidei conciliandos, commendat. Reg. IV. 27, (Maur. IV. 23, Guss. III. 27). — „Cum de gente“.

Iun. 1300 (935) Candido defensori mandat, ut Albino, caeco Martini coloni defuncti filio, duos tremisses quotannis tribuat. Reg. IV. 28, (Maur. IV. 28, Guss. III. 28). — „Necessitatem patientibus“.

" 1301 (936) Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut Fausianae quondam episcopali ecclesiae ad evellendas paganitatis reliquias episcopum praeficiat. Reg. IV. 29, (Maur. IV. 29, Guss. III. 29). — „Pervenit ad nos, in“.

" 1302 (937) Constantinae Augustae, quod in nova ecclesia Constantinopolitana collocetur S. Pauli caput postulanti, respondet, „corpora SS. Petri et Pauli tantis coruscare miraculis atque terroribus, ut neque ad orandum sine magno illuc timore possit accedi“. Ceterum moris esse Romanorum, ut reliquias petentibus non ipsa corpora, sed „brandea“, corporibus apposita, mittantur. Catenarum S. Pauli partem promittit, „si tamen“ inquit „hanc tollere limando praevaluero“. Reg. IV. 30, (Maur. IV. 30, Guss. III. 30). — „Serenitas vestrae“.

Iul. 1303 (938) Anthemio subdiacono mandat, ut tribus Iudaeis ad christianam fidem conversis a tertia decima succedente indictione quotannis solidos tribuat. Reg. IV. 31, (Maur. IV. 33, Guss. III. 31). — „Eis, quos de“.

" 1303a *Gennadio, patricio Africae, scribit, ut Paulo episcopo Romam venire desideranti contra Donatistas auxilium praebeat. Vide infra reg. 1443.

" 1304 (939) Pantaleonem, praefectum praetorio Africae, ad comprimendos Donatistas hortatur. Paulum episcopum omni festinatione mitti iubet. Reg. IV. 32, (Maur. IV. 34, Guss. III. 32). — „Haereticorum nefandissimam“.

" 1305 (940) Victorem et Columbum, episcopos Afros, monet, ut ad deminuendam Donatistarum haeresim in dies ingravescentem, concilium convocent. Eadem de re ipse deliberare vult cum Paulo episcopo, ad sese propere mittendo. Reg. IV. 35, (Maur. IV. 35, Guss. III. 35). — „Qualiter neglectus“.

" 1306 (941) Leonem, episcopum Catanensem, monet, ne subdiaconos cum uxoribus concubare patiatur. Honoratam, Speciosi subdiaconi viduam, ob secundas nuptias in monasterium inique relegatam, marito restitui iubet. Reg. IV. 34, (Maur. IV. 36, Guss. III. 34). — „Multorum relatione comperimus“.

" 1307 (942) Maximiano episcopo (Syracusano) mandat, ut praesentium portitori Euplo, filio Eusanii, episcopi Agrigentini, privata bona et paterna et materna reddi iubeat. Reg. IV. 36, (Maur. IV. 37, Guss. III. 36). — „Euplus“.

" 1308 (943) Theodelindae, reginae Langobardorum, eadem iisdem fere verbis scribit, atque supra ep. 1275: Dolet, quod a communione catholicorum se suspenderit et Constantium episcopum (Mediolanensem) commendat. (Omittit hac in epistola synodi quintae [Constantinopolitanae] mentionem et ad calcem de Iohanne et Hippolyte tacet. Scribit fusius de veneratione quatuor synodorum. Hoc novum exemplum epistolae ad Theodelindam scriptae Registrum duobus in locis recepit, quorum prior locus tempori magis convenit; cf. epistolam, quae sequitur 1309). Reg. IV. 33, V. 52, (Maur. IV. 38, Guss. III. 33). — „Quorundam ad nos“.

" 1309 (944) Constantio, episcopo Mediolanensi, respondet, ne episcopo et civibus Brixiae, quod postulaverint, mittat scriptum iureiurandum de tribus capitulis non damnatis; neve quidquam scribat, nisi de synodi Chalcedoniae et fide servanda et adversariis damnandis. Iohannem, episcopum Ravennatem, inter missarum solemnia negat ab eo nominandum esse, nisi eius nomen soleat ab illo invicem pronunciari. Laudat eum, quod suam ad Theodelindam reginam epistolam (supra ep. 1275), ne quintae synodi mentione illius animus offenderetur, retinuerit. Addit de nova ad eandem epistola; de Ursicino, qui contra Iohannem episcopum scripserit, compescendo; de Fortunato, quibus adhuc fruitus sit, commodis non privando; de domno Dynamio, cui „si Deo placuerit per hominem Constantii epistolas transmitteret“. Reg. IV. 37, (Maur. IV. 39, Guss. III. 37). — „Scriptis sanctitatis“.

" 1310 (945) Marcello scholastico petenti, Maximo (praesumtori Salonitano) veniam non posse dari respondet. Reg. IV. 38, (Maur. IV. 40, Guss. III. 38). — „Gloriae vestrae“.

**594.** (*Ind. 12. — 1. Sept. — 13.*)

Aug. 1311 (946) Clero, ordini et plebi Ortonensi, visitationem ecclesiae post episcopi mortem Barbaro episcopo demandatam esse, nunciat. Reg. IV. 39, (Maur. IV. 41, Guss. III. 39). — „Vestri antistitis".

" 1312 (947) Valentino (al. Venantio) abbati sub poena praecipit, ne mulieres monasterium ingredi, neve „monachos eas commatres sibi facere" patiatur. Reg. IV. 40, (Maur. IV. 42, Guss. III. 40). — „Pervenit ad nos, quod".

" 1313 (948) Bonifatium, virum magnificum Africae, Romam evocat, ut iam coram de fide rationem reddat. Participes dubitationis monet, si venire velint, ne coercitionis metu angantur. Reg. IV. 41, (Maur. IV. 43, Guss. III. 41). — „Si ita, ut".

" 1314 (949) Maximiano, episcopo Syracusano, mandat, ut Bacaudae episcopo (Formiensi), nec presbyterum nec diaconos habenti, clericos eius in Sicilia ad sacros ordines promotos remittat. Reg. IV. 42, (Maur. IV. 44, Guss. III. 42). — „Indicavit nobis".

" 1315 (950) Fantino defensori solidos sexaginta per notarium eius mittit ad latoris praesentium, Cosmae Syri, creditores, quibus solidos centum quinquaginta debeat, absolvendos. Reg. IV. 43, (Maur. IV. 45, Guss. III. 43). — „Lator praesentium Cosmas".

" 1316 (951) Rusticianam patriciam reprehendit, quod ad Sinam montem profecta, nimia festinatione Constantinopolim redierit. Appionem et Eusebiam eorumque filias salutat. Nutricem suam commendat. Reg. IV. 44, (Maur. IV. 46, Guss. III. 44). — „Excellentiae vestrae scripta".

Sept. 1317 (952) Iohanni, episcopo Ravennati, praecipit, ne clericos monasteriis praeponat. Reg. V. 1, (Maur. V. 1, Guss. IV. 1). — „Pervenit ad me, quod".

" 1318 (953) Felici episcopo et Cyriaco abbati monasterium a Theodosia, religiosa femina, conditum, quod a Ianuario, episcopo Caralitano, iniuriis affectum esse dicatur, commendat. Hortatur, ut Musicus, abbas Agilitanus, in monachos suos, quos illic ordinare coeperat, summopere vacare festinet. (Cf. regg. 1279. 1280). Reg. V. 2, (Maur. V. 2, Guss. IV. 2). — „Querelam Theodosiae".

" 1319 (954) Dominici episcopi (Carthaginiensis) in coercendis haereticis studium, de quo Prosper, praesentium lator, responsalis eius, retulerat, laudat; improbat vero severiorem illam synodi sententiam, ut, qui haereticorum investigationem neglexerint, „substantiarum dignitatumque privatione plecterentur". Reg. V. 3, (Maur. V. 5, Guss. IV. 3). — „Veniens ad nos Prosper".

" 1320 (955) Victori, episcopo Panormitano, scribit, ut Gregorius, lator praesentium, monasterii S. Theodori abbas et presbyter, diutinam poenitentiam Romae perpessus, restituatur; sed praepositus ei ab Urbico „monasterii mei" (ut dicit S. Gregorius) praeposito aliquis de servis Dei detur, „ut quod istius incuria negligatur, illius sollicitudine servetur". Martia sanctimonialis in monasterium, ex quo in alterum migraverit, revocetur. Victoria, alienatarum monasterii rerum accusata, Fantino defensori examinanda tradatur. Anastasius medicus monasterium virginum ingredi vetetur. Reg. V. 4, (Maur. V. 6, Guss. IV. 4). — „Latorem presentium Gregorium".

" 1321 (956) Venantio, episcopo Lunensi, mandat, ut, in Gorgonam insulam vectus, Saturninum expresbyterum, si post lapsum procurare sacra pergat, excommunicet. Reg. V. 5, (Maur. V. 7, Guss. IV. 5). — „Accedens ad".

(Sept. Oct.) 1322 (968) Sabiniano, diacono apud Constantinopolim, significat, a Maximo praevaricatore (Salonitano), contra imperatoris praecepta ab hominibus Romani patricii praemiis corruptis ordinato, litteras suas, quibus illi sacris interdixisset, publice scissas esse. „Quod ego" inquit „qualiter patiar, scis, qui ante paratior sum mori, quam b. Petri ecclesiam meis diebus degenerare". Malchum episcopum in custodia pro solidis occisum esse negat; mandatque haec: „De qua re unum est, quod breviter suggeras serenissimis dominis nostris, quia, si ego servus eorum in morte Langobardorum me miscere voluissem, hodie Langobardorum gens nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in summa confusione esset divisa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido". De Malcho nuntiat, quod in domo Bonifatii notarii cum prandidisset subita morte exstinctus sit. Quaedam ad Romanum patricium de Felice et de Catello palatino, qui quantum Virigantinus dicat, substantiam eius male exterminet, mandata adiicit. Reg. V. 6, (Maur. IV. 47, Guss. VII. ind. 1. ep. 1), cf. Pauli diac. Hist. Lang. IV c. 29. — „De causa Maximi".

**594.** (*Ind. 12.— 1. Sept.— 13.*)

Oct. 1323 (957) Cypriano, diacono et rectori patrimonii Siciliae, mandat, Manichaeos persequatur, ad fidemque revocet; Iudaeos, in ecclesiae Romanae possessionibus degentes, promissa onerum levatione, ad christianam fidem invitet, „quia“ inquit „etsi ipsi minus fideliter veniunt, hi tamen, qui de eis nati fuerint, iam fidelius baptizantur“. Addit de epistola, in qua iam antea ad singulas eius questiones responderit, sed in ea, ut rusticis mutuos solidos tribuat, nihil se rescripsisse arbitratur. Reg. V. 7, (Maur. V. 8, Guss. IV. 6). — „De Manichaeis, qui“.

„ 1324 (958) Petro, notario in Regio, praecipit, ut Leonem archidiaconum caeterosque Myriensis ecclesiae clericos ad eligendum episcopum hortetur; quo creato, supellectilem eiusdem ecclesiae, a Severino episcopo Scyllacium translatam, restituendam curet. Reg. V. 9, (Maur. V. 9, Guss. IV. 9). — „Ministeria ecclesiae“.

„ 1325 (959) Felicem, episcopum Sardicensem, Iohanni, primae Iustinianae episcopo, parere iubet. Reg. V. 8, (Maur. V. 10, Guss. IV. 8). — „Qualiter obedientia“.

„ 1326 (960) Iohanni, episcopo Ravennati, concedit, ut donec subtilius res cognoscatur, litaniis sollemnibus pallio utatur, i. e. die natalitio S. Iohannis baptistae, b. Petri apostoli, b. Apollinaris martyris, anniversarioque die ordinationis ipsius Iohannis episcopi. Reg. V. 11, (Maur. V. 11, Guss. IV. 11). — „Fraternitatem vestram valde“.

1326a *Maximiano, episcopo Syracusano, scribit, ut ex reg. 1327 apparet.

Nov. 1327 (961) Petro, episcopo Triocalitano, quartam ecclesiae Agrigentinae reditus partem pro visitatione suscepta, ut Maximiano episcopo (Syracusano) iam scripserit, assignat. Reg. V. 12, (Maur. V. 12, Guss. IV. 12). — „Quoniam Agrigentina“.

„ 1328 (962) Gaudentium, episcopum Nolanum, visitatorem ecclesiae Capuanae constituit, Fisto episcopo Romae mortuo. Reg. V. 13, (Maur. V. 13, Guss. IV. 13). — „Quoniam Fistus“.

„ 1329 (963) Clero ecclesiae Capuanae degenti Neapoli praecipit, ut Gaudentio, episcopo Nolano, ecclesiae Capuanae visitatori, obediant. Reg. V. 14, (Maur. V. 14, Guss. IV. 14). — „Quoniam Fistus“.

„ 1330 (964) Iohannis, episcopi Ravennatis, ambitionem ambiguitatemque reprehendit. Reg. V. 15, (Maur. V. 15, Guss. IV. 15). — „Primum me“.

„ 1331 (965) Venantii, episcopi Lunensis, industriam laudat, valetudinem dolet. Diaconum et abbatem de Portu Veneris, qui peccaverit, ad sacrum ordinem revocari vetat, subdiaconosque lapsos loco moveri iubet. Neque Saturnino expresbytero sacra unquam procurare liceat; cui tamen monasteriorum in Gorgona et Capraria insulis curam demandat. Vestem mulieri baptizandae, codicemque regulae pastoralis Columbo presbytero mittit. Reg. V. 17, (Maur. V. 3, Guss. IV. 16). — „Relectae textus“.

„ 1332 (966) Constantio, episcopo Mediolanensi, respondet, Amandinum, presbyteratu abbatiaque privatum, non esse restituendum; Vitalianum expresbyterum in Siciliam relegatum iri; Iobinum, quondam diaconum et abbatem de Portu Veneris, cum tribus subdiaconis lapsis, removeri iussum esse; de Saturnino expresbytero. Monet, ne ira utatur in Iohanne notario coercendo. Fortunati causam se iudicaturum scribit. Reg. V. 18, (Maur. V. 4, Guss. IV. 17). — „Si lapsis ad“.

Dec. 1333 (967) Romanum „exarchum per Italiam, residentem Ravennae“, hortatur, ne aut Speciosum presbyterum, qui a Iohanne episcopo (Ravennate) in monasterium relegatus excesserit, aut sanctimoniales monasterio egressas tueatur. Reg. V. 19, (Maur. V. 24, Guss. IV. 18). — „Apud excellentiam“.

**590—595.**

†1334 (ccxxxiv) § Felici, episcopo Messanensi, respondet de cognatorum nuptiis; de episcopis non vexandis; de ecclesiarum consecratione. Hinschius Ps. Is. p. 749, Registri Greg. Maur. XIV. 17, Guss. XII. 32. — „Caput nostrum, quod“.

†1334a Felici, Messanae civitatis episcopo, scribit: „Qui in quarto vel quinto gradu coniuncti inventi fuerint, separentur“. (Est ex can. 5. conc. Toletani II; cf. Ivonis decr. IX. c. 42). Gratiani decr. C. XXXV. qu. 8. c. 2. — „Haec salubriter“.

**595.** (*Imperii Mauricii Tiberii anno 13, ind. 13.— 1. Sept.— 14.*)

Febr. 10. 1335 (978) Castorio notario mandat, ut clerum et populum Ravennatem de digno successore in Iohannis episcopi defuncti locum eligendo moneat. Electione facta, „quin-

**595.** (*Imperii Mauricii Tiberii anno 13, ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

que de prioribus presbyteris et quinque de praecedentibus (diaconis)“ ad se mitti iubet. Reg. V. 24, (Maur. V. 23, Guss. IV. 23). — „Nimis nos Iohannis“.

Febr. (10.) 1336 (975) Severo, episcopo Ficocliensi, ecclesiae Ravennatis visitationem post Iohannis episcopi mortem delegat. Reg. V. 21, (Maur. V. 25, Guss. IV. 20). — „Obitum Iohannis“.

„ (10.) 1337 (976) Clero, ordini et plebi Ravennati praecipit, ut visitatori Severo, episcopo Ficocliensi, obtemperent. Reg. V. 22, (Maur. V. 26, Guss. IV. 21). — „Vestri antistitis“.

„ 1338 (979) Castorio, diacono suo, mandat, ut de episcopi Pisaurensis moribus quaestionem habeat; Adeodati, defuncti civis Pisaurensis, voluntatem tueatur; Valerianum monachum in monasterio b. Iohannis in Classe manere iubeat. Reg. V. 25, (Maur. V. 28, Guss. IV. 24). — „Quaedam ad nos de“.

„ 1339 (974) Cypriano diacono scribit, litteras eius de Maximiani, episcopi Syracusani, obitu iam mense Novembri sibi redditas esse. Successorem ut eligendum curet, mandat. Traiano presbytero, a maxima parte desiderato, non favet. Iohannem, ecclesiae Catanensis archidiaconum, eligi cupit. Reg. V. 20, (Maur. V. 17, Guss. IV. 19). — „Amarissimas dilectionis“.

„ 1340 (977) Cypriano diacono mandat, videat, ne Theodori, defuncti episcopi (Lilybaetani), testamento ecclesiae res minuantur. Clerum populumque ad eligendum successorem hortetur. Reg. V. 23, (Maur. V. 27, Guss. IV. 22). — „Obitum Theodori“.

„ 1341 (980) Vincomalum ecclesiae defensorem nominat. Reg. V. 26, (Maur. V. 29, Guss. IV. 25). — „Ecclesiasticae utilitatis“.

Mart. 2. 1342 (1038) Iuliano scriboni de Maximo (Salonitano), ubi ad se venerit, iuste iudicatum iri affirmat. Reg. V. 29, (Maur. IX. 41, Guss. XII. 11). — „Si saecularibus officiis“.

„ 12. 1343 (981) Mauricio imperatori, qui triginta auri libras sacerdotibus egenisque miserit, persolvit gratias. Militum murmurationem, stipendio per Busam scribonem dato, sedatam esse nunciat. Reg. V. 30, (Maur. V. 30, Guss. VIII. 2). — „Dominorum pietas“.

„ 1344 (983) Gaudentio, episcopo Nolano, mandat, ut clericis Capuanis, Neapoli degentibus, quartam Capuanae ecclesiae reditus partem impertiatur, Rusticoque archidiacono ablatos per Fistum, quondam episcopum, solidos decem restituat. Reg. V. 27, (Maur. V. 33, Guss. IV. 26). — „Qui ecclesiasticis famulantur“.

„ 1345 (984) Cypriano diacono mandat, ut Ciceronem monachum, poenitentiae damnatum, Benenato, episcopo Misenati, ecclesiae suae famulum reposcenti, reddat. Reg. V. 28, (Maur. V. 34, Guss. IV. 27). — „Benenatus“.

Apr. 15. 1346 (982) Conductores massarum sive fundorum per Galliam hortatur, ut Arigio patricio, viro glorioso, donec aliquis „a latere suo cum litteris commendatitiis ad excellentissimum regem“ advenerit, pareant. Reg. V. 31, (Maur. V. 31, Guss. XII. 12). — „Quamvis inter medias“.

„ 20. 1347 (1032) Cypriano diacono mandat, ut quosdam clericos Syracusanos, „cantermae“ noxios, a Maximiano quondam episcopo in custodiam missos, severe puniat, Archelaique medici possessiones tueatur. Reg. V. 32, (Maur. V. 32, Guss. XII. 13). — „Vir sanctissimus“.

Mai. 1348 (985) Cypriano diacono praecipit, ut Theodosio, monasterii S. Martini abbati, monachos tres in Sicilia morantes, mancipiaque quaedam, ab ecclesiae Romanae hominibus inique detenta, restituat. Reg. V. 33, (Maur. V. 35, Guss. IV. 28). — „Pervenit ad nos, insinuante“.

„ 1349 (986) Severo, scholastico exarchi, significat, „Agilulfum, Langobardorum regem, generalem pacem facere non recusare, si tamen ei domnus patricius iudicium esse voluerit“. Mandat igitur, exarcho persuadeat, „ne per eum pax renui videatur“. „Si enim“ inquit „consentire noluerit, nobiscum quidem specialem pacem facere repromittit, sed scimus, quia et diversae insulae et loca sunt alia proculdubio peritura“. Reg. V. 34, (Maur. V. 36, Guss. IV. 29). — „Qui assistunt“.

„ 1350 (987) Heliae, presbytero et abbati provinciae Isauriae, qui Romam non adierit, ignoscit. Evangelia solidosque septuaginta duos mittit. Epiphanium, filium eius,

**595.** (*Imperii Mauricii Tiberii anno 13, ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

| | | |
|---|---|---|
| | | diaconum factum, sed Romae retentum esse nunciat. Reg. V. 35, (Maur. V. 38, Guss. IV. 30). — „Dulcissima sanctitatis“. |
| Iun. 1. | (Romae) | 1351 (991) Constantiae Augustae queritur, Sardiniam, Corsicam, Siciliam insulas per magistratus imperiales violentissimis exactionibus compilari. In Sardinia iudices ab iis, qui idolis immolent, praemia exigere; ex Corsica possessores propter nimiam exactionem ad Langobardos fugere cogi, in Sicilia Stephanum chartularium sine dictione causarum per possessiones ac domos titulos ponere. Imperatorem ut ad levanda mala hortetur, rogat. Si imperator dicat, quod in Italiae expensas exactiones transmittantur, etsi minus tribuantur, a suo tamen imperio oppressorum lacrymas compescat. Reg. V. 38, (Maur. V. 41, Guss. IV. 33). — „Cum serenissimam dominam“. |
| „ 1. | („) | 1352 (973) Constantiam Augustam, ut Iohannis, episcopi Constantinopolitani, obnitatur superbiae, monet. Imperatorem non tam ut illius ambitio comprimatur, quam ut ipse ad probandam eandem inducatur, studere dolet. De molestiis suis ita refert: „Viginti autem iam et septem annos ducimus, quod in hac urbe inter Langobardorum gladios vivimus; … sicut in Ravennae partibus dominorum pietas apud primum exercitum Italiae sacellarium habet, qui causis supervenientibus quotidianas expensas faciat, ita in hac urbe in causis talibus eorum sacellarius ego sum“. Maximo, episcopo Salonitano, ordinationem se inscio acceptam ad imperatoris voluntatem ignoscit; quin reliqua vero illius delicta animadvertantur, effici posse negat. Reg. V. 39, (Maur. V. 21, Guss. IV. 34). — „Omnipotens Deus, qui“. |
| „ 1. | („) | 1353 (992) Sebastiano, episcopo Sirmiensi (Resinensi), haec de amico eius, domno Romano, significat: „Breviter tamen dico, quia eius in nos malitia gladios Langobardorum vicit, ita ut benigniores videantur hostes, qui nos interimunt, quam reipublicae iudices, qui nos malitia sua, rapinis atque fallaciis in cogitatione consumunt“. Sebastianum, qui ecclesiam ab Anastasio, patriarcha Antiocheno, oblatam abnuerit, laudat, eique unam ex vacuis ecclesiis Siculis offert. Reg. V. 40, (Maur. V. 42, Guss. IV. 35). — „Dulcissima atque suavissima“. |
| „ (1.) | („) | 1354 (994) Eulogio Alexandrino et Anastasio Antiocheno episcopis tam Pelagii II., quam suas ad Iohannem, episcopum Constantinopolitanum, litteras mittit, eosque hortatur, ut „scripta cum universalis nominis falsitate nec dare umquam, nec suscipere praesumant“. Reg. V. 41, (Maur. V. 43, Guss. IV. 36). — „Cum praedicator“. |
| „ 1. | („) | 1355 (993) Anastasio, episcopo Antiocheno, restitutionem gratulatus, „de Langobardorum gladiis, de iniquitatibus iudicum, de insolentia atque importunitate causarum, de cura subiectorum, de molestia etiam corporis“ queritur. Reg. V. 42, (Maur. V. 39, Guss. IV. 37). — „Gloria in excelsis“. |
| „ 1. | („) | 1356 (969) Domitiano (falso legitur Datiano), episcopo metropolitano (Melitinensi), respondet, se adversis rebus afflictum ex litteris eius solatium percepisse. Sabinianum diaconum „curanda vulnera sua aperturum“, nunciat. Reg. V. 43, (Maur. V. 16, Guss. XII. 14). — „Scripta dulcissimae et“. |
| „ 1. | („) | 1357 (970) Iohannem, episcopum Constantinopolitanum, diligenter mansuetequo monet, ne uti universalis episcopi nomine pergat, quo ipsi Romani pontifices, universales a synodo Chalcedonia appellati, abstineant. De Iohannis et Athanasii presbyterorum causa responsum differt; „quia“ inquit „sub tantis tribulationibus circumfusus barbarorum gladiis premor, ut non dico multa tractare, sed mihi respirare vix liceat“. (Hanc epistolam Sabiniano diacono tradendam mittit; cf. reg. 1358). Reg. V. 44, (Maur. V. 18, Guss. IV. 38). — „Eo tempore, quo“. |
| „ 1. | („) | 1358 (971) Sabiniano, diacono Constantinopolitano, mandat, ut superiorem epistolam, „propter voluntatem imperatoris“ leniter scriptam, Iohanni, episcopo Constantinopolitano, reddat; quem refert „ad hoc usque pervenisse, ut sub occasione Iohannis presbyteri gesta transmitteret, in quibus se paene per omnem versum ycomenicon (i. e. οἰκουμενικὸν) patriarcham nominaret“. Severiores litteras submissum iri. Calliditatem illius se perspectam habere. „Sed nos“ inquit „rectam viam tenebimus, nihil … metuentes; postquam enim defendi ab inimicorum gladiis nullo modo possumus, postquam pro amore reipublicae argentum, aurum, mancipia, vestes perdidimus, nimis ignominiosum est, ut per eos etiam fidem perdamus; in isto enim scelesto vocabulo |

**595.** (*Imperii Mauricii Tiberii anno 13, ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

consentire nihil est aliud, quam fidem perdere". Reg. V. 45, (Maur. V. 19, Guss. IV. 39). — „De causa fratris nostri".

Iun. (Romae) 1359 (990) Mauricio imperatori stomachose rescribit, quod ipsum, velut Ariulfi astutia deceptum, „fatuum" seu simplicem appellaverit, id falsum non esse; „ego enim" inquit „si fatuus non fuissem, ad ista toleranda, quae inter Langobardorum gladios hoc in loco patior, minime venissem". Sibi, quam Nordulfo et Leoni, minorem fidem haberi, dolet; „dumque meis suggestionibus in nullo creditur, vires hostium immaniter excrescunt". Quantula malorum consolatio ab imperatore praebeatur, indicat; miseriasque suas sic enumerat: „Primum mihi pax subducta est, quam cum Langobardis, in Tuscia positis, sine ullo reipublicae dispendio feceram; deinde, corrupta pace, de Romana civitate milites ablati sunt"; „ut Perusium teneretur, Roma relicta est; post hoc plaga gravior fuit adventus Agilulfi, ita ut oculis meis cernerem Romanos, more canum, in collis funibus ligatos, qui ad Franciam ducebantur venales; et quia nos, qui intra civitatem fuimus, manus eius evasimus, quaesitum est, unde culpabiles esse videremur, videlicet cur frumenta defuerint, quae in hac urbe diu multa servari nullatenus possunt". Denique se „plus de venientis Iesu misericordia, quam de imperatoris iustitia praesumere", profitetur. Reg. V. 36, (Maur. V. 40, Guss. IV. 31). — „In serenissimis".

„ 1360 (972) Mauricio imperatori respondet, Iohannem, episcopum Constantinopolitanum, ne diutius superbum sibi nomen imponeret, clementer monitum esse. Imperiali auctoritate coerceri illum monet, quem, si in ambitione perseveraverit, a sese humiliatum iri, ostendit. Inter alia sic queritur: „Ecce cuncta in Europae partibus barbarorum iuri sunt tradita, destructae urbes, eversa castra, depopulatae provinciae, nullus terram cultor inhabitat, saeviunt et dominantur quotidie in necem fidelium cultores idolorum; et tamen sacerdotes ... vanitatis sibi nomina expetunt". Reg. V. 37, (Maur. V. 20, Guss. IV. 32). — „Piissimus atque".

1361 (923) Theodoro, medico imperatoris, de pecunia ad redimendos captivos missa, gratias persolvit. Ad sacras litteras legendas hortatur. Narsetem Theodori susceptum, „quem scio" inquit „commendatum in omnibus habetis" (cf. regg. 1269. 1270), commendat. „Unam anatem cum duobus parvulis anaticis" mittit. Reg. V. 46, (Maur. IV. 31, Guss. IV. 40). — „Ego omnipotenti".

„ 6. 1362 (997) Castorium, episcopum Ariminensem, eiusque successores monasterii S. Thomae privilegia servare iubet. (Huius epistolae exemplum ab eo, quod in plurimis Registri codicibus editum est, diversum in aliquibus manuscriptis invenitur. Quod fusiorem et ad Castorium epistolam praebet, eidemque epistolae longum monasteriorum privilegium [cf. reg. 1366] adiungit. Qua ex alia forma utrum epistola, quae Registro inscribi solet, contracta, an potius haec ipsa falsata sit, haesito. Cf. Reg. V. 49 a, [Maur. II. 41 p. 602]). Reg. V. 49, (Maur. II. 41, Guss. IV. 43). — „Luminosus".

„ (6.) 1363 (996) Luminoso, monasterii S. Thomae Ariminensis abbati, significat, se Castorio episcopo eiusque successoribus monasterii laedendi facultatem ademisse. Reg. V. 47, (Maur. II. 42, Guss. IV. 41). — „Petitionem tuam".

„ 1364 (995) Leontio, episcopo Urbinati, praescribit, ut cuius visitationem susceperit, ecclesiae Ariminensis patrimonium per eiusdem ecclesiae homines, non per alienos, gubernari sinat. Alia quaedam praecepta addit. Reg. V. 48, (Maur. IV. 44, Guss. IV. 42). — „Clero Ariminensis".

„ 6. 1365 (988) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut monasterium, ab Andrea, S. Martini monasterii quondam abbate, conditum, b. Petro et b. Michaeli consecret. Reg. V. 50, (Maur. IV. 37, Guss. VII. ind. II. ep. 15). — „Theodosius, abbas".

Iul. 5. Romae coram sanctissimo b. Petri corpore — Synodus episcoporum 23, in qua constituitur: 1) „Ut in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant"; 2) „ut quidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi, ministerio cubiculi pontificalis obsequantur"; 3) „ut si quis ecclesiasticorum unquam titulos ponere sive in rustico, sive in urbano praedio sua sponte praesumserit, anathema sit"; 4) „ut feretrum, quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur"; 5) ne „pro ordinatione, vel pallio, seu chartis, atque pastello, qui ordinandus vel ordinatus sit", quidquam tribuat; 6) ne ecclesiae servi, nisi examinatis moribus, „ad Dei servitium" admittantur. (Huius synodi relationem non

**595.** (*Imperii Mauricii Tiberii anno 13, ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

in Registrum receptam praebent et veterum canonum collectiones et quidam codices aliorum Gregorii M. scriptorum). Reg. V. 57a, (Maur. App. V, Guss. IV. 44, XII. 32). (An in hac synodo presbyterum Iohannem Chalcedonium absolverit, dubium est. Cf. regg. 1257. 1394 seqq. et Hefele II. 59).

(Iul. 5.) †1366 (998) In eadem synodo Gregorius monasteriorum privilegia instituit; in his: „Ut nullus episcoporum aut saecularium ultra praesumat de reditibus, rebus, vel chartis monasteriorum, vel de cellis vel villis, quae ad ea pertinent, ... minuere, vel dolos et immissiones aliquas facere"; „defuncto ... abbate, non extraneus eligatur, nisi de eadem congregatione, quem sibi propria voluntate concors fratrum societas elegerit"; „ut, invito abbate, ad ordinanda alia monasteria aut ad ordines sacros, vel clericatus officium tolli exinde monachi non debeant"; ne „descriptiones rerum vel chartarum monasterii ab episcopo ecclesiasticae fiant". (Ex subscriptionibus perperam additis hanc tabulam reiici ad d. 5. m. Aprilis anni 601, iam vetuerunt Ballerinii in Opp. Leonis M. III. p. CCXLIII [Migne 56 p. 271]. Quam multo ante datam esse ex eo apparet, quod, cui iam ante m. Febr. a. 601 Paschasius successit, Fortunati, episcopi Neapolitani, nomen legitur veras inter subscriptiones, quae ap. Mansi X. 488 melius, quam in not. c. append. VII. Maur. editae sunt; et quod iura his litteris constituta iam m. Apr. a. 598 monasterio Classitano iisdem asseruntur verbis, v. regg. 1504 [et 1362]. Denique cum eosdem totidemque episcopos et isti tabulae et superioribus synodi actis subscripsisse viderim, huc eam referre non dubitavi. [His Jafféi verbis addendum censeo, quod in antiquioribus Registri codicibus hoc monasteriorum privilegium nusquam repperitur. Sed et in recentioribus ego quidem nullum exemplum vidi. Verba eius, si initium et finem exceperis eadem sunt ac in monasteriorum privilegio, cuius mentionem supra ad reg. 1362 feci. Initium consentit cum epistola infra 1504 huic privilegio simillima, et si subscriptiones synodi et privilegii eadem nomina praebent, iam apparet, unde compositum esse possit. Cum obstet aliis Gregorii decretis et papa ipse eo nusquam recurrat, non dubito, quin falsum sit]). Registr. Gregorii M. ed. Maur. Append. VII. — „Quam sit necessarium".

Iul. 1367 (999) Andreae scholastico Marinianum, quondam presbyterum, reiectis competitoribus Donato archidiacono et Iohanne presbytero, episcopum Ravennatem ordinatum commendat. Reg. V. 51, (Maur. V. 48, Guss. IV. 45). — „Excellentissimi viri, domni".

1368 Leandro episcopo (Hispalensi) expositionis beati Hiob, quem librum vulgo Moralia dicimus, praefationem inscribit. Nam quod apocrisiarii munere Constantinopoli fungens amicis et maxime ipso Leandro compellentibus per homilias conscribere coeperat, post in pontificatum evectus „multa augens pauca subtrahens per libros emendando composuit". Qua in expositione „ipsam loquendi artem" inquit „quam magisteria disciplinae exterioris insinuant, servare despexi. Nam sicut huius quoque epistolae (ad Leandrum) tenor enuntiat, non mutacismi collisionem fugio, non barbarismi confusionem devito, hiatus motusque etiam et praepositionum casus servare contemno; quia indignum vehementer existimo, ut verba caelestis oraculi substringam sub regulis Donati". Idem opus iam antea monasteriis urbis Romae dederat. Moralia in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1 (Migne 75 p. 509). (Cf. supra reg. 1111). — „Dudum se frater".

„ 1369 (1000) Leandro, episcopo Hispalensi, per Probinum presbyterum librum de regula pastorali mittit. Mittit et expositionem b. Hiob, cuius tertiae et quartae partis codices non adiicit, quia hos codices monasteriis dederit. Reg. V. 53, (Maur. V. 49, Guss. IV. 46), Baluzii Misc. II. 14. — „Quanto ardore".

„ 1370 (1001) Nobilibus Syracusanis, successorem Maximiano defuncto episcopo dignum expetentibus, respondet, et Agatho a clero plebeque electus et aemulus eius ad se veniat necesse esse. Reg. V. 54, (Maur. V. 22, Guss. IV. 47). — „Laudis vestrae".

„ 1371 (1002) Iohanni, abbati de Regio, mandat de disciplina monasterii S. Andreae, „iuxta Vulcanum" siti, corrigenda. Reg. V. 55, (Maur. V. 50, Guss. IV. 48). — „Ea, quae ad correptionem".

„ 1372 (1003) Petro et Providentio, episcopis Histriae, sui visendi desiderium, e Castorio notario reduce cognitum, laudi tribuit. Venturis fidem dat, scrupulosque exemptum iri sperat. Reg. V. 56, (Maur. V. 51, Guss. IV. 49). — „Deus, qui laetatur".

**595.** (*Imperii Mauricii Tiberii anno 13, ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

Aug. 1373 (1010) Iohanni, episcopo Corinthiorum, significat, quaestione iussu suo habita, cum Secundinus episcopus Anastasium iuste damnasset, nonnullosque culpae consortes ipsius arbitrio reservasset, se Paulo diacono et Clematio lectori veniam dedisse, Eufimium et Thomam vero sacris ordinibus in perpetuum privasse. Reg. V. 57, (Maur. V. 52, Guss. IV. 51). — „Aequitatem atque".

„ 12. 1374 (1004) Virgilio, episcopo Arelatensi, „vices suas in ecclesiis, quae sub regno sunt praecellentissimi filii sui Childeberti, committit, singulis siquidem metropolitis secundum priscam consuetudinem proprio honore servato". Pallium mittit, conceditque, ne episcopis sine eius auctoritate „ad loca alia transire" liceat, utque ipse de eorundem causis in synodo duodecim episcoporum iudicet; maiores vero causas sibi reservat. Addit de simonia „in Galliarum vel Germaniae partibus" evellenda, ac de episcopis ex laicorum ordine non sumendis. (Haec epistola est missa per Iohannem presbyterum et Sabinianum diaconum). Reg. V. 58, (Maur. V. 53, Guss. IV. 50). — „O quam bona".

„ 12. 1375 (1005) Universis episcopis Galliarum, qui sub regno Childeberti sunt, se Virgilio, episcopo Arelatensi, vices suas commisisse nunciat. Cuius privilegia ut observent, praecipit. Reg. V. 59, (Maur. V. 54, Guss. IV. 52). — „Ad hoc dispensationis".

„ 15. 1376 (1006) Childeberto, regi Francorum, nunciat, se, cognita eius voluntate, Virgilio, episcopo Arelatensi, et vices suas delegasse et pallium misisse. Quem ut in exsequendis mandatis adiuvet, rogat. Reg. V. 60, (Maur. V. 55, Guss. IV. 53). — „Laetos nos excellentiae".

„ 1377 (1007) Mariniano, episcopo Ravennati, ut certis diebus pallio utatur, concedit. Ecclesiae eius privilegia confirmat. Reg. V. 61, (Maur. V. 56, Guss. IV. 54). — „Apostolicae sedis benevolentia".

„ 15. 1378 (1008) Iohannem, episcopum Corinthiorum, hortatur, ut quae Anastasius, decessor eius, ante expulsionem peccaverit, emendet. Pallium mittit. De simonia comprimenda monet. Reg. V. 62, (Maur. V. 57, Guss. IV. 55). — „Postquam Deus noster".

„ (15.) 1379 (1009) Universos episcopos, per Helladiam provinciam constitutos, docet, Iohanni, episcopo Corinthiorum, pallium missum esse. Cui ut obediant, monet. De simonia vitanda addit. Reg. V. 63, (Maur. V. 58, Guss. IV. 56). — „Gratias omnipotenti".

Sept. 1380 (1011) Mariniano, episcopo Ravennati, mandat, ut, quae Iohannes, decessor eius, de ecclesiae rebus testamento contra leges caverit, irrita faciat. Privatis de rebus voluntatem illius servari iubet. De monasterii S. Apollinaris possessionibus tuendis addit. (Hoc mandatum Gregorius dat praesente Mariniano episcopo et diversis presbyteris et diaconis clericisque eius; cf. Reg. VI. 28 infra reg. 1408). Reg. VI. 1, (Maur. VI. 1, Guss. V. 1). — „Sicut iniusta poscentibus".

„ 1381 (1012) Clero et plebi ecclesiae Ravennatis orthodoxiam Mariniani episcopi, quatuor conciliorum statuta sequentis, commendat; cui ut obediant, monet. Reg. VI. 2, (Maur. VI. 2, Guss. V. 2). — „Pervenit ad nos, quosdam".

„ 1382 (1013) Maximum, praesumtorem ecclesiae Salonitanae, simoniace ordinatum missarumque iam interdictione affectum, evocat. Reg. VI. 3, (Maur. VI. 3, Guss. V. 3). — „Quotiens contra".

„ 1383 (1014) Cypriano diacono mandat, ut Zenoni episcopo modiorum tritici duo millia tribuat egentibus dispertienda. Reg. VI. 4, (Maur. VI. 4, Guss. V. 4). — „Zenon".

„ 1384 (1015) Brunichildae, reginae Francorum, Candidum presbyterum, praesentium portitorem, patrimonioli gubernandi causa missum, commendat. Reg. VI. 5, (Maur. VI. 5, Guss. V. 5). — „Excellentiae vestrae praedicandam".

„ 1385 (1016) Childeberto, regi Francorum, Candidum presbyterum, Dynamio patricio in patrimoniolo gubernando succedentem, commendat, clavesque S. Petri mittit. Reg. VI. 6, (Maur. IV. 6, Guss. V. 6). — „Quanto ceteros homines".

„ 1386 (1017) Candido presbytero, eunti in patrimonium Galliae, mandat, ut, exactis pecuniis, emat et vestimenta pauperibus tribuenda et Anglos septenum denum vel duodevicenum annorum pueros, qui „in monasteriis dati, Deo proficiant", „quatenus solidi Galliarum, qui in terra sua expendi non possint, apud locum proprium utiliter expendantur". Reg. VI. 10, (Maur. VI. 7, Guss. V. 10). — „Pergens, auxiliante".

**595.** (*Imperii Mauricii Tiberii anno 13, ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

Sept. — 1387 (1018) Theodorito, Demetrio, Philippo, Zenoni et Alcisoni, episcopis Epiri, Andream episcopum Nicopolitanum consecratum gratulatur; cui se et pallium misisse et privilegia asseruisse scribit. De simonia vitanda addit. Reg. VI. 7, (Maur. VI. 8, Guss. V. 7). — „Scriptorum vestrorum".

„ — 1388 (1019) Dono, episcopo Messanensi, pallii usum tribuit. Reg. VI. 8, (Maur. VI. 9, Guss. V. 8). — „Apostolicae sedis".

„ — 1389 (1020) Bonifatio, episcopo Rhegiensi, ecclesiam Carinensem Rhegiensi coniunctam subiicit. Reg. VI. 9, (Maur. VI. 10, Guss. V. 9). — „Postquam ecclesiae".

„ — 1390 (1021) Fortunato, episcopo Neapolitano, concedit, ut Gratianum, ecclesiae Venafranae diaconum, Neapolitanae cardinalem nominet. Clericos, monachos, vel alias religiosas personas ne „conveniri a quoquam, vel ad alterius iudicium exhiberi" patiatur, praecipit. Reg. VI. 11, (Maur. VI. 11, Guss. V. 11). — „Fraternitatem tuam a nobis".

„ In urbe Roma — 1391 (1022) Montanam et Thomam, ecclesiae Romanae famulos, manumittit, civitateque Romana donat. Utrique, quod in Gaudiosi presbyteri testamento habeat legatum, asserit. Montanam in monasterio sancti Laurentii converti, Thomam inter notarios militare consentit. (Quam manumissionis paginam Paterio notario dictavit). Reg. VI. 12, (Maur. VI. 12, Guss. V. 12). — „Cum redemtor noster".

„ — 1392 (1023) Cypriano diacono, rectori Siciliae, mandat, ut Decium, forensem presbyterum, episcopum Lilybaetanum a sese consecratum, in corrigendis iis, quae Theodorus decessor peccaverit, adiuvet. Reg. VI. 13, (Maur. VI. 13, Guss. V. 13). — „Lillibitanae".

„ — 1393 (1024) Narseti comiti respondet, Manichaeum esse codicem ad se missum, annotationes vero Pelagianas. Adelfium et Savam Ephesina in synodo damnatos esse negat; „sicut Chalcedonensis synodus in uno loco ab ecclesia Constantinopolitana falsata sit, sic aliquid in Ephesina synodo factum esse" opinatur. Vetustos codices requiri iubet, novis fidem tribui vetat. „Romani autem codices" inquit „multo veriores sunt graecis, quia nos vestra sicut non acumina, ita nec imposturas habemus". Iohannem presbyterum, sicut synodus deciderit, haeresis expertem esse, addit. Reg. VI. 14, (Maur. VI. 14, Guss. V. 14). — „Caritas vestra sollicitudinem".

„ — 1394 (1025) Iohanni, episcopo Constantinopolitano, nunciat, Iohannem, ecclesiae Chalcedoniae presbyterum, quem iudices ab eo constituti inique damnassent, in concilio a se absolutum esse, praesertim cum ne nomen quidem obiectae haeresis notum habuisset. Reg. VI. 15, (Maur. VI. 15, Guss. V. 15). — „Sicut haereticorum".

„ — 1395 (1026) Mauricium imperatorem de Iohannis ecclesiae Chalcedoniae presbyteri absolutione certiorem facit; quem ut tueatur, rogat. Reg. VI. 16, (Maur. VI. 16, Guss. V. 16). — „Cum sincera in".

„ — 1396 (1027) Theoctisto, cognato imperatoris, Iohannem presbyterum, haeresis suspicione absolutum, commendat. Reg. VI. 17, (Maur. VI. 17, Guss. V. 17). — „Scimus excellentiae".

Oct. — 1397 (1028) Iohanni, episcopo Syracusano, pallii usum concedit, omniaque ecclesiae eius privilegia confirmat. Reg. VI. 18, (Maur. VI. 18, Guss. V. 18). — „Apostolicae sedis".

„ — 1398 (1029) Dominici, episcopi Africani (Carthaginiensis), litteras gratas sibi fuisse scribit. De muneribus missis ita dicit: „Plus mentis vestrae affectu, quam rerum copia delectamur". Reg. VI. 19, (Maur. VI. 19, Guss. V. 19). — „Epistolarum vestrarum".

„ — 1399 (1030) Cypriano diacono mandat, persuadeat Leoni, episcopo Catanensi, ut presbyterum quendam Iohanni, episcopo Syracusano, cuius proprius esse perhibetur, cedat. Reg. VI. 20, (Maur. VI. 20, Guss. V. 20). — „Sicut dilectio".

Nov. — 1400 (1031) Petro episcopo Hydruntino, visitationem Brundisinae, Lupianae, Callipolitanae ecclesiarum defert, quibus episcopos praeficiendos curet. Reg. VI. 21, (Maur. VI. 21, Guss. V. 21). — „Pastoralis nos cura".

**595—596.**

1401 Mariniano episcopo (Ravennati) homilias in Ezechielem prophetam, libris duobus conscriptas cum litteris ei hoc opus dedicantibus, transmittit. Hac homiliae, quas

**595—596.**

iam antea coram populo dixerat, ad tempus, quo urbs Romana et tota Italia multis periculis a Langobardis pressa erat, spectant. „Ubique luctus“ inquit in L. II. hom. VI. cap. 22. „aspicimus, undique gemitus audimus. Destructae urbes, eversa sunt castra, depopulati agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus in agris incola, pene nullus in urbibus habitator remansit et tamen ipsae parvae generis humani reliquiae adhuc quotidie et sine cessatione feriuntur“. Lamentatur „deesse senatum“ „interiisse populum“ „vacuam ardere Romam“. Et addit in cap. 24: „Haec autem, quae de Romanae urbis contritione dicimus, in cunctis facta mundi civitatibus scimus. Alia enim loca clade desolata sunt, alia gladio consumta, alia fame cruciata, alia terrae hiatibus absorpta“. Et in fine libri secundi: „Nemo autem me reprehendat, si post hanc locutionem cessavero; quia sicut omnes cernitis nostrae tribulationes excreverunt, undique gladiis circumfusi sumus, undique imminens mortis periculum timemus. Alii detruncatis ad nos manibus redeunt, alii capti, alii interempti nuntiantur“. Quas homilias Gregorius edidit, ut in praefatione libri secundi dicit cum „iam Agilulfum, Langobardorum regem, ad obsidionem (urbis Romae) summopere festinantem Padum transisse cognoverit“. (Cf. supra reg. 1359 et Paulum diac. Hist. Langob. IV. c. 8. cuius verba ad annum 595 pertinent). Homiliae in Ezechielem in Gregorii M. opp. ed. Maur. I. 1173 (Migne 76 p. 781). — „Homilias, quae“.

**596.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14. — 1. Sept. — 15.*)

Ian. 1402 (1033) Petro, episcopo Aleriensi in Corsica, mandat, ut basilicam cum baptisterio „in loco Nigeuno, in possessione, quae Cellas Cupias appellatur iuris Romanae ecclesiae“, iussu suo conditam, b. Petro et Laurentio martyri consecret. Reg. VI. 22, (Maur. VI. 22, Guss. V. 22). — „Quoniam in insula“.

„ 1403 (1034) Anthemio subdiacono mandat, ut Pimenium episcopum Amalfitanum, nisi ad ecclesiam reversus foris vagari desistat, in monasterium releget. Reg. VI. 23, (Maur. VI. 23, Guss. V. 23). — „Pervenit ad nos, Pimenium“.

„ 1404 (1035) Mariniano, episcopo Ravennati, exponit, ecclesiae eius auctoritatem neutiquam deminui, quod inter eam et Claudium abbatem Romae iudicetur. Spatam, Ravennae a Petro diacono relictam, per Secundinum, servum Dei, et Castorium notarium, praesentium portitores, mitti iubet. Reg. VI. 24, (Maur. VI. 24, Guss. V. 24). — „Scripta fraternitatis“.

„ 1405 (1036) Maximum in Salona, qui episcopatum arripuit, sacra contra interdictum procurare ausum, saepiusque frustra vocatum, intra dies triginta Romam venire iubet. Quod scripserit, serenissimos dominos, ut causa per legatos Salonae cognosceretur, praecepisse, se nec talia accepisse praecepta, et scire, „piissimos dominos ... se in causis sacerdotalibus non miscere“. Paulinum episcopum et Honoratum archidiaconum iniuriis affici vetat. Reg. VI. 25, (Maur. VI. 25, Guss. V. 25). — „Dum scriptis nostris“.

„ 1406 (1037) Clero et nobilibus Salonitanis scribit, ne Maximum sibi in odio esse putent. Quem ut Romam veniat impellere eos iubet. Praeter Paulinum episcopum et Honoratum archidiaconum Maximi societate abstinere neminem, miratur. Reg. VI. 26, (Maur. VI. 26, Guss. V. 26). — „Pervenit ad me, quod“.

Mart. 1407 (1039) Candido, episcopo de Urbe veteri maiore, presbyteris carenti, concedit, ut ad monachos parochiae suae, quorum abbates assenserint, deferat presbyteratum. Reg. VI. 27, (Maur. VI. 28, Guss. V. 27). — „Indicavit nobis“.

„ 1408 (1040) Marinianum, episcopum Ravennatem, qui monasterium, a decessore conditum, iniuriis afficere conetur, reprehendit. Ne monasteria a clericis vexari sinat, praecipit. Romanum et Dominicum clericos, qui Romae discesserint, ad officium suum reducat. Reg. VI. 28, (Maur. VI. 29, Guss. V. 28). — „Miramur, cur sic“.

Apr. 1409 (1043) Fortunato, episcopo Neapolitano, scribit, mancipia tum Iudaica tum pagana, quae Christum sequi statuerint, in libertatem vindicanda esse; negotiatori vero, si servus mandatu alterius emptus tribus post mensibus ad ecclesiam confugiat, pretium a mandatore numerandum. Reg. VI. 29, (Maur. VI. 32, Guss. V. 31). — „Fraternitati vestrae ante“.

„ 1410 (1044) Leoni, episcopo Catanensi, praecipit, ut servos paganos a Samaraeis cir-

**596.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14. — 1. Sept. — 15.*)

cumcisos in libertatem vocet, nec pretium restituat. Reg. VI. 30, (Maur. VI. 33, Guss. V. 32). — „Res ad nos“.

Apr. 1411 (1046) Castorio notario suo mandat, faciat, ut grandiores aetate homines iureiurando affirment, quibus diebus episcopi Ravennates ante Iohannis, quondam episcopi, tempora pallio sint usi. Indiculum iurisiurandi in calce adnectit. Spatam, Ravennae relictam, praecipit, ut secum revocet et attendat, quod Bonifatius diaconus et Maurentius chartularius scripserint. Reg. VI. 31, (Maur. VI. 61, Guss. V. 33). — „Vir magnificus, domnus“.

„ 1412 (1047) Anthemio, subdiacono suo Neapolitano, dolorem suum e rebus Campanis ortum significat, et per Stephanum virum magnificum, portitorem praesentium, pecuniam ad redimendos captivos mittit. Reg. VI. 32, (Maur. VI. 35, Guss. V. 34). — „Quantus dolor“.

„ 1413 (1041) Secundo, servo Dei Ravennae, per Castorium eo iterum proficiscentem, mandat, ut cum Agilulfo rege pacificare maturet; „nam iam“ inquit „et partes istae et diversae insulae in gravi sunt periculo positae“. Marinianum, episcopum Ravennatem, quem „obdormisse suspicatur“, ad sustentandos pauperes admoneri iubet. Cui admonitionem iam miserit „sed tantum“ inquit „scripsi, quae in causis terrenis consiliarius dictare potuit. Nam ad hominem, (qui omnino non responderit), fatigari in dictatu non debui“. (Quae epistola in calce libri VI. posita „de superscripto mense Aprili ind. XIV.“ in Registro dicitur). Reg. VI. 63, (Maur. VI. 30, Guss. V. 29). — „Postquam revertens“.

„ 1414 (1042) Ducibus, nobilibus, clericis, monachis, militibus et populo in Ravenna civitate consistentibus, vel ex ea foris degentibus, una cum fratribus et coepiscopis suis, qui praesentes inveniri potuerint, sacerdotibus et levitis, illum, qui „nocturno silentio in civitatis loco contestationem posuit, in Castorii, notarii ac responsalis sui, crimine loquentem, sibique etiam de facienda pace callide contradicentem“, excommunicatum et anathematizatum nunciat, nisi in solem progressus aut rationes afferat, aut errasse se profiteatur. (De hac epistola librarius Registri, cum ad finem libri VII. eam poneret, notavit „quam reliqui de mense Aprili ind. XIV“). Reg. VII. 42, (Maur. VI. 31, Guss. V. 30). — „Quidam maligni“.

Mai. 1415 (1048) Secundinum, episcopum Tauromenitanum, hortatur, ne Sincerum, latorem praesentium, qui Hilari soceri hereditatem repudiaverit, ad solvenda defuncti debita cogi sinat. Reg. VI. 33, (Maur. VI. 36, Guss. V. 35). — „Et legum ratio“.

Iun. 1416 (1049) Columbo, episcopo Numidiae, Rogatianum, diaconum eius, latorem praesentium, rectori patrimonii Siciliae a se commendatum esse nunciat. Petri, episcopum se fuisse affirmantis, causam ei delegat. Praecipit, catholicorum filios servosque ne a Donatistis baptizari patiatur. Reg. VI. 34, (Maur. VI. 37, Guss. V. 36). „Scripta fraternitatis vestrae“.

„ 1417 (1050) Anthemio subdiacono Alexandriam, magnificam feminam, Vincomali viduam, commendat. Reg. VI. 35, (Maur. VI. 38, Guss. V. 37). — „Quanto viduae“.

„ 1418 (1051) Cypriano diacono Iohannem religiosum, praesentium latorem, ab „Histricorum schismate“ ad ecclesiam reversum, commendat. Quem pecunia annis singulis sustentari iubet. Reg. VI. 36, (Maur. VI. 39, Guss. V. 38). — „Iohannem religiosum“.

„ 1419 (1053) Dono, episcopo Messanensi, Georgium, praesentium portitorem, Messanae habitare cupientem, commendat. Reg. VI. 37, (Maur. VI. 40, Guss. V. 39). — „Georgius, praesentium“.

„ 1420 (1054) Rufino, episcopo Vibonensi, mandat, ut de clero massae Nicoteranae presbyterum ordinet, qui episcopi poenitentis fungatur vice. Reg. VI. 38, (Maur. VI. 41, Guss. V. 40). — „Ex habitatorum“.

„ 28. †1421 (CCXXXVI) Monasterii S. Benedicti et S. Scholasticae Sublacensis possessiones confirmat et auget. Addit: „Praeterea ego ipse Gregorius, S. R. E. praesul, S. Benedicti vitam scripsi et eius perlegi regulam, quam ipse sanctus manu propria scripserat, laudavi eam, et in sancta synodo, edita apud S. Petrum Romae in Vaticano viginti quatuor episcoporum, confirmavi, et per diversas Italiae partes et ubicumque latinae litterae legerentur, praecepi diligentissime eam a monachis observari“. (Script. per

**596.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14. — 1. Sept. — 15.*)

Benedictum scriniarium S. R. E. m. Maio ind. XIV; dat. per Iohannem Albanensem episc. et bibliothec. pont. a. 6.) Cocquelines I. 99, Bull. Rom. T. E. I. 166, Muratori Ant. It. IV. 1054, R. It. Scr. XXIV. 945. — „Si semper ea concedenda".

Iul. 1422 (1055) Victorem, episcopum Panormitanum, hortatur, ut presbyterum ordinet, qui in monasterio S. Hermae sacra procuret. Reg. VI. 39, (Maur. VI. 42, Guss. V. 41). — „Urbicus abbas".

" 1423 (1056) Venantium exmonachum, patricium, hortatur, ne cum Iohanne, episcopo Syracusano, armis contendat, quem ad pacem vocatum nunciat. Reg. VI. 40, (Maur. VI. 43, Guss. V. 42). — „Multum ea, quam".

" 1424 (1057) Iohannem, episcopum Syracusanum, monet, ut Venantii „oblationes ... in dulcedine ... suscipiat, et in domo illius missarum peragi mysteria permittat". Reg. VI. 41, (Maur. VI. 44, Guss. V. 43). — „Quamvis causa fuerit".

" (Romae) 1425 (877) Bonae abbatissae et eius virginibus oratorium in hac urbe Roma iuxta thermas Agrippinas ex Iohannis, presbyteri Romani, testamento in monasterium mutatum concedit. (Hanc epistolam bis librarius Registri recepit). Reg. VI. 42, IX. 137, (Maur. III. 37, Guss. V. 44, VII. ind. II. ep. 49). — „Ecclesiastica damnum".

" 1425a (1058) Leontio, episcopo Ariminensi, permittit, ut b. Stephani martyris basilicam, post incendium refectam, dedicet. Reg. VI. 43, (Maur. VI. 45, Guss. V. 45). — „Basilicam beati".

" 1426 (1059) Felicem, episcopum Pisaurensem, hortatur, ut cathedram in monasterio a Iohanne, praesentium portitore, constructo positam amoveat, neve contra Pelagii II. praeceptum „sacra publice missarum solemnia" ibidem celebrare pergat. Calicem Iohanni ablatum restitui iubet. Reg. VI. 44, (Maur. VI. 46, Guss. V. 46). — „Miramur fraternitatem".

" 1427 (1052) Leoni, episcopo Fanensi, Iohannem religiosum, praesentium latorem, ab Histricorum errore ad ecclesiam reversum, commendat. (Cf. supra reg. 1418; sed epistolam hanc, cum et in reg. 1426 „Iohannes praesentium portitor" memoretur, a suo loco tollere non ausus sum). Reg. VI. 45, (Maur. VI. 47, Guss. V. 47). — „Sicut scismatici".

" 1428 (1060) Presbyteros, diaconos et clerum, nobiles ac populum Iaderae consistentes et milites hortatur, ut Maximi Salonitani excommunicati societate abstineant. Reg. VI. 46, (Maur. VI. 27, Guss. V. 48). — „Pervenit ad me, quosdam".

" 1429 (1061) Urbico, abbati monasterii S. Hermae Panormitano, scribit, ut Agathonem, si uxor quoque monachicam vitam degere velit, in monasterium asciscat. Reg. VI. 47, (Maur. VI. 48, Guss. V. 49). — „Quisquis divina".

" 1430 (1062) Palladio, episcopo Santonensi, per Leuparicum presbyterum, praesentium latorem, reliquias SS. Petri et Pauli, ac Laurentii Pancratiique martyrum mittit, quas in ecclesia, iisdem sanctis constructa, cum veneratione collocet. Reg. VI. 48, (Maur. VI. 49, Guss. V. 50). — „Veniens lator".

" 1431 (1063) Brunichildae, reginae Francorum, expetitas SS. Petri et Pauli reliquias per Leuparicum presbyterum, praesentium latorem, mittit. Reg. VI. 55, (Maur. VI. 50, Guss. V. 51). — „Epistolarum vestrarum".

" 1432 (1072) Theoderico et Theodeberto fratribus, regibus Francorum, commendat Augustinum servum Dei, praesentium portitorem, cum aliis servis Dei ad Anglos iam ad fidem christianam propensos sed a sacerdotibus „e vicino" neglectos missum, cui iniunxerit, ut aliquos secum e vicino debeat presbyteros ducere. Item commendat Candidum, presbyterum et rectorem ecclesiae Romanae patrimonii. Reg. VI. 49, (Maur. VI. 58, Guss. V. 58). — „Postquam Deus".

" 1433 (1073) Brunichildam, reginam Francorum, eodem modo ac supra in reg. 1432 rogat, Augustino sociisque, ad Anglos christianae fidei conciliandos missis, praesidium concedat. Candidum commendat. Reg. VI. 57, (Maur. VI. 59, Guss. V. 59). — „Excellentiae vestrae christianitas".

" 23. 1434 (1064) Servos Domini hortatur, ne aut molestiis itineris aut hominum sermone ab incepto deterreantur, utque Augustino praeposito „remeanti", quem abbatem factum nunciat, per omnia obediant. Bedae Hist. eccl. L. I. c. 23, Haddan and

**596.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14. — 1. Sept. — 15.*) Stubbs Councils III. 5, (Reg. VI. 50a, [Maur. VI. 51, Guss. IV. 57]). — „Quia melius fuerat".

Iul. (23.) 1435 (1065) Pelagio de Turnis et Sereno Massiliensi episcopis „a paribus" Augustinum, servum Dei, latorem praesentium, aliosque servos Dei, „illuc pro utilitate animarum" missos, et Candidum presbyterum, patrimonioli ecclesiae Romanae gubernatorem, commendat. Reg. VI. 50, (Maur. VI. 52, Guss. V. 52). — „Licet apud sacerdotes".

„ 23. 1436 (1066) Aetherio, episcopo (Lugdunensi, non Arelatensi), Augustinum et Candidum iisdem commendat verbis, quibus in ep. proxima superiore utitur. Bedae Hist. eccl. L. I. c. 24, Haddan and Stubbs Councils III. 6, (Reg. VI. 50b, [Maur. VI. 52 nota a]). — „Licet apud sacerdotes".

„ 1437 (1067) Virgilio, episcopo Arelatensi metropolitae Galliarum, Augustinum servum Dei, praesentium portitorem, cum aliis servis Dei et Candidum presbyterum et patrimoniolum ecclesiae Romanae commendat. Patrimonioli pensiones a decessore eius collectas Candido tradi iubet. Reg. VI. 51, (Maur. VI. 53, Guss. V. 53). — „Quamvis fraternitatem".

„ 1438 (1068) Desiderio Viennensi et Syagrio Augustodunensi episcopis „a paribus" Augustinum servum Dei, praesentium portitorem, cum aliis servis Dei et rectorem patrimonioli Romanae ecclesiae, presbyterum Candidum, commendat. Reg. VI. 52, (Maur. VI. 54, Guss. V. 54). — „De fraternitatis vestrae".

„ 1439 (1069) Protasii, episcopi Aquensis, virtutes relatas ab Augustino servo Dei, praesentium portitore, laudat. Mandat, ut Virgilium, episcopum Arelatensem, ad restituendas pensiones hortetur, a decessore illius de patrimoniolo ecclesiae Romanae perceptas, tempore, quo ipse vicedomini curam in ecclesia Arelatensi gesserit. Candidum presbyterum, rectorem patrimonioli, commendat. Reg. VI. 53, (Maur. VI. 55, Guss. V. 55). — „Quantus in vobis".

„ 1440 (1070) Stephani, abbatis de monasterio quod appellatur Lirinum in Galliis, vigilantiam, ex Augustino servo Dei, praesentium portitore, compertam, collaudat. Propter cochleares circulosque pauperibus missos gratias agit. Reg. VI. 54, (Maur. VI. 56, Guss. V. 56). — „Laetos nos relatio".

„ 1441 (1071) Arigio, patricio Galliae, Augustinum servum Dei, latorem praesentium, et alios servos Dei, qui cum eo sunt, necnon Candidum presbyterum, patrimonii ecclesiae Romanae gubernatorem, commendat. Reg. VI. 55, (Maur. VI. 57, Guss. V. 57). — „Quanta in vobis".

„ 1442 (1074) Eulogii, episcopi Alexandrini, litteras sibi gratas fuisse scribit. Calamitates eius luget. Quanta a Langobardorum gladiis in quotidiana civium depraedatione vel detruncatione atque interitu patiatur, strictim attingit. Ad epistolam, per Sabinianum diaconum, responsalem suum Constantinopolitanum, missam, non rescripsisse eum miratur. Isidorum diaconum, latorem praesentium, qui benedictionem S. Marci evangelistae detulerit, cum lignis aptis construendis navibus transmittit. Reg. VI. 58, (Maur. VI. 60, Guss. V. 60). — „Mater et custos".

Aug. 1443 (1075) Gennadium, patricium Africae, reprehendit, quod non Paulo episcopo, propter Donatistarum iniurias Romam eunti, ut ante biennium ei scripserit (cf. reg. 1303a) auxilium praebuerit, ita ut diverso impedimento prohibitus sit. Cuius causam se recuperata valetudine aggressurum esse, nunciat. De eiusdem excommunicatione cur non primas sed patricius sibi significaverit, miratur. Reg. VI. 59, (Maur. VI. 63, Guss. V. 61). — „Excellentiam vestram non".

„ 1444 (1076) Dominico, episcopo Carthaginiensi, de caritate exponit. De „xeniis temporalibus, licet talibus non egeat", gratias agit. Reg. VI. 60, (Maur. VI. 64, Guss. V. 62). — „Vere mirabilis".

„ 1445 (1077) Mauricio Tiberio augusto episcopos Afros Romae secum queri nunciat, quod imperiales contra Donatistas leges in Africa negligantur, et „Donatistarum praemiis praevalentibus, fides catholica venumdetur". At unum ex iisdem episcopis a Gennadio patricio per litteras accusari scribit. „Sed quia" inquit „in causa ipsa saecularis iudicis intererat, eosdem episcopos ad pietatis vestrae existimavi esse vestigia dirigendos". Reg. VI. 61, (Maur. VI. 65, Guss. V. 63). — „Inter armorum".

„ 1446 (1078) Athanasium, „presbyterum monasterii S. Mile, cui est vocabulum Tan-

**596.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14. — 1. Sept. — 15.*)
naco, quod in Lycaonia est provincia constitutum", suspicione haeresis liberat; idque se Iohannis, defuncti episcopi Constantinopolitani, successori, cum eiusdem synodicam acceperit, nunciaturum pollicetur. Reg. VI. 62, (Maur. VI. 66, Guss. V. 64). — „Sicut de eis".

Oct. 1447 (1079) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut quam clericus eius velut servam dimiserit uxorem, cum libera reperta sit, recipi a marito iubeat. Reg. VII. 1, (Maur. VII. 1, Guss. VI. 1). — „Cuius rei causa".

„ 1448 (1080) Columbi, episcopi Numidiae, de Paulo episcopo litteras post eiusdem Constantinopolim profectionem allatas esse nunciat; cumque, ex epistolarum apostolicarum assiduitate inimicitias sibi nasci querentem, ad constantiam hortatur. Reg. VII. 2, (Maur. VII. 2, Guss. VI. 2). — „Epistolam fraternitatis".

„ 1449 (1081) Gennadio, patricio Africae, Ruferium comitem civesque de Corsica in Africam evocatos, commendat. Rogat, ut exercitui in Corsicam mittendo idoneus dux praeponatur; Anastasiusque tribunus, quem abiisse Corsi doleant, remittatur. Reg. VII. 3, (Maur. VII. 3, Guss. VI. 3). — „His, qui se apud".

„ 1450 (1083) Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, cuius virtutes olim dum Romanae sedis responsalis Constantinopoli fuerit expertus sit, de inito pontificatu gratulatur, amorem et pacem petit, Iohannemque Chalcedonium presbyterum et Athanasium Lycaonium (cf. reg. 1446) commendat. Reg. VII. 4, (Maur. VII. 5, Guss. VI. 5). — „Dudum dum".

„ 1451 (1082) Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, susceptum pontificatum gratulatur. De synodica eius disserens laudat orthodoxam fidem. Monet, ut universalis episcopi appellatione in posterum abstineat. In confessione missa Eudoxium damnatis immerito annumeratum esse scribit. In epistolae initio de Georgio presbytero et Theodoro diacono dicit. Reg. VII. 5, (Maur. VII. 4, Guss. VI. 4). — „Communes filios".

„ 1452 (1084) Mauricium imperatorem, qui post Iohannis, episcopi Constantinopolitani, mortem successoris creationem diu tardaverit, laudat. De Cyriaco, cuius curam in ecclesia administranda noverit, bene sperat. Georgium presbyterum et Theodorum diaconum imperatore iubente et hieme appropinquante dimissos nunciat. Reg. VII. 6, (Maur. VII. 6, Guss. VI. 6). — „Omnipotens Deus, qui".

„ 1453 (1085) Mauricium patricium, et Petrum, Domitianum, Elpidium, episcopos Graeciae, reprehendit, quod in ordinando Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, nimis elati laetitia conclamaverint: „Haec dies, quam fecit Dominus". Reg. VII. 7, (Maur. VII. 7, Guss. VI. 7). — „Ordinationem viri".

„ 1454 (1086) Stephanum episcopum collaudat, quod Mariae patriciae, ut „in sancto Dei ovili aggregaretur", persuaserit. Constantinum praefectum admoneri iubet, „ut in causis, in quibus mixtus sit, semper Dei iudicium ante oculos cordis habeat". Reg. VII. 8, (Maur. VII. 8, Guss. VI. 8). — „Scripta vestrae sanctitatis".

„ 1455 (1087) Iohanni, episcopo Syracusano, de stipe pauperibus per Candidum missa gratias agit. De causis aliis eum ad priora sua responsa revocat. Rogat, ne ipsius scripta inter epulas legi coram hospitibus iubeat. Reg. VII. 9, (Maur. VII. 9, Guss. VI. 9). — „Benedictionem, quam".

„ 1456 (1088) Agnello, abbati Ariminensi, concedit, ut praepositum sibi adiungat. Reg. VII. 10, (Maur. VII. 10, Guss. VI. 10). — „Filio nostro Secundo".

„ 1457 (1089) Rufino, episcopo Ephesino, latorem praesentium, clericum litterarum rudem commendat, ut doctrina instruatur. Reg. VII. 11, (Maur. VII. 11, Guss. VI. 11). — „Amicitiarum vestrarum".

„ 1458 (1090) Parthenonem S. Cassiani Massiliensem, sub Respecta abbatissa florentem, secundum petitionem Dynamii atque Aurelianae privilegiis donat. Reg. VII. 12, (Maur. VII. 12, Guss. VI. 12). — „Piae postulatio voluntatis".

Nov. 1459 (1091) Fortunato, episcopo Fanensi, permittit, ad dissolvendum aes alienum captivorum redimendorum causa contractum, ut vasa sacra, praesente Iohanne defensore, vendat. Reg. VII. 13, (Maur. VII. 13, Guss. VI. 13). — „Sicut reprehensibile".

„ 1460 (1092) Constantium, episcopum Mediolanensem, malevolorum obtrectationem aequo animo ferre iubet. De ceteris causis per Marinianum defensorem ipsius ei mandat.

**596.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 14, post cons. eiusd. a. 13, ind. 14. — 1. Sept. — 15.*)
Episcopi remoti successorem eligi hortatur. Reg. VII. 14, (Maur. VII. 14, Guss. VI. 14). — „Antiquus humani".

**596 fin.**

1460a *Germaniarum episcopis Augustinum abbatem episcopum creandi licentiam dat. Vide reg. 1518; (cf. reg. 1491).

**597.** (*Ind. 15. — 1. Sept. — 1.*)

Mart. 1461 (1093) Georgium presbyterum et Theodorum, diaconum ecclesiae Constantinopolitanae, non diutius Romae mansisse dolet. Exponit, Christum, „ad inferos descendentem, solos illos a poenis debitis liberasse, qui eum et venturum esse crediderint et praecepta eius vivendo tenuerint". Reg. VII. 15, (Maur. VII. 15, Guss. VI. 15). — „Memor bonitatis".

Apr. 1462 (1094) Agnellum, episcopum Terracinensem, post Bacaudae episcopi mortem ecclesiae (Formiensis) visitatorem constituit. Mandat, ut novum episcopum per clerum plebemque eligendum curet. Reg. VII. 16, (Maur. VII. 16, Guss. VI. 16). — „Obitum Bacaudae".

„ 1463 (1095) Sabiniano, episcopo Iadertino, Maximi Salonitani societatem iam repudianti, praecipit, ut cum episcopis aliisque religiosis quam plurimis absolutionis percipiendae causa sine mora Romam veniat. Venturis fidem dat. Reg. VII. 17, (Maur. VII. 17, Guss. VI. 17). — „Si dispensationis".

„ 1464 (1096) Martinum, diaconum et abbatem, criminibus obiectis absolvit locoque ac ordini suo restituit. Reg. VII. 18, (Maur. VII. 18, Guss. VI. 18). — „Sicut veraciter".

Mai. 1465 (1100) Cypriano diacono scribit, episcopis Siculis se concessisse, ut non tertio, sed quinto quoque anno Romam adirent; eosque, quia iam diu non venerunt, una cum Liparitano et Rhegiensi episcopis ad natale S. Petri (d. 1. m. Augusti) vocat. Quo itinere ne suspicio praetori detur, caveri iubet. Libertinum, virum magnificum, commendat. De exarcho „qui in Pado occupatus est" et de causis Ravennatibus addit. Reg. VII. 19, (Maur. VII. 22, Guss. VI. 19). — „Novit dilectio tua".

„ 1466 (1101) Fortunato, episcopo Neapolitano, et Anthemio, defensori per Campaniam, mandat, Stephanum impellant, ut quam sponsam habuerit, Catelli sorori, monacham professae, ablata restituat. Catellum, praesentium latorem, commendat. Reg. VII. 20, (Maur. VII. 23, Guss. VI. 20). — „Catellus".

„ 1467 (1102) Candido, presbytero suo per Gallias, mandat de quatuor christianis Iudaeorum Narbonensium servis redimendis, pro quibus frater eorum Dominicus, portitor praesentium, petierit. Reg. VII. 21, (Maur. VII. 24, Guss. VI. 21). — „Dominicus praesentium".

Iun. 1468 (1103) Gregoriae, cubiculariae Augustae, de peccatorum venia scribit. Ostenta sibi fieri negat. Reg. VII. 22, (Maur. VII. 25, Guss. VI. 22). — „Desiderata dulcedinis".

„ 1469 (1104) Theoctistam patriciam et Andream, quem ad modum et Augustae et „parvulorum dominorum" animos excolant, docet. De triginta auri libris per Sabinianum diaconum missis, gratias agit; quarum dimidiam partem ad redimendos Crotonienses, qui anno superiore capta civitate, Langobardis praedae ceciderint, dimidiam ad „lectisternia" monialibus Romanis emenda se contulisse scribit. Clavem S. Petri mittit, quam, cum praesente Autarith Langobardorum rege, miraculum edidisset, ab eodem rege decessori suo missam esse narrat. Reg. VII. 23, (Maur. VII. 26, Guss. VI. 23). — „Quod in tanto".

„ 1470 (1105) Anastasio, episcopo Antiocheno, scribit, ne universalis episcopi appellationem a Cyriaco Constantinopolitano assumptam parvi faciat. Reg. VII. 24, (Maur. VII. 27, Guss. VI. 24). — „Desideratam suavissimae".

„ 1471 (1106) Theodoro, medico Constantinopolitano, qui captivis pauperibusque stipem per Sabinianum diaconum miserit, gratias persolvit. Clavi S. Petri eum remuneratur. Reg. VII. 25, (Maur. VII. 28, Guss. VI. 25). — „Dilectissimus filius meus".

„ 1472 (1107) Andream, munus sibi ab imperatore peti cupientem, ad quietam piamque vitam in proastio suo vocat. Imperatricis erga eum gratiam congaudet, Constantinae puellae ante nuptias iucundas pietatem laudat. Reg. VII. 26, (Maur. VII. 29, Guss. VI. 26). — „Magnitudinis vestrae".

„ 1473 (1108) Narseti religioso, ut monachos a Paulo congregatos et alios quosdam de

**597.** (*Ind. 15. — 1. Sept. — 1.*)

animorum salute per litteras hortetur, petenti, non satisfacit, „quia hodie in Constantinopolitana civitate, qui de Latino in Graecum dictata bene transferant, non sint“. Dominae Gurdiae se scripsisse memorat atque duas camisias et quatuor oraria eius Theoctistaeque coniugibus ex benedictione S. Petri obtulisse. Anatolium diaconum, responsalem suum, commendat. Reg. VII. 27, (Maur. VII. 30, Guss. VI. 27). — „Cum Romanum defensorem“.

Iun. 1474 (1109) Cyriaco, episcopo Constantinopolitano, respondet. Scandali occasionem a sese quaeri negat. Significat de Anatolio diacono, qui imperatori satisfaceret, misso. Deposita universalis episcopi appellatione, ecclesiam pace fruituram, scribit. Reg. VII. 28, (Maur. VII. 31, Guss. VI. 28). — „Scripta beatitudinis“.

„ 1475 (1110) Anastasium presbyterum hortatur, ut, suscepto „ducatu“ monasterii, „quod Neas dicitur“, veteres inter monasterii patrem et episcopum Hierosolymitanum inimicitias, una cum Amos episcopo componat. De reliquiis, quas per Exhilaratum secundicerium et post per Sabinianum diaconum transmiserit, gratias dicit. Reg. VII. 29, (Maur. VII. 32, Guss. VI. 29). — „Quia bonus homo“.

„ 1476 (1111) Mauricii imperatoris de nunciis Cyriaci, episcopi Constantinopolitani, benigne excipiendis adhortatione negat opus fuisse. Quos vel sacra secum procurasse scribit; „quia“ inquit „sicut meus diaconus ad exhibenda sacra mysteria illi (Cyriaco) non debet ministrare, qui elationis culpam aut commisit, aut commissam ab aliis ipse non corrigit; ita ministri illius in celebratione missarum mihi adesse debuerunt, qui custodiente Deo in superbiae errorem non ceciderunt“. Arrogantiam Cyriaci, universalem se appellantis, ait non frivolam modo, sed etiam perniciosam esse. Reg. VII. 30, (Maur. VII. 33, Guss. VI. 30). — „Dominorum pietas“.

„ 1477 (1112) Eulogio Alexandrino et Anastasio Antiocheno episcopis a pari significat, Cyriaci nuncios ad res divinas Romae admissos esse, diaconum suum vero, Constantinopoli versantem, illi sacra facienti adesse vetitum. Addit de Eudoxio, quem Cyriacus in damnatorum numero videatur falso retulisse; de Sozomeni historia a sede apostolica repudiata; de synodi Ephesinae actis. Reg. VII. 31, (Maur. VII. 34, Guss. VI. 31). — „Caritas, qua vobis“.

„ 1478 (1113) Dominicum, episcopum Carthaginiensem, motus querela Cumquodeus abbatis, praesentium latoris, ut, qui monachi monasterium deseruerint, poenas iis irroget, hortatur. Reg. VII. 32, (Maur. VII. 35, Guss. VI. 32). — „Licet fraternitatem tuam“.

Iul. 1479 (1114) Dynamii et Aureliae in Francia degentium religionem laudat et confirmat. Codicem expetitum pollicetur. Reg. VII. 33, (Maur. VII. 36, Guss. VI. 33). — „Scriptorum vestrorum“.

„ 1480 (1115) Dominicam, Iohannis uxorem, ad ecclesiam reversam esse, gaudet; Romamque ut ad maritum veniat, hortatur. Reg. VII. 34, (Maur. VII. 37, Guss. VI. 34). — „Laetos nos vestrae“.

„ 1481 (1116) Dono, episcopo Messanensi, praecipit, ut Faustinum, ecclesiae Meriensis militem, in dissolvendo aere alieno, ad filias redimendas conflato, ecclesiae illius opibus adiuvet. Reg. VII. 35, (Maur. VII. 38, Guss. VI. 35). — „Et sacrorum canonum“.

„ 1482 (1117) Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut inter Caesarium, monasterii S. Petri Baiani abbatem, et Iohannem, abbatem monasterii S. Luciae Syracusani, finium controversiam, agrimensore usus, componat, „quadraginta tamen annorum utrique parti praescriptione servata“. Reg. VII. 36, (Maur. VII. 39, Guss. VI. 36). — „Ne religiosorum virorum“.

„ 1483 (1118) Eulogium, episcopum Alexandrinum, haereticos oppugnantem laudat. Ligna pollicetur. „Sex minora Aquitanica pallia et duo oraria“ mittit. Addit, se „collatum ac viritheum non libenter bibere“. „Cognidium“ poscit; „nam nos“ inquit „hic a negotiatoribus nomen cognidii, et non substantiam comparamus“. Reg. VII. 37, (Maur. VII. 40, Guss. VI. 37). — „Suavissima mihi“.

„ 1484 (1119) Cypriano diacono, rectori suo per Siciliam, mandat, disquirat, num Marcianus, dioecesis Taurianensis presbyter, in ecclesia Massalargiensi, dioecesis Catanensis, versans, qui Locrensis episcopus erectur, dignus sit iudicandus. Reg. VII. 38, (Maur. VII. 41, Guss. VI. 38). — „Habitatores Lucrensis“.

**597.** (*Ind. 15. — 1. Sept. — 1.*)

Aug. 1485 (1120) Mariniano, episcopo Ravennati, permittit, ut Corneliensibus (Imolensibus), pro lapso episcopo successorem consecrari postulantibus, satisfaciat. Reg. VII. 39, (Maur. VII. 42, Guss. VI. 39). — „Fraternitatis vestrae epistola".

" 1486 (1121) Marinianum, episcopum Ravennatem, hortatur, videat, „ne ullam deinceps in monasteriis clerici, vel hi, qui in sacro sint ordine constituti, ob aliud habeant, nisi orandi tantummodo causa, accedendi licentiam, aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint invitati mysteria". Reg. VII. 40, (Maur. VII. 43, Guss. VI. 40). — „Dudum ad nos".

" 1487 (1122) Cypriano, diacono suo per Siciliam, mandat, ut Paulam, praesentium latricem, contra iniurias et Theodori, quondam Iudaei, et ecclesiae Messanensis hominum defendat. Reg. VII. 41, (Maur. VII. 44, Guss. VI. 41). — „Questa nobis est".

Sept. 1488 (1123) Petrum, episcopum Corsicae (Aleriensem), ut idololatras conciliare christianae fidei pergat, hortatur. Solidos quinquaginta ad vestimenta baptizandis emenda mittit. De possessione quadam presbytero ecclesiae montis Negeugni reddita addit. Reg. VIII. 1, (Maur. VIII. 1, Guss. VII. ind. I. ep. 2). — „Susceptis epistolis".

" 1489 (1124) Anastasium, patriarcham Antiochenum, incommoda fortiter ferre iubet. Addit de novis haereticorum turbis. Quae ipse barbarorum gladiis ac iudicum perversitate patiatur, breviter percurrit. Reg. VIII. 2, (Maur. VIII. 2, Guss. VII. ind. I. ep. 3). — „Suscepi epistolas".

" 1490 (1125) Donum, episcopum Messanensem, hortatur, ut Faustino, viro eloquentissimo, et quae pater eius Peltrasius pro sepultura ecclesiae Messanensi reliquerit, et mancipia, per Sisinnium, defensorem eiusdem ecclesiae, inique adempta, restituat. Reg. VIII. 3, (Maur. VIII. 3, Guss. VII. ind. I. ep. 4). — „Filius noster Faustinus".

" 1491 (1169) Brunichildae, Francorum reginae, significat, pallium Syagrio, episcopo Augustodunensi, petitum, ab imperatoreque concessum, variis de causis non ad ipsum Syagrium sed ad Candidum, presbyterum suum, missum esse. Addit de largitione gratiaque in tribuendis sacris ordinibus tollenda; de episcopis ex laicorum numero non sumendis; de schismaticis ecclesiae reconciliandis; de idololatria opprimenda. De benevolentia in Augustinum „episcopum" collata gratias agit. Codicem expetitum mittit. Reg. VIII. 4, (Maur. IX. 11, Guss. VII. ind. I. ep. 5). — „Quanta in omnipotentis".

Oct. 1492 (1126) Venantio, episcopo Lunensi, monasterii b. Petro et SS. Iohanni et Paulo, atque Hermae et Sebastiano, consecrandi licentiam concedit. Reg. VIII. 5, (Maur. VIII. 4, Guss. VII. ind. I. ep. 6). — „Fraternitatis vestrae insinuatione".

Nov. 1493 (1127) Amos, episcopo Hierosolymitano, mandat, ut Petrum acolythum, qui excommunicatione affectus ex Constantinopoli eo confugerit, comprehendi iubeat, Romamque comprehensum mittat. Reg. VIII. 6, (Maur. VIII. 6, Guss. VII. ind. I. ep. 7). — „Cum fraternitatem vestram".

†1493a Amos, episcopo Hierosolymitano, scribit de ingenuis clericis capacioris ingenii, ut ad loca scientia et doctrina excellentiora promoveantur. (Initium tantum huius epistolae cum reg. 1493 congruit). Reginonis De synodalibus causis L. II. append. I. c. 31. — „Cum fraternitatem vestram".

" 1494 (1128) Leoni, episcopo Catanensi, scribit de quarta reditus ecclesiastici parte inter clericos pro merito dividenda. Reg. VIII. 7, (Maur. VIII. 7, Guss. VII. ind. I. ep. 8). — „Ad hoc locorum".

" 1495 (1129) Vitalianum, episcopum Sipontinum, vehementer incusat, quod Tulliani, quondam magistri militiae, filiam monasterium deserere siverit eique iubet, ut una cum Sergio defensore eam retrahat. Reg. VIII. 8, (Maur. VIII. 8, Guss. VII. ind. I. ep. 9). — „Si custos religiosi".

" 1496 (1130) Sergio, defensori suo, ob negligentiam graviter increpato, sub poena praecipit, ut una cum Vitaliano, episcopo Sipontino, Tulliani filiam in monasterium quam maturrime reducat. Reg. VIII. 9, (Maur. VIII. 9, Guss. VII. ind. I. ep. 10). — „Si homo esses".

" 1497 (1131) Eusebio Thessalonicensi, Urbitio Dyrrachiensi, Constantio Mediolanensi, Andreae Nicopolitano, Iohanni Corinthio, Iohanni primae Iustinianae, Iohanni Cretensi Sco(d)ritano, Iohanni Larissensi, Mariniano Ravennati, Ianuario Caralitano et

**597.** (*Ind. 15. — 1. Sept. — 1.*)

omnibus Siciliae episcopis mittit istam imperatoris legem: „Ne hi, qui militiae vel rationibus sunt publicis obligati, ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis convertantur“. Per triennium probentur milites et ab rationibus publicis absoluti priusquam monachicum habitum suscipiant. Reg. VIII. 10, (Maur. VIII. 5, Guss. VII. ind. I. ep. 11). — „Legem, quam“.

Dec. — 1498 (1132) Sabinianum, episcopum Iadertinum, ob Maximi Salonitani societatem poenitentia in monasterio perfunctum, in gratiam recipit. Responsali suo Constantinopolitano res eius commendatas nunciat. De Florentio episcopo per Natalem, quondam episcopum Salonitanum, in exsilium pulso, ab Epidauriensibusque repetito, sciscitatur. Reg. VIII. 11, (Maur. VIII. 10, Guss. VII. ind. I. ep. 12). — „Sicut perseveranti“.

**598.** (*Ind. 1. — 1. Sept. — 2.*)

Febr. (Romae) — 1499 (1134) Inter Candidum, monasterii S. Andreae ad clivum Scauri Romani abbatem, et Maurentium, magistrum militiae, quae de Iohannis, Maurentii fratris, hereditate convenerant, conditiones confirmat. Reg. VIII. 12, (Maur. VIII. 11, Guss. VII. ind. I. ep. 13). — „Sicut loci nostri“.

„ — 1500 (1135) Adeodato et Maurentio, episcopis Afris, a paribus Paulum episcopum, portitorem praesentium, commendat. Reg. VIII. 13, (Maur. VIII. 12, Guss. VII. ind. I. ep. 14). — „Multum, frater“.

„ — 1501 (1136) Columbo, episcopo Numidiae, Paulum episcopum, praesentium portitorem, impense commendat. Reg. VIII. 15, (Maur. VIII. 13, Guss. VII. ind. I. ep. 16). — „Qualiter de fraternitatis“.

„ — 1502 (1153) Victori et Columbo, episcopis Numidiae, a paribus mandat, efficiant, ut quas ecclesias ante quindecim annos decessori Crisconii episcopi, portitoris praesentium, abstulerit Avalentio episcopus, Crisconio restituat. Reg. VIII. 14, (Maur. VIII. 28, Guss. VII. ind. I. ep. 15). — „Quanto cordi“.

Mart. — 1503 (1137) Bonifatio, primo defensori, privilegium defensorum mittit, constituens, „ut, sicut in schola notariorum atque subdiaconorum, per indultam longe retro pontificum largitatem, sunt regionarii constituti, ita quoque in defensoribus, septem, qui, ostensa suae experientiae utilitate, placuerint, honore regionario decorentur“. Reg. VIII. 16, (Maur. VIII. 14, Guss. VII. ind. I. ep. 17). — „Ecclesiasticis utilitatibus“.

Apr. — 1504 (1138) Marinianum, episcopum Ravennatem, de privilegiis monasterii SS. Iohannis et Stephani Classitani erudit, eaque servari iubet. Reg. VIII. 17, (Maur. VIII. 15, Guss. VII. ind. I. ep. 18). — „Quam sit necessarium“.

„ — 1505 (1139) Mariniano, episcopo Ravennati, Claudium, monasterii SS. Iohannis et Stephani Classitani abbatem, portitorem praesentium, Roma revertentem, commendat. Reg. VIII. 18, (Maur. VIII. 16, Guss. VII. ind. I. ep. 19). — „Quod communem filium“.

„ — 1506 *Mauro vicario comiti mandat, ut Agnello, episcopo Terracinensi, in punitione eorum, qui arbores colunt, auxilium praebeat. Vide epistolam, quae sequitur. (Reg. VIII. 19, [Maur. VIII. 18, Guss. VII. ind. I. ep. 20]).

„ — 1507 (1140) Agnellum, episcopum Terracinensem, hortatur, coerceat eos, qui „arbores colant, et alia contra christianam fidem illicita perpetrent“. Ut Maurus, vicarius comes, eum adiuvet, iam se mandasse addit. A murorum vigiliis vacationem cuiquam dari vetat. Reg. VIII. 19, (Maur. VIII. 18, Guss. VII. ind. I. ep. 20). — „Pervenit ad nos, quosdam“.

„ — 1508 (1141) Mariniano, episcopo Ravennati, Iohannis praesentium portitoris uxorem, cuius libertas in controversiam vocata sit, commendat. Reg. VIII. 20, (Maur. VIII. 20, Guss. VII. ind. I. ep. 21). — „Iohannes, praesentium“.

Mai. — 1509 (1142) Iohanni, episcopo Syracusano, Felicem, praesentium portitorem, christianum commendat, qui ex Samaraei cuiusdam servitio per Maximianum episcopum liberatus, a Samaraei filio ad christianam fidem converso reposcatur. Reg. VIII. 21, (Maur. VIII. 21, Guss. VII. ind. I. ep. 22). — „Felix, praesentium“.

„ — 1510 (1143) Rusticianae patriciae, Constantinopoli degenti, ut Romam repetat, suadet. Auri libras decem, deferente Petro homine eius, ad redimendos captivos missas, ac-

**598.** (*Ind. 1. — 1. Sept. — 2.*)

coepisse se scribit. Addit de Strategio et Eudoxio domnis. Reg. VIII. 22, (Maur. VIII. 22, Guss. VII. ind. I. ep. 23). — „Iam dudum vestrae".

Mai. 1511 (1144) Fantino defensori mandat, Agrigentum se conferat, Iudaeorumque christiana sacra suscipere cogitantium consilium confirmet. Qui si diem paschalem exspectare noluerint, episcopum moneri iubet, ut „poenitentia ac abstinentia quadraginta diebus indicta, aut die dominico, aut si celeberrima festivitas fortassis occurrerit, eos ... baptizet". Monasterium S. Stephani in Agrigentino territorio eiusque abbatissam Domnam commendat. Reg. VIII. 23, (Maur. VIII. 23, Guss. VII. ind. I. ep. 24). — „Domna abbatissa".

Iun. 1512 *Anatolio diacono iterum Sabinianum, episcopum Iadertinum, qui a Maximo Salonitano offendatur, commendat. Vide epistolam, quae sequitur. (Reg. VIII. 24, [Maur. VIII. 24, Guss. VII. ind. I. ep. 25]).

„ 1513 (1145) Sabinianum, episcopum Iadertinum, inimicitias Maximi Salonitani fortiter ferre iubet. Anatolii diaconi auxilium indicat. Lapsum quemdam presbyterum vetat aut continuare aut recipere honorem. Ut privilegia Iadertina confirmentur, decessorum suorum tabulas poscit. Marcellum ad sese venire cupit. Reg. VIII. 24, (Maur. VIII. 24, Guss. VII. ind. I. ep. 25). — „Satis, frater carissime".

„ (Romae) 1514 (1146) Victorem, episcopum Panormitanum, motus petitione Hebraeorum, qui in hac urbe Roma habitant, hortatur, ne Iudaeos Panormi iniuriis afficiat, utque litem cum iis aut componat, aut ad sese deferat. Reg. VIII. 25, (Maur. VIII. 25, Guss. VII. ind. I. ep. 26). — „Sicut Iudaeis".

„ 1515 (1147) Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut Pantaleoni, notario suo, in negotiis eius occupato, ad colligenda vasa sacra, per clericos Italos in Sicilia vendita, spatium concedat. Reg. VIII. 26, (Maur. VIII. 26, Guss. VII. ind. I. ep. 27). — „Quia pervenit ad nos, quod".

„ 1516 (1148) Iohannem, episcopum Syracusanum, quo iure quaque iniuria diaconi Catanenses campagis se calceent, exquirere iubet. Reg. VIII. 27, (Maur. VIII. 27, Guss. VII. ind. I. ep. 28). — „Ecclesiastici vigoris".

Iul. 1517 (1149) Eulogio, episcopo Alexandrino, „cunctorum martyrum gesta ..., Constantini temporibus ab Eusebio Caesariensi collecta", postulanti, respondet, de tali collectione se ignorare. „Praeter illa enim", inquit „quae in eiusdem Eusebii libris de gestis sanctorum martyrum continentur, nulla in archivo huius ecclesiae, vel in Romanae urbis bibliothecis esse cognovi, nisi pauca quaedam in unius codicis volumine collecta; nos autem paene omnium martyrum, distinctis per dies singulos passionibus, collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione missarum solemnia agimus; non tamen in eodem volumine, quis qualiter sit passus, indicatur, sed tantummodo nomen, locus et dies passionis ponitur; sed haec habere vos credimus". De lignis brevioribus ad eum missis, maioribusque mittendis et de reliquia S. Marci evangelistae ab eo suscepta addit. Reg. VIII. 28, (Maur. VIII. 29, Guss. VII. ind. I. ep. 29). — „Utilis semper est".

„ 1518 (1150) Eulogio, episcopo Alexandrino, de valetudine queritur. Haereticorum Alexandrinorum correctione gaudet. Nunciat de Augustino, „monasterii sui monacho" ad Anglorum gentem misso. „Qui" inquit, „data a me licentia, a Germaniarum episcopis episcopus factus, ad praedictam gentem in finem mundi perductus est ...; in solemnitate autem dominicae nativitatis, quae hac prima indictione transacta est (i. e. d. 25. Decembr. a. 597), plus quam decem milia Angli ab eodem nunciati sunt fratre et coepiscopo nostro baptizati". De Eudoxio haeretico se ab eo informatum esse, gratias agit. De erroribus in ecclesia Constantinopolitana nunc vigentibus sententiam eius laudat. Reprehendit eum, quod in epistola ad sese missa his verbis: „Sicut iussistis" usus sit. „Non iussi", inquit, „sed quae utilia sunt, indicare curavi". Et improbat, quod ipsum universalem episcopum appellaverit. Reg. VIII. 29, (Maur. VIII. 30, Guss. VII. ind. I. ep. 30). — „Communis filius, praesentium".

„ 1519 (1151) Secundino, episcopo Taurominitano, mandat, ut monasterium monasterio Castelliensi adiunctum ordinet, ne aedificium in laicorum potestatem deveniat. Reg. VIII. 30, (Maur. VIII. 31, Guss. VII. ind. I. ep. 31). — „Querimoniam monachorum".

„ 1520 (1152) Dominici, episcopi Carthaginiensis, erga se studium laudat. Reg. VIII. 31, (Maur. VIII. 33, Guss. VII. ind. I. ep. 33). — „Scripta sanctitatis".

**598.** (*Ind. 1. — 1. Sept. — 2.*)

Aug. 1521 (1154) Iohanni, episcopo Scyllacensi, monasterii Castelliensis privilegia valde commendat. Monachis quae „sub exenii specie“ abstulerit, reddi iubet. Reg. VIII. 32, (Maur. VIII. 34, Guss. VII. ind. I. ep. 34). — „Grave nimis et“.

„ 1522 (1155) Leontio exconsuli, qui „oleum sanctae crucis et aloes lignum“ miserit, gratias agit; beatique Petri et clavem sepulcralem et catenarum partem muneri dat. Reg. VIII. 33, (Maur. VIII. 35, Guss. VII. ind. I. ep. 35). — „Quia in magna“.

„ 1523 (1334) Adeodatae illustri significat, se Decii episcopi (Lilybaetani) causam Iohanni episcopo (Syracusano) et Leontio viro glorioso cognoscendam permisisse. Reg. VIII. 34, (Maur. X. 49, Guss. VII. ind. II. ep. 55). — „Magnam nobis laetitiam“.

„ 1524 (1158) Ianuario, episcopo Sardiniae (Caralitano), praecipit, ut solidos centum a Nereida, clarissima femina, pro filiae sepultura exactos, restituat. De aliis causis agat cum Redemto, defensore suo, praesentium portitore, quem ad iudicia facienda in Sardiniam direxerit. Reg. VIII. 35, (Maur. IX. 3, Guss. VII. ind. II. ep. 56). — „Questa nobis est“.

„ 1525 (1156) In Ianuarium, episcopum Caralitanum, acerbe invehitur, quod testante Cyriaco abbate, qui Caralis fuerat, „dominico die, priusquam missarum solemnia celebraret, ad exarandam messem latoris praesentium perrexerit, et post missarum solemnia etiam terminos possessionum illius eradicare minime timuerit“. Et cum senectuti episcopi parcere velit, tantummodo consiliarios huius facinoris duorum mensium excommunicatione affici iubet. (Ad m. Aug. hanc et sequentem epistolam, quas Registri librarius sub m. Sept. recepit, reg. praecedentis causa · revoco; cf. Neues Archiv III. 615). Reg. IX. 1, (Maur. IX. 1, Guss. VII. ind. II. ep. 1). — „Praedicator omnipotentis“.

„ 1526 (1157) Vitali, defensori Caralitano, mandat, ut excommunicationem, in Ianuarii episcopi consiliarios statutam, exsequatur; pretiumque tritici, exenii nomine sibi per latorem praesentium Redemtum defensorem missi, restituat. Reg. IX. 2, (Maur. IX. 2, Guss. XI. 53). — „Quid de fratre“.

Sept. Oct. 1527 (1316) Secundino, episcopo Tauromenitano, scribit, veniam det praesentium portitoris Leonis chartarii uxori, quae cum, viro ob adulterii suspicionem repudiato, religiosam vestem induisset, ad eundem suspicione liberatum redierit. Reg. IX. 3, (Maur. X. 32, Guss. VIII. 32). — „Praesentium portitor, Leo“.

„ „ 1528 (1335) Domitiano, episcopo metropolitano (Melitinensi), respondet, Leontium gloriosum in Sicilia consistere, necdum Romam venisse. Cui se ad exsequenda imperatorum mandata opitulatum esse scribit. Gregorium expraefectum et alios, „qui in septis ecclesiasticis residebant“, cum Marco scribone in Siciliam rationis reddendae causa profecturos. Theodori episcopi causam Leontio glorioso et Iohanni episcopo (Syracusano) commissam esse. Reg. IX. 4, (Maur. X. 50, Guss. VIII. 50). — „Quam magnae caritatis“.

„ „ 1529 (1337) Amandino (domestico) significat, se exarcho per Timarcum excubitorem, qui ad eum profectus est, scripsisse, „ut cautiones agentium vices Iohannis praefecti simul et palatini“ mitterentur. De Libertino addit. (Epistola per Paulum missa.) Reg. IX. 5, (Maur. X. 52, Guss. VIII. 52). — „Ea, quae per Paulum“.

„ „ 1530 (1460) Quertino expraefecto, ut Bonito praeturam impetret, petenti respondet, se molestum negotiosumque munus illi, „qui sibi in actione, et homo litteratus“ sit, imponi nolle. Reg. IX. 6, (Maur. XII. 27, Guss. X. 30). — „Epistolam gloriae vestrae“.

„ „ 1531 (1423) Mariniano abbati eiusque successoribus ecclesiae S. Georgii in loco, qui „Ad sedem“ dicitur, positae, cui ecclesiae monasterium eius coniunctum sit, curam permittit. Reg. IX. 7, (Maur. XI. 73, Guss. IX. 68). — „Quia ecclesiam sancti“.

„ „ 1532 (1472) Fantino defensori mandat, ut ex Servi-Dei diaconi fortunis, ad ecclesiam Romanam hereditario iure pertinentibus, Aluminosae, ancillae Dei, proximae eius, equas quatuor, et xenodochio Aniciorum, cui Florentius diaconus praeest, equas decem cum emissario suo per latorem praesentium tribuat. Reg. IX. 8, (Maur. XII. 39, Guss. X. 43). — „Experientiam tuam iam“.

„ „ 1533 (800) Gennadio, exarcho Africae, Droctulfum „praesentium portitorem de hostibus ad rempublicam venientem“ commendat. Reg. IX. 9, (Maur. I. 85, Guss. X. 44). — „Droctulfus“.

**598.** (*Ind. 1. — 1. Sept. — 2.*)

Sept. Oct. 1534 (1286) Fantino defensori mandat, ut praesentium portitoribus, qui ad Romani mancipia in usum monasterii, ex eiusdem testamento Neapoli conditi, recolligenda in Siciliam profecti sint, auxilium praebeat. Reg. IX. 10, (Maur. X. 3, Guss. VIII. 4). — „Mancipia iuris".

Oct. 1535 (1159) Ianuario, episcopo Sardiniae (Caralitano), scribit, se hostium in Sardinia res gestas deplorare. Se periculum iam antea praevidisse, sed nec ab illo nec a Gennadio (exarcho Africae) secundum admonitionem suam sollicitudinem adhibitam esse. Pacem cum Agilulfo per abbatem, legatum suum, quantum ab exarcho sibi scriptum sit, ordinatam nunciat; vigilantia tamen, quoad conscriptae sint conditiones, opus esse. De facinore, superiore epistola (ep. 1525) vituperato, iterum addit. Petrum et Theodorum consiliarium significat a latere suo deputatos, quibus causas suas insinuet. De Mariniano episcopo (Ravennati) cognoscere iubet, cum pax cum Agilulfo perfecte fuerit confirmata. Reg. IX. 11, (Maur. IX. 4, Guss. VII. ind. II. ep. 2). — „Quid in Sardinia".

» 1536 (1247) Fortunato, episcopo Neapolitano, dat mandatum, ut Barbatianum monachum, praesentium latorem, ad gubernandos monachos Neapolitanos missum et in locum praepositi promotum, si nimiam de se opinionem deposuerit, ad abbatis honorem perducat. Reg. IX. 12, (Maur. IX. 91, Guss. VII. ind. II. ep. 92). — „Quia servorum Dei".

» 1537 (1473) Venantio, patricio Panormitano, Samsonis gestorum interpretationem poscenti, scribit, ex morbo recreatum se eius optato responsurum. Reg. IX. 13, (Maur. XII. 40, Guss. X. 45). — „Desiderantissime vestrae excellentiae".

» 1538 (1528) Iohanni, illustri cuidam Panormitano, quem ut videat magno desiderio afficitur, postquam „adfuit qui sibi impossibilitatem navigii narravit", mutuum amorem testatur. Reg. IX. 14, (Maur. XIII. 43, Guss. XI. 50). — „Amorem circa".

» 1539 (1133) Iobinum, illustrem quemdam Catanensem, post Cypriani diaconi e Sicilia reditum, apud quem in Sicilia „mente" remanserit, salutat, Romamque venire cupit. Reg. IX. 15, (Maur. VIII. 17, Guss. XII. 25). — „Dilectissimus filius meus".

» 1540 (1332) Iohanni, episcopo Syracusano, Apollonium, magistrum militum, commendat. (Vide infra reg. 1558.) Reg. IX. 16, (Maur. X. 47, Guss. VIII. 48). — „Quamvis glorioso".

» 1541 (1453) Maurentium, magistrum militum, rogat, ut plectiles sellas bonas viginti quatuor sibi mittat. Si Iulianus maior eius aut quis alter sellas habeat, item eas dirigat. Reg. IX. 17, (Maur. XII. 19, Guss. X. 23). — „Cognoscat gloria vestra".

» 1542 (1248) Victorem, episcopum Panormitanum, hortatur, ut quem monachi Praecoritani ex ipso monasterio unanimes elegerint, presbyterum ordinet. Reg. IX. 18, (Maur. IX. 92, Guss. VII. ind. II. ep. 93). — „Desiderium, quod ad".

» 1543 (1474) Pantaleoni notario mandat, ut argentum ecclesiarum, quae clerum et populum habeant, in cimiliarchio ecclesiae deponat accepto de eodem deposito desuscepto; argentum ecclesiarum a clero et populo destitutarum secum Romam deferat. Item earundem ecclesiarum clerici, si pauci solummodo remanserint, et res, quae vetustate perire possint. Reg. IX. 19, (Maur. XII. 41, Guss. X. 46). — „Expectabamus, ut nos".

» 1544 (1398) Urbicum abbatem increpat, quod Lucuscano monasterio, in civitate Panormitana sito, duos eodem die praefecerit abbates: mane Domitium presbyterum, vespere latorem praesentium, Bonum servum Dei. Domitium presbyterum a Victore episcopo abbatem ordinari iubet, cuius praepositus Lucifer monachus fiat, non Catellus, quem quamquam monachus non est, Urbicus abbas ordinare voluerit. Reg. IX. 20, (Maur. XI. 48, Guss. IX. 42). — „Valde me contristatum".

» 1545 (1399) Urbico abbati praecipit, ut Petro, episcopo Triocalitano, solidos quadraginta ex monasterii Lucuscani (Panormi siti) pecuniis, quas apud eum esse Salerius notarius renuntiaverit, persolvat. Monachis, quos ex eodem monasterio Petrus episcopus abstulerat, abbas monasterii alimonia et vestiarium annis singulis det. Reg. IX. 21, (Maur. XI. 49, Guss. IX. 43). — „Dilectio tua praesentia".

» 1546 (1475) Romano defensori mandat, ut, qui in Sicilia defensorum titulum usurpent, tonsuratores coerceat; qui inter eos strenui ac fideles in negotiis probati sint, epistolam defensorum accipiant. Fortunatum ad rerum gestarum rationem reddendam cogat, Marcianumque, qui et defensorem ementitus sit et Iohannis, episcopi Syra-

**598.** (*Ind. 1. — 1. Sept. — 2.*)

cusani, praecepta detrectaverit, in exsilium agat. Reg. IX. 22, (Maur. IX. 62, Guss. X. 47). — „Pervenit ad nos, quod".

Oct. 1547 (1215) Inter Praeiectam et Fantinum, defensorem suum ac rectorem patrimonii partium Panormitanarum, quae de possessionibus quibusdam, in Panormitano territorio sitis, convenerant, ea confirmat. Reg. IX. 23, (Maur. IX. 57, Guss. VII. ind. II. ep. 61). — „Quotiens in quibusdam".

" 1548 (1216) Martino scholastico respondet, de Crementii episcopi (primatis Bizaciensis) causa ab eo se levius esse eruditum, quam ut iudicare de ea posset. Monet, cum in Sicilia manere, quam Romam venire maluerit, ut cum Iohanne, episcopo Syracusano, agat. (Vide infra reg. 1551.) Reg. IX. 24, (Maur. IX. 58, Guss. VII. ind. II. ep. 62). — „Cum de negotiis".

" 1549 (1218) Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut, convocatis tribus vel quatuor episcopis, Lucillum, episcopum Melitensem, administratione ecclesiae submoveat, et presbyteros vel diaconos, criminis socios, honoribus privatos, in monasteria dividat, noxiosque omnes excommunicet. Clerum populumque Melitensem ad novum episcopum eligendum admoneri iubet. Reg. IX. 25, (Maur. IX. 63, Guss. VII. ind. II. ep. 63). — „Quae adversus Lucillum".

" 1550 (1170) Iohannem, episcopum Syracusanum, docet, se in referendis veteribus ecclesiae moribus consuetudines Constantinopolitanae ecclesiae non esse secutum; „tamen" inquit „si quid boni vel ipsa vel altera ecclesia habet, ego et minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum." In Catanensi vel in Syracusana ecclesia eos, qui hac ex causa murmurant, instruere non desistat. Reg. IX. 26, (Maur. IX. 12, Guss. VII. ind. II. ep. 64). — „Veniens quidam de".

" 1551 (1217) Iohanni, episcopo Syracusano, refert, se de Crementii, primatis Bizaciensis, crimine quodam accusati, causa imperatoris iussu ad se delata, iudicare antea non potuisse, adversante Theodoro, magistro militum, pretio decem auri librarum corrupto. Quae nunc sibi a primate proponantur, ea dubia videri; „nam" inquit „quod se dicit sedi apostolicae subiici, si qua culpa in episcopis invenitur, nescio quis ei episcopus subiectus non sit; cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis aequales sunt." Cum Martino, qui de Africana provincia venerit, agere eum iubet, quaeque egerit, se probaturum scribit. (Vide supra reg. 1548.) Reg. IX. 27, (Maur. IX. 59, Guss. VII. ind. II. ep. 65). — „Fraternitatis vestrae scripta".

" 1552 (1180) Libertino expraefecto Romanum defensorem, praesentium latorem, cui patrimonium ecclesiae Romanae in Syracusano et in Catanensi territorio situm curandum commiserit, commendat. Reg. IX. 28, (Maur. IX. 21, Guss. VII. ind. II. ep. 20). — „Gloriae vestrae cognita".

" 1553 (1177) Romano defensori patrimonium ecclesiae Romanae, in partibus Syracusanis, Catanensibus, Agrigentinis vel Milensibus constitutum, a praesenti secunda indictione tradit administrandum. Ad familiam eiusdem patrimonii se praecepta eiusmodi direxisse addit. (Vide reg. 1554.) Reg. IX. 29, (Maur. IX. 18, Guss. VII. ind. II. ep. 17). — „Propositi nostri cura".

" 1554 (1178) Colonos et familiam sive fundum in Syracusano et Catanensi territorio constitutos (Romano) defensori suo obedire iubet. Reg. IX. 30, (Maur. IX. 19, Guss. VII. ind. II. ep. 18). — „Cognoscatis, quia ad".

" 1555 (1181) Cyridano Romanum, defensorem suum, praesentium portitorem, gubernatorem patrimonii ecclesiae suae in Catanensibus ac in Syracusanis partibus commendat. Reg. IX. 31, (Maur. IX. 22, Guss. VII. ind. II. ep. 21). — „Gloriae vestrae bonitas".

" 1556 (1182) Iohannem, episcopum Syracusanum, docet, Romanum defensorem venientem inter Leontium exconsulem et Leonem episcopum iudicem constitutum esse. Monet, ne Archelaum medicum defendens, Domitiano metropolitae (Melitinensi) iniuriam faciat. Reg. IX. 32, (Maur. IX. 23, Guss. VII. ind. II. ep. 22). — „Filius noster gloriosus".

" 1557 (1179) Petro Siciliensi Romanum defensorem, latorem praesentium, cui patrimonium ecclesiae suae in Syracusanis, Catanensibus et vicinis locis commiserit, commendat. Reg. IX. 33, (Maur. IX. 20, Guss. VII. ind. II. ep. 19). — „Scientes devotionis".

" 1558 (1333) Leontio exconsuli Apollonium, magistrum militum, latorem praesentium

**598.** (*Ind. 1.* — 1. *Sept.* — *2.*)

commendat. (Vide supra reg. 1540.) Reg. IX. 34, (Maur. X. 48, Guss. VIII. 49). — „Scientes, gratia paterna".

Oct. 1559 (1441) Fantino defensori scribit de xenodochio ex testamento Isidori in urbe Panormitana constituendo. Reg. IX. 35, (Maur. XII. 10, Guss. X. 11). — „Ea, quae fienda".

" 1560 (1365) Anthemio subdiacono (Campaniae) Theodoram, Sabini defensoris viduam, a filio et socero Aligerno omnibus fraudatam rebus, commendat. Reg. IX. 36, (Maur. XI. 17, Guss. IX. 11). — „Theodora, relicta".

" 1561 (1370) Romano defensori mandat, ut Argentio, praesentium portitori, ecclesiae Romanae colono, „curam hospitalitatis habenti, terrulam modiorum decem possessionis Disterianae" concedat. Reg. IX. 37, (Maur. XI. 21, Guss. IX. 16). — „Quia praesentium portitorem".

" 1562 (1213) Fantino defensori (Panormitano) scribit, se iam antea Victori episcopo praecepisse, ne synagogas Panormitanas occuparet; nunc autem iniuria Victoris per Salerium notarium suum patefacta mandat, ut episcopus synagogarum, quas temere consecraverit, pretium, a Venantio patricio et Urbico abbate constitutum, Iudaeis persolvat, codicesque et ornamenta ablata restituat. Reg. IX. 38, (Maur. IX. 55, Guss. VII. ind. II. ep. 59). — „Ante aliquantum".

" 1563 (1239) Fantino, defensori Panormitano, ut Ianuariam, praesentium latricem, ab Anastasii et Bonifatii iniuriis tueatur, mandat. Reg. IX. 39, (Maur. IX. 83, Guss. VII. ind. II. ep. 84). — „Ianuaria praesentium".

" 1564 (1214) Fantino, defensori Panormitano, mandat, cogat Candidum defensorem, ut Tamno Iudaeo, praesentium latori, cuius debitum vendita navi eius expeditum sit, restituat chirographum. Reg. IX. 40, (Maur. IX. 56, Guss. VII. ind. II. ep. 60). — „Indicavit nobis Tamnus".

" 1565 (1172) Felicem, Sicilianum quemdam illustrem, de suis ad Iohannem, episcopum Syracusanum, litteris erudit, monetque, ne constituendo iudicio de possessionibus ei, ut queritur, iniuste ab Syracusanis actoribus ablatis difficultates afferat. Reg. IX. 41, (Maur. IX. 14, Guss. VII. ind. II. ep. 101). — „Susceptis magnitudinis".

" 1566 (1171) Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, praecipiat ecclesiae suae actoribus, qui Felicem magnificum virum possessionibus quibusdam illicite privasse dicantur, ut causam apud iudices agant. Reg. IX. 42, (Maur. IX. 13, Guss. VII. ind. II. ep. 102). — „Felix, vir magnificus".

" 1567 (1369) Scolastico defensori mandat, ut Alexandro Frigisco, ecclesiae Romanae colono, praesentium portitori, qui in ecclesia a Cypriano diacono Catanae condita per tres laboraverit annos, mercedem residuam persolvat. Reg. IX. 43, (Maur. VIII. 32, Guss. IX. 15). — „Alexander Frigiscus".

" 1568 (1255) Theodoro, curatori Ravennae, studio eius per Probum abbatem cognito, de opera componendae paci tributa, gratias agit. Queritur, „Ariulfum de servanda pace non, ut rex ipsius iuravit, sed sub conditione, si sibi in quoquam excessum non fuerit, aut si nullus contra Arogem ambulaverit, sacramenta praestitisse; et Warnifridam, ad cuius consilium idem Ariulfus cuncta agat, omnino iurare despexisse". Regis nuncios, ut ipse pacto subscriberet, postulasse; „sed" inquit „recordantes eorum, quae Agilulfus Basilio, viro clarissimo, per nos in beati Petri dixisse fertur iniuriam, quamvis hoc penitus idem Agilulfus negaverit, a subscriptione tamen abstinere praevidimus, ne nos, qui inter eum et exarchum petitores sumus et medii, si quid forte clam sublatum fuerit, falli in aliquid videamur et nostra ei promissio in dubium veniat". Agat igitur, sicut ab exarcho iam poposcerit, „quatenus, antequam homines ipsi ab Arogis revertantur, rex eis sub festinatione scripta transmittat, in quibus eis praecipiat, ut nos subscribere non petant". Asscribit de Augusti causa, ipsumque Theodorum, adverso casu afflictum, consolatur. De aliis in subsequenti responsalem suum, qui gratias dicat, dirigere promittit. Reg. IX. 44, (Maur. IX. 98, Guss. VII. ind. II. ep. 103). — „Licet multa de vobis".

" 1569 (1173) Iohanni Surrentino, Agnello Terracinensi, Felici Portuensi, Fortunato Neapolitano, Primerio Nucerino, Glorioso Ostiensi, Albino Formiensi episcopis praecipit, ut Gregorio expraefecto, basilicam aedificaturo, martyrum reliquias tribuant. Reg. IX. 45, (Maur. IX. 25, Guss. VII. ind. II. ep. 11). — „Gloriosus filius noster".

**598.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2.)*

Oct. Nov. 1570 (1338) Romano, defensori Siciliae, mandat, hortetur Leontium (exconsulem), ne quid „de insulis“ constituat adversus seniorum et civium Neapolitanorum privilegia, per Mauricium imperatorem, ipso Gregorio in Constantinopoli suffragante, confirmata. Reg. IX. 46, (Maur. X. 53, Guss. VIII. 53). — „Pervenit ad nos, quod“.

„ „ 1571 (1261) Fortunato, episcopo Neapolitano, scribit, se cognovisse, populum Neapolitanum in duas partes esse divisum, quarum una Theodoro magistro populi adhaereat; quo facilius restitui concordia possit, mittat, qui adversariis respondeat. Reg. IX. 47, (Maur. IX. 104, Guss. VII. ind. II. ep. 109). — „Quorundam in Neapolitana“.

Nov. 1572 *Fortunato, episcopo Neapolitano, de causa Theodori magnifici ad eius iudicium non deferenda scribit. Vide epistolam sequentem. Reg. IX. 53, (Maur. IX. 69, Guss. VII. ind. II. ep. 71).

„ 1573 (1223) Maurentium, magistrum militum, redarguit, quod eo in civitate Neapolitana residente, Theodori, „viri magnifici, praesentium portitoris“, causam, quae ad patronum civitatis Neapolitanae pertineat, tractari a Fortunato episcopo siverit. Vini urnae viginti, quas de insula Prochyta per annos duos Theodorus Vectani, castelli Misinatis comiti, dono dederit, quominus per comitis successorem quotannis exigantur, iubet prohiberi. Theodori civitatis privilegia et Prochytae insulae causas commendat. Reg. IX. 53, (Maur. IX. 69, Guss. VII. ind. II. ep. 71). — „Valde mirati sumus“.

„ 1574 (1183) Romano defensori mandat, ut Callixeno, parvulo Stephaniae viduae, latricis praesentium, filio, domum Catanensem, ab Ammonia avia ecclesiae Romanae dono datam, restituat. Reg. IX. 48, (Maur. IX. 26, Guss. VII. ind. II. ep. 23). — „Quamquam ea, quae“.

„ 1575 (1359) Romano, defensori Siciliae, mandat, ut Theclam, monasterii S. Mariae Neapolitani abbatissam, cum Alexandro, viro magnifico, genero eius, reconciliet. Reg. IX. 54, (Maur. XI. 11, Guss. IX. 7). — „Quia Thecla, abbatissa“.

„ 1576 (1339) Dono, episcopo Messanensi, Gregorium expraefectum commendat. Reg. IX. 50, (Maur. X. 54, Guss. VIII. 54). — „Licet gloriosus filius“.

„ 1577 (1340) Leontio, exconsuli Siciliae, Gregorium expraefectum commendat. Reg. IX. 55, (Maur. X. 55, Guss. VIII. 55). — „Cum iustitiae vigor“.

„ 1578 (1341) Amandino domestico Gregorium expraefectum commendat. Reg. IX. 56, (Maur. X. 56, Guss. VIII. 56). — „Confidentes, quod gloria“.

„ 1579 (1342) Secundino (Tauromenitano) et Iohanni (Syracusano), episcopis Siciliae, Gregorium expraefectum commendat. Curent, ut Leontius exconsul ei verbum, quod per Azimarchum scribonem praebuit, custodiat. Reg. IX. 57, (Maur. X. 57, Guss. VIII. 57). — „Bonorum nos hortatur“.

„ 1580 (1174) Chrysantho episcopo (Spoletano) mandat, ut in ecclesia beatae Mariae Reatina reliquias Hermae et Hyacinthi et Maximi, beatorum martyrum, collocet. Reg. IX. 49, (Maur. IX. 15, Guss. VII. ind. II. ep. 12). — „Paulus, ecclesiae“.

„ 1581 (1175) Sereno, episcopo Anconitano, mandat, compellat Serenum diaconum, ut argenti a Fabio, Passivi episcopi Firmani decessore, apud eum depositi, residua reddat, aut una cum Armenio episcopo inter Serenum diaconum et actores Firmanos iudicium faciat. Reg. IX. 51, (Maur. IX. 16, Guss. VII. ind. II. ep. 13). — „Vir reverentissimus“.

„ 1582 (1176) Demetrianum et Valerianum, clericos Firmanos, per Fabium episcopum sedecim abhinc annis ab hostibus redemptos, ut redemptionis pecuniam restituant, cogi vetat. Reg. IX. 52, (Maur. IX. 17, Guss. VII. ind. II. ep. 14). — „Et sacrorum canonum“.

„ 1583 (1225) Passivo episcopo (Firmano) mandat, ut oratorium in fundo Visiano iuxta muros civitatis Firmanae, a Valeriano notario conditum, beato Savino consecret. Reg. IX. 58, (Maur. IX. 70, Guss. VII. ind. II. ep. 72). — „Valerianus“.

„ 1584 (1226) Chrysanthum episcopum (Spoletanum) hortatur, ut Valeriano, ecclesiae Firmanae notario, qui beato Savino oratorium condiderit, eiusdem martyris sanctuaria praebeat. Reg. IX. 59, (Maur. IX. 71, Guss. VII. ind. II. ep. 73). — „Valerianus“.

„ 1585 (1227) Constantio, episcopo Narniensi, visitatori ecclesiae Interamnensis, administrationem quoque eiusdem ecclesiae demandat. Reg. IX. 60, (Maur. IX. 72, Guss. VII. ind. II. ep. 74). — „Fraternitati vestrae“.

Nov. Dec. 1586 (1343) Bonifatium, episcopum Rhegiensem, hortatur, ut ecclesiae suae cum Gre-

**598.** (*Ind. 1. — 1. Sept. — 2.*)

gorio expraefecto litem componat, eiusdemque homines ac possessiones commendatos sibi habeat. Reg. IX. 61, (Maur. X. 58, Guss. VIII. 58). — „Sacerdotali proculdubio“.

Nov. Dec. 1587 (1344) Iohanni Surrentino et Fortunato Neapolitano episcopis atque Anthemio subdiacono Gregorii expraefecti homines et possessiones commendat. Reg. IX. 62, (Maur. X. 59, Guss. VIII. 59). — „Ea, quae filiis nostris“.

” ” 1588 (1448) Azimarchum scribonem rogat, curet, ut Laurentius, vir clarissimus, portitor praesentium, apud Leontium exconsulem Bonifatii quondam numerarii, qui aliquam hereditatis partem xenodochio ad sanctum Petrum reliquerit, rationes sine difficultate exponat. Reg. IX. 63, (Maur. XII. 16, Guss. X. 18). — „Magnitudinem vestram“.

” ” 1589 (1449) A Maurilione, expraefecto in Sicilia, quotiens scribendi se occasio dederit, litteras poscit. Reg. IX. 64, (Maur. XII. 17, Guss. X. 19). — „Valde miramur“.

” ” 1590 (1450) Maurentium, magistrum militum, hortatur, ut Comitiolum (?), de ecclesia Romana in Minati castro bene meritum, in pristinam gratiam recipiat. Reg. IX. 65, (Maur. VIII. 19, Guss. X. 20). — „Veniens dilectissimus“.

” ” 1591 (1202) Agilulfo, regi Langobardorum, de pace composita gratias agit. Duces, „et maxime in his partibus constitutos“, ut pacem turbare vetet, rogat. Reg. IX. 66, (Maur. IX. 42, Guss. VII. ind. II. ep. 41), Pauli diac. Hist. Lang. IV. c. 9. — „Gratias excellentiae“.

” ” 1592 (1203) Theodelindae, Langobardorum reginae, pacis adiutrici gratulatur. Hortatur, cum rege agat, „quatenus christianae reipublicae societatem non renuat“. „Nam sicut et vos scire credimus“, inquit „multis modis est utile, si se ad eius amicitias conferre voluerit“. Reg. IX. 67, (Maur. IX. 43, Guss. VII. ind. II. ep. 42), Pauli diac. Hist. Lang. IV. c. 9. — „Quia excellentia vestra“.

” ” 1593 (1310) Anthemio subdiacono mandat, ut una cum Fortunato, episcopo Neapolitano, et, si visum ei fuerit, cum glorioso Maurentio Petri clerici, latoris praesentium, causam examinet. Reg. IX. 68, (Maur. X. 41, Guss. VIII. 26). — „Petrus clericus“.

” ” 1594 (1309) Fortunato, episcopo Neapolitano, praecipit, ut adhibito Anthemio subdiacono Petri clerici, praesentium portitoris, causam diiudicet, qui interdictum sibi esse queratur, ne in accusatores suos inquisitionem postularet. Reg. IX. 69, (Maur. X. 40, Guss. VIII. 25). — „Valde nos vestra“.

” ” 1595 (1451) Eupaterio, duci Sardiniae, Waldaric, latorem praesentium, et eius uxorem de civitate Romana, qui reverti desiderant, commendat. Reg. IX. 70, (Maur. XII. 18, Guss. X. 21). — „Cum lator praesentium“.

” ” 1596 (1442) Passivo, episcopo Firmano, mandat, ut oratorium, ab Anione comite in castro Aprutino conditum, beato Petro consecret. Reg. IX. 71, (Maur. XII. 11, Guss. X. 10). — „Anio comes“.

” ” 1597 (1292) Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut Cethegi et Florae coniugum nomine decem auri libras Basilio, episcopo Capuano, in Sicilia moranti, persolvat. Reg. IX. 72, (Maur. X. 9, Guss. VIII. 10). — „Gloriosi filii nostri“.

” ” 1598 (1446) Azimarcho scriboni, qui, naufragio facto, incolumis in Siciliam evaserit, gratulatur. Reg. IX. 73, (Maur. XII. 14, Guss. X. 17). — „Quanto nos cognitus“.

” ” 1599 (1445) Fantino defensori mandat, caveat, ne quid rerum depereat, quas Primigenius, notarius suus, partim Romanae ecclesiae, partim coniugi fratrisque filio reliquerit. Praesente Consentio puero, ipsarum rerum custode, omnem hereditatem Romam transmittat et summam redituum indicare festinet. Reg. IX. 74, (Maur. XII. 13, Guss. X. 15). — „Cognoscat experientia tua“.

” ” 1600 (1317) Secundino episcopo (Tauromenitano) mandat, ne de unciis senis ecclesiae Locrensi et monasterio S. Christophori, a Dulcino, Marciani episcopi Locrensis decessore, legatis, vexari monasterium patiatur; sed persistat ita, ut ille cum Rufino episcopo Maximiani episcopi temporibus statuerit. Reg. IX. 75, (Maur. X. 33, Guss. VIII. 33). — „Scripta fraternitatis vestrae“.

” ” 1601 (1308) Fortunato, episcopo Neapolitano, praecipit, ut Theodoro, „viro magnifico maiori populi“, portas, et Rustico, viro clarissimo seniori, aquaeductum illico restituat. Reg. IX. 76, (Maur. X. 25, Guss. VIII. 24). — „Si scriptorum nostrorum“.

” ” 1602 (1345) Azimarcho scriboni affirmat, Gregorium expraefectum, praesentium portitorem, in Siciliam venire propter valetudinem antea non potuisse. Reg. IX. 77, (Maur. X. 60, Guss. VIII. 60). — „Quod praesentium portitor“.

**598.** (*Ind. 1. — 1. Sept. — 2.*)

Nov. Dec. 1603 (1346) Romano defensori scribit, quod Gentio scribo possessionem iuris ecclesiastici sub libellorem specie tenere voluerit. Quod cum ipse propter malos scribones interdixerit, praecipit, ut ei quotannis ex ciusdem possessionis reditibus tribuat porcos viginti, vervices viginti et gallinas sexaginta. Reg. IX. 78, (Maur. X. 64, Guss. VIII. 61). — „Quoniam filius noster Gentio".

Dec. 1604 (1184) Romano defensori praecipit et per eum Iohanni episcopo (Syracusano) „vel ceteris qui interesse possunt", ne eos, „qui in furtis publicis implicati sint", iniuste defendant. Reg. IX. 79, (Maur. IX. 27, Guss. VII. ind. II. ep. 24). — „Pervenit ad nos, quia".

„ 1605 (1231) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut, suscepta ecclesiae Misenatis visitatione, clerum plebemque ad eligendum episcopum adhortetur. Reg. IX. 80, (Maur. IX. 75, Guss. VII. ind. II. ep. 25). — „Cognoscentes Misenatem".

„ 1606 (1232) Clero, ordini et plebi Misenati praecipit, ut visitatori, Fortunato episcopo Neapolitano, obediant, neve episcopum eligere cessent. Reg. IX. 81, (Maur. IX. 76, Guss. VII. ind. II. ep. 26). — „Cognoscentes ecclesiam".

„ (Roma) 1607 (1185) Antonii, subdiaconi et xenodochii, in hac urbe Roma, quod Valerii dicitur", praepositi, atque Dometii, monasterii SS. Maximi et Agatae Panormitani, quod Lucuscanum dicitur, abbatis atque presbyteri, de possessionibus quibusdam in territorio Panormitano sitis, pactionem a paribus confirmat. Reg. IX. 82, (Maur. IX. 28, Guss. VII. ind. II. ep. 27). — „Sicut grave et".

**c. 598. 599.**

1607a *Columbano, Luxoviensi abbati, de paschae celebrandae tempore responsum dat. Vide Columbani epist. in Bibl. Patr. Lugd. XII. 31 et in Gregorii M. opp. ed. Maur. II. 1035 (not. a). Dicitur et in Vita S. Salabergae, Gregorium Columbano „melliflua scripta remisisse". Acta SS. Boll. 22. Sept. VI. 521.

**598 Dec. 599 Ian.**

1608 (1393) Iohanni, episcopo Syracusano, praecipit, ne diutius differat, quin de invasa Rusticianae patriciae possessione homines ecclesiae eius causam dicere cogat. Reg. IX. 83, (Maur. XI. 43, Guss. IX. 37). — „Petrus, vir clarissimus".

1609 (1478) Anthemio subdiacono (Campaniae) mandat, ut Accello seniori, qui Stephanum, praesentium portitorem, maritum ancillae ecclesiae Romanae, solidis octo ab hostibus redemerit, pecuniam restituat. Reg. IX. 84, (Maur. XII. 44, Guss. X. 50). — „Stephanus, praesentium".

1610 (1300) Clementinam patriciam in odio sibi esse, negat. Monet eam, ut iniurias acceptas ex memoria deponat. Epistolas frequentiores desiderat. Reg. IX. 85, (Maur. X. 15, Guss. VIII. 16). — „Abbate quodam ad".

**599.** (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3.*)

Ian. 1611 (1188) Venantio, episcopo Lunensi, mandat, Fidentiam aut cum gratia aut apud iudicem adducat, ut filiae Adeodatae, ancillae Dei, latrici praesentium, satisfaciat. Reg. IX. 86, (Maur. IX. 29, Guss. VII. ind. II. ep. 28). — „Quae sit Adeodatae".

„ 1612 (1189) Anthemio, subdiacono Neapolitano, mandat, ut massam Veneris, sitam in agro Minturnensi, Stephano, monasterii S. Marci Spoletani abbati, reddendam curet, sicut iam Benedictus I. papa (vide reg. 1044) praeceperat. Reg. IX. 87, (Maur. IX. 30, Guss. VII. ind. II. ep. 29). — „Aequitatis ius exigit".

„ 1613 (1470) Romano defensori, Anthemio Savinoque subdiaconis ac Sergio defensori a paribus possessiones hominesque Romani expraetoris commendat. Reg. IX. 88, (Maur. XII. 37, Guss. X. 41). — „Ea, quae sponte".

„ 1614 (1288) Savino subdiacono mandat, moneat Mariam, Pardi clerici uxorem, ut ex defuncti patris voluntate uncias duas latoribus praesentium, Stopaulo et Marcello, Comitioli quondam excubitoris libertis, duasque ecclesiae S. Georgii persolvat. Reg. IX. 89, (Maur. X. 5, Guss. VIII. 6). — „Latores praesentium Stopaulus".

„ 1615 (1204) Felici, Siciliano cuidam illustri, rescribit, Iohannem, episcopum Syracusanum, immerito accusari, cum iudicium non ab episcopo, sed ab eo ipso declinatum sit; quod subire maturet, monet. Reg. IX. 90, (Maur. IX. 44, Guss. VII. ind. II. ep. 43). — „Cum reverentissimi fratris".

**599.** (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3.*)

Ian. — 1616 (1205) Iohanni, episcopo Syracusano, scribit de controversia cum Felice, viro glorioso, aut bona cum gratia, aut iure dirimenda. Exemplar compromissi ac iudicati, ubi legebatur possessionem, quae Asinaria dicitur, quam ab hominibus Iohannis Felix invasam queritur, decessoris Iohannis Maximiani episcopi temporibus ex iudicio restitutam esse, transmittere iubet. Reg. IX. 91, (Maur. IX. 45, Guss. VII. ind. II. ep. 44). — „Ante aliquantum".

" — 1617 (1532) Theodoro curatori Petrum, virum magnificum, latorem praesentium, et eius matrem commendat. Reg. IX. 92, (Maur. XIII. 47, Guss. XI. 57). — „Postquam sic de".

" — 1618 (1190) Fausto, cuidam illustri, praecipit, ut ecclesiae Vulturnensis ministeria, quae quondam pater eius, Consentius (al. Constantius) defensor, curator patrimonii Campaniae, servanda ob ecclesiae desolationem susceperit, Anthemio subdiacono exhibeat. Reg. IX. 93, (Maur. IX. 31, Guss. VII. ind. II. ep. 30). — „Sicut res ecclesiasticae".

" — 1619 (1191) Anthemio subdiacono mandat, ut ecclesiae Vulturnensis ministeria, quae Consentius defensor quondam tulerat, a Fausto glorioso viro, filio eius, suscipiat. Reg. IX. 94, (Maur. IX. 32, Guss. VII. ind. II. ep. 31). — „Comperimus, ministeria".

" — 1620 (1547) Illustri cuidam (false tam codices mss., quam editiones titulum epistolae praecedentis „Anthemio subdiacono" hic repetunt) scribit de exarcho, qui „aliqua loquatur, quae omnes, qui eum ament, ad inimicitiam illius valeant excitare". Haec addit: „Quanta necessitas et quae nos mala constringant, et praesentis responsalis nostri relatione et ex epistolis fratris et coepiscopi mei Mariniani (Ravennatis) potestis agnoscere". Reg. IX. 95, (Maur. XIV. 15, Guss. XII. 28). — „Quia gloriam".

" — 1621 (1479) Eugenio notario significat, se monachis Bleranis agros quosdam in annos triginta sex concessisse. Reg. IX. 96, (Maur. XII. 45, Guss. X. 51). — „Servi Dei monasterii".

" — 1622 (1389) Vitum ecclesiae defensorem constituit. (Quam epistolam Paterio secundicerio suo scribendam se dictavisse eique subscripsisse addit). Reg. IX. 97, (Maur. XI. 38, Guss. IX. 33). — „Ecclesiasticae utilitatis" („Si nulli conditioni").

" — Romae — 1623 (1480) Felici, episcopo Portuensi, Iohannem, „iuris ecclesiastici famulum natione Savinorum ex massa Flaviana annorum decem et octo, iure directo donat". (Quam donationem a notario suo perscriptam relegit eique subscripsit). Reg. IX. 98, (Maur. XII. 46, Guss. X. 52). — „Caritatis vestrae gratia".

" — 1624 (1245) Severum, episcopum Anconitanum, secundum desiderium Bahan, magistri militum, ecclesiae Ausimatis, in reipublicae potestatem restitutae, visitatorem nominat, atque ut episcopum eligendum curet, monet. Reg. IX. 99, (Maur. IX. 89, Guss. VII. ind. II. ep. 90). — „Postquam civitas".

" — 1625 (1246) Clerum, ordinem et plebem Ausimatem hortatur, ut visitatori, Severo episcopo Anconitano, obtemperent, episcopumque eligant. Reg. IX. 100, (Maur. IX. 90, Guss. VII. ind. II. ep. 91). — „Cognoscentes ecclesiam".

" — 1626 (1192) Andream (scholasticum), adversis rebus afflictum, consolatur. Coniugem eius salutat. Reg. IX. 101, (Maur. IX. 33, Guss. VII. ind. II. ep. 32). — „Audiens, quod gloriam".

" — 1627 (1193) Venantio episcopo (Lunensi) de presbyteris vel diaconis in Aldionis, magistri militum, civitate ordinandis mandat. Qui ordinati populum illic ab infidelitate revocent et a gentilium cultu suspendant. Reg. IX. 102, (Maur. IX. 34, Guss. VII. ind. II. ep. 33). — „Quotiens ea, quae hortari".

" — 1628 (1194) Constantio, episcopo Mediolanensi, mandat, ut latorem praesentium, Iohannem, praefecturae vices acturum, salvis ecclesiae rebus, tueatur. De Vigilio, antecessore Iohannis, qui per scripta commendationis mutuas pecunias exegerit, queritur. Reg. IX. 103, (Maur. IX. 35, Guss. VII. ind. II. ep. 34). — „Quamvis ita fraternitas".

Febr. — 1629 (1195) Fortunato, episcopo Neapolitano, praescribit, curet, ut mancipia christiana per Iudaeos e Galliis adducta, „aut mandatoribus contradantur, aut certe christianis emtoribus intra diem quadragesimum venumdentur", neu Basilius Iudaeus christianos servos, filiis suis christianis ficte donatos, retineat. Reg. IX. 104, (Maur. IX. 36, Guss. VII. ind. II. ep. 35). — „Cognoscentes, qualis".

" — 1630 (1303) Anthemio subdiacono (Campaniae) praecipit, ut monachos Surrentinos, quos pro complenda Antonini quondam defensoris voluntate transmiserit, in emendis pos-

**599.** (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3.*)

sessionibus consilio iuvet. Reg. IX. 105, (Maur. X. 20, Guss. VIII. 19). — „Pervenit ad nos, quod".

Febr. 1631 (1483) Romano defensori mandat, ut eos, qui a ministris palatii urbis Romae ad accipiendum frumentum, ab imperatoribus concessum, missi sint, cum magnam necessitatem diversa officia praedicti palatii de annonis sustineant, Leontio (exconsuli) commendet. Reg. IX. 106, (Maur. XII. 49, Guss. XII. 29). — „Qualem necessitatem".

" 1632 (1196) Chrysantho, episcopo Spoletano, questionibus Valentini presbyteri motus, praecipit, ne monachos excommunicatos, qui ad loca eius confugerint, communione donari patiatur, utque monachum quemdam, antea servum, quod deseruerit, monasterio restituat. Reg. IX. 107, (Maur. IX. 37, Guss. VII. ind. II. ep. 36). — „Cum sit proprium".

" 1633 *Maurentio, magistro militum, scribit, agere studeat, ut Felix vir magnificus Mauro usuram nonaginta solidorum condonet. Vide sequentem epistolam. Reg. IX. 108, (Maur. IX. 38, Guss. VII. ind. II. ep. 37).

" 1634 (1197) Anthemio subdiacono mandat, inducat Felicem, virum magnificum, ut sorte contentus, usuram nonaginta solidorum Mauro, praesentium portitori, qui magnum dispendium passus erat, condonet. Una agat cum Fortunato episcopo (Neapolitano) et Maurentio magistro militum. Reg. IX. 108, (Maur. IX. 38, Guss. VII. ind. II. ep. 37). — „Maurus, praesentium".

" 1635 (1198) Romano, defensori Siciliae, de solidis sex Gaudioso, Syracusano defensori suo, qui inopia constrictus sit, ab hac secunda indictione quotannis impertiendis mandat. Reg. IX. 109, (Maur. IX. 39, Guss. VII. ind. II. ep. 38). — „Divinorum nos".

" 1636 (1199) Romano et Fantino defensoribus, Sabino subdiacono, Hadriano et Eugenio notariis, Felici subdiacono, Sergio et Bonifatio defensoribus a paribus et sex patronis mandat, episcopos hortentur, ne sub praetextu solatii in una domo cum mulieribus habitent, neque submissos sibi clericos cum feminis esse patiantur. Reg. IX. 110, (Maur. IX. 60, Guss. VII. ind. II. ep. 39). — „Quia sicut cauta".

" 1637 (1200) *„Wiffoni duci scribit de pace conservanda et quidquid ab hominibus reipublicae et eorum ... excessum est, auxiliante Deo, debeat ordinatio provenire". Reg. IX. 111, (Maur. ad. ep. IX. 60 in not. d, Gallicciolli IX. 60 not. e), Baluzii Misc. II. 12.

Mart. 1638 (1206) Sergio defensori mandat, ut, adhibitis Vitaliano episcopo (Sipontino) et Bonifatio notario et Iohanne tribuno, hereditatem Iohannis, Pantaleonis socrus avunculi intestato mortui, litteris consignet. Sacrata quaedam ministeria indagari iubet. Reg. IX. 112, (Maur. IX. 46, Guss. VII. ind. II. ep. 45). — „Quia Pantaleo".

Fbr.-Apr. 1639 (1311) Fortunato, episcopo Neapolitano, Augustini, portitoris praesentium, vice reliquorum saponariorum e Neapoli transmissi questione motus, mandat, Iohannem, virum clarissimum palatinum, hortetur, aut per praefectum cogat, ne saponariorum illorum corpori molestias exhibere pergat. Reg. IX. 113, (Maur. X. 26, Guss. VIII. 27). — „Augustinus praesentium".

" " 1640 (1328) Venantio, episcopo Lunensi, ut mittatur, quae monasterio Lunensi abbatissa praeficiatur, petenti, monacham mittit. Reg. IX. 114, (Maur. X. 43, Guss. VIII. 43). — „Fraternitatis vestrae adeo".

" " 1641 (1467) Ciridano sitonici curatori scribit, binas sibi ab eo litteras esse redditas, quarum alteris de „serenissimorum principum iussione" significaverit, „ut omnis tritici quantitas, quae in horreis Romanae ecclesiae suscepta fuerat, sibi (Ciridano) tradi per omnia deberet, et ut hoc ipsum pararetur in specie", alteris, quae per latorem praesentium Eutychium, virum magnificum, qui se inlustrem praefectum esse memorat, transmiserit „ut quae summa eiusdem sitonici ab horreariis ecclesiae sit suscepta, prodi inter acta publica deberet". Monet, ut, cum frumenta, quamvis difficile sit quia nec servari nec eo tempore emi poterant, cum magno dispendio „in specie praeparata" sint et quantitas per defensores ecclesiae prodita, reliqua ipse suscipiat, „nam" inquit, „quidquid post hoc in praedicta sitonici specie damni contigerit, amplius iam ad ecclesiae dispendium sciatis nullo modo pertinere". Reg. IX. 115, (Maur. XII. 34, Guss. X. 38). — „Gloriae vestrae dudum".

**599.** (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3.*)

Fbr.-Apr. — 1642 (1289) Theodorum curatorem iterum rogat, ut Iohannis, praefecti urbis, uxori, quae per Iohannem, clarissimum virum, praesentium latorem, Romam ad maritum deducatur, praesidium militare det usque Perusiam. Reg. IX. 116, (Maur. X. 6, Guss. VIII. 7). — „Quamvis gloriae".

„ „ — 1643 (1290) Marinianum, episcopum Ravennatem, hortatur, curet, ne Iohannis, praefecti urbis, uxor, quae per latorem praesentium, Iohannem virum clarissimum, Romam quam citissime deducatur, aliquo impedimento detineatur. Reg. IX. 117, (Maur. X. 7, Guss. VIII. 8). — „Gloriosissimus filius".

„ „ — 1644 (1390) Romano defensori Vitum, praesentium portitorem, commendat, quem „in defensorum schola", inquit „data ei solemniter epistola, militandum esse praevidimus". Reg. IX. 118, (Maur. XI. 39, Guss. IX. 34). — „Vitum".

„ „ — 1645 (1434) Fantino defensori mandat, hortetur Victorem, episcopum Panormitanum, ut litem inter ecclesiam suam et Maurentium, magistrum militum, ad finem perducere maturet. Aut pacifice causam terminet, aut iudicio apud Venantium patricium et Fantinum defensorem. Reg. IX. 119, (Maur. XII. 4, Guss. X. 4). — „Gloriosissimus filius noster".

„ „ — 1646 (1508) Savino subdiacono (regionario) mandat, ut Proculo episcopo (Nicoterensi) in emendandis ecclesiae rebus, per absentiam eius neglectis, opem ferat. Reg. IX. 120, (Maur. XIII. 24, Guss. XI. 29). — „Quare venerabilis".

„ „ — 1647 (1187) Anthemio subdiacono mandat, ut residua pecuniarum, quas Benenatus, episcopus Misenas, ad construendum castrum acceperit, Comitatio comiti, qui ea in idem opus impendat, tradat. Reg. IX. 121, (Maur. IX. 51, Guss. XI. 33). — „Pervenit ad nos".

„ „ — 1648 (1509) Savino, subdiacono regionario, informatus per Gregorium, latorem praesentium, hominem iuris ecclesiae Emolitanae, mandat, hortetur Palumbum episcopum (Consentinum), ut in rebus ecclesiae tuendis minus negligenter agat. Quem si negligentem deinde viderit, eius officium ipse impleat. Reg. IX. 122, (Maur. XIII. 25, Guss. XI. 30). — „Pervenit ad nos, reverentissimum".

„ „ — 1649 (1372) Vitalem defensorem (Sardiniae) Bonifatio notario, portitori praesentium, ad emenda mancipia Barbaricina misso, opitulari iubet. Reg. IX. 123, (Maur. XI. 23, Guss. IX. 18). — „Bonifatium, praesentium".

„ „ — 1650 (1454) Maurentium, magistrum militum, ut sub urbana persona sub celeritate sequentem epistolam (reg. 1652) ad Arogem ducem deferendam curet, rogat; Savinum commendat subdiaconum, cui ut trabes in ecclesiis beatorum Petri et Pauli necessarias, e Bruttiorum partibus ad locum unde hic per mare duci possint, trahat praeceperit, cuique ut auxilium praebeat se Arogi scripsisse docet. Reg. IX. 124, (Maur. XII. 20, Guss. X. 24). — „Propterea quod in".

„ „ — 1651 (1456) A Gregorio expraefecto petit, ut Savino, subdiacono suo, homines bovesque de possessionibus, quas illic in emphiteusin habeat, mittat ad amoliendas viginti trabes, ecclesiis beatorum Petri et Pauli destinatas. Reg. IX. 125, (Maur. XII. 22, Guss. X. 26). — „Scientes, quanta erga".

„ „ — 1652 (1455) Ab Aroge duce (Beneventano) petit, ut in trabibus, ecclesiis beatorum Petri et Pauli necessariis, e Bruttiis ad mare trahendis Savino, subdiacono suo, cum hominibus et bobus subveniri iubeat. Dignum exenium dum res perfecta fuerit, promittit. Reg. IX. 126, (Maur. XII. 21, Guss. X. 25), Pauli diac. Hist. Lang. IV. c. 19. — „Quia sic de gloria".

„ „ — 1653 (1457) Stephano (episcopo et Venerio Vibonensi episcopo) scribit de hominibus bobusque Savino subdiacono ad trabes ad mare trahendas auxilio mittendis. Addit ad Venerium episcopum: „Debes autem scire hanc tibi curam vehementer incumbere, cuius ecclesia trabes ipsas olim cultu proprio consueverat procurare". Reg. IX. 127, (Maur. XII. 23, Guss. X. 27). — „Quamvis fraternitatem vestram".

„ „ — 1654 (1458) Romano defensori mandat, ut Petrum defensorem, de massa iuris ecclesiae Romanae, quae Iutelas dicatur, oriundum, commoneat, „ne filios suos foris alicubi in coniugio sociare praesumat, sed in ea massa, qua lege et conditione ligati sint, socientur". Negat, se unquam concessurum, „ut foris de massa, in qua nati sint, aut habitare aut debeant sociari, sed et superscribi terram eorum". Reg. IX. 128, (Maur. XII. 25, Guss. X. 28). — „Petrus, quem defensorem".

Apr. — 1655 (1207) Savino subdiacono mandat, ut una cum Paulino (Taurianensi), Proculo

**599.** (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3.*)
(Nicoterensi), Palumbo (Consentino), Venerio (Viboniensi), Marciano (Locrensi) episcopis de cleri Rhegiensis et Bonifatii episcopi lite cognoscat. Reg. IX. 129, (Maur. IX. 47, Guss. VII. ind. II. ep. 46). — „Clerus ecclesiae“.

Apr. 1656 (1208) Paulino Taurianensi, Proculo Nicoterensi, Palumbo Consentino, Venerio Viboniensi, Marciano Locrensi episcopis, ut cum Sabino ad cognoscendam causam inter Bonifatium episcopum et clerum Rhegiensem conveniant, praecipit. Reg. IX. 134, (Maur. IX. 48, Guss. VII. ind. II. ep. 47). — „Clerus ecclesiae“.

„ 1657 (1447) Romano defensori mandat, ut Laurentium, virum clarissimum, praesentium portitorem, „pro rationibus nonae ac decimae indictionis faciendis“ missum, apud Leontium gloriosissimum (exconsulem) et apud Iohannem episcopum adiuvet in explicandis Bonifatii numerarii defuncti fortunis, quarum partem ille xenodochio, ad beatum Petrum constituto, reliquerit. Reg. IX. 130, (Maur. XII. 15, Guss. X. 16). — „Experientiam tuam non“.

„ 1658 (1435) Mariniano, episcopo Ravennati, latores praesentium, qui a Maurentio (magistro militum) missi sint pro percipiendo precario suo, commendat. Quibus ut Menam notarium deputet petit. Reg. IX. 131, (Maur. XII. 5, Guss. X. 5). — „Postquam gloriosissimo“.

„ 1659 (1436) Theodoro curatori commendat portitores praesentium, Maurentii, magistri militum, homines, ad precarium accipiendum missos. Reg. IX. 133, (Maur. XII. 6, Guss. X. 6). — „Quia de gloria“.

„ 1660 (1349) Hilario notario mandat, ut missam per Vitalem, praesentium portitorem,* ad Adeodatam abbatissam navem, si istuc venerit, „ab omni angaria vel onere exuat“. Reg. IX. 132, (Maur. X. 67, Guss. VIII. 64). — „Navem, in qua“.

„ 1661 (1209) Anastasio (episcopo) Antiocheno susceptum munus gratulatur. Pro vita imperatoris et eius coniugis atque sobolis orandum esse docet, quod eorum temporibus haereticorum ora conticescant. Addit de falsis quibusdam capitibus in codice quodam ad synodi Ephesinae acta annexis, ac de simonia vitanda. Reg. IX. 135, (Maur. IX. 49, Guss. VII. ind. II. ep. 48). — „Fraternitatis tuae scripta“.

„ 1662 (1432) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Matthaeo, viro clarissimo scholastico, solidos duodecim tribuat. Reg. IX. 136, (Maur. XII. 2, Guss. X. 2). — „Quotiens digna consideratione“.

Mai. 1663 (1097) Mariniano, archiepiscopo Ravennati, significat, Castorium, episcopum Ariminensem, ob diutinam valetudinem postquam datis induciis quadriennio a suis exspectatus est, Romae se episcopatu abdicasse. Mandat, successorem electum citet, probataque electione, consecrationis causa ad se mittat. Reg. IX. 138, (Maur. VII. 19, Guss. VII. ind. II. ep. 50). — „Qualiter ordinati“.

„ 1664 (1098) Clerum et plebem Ariminensem hortatur, cum abdicaverit Castorius, ut episcopum eligant, qui cum Mariniani, episcopi Ravennatis, testimonio ad percipiendam consecrationem Romam veniat. Reg. IX. 139, (Maur. VII. 20, Guss. VII. ind. II. ep. 51). — „Pastoralis nos cura“.

„ 1665 (1099) Sebastiano episcopo, ecclesiae Ariminensis visitatori, mandat, ut clerum plebemque Ariminensem de idoneo episcopo eligendo hortetur. Reg. IX. 140, (Maur. VII. 21, Guss. VII. ind. II. ep. 52). — „Pastoralis nos cura“.

„ 1666 (1253) Callinico, exarcho Italiae, latores harum litterarum, fidei reconciliatos, Romaque in Histriam revertentes, commendat. (Cf. reg. 1674.) Reg. IX. 141, (Maur. IX. 95, Guss. VII. ind. II. ep. 98). — „Apud excellentiam“.

„ 1667 (1233) Anthemio, Campaniae subdiacono, mandat, caveat, ne Importuni, defuncti episcopi Atellani, testamento damnum ecclesiae rebus afferatur. Et Atellanos et clerum ecclesiarum, quae Atellanae ecclesiae unitae sint (i. e. Cumanos) de eligendis episcopis moneri iubet. Reg. IX. 142, (Maur. IX. 77, Guss. VII. ind. II. ep. 53). — „Quorundam ad nos“.

„ 1668 (1329) Venantium, episcopum Lunensem, hortatur, ut secundum petitionem Agrippini presbyteri et Servandi diaconi ad reparandam ecclesiam Faesulanam viginti solidos conferat. Reg. IX. 143, (Maur. X. 44, Guss. VIII. 44). — „Quid petitio“.

„ 1669 (1433) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Siculum quemdam, „servum iuris publici“, qui a praesentium latore, Gallo nauclero, orationis gratia ad Campaniae partes perductus fuerit et in monasterio Misenate vestem monachicam sumpserit, ad

**599.** (*Ind.* 2. — 1. *Sept.* — 3.)

Fantinum defensorem mittat. Cui, quomodo cum actionariis publicis servum reposcentibus Panormi ageret, praescriptum a se esse addit. Reg. IX. 144, (Maur. XII. 3, Guss. X. 3). — „Lator praesentium Gallus".

Mai. 1670 *Fantino defensori mandat de Siculo quodam servo iuris publici. Vide epistolam praecedentem. Reg. IX. 144, (Maur. XII. 3, Guss. X. 3).

" 1671 (1391) Romano defensori mandat, ut Fausti possessionem, in quam actores ecclesiae Syracusanae iniuste irruerint, restitui iubeat. Reg. IX. 145, (Maur. XI. 41, Guss. IX. 35). — „Gloriosissimus filius".

" 1672 (1392) Iohanni, episcopo Syracusano, scribit de reddenda Fausti possessione, ab ecclesiae eius actoribus per vim occupata. Reg. IX. 146, (Maur. XI. 42, Guss. IX. 36). — „Gloriosissimus filius".

" 1673 (1210) Secundini, servi Dei inclusi, litteras laudat. Podagrae doloribus se vexari queritur. De antiqui hostis insidiis exponit. Ecclesias Orientales S. Leonis et synodi Chalcedoniae fidem sequi, refert. „Hinc est enim", inquit, „ut quoties in quatuor praecipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur". De Ibae epistola addit. De pontificum Romanorum ordinationibus, et de parvulorum sine baptismate mortuorum animabus explicat. (Sacerdotes lapsos, satisfactione acta, ad honorem redire debere, docet. Varia munera mittit, in his duos homiliarum codices, et „surtarias duas, imaginem Dei salvatoris et S. Dei genitricis Mariae, beatorumque apostolorum Petri et Pauli continentes"). (Haec epistola duobus exemplaribus nobis tradita est, quorum alterum haut caret accessionibus, quas hic uncis inclusimus). Reg. IX. 147, (Maur. IX. 52, Guss. VII. ind. II. ep. 54). — „Dilectionis tuae scripta".

" 1674 (1254) Mariniano, episcopo Ravennati, latores praesentium, Histros quosdam, qui schismati renunciaverint, commendat, commendarique exarcho cupit. (Cf. reg. 1666.) Reg. IX. 148, (Maur. IX. 96, Guss. VII. ind. II. ep. 99). — „Latores praesentium ad".

" 1675 (1168) Constantium, episcopum Mediolanensem, monet, ut una cum Mariniano, episcopo Ravennate, in civitate Ravennate de Maximo Salonitano iudicet. Castorio chartulario, ut exsecutionem huius causae faceret et de actis ad se referret, mandatum esse scribit. Reg. IX. 149, (Maur. IX. 67, Guss. VII. ind. II. ep. 69). — „Maximus Salonitanae".

" 1676 (1252) Romano, defensori Siciliae, Histros quosdam, praesentium portitores, ad episcopum suum, qui nunc in Siciliae deget partibus, euntes commendat. Quem episcopum, ad fidem reverti cupientem, ut Romam veniat, admoneri iubet. Reg. IX. 150, (Maur. IX. 94, Guss. VII. ind. II. ep. 97). — „Praesentium portitores".

" 1677 (1161) Andreae scholastico Castorium, chartularium suum, praesentium latorem, quem pro necessariis causis transmiserit, commendat. Reg. IX. 151, (Maur. V. 45, Guss. VII. ind. II. ep. 4). — „Qualiter de gloria".

" 1678 (1167) Habitatoribus Capreae insulae Istriae provinciae (Caprulensibus), ad fidem reversis, ut a latoribus praesentium, responsalibus eorum, audierit, gratulatur. Mandatum Mariniano, episcopo Ravennati, datum nunciat, ut pro schismatico episcopo successorem orthodoxum substitueret. (Vide reg. 1681). Reg. IX. 152, (Maur. IX. 97, Guss. VII. ind. II. ep. 100). — „Redemtor noster, Dei".

" 1679 (1249) Basilium, ut oppugnare Histricorum schisma pergat, hortatur. Castorium, chartularium suum, praesentium portitorem, pro quibusdam causis transmissum, commendat. Reg. IX. 153, (Maur. V. 46, Guss. VII. ind. II. ep. 94). — „Multum cor nostrum".

" 1680 (1165) Callinico, exarcho Italiae, victos Sclavos nuncianti, respondet, gaudere se, quod insulae Capritanae (Caprulensis) incolae ad ecclesiam reverti cupiant. De ordinanda insula se Mariniano, episcopo Ravennati, mandasse scribit. Imperiale „pro schismaticorum defensione" praeceptum surreptum appellat; haec vero addit: „Non tamen vobis praeceptum est, ut venientes ad unitatem ecclesiae repellatis, sed ut venire nolentes hoc incerto tempore minime compellatis." Maiorem domus Callinici accusat venalitatis. Romam eum S. Petri „natalitium die" (Aug. 1.) venturum esse, laetatur. Reg. IX. 154, (Maur. IX. 9, Guss. VII. ind. II. ep. 9). — „Inter hoc, quod mihi".

**599.** (*Ind.* 2. — *1. Sept.* — 3.)

Mai. 1681 (1166) Mariniano, episcopo Ravennati, exponit de Iohanne Pannoniaco, „in castello, quod Novas dicitur", episcopo constituto, pro quo in insula Capritana (Caprulensi), quasi per diocesim eidem castello violenter coniuncta, alius episcopus, qui in insula habitaret, constitutus sit. Hunc translata sede, cum catholicae ecclesiae una cum incolis coniungi voluerit, paullo post ad schismaticos rediisse, incolas vero in fide permansisse narrat. Mandat, ut si ad fidem catholicam reverti episcopus noluerit, novum episcopum ordinet, episcopatumque Caprulensem, „quousque ad fidem catholicam Histrici episcopi revertantur", suffraganeum teneat. Exarchum Callinicum petat, ut de hac causa imperatori referat. De Maximo Salonitano, per Callinicum exarchum diligenter commendato, cognitionem ei et Constantio, episcopo Mediolanensi, defert. Reg. IX. 155, (Maur. IX. 10, Guss. VII. ind. II. ep. 10). — „Latores ad nos".

„ 1682 *Anatolio (responsali suo Constantinopoli) mandat, ut imperatori de causa episcopi schismatici in insula Capritana (Caprulensi) innotescat. Vide epistolam praecedentem. Reg. IX. 155, (Maur. IX. 10, Guss. VII. ind. II. ep. 10).

„ 1683 (1222) Eusebium Thessalonicensem, Urbicum Dyrrachinum, Andream Nicopolitanum, Iohannem Corinthium, Iohannem primae Iustinianae, Iohannem Cretensem, Iohannem Larissensem et Scodritanum episcopos, ad synodum Constantinopoli congregandam invitatos, ne ullo pacto universalis episcopi appellationem Cyriaco concedant, hortatur. Reg. IX. 156, (Maur. IX. 68, Guss. VII. ind. II. ep. 70). — „Suscepti regiminis".

Mai. Iun. 1684 (1468) Desiderium episcopum (Viennensem) hortatur, ne Pancratium diaconum, latorem praesentium, a monachica, quam capessierit, vita ad ecclesiam revocet. Reg. IX. 157, (Maur. XII. 35, Guss. X. 39). — „Pancratius".

„ „ 1685 (1160) Marcellinum, proconsulem Dalmatiae, si Maximo Salonitano favere destiterit, ipsius gratiam recuperaturum esse, scribit. Reg. IX. 158, (Maur. IX. 5, Guss. VII. ind. II. ep. 3). — „Epistolam magnitudinis".

„ „ 1686 (1459) Maurentium, magistrum militum, hortatur, ut, „navigantibus aliis, et filio Domitii, viri magnifici, licentiam navigandi" concedat. Reg. IX. 159, (Maur. XII. 26, Guss. X. 29). — „Petiit Domitius".

„ „ 1687 (1251) Gulfarem, magistrum militum, hortatur, ut secundum zelum, de quo latores praesentium retulerint, quos in partibus a se gubernatis a schismate Histrico ad ecclesiam laudabili studio reduxerit, iis propugnatorem quoque se praestet. Reg. IX. 160, (Maur. IX. 93, Guss. VII. ind. II. ep. 96). — „Latores praesentium de".

„ „ 1688 (1250) Mastalonem, de cuius industria in corrigendis schismaticis responsalium suorum relatione comperit, laudibus prosequitur et confirmat. Item Theodosium, eius boni studii cooperatorem. Reg. IX. 161, (Maur. V. 47, Guss. VII. ind. II. ep. 95). — „Responsalium nostrorum".

Iun. 1689 (1186) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Benenatum (episcopum) Misenatem et accusatores eius, omnesque, quorum nomina in cartula accusationis legantur, Romam mittat. Reg. IX. 163, (Maur. IX. 50, Guss. XI. 32). — „Comperimus Benenatum".

„ 1690 (1228) Maurentio (magistro militum) commendat Theodosium, monasterii Campanici, a Liberio quondam patricio constructi, abbatem, eiusque monachos, qui vigiliis in muris agendis releventur. Reg. IX. 162, (Maur. IX. 73, Guss. VII. ind. II. ep. 75). — „Filius noster Theodosius".

„ 1691 (1224) Romano defensori secundum relationem Theodosii, abbatis monasterii a Liberio quondam patricio in Campania constructi, mandat, videat, quae de construendo in Sicilia monasterio Rustica, illustris femina, ante annos viginti unum testamento statuerit, uti ea a Felice iugali, eius herede, perficiantur. Monasterium ipsum ei commendat. Reg. IX. 164, (Maur. IX. 24, Guss. VII. ind. II. ep. 16). — „Filius noster Theodosius".

„ 1692 (1285) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat, ut ecclesiam, ex Romani, clarissimi viri, testamento conditam, sanctis Hermae, Sebastiano, Cyriaco, Pancratio consecret. Reg. IX. 165, (Maur. X. 2, Guss. VIII. 2). — „Fraternitati vestrae esse".

„ 1693 (1229) Crysantho, episcopo Spoletano, mandat, ut ecclesiae Mevaniensi, cuius visitationem biennio ante more scrinii absque clericorum provectionibus susceperit,

599. (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3.*)

petentibus latoribus praesentium, Mevaniensibus clericis, aut, qui praeponatur episcopus, quaerat, aut presbyteros praeficiat. Reg. IX. 166, (Maur. III. 64, Guss. VII. ind. II. ep. 76). — „Ante hoc biennium".

Iun. 1694 (1045) Castorio, notario suo Ravennae, mandat, exquirat, utrum quatuor vel quinque, an pluribus litaniis episcopi Ravennates pallio uti consuerint, „ut" inquit „veritate cognita Mariniani animos relevemus". Reg. IX. 167, (Maur. VI. 34, Guss. VII. ind. II. ep. 77). — „Dum Florentius".

Iun. Iul. 1695 (1439) Castorio, notario suo, mandat, ut de possessione quadam inter Ravennate SS. Marci, Marcellini et Feliculae monasterium et ecclesiam Romanam controversa iudices constituendos curet. Reg. IX. 168, (Maur. X. 30, Guss. X. 9). — „Experientiae tuae in".

„ „ 1696 (1258) Sergio, defensori Siponti, mandat, ut Fruniscendum, nisi Petro, episcopo Hydruntino, quae ecclesiae eius debeant, sponte persolverit, subire iudicium cogat. Reg. IX. 169, (Maur. IX. 101, Guss. VII. ind. II. ep. 106). — „Reverentissimus frater noster".

„ „ 1697 (1296) Romano, defensori Siciliae, mandat secundum relationem Fusci, abbatis monasterii sanctorum Erasmi et Maximi et Iulianae, quod Neapoli a clarissima femina Alexandria fundatum est, de massa Papyrianensi, in Sicilia sita, inter monasterium suprascriptum et xenodochium S. Theodori dividenda. Reg. IX. 170, (Maur. X. 13, Guss. VIII. 14). — „Fuscus".

„ „ 1698 (1295) Fortunato, episcopo Neapolitano, Fusci abbatis, praesentium latoris, monasterium commendat. Reg. IX. 171, (Maur. X. 12, Guss. VIII. 13). — „Quamvis et ratio".

„ „ 1699 (1297) Fantino, defensori Panormitano, mandat, ut codices velaque monasterii infrascripti, a Constantio presbytero quondam in Siciliam deportata, post mortem eius Fusco abbati monasteriorum sancti Archangeli, quod Macharis dicitur, et sanctorum Maximi et Erasmi et Iulianae restituenda curet. Reg. IX. 172, (Maur. X. 14, Guss. VIII. 15). — „Fuscus".

Iul. 1700 (1230) Domnello erogatori mutuum amorem testatur. Quod non Castorio chartulario ad eum veniente, litteras miserit, aegritudine et occupatione excusat. Eum feliciter Romam proficisci optat. Reg. IX. 173, (Maur. IX. 74, Guss. VII. ind. II. ep. 78). — „In nostra mente".

„ 1701 (1373) Iohannem, tribunum Sipontinum, hortatur, ut una cum Vitaliano episcopo iudicet de epistolae huius latore, per Bonifatium, notarium suum, in libertatis discrimen vocato. Reg. IX. 174, (Maur. XI. 24, Guss. IX. 19). — „Lator praesentium de".

„ 1702 (1234) Eulogio, patriarchae Alexandrino, significat de expedito huius epistolae latoris negotio; de causa quadam occulta, „de qua" inquit „vobis iam etiam in Constantinopolitanam urbem venientibus scribere curavi"; de maioribus lignis ob navis exiguitatem non missis. Queritur, se „et podagrae doloribus, et barbarorum gladiis et curarum afflictionibus incessanter premi". Reg. IX. 175, (Maur. IX. 78, Guss. VII. ind. II. ep. 79). — „Scripta dulcissimae".

„ 1703 (1237) Maximum, episcopum Salonitanum, ad obedientiam reversum, poenitentiaque affectum, in gratiam et communionem recipit, monetque, ut nuncium ad pallium percipiendum Romam mittat. Maxime exarchi Callinici petitione se motum esse addit, ut temperantius cum eo agat. (Epistola Castorio notario [chartulario] Ravennati, cum Roma Ravennam proficiscatur, tradita, ut Maximo solummodo post receptam communionem reddatur. Vide epistolam 1705). Reg. IX. 176, (Maur. IX. 81, Guss. VII. ind. II. ep. 82). — „Quamvis culpabilibus".

„ 1704 (1235) Mariniano, episcopo Ravennati, comperta eius petitione per latorem praesentium, Castorium chartularium, mandat, ut in Maximum, episcopum Salonitanum, qui excommunicatus sacra procurare ausus sit, si iureiurando coram ipso et Castorio chartulario simoniam diluerit, poenam statuat clementem. Reg. IX. 177, (Maur. IX. 79, Guss. VII. ind. II. ep. 80). — „Quae de causa".

„ 1705 (1236) Castorio, notario suo Ravennae, mandat, ut Maximo Salonitano, si simoniam purgaverit, et poenitentiam inobedientiae susceperit, eam, quae supra sub numero 1703 data est, epistolam tradat, cum eoque Sabinianum, episcopum Iadertinum,

**599.** (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3.*)

et Honoratum archidiaconum reconciliet. Reg. IX. 178, (Maur. IX. 80, Guss. VII. ind. II. ep. 81). — „Quanto credi".

Iul. 1706 (1427) Claudium abbatem (monasterii sanctorum Iohannis et Stephani Classitani, vide reg. 1139) cum Severo episcopo praeter exspectationem non venisse, dolet. Epistolas suas, sicut voluerit, secreto se legisse, sed de negotio sibi scripto nihil fieri posse addit. Ut quam primum veniat et quinque vel sex menses cum ipso commoretur, praecipit. Reg. IX. 179, (Maur. VII. 45, Guss. IX. 72). — „Veniente viro".

" 1707 (1240) Benenatum, episcopum Tyndaritanum, hortatur, ut oratorium, a Ianuaria in massa Furiana conditum, sanctis Severino et Iulianae consecret. Reg. IX. 180, (Maur. IX. 84, Guss. VII. ind. II. ep. 85). — „Ianuaria, religiosa".

" 1708 (1241) Fortunato, episcopo Neapolitano, mandat de sanctorum Severini et Iulianae reliquiis concedendis Ianuariae. Reg. IX. 181, (Maur. IX. 85, Guss. VII. ind. II. ep. 86). — „Ianuaria, religiosa".

" 1709 (1331) Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, agat cum Leontio exconsule, ne, quem evocaverit, Crescentium, vicarium suum, latorem praesentium, iniuriis affici patiatur. Reg. IX. 182, (Maur. X. 46, Guss. VIII. 47). — „Dum lator praesentium".

" 1710 (1242) Constantio, episcopo Mediolanensi, reliquias beati Pauli apostoli et beatorum Iohannis et Pancratii per Eventium diaconum, latorem praesentium, mittit. Reg. IX. 183, (Maur. IX. 86, Guss. VII. ind. II. ep. 87). — „Lator praesentium Eventius".

" 1711 (1211) Constantio, episcopo Mediolanensi, significat, se ex relatione latoris praesentium, Eventii diaconi, comperisse, clericos Comenses, qui nondum ad unitatem ecclesiae reversi sint, de possessione, quae villa Mauriana dicitur, ab ecclesia Romana eis ablata queri. Quam possessionem si eis iure competat, etiam si ad communionem forte reverti distulerint, restitui iubet. Sed si se converterint, etiamsi nihil iis competat, villam istam concedit. De hortis ex substantia Italiae ecclesiae Mediolanensi competentibus personam ad iudicium se ilico transmissurum promittit. Epistolam pro commendatione nuntiorum Anatolio diacono se scripsisse addit. Reg. IX. 186, (Maur. IX. 53, Guss. VII. ind. II. ep. 57). — „Latore praesentium, communi".

" 1712 (1243) Gaudioso, episcopo Eugubino, ecclesiae Tadinatis visitatori constituto, mandat, ut clerum plebemque ad eligendum episcopum excitet. Reg. IX. 184, (Maur. IX. 87, Guss. VII. ind. II. ep. 88). — „Cognoscentes ecclesiam".

" 1713 (1244) Clerum, ordinem et plebem Tadinatem et obedire visitatori, Gaudioso episcopo Eugubino, et episcopum eligere iubet. Reg. IX. 185, (Maur. IX. 88, Guss. VII. ind. II. ep. 89). — „Agnoscentes ecclesiam".

" 1714 (1212) Anatolio, diacono Constantinopolitano, nuncios Constantii, episcopi Mediolanensis, commendat. Reg. IX. 187, (Maur. IX. 54, Guss. VII. ind. II. ep. 58). — „Reverentissimus frater".

" 1715 (1354) Mariniano, episcopo Ravennati, significat, se de Florentio, diacono eius Constantinopolim mittendo, ad Anatolium diaconum diligenter scripsisse. De ordinatione cuidam tribuenda addit. Reg. IX. 188, (Maur. XI. 6, Guss. IX. 2). — „Fraternitatis vestrae scripta".

" 1716 (1355) Anatolio, diacono et apocrisiario Constantinopolitano, Mariniani, episcopi Ravennatis, diaconum commendat. Reg. IX. 189, (Maur. XI. 7, Guss. IX. 3). — „Frater et coepiscopus".

" 1717 (1440) Anthemio subdiacono praecipit, ut qui in ecclesiae Romanae fundo aedificium ea lege posuerit, ut quotannis duos solidos solveret, Adeodatum, praesentium latorem, ad inopiam redactum, dimidia tributi parte relevet. Reg. IX. 190, (Maur. XII. 9, Guss. X. 10). — „Indicavit nobis Adeodatus".

" (Romae) 1718 (1469) Bonino defensori latores praesentium, monachos ad colligenda monasterii S. Demetrii in hac urbe Romana siti mancipia fugitiva missos, commendat. Reg. IX. 191, (Maur. XII. 36, Guss. X. 40). — „Filius noster Fortunatus".

" 1719 (1366) Anthemio subdiacono praecipit, ne Herenae, gloriosae feminae, homines ab ecclesiae Romanae actoribus iniuste detineri sinat. Reg. IX. 192, (Maur. XI. 18, Guss. IX. 12). — „Gloriosa filia nostra Herene".

" 1720 (1367) Anthemio subdiacono Donatum, latorem praesentium, commendat. Reg. IX. 193, (Maur. XI. 19, Guss. IX. 13). — „Donatus, lator".

**599.** (*Ind.* 2. — *1. Sept.* — 3.)

Iul. 1721 (1368) Scholastico defensori praecipit, ut Calumnioso, episcopo Ortonensi, praeter condumam datam, vineolam locet, et episcopium detentum restituat, et duos, quos Ferrocinatus eidem legaverit, casales tradat. Reg. IX. 194, (Maur. XI. 20, Guss. IX. 14). — „Ante aliquantum temporis".

„ 1722 (1162) Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut synagogam, a Petro quondam Iudaeo paschali die dominico (d. 30. m. Martii 598) occupatam, imagine Mariae cruceque, quas idem Petrus imposuerit, remotis, Iudaeis restituat; „quia" inquit „sicut legalis definitio Iudaeos novas non patitur erigere synagogas, ita quoque eos sine inquietudine veteres habere permittit". Nunciat, „finita hac pace, Agilulfum Langobardorum regem pacem non facturum"; Caralim igitur aliaque loca praemuniri iubet. Reg. IX. 195, (Maur. IX. 6, Guss. VII. ind. II. ep. 5). — „Iudaei de civitate".

„ 1723 (1321) Eusebium, archiepiscopum Thessalonicensem, hortatur, ut Lucae presbytero et Petro clerico, de reprobata synodo Chalcedonia suspectis, quaestionem faciat. Reg. IX. 196, (Maur. X. 42, Guss. VII. ind. II. ep. 6). — „Si quam magna".

„ 1724 (1163) Ianuario, episcopo Caralitano, praecipit, ut Siricae, abbatissae monasterii sanctorum Gavini et Luxorii, testamentum rescindat, quae, quamquam monachica veste abstinuerit, ordinatione tamen accepta, et res suas monasterio cesserit, et testandi ius amiserit. Reg. IX. 197, (Maur. IX. 7, Guss. VII. ind. II. ep. 7). — „Quia ingredientibus".

„ 1725 (1313) Fantino, defensori Siciliae, mandat, hortetur Decium, episcopum Lilybaetanum, ut pecunias, pro ecclesia expensas, Savino, viro clarissimo, praesentium portitori, qui per indictiones tertiam decimam et primam Lilybaetanae civitatis defensor fuerat, restituat. Reg. IX. 198, (Maur. X. 28, Guss. VIII. 29). — „Savinus, vir".

„ 1726 (1201) Romanum, defensorem Siciliae, de praecepto suo mense Novembrio praesentis secundae indictionis dato (vide supra reg. 1572) non observato reprehendit, hortaturque, ut Callixeno domum continuo reddat. Reg. IX. 199, (Maur. IX. 40, Guss. VII. ind. II. ep. 40). — „Mense Novembrio".

„ 1727 (1259) Sergio defensori mandat, ut Petrum, „artis pistoricae" puerum, qui ex iure germani sui (Gregorii) ab Occilane, magnifico civitatis Hydruntinae tribuno, ad eum Romam perductus Hydruntum versus profugerit, comprehendendum, Romamque navi reportandum curet. Reg. IX. 200, (Maur. IX. 102, Guss. VII. ind. II. ep. 107). — „Filius noster, vir".

„ 1728 (1221) Anatolio diacono (Constantinopolitano) commendat epistolae huius latores, qui, relicto schismate, episcopos Histricos postulatum Constantinopolim proficiscantur. Reg. IX. 201, (Maur. IX. 66, Guss. VII. ind. II. ep. 68). — „Latores praesentium, qui".

„ 1729 (1164) Vincentio, Innocentio, Mariniano, Libertino, Agathoni et Victori, Sardiniae episcopis, praescribit, ut de paschatis tempore metropolitam vetere consuetudine interrogare pergant, neve sine „cognitione vel epistolis" eius insula egrediantur. Reg. IX. 202, (Maur. IX. 8, Guss. VII. ind. II. ep. 8). — „Cognovimus, quod mos".

„ 1730 (1219) Vitalem, defensorem Sardiniae, reprehendit, quod clericis Caralitanis, (Ianuario) episcopo adversantibus, propugnatorem se praestiterit. Monet, ne „rusticos possessionis eiusdem Caralitanae ecclesiae, rura propria deserentes, in privatorum possessionibus culturam laboris exhibere" patiatur. De monasteriorum causis addit. Reg. IX. 203, (Maur. IX. 64, Guss. VII. ind. II. ep. 66). — „Indicatum nobis est".

„ 1731 (1220) Ianuarium, episcopum Sardiniae (Caralitanum), hortatur, ut clericos contumaces coerceat; monasterio S. Iuliani hereditatem quandam exhiberi iubeat; idolorum cultores, aruspices, sortilegos comprimat; videatque, „ne saecularibus viris res ecclesiasticae committantur, sed probatis clericis". Reg. IX. 204, (Maur. IX. 65, Guss. VII. ind. II. ep. 67). — „Pervenit ad nos, quod".

„ 1732 (1256) Occilani, tribuno Hydruntino, qui, Ravennae ordinatione ab exarcho accepta, feliciter redierit, gratulatur. Monet, ut Sabinum (lege: Sabinianum) episcopum (Callipolitanum), qui veniens Romam graves querelas edixerit, civesque eius a Viatoris extribuni iniuriis defendat. Dicit: „Scitis enim, quod locus ipse ecclesiae nostrae sit proprius, et ipsi pauci, qui illic rustici remanserunt, si incompetentibus angariis affliguntur, locum deserunt, et hostibus datur occasio illum pervadendi." Reg. IX. 205, (Maur. IX. 99, Guss. VII. ind. II. ep. 104). — „Cognoscentes magnitudinem".

**599.** (*Ind.* 2. — 1. *Sept.* — 3.)

Jul. 1733 (1257) Sabinianum, episcopum Callipolitanum, hortatur, ne homines castri Callipolitani, qui locus ecclesiae Romanae sit, premi oneribus illicitis, longinquis angariis, multisque dispendiis patiatur. Exemplaria privilegiorum ecclesiae Callipolitanae de scrinio Romano se misisse memorat; homines massae ipsius Callipolitanae a futura tertia indictione eius curae subiungit. Ad Sergium defensorem hac de causa se scripsisse addit. Reg. IX. 206, (Maur. IX. 100, Guss. VII. ind. II. ep. 105). — „Indicatum nobis est".

„ 1734 *Sergio, defensori Sipontino, mandat, ut Sabiniano episcopo contra illicitas molestias hominum Callipolitani castri adsit, ac in regimine massae Callipolitanae ei auxilium praebeat. Vide epistolam praecedentem. Reg. IX. 206, (Maur. IX. 100, Guss. VII. ind. II. ep. 105).

„ 1735 (1260) Fortunatum, episcopum Neapolitanum, monet, ne in Agnellae abbatissae, latricis praesentium, monasterio sinat milites hospitari. Reg. IX. 207, (Maur. IX. 103, Guss. VII. ind. II. ep. 108). — „Insinuavit nobis latrix".

„ 1736 (1262) Sereno, episcopo Massiliensi, Cyriacum abbatem, latorem praesentium, ad Syagrium, episcopum Augustodunensem, euntem commendat. Comperisse se, scribit, eum „in ecclesiis imagines confregisse atque proiecisse". Addit haec: „Et quidem zelum vos, ne quid manufactum adorari possit, habuisse, laudamus, sed frangere easdem imagines non debuisse iudicamus; idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi, qui litteras nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quae legere in codicibus non valent." Reg. IX. 208, (Maur. IX. 105, Guss. VII. ind. II. ep. 110). — „Quod fraternitati vestrae".

„ 1737 (1476) Romano, defensori Siciliae, mandat, ut Salustium, virum clarissimum, ab iniuriis in Luminosum, praesentium latorem, servum ecclesiae S. Mariae, in parochia Grumentina sitae, dehortetur. Reg. IX. 209, (Maur. XII. 42, Guss. X. 48). — „Luminosus".

„ 1738 Clero, ordini et plebi Ariminensi Iohannem episcopum a se ordinatum commendat. Addit de praeceptis ei traditis. Reg. IX. 210. (Cf. quae exponam in Neues Archiv VII.). — „Probabilibus desideriis".

†1739 Clero, ordini et plebi Ariminensi Agnellum episcopum a se ordinatum commendat. Addit de praeceptis ei traditis. Tonini, Rimini II. 404. (Hanc epistolam ex formula Libri diurni n. VII apud Rozière p. 22 falsificatam esse, probabo in Neues Archiv VII.). — „Probabilibus desideriis".

„ 1740 (1275) Vantilono et Arigio Gallis latorem praesentium, Hilarium, commendat. Reg. IX. 211, (Maur. IX. 118, Guss. VII. ind. II. ep. 123). — „Ad maiorem gloriae".

„ 1741 (1274) Brunichildae, reginae Francorum, Hilarium, epistolae huius latorem, commendat. Reg. IX. 212, (Maur. IX. 117, Guss. VII. ind. II. ep. 122). — „Cum in regni regimine".

„ 1742 (1276) Asclepiodoto (patricio) in Galliis Hilarium, praesentium portitorem, commendat. Reg. IX. 225, (Maur. IX. 119, Guss. VII. ind. II. ep. 124). — „Qui terrenis rebus".

„ 1743 (1266) Brunichildam, reginam Francorum, ut synodum fieri iubeat, rogat. Quae synodus praesente Cyriaco abbate et sub cura Syagrii, episcopi Augustodunensis, habeatur. Significat de pallio, Syagrio episcopo pro eo, quod se in ea praedicatione, quae in Anglorum gente auctore Domino facta sit, devotum vehementer adhibuerit, concesso. Ne Iudaeis mancipia christiana habere liceat, petit lege sanciri. Reg. IX. 213, (Maur. IX. 109, Guss. VII. ind. II. ep. 114). — „Postquam excellentiae".

„ 1744 (1267) Theodericum et Theodebertum, reges Francorum, eadem, quae Brunichildam superioribus litteris (reg. 1743), poscit. Reg. IX. 215, (Maur. IX. 110, Guss. VII. ind. II. ep. 115). — „Cum regni vestri".

„ 1745 (1268) Virgilium, episcopum Arelatensem, monet, ut privilegia monasterii Arelatensis, a Childeberto rege constituta, quae tum Vigilius, decessor suus Aurelio eius temporis episcopo, tum ipse confirmaverit, tueatur. Reg. IX. 216, (Maur. IX. 111, Guss. VII. ind. II. ep. 116). — „Cum piae desiderium".

„ 1746 (1425) Aurelianum („et Francis" forsitan „in Franciis") post fratris mortem ab adversariis vexatum consolatur. Reg. IX. 217, (Maur. XI. 75, Guss. IX. 70). — „Audito dulcissimi filii".

**599.** (*Ind.* 2. — *1. Sept.* — *3.*)

Iul. 1747 (1263) Syagrium (Augustodunensem), Etherium (Lugdunensem), Virgilium (Arelatensem), Desiderium (Viennensem), episcopos Galliarum, a paribus monet de simonia tollenda, de episcopali honore laicis ad sacrum munus non praeparatis negando, de prohibendo clericorum mulierumque contubernio, de conciliis semel saltem in anno per parochias habendis. Quibus de rebus synodo congregata statui iubet, praesentibus Aregio episcopo (Vapincensi) et Cyriaco abbate. De omnibus causis Syagrium episcopum cum synodo, Cyriaco abbate revertente, referre sibi praecipit. Reg. IX. 218, (Maur. IX. 106, Guss. VII. ind. II. ep. 111). — „Caput nostrum".

„ 1748 (1264) Aregium episcopum (Vapincensem) suorum obitu afflictum, consolatur, eique et archidiacono eius usum dalmaticarum, per Cyriacum abbatem missarum, concedit. Synodo a Syagrio, episcopo Augustodunensi, congregandae interesse et ordinem eius sibi referre eum iubet. Reg. IX. 219, (Maur. IX. 107, Guss. VII. ind. II. ep. 112). — „Fraternitatis vestrae afflictio".

„ 1749 (1269) Desiderio, episcopo in Franciis (Viennensi), pallii privilegium, velut antiquitus huius sedis episcopis datum, confirmari cupienti, respondet, tabulas rei testandae causa mittat, quarum in ecclesiae Romanae tabulario nihil inventum sit. Reg. IX. 220, (Maur. IX. 112, Guss. VII. ind. II. ep. 117). — „Fraternitatis vestrae desiderium".

„ 1750 (1420) Candido, presbytero in Franciis, Aurelium presbyterum, latorem praesentium, quem muneri presbyteri aut abbatis in possessione aliqua sancti Petri praeponat, commendat. Reg. IX. 221, (Maur. XI. 70, Guss. IX. 65). — „Lator praesentium filius".

„ 1751 (1265) Syagrium, episcopum Augustodunensem, qui praedicationis operis, quam diu cogitans Anglorum genti per Augustinum, quondam monasterii sui (Gregorii) praepositum, nunc coepiscopum, impendere studuerit, adiutor fuerit, pallii iure ornat et ei concedit, „ut, metropolitae suo per omnia loco et honore servato, ecclesia civitatis Augustodunae post Lugdunensem ecclesiam (prima) esse debeat". De synodo ad sanandos mores pravos congreganda addit. Reg. IX. 222, (Maur. IX. 108, Guss. VII. ind. II. ep. 113). — „Magistra bonorum".

„ 1752 (1270) Syagrio, episcopo Augustodunensi, mandat, ut et Menatem episcopum (Telesinum?), qui „de dioeceseos nostrae ordinatione profectus" est Galliam, cuiusque mores turpitudinem sibi infligant, et Theodorum episcopum, qui ad declinandam Constantii episcopi Mediolanensis disciplinam in Galliam se contulerit, ut in Italiam revertantur, compellat. Reg. IX. 223, (Maur. IX. 113, Guss. VII. ind. II. ep. 118). — „Cum sacerdotalis dignitas".

„ 1753 (1271) Virgilium Arelatensem et Syagrium Augustodunensem episcopos reprehendit, quod, quominus Syagria monacha in matrimonium violenter collocaretur, non prohibuerint; cui mulieri facultatem de proprio statuendi iubet concedi. Reg. IX. 224, (Maur. IX. 114, Guss. VII. ind. II. ep. 119). — „Commissi officii qualitas".

„ 1754 (1272) Syagrio episcopo (Augustodunensi) mandat, inducat Francorum reges, ut Ursicino, episcopo Taurinensi, restituant parochias, in Francorum finibus sitas, quae illi „post captivitatem et depraedationem" ademptae, alterique episcopo contra canones constituto traditae sint. Reg. IX. 214, (Maur. IX. 115, Guss. VII. ind. II. ep. 120). — „Si in rebus secularibus".

„ 1755 (1273) Theodericum et Theodebertum, reges Francorum, de Ursicino, episcopo Taurinensi, in integrum restituendo, hortatur. Reg. IX. 226, (Maur. IX. 116, Guss. VII. ind. II. ep. 121). — „Summum in regibus".

Aug. 1756 (1278) Leandro, episcopo Hispalensi, respondet. Laudes sibi tributas recusat. Podagrae doloribus affectum consolatur. Pallium mittit. Reg. IX. 227, (Maur. IX. 121, Guss. VII. ind. II. ep. 126). — „Sanctitatis tuae suscepi".

„ 1757 (1279) Recharedum, regem Wisigothorum, amplissimis verbis collaudat, quod per eum „cuncta Gothorum gens ab errore Arrianae haereseos in fidei rectae soliditatem translata sit", et quod, ut Probinus presbyter narraverit, pecuniam Iudaeorum, qui legem, „contra perfidiam" eorum conditam, redimere essent nisi, contempserit. De muneribus b. Petro oblatis gratias agit. Reliquias beati Petri apostoli et beati Iohannis baptistae mittit. Quae sequuntur addita sunt in anagnostico. Ad imperatorem quas a se petierit litteras, „quatenus pacta in chartophylacio requireret, quae

**599.** (*Ind.* 2. — *1. Sept.* — 3.)

dudum inter Iustinianum principem et iura regni Wisigothorum fuerant emissa, ut ex his colligeret, quid" regi „servare debuisset", eas se non dedisse duabus de causis: „Una" inquit „quia chartophylacium Iustiniani tempore flamma incensum est, ut omnino ex eius temporibus paene nulla charta remaneret; alia autem, quia, quod nulli dicendum est, ea, quae contra te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, atque haec pro me in medium proferre". Paci ut studeat, monet. De trecentis cucullis a rege pauperibus beati Petri transmissis gratias agit. Queritur, quia inveniri non potest, qui ab istis partibus ad Spaniae litora valeat proficisci. Reg. IX. 228. 229, (Maur. IX. 122, Guss. VII. ind. II. ep. 127). — „Explere verbis".

Aug. 1758 (1277) Claudium in Spaniis, „excellenti Gothorum regi sedulo adhaerentem", laudat, rogatque, ne Cyriacus abbas, confectis mandatis suis rediturus, detineatur. Reg. IX. 230, (Maur. IX. 120, Guss. VII. ind. II. ep. 125). — „Quia unguenti".

„ 1759 (1280) Italicam patriciam et domnum Venantium valetudine affectos consolatur. Queritur, se propter podagram abhinc undecim mensibus raro e lectulo surrexisse; febrem Romae vagari; in vicinis urbibus permultos homines mori; pari malo Africam quoque vexari; de Oriente „graviores desolationes" nunciari. „In his itaque omnibus" inquit „quia, appropinquante fine mundi, generalem percussionem esse cognoscitis, affligi nimis de propriis molestiis non debetis". Filias eorum Barbaram et Antoninam salutat. Reg. IX. 232, (Maur. IX. 123, Guss. VII. ind. II. ep. 128). — „Quosdam de Sicilia".

„ 1760 (1348) Decio, episcopo Lilybaetano, mandat, ut monasterium, ab Adeodata, gloriosa femina, aedificatum, beato Petro et sanctis Laurentio, Hermae, Pancratio, Sebastiano, Agneti consecret. Reg. IX. 233, (Maur. X. 66, Guss. VIII. 63). — „Adeodata gloriosissima".

„ (25.) 1761 (1282) Maximum, episcopum Salonitanum, de obiectis peccatis abunde satisfecisse, laetatur. Pallii missi usum ei concedit. Sabinianum, episcopum Iadertinum, et Honoratum archidiaconum, Messianum quoque clericum commendat. (Diem VIII. kal. Sept., quo data haec epistola sit, docet Reg. IX. append. [Maur. append. VIII, Guss. VII. ind. I. ante ep. 1]). Reg. IX. 234, (Maur. IX. 125, Guss. VII. ind. II. ep. 130). — „Susceptis fratris et".

„ 1762 (1283) Constantio, episcopo Mediolanensi, praecipit, ne Philagrium, portitorem praesentium, luminibus captum, a Mediolanensis ecclesiae hominibus, neve ab exactoribus „collectae factae inter alios civitatis Genuensis habitatores", neve ab episcopo Dertonensi patiatur vexari. Reg. IX. 235, (Maur. IX. 126, Guss. VII. ind. II. ep. 131). — „Licet si multum fraternitatem".

„ 1763 (1477) Iohannem, episcopum Syracusanum, hortatur, ne Pascasium et Blancam, ecclesiae Romanae debitores, praeter necessitatem vexet neque solummodo aut in suburbano civitatis aut in massa, quae dicitur Gelas, reditus accipiat. Et in Syracusana et in Panormitana parte reditus dari possint. Reg. IX. 236, (Maur. XII. 43, Guss. X. 49). — „Filii nostri, Pascasius".

„ 1764 (1238) Anatolio, diacono Constantinopolitano, Marcellinum magnificum, praesentium latorem, in Maximi Salonitani et Histricorum causa bene de ecclesia meritum, commendat, tarditatemque eius iubet imperatori excusari. Reg. IX. 237, (Maur. IX. 82, Guss. VII. ind. II. ep. 83). — „Bonis devotisque".

„ 1765 (1357) Leoni, episcopo Catanensi, Severum, virum magnificum, praesentium latorem, commendat. Reg. IX. 238, (Maur. XI. 9, Guss. IX. 5). — „Filius noster Severus".

„ 1766 (1358) Talitanum, „publici patrimonii cura" praeditum, hortatur, ne patrimonio ecclesiae Romanae ab „hominibus publicis" molestiam aspergi sinat. Reg. IX. 239, (Maur. XI. 10, Guss. IX. 6). — „Cum tanta nos de".

„ 1767 (1281) Domnellum erogatorem imperatoris iussu rogam militarem etsi invito animo iterum suscepisse, gaudet. Scribit de sex centenariis, quos exarchus ex Ravennatis ecclesiae cimeliarchio mutuatus sit, restituendis. Cum pecuniis eum Romam venire desiderat, quae urbs „diversis" inquit „est attrita languoribus, ut nec qui in murorum custodia sint idonei persistant". Reg. IX. 240, (Maur. IX. 124, Guss. VII. ind. II. ep. 204). — „Epistolam gloriae vestrae".

Sept. Oct. 1768 (1284) Romano, defensori Siciliae, mandat, Lucillum, ab episcopatu insulae Meli-

**599.** (*Ind.* 2. — 1. *Sept.* — 3.)

tensis submotum, et eius filium Petrum hortetur, uti res ecclesiae ablatas Traiano episcopo restituant; recusantes apud Iohannem, episcopum Syracusanum, causam dicere cogat. Traiano censet e Syracusano, cui praefuerit, monasterio monachos quatuor vel quinque concedi; deque privatis eius rebus quidquam detrahi vetat. (De temporis notis cf. Neues Archiv III. 571). Reg. X. 1, (Maur. X. 1, Guss. VIII. 1). — „Nihil proficit".

Sept. Oct. 1769 (1287) Savino, subdiacono regionario, praecipit, ut Sisinnium, presbyterum Rhegiensem, idololatriae et sodomiae accusatum, si noxius inventus sit, in carcerem coniiciat; eumque cogat, ut filiis Victoriani, defuncti presbyteri, pecunias depositas restituat. Reg. X. 2, (Maur. X. 4, Guss. VIII. 5). — „Cum plerumque quod".

„ „ 1770 (1291) Mariniano episcopo (Ravennati) praescribit, ut monacham, cognatam Stephani, viri clarissimi, latoris praesentium, a Petro iam iterum e monasterio elicitam, reducendam curet. Idem mandat Vitali defensori et Filoxeno viro magnifico, cuius homo Petrum defensare dicitur. Reg. X. 3, (Maur. X. 8, Guss. VIII. 9). — „Si latoris praesentium".

„ „ 1771 (1293) Romano, defensori suo Siciliae, mandat, ut Basilium, episcopum Capuanum, „in causis occupatum et praetoriis inutiliter observantem", intra quinque dies excedere insula iubeat. Reg. X. 4, (Maur. X. 10, Guss. VIII. 11). — „Perlatum ad nos".

**599. Nov. — 600. Febr.**

1772 (1294) Godiscalcum, ducem Campaniae, hortatur, ut direptum S. Archangeli monasterium vexare desinat. Si propter fugam monachi ipsius ad hostes, qui cum abbatis voluntate abierit, contra monasterium saeviat, perpendat, numquid et ipsis diebus suis multi de civitate, in qua consistat, ad Langobardos milites fuga non lapsi sint? Sed aliorum culpa aliis non est nociva. (De temporis notis cf. Neues Archiv III. 571). Reg. X. 5, (Maur. X. 11, Guss. VIII. 12). — „Illa praepositorum".

**600.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 18, post cons. eiusd. a. 17, ind. 3. — 1. Sept. — 4.*)

Mart. 1773 (1301) Clementinam patriciam monet, ut Amandum presbyterum, quem Surrentini episcopum elegerint, quam primum Romam venire sinat. Reg. X. 6, (Maur. X. 18, Guss. VII. 17). — „Amandum presbyterum".

„ 1774 (1302) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, ut Amandum, presbyterum oratorii S. Severini, in castro Lucullano siti, a Surrentinis episcopum electum, si vita illius in rebus honestis perspecta sit, ad se confestim mittat. Reg. X. 7, (Maur. X. 19, Guss. VII. 18). — „Postquam his, qui".

„ 1775 (1304) Iohannem, praefectum praetorio Italiae, redarguit, quod diaconiae Neapolitanae annonam, quae Iohannis gravissimi decessoris sui tempore fuerit ministrata, subtraxerit. Dolet, quod praeceperit, ut Dulcitius vir magnificus, agens vices suas, nihil super diatyposin audeat expendere. Reg. X. 8, (Maur. X. 21, Guss. VIII. 20). — „Quidquid tribuitur".

Apr. 1776 (1307) Fortunatum, episcopum Neapolitanum, monasteriorum disciplinae parum diligenter consulentem, reprehendit, culpamque fugae Mauricii et aliorum monachorum e monasterio Barbatiani in eum confert. Monachos nisi post duos tirocinii annos tonderi, militesque sine ipsius assensu in monasteria asciscì vetat. Reg. X. 9, (Maur. X. 24, Guss. VIII. 23). — „Dum fraternitas vestra".

Mai. 1777 (1312) Zittano, magistro militum, litteris graeco sermone dictatis, querenti, „quod quaedam religiosa loca responsum iuri publico de rebus ei competentibus reddere contemnant," respondet, se Fantino defensori mandasse, „ut religiosos quosque in Panormitanis partibus apud electos iudices venire compellat et suorum actuum rationem reddant". Reg. X. 10, (Maur. X. 27, Guss. VIII. 28). — „Epistolas vestras graeco".

„ 1778 *Fantino, defensori suo (Panormitano), epistolam praecedentem (reg. 1777) transmittit et mandat, ut religiosos coram iudicibus electis rationem reddere compellant. Vide reg. 1777. Reg. X. 10, (Maur. X. 27, Guss. VIII. 28).

„ 1779 (1314) Constantio, episcopo Mediolanensi, rescribit, se de Pompeii episcopi causa, contra quem dudum in Sicilia apud Maximianum episcopum questio mota sit, nondum satis explorata, iudicare non posse. Haec addit: „De Alamannis autem quod

**600.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 18, post cons. eiusd. a. 17, ind. 3. — 1. Sept. — 4.*)

vobis indicatum est, nos et longius, quam vos, positi sumus, et quia verum non sit, minime dubitamus; vestra tamen fraternitas bene fecit, pro informatione nostra, quod audivit scribere". (Epistola per Marinianum transmissa.) Reg. X. 11, (Maur. X. 29, Guss. VIII. 30). — „Relectis epistolis vestris".

Iun. 1780 (1315) Libertinum expraetorem angustias fortiter ferre iubet. Pueris eius ut viginti vestes darentur, Romano defensori mandatum esse, nunciat. Reg. X. 12, (Maur. X. 31, Guss. VIII. 31). — „Quanta vos seculi".

" 1781 *Romano defensori (Syracusano) mandat, ut viginti vestes pueris Libertini expraetoris praebeat. Vide ep. praecedentem. Reg. X. 12, (Maur. X. 31, Guss. VIII. 31).

" 1782 (1318) Ecclesio, episcopo Clusino, mandat, ut de vita Iohannis diaconi, quem gloriosus vir Ansfridus et alii Balneoregienses episcopum elegerint, cognoscat, seque erudiat. Reg. X. 13, (Maur. X. 34, Guss. VIII. 34). — „Gloriosus filius noster".

Iul. 1783 (1319) Eulogio, patriarchae Alexandrino, litterarum intermissionem excusat. De podagra iam per duos fere annos tenente, ita ut vix in diebus festis usque ad tres horas e lectulo ad missam celebrandam surgere valeat, queritur. Monachos Hierosolymitanos ad se de Agnoitarum errore interrogatum venisse negat. Quos vero ante biennium Constantinopolim adiisse scribit, seque, ab Anatolio diacono de illa haeresi (de qua Graecos patres cum Latinis consentire laetatur) consultum, per litteras respondisse. (Ep. missa per Abramium Alexandrinum; vide reg. 1790.) Reg. X. 14, (Maur. X. 35, Guss. VIII. 35). — „Transacto anno".

" (Romae) 1784 (1320) Maximo, episcopo Salonitano, podagrae doloribus debilis, qualis et ab Veterano presbytero Romae inventus sit, respondet haec: „De Sclavorum gente, quae vobis valde imminet, et affligor vehementer et conturbor; affligor in his, quae iam in vobis patior, conturbor, quia per Histriae aditum iam ad Italiam intrare coeperunt". Queritur, se „foris a gentibus et intus a iudicibus conturbari". De pauperibus tuendis et de Photinianistis ad fidem revocandis addit. Reg. X. 15, (Maur. X. 36, Guss. VIII. 36). — „Ad Romanam urbem".

" 1785 (1322) Innocentio, Africae praefecto praetorio, initum honorem gratulatur, dromonesque praeparanti nunciat, „cum Langobardorum rege usque ad mensem Martium futurae quartae indictionis (i. e. anni 601) de pace convenisse; quae" inquit „si retineatur, ignoramus, quia idem rex obisse postea nuntiatus est, licet adhuc habeatur incertum". De Anamundaro addit. Suum in Iob commentarium postulanti S. Augustini libros commendat. De patrocinio eius in pauperes b. Petri, de quo Hilarus chartularius retulerit, gratias agit. Reg. X. 16, (Maur. X. 37, Guss. VIII. 37). — „Luculenta eminentiae".

" 1786 (1323) Ianuario, episcopo Caralitano, significat, ex Dominici, episcopi Carthaginiensis, et Innocentii, Africae praefecti, epistolis, quarum exemplaria ei transmittit, se cognovisse, „qualiter in Sardinia minores vel pauperes, ab eis, qui illic maiores sint, opprimantur". Monet de protegendis iis, qui in ecclesiam confugerint. Reg. X. 17, (Maur. X. 38, Guss. VIII. 38). — „Qualiter in Sardinia".

" 1787 (1324) Adeodato, abbati Neapolitano, scribit, se monasterio eius S. Sebastiani et Graterense, quod situm in Plaia est (dioc. Neapolitanae), et Puteolanum, quod Falcidis dicitur, monasteria coniungere, salvis iuribus et Neapolitani posthac ordinandi et Puteolani episcopi. Reg. X. 18, (Maur. X. 61, Guss. VIII. 39). — „Quorumdam monachorum".

" 1788 (1325) Clero et nobilibus civibus Neapolitanis edicit, nec Petrum diaconum, ab iis electum, si feneretur, dignum honore episcopali esse, neque quem diversa pars elegerit, Iohannem diaconum castitatis expertem. Reg. X. 19, (Maur. X. 62, Guss. VIII. 40). — „Nec novum nec".

Aug. 1789 (1326) Dominicum, episcopum Carthaginiensem, de lue in Africa vagante consolatur. Reg. X. 20, (Maur. X. 63, Guss. VIII. 41). — „Quanta in Africanis".

" 1790 (1327) Eulogio, patriarchae Alexandrino, iam iterum respondet, cum Abramium Alexandrinum, superioris ad eum epistolae (ep. 1783) latorem, Neapoli diu subsistere cognoverit. De Agnoitis exponit. Deesse sibi peritos Graeci sermonis interpretes queritur. Addit de maioribus lignis praeparatis, quae mitti ob navis parvitatem non potuerint. Reg. X. 21, (Maur. X. 39, Guss. VIII. 42). — „Sicut aqua frigida".

Sept. 1. 1791 (1351) Palladium, presbyterum de monte Sina, detractorum invidiam aequo animo

**600.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 18, post cons. eiusd. a. 17, ind. 3. — 1. Sept. — 4.*)

ferre iubet. Mittit cucullam et tunicam. Reg. XI. 1, (Maur. XI. 2, Guss. VIII. 45). — „Epistolis dilectionis tuae".

Sept. (1.) — 1792 (1350) Iohanni, abbati montis Sinai, ad instruendum gerocomium, quod a quodam illic Isauro constructum est, mittit „lenas quindecim, rachanas triginta, lectos quindecim, pretium quoque de emendis culcitris vel naula". Reg. XI. 2, (Maur. XI. 1, Guss. XII. 16). — „Sanctitatem vitae tuae".

„ — 1793 (1330) Ecclesii episcopi (Clusini) valetudinem dolet. De episcopo quodam caute electo gaudet. Equum ei dono mittit. De ecclesiis circumeundis addit. De causis latorum praesentium eum per ipsos informat, de aliis, si Romam venerit, communi deliberatione cum eo se tractaturum scribit. Reg. XI. 3, (Maur. X. 45, Guss. VIII. 46). — „Scripta fraternitatis vestrae".

„ — 1794 (1336) Leontium exconsulem, quod Libertinum, virum magnificum, a se commendatum, libertate privaverit, incusat. Quamquam cautio, qua ad praeturam accesserit, et glorioso Palatino patricio et magnifico consiliario suo Theodoro et sibi ipsi exsecrabilis apparuerit, tamen a tota simul provincia eundem Libertinum gratiarum actione honoratum esse, et „si quam" inquit „in rebus publicis fraudem fecit, substantia eius caedi debuit, non libertas; nam in hoc quod liberi caeduntur, piissimi imperatoris omnino tempora fuscantur; hoc enim inter reges gentium et imperatorem Romanorum distat: Quia reges gentium domini servorum sunt, imperator vero Romanorum dominus liberorum". De iudiciis mansuete agendis monet. Alias querelas corrigere petit. Reg. XI. 4, (Maur. X. 51, Guss. VIII. 51). — „Cautionis exemplar".

„ — 1795 (1347) Adeodatae, illustri feminae, reliquias expetitas mittit, excusata retardatione. Reg. XI. 5, (Maur. X. 65, Guss. VIII. 62). — „Ut moram in dandis".

„ — 1796 (1376) Presbyteris, diaconis et clero Mediolanensi concedit, ut, quem post dolendam Constantii mortem elegerint, Deusdedit diaconus Mediolanensis, auctore Pantaleone notario suo, quem illuc transmiserit (vide reg. 1804), episcopus ordinetur. Agilulfi regis epistola non turbentur, nam competitorem per Langobardos electum a se repudiari affirmat. Bono eos animo esse iubet, „quia" inquit „unde possunt alimenta S. Ambrosio servientibus clericis ministrari, nihil in hostium locis, sed in Sicilia et in aliis reipublicae partibus consistit". Pantaleoni notario mandasse se addit de possessiunculis quondam Magni presbyteri et de aliis ecclesiae Romanae utilitatibus curam gerere. Reg. XI. 6, (Maur. XI. 4, Guss. VIII. 65). — „Quantus nos de obitu".

Oct. — 1797 (1352) Innocentium, Africae praefectum praetorio, rogat, ne Victoris, episcopi Fausianensis, dioecesim (Sardicam) contra edicti morem a iudicibus Africanis vexari patiatur; duplicia tributa exigi vetet. Reg. XI. 7, (Maur. XI. 5, Guss. IX. 1). — „Qui pravorum actuum".

„ — 1798 (1356) Alexandro, praetori Siciliae, Iohannem diaconum, ad gubernandum ecclesiae Ravennatis patrimonium Siciliense, ne amplius decrescat, a Mariniano episcopo missum, commendat. Reg. XI. 8, (Maur. XI. 8, Guss. IX. 4). — „Qui de filii caritate".

„ 5. — Synodus 5 episcoporum, in qua Probi, abbatis monasterii SS. Andreae et Luciae petitio, die 29. m. Sept. scripta, a secundicerio Paterio relegitur. De petitione deliberatione habita, eidem Probo, ex monacho solitario a Gregorio in officium abbatis instituto, rerum privatarum arbitrium conceditur. Reg. XI. 15, (Maur. append. IX, Guss. IX. 22). Qua in synodo, ut videtur, et de Andreae, monachi ad S. Paulum inclusi, impostura decernitur. Vide reg. 1847, (Hefele III. 60).

„ 23? — 1799 (1360) Cononis, monasterii Lirinensis abbatis, virtutes, per Mennam episcopum (Telesinum) praedicatas, laudat. Columbum presbyterum commendat. (De tempore vide Neues Archiv III. 595). Reg. XI. 9, (Maur. XI. 12, Guss. IX. 8). — „Praepositorum sollicitudo".

„ — 1800 (1361) Serenum, episcopum Massiliensem, reprehendit, quod simulacrorum eversionem, a sese vituperatam, tuitus sit. Hortatur, ut consternationem inde ortam compescat, malorumque hominum societate abstineat. Quod de scriptis suis (reg. 1736) per Cyriacum quondam abbatem missis dubitaverit, miratur. Reg. XI. 10, (Maur. XI. 13, Guss. IX. 9). — „Literarum tuarum primordia".

„ (Romae) — 1801 (1364) Presbyteris, diaconis et clero ecclesiae Mediolanensis scribit, agant ut, novo in Constantii defuncti locum episcopo substituto, Arethusae, clarissimae feminae, latricis praesentium, de legato a Laurentio episcopo ei eiusque coniugi et filiis relicti

**600.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 18, post cons. eiusd. a. 17, ind. 3. — 1. Sept. — 4.*)

causa terminetur. Qua de re iam Constantio se scripsisse, sed cum Arethusa diu in hac urbe (Romae) moraretur, decidi eam non potuisse. Reg. XI. 11, (Maur. XI. 16, Guss. IX. 10). — „Latrix praesentium".

Oct. 1802 (1371) Spesindeum, praesidem Sardiniae, hortatur, ut Victorem episcopum (Fausianensem) in Christi fide inter „barbaros et provinciales Sardiniae" dilatanda adiuvet. Reg. XI. 12, (Maur. XI. 22, Guss. IX. 17). — „Particeps proculdubio".

" 1803 (1374) Ianuarium, episcopum Caralitanum, laudat, quod virorum monasterium ex Epiphanii lectoris defuncti voluntate construi in eiusdem domo vetuerit propter adiacentem parthenonem. Mandat vero, ut monachos aut, ancillis alio traductis, collocet in earum domo, aut in destituto Urbani monasterio „foris civitate Caralitana". Reg. XI. 13, (Maur. XI. 25, Guss. IX. 20). — „Gratam nobis fraternitatis".

" 1804 (1375) Pantaleoni notario mandat, ad Genuensem urbem se conferat, ubi et Deusdedit diaconum, quem Mediolanenses episcopum elegerint, ordinandum curet, et Romanae ecclesiae rationibus consulat. (Cf. reg. 1796; et haec ep. ad m. Sept. pertinere videtur). Reg. XI. 14, (Maur. XI. 3, Guss. IX. 21). — „Experientia tua praesenti".

Nov. 1805 (1377) Iohanni, subdiacono Ravennae, mandat, cum praefecto diligentissime agat, ut Iohannis argentarii rebus consulat, qui indigentium fideiussione saepe adiutor, fide pro Importuno quondam palatino interposita, in summas angustias adductus sit. Videat „ne una ipsa statio, quae in Romana civitate remanserit, eius temporibus claudatur". Reg. XI. 16, (Maur. XI. 26, Guss. IX. 23). — „Qualiter Iohannes".

Dec. 1806 (1378) Iohanni religioso, „mensis pauperum et exhibendae diaconiae praeposito", concedit, ne expensorum rationem reddere cogatur. Reg. XI. 17, (Maur. XI. 27, Guss. IX. 24). — „Licet eos, qui".

**590—601.**

†1806a Recharedo regi (Wisigothorum) scribit: „Qui semetipsum prius non iudicat, quid in alium recte iudicet, ignorat". Petrus Crassus apud Sudendorf Registrum I. 23, Ficker Forschungen IV. 107. (Ad eandem epistolam, ut videtur, pertinet locus eiusdem libelli, ubi perperam ex Gregorii epistola ad Recharedum periurium Sedechiae citatur. Vide ibidem I. 42 et IV. 119). — „Quoniam qui".

**601.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4. — 1. Sept. — 5.*)

Ian. 1807 (1381) Venantium Syracusanum docet, et suam et eius aegrotationem pro poenitentia a Deo irrogata esse accipiendam. Filias eius Barbaram et Antoninam salutat. Reg. XI. 18, (Maur. XI. 30, Guss. IX. 25). — „Debitum salutationis".

" 1808 (1382) Paschasium, episcopum Neapolitanum, hortatur, ut b. Severini reliquias ab Iohanne servo et actore petitas, domino Venantio oratorii eidem sancto consecrandi causa concedat. Reg. XI. 19, (Maur. XI. 31, Guss. IX. 26). — „Iohannes, servus".

Febr. 1809 (1383) Mariniano, episcopo Ravennati, significat, Candido abbati, latori praesentium, reliquias esse concessas. Addit, valetudinem suam ita ingravescere, ut „multum iam tempus sit, quod surgere de lectulo non valeat" et „vivere sibi poena sit". Reg. XI. 20, (Maur. XI. 32, Guss. IX. 27). — „Latore hic".

" 1810 (1384) Marinianum, episcopum Ravennatem, sanguinis exspuitione laborantem, Romam, ubi medicorum legibus quiete utatur, invitat. Hortatur, ut ante aestivum tempus, quod huic aegritudini medici dicant vehementer periculosum, veniat; ipse, quamquam valde sit debilis, qui se proximum morti videat, aut eum se curaturum aut in eius manibus moriturum sperat. Agonem, si eundi periculum sit, moveat, ut per hominem suum usque Romam eum comitetur. Cum paucis veniat, quia in episcopio cum eo maneus quotidiana obsequia de hac ecclesia habiturus sit. Praecipit, ut ieiuniis, vigiliis, concionibus, quae Ravennae circa paschalem solemnitatem habentur, abstineat. Reg. XI. 21, (Maur. XI. 33, Guss. IX. 28). — „Veniente quodam Ravennate".

" 1811 (1385) Paschasio, episcopo Neapolitano, ut in eius episcopatus initio iam iusserat, iterum praescribit, pecuniae quantum singulis clericis, presbyteris, diaconis, pauperibus, praesente Anthemio subdiacono suo, ex ecclesiae aerario distribuat. Reg. XI. 22, (Maur. XI. 34, Guss. IX. 29). — „Tempore, quo fraternitas".

" 1812 (1388) Romanum, defensorem Siciliae, docet, clericorum causas apud episcopum, causas clerici vel laici contra episcopum apud defensorem agendas esse. Clericos a

**601.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4.* — 1. *Sept.* — 5.)
Iohanne episcopo (Syracusano) in poenitentiam missos, quos nesciente illo eiecerit, episcopo sine mora restituat. Reg. XI. 24, (Maur. XI. 37, Guss. IX. 32). — „Pervenit ad nos, quod".

Febr. 1813 (1386) Barbaram et Antoninam, imminente patris (domini Venantii Syracusani) morte afflictas, consolatur. Auxilium et patrocinium suum promittit. Reg. XI. 23, (Maur. XI. 35, Guss. IX. 30). — „Susceptis gloriae vestrae".

„ 1814 (1387) Iohanni, episcopo Syracusano, mandat, ut Venantium desperanter aegrotantem ad resumendum habitum suum (monachicum) inducat; quomodo filias eius Barbaram et Antoninam ordinet, cogitet, quarum ordinationi nunc Venantius obsistat, cum, ut aut Romae aut in Sicilia fieret, ante petierit; curet, ne filiae imperatori commendentur, neve in substantia, quousque imperator eas Constantinopolim ducere praeceperit, sigillum imponatur. Omnis violentia in Venantii testamento removeatur. Anatolio diacono suo hac de re se scripsisse addit. Romam adire cupientem invitat. Reg. XI. 25, (Maur. XI. 36, Guss. IX. 31). — „Fraternitatis vestrae scripta".

„ 1814a *Romano, defensori Siciliae, Barbarae et Antoninae, Venantii filiarum, causas commendat. Vide reg. 1851. Reg. XI. 59, (Maur. XI. 78, Guss. IX. 75).

„ 1815 *Anatolio diacono suo, responsali Constantinopolitano, mandat, ut cum Rusticiana patricia loquatur de filiis Venantii, Barbara et Antonina, quae imperatori commendatae dicantur. De variis personis informari se iubet. Vide epistolam 1814.

„ 1816 (1394) Rusticianam patriciam rogat, ne se ipsius ancillam in epistolis vocitet. Vela, quae miserit, iam suspensa nunciat. Utriusque podagra memorata, addit haec: „Me etenim, quem qualis fuerim nostis, ita ... podagrae molestia afficit, ut corpus meum tamquam in sepultura ita siccatum sit. Unde fit, ut iam de lecto raro surgere valeam. Si ergo mei molem corporis in tantam podagrae dolor ariditatem redegit, quid de vestro (tenuissimo) corpore sentiam, quod nimis siccum ante dolores fuit". De miraculis in beati Andreae monasterio factis narrat. Dominum Strategium cum parentibus eius, filiis Rusticianae, salutat. Reg. XI. 26, (Maur. XI. 44, Guss. IX. 38). — „Excellentiae vestrae scripta".

„ 1817 (1395) Theoctistam patriciam, sororem imperatoris, populi Constantinopolitani adversus eam tumultu exagitatam, ne obtrectatorum odio moveatur, monet. Verum suadet, ut, seditionis principibus clam accitis, errorum suspicionem vel iureiurando amoliatur. Cum apud vestigia dominorum in regia urbe demoratus sit, multos ex eis venire consuevisse narrat, quorum capitula semper defenderit; numquam in eis errorem, pravitatem, aliquid de his quae contra eos dicebantur, se invenisse. Revera enim excommunicandos esse eos, qui „dicant: Religionis causa coniugia debere dissolvi", et: „Baptisma peccata penitus non auferre", et: „Si de iniquitatibus suis quis in triennium poenitentiam egerit, postmodum ei perverse vivere licere", et: „Compulsus quispiam necessitate si anathematizaverit, eum anathematis vinculo non teneri". Pro parvulorum dominorum nutrimento vitam eius longius extendi desiderat. Reg. XI. 27, (Maur. XI. 45, Guss. IX. 39). — „Magnas omnipotenti".

„ 1818 (1396) Isacii, episcopi Hierosolymitani, fidem per litteras expositam laudat. Gaudet de orthodoxia imperatoris, cuius temporibus haereticorum ora conticescant. Monet de tollenda simonia ac de componendis iurgiis, quae in ea ecclesia, quae Neas dicitur, saepe in Hierosolymorum urbe ecclesiae eius nascantur. Reg. XI. 28, (Maur. XI. 46, Guss. IX. 40). — „Servata veritate".

„ 1819 (1397) Anatolio, diacono Constantinopolitano, mandat, significet imperatori, se ad consilium detrudendi Iohannis, primae Iustinianae episcopi, non posse accedere; episcopo enim aegrotanti, quamvis periculum sit, ne ab hostibus civitas pereat, nisi ultro potestate abeat, succedi per canones non licere. Curet, ut dispensator talis vice Iohannis episcopi instituatur, qui custodiam civitatis non negligat. Reg. XI. 29, (Maur. XI. 47, Guss. IX. 41). — „Scripsit mihi tua".

„ 1820 (1400) Hadriano, notario Panormitano, mandat, ut, qui in Urbici abbatis monachorum numerum invita coniuge Agathosa, latrice praesentium, ascitus sit, cum coniugi reddendum, vel si iam tonsuratus sit, curet. Quia etsi mundana lex praecipiat, conversionis gratia, utrolibet invito posse solvi coniugium; divina lex hoc tamen fieri non permittat. Reg. XI. 30, (Maur. XI. 50, Guss. IX. 44). — „Agathosa latrix".

„ 1821 (1401) Universos episcopos Siciliae hortatur, ut adversus hostes in Siciliam de-

**601.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4. — 1. Sept. — 5.*)

scensuros litaniis bis in hebdomade agendis auxilium a Deo precentur; „nam quid vobis cavendum“, inquit „quidve sit vehementius formidandum, ex istius provinciae debetis desolatione colligere“. Reg. XI. 31, (Maur. XI. 51, Guss. IX. 45). — „Super afflictiones et“.

Febr. 1822 (1402) Dono, episcopo Messanensi, praecipit, ut quae inter ecclesiae eius actores Placidumque, virum magnificum, iudicata sint, ea efficienda curet. Reg. XI. 32, (Maur. XI. 52, Guss. IX. 46). — „Nullus unquam contentionibus“.

Apr. 5. Monasteriorum privilegium vide in reg. †1366.

Iun. 1823 (1403) Hadrianum notarium in coercendis incantatoribus et sortilegis pergere iubet. Reg. XI. 33, (Maur. XI. 53, Guss. IX. 47). — „Pervenit ad nos, quod“.

» 1824 (1404) Desiderium, episcopum Galliae (Viennensem), „grammaticam quibusdam exponere“, vehementer luget; „nefandum esse episcopis canere, quod nec laico religioso conveniat“; „quia“ inquit „in uno se ore cum Iovis laudibus Christi laudes non capiunt“. Quae petierit, ea se concessurum scribit, si ut Candidus presbyter postea veniens retulit, „nugis et secularibus litteris eum non studere constiterit“. Monachos, cum Laurentio presbytero et Mellito abbate ad Augustinum episcopum missos, commendat. Reg. XI. 34, (Maur. XI. 54, Guss. IX. 48). — „Cum multa nobis“.

» 1825 (1380) Berthae, reginae Anglorum, studium benevolentiamque erga Augustinum episcopum, a Laurentio presbytero et Petro monacho revertentibus relatam, laudat. Helenae matri Constantini, quae Romanos ad fidem accenderit, eam comparat. Non iam apud Romanos, sed etiam per diversa loca et usque ad Constantinopolim ad imperatorem bonum studium eius pervenisse dicit. Hortatur, operam dare ne diutius dubitet, ut regis quoque animus ad christianam fidem perducatur. Reg. XI. 35, (Maur. XI. 29, Guss. IX. 59). — „Qui post terrenam“.

» 1. 1826 (1379) Augustino, episcopo Anglorum, summam omnium suorum de gente Anglorum ad fidem christianam transducta nunciat laetitiam. Miracula edentem, ut superbiam caveat, hortatur. Reg. XI. 36, (Maur. XI. 28, Guss. IX. 58). — „Gloria in excelsis“.

» 22. 1827 (1416) Ethelbertum, regem Anglorum, ad diffundendam per omnem Angliam Christi fidem, ad idolorum cultum insequendum, ad fanorum edificia evertenda incitat, utque Augustino episcopo in monasterii regula docto, sacrae scripturae scientia repleto, et obediat et opem ferat, hortatur. Exemplum Constantini imperatoris prae oculis ponit. De propinquo mundi exitio docet. Xenia mittit. Reg. XI. 37, (Maur. XI. 66, Guss. IX. 60), Bedae Hist. eccl. L. I. c. 32. — „Propter hoc omnipotens“.

» 22. 1828 (1405) Virgilium, episcopum Arelatensem, monet, ut synodum simoniae evellendae causa cogat, et Serenum episcopum (Massiliensem) a pravorum hominum societate prohibeat. Monachos in Angliam ad Augustinum episcopum tendentes commendat. Reg. XI. 38, (Maur. XI. 55, Guss. IX. 49). — „Cum divinae lectionis“.

» 22. 1829 (1415) Augustinum, episcopum Anglorum, quia nova Anglorum ecclesia eo laborante ad Dei gratiam perducta sit, pallii iure ornat, ac mandat, ut in Eboracensi civitate episcopum ordinet, qui omni illa civitate ad fidem christianam redacta, duodecim alios episcopos ordinet et iure metropolitani eorum perfruatur, sed Augustino subiaceat. Pallium Eboracensi episcopo promittit. Post obitum Augustini, qui omnes Britanniae sacerdotes habeat subiectos, inter Eboracensem et Londiniensem episcopos ita honor distinguatur, ut ille prior sit, qui prius ordinatus fuerit. Reg. XI. 39, (Maur. XI. 65, Guss. XII. 15), Bedae Hist. eccl. L. I. c. 29. — „Cum certum sit“.

» 1830 (1406) Aetherium, episcopum Lugdunensem, convocandae synodo insistere iubet. Ut confirmentur ecclesiae eius privilegia, veteres tabulas, quarum quidquam in ecclesiae Romanae scrinio inveniri negat, poscit. Gesta vel scripta b. Irenaei non esse reperta, significat. Commendat monachos Angliam petentes, quos ad Augustinum episcopum direxerit. Reg. XI. 40, (Maur. XI. 56, Guss. IX. 50). — „Epistolarum vestrarum“.

» 1831 (1408) Mennae Telonensi, Sereno Massiliensi, Lupo Cabilonensi, Aigulfo Metensi, Simplicio Parisiensi, Melantio Rotomagensi, Licinio (Andegavensi), episcopis Francorum, „a paribus“ commendat monachos cum Laurentio presbytero et Mellito abbate in Angliam transeuntes, „quia tanta“ inquit „de Anglorum gente ad christianae fidei gratiam multitudo convertitur, ut Augustinus eos, qui secum sunt, ad hoc opus ex-

**601.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post. cons. eiusd. a. 18, ind. 4. — 1. Sept. — 5.*)

sequendum per diversa loca asserat non posse sufficere". Reg. XI. 41, (Maur. XI. 58, Guss. IX. 52). — „Licet fraternitatem vestram".

Iun. 1832 (1407) Arigio, episcopo Galliarum (Vapincensi), scribit, ut de simonia concilio exstirpanda nitatur, monachosque in Angliam ad Augustinum episcopum euntes commendatos sibi habeat. Reg. XI. 42, (Maur. XI. 57, Guss. IX. 51). — „Cum in fraterna".

„ 22. 1833 (1362) Asclepiodoto, patricio Gallorum, Candidum presbyterum et Gallicanum ecclesiae Romanae patrimoniolum commendat. A regibus (Francorum) se poposcisse addit, ut ipsum patrimoniolum sub sua cura habere dignentur. Reliquias beati Petri mittit. Reg. XI. 43, (Maur. XI. 14, Guss. XII. 17). — „Prudentes viros, sicut".

„ (22.) 1834 *A regibus Francorum poscit, ut patrimoniolum Gallicanum sub sua cura habeant. Vide epistolam praecedentem. Reg. XI. 43, (Maur. XI. 14, Guss. XII. 17).

„ 1835 (1363) Arigio, episcopo Galliarum (Vapincensi), Candidum presbyterum, latorem praesentium, commendat. Reg. XI. 44, (Maur. XI. 15, Guss. IX. 62). — „In quanta apud".

„ 22. 1836 (1418) Virgilio, episcopo Arelatensi, Augustinum, Anglorum episcopum, ad eum fortasse venturum, commendat. Reg. XI. 45, (Maur. XI. 68, Guss. IX. 63), Bedae Hist. eccl. L. I. c. 28. — „Quantus sit affectus".

„ 22. 1837 (1419) A Brunichilda, Francorum regina, licentiam legati mittendi petit, qui Gallicos sacerdotes „impudice ac nequiter" viventes coerceat. Reg. XI. 46, (Maur. XI. 69, Guss. IX. 64). — „Cum scriptum sit".

„ 22. 1838 (1409) Theodericum, Francorum regem, hortatur, ut ad damnandam simoniam iubeat synodum convocari. Gratias agit, quod Augustino episcopo ad Anglorum gentem proficiscenti auxilium praebuerit, ut ex relatione revertentium quorundam monachorum compererit. Monachos ad Augustinum in Angliam transfretaturos commendat. Reg. XI. 47, (Maur. XI. 59, Guss. IX. 53). — „Excellentiae vestrae index".

„ 22. 1839 (1412) Brunichildae, reginae Francorum, de auxilio, Augustino episcopo ad Anglorum gentem proficiscenti praestito, gratias agit et monachos cum Laurentio presbytero et Mellito abbate, quia illi qui cum Augustino sint non iam sufficiant, in Angliam pergentes commendat. Reg. XI. 48, (Maur. XI. 62, Guss. IX. 56). — „Gratias omnipotenti Deo".

„ 22. 1840 (1413) Brunichildam, reginam Francorum, hortatur, ut simoniae propulsandae causa haberi synodum iubeat. Reg. XI. 49, (Maur. XI. 63, Guss. IX. 57). — „Quanta in vobis".

„ 1841 (1410) Theodebertum, Francorum regem, de synodo congreganda monet. De auxilio Augustino episcopo ad Anglorum gentem proficiscenti praestito, cuius monachi quidam ab illo reversi relationem fecerint, gratias agit; monachos, portitores praesentium, in Angliam transgredientes, commendat. Reg. XI. 50, (Maur. XI. 60, Guss. IX. 54). — „Qui paternae adhortationis".

„ 1842 (1411) Clothario, regi Francorum, de auxilio Augustino episcopo ad Anglorum gentem proficiscenti praestito, cuius monachi quidam ab illo reversi relationem fecerint, gratias agit et monachos, portitores praesentium, cum Laurentio presbytero et Mellito abbate in Angliam euntes commendat. Addit de synodo, qua simonia comprimatur, cogenda. Reg. XI. 51, (Maur. XI. 61, Guss. IX. 55). — „Inter tot curas".

„ 1843 (1414) Augustino, episcopo Anglorum, scribit: „Per Laurentium presbyterum et Petrum monachum scripta tua suscepi, in quibus me de multis capitulis requirere curasti; sed quia illi podagrae me doloribus invenerunt afflictum et cum urgerent, citius se dimitti, ita relaxati sunt, ut in eadem me dolorum afflictione relinquerent et singulis quibusque capitulis ut debui latius respondere non valui. Itaque respondet: 1) de reditu ecclesiarum distribuendo; 2) de clericorum nuptiis; 3) de optima quaque consuetudine ex aliis ecclesiis accipienda; 4) de sacrilegii poenis; 5) 6) 7) de nuptiis et licitis et illicitis („Unde necesse est, ut iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat"); 8) de episcopis per episcopos consecrandis; 9) de ratione cum Galliarum episcopis habenda, (addit de epistola ad Arelatensem episcopum missa; vide supra ep. 1836); 10) de mulieribus praegnantibus; 11) de iis, qui nocturna pollutione inquinati sint. (Epistola haec et exstat ap. Bedam in Hist. eccl. L. I. cap. 27, et in aliis codicibus mss. diversa forma legitur. Ex iis

**601.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4. — 1. Sept. — 5.*)

in formam dialogi redactam receperunt eam codices mss. recentiores epistolarum Gregorii et editores earum, cum nec in regestis in scrinio Lateranensi, nec in antiquioribus epistolarum collectionibus haec epistola inveniatur [vide Neues Archiv III. 438]. Itaque et tota ista epistola ambiguae fidei est, neque decerni potest, quae forma prae aliis auctoritatem habeat; verba nonnulla parte magis sincera possunt repeti ex editionibus Balleriniorum in Leonis M. Opp. III. p. CCXLIV [Migne 56 p. 272] et Mansii. Cf. Gratiani decr. I. D. 5 et 6. Maur. XI. 64, Guss. XII. 31, Mansi X. 404. 415, Richter-Dove Kirchen R. p. 794. — „Per dilectissimos filios meos".

Iun. 22. 1844 (1417) Quiricum episcopum et ceteros episcopos in Hiberia (Asiatica) catholicos, quo modo Nestoriani ad ecclesiam revertentes in catholicorum numerum recipiantur, docet. Eorum ad se litteras a legatis in urbe Hierosolymitana amissas esse nunciat. (Hanc epistolam sub mense Iulio iam praebet collectio epistolarum ad ordinem mensium distincta; sed diem X. kal. Iuliarum in calce addit alia-collectio, ita ut videas, eam aliquot dies postquam scripta fuit regestis insertam esse.) Reg. XI. 52, (Maur. XI. 67, Guss. IX. 61). — „Quia caritati nihil".

Iul. 10. 1845 (1421) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat, hortetur Paschasium, episcopum Neapolitanum, ut Hilarum, Iohannis diaconi calumniatorem, „prius subdiaconatus privet officio, atque, verberibus publice castigatum, faciat in exilium deportari", utque „vicedominum sibi ordinet et maiorem domus, quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quae eveniant, idoneus et paratus existere". Si Paschasius non obediat, clerus eius istas personas eligat. Reg. XI. 53, (Maur. XI. 71, Guss. IX. 66). — „Cum fortius punienda".

» 1846 (1422) Surrentino Agapiti abbatis monasterio monasterium Marcianense, in dioecesi Nucerina situm, coniungit, ita tamen, ut episcopus Nucerinus iurisdictionem retineat. Reg. XI. 54, (Maur. XI. 72, Guss. IX. 67). — „Ne rebus venerabilibus".

» 1847 (1424) Eusebio, episcopo Thessalonicensi, significat, litteras eius ante, quam sibi redderentur, ab Andrea monacho, „ad sanctum Paulum incluso", cui Theodorus, Eusebii episcopi lector, lator praesentium, eas tradiderit, corruptas esse. Quem narrat ipsius nomine „aliquos sermones" quoque confinxisse, se vero „nec Graece novisse, nec aliquod opus aliquando Graece conscripsisse" profitetur. De impostore quid in concilio a se statutum sit, eum, qui hanc epistolam deferat, indicaturum scribit. A Luca presbytero, in suspicionem falsae doctrinae adducto, et fidei confessionem et Nestorii Severique condemnationem exigi iubet. Theodorum lectorem commendat. Reg. XI. 55, (Maur. XI. 74, Guss. IX. 69). — „Lator praesentium Theodorus".

» 1848 (1426) Mellitum, abbatem in Franciis, post discessum eius et congregationis, quae cum eo sit, nihildum scripsisse dolet. Augustinum, Anglorum episcopum, moneri iubet, idolorum fana ne destruat, sed in ecclesias mutet. Anglis ad Christi fidem conversis concedatur, ut quos idolis sacrificare consuerint, boves die dedicationis vel natalitiis sanctorum martyrum, quorum illic reliquiae reponuntur, in tabernaculis de ramis arborum factis et circa ecclesias positis comedant. (Dies, qui a Beda notatur XV. kal. Iul. manifeste vitiosus est; in regestis sub mense Iulio haec epistola recepta est, quem mensem retinendum esse censeo.) Reg. XI. 56, (Maur. XI. 76, Guss. IX. 71), Bedae Hist. eccl. L. I. c. 30. — „Post discessum congregationis".

» 1849 (1428) Petro, episcopo Hydruntino, ecclesiae Brundisinae visitatori, praecipit, ut de corpore S. Leucii in ecclesia Brundisina collocato sanctuaria denuo concedat Oportuno, abbati monasterii S. Leucii „in quinto Romanae urbis milliario siti", quia quae ante habuerit, furto ablata sint. Reg. XI. 57, (Maur. VI. 62, Guss. IX. 73). — „Oportunus".

Aug. 1850 (1429) Bonifatio, defensori Corsicae, praecipit, ut clerum populumque Aleriensis et Adiaciensis civitatum ad eligendos episcopos adhortetur, neu clericos compellari apud laicos patiatur. Reg. XI. 58, (Maur. XI. 77, Guss. IX. 74). — „Experientia tua non".

» 1851 (1430) Barbaram et Antoninam Dei gratia ordinatas bene sperare iubet, Romamque venturas esse gaudet. Earum res et Iohanni, episcopo Syracusano, et Romano defensori commendatas nunciat (cf. regg. 1814. 1814a). De racanis duabus addit ab iis sibi muneri missis. Reg. XI. 59, (Maur. XI. 78, Guss. IX. 75). — „Susceptis epistolis vestris".

**601.** (*Imp. Mauricio Tiberio a. 19, post cons. eiusd. a. 18, ind. 4. — 1. Sept. — 5.*)

Sept. 1852 (1431) Dominicum, episcopum Carthaginiensem, ex morbo convaluisse, gaudet. De reliquiis beati Agilei missis gratias agit. Reg. XII. 1, (Maur. XII. 1, Guss. X. 1). — „Quam copiosa cordis".

„ 1853 (1437) Savinellae et Columbae et Gallae beneficientiam „a paribus" laudat, iisque per Hilarum chartularium, latorem praesentium, mittit „clavim a corpore beati Petri". Reg. XII. 2, (Maur. XII. 7, Guss. X. 7). — „Satis me, gloriosa".

„ 1854 (1438) Columbo, Numidiae episcopo, mandat, ut, primate concilii adhibito, iudicet inter Victorem episcopum et Donatdeum, latorem praesentium, qui diaconatu se iniuste exutum queratur. Sonti parti poenam irrogari iubet. Reg. XII. 3, (Maur. XII. 8, Guss. X. 8). — „Quam gravis et auditu".

Oct. Nov. 1855 (1443) Passivo episcopo (Firmano) scribit concupiscere se, ut tandem ecclesiae Aprutinae sacerdos praeficiatur. Quapropter Oportunum moneri iubet, ut in exercendis „bonis studiis" pergat, atque vel monachus vel subdiaconus fiat, postero tempore episcopus creandus. (De temporis notis vide Neues Archiv III. 571). Reg. XII. 4, (Maur. XII. 12, Guss. X. 13). — „Bene novit fraternitas".

„ „ 1856 (1444) Oportunum Aprutinum, ex obiurgatione, quam ante in eum intulerat, maerorem etiam nunc trahentem consolatur, atque ut in corporis castimoniam precationesque plane incumbat, monet. Reg. XII. 5, (Maur. X. 68, Guss. X. 14). — „Pervenit ad me, quia".

**590—602.**

†1856a Mauricio imperatori de comite quodam, qui nepotis sui mortui desponsatam duxit uxorem, eorumque consanguinitate illicita nunciat. Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 12. — „Qui desponsatam".

**602.** (*Ind. 5. — 1. Sept. — 6.*)

Ian. 1857 (1452) Iohanni, subdiacono Ravennae, mandat, ut Claudii quondam abbatis monasterio (sanctorum Iohannis et Stephani Classitano, cf. reg. 1505) Maurum cellerarium a Mariniano episcopo praeficiendum curet, cum Constantius, quem monachi venientes petierant, propter peculiaritatis studium et quia ad monasterium, quod in Piceni provincia situm est, solus sine aliquo fratrum pergere praesumpserit, abbas constitui non debeat. Quae scripta Claudius abbas Gregorii nomine, ut ipse apto tempore ea emendet, dictaverit, de Proverbiis, de Canticis canticorum, de Prophetis, de Libris regum, de Heptateuco, cum valde sensus permutatus sit, transmittere sibi iubet. De reditu eius cogitare differt. Marinianum episcopum moneat, ne suus in Iob commentarius ad vigilias publice legatur. Addit de regula pastorali sua per Anatolium diaconum imperatori tradita et per Anastasium, episcopum Antiochenum, Graece reddita; de Albino; de formarum cura Augusto viro clarissimo per praefectum committenda. Reg. XII. 6, (Maur. XII. 24, Guss. X. 22). — „Venientes monachi".

Mart. 1858 (1461) Columbo episcopo (Numidiae) mandat, ut una cum primate, Victore episcopo, vel et aliis episcopis, et Hilaro, chartulario suo, de Paulino, Tegessis civitatis episcopo, et verberatorum clericorum et simoniae accusato, iudicium faciat. Reg. XII. 8, (Maur. XII. 28, Guss. X. 32). — „Quia bene olim".

„ 1859 (1462) Victori episcopo (Numidiae primati) scribit de quaestione in Paulinum, Tegessis civitatis episcopum, una cum Columbo vel aliis sacerdotibus et Hilaro chartulario ponenda. Reg. XII. 9, (Maur. XII. 29, Guss. X. 33). — „Quanto laetitiae".

„ 1860 (1463) Iohanni, episcopo primae Iustinianae, praescribit, ut de Paulo, deiecto episcopo Diocletano, qui, Nemesio, latore praesentium, successore constituto, episcopatum cum auxilio saecularium iudicum invaserit, poenas capiat, eumque ablata nisi quid proprium ceperit, reddere cogat. (Vide reg. 1861). Reg. XII. 10, (Maur. XII. 31, Guss. X. 34). — „Quando mala, quae".

„ 1861 (1464) Constantino, episcopo Scodritano, litteras praecedentes (reg. 1860) transmittit et mandat, ut si ipse, quod de Paulo Diocletano quondam episcopo praeceperit, exsequi possit, exsequatur, si minus, ad Iohannem perferendas litteras curet. Reg. XII. 11, (Maur. XII. 30, Guss. X. 35). — „Quae dilectissimus nobis".

„ 1862 (1465) Universos concilii Bizaceni episcopos Crementii eorum primatis, graviter accusati, cum ipse prementibus diversis tribulationibus et maxime circumsaevientibus

**602.** (*Ind. 5. — 1. Sept. — 6.*)

hostibus de eo requirere non possit, iudices constituit. Reg. XII. 12, (Maur. XII. 32, Guss. X. 36). — „Sicut laudabile".

Mart. 1863 (1466) Firmino, episcopo Histriae (Tergestino), ad ecclesiae unitatem reverso gratulatur, constantiamque suadet. Rationibus eius se prospecturum pollicetur. Paraturam de benedictione sancti Petri dono mittit. Reg. XII. 13, (Maur. XII. 33, Guss. X. 37). — „Quem redemtor noster".

Mai. 1864 (1471) Deusdedit, episcopum Mediolanensem, hortatur, ne immobilia quaedam a Constantino, decessore eius, ante episcopatum acquisita et Luminosae, ancillae Dei, filiae fratris sui, hereditate relicta, ecclesiae suae vindicet. Luminosam ei commendat. Reg. XII. 14, (Maur. XII. 38, Guss. X. 42). — „Nulli dubium est".

Aug. 1865 (1482) Lucido, episcopo Leontino, mandat, ut, quem Iohannes abbas delegerit, presbyterum consecret. Reg. XII. 15, (Maur. XII. 48, Guss. X. 54). — „Filius noster Iohannes".

„ 1866 (1484) Eulogio, patriarchae Alexandrino, latores praesentium, in Sicilia a Monophysitarum errore ad fidem reversos, commendat. De Langobardorum gladiis et podagrae doloribus queritur. Reg. XII. 16, (Maur. XII. 50, Guss. X. 55). — „Latores praesentium Siciliam".

Sept. 1867 (1485) Cives Romanos docet, non esse ad litteram observandas de sabbato leges; corpus die dominico, praeterquam voluptatis causa, licere lavari. (Gussanvilleus hanc epistolam tamquam adulterinam reiecit, nec ego omnem dubitationem tollere possum, tamen omnes registri libri manuscripti hoc reg. referunt). Reg. XIII. 3, (Maur. XIII. 1, Guss. XI. 3). — „Pervenit ad me, quosdam".

„ 1868 (1486) Adeodati, abbatis Neapolitani, monasterio monasterium Craterense, fundatum e vicino urbis Neapolitanae, coniungit, repulsis Basilii, episcopi Capuani, vindiciis. Reg. XIII. 4, (Maur. XIII. 2, Guss. XI. 4). — „Quantum bene dispositae".

„ 1869 (1487) Adeodato, monacho S. Hadriani, permittit, ut quas ante sumptam vestem monachicam fecerit donationes, eae testandi gratia litteris consignentur. Reg. XIII. 5, (Maur. XIII. 3, Guss. XI. 5). — „Effectus iusta postulantibus".

„ 1870 (1488) Ianuario, episcopo Caralitano, mandat, ut adhibitis Innocentio et Libertino episcopis, inter Desideriam abbatissam, latricem praesentium, et Iohannem abbatem iudicet. Reg. XIII. 6, (Maur. XIII. 4, Guss. XI. 6). — „Quando inter religiosas".

Nov. 1871 (1490) Brunichildae, reginae Francorum, significat, se, quae petierit, ecclesiae S. Martini et monasterio et xenodochio Augustoduni ab ea conditis privilegia concessisse. Rogat, ut „haec eadem constitutio gestis sit publicis inserenda; quatenus" inquit „sicut in nostris, ita quoque in regalibus scriniis teneatur". Arcana mandata, per legatos Burgoaldum et Warmaricarium missa, curae sibi fore, scribit; „nam nos quidquid possibile, quidquid est utile et ad ordinandam pacem inter vos et rempublicam pertinet, summa cupimus devotione compleri". Addit de Menna episcopo (Telesino) criminibus absoluto; de suis ad Aetherium, episcopum Lugdunensem, litteris (reg. 1872); de bigamo quodam ad sacrum ordinem non admittendo; de legato expetito, qui convocandae synodo intersit, in Gallias mittendo. Nepotes eius, excellentissimos reges, custodiae Dei commendat. (Epistola haec initio caret). Reg. XIII. 7, (Maur. XIII. 6, Guss. XI. 8). — „Inter quae hoc".

„ 1872 (1489) Aetherio episcopo (Lugdunensi) mandat, ut episcopus quidam mente alienatus, si vacuitates furoris incidere soleant, occasione data ad abdicationem muneris inducatur, si minus, vicarius constituatur, post insani obitum episcopus consecrandus. Ordinationes presbyterorum vel diaconorum, si eius est dioecesis, ei reservandas esse iubet. Reg. XIII. 8, (Maur. XIII. 5, Guss. XI. 7). — „Quamvis triste".

„ 1873 (1491) Theodericum, regem Francorum, laudat, quod aviam suam (Brunichildam reginam) in his quae pro amore Dei eam desiderare cognoscat, adiuvet. Mandata eius arcana per legatos Burgoaldum et Warmaricarium missa se recepisse nuntiat. De pace sempiterna, quam cum „republica" inire festinet, gaudet. Reg. XIII. 9, (Maur. XIII. 7, Guss. XI. 9). — „Scriptorum vestrorum".

„ 1874 (1495) Maximo, episcopo Salonitano, scribit, cum de Veterano presbytero et Optato defensore eius nec non et de Thoma defensore ipse dixerit, quae cum eis acta sint non debere subsistere, se nec portitoribus praesentium credere posse, et mandat, ut in posterum, si causam velit dicere, mittat legatum, qui litteras afferat, ab eo

**602.** (*Ind. 5. – 1. Sept. – 6.*)

et presbyteris ac diaconis et testibus subscriptas. Reg. XIII. 10, (Maur. XIII. 11, Guss. XI. 13). — „Alia quidem scripta".

Nov. 1875 (1492) Senatoris, presbyteri et abbatis, xenodochium Augustodunense, a Syagrio episcopo et Brunichilda regina exstructum, petentibus Brunichilda ac nepote eius Theoderico, cum possessionibus suis confirmat, privilegiaque instituit, in his, ut abbates a rege „cum consensu monachorum" sine simonia eligantur, neve, nisi deposita abbatia, episcopi fiant. Querelae contra abbatem ab episcopo Augustodunensi, adhibitis sibi sex aliis episcopis, perquirantur. (De fide huius privilegii et duorum sequentium suspecta vide Sickel Sitzungsberichte der Wiener Akademie Tom. 47 p. 566, cuius argumentis equidem non adsentio). Reg. XIII. 11, (Maur. XIII. 8, Guss. XI. 10), Pardessus Dipl. I. 187. — „Quando ad ea, ad".

„ 1876 (1493) Thalasiae abbatissae parthenonem S. Mariae Augustodunensem, a Syagrio episcopo conditum, petentibus Brunichilda regina ac nepote eius Theoderico, cum bonis suis confirmat. Privilegia constituit: Abbatissae a rege cum consensu monachorum sine simonia eligantur; querelae contra abbatissam ab episcopo Augustodunensi, adhibitis sibi sex aliis episcopis, perquirantur. Reg. XIII. 12, (Maur. XIII. 9, Guss. XI. 11), Pardessus Dipl. I. 188. — „Quando ad ea, ad".

„ 1877 (1494) Lupi presbyteri et abbatis ecclesiam S. Martini Augustodunensem, a Syagrio episcopo et Brunichilda regina conditam, petentibus Brunichilda et nepote eius Theoderico, cum bonis suis confirmat et privilegia ut supra, reg. 1875, constituit. Reg. XIII. 13, (Maur. XIII. 10, Guss. XI. 12), Pardessus Dipl. I. 190. — „Quando ad ea, ad".

„ 1878 (1500) Venantio, patricio Panormitano, de duobus episcopatus candidatis scribit, Urbicum abbatem sibi placere, sed quietem eius non esse turbandam; Crescentis diaconi, qui xenodochio praefuerit, mores explorandos. Alia de ea re mandata adiungit. Reg. XIII. 14, (Maur. XIII. 15, Guss. XI. 14). — „Excellentiae vestrae".

„ 1879 (1496) Paschasium, episcopum Neapolitanum, monet, ne Iudaeos agendis diebus festis prohiberi patiatur. „Agendum esse" inquit, „ut ratione potius et mansuetudine provocati sequi nos velint, non fugere; ut eos ex eorum codicibus ostendentes quae dicimus ad sinum matris ecclesiae possimus convertere". Reg. XIII. 15, (Maur. XIII. 12, Guss. XI. 15). — „Qui sincera intentione".

„ 1880 (1497) Barbaro, episcopo Carinensi, visitationem ecclesiae Panormitanae delegat, eumque monet, ut in Victoris, defuncti episcopi, locum curet successorem eligendum. Reg. XIII. 16, (Maur. XIII. 13, Guss. XI. 16). — „Obitum Victoris".

„ 1881 (1498) Clero, ordini et plebi Panormitanae praecipit, ut visitatori suo, Barbaro episcopo (Carinensi) obediant. Reg. XIII. 17, (Maur. XIII. 14, Guss. XI. 17). — „Vestri antistitis obitum".

„ 1882 (1499) Passivo, episcopo Firmano, mandat, ut monasterium, a Proculo, diacono Asculano, in fundo Gressiano aedificatum, S. Savino consecret. Reg. XIII. 18, (Maur. XIII. 16, Guss. XI. 20). — „Proculus".

**590—603.**

Apr. †1883 (CCXXXVIII) Monasterii Ferrariensis seu Bethleemitici possessiones confirmat privilegiaque constituit, petente Dagoberto, Francorum rege; „cum Gallicanam adeuntes regionem, ad gloriosum devenissemus regem Francorum Dagobertum". (Notae temporis „mense Aprili" et „indictione VII." coniungi non possunt). (Scriptum per Theodorum notarium de scriniariis S. R. E.). Pardessus Dipl. I. 191. — „Quoniam ex apostolica".

**595—603.**

Mart. 24. Romae †1883a (CCXXXV) Mariniano, archiepiscopo Ravennati, eiusque successoribus privilegia mirum quanta concedit. (Dat. per Iohannem levitam et S. R. E. bibliothecarium). Rubei Hist. Rav. 189, Ughelli It. sacr. II. 339, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 71, Cocqu. I. 79, Bull. Rom. T. E. I. 162. — „Cum omnis ecclesia".

**602. Dec. 603. Ian.**

1884 (1501) Iohanni, subdiacono Ravennae, mandat, hortetur Marinianum episcopum, ut cum Iohanne episcopo, latore praesentium, aut in gratiam redeat, aut apud iudices contendat. Exsuperantium episcopum, qui in eiusdem Iohannis dioecesi oratorium

**602. Dec. 603. Ian.**

condiderit et consecraverit, reprehendit. Reg. XIII. 19, (Maur. XIII. 17, Guss. XI. 21). — „Lator praesentium Iohannes".

1885 (1299) „Clerum, ordinem et plebem consistentem Taurianis, Turris et Consentias", visitatori, Venerio, episcopo Vibonensi, obedire iubet. Ut idoneum sacerdotem sibi eligant, monet. Reg. XIII. 20, (Maur. X. 16, Guss. XI. 17). Cf. Baluzii Misc. II. 13. — „Vestri antistitis".

1886 (1298) Venerium (Vibonensem) et Stephanum episcopos (a paribus), mortuis episcopis Paulino Taurianensi et illo Turritano, visitatores Taurianensis et Turritanae ecclesiarum constituit. De electione episcoporum mandat. Reg. XIII. 21, (Maur. X. 17, Guss. XI. 18). Cf. Baluzii Misc. II. 13. — „Obitum Paulini".

1887 (1502) Gregorio (Agrigentino), Leoni (Catanensi), Secundino (Tauromenitano), Iohanni (Syracusano), Dono (Messanensi), Lucido (Leontino) et Traiano (Melitensi), episcopis Siciliae, commendat latorem praesentium, Hadrianum, chartularium suum, quem ad regendum Syracusanum ecclesiae Romanae patrimonium mittit. A sacerdotibus, qui parochias infantium consignandorum causa perlustrent, nimiam incolis molestiam afferri vetat. Iam decessoris sui temporibus per Servum-Dei diaconum, tunc rectorem patrimonii, summam constitutam esse, quae non augeatur. Reg. XIII. 22, (Maur. XIII. 18, Guss. XI. 22). — „Sicut nos nobis".

1888 (1503) Iulianum (Iulinum?), quem pro pauperibus stipem postulare pudeat, reprehendit. Nunciat, se monasterio a Iuliano Catanae condito solidos decem quotannis per Hadrianum, notarium et rectorem patrimonii, emissa praecepti pagina, dari deputasse. Reg. XIII. 23, (Maur. XIII. 19, Guss. XI. 23). — „Gloriae vestrae".

**603.** (*Ind. 6. — 1. Sept. — 7.*)

Febr. 1889 (1504) (Honorio), episcopo Tarentino, baptisterii in ecclesia S. Mariae ab eo constructi usum permittit. Reg. XIII. 24, (Maur. XIII. 20, Guss. XI. 24). — „Fraternitate tua".

» 1890 (1505) Paschali et Consolantiae Sicilianis, ecclesiae Romanae debitoribus, respondet, „licet tempora restituendae pecuniae in induciis data defluxerint, Hadriano tamen, chartulario suo, quem ad regendum ecclesiae suae patrimonium illuc direxerit, se iniunxisse, quae cum iis exinde loqui debeat, ut nec ecclesiastica in aliquo negligatur utilitas, et postulatio eorum sortiatur effectum". In malis versantes consolatur. Reg. XIII. 25, (Maur. XIII. 21, Guss. XI. 25). — „Epistolam magnitudinis".

» 1891 (1506) Rusticianam patriciam podagra cruciari dolet. „Ego autem" inquit „in tanto gemitu et occupationibus vivo, ut ad dies, quos ago, me pervenisse poeniteat, solaque mihi consolatio sit mortis exspectatio". Imperatorem moneri petit, ut Beatorem, comitem privatarum, qui Romam veniens multa contra omnes agat, maxime autem contra homines Rusticianae vel neptium eius, quasi res publicas quaerens, cohibeat. Strategium salutat. Reg. XIII. 26, (Maur. XIII. 22, Guss. XI. 26). — „Quotiens de urbe".

» 1892 (1507) Bonifatio, notario Constantinopolitano, mandat, Iohannem, clericum Ravennatem, dilato de eo iudicio, ut Romam veniat, hortetur. Reg. XIII. 27, (Maur. XIII. 23, Guss. XI. 27). — „Ea, quae nobis".

» 1893 (1515) Philippo presbytero respondet, gaudere se de morte Andreae presbyteri, qui „ad gaudia aeterna pervenerit". De pecunia, a Probo abbate ad xenodochium instituendum Hierosolymae relicta, „hoc, quod deliberatum fuerat, immutari non potuisse" scribit. Mittit solidos quinquaginta. Petit, ut mortem sibi a Deo precetur; „graves enim" inquit „hic gladiorum oppressiones et causarum tumultus patior". Reg. XIII. 28, (Maur. XIII. 29, Guss. XI. 28). — „Suscepi epistolas dilectionis".

Mart. 1894 (1510) Anthemio, subdiacono Campaniae, mandat de Paschasii episcopi (Neapolitani) desidia negligentiaque reprehendenda, cum et quadringentos aut amplius iam solidos perdidisse episcopus dicatur, et, quod reverentiam episcopalem non deceat, „cum uno aut duobus clericis ad mare descendere" culpetur. Reg. XIII. 29, (Maur. XIII. 26, Guss. XI. 31). — „Pervenit ad nos, fratrem".

» 1895 (1512) Marinianum, episcopum Ravennatem, cum eruptionem sanguinis patienti ieiunia medici omnino dicant esse contraria, hortatur, ne ieiunandi sibi laborem imponat. Reg. XIII. 30, (Maur. XI. 40, Guss. XI 34). — „Multa nos, fratrum".

**603.** (*Ind. 6. — 1. Sept. — 7.*)

Mart. 1896 (1511) Anthemio subdiacono mandat, Campaniae episcopos convocet horteturque, ne deesse officiis pergant. Qui admonitionem neglexerint, eos ad se mitti iubet. Reg. XIII. 31, (Maur. XIII. 27, Guss. XI. 35). — „Quotiens illa de".

" 1897 (1513) Iohannem, episcopum Syracusanum, monet, ut Cosmam, ecclesiae Syracusanae in possessione Iuliana presbyterum, qui a Maximiano episcopo, decessore eius, ex monacho monasterii sanctae Luciae subdiaconus factus erat, in ecclesia ubi subdiaconi sit functus officio, presbyterum cardinalem constituat. Reg. XIII. 32, (Maur. XIII. 28, Guss. XI. 36). — „Quorumdam ad nos".

Apr. Mai. 1898 (1514) Deusdedit, episcopo Mediolanensi, significat, inter eum et Theodorum episcopum a se Venantium episcopum (Lunensem) cognitorem esse constitutum; ad quem Theodorum episcopum una cum defensore ecclesiae suae mitti iubet. Reg. XIII. 33, (Maur. XIII. 30, Guss. XI. 37). — „Frater et coepiscopus".

" " 1899 (1516) Phocae Augusto susceptum imperium gratulatur. Addit haec: „Quiescat felicissimis temporibus vestris universa respublica, prolata, sub causarum imagine, praeda pacis; cessent testamentorum insidiae, donationum gratiae violenter exactae; redeat cunctis in rebus propriis secura possessio". „Hoc namque inter reges gentium et reipublicae imperatores distat, quod reges gentium domini servorum sunt, imperatores vero reipublicae domini liberorum". Reg. XIII. 34, (Maur. XIII. 31, Guss. XI. 38). — „Gloria in excelsis".

Iun. 1900 (1517) Eusebiam patriciam hortatur, ut a „regiae civitatis tumultuosis implicationibus et superfluis tumultibus animum avertat, transitoriaque esse omnia perpendat". Optat, ut cum nobilissimo coniuge tranquille vivat, et de domni Strategii salute gaudeat. Reg. XIII. 35, (Maur. XIII. 32, Guss. XI. 39). — „Etsi occupata mens".

" 1901 (1518) Smaragdum, patricium et exarchum, hortatur, ut Firminum, episcopum Tergestinum, ad ecclesiae unitatem reversum, ab iniuriis Severi, episcopi Gradensis, principis Istrianorum schismatis, defendat. Nunciat haec: „Duas ad Cillanem epistolas misimus, si pacem, quae ab excellentia vestra in triginta diebus facta est, custodiret; et rescripsit, eam se servaturum, si tamen ipsi a reipublicae partibus fuerit custodita". „Ad Pisanos autem hominem nostrum transmisimus, sed obtinere nil potuimus. Unde et dromones eorum iam parati ad egrediendum nunciati sunt". Reg. XIII. 36, (Maur. XIII. 33, Guss. XI. 40). — „Olim novimus".

" 1902 (1519) Pantaleonem notarium, cui causam in patrimonio partis Syracusanae commiserit, laudat, zelo eius per Salerium notarium suum comperto, quod modium sextariorum viginti quinque, quo ecclesiae actores (conductores) in frumento a colonis exigendo usi essent, confregerit. Praecipit, ut una cum Iohanne, episcopo Syracusano, et Hadriano chartulario et si necesse fuerit, cum Iuliano pecuniam fraude illa partam egentibus colonis dividat. Ad quam rem per unamquamque massam colonos pauperes et indigentes describat. Reg. XIII. 37, (Maur. XIII. 34, Guss. XI. 41). — „Experientia tua".

" 1903 (1520) Gattulum, Romanum et Wintarit hortatur, ut Optato defensori in disciplina sacerdotum territorii Nursini, cum extraneis mulieribus habitantium, emendanda opem ferant. Addit se Optato mandasse, ut ad Chrysanthum episcopum (Spoletanum) causam trahat, si adhortationem eius neglexerint. Reg. XIII. 38, (Maur. XIII. 35, Guss. XI. 42). — „Pervenit ad nos, quod".

" 1904 (1521) Chrysanthum, episcopum Spoletanum, monet, subveniat Optato defensori, si sacerdotes territorii Nursini admoniti cum mulieribus extraneis habitare continuent. Reg. XIII. 39, (Maur. XIII. 36, Guss. XI. 43). — „Ex quorundam relatione".

Iul. 1905 (1522) Iohanni, episcopo Panormitano, pallii per certos dies usum, ita ut aliis Siciliae sacerdotibus vel decessoribus eius licuerit, concedit. Reg. XIII. 40, (Maur. XIII. 37, Guss. XI. 44). — „Apostolicae sedis benevolentia".

" 1906 (1523) Phocae imperatori respondet, „quod permanere in palatio, iuxta antiquam consuetudinem, apostolicae sedis diaconum non invenerit, non hoc suae negligentiae, sed gravissimae necessitatis fuisse; quia, dum ministri omnes Romanae ecclesiae tam contrita asperaque tempora cum formidine declinarent atque refugerent, nulli eorum potuisse imponi, ut ad urbem regiam, in palatio permansurus, accederet". Sed postquam ille ad culmen imperii pervenerit, „ipsi quoque" inquit „ad vestra vestigia venire festinant, qui prius illuc accedere valde timuerant". (Bonifatium), latorem

**603.** (*Ind.* 6. — *1. Sept.* — 7.)

praesentium, qui primus omnium defensorum fuerit, diaconum factum, sub celeritate mittit, de miseriis suis narraturum: „Qualiter enim" inquit „quotidianis gladiis et quantis Langobardorum incursionibus ecce iam per triginta et quinque annorum longitudinem premimur, nullis explere suggestionis vocibus valemus". Reg. XIII. 41, (Maur. XIII. 38, Guss. XI. 45). — „Considerare cum gaudiis".

Iul. 1907 (1524) Leontiae Augustae gratulatur de imperio adepto; Pulcheriae Augustae, quae in sancta synodo Helena nova vocata sit, exemplum proponit. Ecclesiam Romanam commendat. Reg. XIII. 42, (Maur. XIII. 39, Guss. XI. 46). — „Quae lingua loqui".

" 1908 (1525) Cyriacum, patriarcham Constantinopolitanum, hortatur, ut posito universalis episcopi nomine, in concordiam secum redeat. Bonifatium diaconum, praesentium portitorem, commendat. Reg. XIII. 43, (Maur. XIII. 40, Guss. XI. 47). — „Quanta sit pacis".

" 1909 (1526) Eulogium, episcopum Alexandrinum, cum a quodam medico Alexandrino de „collectore eius apud sophistam" puero summae pravitatis, repente diacono ordinato, compererit, ad simoniam evellendam hortatur. Reg. XIII. 44, (Maur. XIII. 41, Guss. XI. 48). — „Quadam die dum".

" 1910 (1527) Eulogium, episcopum Alexandrinum, quod ex scriptis Bonifatii chartularii, responsalis sui, qui in urbe regia demoretur, compererit, ex oculorum morbo convaluisse, gaudet. De reliquiis sibi sine epistola transmissis Epiphanium diaconum suo mandatu Alexandro et Isidoro diaconis eius scripsisse nuntiat, ut constaret, quia ea quae transmissa sunt suscepisset. Monet, si maiora ligna mitti velit, ut Bonifatio diacono, quem nunc ad urbem regiam pro faciendis responsis transmittit, per litteras ad sese det mandata. De aliis reliquiis mutue missis addit. Reg. XIII. 45, (Maur. XIII. 42, Guss. XI. 49). — „Magnas omnipotenti Deo".

" 1911 (1529) Iohannem, episcopum Panormitanum, hortatur, ut clericis, quae de reditibus, de tabulario ordinando, de vendendo vino promiserit, exsolvat. Reg. XIII. 46, (Maur. XIII. 44, Guss. XI. 51). — „Implenda sunt".

Aug. 1912 (1530) Iohannem defensorem, in Hispaniam proficiscentem, quo modo presbyteri cuiusdam, et Ianuarii, episcopi Malacitani, et Stephani episcopi et Comitioli gloriosi tractet causas tribus scriptis, et capitulari et exemplo legis (ubi Novellarum et Constitutionum multa capitula inserit) et formula sententiae, secundum quam Iohannes postea iudicet, docet. Reg. XIII. 47. 50. 49, (Maur. XIII. 45, Guss. XI. 52. 56. 55). — „In primis requirendum" „De persona presbyteri".

" 1913 (1531) Iohanni defensori de prolapsa „Capricanae (Cabrerae) insulae iuxta Maioricam positae" monachorum disciplina restituenda mandat. Reg. XIII. 48, (Maur. XIII. 46, Guss. XI. 54). — „Ubi canonicam".

Sept. 1914 (1533) Paulum, scholasticum Siciliae, laudat, quod cum Leone, episcopo Catanensi, in gratiam redierit, et quod in maleficos severe consulat. Reg. XIV. 1, (Maur. XIV. 1, Guss. XI. 58). — „Quanto nos gloria".

" 1915 (1534) Vitali, defensori Sardiniae, mandat, ut xenodochiorum Sardorum curam, ob Ianuarii, episcopi Caralitani, senectutem, simplicitatem, valetudinem, oeconomo ecclesiae Caralitanae et Epiphanio archipresbytero deleget. Permittit, ut possessorum Sardorum causa Constantinopolim eat; Bonifatio se iam scripsisse nuntiat, ut ei suum pro remedio illius provinciae oneribus afflictae solatium adhibeat. Addit de sacerdotibus in vacantibus ecclesiis constituendis; de monasterio S. Hermae in domo Pomponianae; de rebus ecclesiarum monasteriorumque requirendis; de xenodochiis Hortulani et Thomae; de Epiphanii hereditate, cet. Reg. XIV. 2, (Maur. XIV. 2, Guss. XI. 59). — „Experientia tua indicante".

" (Romae) 1916 (1535) Iohanni, episcopo Panormitano, concedit, ut „domum cum horto et balneo suo . . . in hac urbe Roma positam . . . cum Epiphanio, Romanae ecclesiae diacono, permutet". Reg. XIV. 3, (Maur. XIV. 3, Guss. XI. 60). — „Sicut rationi contraria".

" 1917 (1536) Fantino, defensori Panormitano, significat, se Leonis episcopi (Catanensis) iterato rogatu Exhilarato episcopo condonasse delicta; quem cum clericis reconciliari iubet. Reg. XIV. 4, (Maur. XIV. 4, Guss. XI. 61). — „Talia ad nos de".

" 1918 (1537) Iohanni, episcopo Panormitano, mandat, iudicet inter Petrum, huius epistolae latorem, qui tempore, quo conductor fuerat, relictam cuiusdam diaconi marito

**603.** (*Ind. 6. — 1. Sept. — 7.*)

tradidisse dicebatur, et Fantinum defensorem. Res suas, quas apud ecclesiae colonos perhibet retineri, Petrus sine damno habeat. Reg. XIV. 5, (Maur. XIV. 5, Guss. XI. 62). — „Quia sunt culpae".

Oct. 1919 (1538) Mariniano, episcopo Ravennati, mandat, praecipiat Concordio, episcopo Caesenati, ut Fortunatum, latorem praesentium, iniuste deiectum monasterii SS. Laurentii et Zenonis abbatem restituat. Reg. XIV. 6, (Maur. XIV. 6, Guss. XII. 1). — „Quia incongruum".

Nov. 1920 (1539) Alcisoni, episcopo Corcyraeo, sententiam Andreae, quondam metropolitae Nicopolitani, imperatoris iussione roboratam, confirmat, ut Cassiopi castrum in Alcisonis dioecesi situm, sed ab episcopo Euriae civitatis appetitum, sub Alcisonis maneat iurisdictione. Hunc vero hortatur, ne Euriates clericos e castro eiiciat. (Hanc epistolam cum imperator post aliud iudicium firmaverit, ne in despectum imperatoris aliquid facere videatur, Bonifatio Constantinopolim mittit, ut una cum nova iussione imperiali Alcisoni tradatur; vide ep. sequentem). Reg. XIV. 7, (Maur. XIV. 7, Guss. XII. 2). — „Non immerito elati".

„ 1921 (1540) Bonifatio diacono, Constantinopoli moranti, epistolam superiorem mittit, et mandat, hortetur imperatorem, ut, inducto priore edicto, Andreae, quondam Nicopolitani metropolitae, de Cassiopi castro sententiam ratam faciat. Alcisonem, episcopum Corcyraeum, commendari iubet Eusebio, episcopo Thessalonicensi, et futuro metropolitae Nicopolitano, ne posthac ab actionariis eius damna sustineat. Reg. XIV. 8, (Maur. XIV. 8, Guss. XII. 3). — „Quotiens eorum nos".

Dec. 1922 (1541) Iohanni episcopo (Panormitano) permittit, ut quam beatae Mariae per Sabinum, subdiaconum Romanae ecclesiae et rectorem patrimonii, perfecerit basilicam consecret. Reg. XIV. 9, (Maur. XIV. 9, Guss. XII. 4). — „Basilicam, quam".

„ 1923 (1542) Guduinum, ducem Neapolitanum, hortatur, ut in militem, qui monacham corruperit, exemplum edat. Reg. XIV. 10, (Maur. XIV. 10, Guss. XII. 5). — „Cum inter multa".

„ 1924 (1543) Iohanni episcopo (Ariminensi, cf. reg. 1738) mandat, ut, Armenio episcopo, Anconitanae ecclesiae visitatore, adhibito, exploret de moribus litterisque Florentini archidiaconi, et Rustici Florentinique diaconorum, quibus electores Anconitani ad munus episcopale suffragati sint. Reg. XIV. 11, (Maur. XIV. 11, Guss. XII. 6). — „Ne incauta eorum".

„ 1925 (1544) Theodelindae, reginae Langobardorum, respondet, magno sibi gaudio fuisse litteras eius „a Genuensibus partibus missas", quibus cognoverit, eam peperisse et filium Adulowaldum catholicae fidei asscripsisse. Secundo abbati se responsurum, ubi morbus suus remiserit. „Sed tanta nos" inquit „podagrae infirmitas tenuit, ut non solum non dictare, sed etiam ad loquendum vix possemus assurgere, sicut et praesentium portitores, legati vestri, cognoverunt, qui nos . . . discedentes in summo vitae periculo et discrimine reliquerunt". Synodi tempore Iustiniani imperatoris habitae acta mittit. „Adulowaldo regi" mittit „phylacteria, id est, crucem cum ligno sanctae crucis Domini et lectionem sancti evangelii, theca Persica inclusum" et „sorori eius tres annulos, duos cum hyacinthis et unum cum albula". Petit, ut regi (Agilulpho) suo nomine „de facta pace gratias referat". Reg. XIV. 12, (Maur. XIV. 12, Guss. XII. 7). — „Scripta, quae ad nos".

**590—604.**

1926 Vitaliano abbate atque presbytero petente, duo monasteria sancti Petri, quorum alterum foras muros civitatis Beneventanae, alterum in civitate diruta quinto decimo miliario apud Beneventum a Theodora gloriosa femina constructum est, sub Romanae sedis iurisdictione suscipit. De missarum celebratione et abbatis electione constituit. Exscripsi ex codice Barberino XIV. 52 fol. 296, in quem hanc epistolam manus saec. XI inter alias Gregorii I. epistolas cum inscriptione „Aepistola beati Gregorii papae" inseruit. Vide Neues Archiv VII, ubi de hac epistola fusius disseram. — „Scitis quoniam semper".

†1927 Monasterio sancti Petri, sito in partibus Neustriae extra muros Rotomagiae civitatis, bullam dat. Ex bibl. nat. Paris. S. Germain l. 577 (l. 12777) fol. 109. dedit Delisle.

**590—604.**

†1928 Childerico, rege Francorum, petente, monasterium „Elnone sive Nantuacum" bulla donat. Ex bibl. nat. Paris. Coll. Baluze T. 41. fol. 65. dedit Löwenfeld.

Mart. 1. †1929 *Alionum, missum de Inglexio, filium regis Italiae, a Constantio archiepiscopo Mediolanensi in comitatum Italiae promotum, una cum cardinalibus et tribus patriarchis et Phoca imperatore comitem Italiae confirmat. Privilegia ei omnibusque descendentibus eius dat: Ius nominandi notarios et missos regis, creandi milites, separandi matrimonia illegitima, tributum exigendi in tota Italia, ita ut saeculares decimam, ecclesiae decimam quintam partem inferant. Econtra comes papae promittit tertio quoque anno decimam totius huius tributi. (Qui annus huic privilegio asscriptus est „606" non abhorret a falsarii ignorantia). Chronica Danielis cap. 2 in Forschungen z. Deutschen Gesch. XXI. 323.

†1930 *Aliono comiti curtes regales in comitatu Mediolanensi, quorum nomina indicat, et magnam salam Mediolani inter canonicam decimanam et sanctam Mariam concedit. Chronica Danielis cap. 3 in Forschungen z. Deutschen Gesch. XXI. 324.

†1931 *Aliono comiti insignia armorum concedit et mandat, ut clericos negligentes aut adulteros, bonis ac beneficiis privatos, ad se mittat. Chronica Danielis cap. 4 in Forschungen z. Deutschen Gesch. XXI. 324.

†1932 *Aliono comiti varia mandata dat de militum promotione. Chronica Danielis cap. 5 in Forschungen z. Deutschen Gesch. XXI. 324.

†1933 *Brunichildae reginae scribit magna cum sollicitudine de Theoperto et Theoderico, regibus Francorum, apud apostolicam sedem accusatis, ut eos „praedicando, castigando, monendo animae perducat". (Huius epistolae argumentum ab regg. 1837. 1871 diversum esse censeo.) Petrus Crassus in Sudendorf Registrum I. 44, Ficker Forschungen z. Reichs- und Rechtsgesch. Italiens IV. 121.

†1934 (CCLXXI) Randulpho, principi Salernitano, respondet „de his, qui ob causam frigidae naturae se dicant non posse invicem operam carnis dantes commisceri". Ex additamento ad Burchardi decr. in codice Lucensi Mansi X. 446, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 68, (sine Randulphi nomine: Burchardi decr. IX. c. 44, Ivonis decr. VII. c. 182, Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 1. c. 2. Idem fragmentum cum titulo: „Gregorius II. ad Iohannem Ravennatem episcopum" invenitur in Ivonis pan. VI. c. 116). — „De his requisisti" „Requisisti de his".

†1935 Landulpho, principi Salernitano, obiicit, quod inordinato studio Iudaeos ad christianum cultum adducere velit. Ivonis decr. I. c. 179. — „Licet ex devotionis".

†1936 (CCLXVIII) Venerio, episcopo Caralitano, de propinquitatis gradibus exponit. (Venerium hic et in regg. 1937. 1938 ex Ianuario, qui revera episcopus Caralitanus fuit, corruptum esse, persuasum mihi habeo.) Ex additamento ad Burchardi decr. in cod. Lucensi Mansi X. 444, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 68, (Gratiani decr. C. XXXV. qu. 5. c. 4. et 3, quod fragmentum prius c. 4. sub nomine Zachariae a Gratiano datur [Mansi XII. 356]). — „De gradibus propinquitatis" („Parentelae gradus" „Porro de affinitate").

†1937 (CCLXIX) Venerio, episcopo Caralitano, respondet, „mulierem copula nuptiali extraneo viro coniunctam cognationi eius pertinere; eo defuncto cognationem manere, nec sub altero viro cognationis vocabula dissolvi, nec susceptas soboles posse legitime ad prioris viri cognationis transire copulam". (Ivonis decr. IX. c. 39, pan. VII. c. 68), Gratiani decr. C. XXXV. qu. 10. c. 1, ex additamento ad Burchardi decr. in codice Lucensi Mansi X. 444, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 69. — „Fraternitatis vestrae studiosae".

†1938 Venerio, Caralitano episcopo, (al. Iohanni, Ravennati episcopo), respondet de his, qui matrimonio iuncti sunt, et nubere non possunt, quod ille aliam vel illa alium possit accipere. (Est ex epistola Rabani ad Heribaldum episcopum c. 29. vide Reginonis de syn. causis L. II. c. 243). Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 29, (Burchardi decr. IX. 40, Ivonis decr. VIII. 178, pan. VI. 115, Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 1. c. 1). — „Quod autem interrogasti".

†1939 (CCXLIV) Civibus Romae scribit, quod non liceat sacerdotibus cum feminis habitare. (Est ex conc. Romano Zachariae pp. c. 15?). Ivonis decr. VI. c. 76, (et sine titulo: Gratiani decr. I. D. 81. c. 23, Mansi X. 439, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 79). — „Oportet sacerdotes".

**590—604.**

†1940 Omnibus episcopis, ne uni personae duo committantur officia, praecipit. (Est Ioh. diac. II. c. 54 in Vita Gregorii M.). Ivonis decr. VI. c. 344, Gratiani decr. I. D. 89. c. 1. — „Singula ecclesiastici".

†1941 Decernit, plurimos canones colligens, de missis cantandis in ordinationibus episcoporum, presbyterorum, monachorum; de ritu Romanorum in virgine consecranda per episcopum (id quod „apud Graecos presbytero licitum sit"); vetat, ne viri habeant feminas monachas, „quod tamen" inquit „nos non destruimus, quia consuetudo est in hac terra"; edicit de abbatis electione; de sacrificio; de terra ecclesiae et mutatione eius; de baptismo et ordinatione ab haereticis factis; de poenitentia, quomodo pro diversis peccatis agatur. Dedit Bishop ex Coll. Brit. Varia I. C. n. 57, ubi sub inscriptione „Canones sancti Gregorii" hoc caput legitur (cf. Neues Archiv V. 579). — „In ordinatione episcopi".

†1942 (CCXL) Decernit, non licere particularem synodum congregare, sed quoties aliqua de universali synodo dubitatio nascatur, apostolicam sedem consulendam esse. (Est fragmentum epistolae Pelagii I. supra reg. 1018). Gratiani decr. I. D. 17. c. 4, Mansi X. 437, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 78. — „Nec licuit alicui".

†1943 (CCXLI) Quosdam monet ut „Paulinum pseudoepiscopum Aquileiensem, et illum Mediolanensem ad clementissimum principem sub digna custodia dirigant". (Est fragmentum epistolae Pelagii I. supra reg. 1018). Gratiani decr. C. XI. qu. 1. c. 20, Mansi X. 438, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 78. — „Istud est, quod".

†1944 (CCXLII) „Regulas sanctorum patrum pro tempore, loco et persona et negotio, instante necessitate, traditas esse" scribit. Gratiani decr. I. D. 29. c. 2, Mansi X. 438, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 78. — „Regulae sanctorum".

†1945 (CCXLIII) Praescribit clericorum in numerum qui homines asciscendi non sint. (Est in Ivonis decr. VIII. c. 295 cum titulo „Augustinus de ecclesiasticis regulis c. 72", [qui est liber Gennadii]). Gratiani decr. I. D. 33. c. 2, Mansi X. 439, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 78. — „Maritum duarum".

†1946 (CCXLV) Decernit haec: „Quicumque sacros ordines vendunt vel emunt, sacerdotes esse non possunt". Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 12, Mansi X. 439, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 79. — „Quicumque sacros".

†1947 (CCXLVI) Scribit haec: „Non nocet malitia episcopi neque ad baptismum infantis, neque ad ecclesiae consecrationem". (Augustini verba esse videntur). Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 89, Mansi X. 439, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 79. — „Non nocet malitia".

†1948 (CCXLVII) „Ecclesiam, quae pactione consecrata fuerit, potius exsecratam, quam consecratam dici debere", scribit. (Est Alexandri II. sententia, ut melius dicit Anselmus in coll. can. et Gerhous Reichersberg. in tractatu apud Martene Tom. V). Gratiani decr. C. I. qu. 4. c. 11, Mansi X. 440, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 79. — „Ecclesia, quae".

†1949 (CCXLVIII) Censet haec: „Quatuor modis perverti humanum iudicium, timore, cupiditate, odio, amore". (Est ex Isidori libro sententiarum III. c. 54. n. 7). Burchardi decr. XVI. 28, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 78, Mansi X. 440, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 80. — „Quatuor modis".

†1950 (CCXLIX) Decernit, „ut monachi, si presbyterii honore dedicati sint, cum ligandi solvendique potestate, decimarum, primitiarum, oblationum, donationum portionem ... non minus quam ceteri sacerdotes sibi vendicent". Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 23, Mansi X. 440, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 80. — „Moderamine apostolicae".

†1951 (CCL) Concedit „sacerdotibus monachis apostolorum figuram tenentibus, ut praedicent, baptizent, communionem dent, pro peccatoribus orent, poenitentiam imponant, atque peccata solvant". Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 24, Mansi X. 440, Gregorii M. opp. ed Gallicciolli IX. 80. — „Ex auctoritate huius".

†1952 (CCLI) Decernit hoc: „Reos sanguinis defendat ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat". (Ex Augustini dictis de eccles. dogmat. [quae sunt Gennadii] hoc caput proferunt Burchardi decr. XIX. 109, Ivonis decr. XV. 121). Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5. c. 7, Mansi X. 440, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 80. — „Reos sanguinis".

**590—604.**

†1953 (CCLII) „De ecclesiis, quae inter coheredes divisae sint" decretum edit. (Est c. 2 Capitul. Wormat. MG. LL. I. 350). Burchardi decr. III. c. 41, Ivonis decr. III. c. 45 (quorum uterque caput inscribit: Gregorius papa in decretis c. 5), Gratiani decr. C. XVI qu. 7. c. 35, Mansi X. 440, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 80. — „Considerandum est de".

†1954 (CCLIII) Praecipit hoc: „Si quis uxorem desponsaverit vel eam subarrhaverit, quamquam postea praeveniente die mortis eius nequiverit eam ducere in uxorem, tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio". Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 14, Mansi X. 441, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 80. — „Si quis uxorem".

†1955 (CCLIV) Quem Christi odio infidelis matrimonio exturbat, ei permittit, ut ad novas nuptias transeat. (Ex commentariis Hilarii ad. ep. Pauli, [qui Ambrosii esse dicuntur]). Gratiani decr. C. XXVIII. qu. 2. c. 2, Mansi X. 441, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 81. — „Si infidelis discedit".

†1956 (CCLV) Praecipit, ne uxor in adulterio deprehensa secundo umquam nubat, neve ea viva maritus alteram in matrimonium ducat. Gratiani decr. C. XXXII. qu. 7. c. 22, Mansi X. 441, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 81. — „Hii (al. His) vero, qui".

†1957 (CCLVI) Qui sacerdos peccata poenitentis enunciaverit, eum privari sacerdotio iubet. Gratiani decr. II. D. VI. c. 2, Mansi X. 441, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 81. — „Sacerdos ante omnia".

†1958 (CCLVII) Scribit haec: „Qui regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec crimen filiorum correxit, canis impudicus magis dicendus est, quam episcopus". Burchardi decr. I. c. 203, Ivonis decr. V. c. 317, (in Gratiani decr. C. II. qu. 7. c. 32 hoc caput Augustino asscribitur), Mansi X. 441, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 81. — „Qui nec regiminis".

†1959 (CCLVIII) Apostolicae sedis sententiam immutari vetat, „nisi forte sic prolata sit, ut retractari possit vel immutanda secundum praemissae tenorem conditionis existat". (Est fragmentum epistolae Nicolai I. ad episcopos regni Ludovici apud Mansi XV. 339, ut inter Nicolai capita profert Deusdedit Coll. can. I. c. 133). Gratiani decr. C. XXXV. qu. 9. c. 4, Mansi X. 441, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 81. — „Apostolicae sedis sententia".

†1960 (CCLIX) „Solempnitates dedicationum ecclesiarum et sacerdotum per singulos annos" ipsaque „encaenia octo diebus celebrari", iubet. (Est locus ex epistola Felicis IV. supra reg. †878, ut recte in plurimis canonum coll. inscribitur). Gratiani decr. III. D. I. c. 17, Mansi X. 442, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 81. — „Solempnitates dedicationum".

†1961 (CCLX) Monachos monachasque habitare in eodem monasterio, vetat. (Est Iuliani Epit. novell. 115 c. 57). Burchardi decr. VIII. c. 65, Ivonis decr. VII. c. 83, Gratiani decr. C. XVIII. qu. 2. c. 22, Mansi X. 442, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 81. — „In nullo loco".

†1962 (CCLXI) Qui „venerit contra decretum episcopi, eum ab ecclesia abiici" iubet. Burchardi decr. XV. c. 14, Ivonis decr. XVI. c. 15, Mansi X. 442, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 81. — „Si quis venerit".

†1963 Ut rectores ecclesiae et iudices publici in dictandis sententiis non sint praecipites, iubet. Reginonis de synodalibus causis L. II. c. 312. (Burchardi decr. XVI. c. 1, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 70, Mansi X. 440, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 79). — „Beatus Iob" („Summopere praecavendum").

†1964 Decernit, ut „qui commiserit prohibita, etiam concessa sibimet ipsi abscidere debeat". (Inter homilias Gregorii non est hoc caput repertum). Reginonis de synod. causis L. I. c. 322, Burchardi decr. XIX. c. 65. — „Qui se iusticia".

†1965 Dicit: „Usque tunc laborare debet homo, usque quo possideat Christum. Qui autem semel illum adeptus fuerit, iam non laboret". Burchardi decr. XIX. c. 61, Ivonis decr. XV. c. 75. — „Usque tunc laborare".

†1966 Scribit: „Nos qui praesumus, non ex locorum vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, nec urbium claritate, sed fidei puritate". Burchardi decr. I. c. 208, Ivonis decr. V. c. 322, Gratiani decr. I. D. 40. c. 3. — „Nos, qui praesumus".

**590—604.**

†1967 Scribit: „Qui Dei nobilitatem a se deiecit, nobilitate loci privatur". Burchardi decr. I. c. 206, Ivonis decr. V. c. 320, Gratiani decr. I. D. 40. c. 11. — „Adam primus".

†1968 De peccato ieiuniis, vigiliis et eleemosynis emendando scribit. Reginonis de synod. causis L. II. app. I. c. 33. — „S. Paulus apostolus dicit".

†1969 Humilem esse episcopum, exigit. Burchardi decr. I. c. 14. — „Humilis debet".

†1970 Docet: „Cavendum esse omnibus modis mendacium, sive pro malo, sive etiam pro bono proferri videatur". Burchardi decr. XII. c. 28. — „Noli fili negare".

†1971 De observatione quadragesimae scribit. (Inter homilias Gregorii fragmentum non est ita repertum). Burchardi decr. XIII. c. 1, Ivonis decr. IV. c. 34 (uterque cum titulo: „ex epistola Gregorii papae"), (Ivonis pan. II. c. 182, Gratiani III. D. V. c. 16). — „Quadragesima summa".

†1972 Decernit, ut presbyter simoniacus sacerdotii honore spolietur. (Haud recte ex epist. Gregorii M. ad Clementium Bizacenum [reg. 1284] hoc fragmentum citatur a Bertholdo in apolog. pro Gregorio VII. et sub nomine Paschalis II. in Gratiani decr. C. I. qu. 3. c. 14 [cf. reg. 4867 ed. 1]). Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 3. — „Presbyter, si ecclesiam".

†1973 Docet de sacramentis non meritis sacerdotum, sed virtute divina sanctificatis. Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 84. — „Multi secularium".

†1974 Decernit, ut qui calumpniam non probat, poenam rei incurrat. (Est ex Ioh. diac. VII. c. 31 in Vita Gregorii M.). Gratiani decr. C. V. qu. 6. c. 2 et 3. — „Qui calumpniam" „Quia iuxta".

†1975 Dicit: „Privilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate". (Est ex epistola Simplicii supra reg. 583). Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 63. — „Privilegium omnino".

†1976 Scribit de sententia iudicii non pro praemiis ferenda. (Est ex Isidori lib. sentent. III. c. 54). Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 66. — „Qui recte iudicat".

†1977 Decernit, ne usque ad septimam generationem quisquam uxorem ex sua cognatione ducat. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2 et 3. c. 1 (ex concilio Meldensi hoc caput haud recte proferunt Ivonis decr. IX. c. 51, pan. VII. c. 82). — „De affinitate".

†1978 Vetat, ne separentur, qui infra septimam generationem ignoranter copulantur. Gratiani decr. C. XXXV. qu. 8. c. 1. — „De gradibus vero".

†1979 Dicit: „Bella carnalia (sc. in historia Iudaica) figuram bellorum spiritualium gerere". (Est ex homilia Origenis 15. in Iosuam). Gratiani decr. C. XXIII. qu. 1. c. 1. — „Nisi bella ista".

†1980 Scribit de poenitentia eius, qui episcopum, presbyterum vel ecclesiam vi persequitur. (Est Benedictus Lev. II. 115 cet.). Gratiani decr. C. XXIV. qu. 3. c. 22, (ex concilio Tungrensi hoc caput proferunt: Burchardi decr. X. c. 65, Ivonis decr. XIII. c. 65.) — „Quisquis per dolum".

†1981 (CCLXII) Qui bona ecclesiae abstulerit, eum et quadruplum reddere et annis duobus agere poenitentiam, iubet. Ex additamento ad Burchardi decr. in cod. Lucensi Mansi X. 442, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 84. — „Si quis terram aut".

†1982 (CCLXIII) Qui „ad se ditandum, aliis fraudandum, aquam cum musto vel cum vino miscuerit, eum vetat per annos quinque vinum bibere". Ex additamento ad Burchardi decr. in codice Lucensi Mansi X. 442, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 84. — „Si quis ad se".

†1983 (CCLXIV) Decernit haec: „Quicumque tanquam amore cuiuslibet sancti feria secunda vel sexta ieiunium ruperit, nisi pro eiusdem sancti reverentia in vigilia ipsius sancti ieiunaverit, septem dies in pane et aqua poeniteat". Ex additamento ad Burchardi decr. in cod. Lucensi Mansi X. 442, Gregorii M. opp. ed. Galliciolli IX. 84. — „Quicumque tanquam".

†1984 (CCLXV) Qui episcopalem vel sacerdotalem dignitatem simoniace „acceperit et non sponte reliquerit, cumque insperata mors poenitentem non invenerit, eum proculdubio in aeternum periturum" dicit. Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 115; ex codice Lucensi Mansi X. 442, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 84. — „Si quis neque sanctis".

†1985 (CCLXVI) De archidiaconorum muniis constituit. Ex additamento ad Burchardi decr. in cod. Luc. Mansi X. 443, Gregorii M. opp. ed. Galliccioli IX. 73. — „Ministerium archidiaconi".

**590—604.**

†1986 (CCLXVII) Archipresbytero quae sint administranda, docet. Ex additamento ad Burchardi decr. in cod. Luc. Mansi X. 444, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 74. — „Ministerium archipresbyteri".

**600—604.**

†1987 (CCXXXIX) Augustino, Anglorum episcopo, scribit, 1) clericos debere „a quinquagesima propositum ieiunandi suscipere"; 2) in vitio quidem esse laicos die dominico ebriositati servientes, sed „ideo cum venia suo ingenio relinquendos esse, ne forte peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur"; 3) „par esse, ut quibus diebus a carne animalium abstineamus, ab omnibus quoque, quae sementinam carnis trahant originem, ieiunemus, a lacte videlicet, caseo et ovis"; 4) „piscium esum ita christiano relinqui, ut hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriae pariat incendium", itaque „sumptuosiora marinarum beluarum convivia praeparari" non debere; 5) ebrietatem esse fugiendam. Ivonis decr. IV. c. 29, Gratiani decr. I. D. 4. c. 6, Registr. Greg. ed. Maur. app. XIII. — „Denique sacerdotes".

†1988 Augustino, Anglorum episcopo, scribit non licere filiis e monasterio egredi, quos parentes infantes fecerint ordinari. (Est ex Gregorii II. epistola ap. Jaffé Mon. Mogunt. p. 90). Gratiani decr. C. XX. qu. 1. c. 2. — „Addidistis adhuc".

†1989 (CCLXX) De „quatuor ieiuniis quatuor temporum genti Anglorum praedicandis praecipit". (Ad Gregorium VII. referri debet; vide Muratorii Antiq. medii aevi T. II. diss. 262 c. 7). Ex additamento ad Burchardi decr. in cod. Lucensi Mansi X. 446, Gregorii M. opp. ed. Gallicciolli IX. 84. — „Sunt quatuor".

**604.** (*Imp. Phoca a. 2. et consulatus eius a. 1, ind. 7.*)

Ian. — 1990 (1545) Alcisoni, episcopo Corcyraeo, praecipit, ut, salva ecclesiae eius iurisdictione, Iohannem, episcopum Euriae, reliquias S. Donati in ecclesia S. Iohannis Cassiopensi recondere permittat. Reg. XIV. 13, (Maur. XIV. 13, Guss. XII, 8). — „Resipiscentibus fratribus".

„ 25. — 1991 (1546) Felici subdiacono, rectori patrimonii Appiae, mandat, ut possessiones quasdam ad lumina comparanda ecclesiae S. Pauli Romanae tradat. „Facta traditione", inquit „volumus, ut hoc praeceptum in scrinio ecclesiae nostrae experientia tua restituat". (Hanc epistolam et collectiones manuscriptae inter Registri epistolas, et marmor basilicae Romanae beati Pauli in cornu evangelii positum iisdem verbis, sed omisso in Registro titulo et die tradiderunt). Maii Scr. vet. nov. coll. V. 213, Puccinelli Memorie sepolcrali p. 53, Gregorii M. opp. ed. Maur. IV. 330, Gregorii M. Reg. XIV. 14, (Maur. XIV. 14, Guss. XII. 9). — „Licet omnia, quae".

„ — 1992 (1481) Venantio, episcopo Perusino, mandat, ut „amphimallum tunicam" ad Ecclesium episcopum (Clusinum) „frigore omnino laborantem" quam celerrime per latorem praesentium perferendam curet. Reg. XIV. 15, (Maur. XII. 47, Guss. X. 53). — „Fratrem et coepiscopum".

Febr.Mart. — 1993 (1305) Leonem, episcopum Catanensem, hortatur, ut monasterium sancti Viti, in Aetna monte situm, ab adversariorum iniuriis tueatur, monachosque mulieribus uti vetet. Praeceptum Pelagii I. papae, Leonis praedecessori, Elpidio episcopo, datum confirmat eiusque exemplar adiungit (vide supra reg. 1030, quod non cum hoc praecepto congruere censeo). (De notis temporis cf. Neues Archiv III. 572). Reg. XIV. 16, (Maur. X. 22, Guss. VIII. 21). — „Martianus".

„ „ — 1994 (1306) Hadriano, notario suo Siciliae, mandat de fratribus monasterii sancti Viti in Aetna monte siti puniendis, quos cum mulieribus vivere non puduerit. Reg. XIV. 17, (Maur. X. 23, Guss. VIII. 22). — „Res ad nos omnino".

Mart. 12. — In ecclesia b. Petri ante secretarium — Sepelitur „XII. die Mart.", Vita Gregorii in Vignolii lib. pont. I. 234; „secundo Phocatis anno die IV. id. Mart.", Bedae Hist. eccl. L. II. c. 1. p. 166. Iohannis diaconi Vita Greg. L. IV. c. 71, Greg. Opp. ed. Bened. IV. 170: „Quartum decimum (in codd. tertium decimum) epistolarum librum septimae indictionis imperfectum reliquit, quoniam ad eiusdem indictionis terminum non pertingit"; (vide, quod dixi in Neues Archiv III. 557). Errat tum Beda, qui l. l. p. 156 Gregorii mortem ad annum 605, tum Paulus diaconus, qui illum secutus, ad indictionem VIII. eam revocat in Hist. Lang. L. IV. c. 29 (MG. SS. Rer. Langob. p. 126).

## SABINIANUS. 604—606.

**604.**

Sept. 13. — Consecratur. Sedit enim a. 1 m. 5 d. 9, testibus Vita Sabiniani in Vignolii lib. pont. I. 235, et Prosperi continuatore p. 36. Itaque ecclesia m. 6 d. 1 vacaverat, non m. 5 d. 19, ut legitur in Vita Gregorii p. 234.

**606.**

Febr. 22. Romae — Moritur. Vita Sabiniani p. 235: „Quo defuncto, funus et lectus eius per portam S. Iohannis ductus est foris muros civitatis ad pontem Molvium, qui et sepultus est in ecclesia b. Petri"; p. 236: „Depositus est sub die XXII. mensis Februarii".

---

## BONIFATIUS III. 607.

**607.**

Febr. 19. — Consecratur. Cum enim ecclesia post Sabinianum, ut testatur Vita eius p. 236, vacaverit m. 11 d. 27 („quia de Constantinopoli legatio expectabatur" dicitur in Herimanni Aug. Chron. ad ann. 605, MG. SS. V. 91), et Bonifatio III. in Vita ap. Vignolium, lib. pont. I. 236, dentur m. 8 d. 22 (m. 9 d. 22 a Prosperi continuatore p. 36; sunt autem m. 8 d. 24), consecratio eius ad dominicum diem 19. Febr. 607 referatur necesse est.

In ecclesia b. Petri — Synodus episcoporum 72. Vita Bonifatii III. p. 237 (Mansi X. 503): „Hic fecit constitutum in ecclesia b. Petri apostoli, in quo resederunt episcopi 72, presbyteri Romani 33, diaconi et clerus omnis, sub anathemate: Ut nullus pontifice vivente, aut episcopo civitatis suae, praesumat loqui de successore, aut partes sibi facere, nisi tertia die depositionis eius adunato clero et filiis ecclesiae; et tunc electio fiat, et quem voluerint habeant licentiam eligendi sibi sacerdotem". (Vide Baronium ad ann. 606 n. 8).

Nov. 12. „ — Sepelitur „pridie idus Nov.", Vita Bonifatii III. p. 237. Annum 607, non 608, indicat titulus ap. Mabillon, Vet. anal. p. 220: „depositus pridie idus Nov. imperante domno (Phoca) pp. Augusto anno VI., ind. XI".

---

## BONIFATIUS IV. 608—615.

**608.**

Sept. 15. — Consecratur. Dominicus hic dies apparet tum ex Bonifatii III. Vita p. 237, ubi post hunc sedes dicitur per menses 10 d. 6 (rectius 4, ut habet cod. Urbin.) vacasse, tum ex Vita Bonifatii IV. ap. Vignolium, lib. pont. I. 238, docente, istum ecclesia a. 6 m. 8 d. 13 (a. 6 m. 9. d. 13 dat Prosperi cont. p. 36; sunt autem a. 6 m. 8 d. 11) administrata, „defunctum, sepultum esse VIII. kal. Iunii (a. 615)". Sed Papebrochius et Pagius consecrationem die 25. m. Augusti 608 factam esse coniiciunt ex eo, quem Manlius nescio an male transcripsit, titulo in Baronii annal. 614, in quo ultimus Bonifatii IV. dies 8. m. Maii praebetur.

**609?**

Mai. 13. Romae — Pantheon templum dedicat beatae Mariae, permissu Phocatis imperatoris. Vita Bonifatii IV. p. 238. Annum 609 indicant Annales Monasterienses MG. SS. III. 153, Sigebertus in Chron. MG. SS. VI. 321 et Herimannus Contr. MG. SS. V. 91, annum 610

**609?**

Marianus Scotus MG. SS. V. 542, (qua re motus Ciaconius dedicationem Mai. 13. anni 610 asscribit, Migne 80 p. 102). Diem profert Bedae martyrologium, Opp. ed. Giles IV. 66. Vide Paulum diac. in Hist. Langob. IV. c. 37, Bedam in Hist. eccl. II. c. 4.

**608—610.**

1995 *Phocatem imperatorem rogat, statuat, sedem Romanae ecclesiae caput esse omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium scribebat. Paulus diac. Hist. Langob. IV. c. 37.

**610.** (*Imp. Phocatis a. 8, ind. 13.*)

Febr. 27. Romae „Synodus episcoporum Italiae", cui assedebet Mellitus Londinensis episcopus, et in qua „de vita monachorum et quiete" constituitur. Vide Bedae Hist. eccl. L. II. c. 4; Opp. ed. Giles T. II. p. 186, Mansi X. 503, Migne 80 p. 103.

†1996 (CCLXXII) In concilio decernit, „a sacerdotibus monachis ligandi solvendique potestatem atque officium haud indigne administrari, si eos digne contigerit ad hoc ministerium sublimari". (Cur Adelberto, Cantuariorum regi, hoc caput inscribat Mansi X. 503 non video, cum in decreto nihil tale inveniatur). Ivonis decr. VII c. 22, Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 25, Holstenii Coll. Rom. I. 242, Mansi X. 504. 506, Migne 80 p. 104 (Exemplum discrepans apud Labbeum Conciliorum coll. V. 1618 et Migne 80 p. 103 not. a). — „Non ullo fulti" „Sunt nonnulli nullo" „Sunt nonnulli fulti" „Sunt nonnulli stulti".

„ 27. †1997 (CCLXXIa) Monasterio SS. Petri et Pauli (Dorovernensi) varia privilegia tribuit. (Dat. a. 610.) Chron. W. Thorn. ap. Twysden H. A. SS. II. 1766. — „Omnipotentis Dei".

1998 (1548) Athelberto, Anglorum (Cantuariorum) regi, per Mellitum, episcopum Londinensem, petenti, concedit, ut „in monasterio, in Dorovernensi civitate constituto, quod sanctus doctor Augustinus, b. memoriae Gregorii discipulus, S. Salvatoris nomini consecraverit, et cui ad praesens praesit Laurentius (archiepiscopus Cantuariensis) licenter per omnia monachorum, regulariter viventium, habitationem statuat". Decernit quoque, ut „ipsi monachi monachorum gregem sibi associent". Levi ratiuncula ducti spuriam hanc bullam censent Hefele III. 66, suspectam Haddan et Stubbs III. 65) Hist. mon. S. August Cant. p. 86, Haddan and Stubbs Councils III. 65, Willelmi Malmesb. gest. pont. Angl. ap. Savile H. A. Scr. 112, Holstenii Coll. Rom. I. 246, Mansi X. 505, Migne 80 p. 106. — „Dum christianitatis".

1999 (1549) *Ad Laurentium, archiepiscopum Cantuariensem, litteras dat Mellito, episcopo Londinensi. Bedae Hist. L. II. c. 4. l. l., Mansi X. 503, Migne 80. p. 104.

2000 *Ad gentem Anglorum litteras dat Mellito episcopo Londinensi. Vide reg. praeced.

**613.** (*Imp. Heraclio a. 3, post cons. eius 2, et Heraclio Constantino 1, ind. 1.*)

Aug. 23. 2001 (1550) Floriano, episcopo Arelatensi, gratulatur „quod gravitatem", inquit „qua praeditum te dudum audieram, praecellentissimorum regum atque electionis tuae epistolae, nec non Candidi presbyteri testimonium confirmavit". Agendi praecepta dat, in his, ut simoniae obluctetur. Mittit pallium. „Patrimoniolum ecclesiae Romanae, in illis partibus constitutum" commendat. Peyron Ciceronis oratt. fragm. append. p. 148. Räss und Weiss, Leben der Väter und Märtyrer III. 381. — „Multum frater".

(„ 23.) 2002 (1551) Theodorico, regi Francorum, respondet, se litteras eius „cum ea, qua decuit, dulcedine et veneratione suscepisse, in quibus" inquit „nobis de fratris et coepiscopi nostri Floriani Arelatensis ordinatione significastis, atque ut secundum antiquam consuetudinem pallium deberemus transmittere scripsistis". Laudat eum, quod ecclesiarum curam agat. „Ecclesiasticas utilitates et pauperes b. Petri" commendat. Peyron Ciceronis oratt. fragm. append. p. 152. Räss und Weiss, Leben der Väter und Märtyrer III. 386. — „Scripta excellentiae".

**615.**

Mai. 25. Ad b. Petrum Sepelitur „VIII. kal. Iunii". Vita Bonifatii IV. p. 238. Vide Nicephori chronic.

615.

771. 12. (Falso Baronius ex Manlii collectione epitaphium supra memoratum profert [Migne 80 p. 99], ubi Bonifatio dantur a. 6 m. 8 d. 12 et depositio eius VIII. id. Maii imp. Heraclio a. V. facta esse dicitur.)

---

## DEUSDEDIT. 615—618.

615.

Oct. 19. Consecratur. Nam post pontificatum annorum 3 et dierum 20, (quos ei tribuit et Prosperi cont. p. 37), die 8. m. Novembris (a. 618) sepultus esse legitur in Vita ap. Vignolium, lib. pont. I. 239. Itaque in Bonifatii IV. Vita p. 239, quae sedem ante Deusdedit m. 6 d. 25 vacasse tradit, scribendum fuit: m. 4 d. 25.

c. 617.

Romae. Eleutherium patricium et cubicularium suscipit. Vita Deusdedit p. 240.

615—618.

†2003 (CCLXXIII) Gordiano, episcopo Hispalensi (al. „Hispaniarum ecclesiae episcopo"), scribit, qui suos liberos ex lavacro sancto ipsi susceperint, eorum matrimonia esse dirimenda. Burchardi decr. XVII. c. 44, Ivonis decr. I. c. 305. pan. VI. c. 127, Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 1, Mansi X. 536, Migne 80 p. 361, Blondelli Ps. Is. p. 675. — „Pervenit ad nos".

†2004 Vetat, ne puellam, quam de sacro fonte susceperit, quisquam filio in matrimonium tradat. Cum titulo: „Zacharias et Deusdedit" Gratiani decr. C. XXX. qu. 3. c. 3. — „Non oportet filiam".

618.

Nov. 8. Ad b. Petrum. Sepelitur die „VIII. mensis Novembris". Vita Deusdedit p. 241.

---

## BONIFATIUS V. 619—625.

619.

Dec. 23. Consecratur. Coniectura Pagii, qui mortuo Deusdedit sedem non mensem 1 d. 16, ut legitur in huius Vita p. 241, sed annum 1 m. 1 d. 16 vacasse putat, probanda est, nisi cum Cennio ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. 26 sumere velis, Bedam, Hist. eccl. L. II. c. 7—11, in statuendis annis saepius esse lapsum.

619—624.

2005 (1552) *Mellito, archiepiscopo Dorovernensi, et Iusto, episcopo Roffensi, „cum magna ecclesiam Anglorum cura ac labore gubernantibus, scripta exhortatoria" mittit. Bedae Hist. eccl. L. II. c. 7, Opp. ed. Giles II. 196.

624.

2006 (1553) Iustum (archiepiscopum Dorovernensem) laudat, quod Ethelwaldum regem „ad verae conversionis et indubitatae fidei credulitatem" perduxerit. Pallium mittit, et episcopos consecrandi ius ei concedit. Bedae Hist. eccl. L. II. c. 8, ed. Giles II. p. 198, Hist. mon. S. August. Cant. p. 151, Haddan and Stubbs Councils III. 72, Mansi X. 549, Migne 80 p. 435. — „Quam devote".

**625.**

2007 (1554) Iusto (archiepiscopo Dorovernensi) gratulatur de Eadbaldo, Cantuariorum rege, Christi fidei conciliato. Decernit, Gregorii praedecessoris sui statuta confirmans, „ut in Dorovernia civitate semper in posterum metropolitanus totius Britanniae locus habeatur, omnesque provinciae regni Anglorum praefati loci metropolitanae ecclesiae subiiciantur". Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 112[b], Twysden H. A. Scr. I. 1749, Wilkins Conc. Mag. Brit. I. 32, Haddan and Stubbs Councils III. 73, Mansi X. 553, Migne 80 p. 439. — „Susceptis vestrae".

(Iul.-Oct.) 2008 (1555) Edwinum, regem Anglorum (Northanhumbrorum), hortatur, ut „abominatis idolis, credat in Deum patrem eiusque filium et spiritum sanctum". Mittit „benedictionem b. Petri, id est: camisiam cum ornatura in auro una, et lena Ancyriana una". Bedae Hist. eccl. L. II. c. 10, ed. Giles p. 208, Hist. mon. S. August. Cant. p. 155, Haddan and Stubbs Councils III. 75, Mansi X. 550, Migne 80 p. 436. — „Licet summae".

(„ „) 2009 (1556) Ethelbergae reginae (Northanhumbrorum) ad christianam fidem conversae, gratulatur, suadetque, ut maritum regem ab idololatria avocet. Muneri mittit „speculum argenteum et pectinem eboreum inauratum". Bedae Hist. eccl. L. II. c. 11, ed. Giles p. 216, Hist. mon. S. August. Cant. p. 159, Haddan and Stubbs Councils III. 78, Mansi X. 552, Migne 80 p. 438. — „Redemtoris nostri".

Oct. 25. | Ad b. Petrum | Sepelitur „die XXV. Octobris", cum sedisset a. 5. m. 10. Vita Bonifatii V. in Vignolii lib. pont. I. 241, 242.

# HONORIUS I. 625—638.

**625.** (*Ind. 14.*)

Nov. 3. | Consecratur. Diem 30. m. Octobris indicat Vita Bonifatii V. p. 243, in qua post hunc vacuam per dies 13 ecclesiam fuisse legimus; diem 6. m. Novembris Vita Honorii in Vignolii lib. pont. I. 243, ubi isti, quem die 12. m. Oct. a. 638 sepultum esse scimus, pontifici assignantur anni 12 m. 11 d. 14. Qui intercessit, dominicus dies 3. Nov. videtur deligi debere.

Dec. 13. | (Romae) | 2010 (1557) Iohanni, Andreae, Stephano, Donato, episcopis per Epirum constitutis, significat, quem consecraverint, Hypatium, episcopum Nicopolitanum, nisi in has Romanas partes venerit et Soterici decessoris neci se affinem non esse iureiurando firmaverit, pallio non impertitum iri. Deusdedit Coll. can. I. c. 188, Mansi X. 581, Migne 80 p. 478. — „Praesentium latores".

„ 13. | „ | 2011 (1558) Gratioso subdiacono „domum cum horto, positam in hac urbe Roma iuxta thermas Diocletianas, regione A (lege Δ, id est quarta, cf. Zaccaria Dissert. de rebus eccl. II. 132), in 29 annorum spacia ad unum auri solidum, persolvendum singulis quibusque annis rationibus ecclesiasticis pensionis nomine, possidendam concedit". Ex Honorii registro Deusdedit Coll. can. III. c. 117, Leonis M. Opp. III. p. CCCVI., Mansi X. 584, Migne 80 p. 480. — „Ne cuiquam".

„ | 2012 (1559) Isacium, patricium et exarchum Italiae, rogat, cum Adalavaldum in regnum restituerit, ut episcopos Transpadanos in has Romanas partes puniendos mittat, qui glorioso Petro, Pauli filio, persuadere conati sint, ut, Adalavaldi parte deserta, Ariovaldi tyranni rebus faveret. (Duae sunt epistolae res easdem diversis verbis significantes). (Coll. Brit. Varia II, n. 5 in Neues Archiv V. 583.). Ivonis decr. XII. c. 25, Troya Cod. dipl. I. 591, Mansi X. 577. 586, Migne 80 p. 469. 482. — „Delatum est ad" „Quorundam scriptis".

**626.** (*Ind. 14. — 1. Sept. — 15.*)

Mai. 12. | 2013 (1560) Servodei notario casale Aurelianum, „positum via Portuensi iuxta sanctos Abdon et Sennen, praestantem auri solidos II semis, iuris Romanae ecclesiae, a praesenti XIV. indictione, diebus vitae eius concedit, ita sane, ut annis singulis, pensionis nomine rationibus ecclesiasticis duo auri solidi et tremissis unus persolvantur".

**626.** (*Ind. 14.— 1. Sept.— 15.*)
Deusdedit Coll. can. III. c. 118, Leonis M. Opp. III. p. CCCVI, Zaccaria Dissert. de reb. eccles. II. 133, Mansi X. 584, Migne 80 p. 480. — „Quotiens a nobis illud petitur“.

**627.** (*Ind. 15.— 1. Sept.— 1.*)

Iun. 10. (Romae) 2014 *Georgio praefecto scribit, ut Theodori praesidis Sardiniae facinus corrigat. Vide epist. sequentem.

2015 (1561) Sergio subdiacono significat, clericos Caralitanos, a sese excommunicatos, cum navem iam conscendissent, ut a Barbaro, defensore regionario, Romam deportarentur, per Theodorum, „perversum praesidem eiusdem Sardiniae“, in Africanam provinciam esse missos. Gregorium praefectum de ea re suas per litteras iam eruditum, admoneri iubet, ut et poenas de Theodoro capiat, et clericos in hanc civitatem Romanam dirigat. Ita asscribit: „Exemplar vero sacrae Theodosii et Valentiniani tuae experientiae curavimus destinandum et eidem eminentissimo praefecto per tuam experientiam dirigendum . . . quemadmodum serenissimi principes hactenus omnes innovaverunt cuncta privilegia sedis apostolicae et quae olim eidem sunt concessa, ipsa lectione poterit approbari“. Deusdedit Coll. can. I. c. 189, Mansi X. 582, Migne 80 p. 478. — „Post parvi“.

**628.** (*Imp. Heraclio a. 18, p. c. eius a. 17, et Heraclio Constantino a. 16, ind. 1.— 1. Sept.— 2.*)

Febr. 18. 2016 (1562) Episcopis per Venetiam sive Istriam constitutis ita scribit: „Quidquid ad ea, quae per clericos Gradensis ecclesiae nobis scripta sunt, fraternitati vestrae censuimus respondendum, quibus paenis quibusque interdictionis canonicae aculeis Fortunatum olim sacerdotio exuendum decrevimus feriendum, et nunc iterato paginalis auctoritatis decreto eius perfidiam innodantes damnamus. Oportuit igitur fraternitatem vestram ea ipsa nobiscum sentire et gratias Deo omnipotenti peragere, quia lupum ovili pelle fucatum e medio gregis Dei iuxta perfidiam sui meriti in praecipitium carnis abiecit; quatenus ne is, qui diu saeviens sub inducta hypocrisi videbatur occulte medulitus latitare, in baratrum suae caecitatis corruens, latere potuisset et gregem Dei sicut antea dente perfido sauciare. Gaudendum est igitur et vehementer laetandum, quia unius ruina omnium sunt aedificata ac restaurata constantis fidei fundamenta.“ Commendat praeterea Primogenium, subdiaconum et regionarium sedis Romanae, missum, ut, deiecto Fortunato, „Gradensi ecclesiae episcopali ordine cum pallii benedictione consecraretur“. Addit de nunciis ad Langobardorum regem missis, qui „eundem Fortunatum, uti, relicta ab eo republica, ad gentesque prolapsum et, abnegata concordiae unitate, Deo rebellem et perfidum, nec non res, quascumque secum aufugiens abstulisse monstretur, expetere et repetere non morentur“. Initium huius epistolae, quod in editionibus desideratur, ex Trivisano, qui Vindobonae asservatur, codice (fol. 2) exscripsit Pertz. Reliqua invenies in Danduli chron. apud Muratori R. Ital. SS. XII. 113, cf. ibid. not. c. et Muratori Ann. d'It. ad a. 630, Ughelli It. Sacr. V. 1085, De Rubeis Monum. eccl. Aquileiensis p. 297, Cod. dipl. Istr. ad a. 628, Migne 80 p. 469. — „Quidquid ad ea“ („Et suademus“ „Suademus et“).

Iun. 11. 2017 (1563) Bertulfo abbate presbytero petente, monasterium SS. Petri et Pauli Bobiense a cuiusvis sacerdotis, praeterquam Romani pontificis, liberat potestate. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 5, Rossetti Bobb. ill. I. 115, Ughelli It. Sacr. IV. 955, Migne 80 p. 483, Bull. Rom. T. E. I. 178, Troya Cod. diplom. I n. 307. (Vide Harttung Forschungen p. 62 sqq.) — „Si semper sunt concedenda“.

**634.** (*Imp. Heraclio a. 24, p. c. eius a. 23, et Constantino a. 23, et cons. eius a. 3, et Heraclio a. 3, ind. 7.— 1. Sept.— 8.*)

2018 (1564) Sergium, episcopum Constantinopolitanum, laudat, quod Sophronium, quondam monachum, episcopum nunc Hierosolymitanum, monuerit, ut cum Cyro, episcopo Alexandrino, „unam operationem Iesu Christi praedicante“, desisteret contendere. Addit: „unam voluntatem fatemur domini nostri Iesu Christi; utrum autem propter opera divinitatis et humanitatis una, an geminae operationes debeant derivatae dici vel intelligi, ad nos ista pertinere non debent, relinquentes ea grammaticis,

**634.** (*Imp. Heraclio a. 24, p. c. eius a. 23, et Constantino a. 23, et cons. eius a. 3, et Heraclio a. 3, ind. 7. — 1. Sept. — 8.*)

qui solent parvulis exquisita derivando nomina venditare. Nos enim non unam operationem vel duas: Iesum Christum eiusque sacrum spiritum, sacris literis percepimus, sed multiformiter cognovimus operatum". Hortatur, „ut unius vel geminae, novae vocis inductum operationis vocabulum aufugiens, unum dominum Iesum Christum, in duabus naturis operatum: divinitus atque humanitus praedicet". (Epistola haec ex graeca traductione, quae in concilio oecummenico sexto relecta est, in latinum translata extat; hanc et eam, quae infra reg. 2024 legitur, Honorii papae nomine Iohannes Symponus, abbas Romanus, composuit [vide Maximi disputationem cum Pyrrho apud Mansi X. 739]. Levibus cum argumentis cum epistolas duas ab Honorio Sergio scriptas Bartholus Feltrensis episcopus in apologia pro Honorio I. falsas iudicasset, incorruptam fidem Pennacchi in Diss. de Honorii I. causa, Concilio Vaticano a. 1870 dedicata, defendit). Mansi XI. 537, Migne 80 p. 473. — „Τὰ γραφέντα παρὰ τῆς ὑμετέρας" „Scripta fraternitatis".

Iun. (11.) 2019 (1565) Edwini, Anglorum (Northanhumbrorum) regis, fidem confirmat. Nunciat, se eius precibus motum Honorio (Dorovernensi) et Paulino (Eboracensi) metropolitis pallia misisse, „ut" inquit „dum quis eorum de hoc seculo ad auctorem suum fuerit arcessitus, in loco ipsius alter episcopum debeat subrogare; quod pro tantarum provinciarum spatiis, quae inter nos et vos esse noscuntur, sumus invitati concedere". Bedae Hist. eccl. L. II. c. 17, ed. Giles p. 244, Haddan and Stubbs Councils III. 83, Mansi X. 579, Migne 80 p. 476. — „Ita christianitatis".

„ 11. 2020 (1566) Honorium (Dorovernensem et Paulinum Eboracensem episcopum a paribus) pallii iure ornat, iisque concedit, „ut quando unum ex iis divina ad se iusserit gratia vocari, is, qui superstes fuerit, alterum in loco defuncti debeat episcopum ordinare". Bedae Hist. eccl. L. II. c. 18, ed. Giles p. 248, Hist. mon. S. August. Cant. p. 170, Haddan and Stubbs Councils III. 84, Mansi X. 580, Migne 80 p. 477. — „Inter plurima".

**c. 634.**

2021 (1567) Honorio (archiepiscopo Dorovernensi) eiusque successoribus „primatum omnium ecclesiarum Britanniae" in perpetuum concedit. Addit: „Tuae ergo iurisdictioni subiici praecepimus omnes ecclesias Angliae et regiones et in civitate Dorovernia metropolitanus locus et honor archiepiscopatus et caput omnium ecclesiarum Anglorum populorum semper in posterum servetur". (Epistola suspecta). Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 112ᵇ, Twysden H. A. Scr. I. 1750, Wilkins Conc. M. Br. I. 35, Haddan and Stubbs Councils III. 85, Mansi X. 583, Migne 80 p. 479, Bull. Rom. T. E. I. 178. — „Susceptis vestrae dilectionis".

2022 (1568) *„Gentem Scotorum, in observatione sancti paschae errantem", hortatur, „ne paucitatem suam, in extremis terrae finibus constitutam, sapientiorem antiquis sive modernis, quae per orbem terrae sint, Christi ecclesiis, aestiment; neve contra paschales computos et decreta synodalium totius orbis pontificum aliud pascha celebrent". Vide Bedae Hist. eccl. L. II. c. 19, ed. Giles p. 250.

2023 (1569) *Asterio, episcopo Ianuensi, mandat, ut Birinum, „in intimis ultra Anglorum partibus, sanctae fidei semina sparsurum", consecret episcopum. Vide Bedae Hist. eccl. L. III. c. 7, ed. Giles p. 282.

**625—638.**

2024 (1570) Sergio, episcopo Constantinopolitano, significat, Cyrum Alexandrinum et Sophronium Hierosolymitanum episcopos a sese per litteras admonitos esse, „ne novae vocis, id est, unius vel geminae operationis vocabulo insistere vel immorari videantur, sed, abrasa huiusmodi novae vocis appellatione, unum Christum in utrisque naturis divina vel humana praedicent operantem. Quamquam hos", inquit „quos ad nos Sophronius misit, instruximus, ne duarum operationum vocabulum deinceps praedicare innitatur; quod, instantissime promiserunt, praedictum virum esse facturum, si etiam Cyrus . . . ab unius operationis vocabulo discesserit". (Duo fragmenta, tradita in gestis sexti concilii; vide quae exposita sunt ad reg. 2018). Mansi XI. 579, Migne 80 p. 474. — „Τὰ γραφέντα παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ" „Scripta dilectissimi".

2025 (1572) Iohanni episcopo et Gaudioso notario Campaniae mandat, ut alumnum

**625—638.**

quendam, monachae filiae supplicantis praesentium latoris, vitiatorem reum agant, „quousque ultimi supplicii poenam suscipiat". (Coll. Brit. Varia II. n. 1 in Neues Archiv V. 583), Ivonis decr. VII. c. 132, (Mansi X. 585, Migne 80 p. 481). — „Praesentium lator".

2026 Arogi, duci Beneventano, nunciat, quod quidam monachus Reparatus nomine de monasterio castri Alatrini fuga dilapsus in partibus Campaniae loco, qui appellatur Alimphas, vagetur, petitque, ut sollicite eum perquirat et praesentium latori contradi faciat, quatinus in servitio Dei, unde aufugerit, mancipari monachus valeat. Dedit Bishop ex Coll. Brit. Varia II. n. 2 (vide Neues Archiv V. 583). — „Multorum relatione".

2027 (1574) Anatolio, magistro militum, scribit de plectendo quodam castri Salernitani milite, qui fratrem latoris huius epistolae interemerit, bonaque eius diripuerit. (Coll. Brit. Varia II. n. 3 in Neues Archiv V. 583), Ivonis decr. X. c. 187, Mansi X. 586, Migne 80 p. 482. — „Lator praesentium".

2028 Episcopo cuidam mandat, ut secundum petitionem Barbari abbatis et patris monasterium S. Georgii dedicet, sed neque ipse neque presbyteri eius praeter diligentiam disciplinae aliquid molestiarum monasterio illi inferant, et monachis proficiat, quidquid a devotis offeratur. Dedit Bishop ex Coll. Brit. Varia II. n. 4 (vide Neues Archiv V. 583). — „Religiosis desideriis".

2029 (1571) Petro, episcopo Syracusano, scribit, se comperisse, „quod in causis criminalibus eius fraternitas misceatur". „Nam et hoc ab ea gestum fuisse audivimus", inquit „quia cum 300 et amplius prostitutis, hora iam pene prandii elapsa ad eminentissimum filium nostrum praefectum, in balneo constitutum, sit profecta, et concatervata pestiferis praefatarum male viventium vocibus imminebat, ut hic, qui super eas curator pridem fuerat constitutus, ab eis modis omnibus tolleretur, et alter in eius loco nihilominus subrogaretur". De quo flagitio exsequendo se Cyriaco diacono mandasse nunciat. (Coll. Brit. Varia II. n. 6 in Neues Archiv V. 583), Ivonis decr. VIII. c. 309, (Mansi X. 585, Migne 80 p. 481). — „Quorumdam relatione".

2030 (1573) Statuit, qui metropolitani pallio sint „per plateas vel in litaniis" usi, eos vestis illius iure esse multandos. Ivonis decr. V. c. 325, Mansi X. 585, Migne 80 p. 482. — „Quicumque metropolitanorum".

2031 (1575) *Epifanio, defensori Tusciae, „locat massam Gracilianam apud Bleranam civitatem". Ex Honorii registro Deusdedit Coll. can. III. c. 149, (Borgia Breve ist. del dom. temp. append. p. 9).

2032 (1576) *Dominico „locat terras et vineas et prata foris portam Flamineam usque ad pontem Molvium sub annua pensione XXX solidorum auri". Ex Honorii registro l. l.

2033 (1577) *Valeriano et Libero notario scribit, S. Angeli in Claiano monasterium apud Firmanam civitatem iuris b. Petri esse. Ex Hon. registro l. l.

2034 (1578) *Munerio notario „fundum Paternum et Gaianum et Ciprianum et Paternum et Arbatianum locat". Ex Hon. registro l. l.

2035 (1579) *Gaudioso notario et Anatholio, magistro militum, „Neapolitanam civitatem regendam committit cum omnibus ei pertinentibus, et qualiter debeat regi, scriptis (eos) informat". Ex Hon. registro l. l.

2036 (1580) *Epiphanio „locat massam Straccesim cum prato suo et omnibus sibi pertinentibus positam in territorio Centumcellensi". Ex Hon. registro l. l.

†2037 (CCLXXIV) Instituit, ut ab episcopis „excommunicatorum nomina tam vicinis episcopis quam parochianis pariter indicentur". (Est cap. 10 conc. Ravenn. a. 877). Burchardi decr. XI. c. 49, Ivonis decr. XIV. c. 65. 113, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 20, Mansi X. 584, Migne 80 p. 482. — „Curae sit".

**638.**

2038 *Episcopis totius Hispaniae atque Narbonensis Galliae in concilio Toletano VI. (a. 638. Ian. 9. celebrato) adunatis per Turninum diaconum decretum mittit „quo et robustiores pro fide et alacriores in perfidorum rescindenda pernicie sint". Vide Braulionis ep. XXI in Florez Esp. Sagr. XXX. 348 append. III, Migne 80 p. 668.

Oct. 12. | In basilica b. Petri | Sepelitur „sub die IIII id. Oct." Vita Honorii p. 247. Epitaphium Honorii I. apud Baronium a. 638 (Migne 80 p. 494).

## SEVERINUS. 638?—640.

**638—639.**

Eligitur. Vide Vitam Severini in Vignolii lib. pont. I. 248. De causis tardatae consecrationis vide Pagii crit. ad Baronii annal. 638.

**640.**

Mai. 28. Consecratur, cum sedes annum 1 m. 7 d. 18 (al. 17) vacasset, teste Vita Honorii I. p. 247. Cf. Vitam Severini p. 250.

2039 (1581) *„Decretum adversus novas quaestiones in urbe Regia exortas" (i. e. Heraclii imperatoris ecthesim, qua operatio una Christi statuebatur) edit, quo „profitetur iuxta duarum naturarum modum ita et duas naturales voluntates atque duas naturales operationes". Vide promissionem fidei episcopi in Libri diurni c. LXXIII ed. Rozière p. 142. Cf. Pagium ad Baronii annal. 639, qui sine idoneis argumentis censet hoc decretum in synodo editum esse.

Aug. 2. Ad b. Petrum. Sepelitur „sub die IIII non Aug.", cum sedisset menses 2 d. 4. Vita Severini p. 250.

---

## IOHANNES IV. 640—642.

**640.**

Eligitur. Vide Bedae Hist. eccl. L. II. c. 19 ed. Giles p. 250.

2040 (1582) Tomiano, Columbano, Cromano, Dimano et Baithano episcopis, Cromano, Hernianoque, Laistrano, Scellano et Segeno presbyteris, Sarano, ceterisque doctoribus seu abbatibus Scotis, qui Severinum papam consuluerant, Hilarius archipresbyter et servans locum sanctae sedis apostolicae, Iohannes diaconus et in Dei nomine electus, item Iohannes primicerius et servans locum s. sedis apost., et Iohannes servus Dei, consiliarius eiusdem sedis apostolicae respondent, pascha „quarta decima luna cum Hebraeis celebrari" non debere. Hortantur etiam, ut a Pelagiana haeresi caveant. (Fragmenta). Bedae Hist. eccl. L. II. c. 19, ed. Giles p. 252, Mansi X. 681, Migne 80 p. 601. — „Scripta, quae per latores".

Dec. 25. Consecratur. Colligimus diem tum ex Vita Severini p. 250, post hunc per m. 4 d. 24 vacasse pontificatum testante, tum ex Vita Iohannis IV. in Vignolii lib. pont. I. 251, ubi isti pontifici a. 1 m. 9 d. 18 tribuuntur.

**641.**

Ian. Synodus episcoporum, in qua Monotheletarum haeresis anathematizatur. Synodus Heraclio imp. adhuc vivente, i. e. ante Febr. 11. a. 641 habita est. Theophanis chronographia ed. Bonn. I. 508, Libellus synodicus ap. Mansi X. 607, Liber diurnus c. LXXIII ed. Rozière p. 142. Cf. Pagium ad a. 640. (Haud recte in libello synodico Sergius, Cyrus, Pyrrhus hac in synodo anathematizati referuntur).

2041 (1584) *Pyrrho, patriarchae Constantinopolitano, de ecthesi a sese damnata scribit. Vide Relationem in Sirmondi Opp. III. 343—344, et ap. Mansi XI. 9.

2042 (1583) Constantino imperatori, Heraclii filio, significat, vehementer commotum esse Occidentem litteris Pyrrhi, patriarchae Constantinopolitani, circummissis, in quibus is novam haeresim auctoritate Honorii I. firmare conetur. Affirmat haec: „Decessor meus, docens de mysterio incarnationis Christi, dicebat, non fuisse in eo, sicut in nobis peccatoribus, mentis et carnis contrarias voluntates; quod quidam ad proprium sensum convertentes, divinitatis eius et humanitatis unam eum voluntatem docuisse, suspicati sunt. Denique orthodoxi patres . . . sicut utrasque naturas, ita et voluntates ac operationes Christi docere concordi praedicatione monstrantur". Petit, ut tollatur charta, „locis publicis suspensa, in qua sacerdotes subscribere coacti sint contra tomum b. mem. papae Leonis et Chalcedonensem synodum". (Cf. supra

**641.**

ep. 2018). Haec epistola post Heraclii mortem i. e. post Febr. 11 a. 641 scripta an et Heraclio, Constantini imperatoris fratri, directa sit, vide Libellum synodicum Mansi X. 607 et Hefele III. 184. Ex Anastasii collectaneis in Bibl. Max. ed. Galland. XIII. 32, Sirmondi Opp. III. 295. Mansi X. 682, Migne 80 p. 602. — „Dominus, qui dixit".

**640—642.**

Per omnem Dalmatiam seu Istriam multas pecunias mittit per Martinum abbatem, propter redemptionem captivorum, qui depraedati erant a gentibus. Vita Iohannis IV. in Libro pontificali ed. Vignoli p. 251.

†2043 (1586) Isaac, episcopo Syracusano, respondet, se „consilio multorum fratrum diligentissime exquisito, decrevisse, ut amodo ecclesiae, monachis traditae, per sacerdotes ab eis ordinatos et investitos instituantur". Utrum huic an alii papae Iohanni tribuendum sit hoc decretum, adhuc ambigo, cum in serie episcoporum Syracusanorum Isaac nusquam reperiatur. Gratiani decr. C. XVI. qu. 2. c. 1 (ubi in ed. Friedberg perperam dicitur apud Jaffé hoc caput deesse), Mansi X. 697, Migne 80 p. 608. — „Visis literis".

†2044 (CCLXXVII) Parthenonis S. Mariae vel S. Columbae atque S. Agathae seu aliorum sanctorum martyrum in Gallia siti privilegia constituit, „Chlodoveo rege, excellentissimo filio suo, principe Francorum", per litteras petente. Mabillon Ann. ord. Ben. I. 687, Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. I. 747, Pardessus diplom. II. 65, Cocqu. I. 110, Bull. Rom. T. E. I. 180. — „Quamquam priscae".

†2045 (CCLXXVIII) Monasterii S. Petri Luxoviensis privilegia constituit, „Chlodoveo, excellentissimo filio suo, rege Francorum", per litteras petente. Mabillon A. O. B. I. 689, Pardessus diplom. II. 67, Cocqu. I. 111, Bull. Rom. T. E. I. 182, Gall. Chr. XV. Instr. 1. — „Quamquam priscae".

†2046 (CCLXXIX) Parthenonem Romarici montis, potestate omnium episcoporum liberatum, in sedis apostolicae ditionem redigit, Clotario rege Francorum per ipsum Romaricum, parthenonis conditorem, petente. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 253. 254, Pardessus diplom. II. 76. 78, Gall. Christ. XIII. Instr. p. 445. — „Quanquam priorum" „Quanquam priscae".

**641. — 642.**

Mart. 1. — Romae Laterani in apostolica sede — †2047 (CCLXXV) Monasterium S. Crucis et S. Mariae Meldense „soli sancto Petro subesse" iubet, „nitens familiari consilio filii sui Chlotarii Francorum regis. (Nomina episcoporum 26 sunt subscripta. „Datum Romae id. Maii" cet. plane corruptum est; haud secus „Actum... a. 13. Clostarii ind. XIII. a. inc. 660). Du Plessis Hist. de Meaux I. 656, Pardessus diplom. II. 71. — „Quum angelus".

Iul. 11. — †2048 (CCLXXVI) Monasterii SS. Petri et Pauli Resbacensis privilegia instituit, „Chlodoveo, excellentissimo filio suo, rege Francorum" per litteras rogante. (Dat. imp. Constantino, Heraclii filio). Du Plessis Hist. de Meaux I. 675, Pardessus diplom. II. 74. — „Quanquam priscae".

**642.**

Oct. 12. — Ad b. Petrum — Sepelitur „sub die IIII. id. Oct." Vita Iohannis IV. p. 252.

---

## THEODORUS I. 642—649.

**642.**

Nov. 24. — Consecratur, cum sedes mensem 1 d. 13 vacasset. Vita Iohannis IV. p. 252.

**642—643.**

(Romae) — 2049 (1587) Pauli, patriarchae Constantinopolitani, fidem synodicis litteris expositam laudat; sed miratur, quod chartam, adversus fidem apostolicam a Pyrrho prolatam, de publico nondum removerit. Hortatur, ne in Pyrrhi abdicatione acquiescat, sed ut,

**642—643.**

synodo convocata adhibitisque Serico archidiacono et Martino diacono, aprocrisiario suo, quibus idem praeceperit, illum sollemniter ab episcopatu ecclesiae Constantinopolitanae deiiciat. De litteris ad imperatorem suis significat. Haereticos anathematizat. Praesentem litterarum latorem commendat. Ex Anastasii collectaneis in Bibl. Max. ed. Galland. XIII. 39, Sirmondi Opp. III. 311, Mansi X. 702, Migne 87 p. 75. — „Synodicas fraternitatis".

(Romae) 2050 Constantinopolim mittit (synodo convocandae) „exemplar propositionis", qua abominantur omnia, quae ab haeretico Pyrrho contra apostolicam fidam praesumpta sunt simulque cum charta, quae proposita et in publicis locis ab eo suspensa est, anathematizantur. Ex Anastasii collectaneis in Bibl. Max Patr. ed. Galland. XIII. 41, Sirmondi Opp. III. 315, Mansi X. 705, Migne 87 p. 80. — „Dominus ac salvator".

(„) 2051 (1588) *Constantem imperatorem rogat, ut Pyrrhum „ad hanc Romanam urbem mitti iubeat, quatenus conventu synodico effecto pro sua temeritate iudicetur". Vide Theodori ad Paulum epistolam, Sirmondi Opp. III. 313, Mansi X. 702—5, Migne 87 p. 80.

2052 (1589) Episcopos, qui Paulum, patriarcham Constantinopolitanum, consecraverant, hortatur, ne Pyrrho, sicut fieri iam ante Paulum consecratum debuerit, patriarchatum sollemniter abrogare negligant. Indicat, quibus capitulis Pyrrhus ab omni sacerdotali ordine canonice possit pelli. Ex Anastasii collectaneis in Bibl. Max. Patr. ed. Galland. XIII. 41, Sirmondi Opp. III. 315, Mansi X. 706, Migne 87 p. 81. — „Litteras fraternitatis".

**643.** (*Imp. Constantini a. 2, consulatus a. 1, ind. 1.*)

Mai. 4. 2053 (1590) Monasterium SS. Petri et Pauli Bobiense, („in quo nunc Bobulenus presbiter et abba una cum centum quinquaginta monachis conversari videtur sub regula s. mem. Benedicti vel reverendissimi Columbani"), postulantibus Rothario, Langobardorum rege, et Gundeberga regina, amplis privilegiis auget, in his, ut abbas „mitra et aliis pontificalibus" utatur, et „infra sacra ministeria constitutus, signaculo sancte crucis populum valeat praemunire", sicut ab Honorio I. eidem monasterio indultum esse conspiciatur (vide supra reg. 2017). (Tabula de interpolatione suspecta. Cf. Muratori Ann. d'It. ad a. 643). Hist. Patr. Mon. Chart. I. 6, Ughelli It. sacr. IV. 957, Margarini Bull. Cas. I. 1, Migne 87 p. 99, Bull. Rom. T. E. I. 184. — „Quamquam priscae".

**645—646.**

Romae Recipit Pyrrhum, quondam patriarcham Constantinopolitanum, postquam is „praesente cuncto clero et populo, condemnavit omnia, quae a se vel a decessoribus suis scripta vel acta sunt adversus immaculatam fidem". Vita Theodori in Vignolii lib. pont. I. 255, Theophanis chronographia ed. Bonn. I. p. 509. (Post m. Iulium a. 645 id esse actum, demonstrat Pagius ad a. 645).

**646—647.**

In ecclesia ad b. Petri sepulcrum 2054 (1592) *Synodo universa ecclesiae convocata, Pyrrhum quondam patriarcham Constantinopolitanum damnat, et Christi sanguine in atramentum stillato, condemnationem sua manu perscribit. Vita Theodori p. 256, Theophanis chronographia I. p. 509. Libell. synodicus Mansi X. 610. Cf. Vitam S. Maximi in Maximi Opp. ed. Combefis I. p. XII.

2055 (1591) *Paulo, patriarchae Constantinopolitano (monotheletae) „scribit tam rogans, quam regulariter increpans, nec non per apocrisarios, propter hoc maxime a se destinatos, praesentialiter cum admonentes et contestantes, quatenus proprium emendaret commentum, atque ad orthodoxam fidem catholicae ecclesiae remearet". Vita Theodori p. 257. Cf. Pauli responsum ap. Baronium annal. 646 n. XXIII, Mansi X. 878. 1019.

**642—649.**

2056 (1592a) Primogenium, patriarcham Gradensem, hortatur, ut Mariniano, exarchi consiliario, quae promiserit, exsolvat. (Fragmenta). Danduli chron. ap. Muratori R. It. Scr. XII. 116 et 117 not. a, b. — „Marianus eloquentissimus".

| | | |
|---|---|---|
| | | **648—649.** |
| | | Paulo patriarchae Constantinopolitano, episcopatum abolet. Vita Theodori p. 257. |
| | | **649.** |
| Mai. 14. | Ad b. Petrum | Sepelitur „prid. id. Maii", cum sedem Romanam per a. 6 m. 5 d. 18 (al. 19) tenuisset. Vita Theodori p. 253, 257. |

## S. MARTINUS I. 649—653 (655).

Decreta sub „Martini papae" nomine in canonum collectionibus tradita ex scriptis Martini Bracarensis episcopi sumpta sunt.

| | | |
|---|---|---|
| | | **649.** |
| Iun. Iul. | | Consecratur. De die non audeo constituere. Etenim ex Vita Theodori p. 257, ubi post hunc narratur dierum 52 fuisse interpontificium, efficitur dies 5. m. Iulii; ex Vita Martini in Vignolii lib. pont. I. 258, quae isti pontifici annos 6 m. 2 d. 26 assignat: d. 21. Iunii; ex catalogis, qui eundem ferunt a. 6 m. 1 d. 26 sedisse: d. 22. Iulii. Martinum papam sine imperatoris confirmatione consecratum esse contendunt Muratori Ann. It. IV. 115, Gregorovius II. 159, Baxmann I. 175. (Cf. Mansi X. 852, Migne 87 p. 106.) |
| | | 2057 (1593) *Maurum, archiepiscopum Ravennatem, ad concilium vocat. Vide Mauri responsum ap. Mansi X. 883, Migne 87 p. 103. |
| Oct. 5. | In ecclesia Iesu Christi, quae vocatur Constantiniana. | Concilii episcoporum 105 „secretarius I." Mansi X. 863. Vide Theophanis chron. ed. Bonn. p. 510, Hefele III. 213. (Imp. Constantis II. a. 9 ind. 8). |
| „ 8. | „ | Concilii secretarius II. Mansi X. 890. |
| „ 17. | „ | Concilii secretarius III. Mansi X. 954. |
| „ 19. | „ | Concilii secretarius IV. Mansi X. 1007. |
| „ 31. | „ | Concilii secretarius V., in quo Monothelitarum haeresis tum principes tum scripta canonibus viginti damnantur. Gesta ab omnibus episcopis praesentibus et post a Iohanne Mediolanensi, Mellidoro Dertonensi, Iohanne Caralitano episcopis subscribuntur. Mansi X. 1066. |
| | | 2058 (1594) Encyclica Martini et synodi ad episcopos, presbyteros, diaconos, abbates, monachos, qua quid in concilio actum sit, significant. „Impios" inquiunt „haereticos cum omnibus pravissimis dogmatibus eorum et impiam ecthesin vel impiissimum typum et omnes, qui eos vel quidquam de his, quae exposita sunt in eis, suscipiunt aut defendunt, seu verba pro eis faciunt in scripto, anathematizavimus". Mansi X. 1170, Migne 87 p. 119, Bull. Rom. T. E. I. 187. — „Χάρις ὑμῖν" „Gratia vobis". |
| | | 2059 (1595) Amando, episcopo Traiectensi (Tungrensi), consilium episcopatus abdicandi dissuadet. Mittit concilii acta, superioris encyclicae exemplum, sanctorum reliquias. Sigebertum, Francorum regem, moneri iubet, ut, qui acta concilii ad imperatorem perferant, episcopos sibi mittat. Acta SS. Febr. T. I. 866, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. II. 721, Mansi X. 1183, Migne 87 p. 135. — „Fraternitatis tuae". |
| | | 2060 *Episcopis Neustriae eadem, quae Amando in epistola praecedenti scribit. Vide Baronium ad. a. 649 n. IV. XXXVII, Pagium ad a. 649 n. VI. |
| | | 2061 *Chlodoveo II. regi eadem, quae Amando in reg. 2059 scribit. Vide Baronium ad a. 649 n. IV. XXXVII, Pagium ad. a. 649 n. VI. |
| | | 2062 (1596) Constantem imperatorem de concilio habito certiorem facit, actaque „una cum eorum Graeca interpretatione" mittit. (Subscripserunt concilii episcopi.) Mansi X. 790, Migne 87 p. 137. — „Τῷ ἐπουρανίῳ" „Coelesti saeculorum". |

**649.**

2063 (1597) Electi Carthaginiensis eiusque suffraganeorum et clericorum fidem laudat et confirmat. Addit de encyclica per Theodorum et Leontium, monachos S. Laurae, ad eos missa, ac de falsa Monothelitarum doctrina. Mansi X. 798, Migne 87 p. 145. — „Πᾶσα μὲν ἀρετή“ „Omnis quidem virtus“.

2064 (1598) Iohannem, episcopum Philadelphenum, (cuius laudes se ex Stephano, episcopo Dorensi, et eius comitibus, S. Theodosii monachis, audivisse scribit), suum in Oriente vicarium facit, ut „constituat per omnem civitatem earum, quae sedi tum Hierosolymitanae, tum Antiochenae subsunt, episcopos et presbyteros et diaconos, ne usque in finem in illis partibus deficiat sacerdotalis decoris eximius ordo“. Nec Macedonium, falsum episcopum, nec Petrum, ab haereticis ecclesiae Alexandrinae praefectum, a sese probari scribit. Concilii acta et encyclicam per Theodorum abbatem, presbyterum et apocrisarium suum, et Iohannem ac Stephanum Leontiumque, qui concilio interfuerant, mittit. Mansi X. 805, Migne 87 p. 153, Bull. Rom. T. E. I. 194. — „Πιστὸς ὁ λόγος“ „Fidelis sermo“.

2065 (1599) Theodorum, Esbuntiorum episcopum, ne oppugnare haereticos intermittat, hortatur. Significat de concilii actis, ad Iohannem episcopum Philadelphenum, vicarium suum, missis; cui ut in exsequendis mandatis assit, monet. Mansi X. 815, Migne 87 p. 163. — „Ἔστιν αἰσχύνη“ „Est confusio“.

2066 (1600) Antonii, Bacathorum episcopi, fidem laudat. Addit de Iohanne, episcopo Philadelpheno, vicario suo, adiuvando, et de concilii actis ad eundem missis. Mansi X. 817, Migne 87 p. 165. — „Τὸ μὲν κλαπῆναι“ „Decipi quidem“.

2067 (1601) Georgio, archimandritae monasterii S. Theodosii, gratias agit, quod Stephano, episcopo Dorensi, sedis apostolicae legato, ad se revertenti monachos praesidii causa adiunxerit („περισωσάμενος ἡμῖν διὰ τῶν οἰκείων μοναχῶν τὸν αὐτόθι σταλέντα Στέφανον“). Indicat de concilio habito; monetque ut Iohanni, episcopo Philadelpheno, vicario suo, obediat. Mansi X. 819, Migne 87 p. 167. — „Νεάζοντά σε“ „Te spiritu vegeto“.

2068 (1602) Pantaleonem reprehendit, quod Stephanum, episcopum Dorensem, falsis criminibus insimulaverit. Quem qui prohibuerint, quominus, apostolica sede „propter pressuram irruentium gentium“ iubente, episcopos et presbyteros et diaconos institueret, eos peccasse scribit. Addit de creando patriarcha Hierosolymitano, removendisque iis, qui non canonice creati sint; de novo vicario suo (Iohanne Philadelpheno); de concilio transacto. Mansi X. 819, Migne 87 p. 169. — „Ἀεὶ μὲν πᾶς“ „Semper quidem omnis“.

2069 (1603) Petro illustri Iohannem, episcopum Philadelphenum, vicarium suum, commendat. Mansi X. 825, Migne 87 p. 173. — „Ἐν φόβῳ Κυρίου“ „Cum in timore“.

2070 (1604) Hierosolymitanos et Antiochenos de concilii decretis erudit. Hortatur, ut quos Antiochiae et Alexandriae episcopos creaverint haeretici, Macedonium et Petrum fugiant, utque Iohanni, episcopo Philadelpheno, vicario suo, obtemperent. Mansi X. 827, Migne 87 p. 175. — „Χάρις ὑμῖν“ „Gratia vobis“.

Nov. 2071 (1605) Paulum, episcopum Thessalonicensem, qui et litteras haereticas ad sedem apostolicam miserit, et legatos eiusdem sedis transversos egerit, inde a kalendis Novembribus („φαμὲν δὴ τῆς πρώτης τοῦ παρόντος Νοεμβρίου μηνὸς τῆς ἐνεστώσης ὀγδόης ἰνδικτιῶνος“) damnatum declarat sacerdotioque remotum, donec, deposita haeresi, concilii sui decreta probaverit. Mansi X. 833, Migne 87 p. 181, Bull. Rom. T. E. I. 198. — „Ὁ Κύριος ἡμῶν“ „Dominus ac Deus“.

„ 2072 (1606) Clerum populumque Thessalonicensem hortatur, ut Pauli, damnati episcopi, aditum sermonemque fugiant. Mansi X. 843, Migne 87 p. 193, Bull. Rom. T. E. I. 203. — „Ὁ τῶν ὅλων“ „Universitatis opifex“.

In ecclesia S. Mariae ad praesepe — Olympio cubiculario et exarcho, ab imperatore in Italiam misso, „communionem porrigit“. Vita Martini p. 262.

**649—653.**

Ian. 19. †2073 (CCLXXX) Monasterii Elnonensis possessiones confirmat privilegiaque statuit, Amando (episcopo Traiectensi) „cum consensu et petitione Dagoberti, Francorum regis, sive filii Sigeberti“ rogante. (Scriptum per manum Stephani notarii et regionarii et sacri

| | | |
|---|---|---|
| | | **649—653.** |
| | | scrinii (sic) S. R. E. in mense Ian. ind. 2. Datum . . . per manum Amandi episcopi, bibliothecarii s. sedis ap.) Acta SS. Febr. T. I. 819, Miraei Opp. dipl. I. 334, Pardessus diplom. II. 90, Cocqu. I. 124, Migne 87 p. 209, Bull. Rom. T. E. I. 205. — „De cotidiano sancte matris". |
| Ian. 19. | | †2074 (CCLXXXI) Monasterii Blandiniensis, sub regimine Floriberti abbatis constituti, possessiones confirmat iuraque constituit, Amando (episcopo Traiectensi) „cum consensu et petitione Dagoberti, Francorum regis, sive filii eius Sigeberti" petente. (Scriptum et datum ut supra reg. †2073 excepta voce „bibliothecarii" pro qua „theatrapi" dicitur). Acta SS. Febr. T. I. 822, Miraei Opp. dipl. I. 333, Pardessus dipl. II. 89, Coqu. I. 125, Migne 87 p. 208, Bull. Rom. T. E. I. 206, Lokeren S. Pierre à Gand 6. — „De quotidiano sanctae matris". |
| Apr. 24. | In sacratissima b. Petri sede | †2075 (CCLXXXII) Dadone, viro venerabili de regione Francorum, qui Romam venerit, petente, monasterii Resbacensis, quod Dado Ierusalem voluit appellari, sub regimine Agili abbatis florentis, defensionem suscipit, privilegiaque Dagoberti regis, Iohannis IV. papae, aliorumque confirmat et auget. (Datum per manus Petri abbatis et cancellarii ind. VII. a. inc. 648, a. Martini 5.). Du Plessis Hist. de Meaux I. 677, Pardessus dipl. II. 85, Migne 87 p. 205. — „. . . . Quapropter agnoscat". |
| „ 24. | „ | †2076 Monasterii Fossatensis defensionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia statuit. (Dat. ut reg. 2075). Bordier Du Recueil des chartes méroving. p. 40. — „Magnifestum esse". |
| Aug. 30. | | †2077 Monasterio S. Petri sito iuxta muros Rotomagiae civitatis bullam tribuit. Ex bibl. nat. Paris. lat. 12777 (S. Germ. lat. 577) fol. 112 dedi Delisle. — „Omnibus orthodoxae fidei". |
| | | **653.** |
| Iun. 15. | In ecclesia Constantiniana iuxta episcopium | „Die sabbati, quando Calliopas cum Ravennati exercitu et Theodoro cubiculario introivit civitatem". Vide Martini epist. ap. Mansi X. 851, Migne 87 p. 199. |
| „ 16. | „ | „Dominico die . . . sexto decimo kalendas Iulias". Vide eandem ep. l. l. (Migne 87 p. 200). |
| „ 17. | „ | „Feria secunda" Martinus, deiectionis sententia ictus, se Calliopae exarcho tradit, in palatiumque deducitur. Vide eandem ep. ibid. p. 852. |
| „ 18. | In palatio | „Tertia feria". Vide eandem ep. l. l. |
| „ 19. | Ad Portum | navi pervenit „nocte, quae illucescit in feria quarta, quae erat tertio decimo kalendas Iulias, circa horam quasi sextam noctis"; indeque eodem die provehitur. Vide eandem ep. l. l. (Migne 87 p. 201). Cf. „Commemorationem" in Sirmondi Opp. III. 325, Mansi X. 854, Migne 87 p. 112. |
| Iul. 1. | Miseni | „kalendis Iuliis". Vide eandem ep. l. l. p. 853. |
| „ | In Calabria | Vide eandem ep. l. l. |
| | In insula Naxo | Commemoratio l. l.: „euntibusque iuxta Avidum (Abydum), in insulam (leg. insula), quae vocatur Naxos, non concesserunt . . . apostolico viro custodes contingere terram". Qui locus significat, eos Abydum versus navigantes Naxum pervenisse cet. In Naxo insula se anni moram fecisse, ipse quidem dicit Martinus infra in reg. 2076, qua notione in errorem ducti iter in anni spatium diffundunt, ita ut Sept. 17. a. 654 Constantinopolim eum venire faciant, Pagius ad a. 654 et Hefele III. 235. Sed mendum ibi latere, certum est. |
| | Abydi | Commemoratio l. l.: „Exinde igitur praemittentes ab Avido quemdam" cet. |
| Sept. 17. | Byzantii, in portu iuxta Euphemiam prope Arcadianon | Commemoratio l. l.: „cumque tandem pervenisset Byzantium . . . septimo decimo die Septembrii mensis". (Vide de itineris spatio, quae supra disserui). |
| „ 18. | „ | Commemoratio l. l.: „Reliquerunt eum mane ministri; dehinc circa solis occasum in custodiam excubitorii, quae cognominatur Prandearia", deportatur Martinus. |
| Sept. Dec. | In Prandearia | Habetur a die 19. Sept. usque ad diem 20. Decembris. Commemoratio l. l.: „Fecit . . . clausus . . . nonaginta tres dies; in ipsa vero nonagesima tertia die, quae est dies Parasceve" (i. e. Veneris dies 20. Dec.). |

**653.**

| | | |
|---|---|---|
| Sept. Dec. | | 2078 (1607) Theodoro (spudeo S. Sophiae) scribit, se „et viventem et morientem salutis fidem defensurum esse". Ex ecclesia Constantiniana cum ipse exiret, praesente exarcho, clericos proclamasse: „Anathema habeat, quisquis dixerit, quia Martinus usque ad unum apicem fidem mutavit, aut mutaturus sit, et qui in orthodoxa fide sua usque ad mortem non permanserint". Asseverat haec: „Ego aliquando ad Saracenos nec literas misi, nec, quem dicunt tomum, qualiter credere debeant, aut pecunias unquam transmisi, exceptis dumtaxat quibusdam, illuc venientibus servis Dei causa eleemosynae, quibus et modicum quid praebuimus, minime ad Saracenos transmissum". Criminationem spreti S. Mariae virginis cultus amolitur. Sirmondi Opp. III. 320, Mansi X. 849, Migne 87 p. 197. — „Quoniam agnovi". |
| „ „ | | 2079 (1608) Theodoro (spudeo S. Sophiae), quid et Romae, cum comprehenderetur, et in navigatione passus sit, exponit. Haec quoque scribit; „Non autem Mesenae (leg. Miseni) tantum, sed et in Calabria, et non tantum in Calabria, quae subdita est magnae urbi Romanorum, sed et in plurimis insularum, in quibus nos vel tribus mensibus peccata impedierunt, nullam compassionem adeptus sum, excepta duntaxat in insula Naxia, quoniam ibi annum fecimus, merui lavari duobus vel tribus balneis". (Verba illa: „quoniam ibi annum fecimus" mendosa censenda sunt, cum tota navigatio trium mensium spatio peracta esse diserte dicatur; idque rectissime, Martinus enim Roma die 18. Iunii profectus, Constantinopolim d. 17. Sept. pervenit). Sirmondi Opp. III. 321, Mansi X. 851, Migne 87 p. 199. — „Noscere voluit". |
| Dec. 20. | In cella sacellarii | „In ipsa nonagesima tertia die, quae est dies parasceve, mane tulerunt eum de custodia, constituendum in cella sacellarii". Quaestione habita, „in medium atrii ante cellam sacellarii et imperialis stabuli" ducitur, inde „in solarium expositionis", ubi, discissa veste, excommunicatur. Hinc ad praetorium trahitur et in „unum carcerem cum homicidis" coniectus, paullo post „in eam, quae dicitur Diomedis custodia in praetorio praefecti", transfertur. Vide Commemorationem ap. Sirm. p. 325—329, Mansi X. 855—858, Migne 87 p. 113. |
| Dec. | In Diomedis custodia | „Fecit in eodem Diomedis ergastulo octoginta quinque dies" (a. d. 21. m. Decembr. a. 653 ad. d. 15. m. Martii a. 654). Vide Commemorationem ap. Sirm. p. 330, Mansi X. 859, Migne 87 p. 118. |

**654.**

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 15. | Ex Diomedis custodia | domum Sagolebae scribae ducitur. Commemoratio ap. Sirmond. p. 330, 331, Mansi X. 860, Migne 87 p. 118. |
| „ 17. | Constantinopoli | profectus esse videtur. Sic enim est in Commemoratione l. l.: „Venit (die 15. Mart.) Sagoleba dicens, quia iussus sum auferre te hinc . . . et post dies duos dirigere te, quo iusserit mihi sacellarius". |
| „ | Per Hieron | Vide infra. |
| Apr. 10. | Pharum | praetervehitur. Martini epist. ap. Mansi X. 861, Sirmondi Opp. III. 332, Migne 87 p. 201: „Postquam egressi sumus ex eo, quod Ieron (i. e. Hieron stoma, aquilonare Bospori ostium; Sirm. perperam habet: Ivon) dicitur, a Constantinopoli navigantes, sancta quinta feria coenae domini pertransivimus Pharum" (Varnam?). |
| Mai. 15. | Chersonem | pervenit. Martini ep. l. l: „Per diversa loca transmeantes, idibus Maii et Chersonem pervenimus". (Cf. Theophanis chron. ed. Bonn. p. 510.) |
| p. Iun. 15. | (Chersone) | 2080 (1609) Cuidam Constantinopoli degenti, se Chersonem pervenisse, nunciat. Ad summas rerum necessariarum angustias levandas „nullas expensas" sibi ex Italia missas esse miratur. „Cum fames" inquit „in hac terra talis, ut panis in ea tantum nominetur, non tamen penitus videatur. Quoniam nisi mittantur nobis ex partibus illis sumptus, vel a partibus Ponti, hic vivere omnino nequimus". Frumentum, vinum, oleum, et alia quaedam mittere festinet. („Gerulus harum post triginta dies post nos a partibus Byzantii pervenit Chersonem"). Sirmondi Opp. III. 332, Mansi X. 861, Migne 87 p. 201. — „Indicamus germanae". |

**655.**

| | | |
|---|---|---|
| Sept. | (Chersone) | 2081 (1610) Cuidam Constantinopoli degenti de miseriis suis significat. Inter gentes, in sterili terra se habitare dicit, „nec semel de regione ista usque ad unum trimisium |

**655.**

frumentum potui comparare sed nec alterius cuiuscumque generis speciem nisi ex naviculis, quae raro veniunt, ex partibus Romaniae, ut sale onustae recedant". Romanos queritur omnino sibi deesse; „etsi" inquit „aurum ecclesia S. Petri non habet, frumento tamen et vino et aliis necessariis expensa non caret per gratiam Dei, ut modicae saltem exhibitionis curam gessissent". Addit haec: „Deus ... stabiliat corda eorum in orthodoxa fide et confirmet contra omnem haereticum et adversariam ecclesiae nostrae personam et immobiles custodiat, praecipue pastorem, qui eis nunc praeesse monstratur". (Haec epistola quo data sit mense, patet ex verbis „sic potuimus emere tres vel quatuor modios nomismate usque ad praesentem Septembrium mensem"). Sirmondi Opp. III. 332, Mansi X. 862, Migne 87 p. 203. — „Omne desiderium".

Sept. 16. | Chersone | Moritur. „Obiit autem mense Septembrio, die sextadecima, in qua felicissimae martyris Euphemiae ... secundum anni circulum celebratur memoria, indictione quartadecima". Narratio, quae „commemorationi" addita est ap. Sirmondium III. 331, Mansi X. 861, Migne 87 p. 120. Cf. Vitam Martini p. 264 et de anno Theophanis chron. ed. Bonn. p. 531. Depositus est in tumulis sanctorum extra muros Chersonitarum civitatis quasi uno stadio in templo S. Mariae, quae cognominatur Blachernes. Ibid.

---

# EUGENIUS I. 654—657.

**654.**

Aug. 10. | Consecratur. Sedit enim annos 2 m. 9 d. 24, Vita Eugenii in Vignolii lib. pont. I. 265. Vacaverat pontificatus a Martino (die 17. Iunii 653) deiecto: annum 1 m. 1 d. 25; sed Vita Martini p. 264 perperam praestat: „dies 28" (al. a. 1 m. 2).

**655.**

2082 *Petri patriarchae Constantinopolitani Monothelitarum haeresi studiosi synodicam damnat. Vita Eugenii l. l., cf. Baxmann I. 178.

**654—657.**

Febr. 23. | †2083 *Monasterio S. Bavonis Gandavensi traditionem quandam, petente Adalberto abbate, confirmat. Extat tantum finis huius instrumenti cum hac nota: „Facta est autem firma huius cartae traditio VIII. kal. Martii anno ab inc. DCXLVIII, regnante Sigeberto rege Francorum, qui successerat in regno glorioso regi Dagoberto et Romani culminis sedem licet immerito me Eugenio papa primo gradu post b. Martinum papam pontificante, qui hanc traditionem apostolica auctoritate confirmavit". Sequuntur signa Eugenii et Sigeberti. Chronique de S. Bavon à Gand par Jean de Thielrode (Gand 1835) p. 17. 194.

†2084 (CCLXXXIII) Monasterio S. Mauritii (Agaunensi), petente Clodoveo, rege Francorum, concedit, „ut nullatenus super illos monachos sine illorum electione abbas ibi mittatur; omnem cuiuslibet ecclesiae sacerdotem in praefatum monasterium nullum sui prioratus pontificium permittit habiturum, neque illum, qui in civitatem Valesiam nunc habere dignoscatur, vel fuerit postea acquisiturus, quamlibet ditionem seu potestatem in eis ostendere prohibet". Mémorial de Fribourg IV. 348, Aubert Trésor de l'abb. de St. Maurice d'Agaune p. 208 (Pardessus diplom. II. 104). — „Quia Dominus noster" („Igitur quia postulavit").

**657.**

Iun. 3. | Ad b. Petrum | Sepelitur „III non. Iunias", Vita Eugenii p. 267. Annus liquet ex sequentium pontificum temporibus.

## VITALIANUS. 657—672.

**657.**

Iul. 30. Consecratur, cum ecclesia post Eugenium vacasset m. 1 d. 28, teste Vita Eugenii p. 265.

2085 (1611) *„Ad piissimos principes (Constantem et Constantinum) dirigit responsales suos cum synodica iuxta consuetudinem in regiam urbem, significans de ordinatione sua". Vita Vitaliani in Vignolii lib. pont. I. 267.

2086 *Petro Constantinopolitano patriarchae de fide sua synodicam scribit. Vide acta synodi sextae ap. Mansi XI. 572.

**660.** (*Ind. 4.*)

Sept. †2087 Monasterio SS. Petri et Pauli Stabulensi, quod in silva Ardenna constructum est, confirmat terras, quas Sigibertus rex dederat, concedit liberam abbatis eligendi facultatem, aliaque privilegia, petente Baboleno, abbate monasteriorum Stabulensium et Malmundariensium. Scripta est bulla per manum scriniarii sanctae Romanae ecclesiae in mense Septembri ind. 4. Ex Bibl. nat. Paris. lat. 12697 fol. 285 dedit Löwenfeld. — „Si semper sunt concedenda".

**663.** (*Ind. 6.*)

Iul. 5. — A Roma milliario sexto — Constanti imperatori obviam venit „per indictionem VI, die V. mensis Iulii, feria quarta". Vita Vitaliani p. 268; cf. Pauli diaconi gesta Langob. L. V. c. 11 in MG. SS. Rer. Ital. p. 149, et Pertzii annotationem ad chron. Moissiacense in MG. SS. I. 287.

„ 16. — Ad S. Petrum — Constanti imperatori, Roma discedenti, post missas celebratas vale dicit „iterum dominicorum die". Vita Vitaliani p. 268.

**664.**

2088 (1612) *Monasterium Medeshamstedense privilegiis ornat, petentibus Wulferi regis (Merciorum) et Deusdedit archiepiscopi (Dorovernensis) et Saxulfi abbatis nunciis. Hanc tabulam in angustum coegit auctor Chronici Saxonici p. 38.

**665.**

2089 (1613) Oswii, regis Saxonum (Northanhumbrorum), pietatem laudat. De paschate omnibus locis eodem die agendo exponit. Missum iri pollicetur, qui „omnem inimici zizaniam ex insula eradicet". Nuncium regium (Wighardum) Romae mortuum esse dolet. De muneribus oblatis gratias agit, sanctorumque reliquias et regi et reginae per gerulos harum litterarum, missos regios, mittit. Bedae Hist. eccl. L. III. c. 30, ed. Giles Opp. T. II. 388, Haddan and Stubbs Councils III. 110, 112 not. a, Mansi XI. 19, Migne 87 p. 1004. — „Desiderabiles litteras".

**667.**

Dec. 19. — In basilica b. Petri Romae — Vide eam, quae sequitur, epistolam.

„ Synodus, in qua Iohannem, episcopum Lappensem, tuentur. Vide sequentem epistolam.

**668.** (*Ind. 11.*)

Ian. 27. — (Romae) — 2090 (1614) Paulo, archiepiscopo Cretensi, significat, cum praesentis 11. indictionis (i. e. anni superioris) die 19. m. Decembris in S. Petri basilica Iohannis, episcopi Lappensis, ab eo poenis addicti, accepisset provocationem, se synodo „post aliquos dies" Romae congregata, sententiam in eundem prolatam rescidisse. Quem igitur iubet in integrum restitui. Hanc praeceptionem „praesenti portitori Iohannis episcopi" Paulus reddat pro eiusdem ecclesiae munitione. (Pro „VI kal. Sept." quod in codice est, Mansi XI. 99 legendum censet: „VI kal. Febr." recte ut videtur.) Mansi XI. 16, Migne 87 p. 999. — „Decimonono".

**668.** (*Ind. 11.*)

Ian. 27. (Romae) 2091 (1615) Vaano, cubiculario et imperiali chartulario, Iohannem, episcopum Lappensem, in synodo Romana insontem declaratum, commendat, ut eius opera ad pristinam perducatur dignitatem. (Quod ibi legitur, Iohannem episcopum per Sept. mensem praesentem II. indictione Romam venisse, ex epist. praeced. emendandum est: „praesentis II. indictionis"). Mansi XI. 17, Migne 87 p. 1002. — „Semper celsitudo".

„ 27. 2092 (1616) Paulo, episcopo Cretensi, praecipit, ut monasteria duo Iohanni, episcopo Lappensi, inique sublata, reddi iubeat. Reprehendit eum, quod Iohannem diaconum et ducere uxorem, et duabus in ecclesiis adhiberi passus sit. Eulampium, curialem quem habeat „quasi consiliarium", clericorum mores corrumpentem, dimitti praecipit. (Data ut supra. Cf. reg. 2091). Mansi XI. 18, Migne 87 p. 1003. — „Ad cognitionem".

„ 27. 2093 (1617) Georgio, episcopo Syracusano, mandat, ut Iohanni, episcopo Lappensi, quem in synodo Romana absolverit, domum redeunti commendatitias litteras a Vaano, imperiali cubiculario et chartulario, petat. De ceteris Silvinum ei relaturum nuntiat. (Data ut supra. Cf. reg. 2091). Mansi XI. 19, Migne 87 p. 1003. — „Gesta sive sententiam".

Mart. 26. („) Theodorum episcopum Dorovernensem consecrat. Bedae Hist. Eccl. L. IV. c. 1, ed. Giles T. III. 8.

c. Mai. 27. 2094 (1618) *Iohanni, episcopo Arelatensi, Theodorum, episcopum Dorovernensem, commendat. Bedae Hist. eccl. L. IV. c. 1, Opp. ed. Giles T. III. 8.

**c. 668.**

2095 (1619) Theodoro, archiepiscopo Dorovernensi, omnes Britanniae ecclesias commendat, privilegiaque Dorovernensia confirmat. Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. 113, Wilkins Conc. M. Br. I. 41, Mansi XI. 24, Migne 87 p. 1008. — „Inter plurima".

**666—671.**

2096 *Mauro archiepiscopo Ravennati, ut Romam pergat, mandat. Agnellus Lib. pontif. c. 112, MG. SS. Rer. Langob. p. 350. (Agnellus refert, Maurum „accepta epistola, legisse et complicuisse").

2097 *Mauro archiepiscopo Ravennati „indignatus iussit scribere epistolam obligationis anathematis vinculis innodatam, et ipse manu propria subscribens: ut si non Romam veniat, non haberet licentiam missas canere, nec ullus homo ad eius communicationem accederet, neque quicumque clericus se illi adhaereret nec ad sacrum sanctum altare cum ipso accederet, nec ullam oblationem cum eo vel pro eo offerret; quicumque autem temerarius fuisset, non observasset, Iudaicis esset vinculis alligatus et a regno Dei alienus fuisset". Ita Agnellus l. l.

**658—671.**

Ian. 30. †2098 (ccLxxxviii) Ecclesiae Beneventanae possessiones, in his et Sipontinam et S. Michaelis archangeli in Gargano monte ecclesiam, petente Barbato episcopo, confirmat. (Scriptum per Adrianum scriniarium, datum per Anastasium primicerium, defensorem, ind. 11. Vitaliani a. 1). Ughelli It. sacr. VIII. 19, Migne 87 p. 1009. — „Cum sicut".

Iul. 16. Romae †2099 (ccLxxxvi) „Archiepiscopos, episcopos et abbates in Hispania, Baetica, Lusitania, Galicia, Aquitania, Britannia, Germania, Gallia Belgica, Gallia Togata, Gallia Cisalpina, Gallia Transalpina et Gallia Transcampana constitutos" docet, „Mumolum haereticum et Floriacenses, olim quidem monachos, nunc vero Sarabaitas, gyrovagos ac primogenitos Satanae", a sese esse damnatos, quoad b. Benedicti reliquias monasterio Casinensi restituerint. Constituant diem, quo illi reliquias Romam perferant. Addit haec: „Quidquid vero exinde statueritis, dilecti filii nostri, Clodovei regis erit, adimplere". Epitome chron. Casinensium ap. Muratori R. It. Scr. II. i. 356, Mansi XI. 23, Migne 87 p. 1007. — „Vestrae universitati".

„ 28. †2100 (ccLxxxiv) „Heremitis in Floriacensi coenobio commorantibus, eorumque Cynocephalo Mumulo, non abbati", sub excommunicationis poena praecipit „ex parte Dei et septem universalium conciliorum", ut, quas Aygulfus, „coenobii gyrovagus", e monasterio Casinensi abstulerit, reliquias b. Benedicti restituant. Epitome chron. Casinensium ap. Muratori R. It. Scr. II. i. 355, Mansi XI. 21, Migne 87 p. 1006. — „Audivimus, quod".

**657—671.**

Nov. 1. †2101 (CCLXXXV) „Clodoveo, regi Francorum, si filius obedientiae fuerit, salutem“ scribit. Nunciat, se „Aurelianenses et Cenomannenses ac monasterium Floriacense et falsum abbatem Strumbolum, non Mumolum, et Aygulphum, filium Satanae“, excommunicasse, donec b. Benedicti reliquias monasterio Casinensi reddiderint. Rogat, ut latrones illos Romam ad reddendam rationem mittat. „Sin autem“ inquit „et vos et illos perpetuae maledictionis anathemate damnamus“. Epitome chron. Casinensium ap. Muratori R. It. Scr. II. I. 355, Mansi XI. 22, Migne 87 p. 1007. — „Sancti et magni“.

**657—672.**

†2102 (CCLXXXVII) „Dilectis filiis sub patris Benedicti et Placini dominio in Sicilia constitutis“ commendat monachos Casinenses, missos ad „subdita beato Benedicto in Sicilia monasteria restauranda et civitates, castra, possessiones et villas recuperandas“ a Tertullo patricio monasterio in Sicilia donatas, quas dolet „paganorum incursionibus desolatas esse“. Mansi XI. 21, Migne 87 p. 1005. — „Ad hoc nos“.

**672.**

Ian. 12. †2103 *Monasterio Sextensi (in territorio Mediolanensi) varia privilegia concedit; nomen „Santa Maria Salmiani di Sesto“ tribuit, fabricam confirmat, Benedictum abbatem et monachos a potestate episcopi et temporalium dominorum liberat. (Anni et loci nota: „627 a. 6. in Tarpeia“ haud secus ac tota bulla nulla fide digna). Exscripi regestum ex Bibl. publicae Lucensis cod. 326 (ol. 228) titulato: Notizie della Badia di Sesto; cf. Archiv XII. 716.

„ 27. Ad b. Petrum. Sepelitur „sub die VI kal. Febr.“, confecto pontificatu annorum 14, mensium 6. Vita Vitaliani p. 267. 270.

---

## ADEODATUS. 672—676.

**672.**

Apr. 11. Consecratur, cum ecclesia vacasset menses II, dies XVI, ut in Vita Vitaliani p. 270 legendum puto pro „m. II, d. XIII“. Dies enim 11. Apr. 672 fuit dominicus.

**673—675.**

Dec. 23. 2104 (1620) Monasterii S. Petri Dorovernensis possessiones et libertatem confirmat, petente Adriano abbate. („Dat. imp. Constantino maiore imp. a. XXII., post consulatum eius a . . . [al. a. VI], sed et Heraclio atque Tiberio novis Augustis, eius fratribus a. XVIII, ind. II [al. ind. XV]“. Hae temporis notae inter se discrepant). Wilkins Conc. M. Br. I. 43, Hist. mon. S. August. Cant. p. 244, Haddan and Stubbs Councils III. 123, Mansi XI. 103, Migne 87 p. 1143. — „Evangelicis atque“.

**672—676.**

2105 (1621) Omnibus episcopis Galliae significat, quibus privilegiis monasterium S. Martini Turonense a sese ornatum sit, rogatu Aegirici presbyteri et abbatis, per Crotbertum, episcopum Turonensem, commendati. (Duo sunt tradita exemplaria, alterum ab altero discrepans, sed aequo modo suspecta. Cf. Harttung Forschungen p. 120). Mabille Pancarte noire n. CXXXII, Launoii Opp. III. II. 1 et 2, Gall. Christ. ed. 1. T. I. 741, ed. 2. T. XIV. Instr. 5, Pardessus dipl. II. 163, Mansi XI. 103, Migne 87 p. 1141, Cocqu. I. 127, Bull. Rom. T. E. I. 208. — „Aequitatis nos admonet“.

**676.**

Iun. 16. Ad b. Petrum. Sepelitur. Dies „XVI. kal. Iulias“ recte indicatur in cod. Vat. VIII, quem laudat Vignolius in lib. pont. I. 273 not. b, dum in textu Vitae Adeodati l. l. legitur: „VI kal. Iul.“ Nam a consecrationis die 11. Apr. 672 ad d. 16. Iunii 676 numerantur anni 4 m. 2 d. 5, per quos teste Vita p. 270 ecclesiam administraverat Adeodatus.

## DONUS. 676—678.

| | | |
|---|---|---|
| | | **676.** |
| Aug. | | „Dum esset electus, per Augusti mensem apparuit stella a parte orientis, cuius radii coelos penetrabant". Vita Doni in Vignolii lib. pont. I. 274. |
| Nov. 2. | | Consecratur hoc die dominico. In Vita enim p. 273 ei a. 1 m. 5 d. 10 assignantur. Vacaverat sedes m. 4 d. 18 (non 15, ut habetur in Vita Adeodati p. 273). |
| | | **678.** |
| Apr. 11. | Ad b. Petrum | Sepelitur „sub die III. id. April.", Vita Doni p. 275. |

---

## AGATHO. 678—681.

| | | |
|---|---|---|
| | | **678.** |
| Iun. Iul. | | Consecratur. Dies est ambiguus. Namque dum in Vita Doni p. 275, ubi ecclesia legitur m. 2 d. 15 vacasse, dies 25. Iunii designatur, ex Vita Agathonis in Vignolii lib. pont. I. 275, quae huic a. 2 m. 6 d. 4 attribuit, efficitur d. 7. Iulii. Primus Agatho papa imperatori nullum tributum in electione transmisit; quod ut pontificibus relaxaretur imperator, eo postulante, concessit. Vide Vitam p. 275. |
| | | **678?** |
| | | 2106 (1622) *Monasterium S. Petri Wiremuthense „cum licentia, consensu, desiderio et hortatu Egfridi regis (Transhumbranae regionis) ab omni prorsus extrinseca irruptione tutum perpetuo reddit ac liberum", petente Benedicto „biscopo". Bedae Hist. eccl. L. IV. c. 18 et Vita beatorum abbat. Wiremuthensium, Opp. ed. Giles III. 80. IV. 368. VI. 421. |
| | | **679.** |
| Oct. | In basilica Salvatoris nostri Iesu Christi, quae appellatur Constantiniana | Concilium episcoporum 16, in quo Wilfridus, episcopus Eboracensis, per Theodorum, episcopum Dorovernensem, deiectus, restituitur; veteraque quaedam de episcoporum concordia moribusque decreta confirmantur. Iohannem, Romanum abbatem et archicantorem, legatum apostolicum, in Angliam mitti decernitur, ut Theodorum, Dorovernensem episcopum, synodum cogere et disceptationes iudicare compellat. Gesta concilii sub Martino papa habiti per Iohannem Theodoro mittuntur. (Non sequor Pagii sententiam, qui hoc concilium contendit a. 678 habitum esse.) Integra acta deperiisse videntur; fragmenta partim e ms. edita sunt ap. Spelman Conc. I. 158, partim ap. Eddium in Vita S. Wilfridi, Gale Hist. Brit. I. 65. (Will. Malmesb. De gest. pont. L. III.) Cf. Mansi XI. 179. |
| | | **680.** |
| | | 2107 (1623) *Theodorum, episcopum Ravennatem, hortatur, „ut pro sancta et intemerata fide catholica Romam properet". Agnelli Lib. pontif. c. 124 in MG. SS. Rer. Langob. p. 359. |
| Mart. 27. | Romae | Concilium episcoporum 125 contra Monotheletas habitum, ex quo sequentes epistolae prodierunt. Diem tradit Eddius in Vit. S. Wilfridi c. 51 ap. Gale H. Br. Scr. I. 80: „in sancto pascha, tertia die". (Argumentis haud validis Pagius hoc concilium ad a. 679 revocat.) Mansi XI. 185, cf. Hefele III. 253. |
| | | 2108 (1629) Omnibus episcopis haec scribit: „Sic omnes apostolicae sedis sanctiones accipiendae sunt, tanquam ipsius voce divina Petri firmatae". (Fragmentum; accedo coniecturae viri ill. Friedberg, qui hoc caput ex concilio a. 680 haustum censet). Deusdedit Coll. can. I. c. 119, Ivonis decr. IV. c. 238, pan. II. c. 101, Gratiani decr. I. D. 19. c. 2. — „Sic omnes". |

**680.**

2109 (1624) Constantini, maioris imperatoris, et Heraclii et Tiberii Augustorum consilium restituendae omnibus in ecclesiis orthodoxiae, per litteras Dono, decessori suo, significatum, collaudat. De concilii Romani legatorum mora, quos Constantinopolim mitti iusserint, se excusat. Commendat legatos: Abundantium (Paternensem et Tempsanum) et Iohannem (Portuensem) ac Iohannem (Rhegiensem) episcopos, Theodorum et Georgium presbyteros, Iohannem diaconum, Constantinum subdiaconum et Theodorum presbyterum, legatum ecclesiae Ravennatis, personas quales secundum temporis huius defectum ac servilis provinciae qualitatem poterant inveniri. „Nam“ inquit „apud homines in medio gentium positos et de labore corporis quotidianum victum summa haesitatione quaerentes, quomodo ad plenum poterit inveniri scripturarum scientia“? „Evangelicam apostolicamque fidem“ et falsam Monothelitarum doctrinam latius explicat. Ad auferendos errores hortatur, concordiamque sibi fore cum patriarcha Constantinopolitano pollicetur, si is in veram fidem concesserit. Mansi XI. 234, Migne 87 p. 1161. — „*Κατανοοῦντί μοι*“ „Consideranti mihi“.

2110 (1625) Constantino, magno imperatori et Heraclio et Tiberio Augustis fidei restituendae propositum Agatho synodusque Romana gratulantur. De fide sua exponunt. Legatorum tarditatem ita excusant: „Primum quidem, quod numerosa multitudo nostrorum usque ad oceani regiones extenditur, cuius itineris longinquitas in multi temporis cursum protelatur; sperabamus deinde de Britannia Theodorum, archiepiscopum (Dorovernensem) et philosophum, ad nostram humilitatem coniungere; et maxime quia in medio gentium, tam Langobardorum, quamque Slavorum, nec non Francorum, Gallorum et Gothorum atque Britannorum plurimi confamulorum nostrorum esse noscuntur“. Legatos commendant. (Subscripserunt episcopi 125.) Mansi XI. 286, Migne 87 p. 1215. — „*Πάντων τῶν ἀγαθῶν*“ „Omnium bonorum spes“.

†2111 (1626) Monasterium S. Petri Medeshamstedense, sub regimine Cuthbaldi florens, amplis privilegiis auget. Inter alia vetans, ne ullus homo ibi tributum, exercitum, servitium exigat, constituens abbatem Romanae sedis legatum per totam Angliam, et Romam ire voventibus, si proficisci non possint, in eo monasterio eandem remissionem concedens. Ab Ethelredo Merciorum rege, Theodoroque, Dorovernensi episcopo „tam Graecis quam Romanis institutionibus atque eruditionibus praestantissimo“, et a Saxulfo Merciorum episcopo petit, ut hanc suam tabulam confirment subscribendo, quam ut Theodorus in synodo legat, decernit. Hae litterae „assentiente concilio CXXV episcoporum“, missae per Wilfridum archiepiscopum Eboracensem in Angliam datae exstant in Monastico Anglicano I. 66, nov. ed. I. 378, Kemble Cod. dipl. V. 22, Haddan and Stubbs Councils III. 153. (Fragmenta tantum leguntur in Hugonis Candidi hist. coen. Burgensis p. 8 ap. Sparke H. A. Scr.; in Chronico Saxonico p. 41, ap. Wilkins Conc. I. 48, Mansi XI. 170, Migne 87 p. 1213). — „Dominus regnavit“.

2112 (1627) *Hripense et Hagulstadense monasteria, a Wilfrido condita, privilegiis ornat. Eddii Vit. S. Wilfr. c. 45 et 49, Gale Hist. Br. Scr. I. 76. 79.

**679—680.**

Febr. 28. †2113 (CCLXXXIX) „Sancto Edicto, Viennensi archiepiscopo“, scribit de synodo, „ubi centum pene episcopi residebant Romae“. Episcopum Antiochenum remotum nunciat, in eiusque locum Theophanium suffectum. Mittit libellum de rebus Constantinopoli gestis. „Haec“ inquit „omnibus Galliarum episcopis legenda et cavenda ac tenenda transmitte“. (Data piissimo Constantino augusto). Bosco Floriacen. bibl. laev. xyst. 39. — „Presbyter tuus“.

**678—681.**

†2114 (1628) Monasterii S. Pauli Londinensis bona confirmat, iusque eligendi episcopi congregationi asserit, petente Erkenwaldo episcopo. Monastic. Anglic. III. 299, Haddan and Stubbs Councils III. 161. — „Quae ad securitatem“.

†2115 Monasterium S. Petri Chertseiense, iuxta fluvium Tamisam, tuendum suscipit et privilegiis ornat, Erkenwaldo episcopo, nunc monasterii abbate, petente. Haddan and Stubbs Councils III. 161. — „Quae ad securitatem“.

**681.**

Ian. 10. Ad b. Petrum. Sepelitur „IIII. id. Ianuarias“, cum sedisset a. 2 m. 6 d. 4; Vita Agathonis p. 275. 286. Nihil est, cur Agathonis obitus ad annum 682 revocetur; nam synodum oecumenicam VI. eo vivente finitam esse, neque ex eius Vita apparet, neque ex Agathonis ad Edictum Viennensem epistola ap. Bosco Flor. bibl. laev. xyst. 39 effici potest, quippe quae sit in falsis ponenda.

# LEO II. 681—683.

**681.**

ante Dec. 2116 *Electionem suam Constantino imperatori nunciat et apocrisiarium destinatum Constantinopolim missurum se promittit. Vide epistolam Constantini imperatoris Leoni papae iam d. 13. Dec. ind. XI (a. 681) scriptam, quam legati Romani mense Iulio a. 682 Romam apportaverunt (cf. reg. 2118), apud Mansi XI. 711, Migne 96 p. 387. Cf. Hefele III. 288.

**682.**

Aug. 17. Consecratur „a tribus episcopis, id est Andrea Ostiensi, Iohanne Portuensi et Placenti(n)o Velitrensi, eo quod Albanensis ecclesia episcopum minime haberet“, Vita Leonis in Vignolii lib. pont. I. 291. Vacaverat ecclesia a. 1 m. 7 d. 5 (leg. 7), ut reperimus in Vita Agathonis p. 286, seditque Leo m. 10 d. 17 (Vita p. 287), atque ita consecratio ad dominicum diem 17. Aug. revocari debet.

„ 19. †2117 (ccxc) Childeberto, Francorum regi, sub interdicti poena praecipit, ut reliquias monasterio Casinensi surreptas intra dies viginti restitui iubeat. „Epicuro Floriacensi omnem monasterii praelationem prohibet, quoadusque praefatam restitutionem cum integritate adimpleat“. Epitome chron. Casinensium ap. Muratori R. Ital. SS. II. 1. 356. — „Dum nos regnum“.

Sept. Dec. 2118 (1630) Constantini imperatoris orthodoxiam exquisitissimis verbis laudat. Agathonis legatos, Theodorum et Georgium presbyteros et Iohannem diaconum et Constantinum subdiaconum regionarium „per octavam indictionem“ (i. e. a. 680) Constantinopolim missos, ad sese „per nuper elapsam decimam indictionem mense Iulio“ rediisse scribit. Confirmat acta sexti universalis concilii, Constantinopoli celebrati, et concilio damnatos anathematizat, in quibus „et Honorium I., qui“ inquit „hanc apostolicam ecclesiam non apostolicae traditionis doctrina lustravit, sed profana proditione immaculatam fidem subvertere conatus est“. Constantium, subdiaconum regionarium, commendat. (Verba haec: „data nonis Maii ind. X.“, quae Graece non exprimuntur, delenda esse, cum Pagio censemus, qui Leonis epistolarum fidem contra Baronium mirifice defendit. Consentit cum eo Hefele III. 289. 294. 306). Mansi XI. 725, Migne 96 p. 399. — „Τῷ βασιλεῖ“ „Regi regum“.

2119 (1631) Universis ecclesiarum Christi praesulibus per Hispaniam constitutis significat de sexti universalis concilii actis, ac de damnato Honorio I., „qui flammam haeretici dogmatis, non, ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem exstinxit, sed negligendo confovit“. „Et quia“ inquit „quaequae in concilio currente celebrato gesta sunt, in Graeco conscripta sunt, et necdum in nostrum eloquium examinate translata, definitionem interim concilii et acclamationem, quod prosphoneticus dicitur, factam ad piissimum principem, pariterque edictum imperatoris, in Latinum de Graeco translatum, per latorem praesentium, Petrum notarium regionarium, sanctae nostrae ecclesiae, vestrae dilectioni direximus, etiam acta totius concilii directuri“. Litteras illas subscribi iubet. Aguirre Conc. IV. 297, La Fuente Hist. eccl. de España II. 584, Mansi XI. 1050, Migne 96 p. 411. — „Cum diversa sint“.

2120 (1632) Ervigio regi (Hispaniae) nunciat, sexto concilio universali fidem confirmatam, Monothelitasque damnatos esse, „et una cum eis Honorium Romanum, qui immaculatam apostolicae traditionis regulam, quam a praedecessoribus suis accepit, maculari consensit“. Mandat, agat, ut haec „omnibus Dei ecclesiis, praesulibus,

**682.**

sacerdotibus, clericis et populis praedicentur". Mittit per praesentium latorem, Petrum notarium regionarium, concilii definitionem et acclamationem, imperatorisque edictum. (Haud recte, ut ego quidem opinor, haec epistola ab aliis Benedicto II. papae, successori Leonis, attribuitur). Aguirre Conc. IV. 300, Mansi XI. 1055, Migne 96 p. 418. — „Cum unus extet".

2121 (1633) Simplicio comiti per Petrum, notarium regionarium, sexti concilii universalis definitionem et acclamationem atque imperatoris edictum cum sanctorum reliquiis mittit. Aguirre Conc. IV. 299, Mansi XI. 1054, Migne 96 p. 416. — „Cum sit vestrae".

2122 (1634) Quirico episcopo (Toletano?) commendat Petrum, notarium regionarium ecclesiae Romanae, cum sexti universalis concilii definitione et acclamatione atque imperatoris edicto missum ad omnes ecclesiarum antistites et „ad praecellentissimum atque christianissimum regem et ad gloriosum comitem". Reliquias ei muneri mittit. Aguirre Conc. IV. 298, Mansi XI. 1053, Migne 96 p. 415. — „Ad cognitionem verae".

**682. 683.**

2123 (1635) *„Facit constitutum, quod in archivo ecclesiae continetur, ut qui ordinatus fuerit archiepiscopus (Ravennas), nulla consuetudine pro usu pallii diversis officiis ecclesiae persolvere aliquid debeat; sed et, ne Mauri quondam episcopi anniversitas aut agenda celebretur, prohibet". Vita Leonis p. 289. Cf. Agnelli Lib. pont. c. 124 MG. SS. Langob. p. 360: „Cum Leone omnia placita adimplevit (sc. Theodorus Ravennas), statutaque inter se fecerunt, ut qualem electum ex Ravenna sacerdotes Romam deportassent, ipsum consecrasset; non amplius in tempore consecrationis Romae manerent, nisi octo diebus; ultra iam illuc non veniret, nisi die natalis apostolorum legatum ex sacerdotibus mitteret, . . . et alia multa capitula confirmata per manum Leonis cum presbyteris".

†2124 Clothario regi scribit de ecclesia extra muros Rotomagi S. Petro aedificata. Ex Bibl. nat. Paris. cod. lat. 12777 (S. Germ. l. 577) fol. 106 dedit Delisle.

**683.**

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 6. | Romae | Anastasium presbyterum et Leontium diaconum ecclesiae Constantinopolitanae in communionem assumit „die sanctae Theophaniae". Vita Leonis p. 289. |
| Febr. 22. | „ | „Ecclesiam iuxta sanctam Bibianam ad nomen b. Pauli apostoli dedicat sub die 22. m. Februarii" (qui hoc anno in diem dominicum incidit). Vita Leonis p. 290. |
| Apr. 16. | | Luna deficit, sedente Leone, „die 16. mensis Aprilis indictione XI." Vita Leonis p. 290. |
| Iun. 27. | | „Facit ordinationem per mensem Iunium die 27." Vita Leonis p. 291. |
| Iul. 3. | Ad b. Petrum | Sepelitur „V. non Iul." Vita Leonis p. 291. |

## BENEDICTUS II. 683?—685.

**683. 684.**

2125 (1636) Petrum notarium regionarium, in Hispaniam missum, „Benedictus, presbyter et in Dei nomine electus sanctae sedis apostolicae", hortatur, ut mandata, a Leone II. accepta, strenue exsequatur, et „subscriptiones episcoporum post synodicam definitionem (sexti concilii universalis) cum summa sedulitate atque vigilantia procuret subiungi". La Fuente Hist. eccl. de España II. 586, Mansi XI. 1085, Migne 96 p. 423. — „Iuxta quod".

2126 (1637) *Wilfridum, expulsum episcopum Eboracensem, „Benedictus electus" restitui iubet. Eddii Vit. S. Wilfr. c. 42 et 45 et 49 ap. Gale Hist. Br. SS. I. 74. 75. 78, c. 43. 46. 51 ap. Raine Historians of York (1879) I. 62. 66. 73.

**684.**

| | | |
|---|---|---|
| Iun. 26. | | Consecratur, cum, teste Vita Leonis II. p. 291, sedes vacasset menses 11, dies 22 (leg. 24). |

**684.**

„Suscipit divalem iussionem clementissimi principis Constantini ad venerabilem clerum et populum atque felicissimum exercitum Romanae civitatis, per quam concedit: Ut qui electus fuerit in sede apostolica, e vestigio absque tarditate pontifex ordinetur. Una cum clero et exercitu suscipit mallones capillorum domni Iustiniani et Heraclii, filiorum principis Constantini; simul et iussionem eius, per quam significat, (se) eosdem capillos direxisse". Vita Benedicti in Vignolii lib. pont. I. 293.

**685.**

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 26. | Romae | „Clerum dividit ordinibus, et in die sancto paschae honoribus ampliat". Vita Benedicti p. 294. |
| Apr. 26. | | †2127 Monasterium venerabilis viri Aegidii (Nemausense), noviter ab ipso apostolicae sedi traditum, in suam tuitionem suscipit. Electionem abbatis monachis liberam committit, cuius benedictionem sibi successoribusque suis reservat. Alia privilegia addit. („Datum Rome in Lateranensi palatio per manus Lini archidiaconi VI. kal. Maii".) Goiffon Bullaire de St. Gilles p. 3, Ménard Hist. de Nismes VII append. p. 719, (v. Pflugk-Harttung Forschungen z. Deutschen G. XXI. 229). — „Cum omnis ecclesia". |
| Mai. 8. | Ad b. Petrum | Sepelitur „VIII. id. Maii", post mensium 10 et dierum 12 pontificatum. Vita Benedicti p. 292. 294; Martyrol. Casin. ap. Muratori R. It. SS. VII. 936. |

## IOHANNES V. 685—686.

**685.**

| | | |
|---|---|---|
| Mai.-Iul. | In ecclesia S. Salvatoris Constantinianа | Eligitur „a generalitate". Vita Iohannis V. in Vignolii lib. pont. I. 295. |
| „ „ | In episcopium | electus perducitur. Vita Iohannis l. l. |
| Iul. 24. | | Consecratur „a tribus episcopis: Ostiense, Portuense, Velitrense". Vita Iohannis p. 296. Dies liquet ex vita Benedicti II. p. 294, ubi legitur ecclesia m. 2 d. 15 vacasse, annus confirmatur ex Vita Iohannis l. l., quae hoc sedente Iustinianum II. imperatorem docet m. Sept. ind. 14. obiisse. |
| Nov. | | †2128 (ccxciii) Vulfecranno, abbati monasterii S. Benigni Divionensis, et eius successoribus indulget, ne coemeterium monasterii alibi transferatur aut aliud praeter ipsum constituatur neve ab episcopo Lingonensi aliisque interdicatur. (Concluditur perserve: „Data per manus Iohannis bibliothecarii, pontificatus domini Iohannis papae anno 1. m. Nov. in sacratissima b. Petri ap. sede ind. VI.") Bibl. de l'école des ch. VI. Sér. III. 455 sqq., Delisle Mélanges p. 38. 41, (Marini I papiri p. 3, Pardessus Diplom. II. 202, cf. Mabillon De re dipl. p. 436, ubi tab. 46 specimen scripturae praebet). — „Officii nostri auctoritate". |

**685. 686.**

2129 (1638) *Concilio convocato, Novellum episcopum Turritanum, a Citonato archiepiscopo Caralitano consecratum, „sub ditione sedis apostolicae redintegrat atque firmat; cuius rei chirographum in archivo ecclesiae Romanae retinetur". Vita Iohannis p. 297, Mansi XI. 1093.

**686.**

| | | |
|---|---|---|
| Mai. 8. | | †2130 (ccxcii) Ecclesiae S. Mariae Atrebatensis libertatem et possessiones confirmat, petente Vinditiano episcopo. (Subscripserunt „Martinus vicarius sedis apostolicae" et episcopi 16. Dat. a. 7. Theoderici regis, ind. 2. Vinditianus episc. scripsit.) Gesta episcop. Camerac. I c. 26 MG. SS. VII. 411, Miraei Opp. dipl. IV. 2. — „Audite sententiam". |
| Aug. 2. | Ad b. Petrum | Sepelitur „sub die secunda mensis Augusti" post anni unius et dierum 10 pontificatum. Vita Iohannis p. 295. 297. |

## CONON. 686—687.

**686.**

| | | |
|---|---|---|
| Aug. Oct. | In episcopio Lateranensi | Eligitur a „sacerdotibus et clero" (qui antea de Petro archipresbytero consenserat); „e vestigio autem iudices una cum primatibus exercitus ... in eius laudem omnes simul adclamant; videns autem exercitus (qui eligi Theodorum presbyterum voluerat) unanimitatem cleri populique in decreto eius subscribentium, post aliquot dies et ipsi flectuntur et consentiunt in persona praedicti s. viri, atque in eius decreto devota mente subscribunt". Vita Cononis in Vignolii lib. pont. I. 298. |
| Oct. 21. | | Consecratur, cum sedes vacasset menses 2, d. 18. Vita Iohannis V. p. 297. |

**686—687.**

„Ultra consuetudinem absque consensu cleri, ex immissione malorum hominum, in antipathia ecclesiasticorum, Constantinum, diaconum ecclesiae Syracusanae, rectorem in patrimonio Siciliae constituit, hominem perperam et tergiversutum; sed et mappulo uti ad caballicandum ei licentiam concedit". Vita Cononis p. 300.

**687.**

| | | |
|---|---|---|
| | | Obiit „diutina infirmitate detentus, ut vix ordinationes sacras explere potuisset". Vita Cononis p. 301. |
| Sept. 22. | Ad b. Petrum | Sepelitur „die 22. m. Sept.", ecclesia per menses 11 administrata. Vita Cononis p. 298. 302. |

---

## PASCHALIS antipapa. 687—c. 692.

**687.**

| | | |
|---|---|---|
| | | „Archidiaconus Paschalis videns sanctum pontificem (Cononem) infirmitate constrictum, scribit Ravennam Iohanni glorioso novo patricio et exarcho, promittens ei dationem, ut persona eius ad pontificatum eligatur; qui statim mandat de Ravenna suis iudicibus, quos Romae ordinavit et direxit ad disponendam civitatem, ut post mortem pontificis, eiusdem archidiaconi persona eligatur". Vita Cononis p. 301. |
| p. Spt. 22. | | Eligitur a populi factione altera, dum altera pars Theodorum archipresbyterum eligit. Vita Sergii I. in Vignolii lib. pont. I. 303. |
| | Patriarchii | partem exteriorem „ab oratorio S. Silvestri et basilica domus Iuliae, quae super campum respicit, occupat". Vita Sergii I. l. l. |
| | In episcopio Lateranensi | „coactus et confusus, volens nolens suum dominum et electum (Sergium I.; cf. infra) salutat." Vita Sergii I. p. 304. |
| | | „Clanculo non cessat Ravennam suos mittere missos, promissaque pecunia vel aliis diversis donis Iohanni patricio et exarcho, cognomento Platyn, cum suis iudicibus nemine sciente Romam venire persuadet". Vita Sergii I. p. 304. |
| p. Dec. 15. | | „Ab officio archidiaconatus propter aliquas incantationes et luculos, quos colebat, vel sortes, quas cum aliis respectatoribus tractabat, Dei beatique apostolorum principis Petri interveniente iudicio, (a Sergio I.) privatur et in monasterium retruditur". Vita Sergii I. p. 306. |

**c. 692.**

Moritur „post quinquiennium, prae cordis duritia impoenitens". Vita Sergii I. p. 306.

---

## THEODORUS. 687.

| | | |
|---|---|---|
| | | **687.** |
| p. Spt. 22. | | Eligitur ab aliqua populi parte. Vita Sergii I. in Vignolii lib. pont. I. 303. |
| | Patriarchii | partem interiorem tenet. Vita Sergii I. l. l. |
| Oct. Dec. | In Lateranensi episcopio | Abdicat, Sergio I. electo. Vita Sergii I. p. 304. |

## SERGIUS I. 687—701.

| | | |
|---|---|---|
| | | **687.** |
| Oct. Dec. | In sacro palatio (in oraculo b. Caesarii) | Eligitur a „primatibus iudicum et exercitu Romanae militiae vel cleri seditiosi parte plurima et praesertim sacerdotum atque civium multitudine", ut „duorum altercantium electorum (Paschalis et Theodori vide supra) sopiatur intentio". Vita Sergii in Vignolii lib. pont. I. 303. 304. |
| „ „ | In Lateranense episcopium | deducitur. Vita Sergii p. 304. |
| „ „ | Romae | „Canthara et coronas, quae ante sacrum altare et confessionem b. Petri apostoli ex antiquo pendebant, deponi facit et pignori tradi", ut Iohanni exarcho, qui a Paschali antipapa vocatus Romam venerat, de centum auri libris ab eodem antipapa promissis satisfaciat. Vita Sergii p. 305. 306. |
| Dec. 15. | | Consecratur, cum post Cononis obitum vacua ecclesia fuisset per menses 2 d. 23. Vita Cononis p. 302, cf. vitam Sergii p. 306. |
| | | **688.** |
| Iun. 28. | In ecclesiam b. Petri | transfert corpus Leonis II., Vita Sergii p. 311. Vide Titulum ap. Mabillon Vet. anal. 220: „IV. kal. Iulii indictione I." (i. e. anno 688, non 703.) |
| | | **689.** |
| Apr. 10. | Romae | Ceadwallae, regi Occidentalium Saxonum (Gewissorum), baptisma accipienti, Petro nomen imponit, „die sancto sabbati paschalis". Vide Bedae Hist. eccl. L. V. c. 7, Opp. ed. Giles III. 180. |
| | | **c. 692.** |
| | | 2131 (1639) *Wilfrido, episcopo Eboracensi, ademptam dignitatem reddi, accusatoresque eius Romam venire iubet. Eddii Vit. S. Wilfr. c. 42 et 45 et 49 ap. Gale Hist. Br. SS. I. 74. 75. 78. |
| | | **c. 693.** |
| | | 2132 (1640) Ethelredo, Alfrido, Aldulfo, regibus Anglorum, Brithwaldum, archiepiscopum Cantuariensem, commendat. (Ep. suspecta.) Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. § 34 (ap. Savile R. A. SS. p. 113) ed. Hamilton p. 52, Haddan and Stubbs Councils III. 229. — „Donum gratiae". |
| | | 2133 (1641) Universis episcopis per Britanniam constitutis, nunciat, se Brithwaldo, archiepiscopo Cantuariensi, et Britanniae primatum et pallii dalmaticaeque usum concessisse. Cui eos obedire iubet. (Ep. suspectae fidei). Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. § 35 (ap. Savile R. A. SS. p. 113) ed. Hamilton p. 53, Haddan and Stubbs Councils III. 230. — „Sicut nobis". |
| | | **696.** |
| Nov. 22. | In ecclesiae s. martyris Ceciliae | Wilbrordum Fresonum archiepiscopum consecrat, eique Clementi nomen tribuit „die natalis eius" i. e. S. Caeciliae. Vide Bedae Hist. eccl. L. V. c. 11, Opp. ed. Giles III. 198; cf. vitam Sergii p. 314. |

**697.**

Mart. 25. †2134 (ccxciv) Heroni, episcopo Lingonensi, scribit, ne monachis sancti Benigni Divionensis coemeterium adimi a clericis castri patiatur. (Data per manus Iohannis bibl. anno Sergii X. in sacratissima sede b. Petri ap. ind. II). Bibliothèque de l'éc. des ch. VI. Série III. 456, Delisle Mélanges p. 41, D'Achery Spic. II. 369, Marini I pap. p. 4, Pardessus Diplom. II. 249, Mansi XII. 7, Migne 89 p. 35. Cf. Mabillon De re dipl. p. 436. — „Quamprimum nobis".

**687—701.**

2135 Ecclesiae sanctae Susannae, petente Iohanne presbytero, cum vix necessaria ad cultum possideat, ex patrimonio Romano plurima praedia, quorum nomina describit, pro oblatione et luminariis deputat. Petri subdiaconi donationem eidem ecclesiae factam confirmat. Varia huius instrumenti fragmenta, tabulae marmoreae incisa, perspicaci prudentia composuit de Rossi: Bullettino di arch. chr. S. II. T. I. 93 et tab. VIII. (Cf. Marini I pap. p. 215, Mai Script. vet. nov. coll. V. 226. — „Dum apostolicis pontificibus".

2136 Decernit, ut presbyter, qui non baptizatus sacerdotii consecrationem acceperit, removeatur; ille vero qui persuasum sibi habuit, se baptizatum fuisse, officium retineat, iterum ordinetur, et ab eo baptizati in ecclesia permaneant. Maassen Gesch. d. Quellen des can. Rechts I. 971. — „Qui presbyter".

2137 *Decernit, ut si quis a non baptizato baptizatus fuerit dummodo in nomine sanctae trinitatis factum sit, baptizatus habeatur. Vide Pippini capitularis Compendiensis a. 757 c. 12, MG. LL. I. 27 et sectio 2 I. 38, Mansi XII. 653, append. p. 128, Migne 96 p. 1513. Hoc capud haud scio an ex eodem decreto, ex quo et reg. 2136 sumptum sit.

**c. 701.**

2138 (1642) Ceolfrido, Wiremuthensis et Girwensis monasterii abbati et presbytero de muneribus missis gratias agit. Addit: „Hortamur, ut, quia, exortis quibusdam ecclesiasticarum causarum capitulis, non sine examinatione longius innotescendis, opus nobis sunt ad conferendum arte literaturae imbuti, ... absque aliqua remoratione religiosum Dei nostri, famulum venerabilis tui monasterii, ad veneranda limina apostolorum non moreris dirigere". Hanc epistolam, a Will. Malmesb. de gest. reg. Angl. L. I. ed. Savile p. 11b, ed. Hardy I. 86, (Mansi XII. 7.) traditam, e ms. emendavit Giles in Bedae Opp. I. p. LXII., recteque sinceram esse asseverat. Nec minui fidem eius puto, si cum Malmesbur. post „famulum" addimus: Bedam. (Negat hoc Bedae datum praeceptum Stevenson in Bedae ed. p. X), Haddan and Stubbs Councils III. 248, Migne 89 p. 33. — „Quibus verbis".

2139 (1643) *Monasterium Wiremuthense iniuriis affici vetat, eique Agathonis papae privilegium (vide reg. 2106) renovat, petentibus Ceolfridi abbatis nunciis. Bedae Vit. beat. abb. Wir., Opp. ed. Giles IV. 388 et ibid. VI. 423 in Hist. abb. Girv.

2140 (1644) Monasterio SS. Petri et Pauli Meldunesburgensi privilegia concedit, Aldelmo abbate petente. Gale Hist. Brit. SS. I. 352, Cocqu. I. 131, Bull. Rom. T. E. I. 211. — „Ea, quae religiosae".

**701.**

Sept. 8. In basilica b. Petri. Sepelitur „VI. id. Sept. indictione XV", ecclesiam cum rexisset a. 13 m. 8 d. 23. Vita Sergii p. 302. 314.

---

# IOHANNES VI. 701—705.

**701.**

Oct. 30. Consecratur. In Vita Sergii I. p. 314 post hunc ecclesiam reperimus m. 1 d. 20 vacasse, sed ut ad diem dominicum, quo consecrari pontifices solebant, perveniamus, legendum videtur: m. 1 d. 23.

**702—704.**

Gisulfo, Beneventano duci, usque in locum, qui Horrea dicitur, cum exercitu iam provecto, legationem cum donis mittit, qui ad reditum eum moveant. Vita Iohannis VI. in Vignolii lib. pont. I. 316, Pauli diaconi Hist. Lang. VI c. 27, Chronica S. Benedicti MG. SS. III. 198.

Apr. 10. — †2141 (ccxcv) Monachis SS. Petri et Pauli et S. Bercarii Dervensibus liberum abbatis eligendi arbitrium asserit, monasteriique bona confirmat. (Data per manus Gregorii episcopi et bibliothecarii in mense Aprili die 10. ind. 6; scriptum per manus Berardi scriniarii.). Hanc bullam a loco suo non moveo, quamquam non video, cur sexto Iohanni tribuatur, sed non magis me convincit v. Pflugk-Harttung, qui Iohanni XV. eam rationibus haud sufficientibus ascribit. Pardessus Dipl. II. 260, v. Pflugk-Harttung Acta I. 9. — „Cum omnis iustitia".

**704.**

Romae — Synodus per 4 menses habita et septuaginta conciliabulis completa, qua Wilfridus, episcopus Eboracensis, innocens declaratur. Acta habentur ap. Eddium in Vit. S. Wilfr. c. 48—52, Gale Hist. Br. SS. I. 77 sq., Haddan and Stubbs Councils III. 256. De tempore vide Pagii crit. ad. Baron. annal. 704.

2142 (1645) Ethelredo, regi Merciorum, et Alfrido, regi Derorum et Bernicorum, de Wilfrido episcopo Eboracensi quid in concilio actum sit, significat. A Berthwaldo, archiepiscopo Cantuariensi, Wilfridum et Bozam Eboracensem et Iohannem Hagulstadensem episcopos ad synodum evocari praecipit. In qua si res non potuerit ad concordiam adduci, eosdem Romam adire iubet, „ut ampliori concilio flagitetur ac decidatur, quod hactenus non valuit terminari". Qui venire ad sese recusaverint, iis deiectionem minatur. Eddii Vit. Wilfr. c. 52 ap. Gale I. 81, Will. Malmesb. Gest. pont. Angl. L. III. §. 108 (ap. Savile R. A. SS. p. 152) ed. Hamilton p. 240, Haddan and Stubbs Councils III. 262, Mansi XII. 169, Migne 89 p. 59. — „De vestrae quidem".

**701—705.**

2143 Omnibus christianis notum facit, Guidonem de Turri et Ingalsiam, uxorem eius, in comitatu Lemovicensi in pago Arnaco monasterium condidisse ac bonis ditasse. (Fragmentum.) Dedit Löwenfeld ex Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze T. 62 fol. 315, ubi sub signo „ex vetustissimo codice Bibl. Coll. 1248 (nunc Paris. nat. lat. 4883A) caractere Saxonico scripta" invenitur. Utrum Iohanni VI. asscribi debeat, annon ex epistola non constat. — „Notum sit omnibus".

**705.**

Ian. 10. 11. Apud b. Petrum — Sepelitur „d .... ind. III", moderatus ecclesiam per annos 3 m. 2. d. 12 (al. 13). Vita Iohannis VI. in Vignolii lib. pont. I. 315. 317.

## IOHANNES VII. 705—707.

**705.** (*Imp. Tiberio a. 8, post cons. eius a. 6, sed et Theodosio et Constantino.*)

Mart. 1. — Consecratur. Intelligimus diem tum ex vita Iohannis VI., vacasse per m. 1 d. 18 ecclesiam testante, tum ex vita Iohannis VII. in Vignolii lib. pont. I. 317, ubi huic pontifici a. 2 m. 7 d. 17 ascribuntur.

Iun. 30. — 2144 (1646) Monasterii S. Mariae Farfensis, quod in fundo Acutiano, territorio Sabinensi, sub Thoma abbate constitutum est, possessiones confirmat privilegiaque concedit, Faroaldo, duce Spoletino, petente. (Suspectam hanc bullam esse, me non fugit, spuriam eam iudicat Di Meo Ann. II. 219). Il Regesto di Farfa II. 23, Chron. Farfense ap. Muratori R. It. SS. I. II. 331, Mabillon Ann. O. Ben. II. 756*, Troya Cod. dipl. III. n. 374, (Cocqu. I. 133, Bull. Rom. T. E. I. 213). — „Salubre nimis".

**705—707.**

2145 (1647) Archiepiscopis, presbyteris, diaconis et universis clericis per Anglorum patriam constitutis haec scribit: „Congregatis omnibus Anglorum proceribus, qui tunc ad b. Petrum degebant, ... apostolicae sententia usque adeo sedis praevaluit, ut voluntarie omnes Anglorum clerici sub ipsis vigiliis S. Gregorii laicalem et sinuosum sed et cunctum habitum deponentes, talares tunicas secundum Romanum morem induerent". Hortatur de „deponendis laicalibus vestimentis et sumendis clericalibus infulis". (Fragmentum hoc a viris ill. Haddan et Stubbs Iohanni VI. attribuitur). Haddan and Stubbs Councils III. 264, Baluzii Misc. I. 400, Mansi XII. 165, Migne 89 p. 63. — „Congregatis omnibus".

†2146 (CCXCI) Edaldum, archiepiscopum Viennensem, hortatur, ut more Romano „officia missarum" agat. Pallii usum ei concedit, mittitque „de capillis S. Pauli". (Bullam, quae Iohanni V. ascribitur, ego hic insero, quia Edaldi (l. Eoaldi) archiepiscopi pontificatus ad annos 696—716? pertinet. Suo iure igitur Acta SS. Iohanni VII. epistolam tribuunt). Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. p. 40, Mansi IX. 760; Acta SS. Iunii T. V. 250. — „De officiis missarum".

**707.**

Oct. 18. | Ad b. Petrum | Sepelitur „XV. kal. Novembr. indictione VI." Vita Iohannis VII. p. 321.

---

## SISINNIUS. 708.

**708.**

Ian. 18? | Consecratur. Hic dies nec dominicus nec festus fuit, ideoque vocari in dubitationem potest, licet indicetur et in vita Iohannis VII. p. 321, quae mensium 3 fuisse interpontificium tradit, et in vita Sisinnii ap. Vignolium lib. pont. I. p. 321, qua teste ecclesiae iste per dies 20 praefuit.

Febr. 7. | Ad b. Petrum | Sepelitur „sub die VII. Februarii, indictione VII." Vita Sisinnii p. 322.

---

## CONSTANTINUS I. 708—715.

**708.**

Mart. 25. | Consecratur, cum orba fuisset sedes per mensem 1 d. 19. Vita Sisinnii p. 322.

**c. 708.**

Felicem archiepiscopum Ravennatem consecrat. Vita Constantini in Vignolii lib. pont. II. 2.

(In ecclesia b. Petri) | Felicis archiepiscopi Ravennatis „cautionem in sacratissima confessione b. Petri ponit". Vita Constantini l. l.

**709.**

†1247 (1648) Brithwaldo, Britanniarum ecclesiae primati (archiepiscopo Cantuariensi), commendat Egwinum episcopum (Wigorniensem), qui Kenredum (Merciorum) et Offam (Orientalium Saxonum regis filium) reges Romam deduxerat. Egwino ubi S. Maria apparuerit, eo loco concilium haberi monasteriumque Benedictinum aedificari iubet. (Pro quo monasterio reges illi diploma donationis una cum Constantino papa et Egwino subscribunt, quod actum fuit a. 709 in ecclesia Salvatoris Lateranensi). Monast. Anglic. I. 144 et nov. edit. II. 14, ex „autographo, Saxonico charactere scripto", Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. I. 334, Chron. abb. de Evesham p. 171, Haddan and Stubbs Councils III. 281, (Spelman Conc. I. 212, Mansi XII. 181, Migne 89 p. 335). — „Venerabilem virum".

| | | |
|---|---|---|
| | | **709.** |
| Oct. 5. | In portu Romano | „Die 5. m. Oct. indict. VIII.“ mare ingreditur, a Iustiniano II. imperatore Constantinopolim evocatus. Vita Constantini p. 3. |
| „ | Neapoli | Vita Constantini p. 5. |
| | In Sicilia | Vita Constantini p. 5. |
| | Rhegii | Vita Constantini p. 6. |
| | Cotronae | Vita Constantini l. l. |
| | Callipoli | Vita Constantini l. l. |
| | Hydrunti | „moras facit, eo quod hiems erat“. Vita Constantini l. l. |
| | | **710.** |
| | In partibus Graeciae | Vita Constantini l. l. |
| | In insula Cea | Vita Constantini l. l. |
| | A VII. miliario Constantinopolim | „venit, ubi egressus est Tiberius imperator, filius Iustiniani Augusti, cum patriciis et omni syncleto et Cyrus patriarcha cum clero et populi multitudine et omnes laetantes et diem festum agentes pontificem susceperunt“. Vita Constantini p. 7. |
| | Constantinopolim | ingreditur. Vita Constantini p. 7. |
| | A palatio | „egressus ... cum camelauco in Placidias usque, ubi hospitaturus est, properat“. Vita Constantini p. 8. |
| | In Placidiis | hospitatur. Vita Constantini l. l. |
| | | **710—711.** |
| | Nicomediam | cum Iustiniano II. imperatore convenit. Vita Constantini l. l. |
| | Nicomediae | „Die dominico missas imperatori fecit et communicati sunt principes eius manibus, quem pro suis quoque delictis deprecati sunt; tunc imperator, pontifice postulante, omnia privilegia ecclesiae renovavit, atque sanctissimum papam ad propria reverti absolvit“. Vita Constantini l. l. |
| | Nicomedia | „egressus crebris valetudinibus adtritus est“. Vita Constantini p. 9. |
| | | **711.** |
| | Caietae | Vita Constantini l. l. |
| Oct. 24. | Romam | revenit „vicesima quarta die mensis Octobris indictione X.“ Vita Constantini l. l. |
| | | **712.** |
| | | Philippici imperatoris „sacram (i. e. epistolam) cum pravi dogmatis exaratione suscipit, sed cum apostolicae sedis consilio respuit; huius rei causa zelo fidei accensus domnus papa et omnis coetus Romanae urbis, imaginem, quam Graeci votaream vocant, sex continentem sanctas et universales synodos, in porticu ecclesiae S. Petri cum picturis erigit; nam et huiusmodi picturas, cum haberentur in regia urbe, Philippicus iusserat auferri“. Vita Constantini p. 10. |
| | | **713.** |
| | | 2148 Monasteriorum Vermundensis et Wochingensis (in prov. West-Saxonum) tutelam suscipit et congregationi abbatis eligendi facultatem concedit, petente Hedda, abbate et presbytero utriusque monasterii. (Tabula non est a suspicione remota). Haddan and Stubbs Councils III. 276. — „Sicut religiosae vitae“. |
| | | †2149 (1649) Monasterium (Eveshamense), ab Egwino (episcopo Wigorniensi) conditum, in Brithwaldi Britanniarum primatis (archiepiscopi Cantuariensis) ditionem redigit privilegiisque auget. (Scripta a. 713; alia temporis nota ad diploma donationis supra in reg. 2147 memoratum pertinere videtur). Wilkins Conc. I. 74, Chron. abb. de Evesham p. 172, Haddan and Stubbs Councils III. 282, (Mansi XII. 185, Migne 89 p. 338). — „Divina dispensatione“. |
| | Romae | Missis sacerdotibus, pugnam dirimit „in via sacra ante palatium“ exortam inter Christophorum ducem et Agathonem, partibus faventem Petri, quem Philippicus imperator ducem Urbis constituerat. Vita Constantini p. 12. |
| | „ | Anastasii imperatoris epistolam accipit a Scholastico cubiculario, patricio et exarcho Italiae. Vita Constantini p. 13. |

**714.**

Nov. 15. †2150 (ccxcvi) Chilpericum, Francorum regem, de inobedientia graviter obiurgat. Haec addit: „Nisi sanctae reliquiae P. Benedicti eiusque sororis nobis redditae fuerint, omnia divina in regno vestro officia interdicimus, et sicut Aurelianenses, et Cenomanenses perpetuae maledictionis anathemate condemnamus; quod si et ipse apostolici mandati contemptor esse volueris, in personam vestram post viginti dierum spatium anathematis gladium intentamus". Epitome chron. Casinensium ap. Muratori Rer. Ital. SS. II. i. 357. — „Quanto maiori patientia".

**708—715.**

†2151 (ccxcvii) Eoaldo, archiepiscopo Viennensi, reliquias quasdam mittit. Bosco Floriac. Bibl. laev. xyst. p. 42, Acta SS. Iun. V. 250. — „Reliquias ecclesiae".

**715.**

Apr. 9. Ad b. Petrum. Sepelitur „V. id. April. indict. XIII" (al. „sub die XI. mensis Februarii ind. XIIII"), perfunctus annorum 7 d. 15 pontificatu. Vita Constantini p. 1. 13.

---

## GREGORIUS II. 715—731.

**715.**

Mai. 19. Consecratur, interiectis post Constantini mortem diebus 40. Vita Constantini I. p. 13.

2152 (1650) *Ad Iohannis, patriarchae Constantinopolitani, synodicam respondet. Vide Vitam Gregorii II. in Vignolii lib. pont. II. 15.

2152a *Liutprandum, regem Langobardorum, ut patrimonium Alpium Cottiarum reddat, admonet. Vita Greg. II. I. l.

**716.**

Mai. 15. 2153 (1651) „Martiniano episcopo, seu Georgio, presbytero s. sedis apostolicae, atque Dorotheo subdiacono praedictae sedis, euntibus in Baioariam", praecepta dat, quemadmodum ibi, deliberatione „cum duce provinciae" habita, et disciplinam ecclesiasticam componant, et episcopos archiepiscopumque constituant atque erudiant. (Fidem huius capitis, quam Nagel in Forschungen z. Deutschen G. XVIII. 344 ita negaverat, ut a Bonifatii sociis circa a. 743 potius fictum censeret, Riezler ibid. p. 519 gravissimis argumentis defendit. De varia lectione Mai. 15. et Mart. 15. vide ibid.) MG. LL. III. 451 (et p. 237), Mansi XII. 257, Migne 89 p. 531. — „Ut datis nostris".

c. Oct. Romae. Litanias facit propter Tiberis inundationem. Vita Gregorii II. p. 20.

**c. 717.**

2154 (1652) *Langobardos hortatur, ut „Cumanum castrum, dolo pervasum, reddant; quod si non reddant, in iram se divinam incidere pro dolo, quem fecerant, suis scriptis protestatur; munera eis etiam multa promittit ut illud sibi restituant". Vita Gregorii II. p. 20. 21, cf. Pauli diac. Hist. Lang. VI. c. 40.

2155 (1653) *(Iohannem) ducem et populum Neapolitanum „quotidie scribendo" impellit, ut castrum Cumanum, a Langobardis occupatum, expugnent; „pro cuius redemptione septuaginta auri libras promittit". Vita Gregorii II. p. 21. 22.

**717.**

2156 Huetberhto, abbati monasteriorum S. Petri Wiremuthensis et S. Pauli Girvensis scribit de Ceolfrido abbate, praedecessore eius, qui ab illo commendatus Romam petiit, sed iter faciens morte correptus erat (Sept. 24. a. 716). Hist. abb. Girvensium in Bedae opp. ed. Giles. VI. 431. — „Scriptorum tuae amplectendae".

**719.** (*Imp. Leone II. a. 3, post cons. eius a. 3, ind.* 2.)

Mai. 15. 2157 (1654) Bonifatio, religioso presbytero, dat mandatum, ut, „ad quascunque gentes, infidelitatis errore detentas, properare potuerit, praedicationem utriusque testamenti mentibus indoctis consona ratione transfundat". Haec addit: „Disciplinam denique

**719.** (*Imp. Leone II. a. 3, post cons. eius a. 3, ind. 2.*)

sacramenti, quam ad initiandos Deo praevie credituros tenere studeas, ex formula officiorum sanctae nostrae sedis apostolicae instructionis tuae gratia praelibata volumus, ut intendas". (Non sequor Dünzelmann in Forschungen z. Deutsch. Gesch. XIII. 23 et Böhmer-Will Mainzer Reg. p. III et 1, qui annum 717 huic mandato apponunt). S. Bonifatii ep. 12. ap. Jaffé Bibl. III. 62 (editionem S. Bonifatii epistolarum a Würdtwein, Magontiae 1789, curatam, quam et secutus est Giles in S. Bonif. opp. Londini 1844, Jafféi editione nullius pretii redditam non citabo), Haddan and Stubbs Councils III. 303, Cocqu. I. 136, Bull. Rom. E. T. I. 216, Mansi XII. 234, Migne 89 p. 495. 689. — „Exigit manifestata".

Aug. 31. — †2158 (ccxcviii) Austroberto, archiepiscopo Viennensi, „statum ecclesiae catholica pietate firmum apud ecclesiam Gallorum manere" significanti, de muneribus missis gratias agit. „Fratrem Bonifatium rudibus gentibus episcopum designatum" principibus Francorum commendari iubet. (Dat. imp. Leone a. 3). Bosco Flor. Bibl. lacv. xyst. p. 42. — „Desiderabiles litteras".

**720.**

Eudoni, Aquitaniae duci, „in benedictionem dirigit tres spongias, quibus ad usum mensae pontifices utuntur". Vita Gregorii II. p. 25.

**721.** (*Imp. Leone a. 4, post cons. eius a. 4, sed et Constantino a. 2, ind. 4.*)

Apr. 5. — In basilica b. Petri, ante confessionem — Synodus episcoporum 22, in qua anathematizantur, qui presbyteram, aut diaconam, aut monacham, aut commatrem spiritalem, aut fratris uxorem, aut neptem, aut novercam, aut nurum, aut consobrinam, aut „de propria cognatione vel quam cognatus habuit", in matrimonium duxerint; qui viduam aut virginem rapuerint; qui „ariolis, aruspicibus vel incantatoribus observaverint aut phylacterio usi fuerint"; et clerici, qui comam laxaverint; nominatimque Hadrianus, Exhilarati filius et, quam duxit, Epiphania diacona. Voelli et Justelli Bibl. I. 272, Mansi XII. 261.

**722.** (*Imp. Leone a. 6, post cons. eius a. 6, sed et Constantino imp. eius filio a. 4, ind. 5. — 1. Sept. — 6.*)

2159 (1655) *Bonifatium Romam invitat. Willibaldi Vit. Bonifatii c. 7 MG. SS. II. 342, (cap. 6) Jaffé Bibl. III. 449, cf. Hahn Forsch. z. Deutschen G. XV. 124.

In basilica b. Petri — cum Bonifatio colloquitur. Willibaldi Vita Bonifatii l. l. p. 343.

Laterani Romae — cum Bonifatio. Willibaldi Vita Bonif. l. l.

Nov. 30. — Bonifatium episcopum ordinat „pridie kalendarum Decembrium". Willibaldi Vit. Bonif. c. 7, MG. SS. II. 343, c. 6. Jaffé Bibl. III. 451, et iuramentum Bonifatii in eiusdem epistolis 17 ed. Jaffé Bibl. III. 76, Migne 89 p. 803. (Vide Dünzelmann in Forschungen z. Deutsch. G. XIII. 22, et Jaffé ibid. X. 402; Oelsner Jahrbücher p. 103).

Dec. 1. — 2160 (1657) Universis episcopis, presbyteris, diaconis, ducibus, castaldiis, comitibus et cunctis christianis commendat Bonifatium episcopum, harum litterarum portitorem, quem in Germaniae partes ad plagam orientalem Rheni fluminis miserit, ad informandos idololatros in catholica fide. Hortatur ut Bonifatio necessaria itineris provideant, comites tribuant, cibum ac potum largiantur. Cui qui obfuerint, iis anathema proponit. S. Bonif. ep. 18 ap. Jaffé Bibl. III. 78, Deusdedit Coll. can. III. c. 120, Cocqu. I. 136, Bull. Rom. E. T. I. 217, Mansi XII. 238, Migne 89 p. 501. — „Sollicitudinem nimiam".

„ 1. — 2161 (1658) Clero, ordini et plebi . . . consistenti Bonifatium, episcopum iis praefectum commendat. (Nulla lacuna est in codd. sed deest locus, quia haec epistola ex libro diurno [n. VI. ed. Rozière p. 22] hausta, istius formulae indolem retinuit). S. Bonif. ep. 19 ap. Jaffé Bibl. III. 79, (Mansi XII. 239, Migne 89 p. 502). — „Probabilibus desideriis".

(„ 1.) — 2162 (1656) Karolo duci commendat Bonifatium episcopum, missum „ad praedicandum plebibus Germaniae gentis ac diversis in orientali Rheni fluminis parte consistentibus, gentilitatis errore detentis, vel adhuc ignorantiae obscuritatibus praepeditis". S. Bonif. ep. 21 ap. Jaffé Bibl. III. 81, Mansi XII. 235, Migne 89 p. 498. — „Comperientes te".

**722.** (*Imp. Leone a. 6, post cons. eius a. 6, sed et Constantino imp. eius filio a. 4, ind. 5. — 1. Sept. — 6.*)

(Dec. 1.) 2163 (1663) Viros magnificos, Asulfum, Godolavum, Wilareum, Gundhareum, Alvoldum et omnes Thuringos, fideles christianos, collaudat, quod a fide, paganis urgentibus, non descierint. Bonifatium commendat. S. Bonif. ep. 20 ap. Jaffé Bibl. III. 80, Mansi XII. 240, Migne 89 p. 503. — „Insinuatam nobis“.

(Dec. ?) 2164 (1664) Universum populum provinciae Altsaxonum, et eos, „qui verbum exhortationis Iesu Christi susceperunt, et qui adhuc suscepturi sunt“, ab idololatria avocat. Bonifatium commendat. S. Bonif. ep. 22 ap. Jaffé Bibl. III. 81, Mansi XII. 23, Migne 89 p. 504. (Gregorio III. hanc ep. tribuit Loofs Zur Chronologie d. Bonif. Briefsammlung p. 5, Leipz. 1881). — „Sapientibus et insipientibus“.

**723.** (*Ind. 6. — 1. Sept. — 7.*)

Apr. 11. †2165 *Sevii, abbatis Sextiensis (territorii Mediolan.), electionem confirmat eiusque monasterium cum monasterio S. Benedicti quod dicitur „Padulinum“ coniungit. (Dat. Gregorii II. a. 8, qui idem annus perperam 714 dicitur). Exscripsi regestum ex Bibl. publ. Lucensis cod. 326; vide supra reg. †2103.

Dec. 1. 2166 (1659) Serenum, episcopum Foroiulensem (patriarcham Aquileiensem), hortatur; ne conditionis oblitus, sub qua pallium rege deprecatore ei missum sit, iura patriarchae Gradensis violare, „nec amplius quam in finibus Langobardorum existentibus gressum tendere praesumat“. Chronica patr. Gradensium MG. SS. Rer. Langob. p. 395, (MG. SS. VII. 12. 46, Danduli Chron. ap. Muratori R. It. SS. XII. 132, Rubei Mon. Aquil. p. 313, Ughelli It. sacr. V. 1087, Cod. dipl. Istriano ad. a. 715, Troya Cod. dipl. III. n. 441, Mansi XII. 247, Migne 89 p. 526). — „Tanto munere“.

(„ 1.) 2167 (1660) Donato, patriarchae Gradensi, et Marcello duci atque episcopis plebique Venetiae et Histriae significat, se patriarchae Aquileiensi, ne vexaret Gradensem ecclesiam, interdixisse; „ne ergo“ inquit „incuria quadam aut discidio locum gens eorum insidiando, ut assolet, invadat, pervigiles cavete“. Chronica patr. Grad. MG. SS. Rer Langob. p. 395, MG. SS. VII. 46, Danduli Chronic. p. 133, Rubei Mon. Aquil. p. 314, Ughelli It. sacr. V. 1087, Cod. dipl. Istriano ad a. 717, Mansi XII. 248, Migne 89 p. 527. — „Quamquam ex ministerio“.

**724.** (*Imp. Leone a. 8, post cons. eius a. 8, sed et Constantino imp. eius filio a. 5, ind. 8.*)

Dec. 4. 2168 (1661) Bonifatio episcopo, quod coeptum opus prospere procedat, gratulatur. Significat, se litteris ad „Carolum, excellentissimum filium suum, patricium“, questum esse „de episcopo illo, qui nunc usque desidia quadam in eadem gente (Germanica) praedicationis verbum disseminare neglexisset, et nunc sibi partem quasi in parochiam defendat“. Thuringis quoque et Germaniae populo scripsisse, „ut construant episcopia et ecclesias condant“. S. Bonif. ep. 25 ap. Jaffé Bibl. III. 85, Mansi XII. 243, Migne 89 p. 506. — „Creditae speculationis“.

(„ 4.) 2169 *Carolo patricio paternis litteris scribit, ut episcopum quendam (de quo vide supra in reg. 2168) conpescat. S. Bonif. ep. 25 ap. Jaffé Bibl. III. 86, cf. Hahn Forschungen z. Deutsch. Gesch. XV. 116.

(„ 4.) 2170 (1662) Universo populo Thuringorum commendat Bonifatium episcopum missum, ut eos „debeat baptizare et fidem Christi docere“. Cui ut obediant, hortatur. Addit haec: „Iam recedite a malis operibus, et agite bene; non adoretis idola, nec immoletis carnes; facite ergo et domum, ubi debeat ipse pater vester habitare, et ecclesias, ubi debeatis orare“. S. Bonif. ep. 26 ap. Jaffé Bibl. III. 87, Mansi XII. 241, Migne 89 p. 503. — „Dominus Iesus“.

(„ 4.) 2171 *Germaniae populo scribit quae supra in reg. 2170. Vide S. Bonif. ep. 25 ap. Jaffé Bibl. III. 86.

†Synodus Romana, in qua decernitur, ut Corbinianus episcopus Frisingensis, qui Romam venerat, ut ab officio solveretur, sacerdotale ministerium ultra exerceat. Vita Corbiniani ab Aribone scripta Acta SS. Sept. III. 288, (Mansi XII. 267); cf. Hefele III. 362.

**725.** (*Imp. Leone a. 9, post cons. eius a. 9, sed et Constantino imp. eius filio a. 6, ind. 8. — 1. Sept. — 9.*)

Mart. 1. 2172 (1665) Episcopis et cuncto populo Venetiae seu Istriae significat, se eorum precibus commotum episcopatum Polensem Petro restituisse, qui, quoniam mortuo Do-

**725.** (*Imp. Leone a. 9, post cons. eius a. 9, sed et Constantino a. 6, ind. 8. — 1. Sept. — 9.*)

nato patriarcha contra „regulas patrum" ad ecclesiam Gradensem transiisset, episcopali esset honore multatus. Ad eligendum patriarcham hortatur. Ughelli It. sacr. V. 1088, Cod. dipl. Istriano ad ann. 726. — „Creditae speculationis".

Apr. 13. | (Romae) | 2173 (1666) Stephano presbytero atque aliis duabus successim personis, dum vivant, concedit „fundum Capanianum (al. Apianum; al. Campanum) cum domo sua et vinea posita via Flaminia XIV plus minus millibus ab hac urbe Roma", quae tenuit per emunitionem Sergius presbyter et vestariarius noster, qui fundus extitit ex corpore patrimonii Tusciae iuris sanctae Romae ecclesiae, ea lege, ut „singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus ecclesiasticis III auri solidos persolvant". (Perperam hanc epistolam ascribunt Hadriano I. Baluzii Misc. VIII. 122, Galletti Del vestarario p. 29). Deusdedit Coll. can. III c. 119, Leonis M. Opp. III. p. CCCVI, Mansi XII. 249, Migne 89 p. 528. — „Quotiens illa a nobis".

**726.** (*Imp. Leone a. 10, post cons. eius a. 10, sed et Constantino imp. filio eius a. 7, ind. 10.*)

Nov. 22. | 2174 (1667) Bonifatio episcopo respondet 1) de propinquorum nuptiis „in tam barbara gente post quartam generationem" concedendis; 2) de uxoribus valetudine correptis; 3) de sacerdotibus accusatis; 4) de duobus vel tribus calicibus in liturgia sacra adhibendis; 5) de escis immolaticis; 6) de infantibus per parentes in monasteria traditis; 7) de iis, qui „in nomine patris et filii et spiritus sancti" baptizati sint, non rebaptizandis; 8) de iis, qui num sint in infantia baptizati dubitent, si, qui aiat, non reperiatur, baptizandis; 9) de „dominici corporis et sanguinis participatione" leprosis non deneganda; 10) de monasteriis, in quae pestilentia inciderit, non relinquendis; 11) de quibusdam presbyteris et episcopis, haud sancte viventibus, admonendis, non excommunicandis. S. Bonif. ep. 27, ap. Jaffé Bibl. III. 88, Mansi XII. 244, Migne 89 p. 524. — „Desiderabilem mihi".

**727.**

2175 (1668) *Leonis imperatoris de evertendis sanctorum imaginibus epistola accepta, „renuens haeresim eius, scribit ubique: cavere se christianos, quod orta fuisset impietas". Vita Gregorii II. p. 29. (De synodo aliqua tunc Romae a Gregorio habita vide Hefele III. 405.)

**728.**

2176 (1669) *(Liutprandum), Langobardorum regem, „continuis scriptis", ut castellum Sutriense sibi restituat, hortatur. Vita Gregorii II. p. 33, (cf. Pabst in Forschungen z. D. G. II. 470).

**ante 729.**

†2177 (1670) Ursum, ducem Venetiarum, hortatur, ut exarcho apud Venetias moranti suppetias ferat, quo facilius Ravennatum civitas, „a nec dicenda (al. nefanda) gente Langobardorum capta", „ad pristinum statum sanctae reipublicae in imperiali servitio dominorum filiorumque suorum, Leonis et Constantini, magnorum imperatorum", revocetur. (Muratori Ann. d'Italia IV. 257, Storia d'It. p. 294 haesitat, an fidem huic epistolae concedat; novis argumentis, Martens, Politische Gesch. d. Langobardenreichs p. 68, Heidelberg 1880, contendit hanc, et sequentem epistolam, cuius titulum nullius momenti censet, fictas esse.) Danduli chron. ap. Muratori R. It. SS. XII. 135, Rubei Hist. Rav. 217, Troya Cod. dipl. III. n. 459, Mansi XII. 244, Migne 89 p. 511. — „Quia peccato faciente".

†2178 (1671) Antonino (patriarchae Gradensi) eadem iisdem verbis, ac superiore ad Ursum ducem epistola, scribit. Iohannis Chron. Venet. MG. SS. VII. 12. (De Antonino sub Gregorio III. electo cf. MG. SS. Lang. p. 396). — „Quia peccato faciente".

**729.** (*Ind. 12. — 1. Sept. — 13.*)

Ian. | †2179 (ccxcix) Fratribus monasterii S. Maximini Trevirensis arbitrium creandorum abbatum, Basinoque abbati et eius successoribus mitrae, dalmaticae, sandaliorum usum concedit, aliis privilegiis additis. (Scriptum per manum Benedicti scriniarii

**729.** (*Ind. 12. — 1. Sept. — 13.*)

s. Romanae ecclesiae in mense Ian. ind. 12). Beyer Mittelrh. Urkundenb I. 12, Mansi XII. 250, Migne 89 p. 530, Marini I papiri p. 4, Miraei Opp. dipl. I. 129, Pardessus dipl. II. 358. — „Si semper sunt concedenda".

In Neronis campo — Liutprandum, Langobardorum regem, sibi reconciliat. Vita Gregorii II p. 34.

Ante corpus (Petri) apostoli — Liutprando rege petente, Eutychium patricium in gratiam recipit. Vita Greg. II p. 35.

**c. 729.**

2180 (1672) Leonem imperatorem graviter increpat, quod, cum de praeceptis patrum servandis per epistolas saepius promisisset, novissimis litteris imaginum cultum vocaverit idololatriam, ad easque evertendas sese converterit; et quod, neglecto Germano patriarcha Constantinopolitano, „improbum illum Ephesium Apsimari filium" audierit. „Scis", inquit „sanctae ecclesiae dogmata non imperatorum esse, sed pontificum; idcirco ecclesiis praepositi sunt pontifices a reipublicae negotiis abstinentes, et imperatores ergo similiter ab ecclesiasticis abstineant, et, quae sibi commissa sunt, capessant". De universali concilio congregando ei non assentitur. Occidentalium animi illa simulacrorum eversione quantopere percussi sint, depingit. „Testis est Deus", inquit „quascumque misisti ad nos epistolas, auribus cordibusque regum Occidentis obtulimus, pacem illorum tibi ac benevolentiam conciliantes. Idcirco etiam laurata tua receperunt, ut reges a regibus honore affici convenit (*καθὼς πρέπει βασιλεῦσι τιμᾶν*); compertis vero ineptiis illis, „proiecta laurata tua conculcarunt et faciem tuam conciderunt, ac, delectu habito, Longobardi et Sarmatae ceterique, qui ad septentrionem habitant, miseram Decapolim incursionibus infestarunt, ipsamque metropolim Ravennam occuparunt, et eiectis magistratibus tuis proprios constituere magistratus, et vicinas nobis sedes regias ipsamque Romam sic tractare statuerunt, cum tu nos defendere minime possis". Imperatori, missum iri qui ipsum Constantinopolim deportent, minanti ita respondet: „Non est nobis necesse, tecum in certamen descendere; ad quatuor et viginti stadia secedet in regionem Campaniae Romanus pontifex, tum tu vade, ventos persequere!" Haec narrat: „Nuper ab interiore Occidente preces illius, quem Septetum appellant accepimus, qui vultum expetit nostrum, ut ad impertiendum ei sanctum baptisma illuc proficiscamur". (Haec epistola et duae, quae sequuntur, in synodo VII. Nicaena a. 787 relectae sunt. De tempore earum varias viri docti sententias protulerunt, quas indicat Hefele III. 402. Sed cum Germanus patriarcha iam a sacerdotio depositus sit, ab anno c. 729 discedere non licet. Quam autem ipse Gregorius in initio epistolae dicit, indictio XIV. cum cetera temporis ratione coniungi non potest.) Mansi XII. 959, Migne 89 p. 511, Bull. Rom. E. T. I. 218. — „*Τὰ γράμματα*" „Litteras vestrae".

2181 (1673) Germanum, qui fuerat patriarcha Constantinopolitanus, imaginum cultus propugnatorem, collaudat et confirmat. Mansi XIII. 91. (608), Migne 89 p. 507. — „*Ποία καὶ τίς*" „Qualis et quae". („Quanta qualisque").

**post 729.**

2182 (1674) Leoni imperatori significat, ex litteris eius se cum dolore cognovisse, ad virtutem eum non esse revocatum. Ad id, quod scripserat: „Imperator sum et sacerdos", multa respondet, in quibus haec quoque: „Quemadmodum pontifex introspiciendi in palatium potestatem non habet, ac dignitates regias deferendi, sic neque imperator in ecclesias introspiciendi et electiones in clero peragendi, neque consecrandi, vel symbola sanctorum sacramentorum administrandi, sed neque participandi absque opera sacerdotis; imperatores, qui pie vixerunt, ecclesiarum pontificibus obedire minime recusarunt, tu vero, cum manu propria subscripseris et confessus fueris: „„eum, qui terminos patrum tollit, execrabilem esse"", in hoc proprio iudicio condemnatus es; persequeris nos ac tyrannice vexas militari carnalique manu". Incusat eum, quod, remotis sanctorum imaginibus, „populos in otiosis sermonibus, nugis, citharis, crepitaculis, tibiis et triciis occupaverit, et pro gratiarum actione ac celebratione ad fabulas illos traduxerit". Quod in sex conciliis universalibus de sanctorum imaginibus

**post 729.**

non fuerit sermo, „ne de pane quidem“ inquit „et aqua dictum est quidquam, sitne comedendum, an non comedendum, bibendum an non bibendum“. Addit: „Nos viam ingredimur in extremas Occidentis regiones versus illos, qui sanctum baptisma efflagitant. Cum enim illuc episcopos misissem et sanctae ecclesiae nostrae clericos, nondum adducti sunt, ut capita sua inclinarent et baptizarentur, eorum principes, quod exoptent, ut eorum sim susceptor (*ἐμὲ ἐπιζητοῦντες γενέσθαι αὐτῶν ἀνάδοχον*). Hac de causa nos ad viam, Dei benignitate, accingimus, ne forte damnationis et incuriae nostrae rationem reddamus“. Mansi XII. 975, Migne 89 p. 521, Bull. Rom. E. T. I. 224. — *„Τὰ γράμματα“* „Accepimus vestri“.

Romae — Prohibet ne census in provincia ad imperatorem inferatur. Vita Gregorii II. l. l., vide Döllinger Papstfabeln p. 153, Hefele III. 355.

**730.**

Eutychio „exarcho Romae morante, venit in partibus Tusciae . . . quidam seductor, Tiberius nomine, cui cognomen erat Petasius, qui sibi regnum Romani imperii usurpare conabatur“; „exarchus vero haec audiens turbatus est, quem s. papa confortans, et cum eo proceres ecclesiae mittens atque exercitus, profecti sunt“. Vita Gregorii II. p. 36.

2183 (1675) *Anastasii, patriarchae Constantinopolitani, synodica accepta, „dum haeresi consentientem reperit, non censet fratrem aut consacerdotem solito vocari, sed rescriptis commonitoriis, nisi ad catholicam convertatur fidem, etiam extorrem a sacerdotali officio esse mandat“. Vita Gregorii II. 38.

**717—730.**

Nov. 13. — 2184 (1676) SS. Petro et Paulo complura praedia ac oliveta „pro concinnatione luminariorum“ dicat. (Partim ex marmore porticus basilicae Vaticanae, partim ex bibl. Vatic. ms. 6757). Bull. Vatic. I. 7, Maii Scr. vet. nov. coll. V. 209. Cf. Cocqu. I. 142 not. a. Bull. Rom. T. E. I. 227. Perperam hoc privilegium et sub Gregorii I. nomine legitur in Gregorii M. opp. ed. Maur. IV. 328. Vide De Rossi Bullettino di arch. crist. Ser. II. I. 98. — „Quotiens laudi“.

**715—731.**

2185 *Edictum de finibus Gradensis et Foroiuliensis (Aquileiensis) ecclesiarum constituit. Chron. patr. Gradensium MG. SS. Rer. Langob. p. 396, (MG. SS. VII. 46).

Mart. 4. — †2186 *Monasterio Sextiensi (territ. Mediol.) bona ac privilegia confirmat. (Dat. anno 713!). Exscripsi regestum ex Bibliothecae publ. Lucensis cod. 326 cf. supra reg. †2102 et Archiv XII. 716.

†2187 Bonifatio scribit de viduis et virginibus, quae a religionis proposito discedunt. (Quae epistola spuria utrum Gregorio II. an Gregorio III. attribuatur, adhuc haesito. Est autem Benedicti Lev. add. IV. 88). Reginonis De synod. causis II. append. I c. 48, append. II c. 29 (ubi cum titulo beati Gregorii legitur), Burchardi Coll. can. VIII c. 45, Ivonis decr. VII c. 63, pan. III c. 204, Gratiani decr. C. XXVII. qu. 1. c. 2. — „Viduas a proposito“.

2188 (1677) De periurorum poenitentiis constituit. Ex cod. Lucensi Mansi XII. 252, Migne 89 p. 531. — „Si quis iuraverit“.

2189 Decernit: „Si quis in quoquam partemve praecepta antemissa apostolicae ecclesiae de olivetis et locis diversis temeraverit et non in omnibus observaverit, anathema sit“. (Cum titulo: Ex concilio Gregorii II. cap. XIII.) Deusdedit Coll. can. III c. 47. — „Si quis in“.

2190 (1678) *Anatholio tribuno „locat in XXVIII annos fundum Meianula cum casis et vineis et omnibus suis pertinentiis ex corpore massae Peltianae, territorio Anagnino, patrimonio Lavicano sub annua pensione“. Ex Gregorii iunioris (i. e. secundi) registro Deusdedit Coll. can. III c. 149, (Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. p. 9). Nota, quod hic et in plurimis regestis sequentibus (2190—2228) annuae pensiones in aureis solidis aut siliquis praestandae asscriptae sunt; sed cum non satis constet, quid valeant notae numerorum, quas Martinucci et Borgia in edi-

**715—731.**

tionibus suis ex codice Vatic. 3833 diligenti imitatione expresserunt, pretia illa in regestis omitto.

2191 (1679) *Exhilarato et Gaudioso „locat casale Pondera, Agellione, et casale Pompeianum, Caleianum et fundum Fortunae, positos territorio Foroclaudiensi ex corpore massae Tusciae sub pensione". Ex Greg. registro l. l.

2192 (1680) *Constantinae, honestae feminae, „locat fundum Salianum cum omnibus suis pertinentiis situm in territorio Caesenate (al. Cesinate) ad montem, qui dicitur Lucati, ab uno latere situm iuxta fundum Carbasianum, ab alio fundum Anianum, a tertio latere fundus, qui dicitur Gumaris, ex corpore patrimonii Ravennatis iuris Romanae ecclesiae". Ex Greg. registro l. l.

2193 (1681) *Lupicino presbytero „locat duo monasteria sc. S. Leonis et S. Severini, sita intra castrum Monteferetro cum omnibus eis pertinentiis". Ex. Greg. registro l. l.

2194 (1682) *Blando „locat massam Iuniorum, patrimonio Lavicano, sub annua pensione". Ex Greg. registro l. l.

2195 (1683) *Eustachio presbytero „locat fundum Casacantari et fundum Iuvarium (al. Vivarium) ex massae corpore Silanis, et VI. uncias fundi Lauretis cum oliveto suo ex corpore praedictae massae, et fundum Marcianum ex corpore massae Gallorum, patrimonio Lavicano, et coloniam sitam in fundo Ostiliano (al. Offiliano) cum prato et saliceto suo ex corpore massae Nevianae, patrimonio Appiae". Ex Greg. registro l. l.

2196 (1684) *„Leoni notario et Leontiae iugalibus eorumque filiis ac nepotibus locat fundum Ripacesarium cum silvis, glandaretis et terris sationalibus, situm via Aurelia miliar. plus minus X, ex corpore suburbani patrimonii Tusciae". Ex Greg. registro l. l.

2197 (1685) *„Bonifatio notario seu Claudiae iugalibus eorumque filiis ac nepotibus locat fundum Cocceianum et Folianum ex corpore massae Fonteianae patrimonii Appiae". Ex Greg. registro l. l.

2198 (1686) *„Bonifatio notario seu Claudiae iugalibus eorumque filiis ac nepotibus locat fundum Gratinianum et fundum Rosarium cum domibus ac vineis, sita ab Urbe mil. plus minus VII, coerente sibi ab uno latere fundo Canneolo, ab alio casale Miliariolo, a tertio casale Faustini, iuris Rom. ecclesiae ex corpore patrimonii suburbani Tusciae" Ex Greg. registro l. l.

2199 (1687) *„Gennadio Tribuno et Luciae et ex eorum amplexu filiis ac nepotibus locat fundum Porcianum et Leonianum et fundum Graecorum et Tuttianum (al. Tutitianum) via Clodia miliar. plus minus VIIII, ex corpore patrimonii Tusciae". Ex Greg. registro l. l. p. 10.

2200 (1688) *„Studiosae (al. Stodiosae) Tribunae seu Petro iugalibus, eiusdemque Petri filiis et nepotibus locat fundum Serrulas, fundum Sisinianum ex corpore massae Silanis, patrimonio Lavicano". Ex Greg. registro l. l.

2201 (1689) *„Annae religiosae et aliis duabus personis locat fundum Argenti, Verclanum, Lugeranum, Collibertorum, Toleranum, et fundum Truci Trasissessanum et Possessianum ex corpore massae Sabinensis, via Tiburtina, miliar. ab Urbe plus minus X, ex corpore patrimonii Tiburtini". Ex Greg. registro l. l.

2202 (1690) *„Heraclio, praeposito coquinae dominicae, locat fundum Cafasiri (al. Casasiri) ex corpore massae Proculis (al. pro cultu), patrimonii Lavicani". Ex Greg. registro l. l.

2203 (1691) *„Gemulo militi locat fundum Mauricis, fundum Vianova, via Praenestina miliar. plus minus VIIII, ex corpore massae Varvarianae, patrimonii Lavicani". Ex Greg. registro l. l.

2204 (1692) *„Carae religiosae locat coloniam, quae dicitur Pofinis, via lata miliar. ab Urbe plus minus XII, post absidam basilicae S. Petri intra massam Marulis". Ex Greg. registro l. l.

2205 (1693) *„Eustachio (al. Eustathio) presbytero locat monasterium S. Martini situm in Surrento cum omnibus ei pertinentibus". Ex Greg. registro l. l.

2206 (1694) *„Iohanni consuli locat fossam, quae dicitur Vaianicum iuxta campum Veneris, miliar. ab Urbe Roma plus minus XX, ex corpore massae Fonteianae (al. Forteianae), patrimonii Appiae". Ex Greg. registro l. l.

2207 (1695) *Monasterio S. Silvestri in monte Soracte locat „imperpetuum fundum

**715—731.**

Scantianum ex corpore massae Castellianae, patrimonii Tusciae, sub pensione". Ex Greg. registro l. l.

2208 (1696) *„Petro magnifico tribuno locat coloniam, positam in massa Pauli ex corpore patrimonii Appiae". Ex Greg. registro l. l.

2209 (1697) *„Basilio, viro honesto, locat coloniam Alvini ex corpore massae Ocris, patrimonii Appiae in Aricia". Ex Greg. registro l. l.

2210 (1698) *Georgio presbytero „locat fundum Crispinis et Amonetis, via Lavicana miliar. plus minus XIII, ex corpore massae Fistis patrimonio Lavicano". Ex Greg. registro l. l.

2211 (1699) *„Gemmulo (al. Gemulo) diacono locat fundum Demetiorum, via Ardeatina miliar. plus minus VIIII ab urbe Roma ex corpore suburbani patrimonii Appiae". Ex Greg. registro l. l.

2212 (1700) *„Sergiae, honestae feminae, locat fundum Severianum ex corpore massae Iuniorum patrimonii Lavicani". Ex Gregorii registro l. l.

2213 (1701) *„Diaconiae S. Eustachii (al. S. Eustathii) locat in perpetuum fundum Clivus, fundum Querquetum et Placonianum ex corpore massae Calcianae patrimonii Lavicani". Ex Greg. registro l. l.

2214 (1702) *Anastasio comiti „locat fundum Lavernam (al. Launam) ex corpore massae Laurentianae et fundum Toranianum ex corpore massae Citrasensis, utrumque patrimonii Caietani". Ex Greg. registro l. l.

2215 (1703) *„Monasterio S. Agnes, quae dicitur Dua forna, locat massam Maruli et massam Sestianam, utrasque patrimonii Appiae". Ex Greg. registro l. l.

2216 (1704) *„Theodoro consuli locat in annos XXVIIII insulam Capris cum monasterio S. Stephani, cum omnibus sibi pertinentibus, (quae) praestat annue in auro quidem solid. CVIIII, vini megaricos C." Ex Greg. registro l. l.

2217 (1705) *Theodoro consuli locat casale, quod dicitur Castro maiore, et casale qui dicitur Ninfise, sita utraque infra insulam Capris patrimonii Neapolitani". Ex Greg. registro l. l.

2218 (1706) *„Matronae Reiigionae (al. Religione; forse religiosae) diaconissae, eiusque filiis ac nepotibus locat locum, qui dicitur Icaonia ex corpore patrimonii Campaniae Neapolitani". Ex Greg. registro l. l.

2219 (1707) *„Eustachio (al. Eustathio) presbytero locat fundum Laurentium et fundum Inaurorum extra portam S. Pancratii via Aurelia, ex corpore fundi suburbani patrimonii Tusciae". Ex Greg. registro l. l.

2220 (1708) *„Diaconiae S. Eustachii (al. S. Eustathii) locat in perpetuum fundum Cervinariola, fundum Caldariola, fundum Pompilianum, fundum Paganum, fundum Lamponianum, fundum Signioba, fundum Pompeianum, fundum Gavianum (al. Garianum), fundum Caprolanum, fundum Veranum, fundum Calecchianum, fundum Constantianum, fundum Camarelum cum casalibus et apendicibus suis; fundum Larintias, fundum Pavianum, fundum Lamponianum; fundum Constantianum, fundum Ricchianum (al. Riccllianum) et casale Torianum, fundum Servilianum, fundum Natianum, fundum Ruscellum, fundum Silicella (al. Silicelsa), fundum Gregorianum, fundum Cassamontis, fundum Gaianum; fundum Saxonigro, omnes ex corpore massae Calcianae; fundum Pigrinum, fundum Casanova, fundum Turritanum, fundum Iaganum, fundum Calabrilacanum, fundum Trivicianum, posita in Appia (al. afile) ex corpore massae Pontianae patrimonii Lavicani et massam Furanianam cum fundo et casalibus et omnibus suis: fundum Pacurianum, fundum Ancurianum, fundum Casagallorum, fundum Furanianum, fundum Filanum, fundum Arelis, fundum Fatianum, fundum Scandilianum, fundum Barbatianum, fundum Casaherclanea, fundum Sereniamum, fundum Casatuscis, fundum Casalaucini, fundum Casnarntellis (al. Casnarrellis), fundum Casavini, fundum Casasimiama, fundum Iussianum, fundum Cetinianum, fundum Causavaleriana, fundum Pinianellum ex corpore massae Alianae patrimonii Tiburtini". Ex Greg. registro l. l.

2221 (1709) *Theodoxiae, honestae feminae, locat fundum Antinianum, cum omnibus suis, via Appia miliar. ab urbe Roma plus minus XX, ex corpore massae Nerianae (al. Nevianae) patrimonii Appiae". Ex Greg. registro l. l.

2222 (1710) *„Theodoxio consuli locat monasterium S. Pancratii, situm extra castrum Mesenate et lacum in annos XXVIII (al. XXVIIII)". Ex Greg. registro l. l.

**715—731.**

2223 (1711) *„Genesiae, honestae feminae, locat fundum Capitonianum, et fundum Dostianum, fundum Viricaria, fundum Tatianum, cum omnibus suis etiam et aquimolis, posita in massa Camustis iuxta campum Barbaricum ex corpore patrimonii Appiae, praestat auri solidos . . . et vini decimatas LXXX in praesentia missi paracellarii". Ex Greg. registro l. l.

2224 (1712) *„Calae honestae feminae locat coloniam massae Cilianae patrimonii Appiae". Ex Gregorii registro l. l.

2225 (1713) *„Anualdo tribuno locat fundum Casamaiori et Longocianum (al. Longoieianum) ex corpore patrimonii Lavicani, territorio Praenestino, miliar. ab urbe Roma minus plus XXI". Ex Greg. registro l. l.

2226 (1714) *„Mamalo locat fundum Funianum, via Praenestina miliar. plus minus XV, ex corpore massae Alianae, patrimonio Tiburtino". Ex Greg. registro l. l.

2227 (1715) *„Stephano exconsuli locat fundum Flabis et fundum Horrea, sita V. miliar. ab urbe Roma via Latina". Ex Greg. registro l. l.

2228 (1716) *„Leontio militi locat fundum Aunias et fundum Spatianum, sita via Numentana miliar. ab urbe Roma plus minus XI". Ex Greg. registro l. l.

**731.**

Febr. 11. | In basilica b. Petri | Sepelitur „sub die id. Febr. indict. XIV", cum sedisset a. 15 m. 8 d. 24. Vita Gregorii II. p. 14. 39.

---

# GREGORIUS III. 731—741.

**731.**

Febr. 11. | Romae | Eligitur. Vita Gregorii III. in Vignolii lib. pont. II. 41: „Quem viri Romani, cum eius antecessor de hoc saeculo migrasset, dum ante feretrum in obsequio sui antecessoris esset inventus, subito eum vi abstrahentes, in pontificatus ordinem elegerunt". Hic postremus inter Romanos pontifices confirmationem suam ab imperatore Byzantino expetiit.

Mart. 18. | Consecratur. Vacaverat enim ecclesia per dies 35, teste vita Gregorii II p. 39.

2229 (1717) *Leoni et Constantino imperatoribus per Georgium presbyterum „commonitoria scripta" mittit, ut evertere simulacra desistant. Vita Gregorii III. p. 41. 42.

2230 (1718) *Universos Veneticensis seu Histriae episcopos et cunctum populum hortatur, ut in locum Donati, defuncti patriarchae Gradensis, successorem subrogent. Chronica patr. Gradensium MG. SS. Langob. p. 396, Iohannis chron. Gradense MG. SS. VII. 46.

„ | Synodus, in qua Georgio presbytero, qui Constantinopolim litteras apostolicas ad imperatores perferre iussus, re infecta Romam redierat, haec irrogatur poenitentia, ut iisdem cum litteris Constantinopolim iterum se conferat. Vita Gregorii III. p. 42.

2231 (1719) *Antonino, patriarchae Gradensi, iuxta priorum cartarum exemplar „privilegium cum benedictione pallei" tribuit. Chron. patr. Gradensium l. l., Iohannis chron. Gradense l. l.

a. Sept. | 2232 (1720) Antoninum, Gradensem archiepiscopum, et eius suffraganeos ad concilium vocat, die 1. m. Novembr. „succedentis quintaedecimae Indictionis", i. e. an. 731, Romae celebrandum pro cultu imaginum, quas luget „apud regiam urbem et per diversas provincias" everti. Ughelli Ital. sacr. V. 1090, Cod. dipl. Istriano ad ann. 732, Mansi XII. 300, Migne 89 p. 586. — „Inter diversas".

2233 (1721) *Iohannem, archiepiscopum Ravennatem, ad synodum invitat. Chron. patr. Gradensium l. l., Iohannis chron. Gradense l. l. p. 47.

c. Nov. 1. | In ecclesia b. Petri | Synodus episcoporum presbyterorumque 93, in qua decernunt: „Ut si quis deinceps sacrarum imaginum depositor atque destructor et profanator, vel blasphemus extiterit, sit extorris a corpore et sanguine Iesu Christi vel totius ecclesiae unitate atque compage." Vita Gregorii III. p. 43. 44. (Quae anno 732 perperam tribui solet, haec synodus quo tempore celebrata sit, apparet ex superiore epistola 2232).

**731.**

c. Nov. 1. | In ecclesia b. Petri | †2233a *Qua in synodo, ut epitome Casinensium Chronicorum (ap. Muratori SS. Rer. It. II. I. 357) narrat, coram sacrosancta confessione sacratissimi corporis b. Petri residentibus cum papa Antonio Gradensi et Iohanne Ravennati archiepiscopis et aliis 93 episcopis vel presbyteris synodali decreto statutum est: Ut si Aurelianenses et Cenomanenses sanctas reliquias, quas eatenus retinuerant, reddere contemnerent, essent exsortes a corpore et sanguine Christi et totius ecclesiae unitate atque compage. Post peractum constitutum misit scripta commonitoria pro requirendis sacrosanctis reliquiis. Muratori l. l., Mansi XII. 302, Migne 89 p. 587; cf. Hefele III. 406.

„ „ | „ | 2234 (1722) „In gremio ecclesiae b. apostolorum principis Petri una cum sanctorum coetu episcoporum ante eiusdem confessionem consedens praecipue ob imagines . . . et propter illicitas quasdam coniunctiones . . . inter cetera decernit: Ut novae Aquilegiae i. e. Gradensis civitatis Antoninus patriarcha suique successores totius Venetiae et Istriae primates perpetuo habeantur, Foroiuliensis (Aquileiensis) antistes Serenus, suique successores Cormonensi castro, in quo ad praesens cernatur sedere in finibus Langobardorum, solummodo semper sint contenti". (Subscripserunt episcopi 30 et alii testes. Cf. Chron. patr. Gradensium l. l., Iohannis chron. Gradense l. l.). Hormayer Hist. stat. Archiv f. Süddeutschland II. 209, Cod. dipl. Istriano ad annum 732. — „Cum simus Dominicae plebis".

2235 (1723) *Ad Leonem et Constantinum imperatores „iterum mittit scripta commonitoria pro erigendis sacris imaginibus per Constantinum defensorem". Vita Gregorii III. p. 44.

2236 *Carolo (Martello) presbyterum quendam commendat Vide S. Bonif. ep. 28 ap. Jaffé Bibl. III. 93.

2237 *Bonifatio episcopo privilegium tribuit. (Cf. Hahn Forschungen z. Deutschen G. XV. 117). S. Bonif. ep. 28 ap. Jaffé Bibl. III. 94.

†2238 *Pisano episcopo (Pandolfo Gallcotti!) petente priore S. Benedicti Padulini mandat, ut abbatem Sextiensem (Epifanium Mantuensem) consecret, cum nullus eo tempore sit episcopus Lucensis. Exscripsi regestum ex cod. Lucensi 326, ubi ei a. 731 additur.

**c. 732.**

2239 (1724) Bonifatio episcopo, quod iam permultos ad Christi fidem converterit, gratulatur, eumque et archiepiscopum facit et pallii, in sacris procurandis et consecrandis episcopis gestandi, iure ornat. Permittit, ut, ubicunque res postularit, episcopos constituat, duobus vel tribus episcopis praesentibus. De presbytero quodam scribit, absoluto quidem, sed tamen, si noxius repertus sit, coercendo. Iubet a carne caballina abstineri, nec nisi pro „mortuis vere christianis" orari, rebaptizari autem eos, qui „a presbytero Iovi mactante et immolatitias carnes vescente" baptizati sint. Matrimonia usque ad septimum gradum improbat, itemque tertias nuptias. De parricidarum poenis addit, quorum numero eos quoque adiungit, qui „ad immolandum paganis sua venundent mancipia". S. Bonif. ep. 28 ap. Jaffé Bibl. III. 91, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 42, Mansi XII. 277, Migne 89 p. 575. — „Magna nos habuit".

**731—733.**

2240 (1725) Calisto, patriarchae Aquileiensi, praecipit, ut Centenariam et Mussiones, monasterii S. Mariae in insula Barbiana siti possessiones, quas invaserit, patriarchae Gradensi restituat. Exordium huius epistolae, quo editiones carent, e cod. Trivis. Vindobonae asservato (fol. 4) praebuit Pertz:

„Iam triennium evolutum decessoris nostri tempore plurimis fuerat supplicationibus constitutum. Dilectionem tuam ab hac summa atque apostolica Dei ecclesia pallii promeruisse benedictionem commonit ut equoque (corrigit Pertz: „commonitum te quoque"), ut in sanctae nostrae ecclesiae scrineis testantur volumina fuisse, ne umquam auderes tu vel tui futuri successores aliena invadere iura aut temeritate qualibet illicita penetrare. Sed ut humiliter utilis tibi concessum pallium fueras institutus merito magis est oneris quam honoris. Nunc vero cognovimus, contra canonum instituta cuiusdam proterviae auso temeratorem te extitisse, et valde audita doluimus;

**731—733.**

cognovimus enim, quos ita habetur nullus fieri serre murmuratione, quia aviditate" cet. Danduli chron. ap. Muratori R. It. SS. XII. 136, Rubei Mon. Aquil. p. 318 (qui epistolam anno 734 tribuit), Baronii Ann. eccl. ad ann. 729 n. 6. — „Iam triennium".

**c. 733.**

2241 (1726) *Ad Leonem et Constantinum imperatores „adhortatorias litteras pro erigendis sacris imaginibus et orthodoxae fidei firmitate dirigit per Petrum defensorem". Vita Gregorii III. p. 45.

2242 (1727) *Ad Anastasium, patriarcham Constantinopolitanum, eiusdem argumenti epistolam mittit. Vita Gregorii III. l. l.

**731—734.**

2243 (1728) Episcopis Angliae significat, Tatwinum, archiepiscopum Dorovernensem, Romae a sese pallii dalmaticaeque usu donatum esse, ac totius Britanniae primatem et vicarium suum constitutum. (Hanc epistolam, cuius fides in dubium vocanda est, Gregorio II. perperam tribuunt). Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. §. 36 (ap. Savile R. A. SS. 113 b) ed. Hamilton p. 55, Haddan and Stubbs Councils III. 311, Wilkins Conc. Brit. I. 81, Mansi XII. 247, Migne 89 p. 527. — „Dei omnipotentis".

**738.**

Mart. 13. †2244 *Bononiensi civitati scribit. Extat epistola spuria in Bibl. Musei Brit. add. cod. 12117 c, cf. Neues Archiv IV. 349.

„Galliensium castrum recuperatum est pro quo cotidie expugnatur ducatus Romanus a ducatu Spoletino dans (Greg. III.) pecunias non parvas Trasimundo, duci eorum ... et in compage sanctae reipublicae atque in corpore Christo dilecti exercitus Romani annecti praecepit". Vita Gregorii III. p. 45.

Cum duce Spoletino (Trasimundo) et duce Beneventano (Godescalco) foedus init, ut Liutprando regi, si Romam agressurus sit, auxilium denegent. Cod. Carolini ep. 2 ap. Jaffé Bibl. IV. 17.

**c. 737—739.**

(Romae) Synodus, cui assidet Bonifatius episcopus. S. Bonif. ep. 34 ap. Jaffé Bibl. III. 100.

„ Bonifatio episcopo, praesente Zacharia (qui postea papa fuit) praecipit, ut presbyterum in ecclesiastico ministerio post obitum suum heredem et successorem constituat. S. Bonif. ep. 42 ap. Jaffé Bibl. III. 113.

2245 (1729) Omnibus episcopis, presbyteris, abbatibus omnium provinciarum Bonifatium, Roma in Germaniam revertentem, commendat, cui ad paganos in fide erudiendos concedant adiutores. S. Bonif. ep. 35 ap. Jaffé Bibl. III. 100, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 44, Mansi XII. 279, Migne 89 p. 578. — „Domino cooperante".

2246 (1730) Universos optimates et populum provinciarum Germaniae, Thuringos et Hessos, Borthares, Nistresos, Wedrecios et Lognaos, Suduosos et Graffeltos vel omnes in orientali plaga constitutos monet, ut Bonifatio, in Germaniam redeunti, obsequantur, et „divinos, vel sortilegos, vel sacrificia mortuorum, seu lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria, et incantatores, et maleficos, et observationes varias, quae in eorum finibus fieri solebant, omnino respuant". S. Bonif. ep. 36 ap. Jaffé Bibl. III. 101, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 45, Mansi XII. 280, Migne 89 p. 579. — „Quoniam decessor".

2247 (1731) Episcopis in provincia Baioariorum et Alamannia constitutis, Wiggo (Augustensi [sive Ratisbonensi]), Liudoni (Spirensi), Rydolto (Constantiensi), et Phyphylo (Pataviensi), seu Addae (Argentinensi) praecipit, ut Bonifatii vicarii sui praeceptis usi, „gentilitatis ritum et doctrinam vel venientium Brittonum, vel falsorum sacerdotum et haereticorum" abiiciant et „sive iuxta Danubium, sive in civitate Augusta, vel ubicunque indicaverit" bis in anno concilium celebrent. S. Bonif. ep. 37 ap. Jaffé Bibl. III. 103, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 45, Cocqu. I. 143, Bull. Rom. E. T. I. 230, Mansi XII. 281, Migne 89 p. 580. — „Catholica et sanctorum".

**c. 737—739.**

†2248 Episcopis „Boiariae" mandat, ut iussu Udilonis ducis synodum episcopalem una cum gentis proceribus celebrent et bis quotannis iuxta Danubium, ubi libuerit, concilium agant. Hortatur de pravis sacerdotibus abiiciendis iubetque, ut archimystes communi omnium suffragio delegatus continuo Romam adeat quem si dignus fuerit ipse consecret. Ut caste vivant, et ne somnia, auguria, incantationes, dies observent praescribit. Bruschius De Laureaco veteri I. 61, Schöller Die Bischöfe von Passau p. 15. — „Continuo ubi nostram".

**739.** (*Imp. Leone a. 23, post cons. eius a. 23, sed et Constantino eius filio a. 20, ind. 7. — 1. Sept. — 8.*)

c. Aug. 2249 (1732) *Ad Carolum (Martellum), maiorem domus, „claves venerandi sepulcri, cum vinculis S. Petri et muneribus magnis et infinitis, legationem, quod antea nullis auditis aut visis temporibus fuit, destinat; eo pacto patrato, ut a partibus imperatoris recederet et Romanum Consulatum praefato principi Carolo sanciret", Fredegarii contin. ap. Bouquet Rec. II. 457. (De consulatu Carolo non concesso cf. Gregorovius II. 249, Breysig Jahrb. p. 92 not. 5). — „Claves venerandi sepulcri Petri apostoli et vincula eiusdem cum magnis muneribus legatione ad Karolum principem Francorum misit, quod antea nullo Francorum principi a quolibet Romanae urbis praesule missum fuerat; epistolam quoque decreto (al. et decreta) Romanorum principum cum legatione etiam munera misit; quo pacto patrato sese populus Romanus, relicto imperatore Graecorum et dominatione, ad praedicti principis defensionem et invictam eius clementiam convertere eum voluissent . . .", Chronicon Moissiac. MG. SS. I. 291. 292, cf. Ann. Mettenses ibid. p. 326, Ann. Juvavenses ibid. III. 123. — „Concussa est provincia Romanorum, ditioni subiecta Langobardorum, seu et regi eorum Liutprando, veniensque Romam in campo Neronis tentoria tetendit, depraedatataque Campania. Pro quo vir Dei (Greg. III.) sacras claves ex confessione b. Petri apostoli accipiens, partibus Franciae Carolo, qui tunc regnum regebat Francorum, navali itinere per missos suos direxit, id est per Anastasium episcopum, nec non et Sergium presbyterum, postulantes a Carolo, ut eos a tanta oppressione Langobardorum liberaret", Vita Gregorii III. p. 55. (Ex Fredegarii cont. l. l. collata cum annal. Lauresh. 739 MG. SS. I. 26, annal. Lauriss. minor. ibid. p. 115 liquet, Gregorii legatos ad Carolum post bellum a. 739 in Provincia gestum pervenisse. Consentit Vita Zachariae in Vignolii lib. pont. II. 60, qua teste Liutprandus rex Roma discessit „per mensem Augustum ind. VII." i. e. a. 739). Ad annum 741 haud recte haec omnia transtulit Niehues Kaiserthum u. Papstthum I. 515. Cf. Baxmann Politik der Päpste I. 215. Ante omnia autem consule Böhmer-Mühlbacher Regesten der Karolinger I. 17. 18.

2250 (1733) Caroli subreguli auxilium iterum implorat. Ecclesiam S. Petri per Langobardos exinanitam nunciat, omniaque luminaria ablata, „quae" inquit „a vestris parentibus et a vobis offerta sunt". Derideri se scribit, quod spem suam in eo constituerit. Plura, quam litteris, nuncio se commisisse addit. Cod. Carolini ep. 1 ap. Jaffé Bibl. IV. 14, Cenni Mon. I. 23, Duchesne H. Fr. SS. III. 704, Muratori R. It. SS. III. II. 77, Mansi XII. 284, Migne 89 p. 583. — „Ob nimium".

Oct. 29. 2251 (1734) Bonifatio, qui adiutore Carolo, Francorum principe, ad centum millia Germanorum christianae fidei conciliaverit, gratulatur. Eum laudat, quod „Otilo", Baioariorum ducis, et optimatum assensu quatuor Bavariae parocciis institutis, praeter „Vivilo" (Pataviensem) a sese nuper ordinatum, tres episcopos creaverit. Addit de presbyteris per episcopos consecrandis; de hominibus, „per diversitatem et declinationem linguarum gentilitatis, sed tamen in nomine s. trinitatis baptizatis", manus impositione confirmandis; de „Vivilo" episcopo, si erraverit, corrigendo. Concilio „iuxta ripam Danubii" celebrando cum interesse iubet. In uno loco morandi licentiam ei denegat. S. Bonif. ep. 38 ap. Jaffé Bibl. III. 104, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 47, Cocqu. I. 144, Bull. Rom. E. T. I. 230, Mansi XII. 285, Migne 89 p. 583. Cf. Simson Jahrb. I. 62. (Eandem ut videtur epistolam, plurimis verbis mutatis et sublatis, cum initio „Quod tua opera" ediderunt Bruschius De Laureaco veteri I. 63 et Schöller Die Bischöfe v. Passau p. 16). — „Doctoris omnium" („Doctoris gentium").

**739.** (*Imp. Leone a 23, post cons. eius a. 23, sed et Constantino eius filio a. 20, ind. 7. — 1. Sept. — 8.*)

2252 (1735) Carolum subregulum dolet Liudprando et Hilprando, Langobardorum regibus, plus quam sibi credere, iisque permisisse, ut, irruptionibus in fines Ravennates et Romanos factis, quae „praeterito anno" reliquissent, diriperent. Rogat, ne fidem tribuat falsis regum nunciis de Spoletino et Beneventano ducibus; quos ideo infestari ab illis scribit, quia contra pactionem secum confectam bellum sibi inferre priore anno recusaverint. Mittat, qui miserias ecclesiae cognoscat. Auxilium petit per Deum ac per „claves confessionis b. Petri, quas" inquit „vobis ad rogum direximus". „Anthát", fidelem eius, epistolae huius latorem, commendat. Cod. Carolini ep. 2 ap. Jaffé Bibl. IV. 15, Cenni Mon. I. 19, Duchesne H. Fr. SS. III. 703, Muratori R. It. SS. III. ii. 75, Fantuzzi M. Rav. V. 201, Mansi XII. 282, Migne 89 p. 581. Cf. Pabst Forsch. z. Deutschen G. II. 478, qui 739 Mai. computat, et Martens Politische Gesch. p. 44. — „Nimia fluctuamur".

**740.** (*Ind. 8. — 1. Sept. — 9.*)

Oct. 15. 2253 (1736) Omnibus episcopis in Tuscia Langobardorum „chirographum et sacramentum" in memoriam reducit, quibus, cum ordinarentur, b. Petro spoponderint, se „in emergentibus sanctae eius ecclesiae periculis totis viribus elaboraturos". Monet, opem ferant Anastasio presbytero et Adeodato, regionario subdiacono, et una cum eis ad reges Liutprandum et Hilprandum iter arripiant, ut quatuor castra, priore anno occupata, (Ameriam, Hortam, Polimartium, Bleram, vide Vitam Zachariae p. 60) restituant. Deusdedit Coll. can. L. I. c. 190, Zaccagni Dissertatio hist. de summo ap. sed. imp. in urb. Comacli. app. p. 1, Jaffé Bibl. IV. 16 nota 3 (ubi per mendum typographicum a. 741 ascribitur), Cenni Mon. I. 9, Troya Cod. dipl. Langob. III. n. 532, Mansi XII. 286, Migne 89 p. 585. — „Meminit fraterna".

**731—741.**

„Vulcarium partibus Franciae in civitate Vienna dato pallio archiepiscopum constituit". Vita Gregorii III. p. 58.

2254 (1737) De oblationibus in ecclesiae S. Pauli Romanae altaribus quotidie offerendis breve facit. (Ex lapide basilicae S. Pauli). Margarini Bull. Cas. II. 4, Maii SS. vet. nov. coll. V. 214. — „In nomine".

Iun. 30. †2255 Bonifatio episcopo gratulatur, quod gentem Saxonicam et principes eius Eoban, Rodewic, Vuldericum et Deddam christianae fidei conciliaverit. Ad litteras eius per Denehardum presbyterum transmissas et per Stephanum archidiaconum de titulo S. Susannae pronuntiatas respondet sese a latere suo Dodoni de titulo Pastoris „curam praedicationis" in vice sua commisisse. Hortatur ut arbores ab incolis veneratas succidat atque Adalberti et Clementis haereticorum sequaces anathematizet. (Data ad S. Paulum). Vita Waltgeri cap. 9 ap. Wilmans Kaiserurkunden d. P. Westf. I. 491, (cf. ibid. p. 314 et Archivalische Zeitschrift III. 34). — „Benedictus Deus".

**c. 741.**

2256 (1738) Antonino, patriarchae Gradensi, scribit haec: „Saepius evocatus, ut apostolorum liminibus dilectam fraternitatem tuam cum episcopis, qui sub tua ordinatione consistunt, praesentari (l. praesentare debeas), diversis insurgentibus perturbationibus venire secure vos dilectissime innotuisti esse impossibile. Quod quia principalis causa est et prae ceteris salutare fidei christianae, et (l. ut) domum Domini diligentia procuremus. Iuxta quod obsecravit rex Longobardorum pro suis archiepiscopis nostros partem, post tertium diem Dominicae resurrectionis, ut etiam ipse cum tuis ita (l. iter) arripias volumus. Quia et Venetiarum episcopis ita scripsimus, si valet ad generalitatem exercitum ut nullius praepediant venire dihortati sumus. In hac enim causa nulla debet intercedere negligentia. Quia Deo per omnia, si desides extiterimus, districtam solvemus rationem, beato inquiente apostolo Paulo: Attendite, inquit, vobis et universo gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam suam, quam acquisivit sanguine suo. Proinde ut ad statutum conveniatis tempus, ex apostolico vigore vestram omnium hortamur fraternitatem.

| | | |
|---|---|---|
| | | **c. 741.** |
| | | Possumus enim, ortam contentionem ab ecclesia Dei expellentes, praemia ab aeterno iudice percipere et perpetuam vitam. Deus te incolumen custodiat dilectissime frater". E cod. Trivis. Vindobonae asservato (fol. 6) nobiscum communicavit Pertzius, vir clarissimus. — „Saepius evocatus". |
| | | 2257 *Venetiarum episcopis praecipit, ut ad concilium quoddam in causis Langobardorum agendum conveniant. Vide reg. 2256. |
| | | **741.** |
| Nov. 29. | In basilica b. Petri | Sepelitur „III. kal. Dec. per ind. X", cum annos 10 m. 8 d. 12 ecclesiae praefuisset. Vita Gregorii III. p. 39. 58. |

## ZACHARIAS. 741—752.

| | | |
|---|---|---|
| | | **741.** |
| Dec. 3. | | Consecratur hoc die Dominico. Etenim post dierum 4 interpontificium (Vita Gregorii III. p. 58) ecclesiam per a. 10 m. 3 d. 14 (leg. 13) administravit, ut testatur Vita Zachariae in Vignolii lib. pont. II. 58. |
| | | Ad Liutprandum, Langobardorum regem, legatos mittit, ut ducatui Romano quatuor civitates (anno 739) ablatas restituat. (Cf. supra ep. 2253). Vita Zachariae in Vignolii lib. pont. II. 62. |
| | | Perficit, ut Liutprando Langobardorum regi, Spoletum contra Trasimundum ducem tendenti, exercitus Romanus suppetias mittatur. Vita Zachariae p. 62. |
| | | **742.** |
| | Roma | „Dumque isdem rex protraheret dilationem ad reddendum iuxta suam promissionem iam factam quattuor civitates", cum sacerdotibus et clero proficiscitur, Liutprandum regem, Interamnae „in finibus Spoletinis residentem", conventurus. Vita Zachariae l. l. |
| | Hortae | Grimualdum, Liutprandi regis missum, obviam habet. Vita Zachariae p. 63. |
| | Narniae | invenit „duces et satrapas pluremque exercitum", a Liutprando rege obviam missos. Vita Zachariae l. l. |
| | Prope Narniam | (A Narniensium civitate octavo fere milliario) suscipitur a Liutprando rege. Vita Zachariae l. l. |
| | Interamnae | (in basilica b. Valentini) cum Liutprando rege, „sextae feriae die". Vita Zachariae l. l. |
| | In tentoriis | „dimidio fere milliario" ab Interamna. Vita Zachariae l. l. |
| | Interamnae in ecclesia b. Petri in oratorio Salvatoris | „Sabbato" iterum convenit cum Liutprando rege, qui „quatuor civitates, quas ipse ante biennium (errat Vitae auctor cum iam a. 739 quatuor illae civitates captae sint) abstulerat, sancto viro reddit; Sabinense quoque patrimonium, Narniense etiam et Auximanum, nec non Anconitanum, atque Numanatem et vallem, quae vocatur Magna, sitam in territorio Sutrino, per donationis titulum b. Petro reddit, et pacem cum ducatu Romano in viginti confirmat annos; sed et captivos omnes, quos detinebat ex diversis provinciis Romanorum, missis litteris suis tam in Tusciam suam, quamque trans Padum et una Ravinianos captivos, Leonem, Sergium, Victorem et Agnellum consules redonat pontifici". Vita Zachariae p. 64. 65. |
| | Interamnae | (In basilica b. Valentini) „die Dominico", praesente Liutprando rege, „in locum Consignensis (l. Signensis) antistitis, qui transierat, alium ordinavit episcopum" (quem ordinatum praesulem cur Jaffé in ed. 1. Interamnensem iudicet iam intellego, sed quo iure eum „Trasimundum" dicat, nescio); quo facto, cum rege prandet. Vita Zachariae p. 65. 66. |
| | | „Secunda feria" a Liutprando rege discedit. Vita Zachariae p. 66. |
| | Ameriae | Vita Zachariae p. 67. |
| | Hortae | Vita Zachariae l. l. |
| | Polimartii | Vita Zachariae l. l. |
| | Viterbii | Vita Zachariae l. l. |
| | Blerae | Vita Zachariae l. l. |

**742.**

Romam revenit. Vita Zachariae l. l. (Contra ed. 1. sententiam ex Vitae verbis: „His autem expletis X. indictione" cum Muratorio Annali d'It. 742 concludimus, Zachariae tum iter ad Liutprandum regem tum Romam reditionem in a. 742 incidisse; nam etsi indictio X. die 1. Sept. a. 741 inceperit, tamen Zacharias demum a. 741 paene absoluto electus tot negotia in fine huius anni agere non potuit).

Mart. 7. †2258 (ccc) Austrobertum, archiepiscopum Viennensem, „concussione gentium turbatas ecclesias provinciae suae" nunciantem, consolatur, haec addens: „Nam et Langobardi ita nostros fines devastant, sicut de rege Babyloniae propheta dicit: Exossaverunt nos". Mittit acta synodi, die 22. Martii Romae habitae. Episcopos simoniace ordinatos docet corrigendos, non deiiciendos esse. Dalmaticae usum ei concedit. (Data: „XVII Constantino aug. anno imp. eius primo", corruptum ex „XXII Const. aug. a. post cons. eius primo", qui annus est 742; cf. Jaffé Bibl. III. 19 et Pagium ad Baronium a. 742 n. 13). Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. p. 43, Mansi XII. 352, Migne 89 p. 956. — „Venit ad nos".

2259 (1739) *Constantinum imperatorem ad restituendum imaginum cultum adhortatur. Petit, ut „duas massas, quae Nymphas et Normias appellantur", ecclesiae Romanae tribuat. Vide Adriani I. epist. ap. Mansi XII. 1061, Migne 96 p. 1221, et Vitam Zachariae p. 76. 77.

2260 (1740) *Ecclesiae Constantinopolitanae mittit „fidei suae sponsionem orthodoxam synodicam". Vita Zachariae p. 76.

**742. 743.**

2261 *Nobili cuidam ex Francorum gente de matrimonio illicito, quod a Gregorio III. papa sibi permissum perhibuit, commonitoria scripta dirigit. Vide S. Bonif. ep. 43 ap. Jaffé Bibl. III. 121 (cf. ibid. p. 114 et Hahn Jahrbücher p. 32. nota 7).

**743.** (*Imp. Constantino a. 24, post cons. eius a. 2, ind. 11.—1. Sept.—12.*)

2262 *Constitutionem Gregorii III. papae renovans contra auguria et alias diabolicas observationes populis Bonifatio subiectis decreta mittit. Vide S. Bonif. ep. 43 ap. Jaffé Bibl. III. 121.

2263 *Carolomanno (Pippini maioris domus fratri) scripta dirigit, „ut quae Bonifatio episcopo poposcerit, adimplere festinet, atque adminicula praestet. Vide S. Bonif. ep. 43 l. l.

Apr. 1. 2264 (1741) Bonifatium episcopum bene valere gaudet. Sedes episcopales in castello Wirzaburg, in oppido Buraburg, in loco Erpfesfurt constitutas comprobat, tribusque episcopis „singulas confirmationis epistolas" missas nunciat. Permittit, ut invitatu Carolomanni Francorum concilio intersit. Mandat, ut improbos sacerdotes deiiciat; qua de re litteras ad Carolomannum, filium suum, datas esse. Interdicit ei, ne, nisi moriens aliquando, sibi successorem designet. Negat, cuidam a Gregorio III. concessam esse licentiam avunculi viduae in matrimonium ducendae; quas nuptias dirimi iubet. Quod gentilium morum „apud b. Petrum vel in urbe Roma" reliquum fuerit, ut celebratio kalendarum Ianuarii seu cetera auguria, phylacteria, incantationes, a sese statim initio pontificatus remotum esse affirmat. (De tempore huius ep. et earum quae proximo sequuntur disputatur: Anno 742 eas adscribunt Hahn Forschungen z. D. G. XV. 52 (cf. Jahrb. p. 162) et Dünzelmann ibid. XIII. 6, quos sequuntur Hefele III. 495 et Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 7; contra pro 743 vide Jaffé Forschungen z. D. G. X. 405, Loofs z. Chronologie p. 9). S. Bonif. ep. 43 ap. Jaffé Bibl. III. 116, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 56, Cocqu. I. 145, Bull. Rom. E. T. I. 232, Mansi XII. 316, Migne 89 p. 917. — „Susceptis sanctissimae".

„ 1. 2265 (1742) Wittanae (Wittae) sanctae ecclesiae Barbaranae (i. e. Buraburgensis) episcopo, per Bonifatium constituto, gratulatur, eiusque sedem confirmat. S. Bonif. ep. 44 ap. Jaffé Bibl. III. 123, Cocqu. I. 146, Bull. Rom. E. T. I. 235. — „Innotuit nobis" („Domino cooperante").

„ 1. 2266 (1743) Burchardo sanctae ecclesiae Wirziburgonensis episcopo, per Bonifatium constituto, gratulatur et sedem eius confirmat. S. Bonif. ep. 45 ap. Jaffé Bibl. III. 124, Mansi XII. 320, Migne 89 p. 922. — „Innotuit nobis" („Domino cooperante").

(„ 1.) 2267 *Episcopo Erpfesfurtensi, per Bonifatium constituto, gratulatur et sedem eius confirmat. Vide S. Bonif. ep. 43 ap. Jaffé Bibl. III. 121 ubi Bonifatio Zacharias

| | | |
|---|---|---|
| | | **743.** (*Imp. Constantino a. 24, post. cons. eius a. 2, ind. 11. — 1. Sept. — 12.*) |
| | | scribit: „Tribus episcopis tuis singulas confirmationis epistolas misimus, quas per tuae sanctitatis manus eis largiri volumus“. Cf. Hahn Jahrb. p. 32. |
| Mai. 16. | | †2268 Andreae archiepiscopo Pisauritanae ecclesiae usum pallii concedit. (Data p. m. Theophilacti archidiac. S. A. S. pont. 2 ind. 11). Neues Archiv VII. 85. — „Constituimus te omnibus“. |
| | | Ad Liutprandum, Langobardorum regem, mittit Benedictum, episcopum et vicedominum suum, et Ambrosium, primicerium notariorum, qui eum ab oppugnanda Ravenna dehortentur, orentque, ut Caesenam Ravennatibus reddat. Vita Zachariae p. 67. 68. |
| | Roma | proficiscitur, ad Liutprandum regem aditurus. Vita Zachariae p. 68. |
| | Ad Aquilam | (in basilica S. Christophori) Eutychium, patricium et exarchum, obviam habet. Vita Zachariae p. 69. |
| | Ravennae | (in basilica S. Apollinaris). Stephanum presbyterum et Ambrosium primicerium ad Liutprandum regem mittit. Vita Zachariae p. 69. 70. |
| Iun. 22. | Ravenna | digreditur „die sabbato“. Vita Zachariae p. 70. |
| „ 28. | Ad Padum | pervenit „vicesima octava die mensis Iunii“, ubi optimates a Liutprando rege missos invenit. Vita Zachariae p. 70. |
| „ 28. | Prope Papiam | in basilica Ad coelum aureum „vigilias b. Petri“ celebrat. Vita Zachariae p. 71. |
| „ 28. | Papiam | ingreditur. Vita Zachariae l. l. |
| „ 29. | Prope Papiam | in ecclesia Ad coelum aureum, praesente Liutprando rege, diem natalem S. Petri celebrat. Vita Zachariae l. l. |
| „ 30. | Papiae in palatio | „alio die“. Vita Zachariae p. 71. 72: „Rex . . . et fines Ravennatium urbis, quos primitus detinebat, et duas partes territorii castri Caesinae ad partem reipublicae restituit; tertiam vero partem eiusdem castri sub obtentu retinuit, inito constituto, ut usque ad kal. Iunias (1. Iun. 744), dum eius missi a regia reverterentur urbe, eiusdem castri tertiam partem, quam pignoris causa detinebat, parti reipublicae restitueret“. |
| (Iul.) | Ad Padum | a Liutprando rege deducitur, ibique regi valedicit. Vita Zachariae p. 72. |
| (Iul. 31.) | Romam | revenit. Vita Zachariae p. 73. |
| | | **744.** (*Imp. Artavasdo a. 3, post cons. eius a. 3, sed et Nicephoro imp. a. 3, ind. 12. — 1. Sept. — 13.*) |
| | | 2269 *Grimoni Rotomagensi, Abeli Remensi, Hartberto Senonensi episcopis scribit secundum morem scrinii de usu et doctrina pallii, quod iis concedit. Vide S. Bonif. epp. 48. 49 ap. Jaffé Bibl. III. 132. 135. |
| Iun. 22. | | 2270 (1745) Bonifatio gratulatur, quod ab excellentissimis filiis suis, Pipino et Karolomanno, in paganis ad fidem convertendis adiuvetur. Grimonem (Rotomagensem) et Abelem (Remensem), Hartbertumque (Senonensem) episcopos metropolitanos ab eo factos confirmat; quibus et pallia et de pallii usu litteras missas esse nunciat. Laudat eum, quod duos in Francorum provincia pseudoprophetas damnaverit in carceremque coniecerit. (De tempore huius et sequentis epistolae valde sententiae discrepant. Hahn Forschungen z. D. G. XV. 57. 69 et Hefele III. 513 nobiscum consentiunt; aestati a. 743 eam adscribunt Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 9 et Dünzelmann Forschungen z. D. G. XIII. 14; ad Sept. Oct. 743 Loofs Zur Chronologie p. 21). S. Bonif. ep. 48 ap. Jaffé Bibl. III. 131, Mansi XII. 321, Migne 89 p. 925, (Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 73). — „Legimus in libro“. |
| Nov. 5. | | 2271 (1746) Bonifatium, cum pro tribus archiepiscopis Grimone Rotomagensi et Abele Remensi ac Hartberto Senonensi pallia postulasset antea, novissimis litteris unum Grimonem ornari pallio velle, miratur. Causas audire cupit. Se suosque clericos a Bonifatio simoniae accusari indignatur; idque in posterum fieri vetat. Affirmat, sine mercede et tria illa pallia et diplomata data esse. Falsum quemdam sacerdotem in Bavaria ab eo remotum esse gaudet, eique „non solum Baioariam, sed etiam omnem Galliarum provinciam per praedicationem iniungit“. S. Bonif. ep. 49 ap. Jaffé Bibl. III. 134, Mansi XII. 324, Migne 89 p. 927, (Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 74). — „Suscipientes sanctissimae“. |
| | | 2272 (1748) *Ratchiso, Langobardorum regi, de pace constituenda scribit. Vita Zachariae p. 73: „Ad quem missa relatione b. pontificis, continuo ob reverentiam prin- |

**744.** (*Imp. Artavasdo a. 3, post cons. eius a. 3, sed et Nicephoro imp. a. 3, ind. 12. — 1. Sept. — 13.*)

cipis apostolorum et eius precibus inclinatus, in viginti annorum spatium invicem inita pace, universus Italiae quievit populus".

In basilica b. Petri, ante confessionem — Synodus episcoporum 59, in qua constituitur de disciplina sacerdotali et monachica, de nuptiis illicitis moribusque gentilibus (e. g. de kalendis Ianuariis non celebrandis cf. reg. 2264), atque ut „omnes episcopi, qui apostolicae sedis ordinatione subiaceant, qui propinqui sint, annue idibus Maiis SS. Petri et Pauli liminibus praesententur; qui vero de longinquo, iuxta chirographum suum impleant". (Factum est hoc concilium a. 2. Artabasdi imperatoris, nec non et Liudprandi regis a. 32. ind. 12). Mansi XII. 381. (Cf. Hefele III. 516, ubi variae opiniones de synodi tempore proferuntur.)

**745.** (*Imp. Constantino a. 26, post cons. eius a. 5, ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

2273 *Bonifatio episcopo iuxta petitionem Francorum Coloniam metropolim confirmat et „pro futuris temporibus eiusdem metropolitanae ecclesiae stabilitatem" dirigit. Vide S. Bonif. ep. 51 ap. Jaffé Bibl. III. 152, Forschungen z. D. G. X. 413. 422. (Gesta Trever. MG. SS. VIII. 162: „Zacharias papa audiens fidem et doctrinam Bonifacii constituit eum archiepiscopum Moguntinae ecclesiae." Quae in Gestis Trever. ad a. 741 narrantur Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 15 anno „746?" adscribit; cf. infra reg. 2286 et 2292).

2273a *Francorum principes hortatur, ut Bonifatio sint amici et adiutores, depositis pro peccatis capitalibus sacerdotibus ecclesias vel monasteria interdicant, de conciliis congregandis curent. Vide S. Bonif. ep. 51 l. l.

Oct. 25-28. In patriarchio Lateranensi, in basilica Theodori — Synodus episcoporum 7, in qua Adelbertus et Clemens haeretici sacerdotio orbantur, hicque anathematizatur et illi, nisi corrumpere hominum animos cesset, anathema proponitur. S. Bonif. ep. 50 ap. Jaffé Bibl. III. 136, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 60, Mansi XII. 374, Migne 89 p. 831. (Quae synodus, ut ex actis patet, per tres dies habita est; attamen uniuscuiusque diei gesta eundem diem indicant, qui forsitan quo tempore gesta descripta sint, significat. Ceterum cum de hac re explicanda, tum de synodi anno vide Hefele III. 537, Hahn Jahrb. p. 81 et Forschungen z. D. G. XV. 57, Oelsner Jahrb. p. 104, Loofs Zur Chronologie p. 26.

„ 31. — 2274 (1749) Bonifatium ad impugnanda vitia excitat, et „de incursione gentium in eius plebibus facta" consolatur, „quia et Romana civitas, ex accidentibus facinoribus, est depopulata, et tamen Dominus eam dignatus est consolari". Acta synodi, „apud Francorum provinciam mediantibus Pipino et Carolomanno" habitae, probat. Sedem metropolitanam, a principibus Francorum Bonifatio in civitate, „quae nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia", constitutam, confirmat. Ecclesiarum consecrationem et parvulorum baptisma a falsis sacerdotibus, „in nomine trinitatis" facta, rata manere iubet. Deiectos quosdam sacerdotes a sese absolutos esse negat. Francorum principes per litteras monitos nunciat, ne „in palatio regis Francorum" hominibus sacerdotio multatis ecclesiae vel monasteria tribuerentur. Francos, qui censum ecclesiis et monasteriis denegassent, adductos ab eo esse, „ut in vertente anno ab unoquoque coniugio servorum duodecim denaria reddantur", gaudet, „et dum Dominus donaverit quietem," inquit „augentur (augebuntur) luminaria sanctorum pro eo, quod nunc accidit tribulatio Saracenorum, Saxonum vel Fresonum". De peracta synodo Romana significat et eius gesta transmittit. A Geoleobo, falso episcopo Romam venturo, se cauturum esse scribit. Monet, ut quotannis in Francorum provincia concilium sua vice habere pergat. S. Bonif. ep. 51 ap. Jaffé Bibl. III. 148, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 67, Mansi XII. 336, Migne 89 p. 939. — „Cum nobis sanctissimae".

(„ 31.) — 2275 (1744) Episcopos, presbyteros, diaconos, abbates, duces, comites, per Gallias et Francorum provincias constitutos, laudat, quod, „mediantibus Pippino et Carolomanno principibus", synodo in eorum provincia convocata, ad Bonifatii, vicarii sui, praecepta falsos et schismaticos et homicidas et fornicarios sacerdotes expulerint. Quorum vitio factum esse scribit, ut „cunctae paganae gentes vobis pugnantibus praevalerent". Praedicit haec: „Si mundos et castos ab omni fornicatione et homicidio liberos habueritis sacerdotes, nulla gens ante conspectum vestrum stabit, sed corruent ante faciem vestram omnes paganae gentes". Hac ex epistola ea ficta est, quam Bruschius

**745.** (*Imp. Constantino a. 26, post cons. eius a. 5, ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

De Laureaco veteri I. 64 profert. Bruschii autem epistola missa est: „Episcopis, sacerdotibus, diaconis, monachorum maximis, regulis, ducibus, praefectis, praesidibus omnibusque denique . . . qui Bavariam et Francorum regionem incolunt"; initium praebet: „S. Deo optimo" et temporis notam regesti 2264, ita ut ad a. 743 Apr. 1. pertinere videatur). S. Bonif. ep. 52 ap. Jaffé Bibl. III. 152, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 66, Mansi XII. 380, Migne 89 p. 923. Cf. Hahn Jahrb. p. 192, Hefele III. 543. — „Referente nobis".

**746.** (*Imp. Constantino a. 26 (lege 27), post cons. eius a. 4 (lege 6), ind. 14. — 1. Sept. — 15.*)

Iul. 1. 2276 (1747) Bonifatium redarguit, quod (sicut Virgilius et Sedonius per litteras sibi nunciaverint) in Bavaria rebaptizari baptizatos quosdam iusserit, quoniam qui sacris eos initiasset, sacerdos Latine nesciens corrupta hac usus esset formula: „Baptizo te in nomine patria et filia et spiritus sancti". S. Bonif. ep. 58 ap. Jaffé Bibl. III. 167, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 59, Mansi XII. 325, Migne 89 p. 929. Cf. Hahn Jahrb. p. 62, Loofs Zur Chronologie p. 33. — „Virgilius et Sedonius".

**747.** (*Imp. Constantino a. 28 (lege 27), post cons. eius a. 6, ind. 15. — 1. Sept. — 1.*)

c. Ian. 5. 2277 (1750) Pippino, maiori domus, et episcopis, abbatibus, principibus in regione Francorum constitutis, respondet: 1) de metropolitis; 2) de episcopis, presbyteris, diaconis damnatis; 3) de presbyteris superbientibus; 4) de agrorum presbyteris; 5) de monialibus; 6) de viduis; 7) de laico, qui divortium fecerit; 8) de presbyteris et diaconis, qui se a ministerio ecclesiastico subtrahant; 9) de clericis et monachis, qui a voto defecerint; 10) de clericis ptochiorum, monasteriorum, martyriorum; 11) qui clerici ab uxoribus abstinere debeant; 12) de iis, qui divortium fecerint; 13) de monachis, qui clerici fiant; 14) de presbyterorum et diaconorum poenitentia; 15) de ecclesiis per laicos conditis; 16) de clericis, qui ecclesias suas deserant; 17) de episcopis, qui alienos clericos suscipiant; 18) quibus clericis uxorem ducere liceat; 19) de presbyteris et diaconis non suscipiendis sine litteris commendatiis; 20) de monialibus lapsis; 21) de lapsis virginibus, quae non erant velatae; 22) de muliere duobus fratribus nupta, ac de viro, qui duas sorores duxerit; 23 et 24) de homicidis; 25) de adulteris; 26) de monachis et virginibus votum non servantibus; 27) de virginibus, quae nondum consecratae nupserint. (Haec decreta per Ardobanium transmissa sunt.) Cod. Carolini ep. 3 ap. Jaffé Bibl. IV. 18, Cenni Mon. I. 41, Duchesne H. Fr. SS. III. 709, Muratori R. It. SS. III. II. 80, Mansi XII. 326, Migne 89 p. 930, 98 p. 79. — „Gaudio magno".

Ian. 5. 2278 (1751) Bonifatio significat, se Pipino, maiori domus gentis Francorum, per Ardobanium presbyterum de re sacerdotali ac coniugali consulenti, respondisse. In concilio convocando et responsa illa recitari et Aldeberti, Godalsacii, Clementis exepiscoporum causam denuo agi iubet. S. Bonif. ep. 63 ap. Jaffé Bibl. III. 181, Mansi XII. 334, Migne 89 p. 938, (Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 69). Vide Dünzelmann Forschungen z. D. G. XIII. 16 sq. et Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 10, ubi anno 743 aut 744 et Hahn Forschungen z. D. G. XV. 64 sq., ubi fini anni 747 epistola tribuitur. — „Egregius (egregie) nos".

Romae Carolomanno, Pippini maioris domus fratri, „clericatus iugum" imponit. Vita Zachariae p. 78, Chron. Moissiacense MG. SS. I. 292. Cf. Böhmer-Mühlbacher Regesten der Karol. I. 24.

2279 *Anglorum populum per duo scripta admonet, ut disciplinam corrigant, anathematis poena eos terrens. Vide praefationem synodi Cloveshoviensis (Sept. 747 habitae) ap. Mansi XII. 395, Wilkins Concil. I. 94, Haddan and Stubbs Councils III. 360, Hefele III. 562.

**c. 747.**

2280 (1752) *Carolomanno, Pippini maioris domus fratri, monasterium S. Silvestri, in monte Soracte situm, addicit. Vide Pauli I. ad Pippinum regem epistolam infra reg. 2349 in Cod. Carolino ap. Jaffé Bibl. IV. 98.

**748.** (*Imp. Constantino a. 29, post cons. eius a. 7, ind. 1. — 1. Sept. — 2.*)

Febr. 18. †2281 (cccv) Monasterium Casinense, a Gregorio III. per Petronacem abbatem restitui coeptum, ab ipsoque perfectum et praesentibus archiepiscopis 13 ac episcopis 68 dedicatum, privilegiis amplissimis ornat, eiusque possessiones confirmat. (Scriptum p. m. Leonis notarii et regionarii atque scriniarii carissimae R. E. in mense Ianuario per ind. 1. Dat. 12. kal. Mart. Aquini p. m. Benedicti episcopi S. Silvae Candidae ecclesiae et bibliothecarii S. S. A. anno Zachariae cet. 1. in mense Martio ind. suprascripta.) Tosti St. di Montec. I. 82 (ubi et sigillum plumbeum depingitur; scripturae autem specimen praebet Pertz Archiv V. tab. III.), Acta SS. Oct. VIII. 152, Margarini Bull. Cas. I. 3. Hoc diploma transcribitur et confirmatur ab Honorio III. Gregorio IX. Urbano V. papis, vide Potthast Reg. Pont. 7405. 8706, Archiv V. 319. 320. — „Omnipotenti Deo".

†2282 (ccciii) S. Benedicti regulam in monasterii Casinensis dedicatione, praesentibus archiepiscopis 13 et episcopis 68, confirmat. Benedicti et Mauri et Scholasticae virginis festos instituit. Tertulli patricii, ac Placidi et Gregorii III. commemorationem agi quotannis iubet. (Scriptum in m. Ian. ut supra reg. 2281.) Margarini Bull. Cas. I. 5, Cocquelines I. 147, Bull. Rom. E. T. I. 236. — „Omnipotenti Deo".

†2283 (ccciv) Monasterii Casinensis possessiones Siculas confirmat. (Scriptum et Datum ut supra reg. 2281 mutatis ind. I in „ind. II" et 12. kal. Mart. in „12. kal. Febr." Finitur etiam his verbis: in mense Ianuario ind. suprascripta II.) Margarini Bull. Cas. II. 5. — „Apostolico moderamini".

2284 *Sydonio et Virgilio presbyteris „comminando scribit", et ut convertantur ab errore evocat eos Romam. Vide S. Bonif. ep. 66 ap. Jaffé Bibl. III. 191.

2285 *Otiloni, duci Baioariorum scribens, evocatorias Virgilio presbytero mittit litteras, ut papae praesentatus et subtili indagatione requisitus, si erroneus fuerit inventus, canonicis sanctionibus condempnetur. Vide S. Bonif. ep. 66 l. l.

Mai. 1. 2286 (1754) Ad Bonifatii litteras, per Burchardum, episcopum Wirzeburgensem, missas, respondet: de baptismatibus iustis et vanis; de falsis sacerdotibus in monasteria dividendis; de Samsone Scoto presbyteratu multando, propterea quod affirmet: „sine misterica invocatione aut lavacro regenerationis posse fieri catholicum Christianum per episcopalis manus impositionem". Circummissas Bonifatii „de unitate fidei catholicae" litteras laudat. Ad Franciae et Galliae concilia sacerdos eo vivo a se mittatur, necesse non esse. Virgilium, qui discordiam concitet inter eum et Otilonem, Baioariorum ducem, atque asseveret „quod alius mundus et alii homines sub terras sint", sacerdotio privari iubet. Affirmat, se ei, quam Sidonio et Virgilio maiorem tribuere fidem. Litteris eius se intellexisse scribit, Moguntiae eum morari, cum de Colonia quod promisissent, non exsolvissent Franci. Successorem ut sibi constituat, permittit. S. Bonif. ep. 66 ap. Jaffé Bibl. III. 184, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 70, Mansi XII. 339, Migne 89 p. 943. Cf. Oelsner Jahrb. p. 30, Dünzelmann Forschungen z. D. G. XIII. 19, Hahn ibid. XV. 78 et eiusdem Jahrb. p. 214, Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 16. Loofs Zur Chronologie p. 35 duas huius epistolae non cohaerentes partes esse censet, quarum temporis nota ad secundam tantummodo pertineat. Primam autem partem una cum reg. 2287 ad annum 747 Iuni. ponit (quod et Dünzelmann et Böhmer-Will iam fecerant). — „Sacris liminibus".

(„ 1.) 2287 (1753) Reginfridi Rotomagensis, Deodati Bellovacensis, Rimberti Ambianensis, Helesei Noviomensis, Fulcrici Tungrensis, Davidis Spirensis, Aetherei Tarvanensis, Trewardi Cameracensis, Burchardi Wirzeburgensis, Genebaudi Laud(un)ensis, Romani Meldensis, Agilolfi Coloniensis, Heddonis Strasburgensis episcoporum concordiam fidemque laudat et confirmat, ac Bonifatium, eorum archiepiscopum, vicarium suum, iis commendat. S. Bonif. ep. 67 ap. Jaffé Bibl. III. 193, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 65, Mansi XII. 343, Migne 89 p. 948. Cf. Dünzelmann Forsch. z. D. G. XIII. 31 et Hahn ibid. XV. 78. — „Gratias ago Deo".

(„ 1.) 2288 Throandi, Sandradi, Nantherii, Liutfridi, Sterfridi, Gundperti, Agni, Haaldi, Rantulfi, Rotperti, Brunichonis, Rothardi, Rocgonis, aliorumque fidem laudat et confirmat. Scribit de sacerdotibus honorandis reique divinae omnino delegandis; de presbyteris sine episcopi commendatione non constituendis; de monasteriis, de decumis, de pecunia ecclesiastica. S. Bonif. ep. 68 ap. Jaffé Bibl. III. 195. (Cf. Loofs Z. Chronologie p. 35). — „Gratias ago Deo".

**748.** (*Imp. Constantino a. 29, post cons. eius a. 7, ind. 1. — 1. Sept. — 2.*)

Nov. 4. †2289 Pirmino episcopo et abbati (monasteriorum diversorum) „aedificandi monasteria et alia pia oratoria ubicunque in regno Franciae voluerit“ facultatem concedit; protectionem eorundem monasteriorum suscipit, fratribusque in iis constitutis liberam ad sedem apostolicam appellationem indulget. (Scriptum p. m. Iohannis scriniarii a. 7. Zachariae. Dat. imperante Constantino, ind. 5. a. 749). v. Pflugk-Harttung Acta I. 1. Cf. eiusdem Dipl. hist. Forsch. p. 167. — „Igitur quae postulasti“.

**749.**

Ante Perusiam. Ratchisum, Langobardorum regem, ad omittendam Perusiae obsidionem adducit. Vita Zachariae p. 79. 80.

c. Iun. Romae. Ratchisum, Langobardorum regem, clericum facit, eique et Tasiae uxori et filiae vestes monachicas induit. Vita Zachariae p. 80, Leonis chron. mon. Cas. L. I. c. 8 MG. SS. VII. 585. Cf. Holder-Egger Langob. Regesten Neues Archiv III. 272.

**750. 751.**

2290 (CCCII) Omnibus sacerdotibus et presbyteris ecclesiae Francorum commendat monachos, ab Optato, abbate presbytero monasterii S. Benedicti (Casinensis), et Carolomanno, „Deo amabili monacho, germano Pippini excellentissimi maioris domus“, missos, tum concordiam inter Pippinum et Griphonem fratrem suasum, tum furtive ablatum b. Benedicti corpus repetitum. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. II. 373, Miracula S. Benedicti (auctore Adrevaldi L. I. c. 15) ed. Certain p. 38, Hugonis Flor. Hist. Eccl. vide MG. SS. IX. 359, Mansi XII. 350, Migne 89 p. 955, Neues Archiv IV. 174. De fide huic chartae recuperata vide Hahn Neues Archiv I. 580, Löwenfeld ibid. IV. 173, G. Maier Wiss. Studien aus dem Bened. Orden (1881) II. 45. Vide etiam Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karol. I. 25. — „Egregius apostolus“.

**751.** (*Imp. Constantino a. 32, post cons. eius a. 11, ind. 4. — 1. Sept. — 5.*)

Romae. Burchardo, episcopo Wirzeburgensi, et Folrado capellano, Pippini legatis, quaerentibus „de regibus in Francia, qui non habentes regalem potestatem si bene sit, an non“, respondet: „ut melius sit, illum regem vocari, qui potestatem habeat, quam illum, qui sine regali potestate manet, ut non conturbetur ordo; per auctoritatem apostolicam iubet Pippinum regem fieri“. Annal. Laurissenses 749 MG. SS. I. 136. Cf. Annales Lauriss. min. ibid. p. 116, Fredegarii contin. ap. Bouquet Rec. II. 460, Annal. Quedlinb. 750 MG. SS. III. 35. (Huic narrationi fidem negavit Uhrig Bedenken gegen die Entthronung der Merovinger durch Papst Zacharias, Leipz. 1875. Econtra Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karol. I. 30 eam defendit suo iure ut mihi videtur; cf. et Hefele III. 569. De tempore legationis vide Sickel Forschungen z. D. G. IV. 439 et Hahn Jahrb. p. 125 (225).

Nov. 4. 2291 (1757) Bonifatium, qui „propter principalem et humanum favorem gentis Francorum“ in eorum conciliis a seductorum quorundam episcoporum et pseudopresbyterorum communione non abstinuerit, pro purgato habet. De episcopis Francorum et de palliis quae fieri velit, facturum se esse, pollicetur. Ad quaestiones, per Lulum sibi allatas, respondet: 1) de graculis, corniculis, ciconiis, fibris, leporibus, equis silvaticis non edendis; 2) de igne paschali; 3) de hominibus et equis regio morbo affectis; 4) monacham monachae lavare pedes licere; 5) de „benedictionibus, quas faciunt Galli“, damnandis; 6) minorem annis triginta inter sacerdotes esse non licere, at si opus fuerit, maiorem viginti quinque annis licere; 7) de Milone, ne ecclesiis fraudem ferat, adhortando; 8) de lardo „priusquam super fumo siccetur aut igne coquatur“ non edendo; „si vero libet“ inquit, „ut incoctum manducetur, post paschalem festivitatem erit manducandum“; 9) de episcopo quodam condemnato; 10) presbyteri et diaconi quo tempore ordinandi sint; 11) de censu ecclesiarum; 12) de presbyteris, qui crimina ante ordinationem commissa celaverint, removendis; 13) intolerabilibus paganorum inimicitiis se subtrahere debere Bonifatium; 14) de episcopis excommunicatis; 15) „de Sclavis, christianorum terram habitantibus oportere censum accipi“; „si enim“ inquit „sine tributo sederint, ipsam quandoque propriam sibi vendicabunt terram, si vero tributum dederint, norunt dominatorem ipsam habere terram“; 16) de figura crucis manu imitanda. S. Bonif. ep. 80 ap. Jaffé Bibl. III. 220,

**751.** (*Imp. Constantino a. 32, post cons. eius a. 11, ind. 4.— 1. Sept. — 5.*)
Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 76, Mansi XII. 345, Migne 89 p. 949. Cf. de hoc et sequ. reg. Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 12 et Dünzelmann Forschungen z. D. G. XIII. 12. 25. 31 (qui hanc ep. ad a. 744 ponunt), Sickel Beiträge zur Dipl. IV. 47, Wiener Sitzungsber. 47 p. 609, Hahn Forschungen z. D. G. XV. 71 sqq. — „Benedictus Deus".

Nov. 4. 2292 (1755) Bonifatio episcopo et eius successoribus ecclesiam Moguntinam asserit sedem metropolitanam, „habentem sub se has civitates, id est: Tungris, Coloniam, Wormaciam, Spiratiam, et Trectis et omnes Germaniae gentes" per eum ad Christi fidem conversas. S. Bonif. ep. 81 ap. Jaffé Bibl. III. 226, Gall. Chr. V. Instr. 442, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 79, Cocqu. I. 147, Bull. Rom. E. T. I. 237, Mansi XII. 348, Migne 89 p. 953. Spuriam hanc epistolam iudicat Loofs Zur Chronologie p. 51; anno 747 eam adscribit Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 18, quod iam fecerat Dünzelmann Forschungen XIII. 21. Vide Hahn ibid. XV. 84, Oelsner Jahrb. p. 32. 47. 61, Fischer Bonifatius p. 289. — „Qualiter Dominus".

„ 4. 2293 (1756) Monasterium Salvatoris Fuldense, a Bonifatio episcopo conditum, ex cuiusque ecclesiae, praeterquam Romanae, potestate eximit, bonaque eius confirmat. S. Bonif. ep. 82 ap. Jaffé Bibl. III. 228, Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 2 et 3, Schannat Dioec. Fuld. 233, Mabillon Ann. O. Ben. II. 156. et Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 80, Gall. Chr. V. Instr. 441, Mansi XII. 349, Migne 89 p. 954, Bull. Rom. E. T. I. 238. Variae huius diplomatis formae et valde inter se discrepantes extant, quarum maiore fide digna ea est quae argumentum libri diurni n. XXXII (ed. Rozière p. 58) praebet. Datum „II non. Nov. imp. Constantino a. 32 imperii eius ind. 5." tantummodo ab Othlone in vita Bonifatii additur. Annum 744 praefert Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 12. Fusius de hac epistola tractant Hahn Jahrb. p. 136 et in excursu XXVI, Oelsner Jahrb. p. 58 et in excursu V, Gegenbauer Kloster Fulda I. 61, Sickel Beiträge zur Dipl. II. 40, IV. 49, Wiener Sitzungsber. 39 p. 142, 47 p. 611. Recentissime Harttung Dipl. hist. Forschungen p. 228, qui omnes bullae recensiones spurias esse censet, authenticum argumentum reconstruere conatus est. Sed qua utilitate me quidem fugit. — „Quoniam semper".

**742—751.**

Nov. 4. †2294 (CCCI) Petente Pipino rege, privilegia a Landerico, episcopo Parisiensi, monasterio S. Dionysii tributa confirmat et auget. (Scriptum per manus Iohannis scriniarii et cancellarii Lateranensis palatii a. 8. Zachariae. Datum 2 non. Nov. imp. aug. Constantino a. 14. ind. 6). Doublet Hist. de St. Denys p. 445, Launoii Opp. III. I. 159, Tardif Mon. hist. p. 43, Marini I papiri p. 5. De fide huic cartae neganda cf. nunc etiam Harttung Dipl. hist. Forschungen p. 100. Attamen sub specie authentici in papyro scripta ab Alexandro IV. papa a. 1260 Iun. 12 (vide Potthast Reg. 17891) confirmatur. Doublet l. l. p. 586. — „Cum sanctam et apostolicam".

**741—752.**

2295 *Carantanam provinciam Iuvavensis episcopatus dioecesi adiungit. Vide Karoli M. diploma a. 811. Iun. 14. ap. Sickel Acta Karolinorum II. 77.

2296 (1759) *Ansfredo, episcopo Senensi, propter basilicae b. Ampsani altare invito Stabili, episcopo Aretino, dedicatum „provocationis et interdictionis litteras" mittit. Vide Stephani II bullam infra reg. 2307.

2297 (1760) *„Philicario (al. Philiacario) comiti locat massam Pelagianam, patrimonium Lavicanum". (De pensionibus in aureis solidis praestandis et hic et in reg. sequentibus omissis cf. supra reg. 2190.) Ex Zachariae registro Deusdedit Coll. can. III. c. 149, (Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. p. 12).

2298 (1861) *„Christophoro locat massam Gallis cum omnibus suis pertinentiis et fundum Digitorum et fundum Gabiis cum lacu et fundum Metiorum, fundum Babulianum (al. Barbulianum), qui etiam Sentianus, fundum Lucretianum, qui et Massa (al. Musla), fundum Lampadiorum, qui etiam Furnellus, fundum Flavianum, qui et Casa monachorum, fundum Medianam, fundum Formicis, fundum Aurefilis, sitos in Burbano (al. Bursano), territorio Gabinate, ex corpore patrimonii Lavicani". Ex Zachariae registro l. l.

**741—752.**

2299 (1762) *„Alfio militi locat fundum Familicanum in annos XXVIII. (al. XXVIIII) ex corpore massae Appianae patrimonii Lavicani". Ex Zachariae registro l. l.

2300 (1763) *„Theodoro notario locat casale Casula et Testianum, fundum Teganellum, fundum Quadrantula, ex corpore Talassa rotis, fundum Amphitheanorum ex corpore massae Piranae, campum positum in Scauriis, terram vacantem foris muros castri Caietani ex corpore patrimonii Caietanibus iuris Romanae ecclesiae". Ex Zachariae registro l. l.

2301 (1764) *„Hysidoro locat fundum Sororum et fundum Virorum via Lavicana miliar. plus minus XIIII". Ex Zachariae registro l. l.

2302 (1765) *„Urso locat fundum Ananvilas cum appendice sua Cucunulis, qui et Corcorulis, et tabernale posita in civitate Tiburtina ex corpore massae intromuranae patrimonii Tiburtini". Ex Zachariae registro l. l.

†2303 Varia decreta constituit de matrimonio illicito. Ex codicibus Pistoriensi et Lucensi Mansi XII. 355, Migne 89 p. 958. (Gratiani decr. C. XXXII. qu. 7. c. 23 [Burchardi coll. XIX. c. 5.] C. XXX. qu. 3 c. 3 [cf. supra reg. †2004] C. XXXV. qu. 5. c. 4. — „Concubuisti" „Non oportet" „De gradibus" („Parentelae gradus").

†2304 (CCCVI) Qui virginem aut viduam, alii desponsam, rapuerit, eum anathematizat. (Burchardi Decr. IX. c. 13, ubi „ex decretis Eusebii c. 10" dicitur), Regino De synodalibus causis II. c. 179. — „Ut virginem aut".

†2305 Decernit, ut ancillam in matrimonio susceptam dimittere non liceat. (Vide Theodori poenit. ed. Hildenbrand §. 290 et Egberti excerpt. c. 124). Gratiani decr. C. XXIX. qu. 2. c. 2 (Ivonis decr. VIII. c. 53). — „Si quis liber".

**745—752.**

2306 (1758) Theodoro, episcopo Ticinensi, respondet, non licere „filium, cuius pater alterius filiam ex sacro baptismate susceperit, id est spiritalem eiusdem patris filiam, in matrimonium ducere". Tales nuptias dirimendas esse, sed liberis ex iis procreatis matrimonia contrahendi licentiam non debere negari. Ivonis decr. I. c. 307 pan. VI. c. 128, Mansi XII. 354, Migne 89 p. 957. (Attonis Opp. II. 301, Gratiani decr. C. XXX. qu. 3. c. 2). — „Pitacium".

**752.**

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 15. | In ecclesia b. Petri | Sepelitur „idibus Martii indictione V". Vita Zachariae p. 85. |

## STEPHANUS electus. 752.

**752.**

| | | |
|---|---|---|
| Mart. | | Eligitur. Vita Stephani II. in Vignolii lib. pont. II. 86, Annal. Alamannici 751 MG. SS. I. 26, Annal. Nazariani 751 ibid. p. 27. |
| „ | InLateranense palatium | perducitur. Vita Stephani II. l. l. |
| „ | InLateranensi palatio | moritur. Vita Stephani II. p. 87: „Ubi (Laterani) biduo manens, tertia die, postquam a suo somno surgeret et sedens familiares causas suas disponeret, subito, dum sederet, alienatus obmutuit et sequenti die defunctus est". Annales Alamannici 751 l. l.: „Stephanus electus et percussus". Annal. Nazariani 751 l. l., „Stephanus electus, tertia die percussus". Lamberti annales 751 MG. SS. III. 35: „Stephanus electus est atque occisus". |

# STEPHANUS II. 752—757.

Qui sit numerus huic Stephano dandus, ambigari potest. Nam cum eiusdem nominis praedecessor consecrationem non adeptus sit, utrum eum inter pontifices inserere debeamus, an non, quaestio oritur. Ipsi autem papae electo tantum Stephano succedentes usum et consuetudinem habuerunt, eo omisso Stephanum alterum „secundum" nominandi. Raro ab hac ratione discessum est. Vide quod de hac re disserui Neues Archiv V. 399. (Cf. etiam Wattenbach in v. Sybels Hist. Zeitschrift XX. 118, Oelsner Jahrb. p. 118.)

| | | |
|---|---|---|
| | | **752.** (*Imp. Constantino a. 33, post cons. eius a. 12, ind. 5. — 1. Sept. — 6.*) |
| Mart. | In basilica S. Mariae ad Praesepe | Eligitur. Vita Stephani II. in Vignolii lib. pont. II. 87. |
| „ | In basilicam Salvatoris Constantinianam | „cum laudibus et praeconiis deportatur". Vita Stephani II. l. l. |
| „ | inpatriarchio | Vita Stephani l. l. |
| „ 26. | | Consecratur diebus 12 post Zachariae mortem. Vita Zachariae p. 85. (Stephanus praedecessor consecrationis expers interpontificium non diremerat). |
| Mai. 20. | | 2307 (1766) Stabili, episcopo Aretino, addicit basilicam b. Ampsani, secundum iudicatum Liutprandi regis; quam basilicam Ansfredus episcopus Senensis petente Gausberto, gastaldo Senensi, dedicaverat, sed non legitime. Muratori Ant. It. VI. 387, Pecci St. di Siena 49, Troya Cod. dipl. Langob. III. n. 661. — „Convenit apostolico". |
| Iun. | | „Tertio ordinationis suae mense germanum suum Paulum diaconum atque Ambrosium primicerium plurimis cum muneribus ad Langobardorum regem Aistulphum ob pacis ordinanda atque firmanda foedera mittit". Vita Stephani p. 89. |
| c. Oct. | | Ad Aistulphum, Langobardorum regem, mittit (Azzonem) S. Vincentii (Vulturnensis) et (Optatum) B. Benedicti (Casinensis) abbates, „obnixe per eos postulans pacis foedera". Vita Stephani p. 90. |
| „ | Romae | Constantini imperatoris litteras a Iohanne, silentiario imperiali, accipit. Vita Stephani p. 91. |
| | | Ad Aistulphum, Langobardorum regem, mittit Iohannem imperialem silentiarium et Paulum diaconum. Vita Stephani p. 92. |
| | Romae | Ex Iohanne silentiario imperiali et Paulo diacono Romam reversis cognoscit, ab Aistulpho rege eos nihil impetrasse. Vita Stephani p. 92. |
| | | 2308 (1767) *Constantinum imperatorem hortatur, ut sanctorum imagines pristinam in venerationem vindicet. Petit, „ut cum exercitu ad tuendas has Italiae partes modis omnibus adveniat, et de morsibus filii iniquitatis (Aistulphi regis) Romanam urbem vel cunctam Italiam liberet". Legatos mittit. Vide Adriani I. epist. ap. Mansi XII. 1061, Migne 96 p. 1221, et Vitam Stephani p. 92. |
| | | **753.** |
| Ian. | | †Synodus Romana. Vide epist. spuriam, quae sequitur. |
| („) | | †2309 (CCCVII) Omnibus episcopis, cunctisque christianis Deo servientibus in regno Italico et patriarchatu Romano significat, se in plurimorum episcoporum „synodali concilio ad beatorum Petri et Pauli apostolorum principum limina, praesente ac petente Flavio Aistulfo, rege Italici regni, corpus sanctissimi papae Silvestri monasterio Nonantulano concessisse, abbatemque Anselmum consecratum cucula induisse, et baculo pastorali pedalibusque donasse atque Sergio archiepiscopo Ravennati mandasse, ut eum et eius monasterium „sub suo regimine ab episcopo Mutinensi tueretur". (Perperam Vita Anselmi abbatis Nonantulani in MG. SS. Langob. p. 567 hanc epistolam Adriano I. papae attribuit, sibi ipsi contradicens, cum antea de quarto anno Aistulfi regis iterumque de anno 753, quo haec bulla data sit, dixerit. Apparet igitur nomina tantummodo ab auctore Vitae confusa esse. Annus autem 753 etiam epistola sequenti confirmatur). MG. SS. Langob. p. 567, Muratori R. It. SS. I. II. 189, Mabillon Acta SS. o Ben. saec. IV. P. I. 5, Ughelli It. sacr. II. 84, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **753.** |
| | | Bull. Rom. E. T. I. 241, Mansi XII. 567, Migne 89 p. 1019. — „Residentibus nobiscum“. |
| Ian. 13. | | †2310 (cccviii) Monasterium S. Silvestri Nonantulanum „hac hora praesenti XIV. indictione“ privilegiis ornat ad „praeceptum D. piissimi regis Aistulfi“, quod Anselmus abbas praefati monasterii detulerat. (Scriptum p. m. Sergii S. R. E. scriniarii ind. 6. mense Ianuario. Data p. m. Anastasii I. episcopi dioecesanorum S. S. A. anno Stephani pp. 1). Muratori R. It. SS. I. ii. 190, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. IV. P. I. 6, Ughelli It. sacr. II. 85, Bull. Rom. E. T. I. 242, Mansi XII. 568, Migne 89 p. 1020. — „Quaecumque ad laudem“. |
| | | 2311 (1768) *Pippino, regi Francorum, „clam per quemdam peregrinum suas mittit litteras, nimium dolorem huius provinciae continentes; quibus etiam rogavit, ut suos isdem Francorum rex Romam dirigeret missos, per quos ad se eum accersiens venire fecisset“. Vita Stephani p. 97. |
| | | A Rotdigango (Droctegango Gemiticensi) abbate, Pippini regis legato, certior fit, regem „omnem voluntatem sancti papae adimplere velle“. Vita Stephani p. 93. |
| | | 2312 (1769) Pippino regi significat, ad mandata, per Droctegangum abbatem, missum eius, relata, voce se respondisse. Ad perseverantiam hortatur. De Iohanne, viro religioso, cum missis responsisque ad se remittendo, addit. Cod. Carolini ep. 4 ap. Jaffé Bibl. IV. 32, Cenni Mon. I. 69, Duchesne H. Fr. SS. III. 724, Muratori R. It. SS. III. ii. 114, Mansi XII. 534, Migne 89 p. 993, 98 p. 100. — „Praesens Droctegangus“. |
| | | 2313 (1770) Omnes gentis Francorum duces hortatur, inducant Pippinum regem, ut ad Droctegangi abbatis comitumque eiusdem verba saluti ecclesiae Romanae consulat. Cod. Carolini ep. 5 ap. Jaffé Bibl. IV. 33, Cenni Mon. I. 71, Duchesne H. Fr. SS. III. 725, Muratori R. It. SS. III. ii. 115, Mansi XII. 534, Migne 89 p. 995, 98 p. 101. — „Laeta gaudet“. |
| | | A Iohanne, imperiali silentiario, cum legatis apostolicis Constantinopoli reverso, accipit „iussionem imperialem, in qua erat insertum: Ad Langobardorum regem sanctum papam esse properaturum ob recipiendam Ravennatium urbem et civitates ad eam pertinentes“. Vita Stephani p. 98. |
| | | Ad Aistulfum, Langobardorum regem, legatum mittit, venturo sibi fidem petitum. Vita Stephani p. 99. |
| Oct. | | „Paratus ad Langobardorum regem properare“ invenitur a Rotdigango (Chrodegango), episcopo (Metensi), et Autchario duce, missis a Pippino rege, „quatenus papam in Franciam deducerent“. Vita Stephani p. 99. Cf. Pauli diaconi Gesta episc. Mettensium MG. SS. II. 268. |
| „ 14. | Roma | egreditur „XIIII. die mensis Octobris indictione VII“. Vita Stephani p. 99. |
| Nov. | Prope Papiam | Aistulfi, Langobardorum regis, legatos offendit. Vita Stephani p. 100. |
| „ | Papiae | Aistulfo regi „plura tribuit munera, nimis eum obsecrans, ut dominicas, quas abstulerat, reddat oves; imperialis quoque missus hoc petit, sed nihil obtinere possunt“. Vita Stephani p. 101. |
| „ | „ | „Sequenti die“ in Franciam eundi licentiam ab Aistulfo rege impetrat. Vita Stephani l. l. |
| „ 15. | Papia | proficiscitur „quinta decima die mensis Novembris, VII. indictione“. Vita Stephani p. 102. |
| Nov. Dec. | Montem Iovis | transgreditur. Fredegarii cont. ap. Bouquet Rec. V. 2. |
| „ „ | In monasterio S. Mauritii | in Fulradum abbatem et Rothardum duces, a Pippino rege missos incidit. Vita Stephani p. 103. Cf. titulum ap. Galletti Del primicero p. 41, in quo legitur Ambrosius primicerius notariorum E. R. Stephani in Franciam euntis comes mense Decembri ind. VII. in „b. Mauritii aula secus fluvii Rhodani litus“ mortuus esse. |
| „ „ | Monasterium Romanense | consecrat. Vide Chartularium Romani-monasterii in Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 417. |
| | | **754.** |
| Ian. | | Karolum, Pippini regis filium, obviam habet, a patre „ad fere centum millia in occursum praemissum“. Vita Stephani p. 104; Cf. Fredegarii contin. l. l. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **754.** |
| Ian. | Prope Ponticonem | (ad fere trium millium spatium a Ponticone) excipitur a Pippino rege. Vita Stephani l. l. |
| „ 6. | In palatio Ponticone | cum Pippino rege „sexta Ianuarii mensis die, in apparitionis Domini sollemnitate“. Vita Stephani l. l. Cf. Fredegarii cont. l. l., Chron. Moissiac. MG. SS. I. 292. 293, Annal. Mettenses MG. SS. I. 331. De his et aliis quae inter Pippinum et Stephanum intercesserunt negotiis vide Oelsner Jahrb. p. 115. 148 sqq., Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karolinger I. 33. sqq. |
| | In monasterio S. Dionysii | hiemat. Vita Stephani p. 105, Fredegarii contin. l. l. Cf. Vitam Chrodegangi MG. SS. X. 567. |
| | | 2314 (1771) *Rotdigango (Chrodegango) episcopo (Metensi) „pallium tribuit et archiepiscopum ordinavit“. Vita Stephani p. 125. Vide Passionem S. Bonifatii ap. Jaffé Bibl. III. 477, MG. SS. II. 353 et Görres in Picks Monatsschrift f. rhein.-westf. Gesch. II. 358. |
| Apr. 14. | Carisiaci | a Pippino rege et eius filiis, Carolo et Carolomanno, et proceribus Franciae accipit promissionem „pro concedendis diversis civitatibus ac territoriis Italiae provinciae et contradendis b. Petro eiusque omnibus vicariis in perpetuum possidendis“. Vita Stephani p. 106. Vita Hadriani I. p. 192. 193 et Annales Laurissenses 753 MG. SS. I. 138: „Pascha in Carisiaco“. Hanc promissionem Carisiaci factam esse negant v. Sybel Hist. Zeitschrift 44 p. 53. 56 et Martens Die Röm. Frage unter Pippin und Karl d. G. (Stuttgart 1881); cf. eiusdem Neue Erörterungen über die Röm. Frage etc. (Stuttgart 1882), F. Hirsch Die Schenkungen Pippins etc. (1882). Qui argumentis quibusdam gravibus deducunt, Ponticone Pippinum promisisse iustitias s. Petro se redditurum esse, promissionis chartam Papiae demum edidisse. Vide econtra Abel Forschungen z. D. G. I. 453, quem sequuntur et Sickel Acta Karolinorum II. 380 et Böhmer-Mühlbacher l. l. Cf. Oelsner Jahrb. p. 129, Ficker Forschungen III. 447, Niehues Hist. Jahrb. d. Görresges. II. 76 (201 cf. 242). |
| | „ | 2315 Monachis coenobii (Brittaniaci) in propinquo siti respondet de 19 capitulis canonicis: de matrimoniis, baptismo cet. Mansi XII. 558, Migne 89 p. 1024. (Cf. Oelsner Jahrb. p. 150. — „In epistola Leonis“. |
| Iul. | In monasterio S. Dionysii | aegrotat. Vita Stephani p. 105, Vetus cod. Floriac. ap. Mansi XII. 557. |
| „ 28. | „ | Pippinum regem, Bertradam reginam, eorumque filios Carolum et Carolomannum reges ungit. (Vide clausulam de Pippini consecratione ap. Mabillon De re dipl. p. 384, Bouquet Rec. V. 9). Quod „peracto tempore hiemali . . . post aliquantos dies“ accidisse docet Vita Stephani p. 105. Hilduinus in Areopagiticis (Bouquet Rec. V. 436, not. a.) et altaris SS. Petri et Pauli consecrationem et regum unctionem ad „V. kal. Aug.“ narrat. Annales Bertiniani ap. Duchesne H. Fr. SS. III. 151, MG. SS. I. 138 in additione ad Annal. Lauriss. a. 754 falso habent: „Anno D. 754, VI. kal. Aug.“ Cf. Oelsner l. l. p. 154, Böhmer-Mühlbacher l. l. I. 34. Ex vet. cod. Floriacensi de gestis pontificum Mansi XII. 557: „Huic papae sanctissimo Stephano revelatio et memoria ostensa est de consecratione altaris apostolorum Petri et Pauli, quod situm est ante sepulchrum SS. Dionysii, Rustici et Eleuterii V. kal. Augusti, qui . . . in monasterio SS. Dionysii sociorumque eius infirmus iacuit, sed sanctorum precibus sanitati redditus, altare consecravit, et non multo post tempore Pippinum et duos filios eius, Karolum et Karolomannum, in reges Francorum apud Ferrarias benedixit“. |
| „ „ | | †2316 (1772) Narrat, in monasterio S. Dionysii se SS. Petri, Pauli et Dionysii ope ex morbo evasisse. Ann. Saxo MG. SS. VI. 556 (cf. X. 567), Surius V. 658, Bouquet Rec. V. 591, Mansi XII. 556, Migne 89 p. 1022; cf. Ludovici imp. diploma (Sickel Acta Karol. L. n. 338) ap. Bouquet Rec. VI. 347. — „Sicut nemo“. |
| (Dec. 4.) | | 2317 (1773) *Aistulfum, Langobardorum regem, „obtestatur per omnia divina mysteria et futuri examinis diem, ut pacifice sine ulla sanguinis effusione propria sanctae Dei ecclesiae reipublicae Romanorum reddat iura“. Vide Vitam Stephani p. 109. |
| | Lugduni | cum Pippino rege. Fredegarii contin. l. l. |
| | Viennae | cum Pippino rege. Fredegarii contin. l. l. Cf. Vitam Stephani p. 107. 108: „Pari consilio |

| | | |
|---|---|---|
| | | **754.** |
| | Mauriennae | isdem sanctus papa cum Francorum rege in monasterio Viennae in Francia collocaverunt" Carolomannum, Pippini regis fratrem, ab Aistulfo rege in Franciam missum. (in ecclesia S. Iohannis baptistae). Vita Stephani p. 110, Fredegarii contin. l. l. |
| c. Spt. Oct. | Ante Papiam | cum Pippino rege, civitatem obsidente quoad Aistulfus, Langobardorum rex, „spondet sub terribili et fortissimo sacramento, atque in eodem pacti foedere per scriptam paginam adfirmat, se illico redditurum (b. Petro) civitatem Ravennatium cum aliis diversis civitatibus". Vita Stephani p. 112. 113, Fredegarii contin. l. l. p. 3, Gesta epp. Neap. MG. SS. Lang. p. 424, Pauli diac. contin. MG. SS. Lang. p. 210. 217. — „Pippinus Haistulfum regem paucorum dierum obsidione apud Ticenum compulit, et obsides dare et erepta Romanis oppida atque castella restituere", Einhardi Vita Karoli M. c. 6 MG. SS. II. 446. Pactum „per indictionem VIII." i. e. post. d. 1. Sept. 754 initum esse, intelligimus ex Vita Stephani p. 119. Cf. Oelsner Jahrb. p. 201, Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karol. I. 35. |
| „ „ | | Hieronymum, fratrem Pippini regis, in Franciam redeuntis, et Fulradum abbatem comites nactus, Romam versus proficiscitur. Vita Stephani p. 113, Annal. Laurissenses 755 MG. SS. I. 138, Enhardi Fuldensis annales 754 ibid. p. 346. |
| | In monasterio S. Illari | (dioec. Forlipopulensis) in reditu ex Francia. Vide infra Pauli tabulam, reg. 2342. |
| | In campo Neronis | Vita Stephani p. 114. |
| | Romam | revenit. Vita Stephani l. l. |
| Dec. 4. | | †2318 (CCCXII) Testatur, se, comitante Pippino rege, reliquias Patris Benedicti eiusque sororis e Francia in monasterium Casinense retulisse („Actum hoc a. 854" [lege 754]; cf. tempus translationis reliquiarum „pridie non. Dec. 754."). Muratori Rer. Ital. SS. II. I. 363. — „Sicut nemo". |
| | | **753—755.** |
| Apr. 25. (Iul. 25.) | | †2319 (CCCIX) Monasterii S. Salvatoris Fuldensis propter beatissimi fratis Bonifatii votivum desiderium privilegia confirmat, et Sturmioni abbati praescribit, ut „nihil ex his, quae Deo sint oblata et consecrata cuiquam laico vel clerico in beneficium concedat vel praestet". (Data ind. XII. imp. Pippino II; cf. Böhmer-Will Mainzer Regesten I. 25). Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 5; Schannat Dioec. Fuld. p. 236, Cocqu. I. 151, Bull. Rom. E. T. I. 243. Vide Sickel Beiträge z. Dipl. IV. 51. 70. — „Quoniam semper sunt" „Cum semper sint". |
| | | **755.** |
| Iul. | | †2320 (CCCX) Monasterii S. Vincentii Vulturnensis possessiones et privilegia confirmat. (Scriptum p. m. Benedicti scriniarii S. R. E. in mense Iulio ind. V. in sacratissima sede b. Petri apost. 3. anno pont. Steph. II.) Muratori R. It. SS. I. II. 355, Cocqu. I. 149, Bull. Rom. E. T. I. 239. — „Cum magna nobis". |
| Nov. 7. | | †2321 (CCCXI) Monasterium Figiacense, praesente Pepino, principe piissimo Francorum, consecrat, privilegiisque auget, et miracula, quae ante consecratam ecclesiam acciderint, exponit. Similiter monasterium S. Quintini de Galliaco et coenobium eremitarum Conchense et illud de Lonante et omnes alias ecclesias ab eodem rege eidem loco datas Anastasio abbati a sese benedicto confirmat. (Actum publice in eodem monasterio [Figiacensi] 7. id. Nov. anno dominicae inc. 755 ind. VII. anno vero 4. Stephani II. Data per Petrum 6. id. Nov.). Gall. Chr. I. Instr. 43, ubi ex bulla Clementis V. Aven. 1308. III. id. Mai. pont. a. 4 transcripta est. (Cf. Baluze Miscell. II. 298, Bibl. de l'école des ch. XXXIII a. 1872 p. 266). — „Principis piissimi". |
| | | 2322 (1774) Pippino regi, suo „spiritali compatri", et Carolo et Carolomanno, item regibus et utrisque patriciis Romanorum, nunciat, Haistolfum, regem Langobardorum, post eorum discessum suamque Romam reversionem non servasse iusiurandum, „nec unius palmi terrae spatium b. Petro vel reipublicae Romanorum reddere passum esse", imo novas sibi intulisse plagas. Luget eos, sui monentis non habita ratione, fallaciis illius credidisse. Hortatur, ut civitates et loca, „per donationis paginam" promissa, sibi restituenda curent. Folradum, consiliarium eorum, sociosque plura |

| | | |
|---|---|---|
| | | **755.** |
| | | narraturos scribit. Cod. Carolini ep. 6 ap. Jaffé Bibl. IV. 34, Cenni Mon. I. 73, Duchesne H. Fr. SS. III. 718, Muratori R. It. SS. III. II. 104, Mansi XII. 549, Migne 89 p. 1011, 98 p. 103. — „Dum regni vestri". |
| | | 2323 (1775) Pippinum regem et Carolum et Carolomannum reges iisdem, ac superiore epistola, querelis ad tuendam ecclesiam Romanam instigat, praefatus de suo in Franciam itinere, „in nive et frigore, aestu et aquarum inundatione, atque validis fluminibus et atrocissimis montibus, seu diversis periculis" perfecto, de regum unctione victoriaque, ac de Haistolfi dolis. Praeter Folradum, presbyterum et abbatem, consiliarium regium, commendat Wilharium episcopum (Nomentanum), de angustiis suis expositurum. Cod. Carolini ep. 7 ap. Jaffé Bibl. IV. 37, Cenni Mon. I. 78, Duchesne H. Fr. SS. III. 722, Muratori R. It. SS. III. II. 110, Mansi XII. 537, Migne 89 p. 996, 98 p. 107. — „Providi et sapientissimi". |
| | | **752—756.** |
| | | †2324 Haistulfum (regem) admonet, ut propter uxorem sine causa occisam poenitentiam agat. Quod decretum inter Paulini Aquileg. opp. suo iure editum a Madrisio p. 15 (Migne 99 p. 181) et item inscriptum a Burchardo VI. c. 40, cum titulo „Stephanus V. Aistulpho" traditur ab Ivone decr. VIII c. 126, pan. VII c. 16, Gratiano decr. C. XXXIII. qu. 2 c. 8. Vide Neues Archiv I. 422, III. 282. 659. — „Admonere te". |
| | | **756.** |
| c. Fbr. 24. | (Romae) | 2325 (1776) Pippino, Carolo et Carolomanno regibus et omnibus episcopis, abbatibus, presbyteris, monachis, ducibus, comitibus et cuncto exercitui regni et provinciae Francorum Stephanus papa et omnes episcopi, presbyteri, diacones, et duces, carthularii, comites tribunentes et universus populus et exercitus Romanorum de angustiis suis significant. Ex kalendis Ianuariis Romam urbem iam per dies 55 ab Haistulfo rege et Tuscis et Beneventanis exercitibus obsideri; ecclesias agri Romani expilatas esse incendioque consumptas, monachos vexatos et partim occisos, moniales vitiatas, ac multos Romanos interfectos aliosque in captivitatem abstractos; Narniam quoque, quam Pippinus b. Petro concessisset, occupatam. Auxilium quam celerrimum etiam atque etiam petunt. Georgium episcopum, Warneharium abbatem, Thomaricum et Comitam, legatos suos, commendat. Cod. Carolini ep. 8 ap. Jaffé Bibl. IV. 43, Cenni Mon. I. 84, Duchesne H. Fr. SS. III. 707, Muratori R. It. SS. III. II. 96, Migne 98 p. 111. Cf. Oelsner Jahrb. p. 504. — „Quanta luctuosa". |
| „ „ | („) | 2326 (1777) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, eadem, quae superiore epistola, iisdem fere verbis usus, separatim scribit. Cod. Carolini ep. 9 ap. Jaffé Bibl. IV. 48, Cenni Mon. I. 90, Duchesne H. Fr. SS. III. 715, Muratori R. It. SS. III. II. 100, Mansi XII. 540, Migne 89 p. 999, 98 p. 115. — „Quanta luctuosa". |
| „ „ | („) | 2327 (1778) Pippinus, Carolus et Carolomannus reges et episcopi, abbates, presbyteri, monachi, duces, comites et cuncti generales exercitus et populus Franciae per litteras Petri apostoli nomine scriptas obsecrantur, ut civitati ac populo Romano ecclesiaeque S. Petri omni festinatione succurrant contra Langobardos. Cod. Carolini ep. 10 ap. Jaffé Bibl. IV. 55, Cenni M. I. 98, Duchesne H. Fr. SS. III. 705, Muratori R. It. SS. III. II. 92, Mansi XII. 543, Migne 89 p. 1004, 98 p. 121. Cf. Oelsner p. 505. — „Petrus vocatus apostolus". |
| | Romae | colloquitur cum Georgio protosecreta et Iohanne silentiario, imperialibus legatis ad Pippinum regem directis. Vita Stephani p. 117. |
| | | Legatis imperialibus, in Franciam navi proficiscentibus, apostolicae sedis missum adiungit. Vita Stephani l. l. |
| | | **752—757.** |
| Apr. 4. | | †2328 Monasterio b. Vedasti, quod vocatur Nobiliacum vel Atrebas, petentibus Vindiciano, Cameracensium vel Atrebatensium episcopo, Romam visitante, et Carolomanno monacho, germano Pippini maioris domus, privilegium a Theodorico rege in Compendio palatio constitutum confirmat. Subscripserunt episcopi 12. (Data p. m. Adriani primi scrinii a. 8. domni Theuderi ind. 3.) Guiman Cart. de S. Vaast d'Arras ed. Van Drival p. 22. — „Egregius apostolus ait". |

**752—757.**

2329 *Carantanam provinciam Iuvavensi dioecesi adiungit. Vide Karoli M. dipl. a. 811 Iun. 14 (Sickel Acta Karol. K. n. 231). Migne 97 p. 1044.

**c. 757.**

Romae — Synodus, in qua contra Sergium archiepiscopum Ravennatem decernitur. Agnellus MG. SS. Langob. p. 379 confuse de hac synodo narrat. Mansi XII. 656. Cf. Hefele III. 596 et Cod. Carolini epp. 14. 51 ap. Jaffé Bibl. IV. 74. 172.

2330 (1781) Fulrado presbytero et abbati (S. Dionysii), non successoribus, concedit „ornatum apostolici vestimenti" i. e. „udonis ac subtularis calceamentum et super sellam equitanti mappulum". (Dubitavit de fide huius tabulae et trium sequentium Jaffé in ed. I., pro spuriis eas habet Harttung Dipl. hist. Forschungen p. 70 sqq. pro genuinis Oelsner Jahrb. p. 287). Félibien Hist. de St. Denys, rec. des pièces p. 27, Mansi XII. 555, Migne 89 p. 1017. — „Cura nobis et sollicitudo est summa".

**757.** *(Imp. Constantino a. 38, p. c. eius a. 18 (17), Leone a. 4 (7), ind. 10.)*

Febr. 26. — 2331 (1782) Fulrado, presbytero et abbati (S. Dionysii), et eius successoribus praeter alia privilegia hoc quoque concedit, ut ditionis apostolicae monasteria in quolibet Franciae loco, sive proprio sive comparato, aedificent, episcopumque constituant, qui monasteriorum procuratione fungatur. Sirmond Concilia Galliae II. 113, Doublet Hist. d. St. Denys 447, Félibien Hist. de St. Denys, rec. de pièces p. 26, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 336, Marini I papiri p. 6, Bull. Rom. E. T. I. 244. Duo huius tabulae exempla varia praebent Mansi XII. 551 et Migne 89 p. 1013. Versionem Sirmondi pro genuina habet Hinschius K. R. II. 336, utrumque exemplum interpolatum esse censent Sickel Beiträge z. Dipl. IV. 55 et Harttung l. l. ubi de trina privilegii versione loquitur. — „Quoniam semper sunt concedenda".

(„ 26.) — 2332 (1783) Fulrado, presbytero et abbati, permittit, ut in S. Dionysii monasterio diaconi sex constituantur, qui, „stolam dalmaticae decoris induti", sacra procurent. Doublet Hist. de St. Denys 449, Tardif Mon. hist. p. 48, (Félibien Hist. de St. Denys, rec. de pièces p. 27, Mabillon De re dipl. 491, Mansi XII. 555, Migne 89 p. 1018, Bull. Rom. E. T. I. 246. Cf. Potthast Reg. 17906 ubi, haec bulla ab Alexandro IV. papa confirmatur. De variis eius exemplis vide Harttung l. l. p. 102.) — „Cura nobis atque sollicitudo est nostra (nimia)".

2333 (1784) Fulrado, presbytero et abbati (S. Dionysii), „a praesenti decima indictione" tribuit, dum vivat, „hospitale, positum infra basilicam b. Petri iuxta sepulchrum b. Leonis papae, quod tenuit Ratchis monachus, et domum positam iuxta monasterium b. Martini, quam tenuit Nazarius monachus". Bouquet Rec. V. 592, Félibien Hist. de St. Denys, rec. des pièces p. 27, Mansi XII. 552, Migne 89 p. 1013. — „Petentium desideriis".

Ad Desiderium ducem in partes Tusciae mittit una cum Fulrado, presbytero abbate atque consiliario Pippini regis, Paulum diaconum, fratrem suum, et Christophorum consiliarium. Vita Stephani p. 123.

2334 (1779) *Ad Radchisum, quondam regem, et ad cunctam gentem Langobardorum, Stephanum presbyterum „et apostolicae exhortationis litteras" mittit. Vita Stephani p. 123.

Mart. Apr. (Romae) — 2335 (1780) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, quod ecclesiam Romanam „elapso anno, isto in tempore" accerrime oppugnatam, servaverit, gratias copiose agit, eique et filiis atque reginae favorem Dei precatur. Nunciat, cum Haistulphus „in ipsis diebus, quibus hanc Romanam urbem devastandam profectus est, post anni spatii circulum" obiisset, Desiderium, „per manus b. Petri" et per Folradum, Pippini fidelem, Langobardorum regem ordinatum, iurasse, se residuas civitates b. Petro restituturum: Faventiam, Imolam, Ferrariam, Ausimum, Anconam, Humanam, Bononiam. Quae ut celeriter sibi reddantur, praecipi a Pippino hortatur. Ducem, a „Spoletini ducatus generalitate" constitutum, et Beneventanos commendat. Rogat, ut catholicam fidem a Graecis tueatur, quidque sibi cum silentiario convenerit, significet. Georgium episcopum (Ostiensem) et Iohannem, regionarium ac sacellarium suum, commendat, Wichariumque episcopum (Nomentanum) cito remitti cupit. Addit, Optatum, abbatem Casinensem, repetere monachos, cum Pippini fratre in Franciam

**757.** (*Imp. Constantino a. 38, p. c. eius a. 18 (17), Leone a. 4 (7), ind. 10.*)

profectos. Cod. Carolini ep. 11 ap. Jaffé Bibl. IV. 61, Cenni Mon. I. 105, Duchesne H. Fr. SS. III. 719, Muratori R. It. SS. III. II. 106, Savioli Ann. Bol. I. II. 5, Mansi XII. 546, Migne 89 p. 1007, 98 p. 127. — „Explere lingua".

Missum dirigit, per quem „easdem, quas rex Desiderius reddere promiserat civitates, accipit, id est Faventiam cum castro Tiberiaco seu Cavellum et universum ducatum Ferrariae in integro". Vita Stephani p. 124.

In palatio Lateranensi — aegrotat. Vita Pauli in Vignolii lib. pont. II. 126.

Apr. 26. In basilica b. Petri — Sepelitur „VI. kal. Maias (al. V. et VII. kal. Maias) indictione X." Vita Stephani p. 125.

---

## PAULUS I. 757—767.

**757.**

Apr. Romae — Eligitur „continuo" post Stephani II. sepulturam, adversa quadam parte pro Theophilacti archidiaconi causa aliquamdiu sentiente. Vita Pauli I. in Vignolii lib. pont. II. 127.

Apr. Mai. — 2336 (1785) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, „Paulus diaconus et in Dei nomine electus sanctae sedis apostolicae" significat, se post „germani sui, Stephani papae", mortem „a cuncta populorum caterva" electum esse. Missum eius Immonem, donec ipse consecrationem percipiat, Romae mansurum. In foedere, quod Stephanus cum eo icerit, se suumque populum ad ultimum vitae diem perseveraturum esse spondet. Cod. Carolini ep. 12 ap. Jaffé Bibl. IV. 67, Cenni Mon. I. 133, Duchesne H. Fr. SS. III. 726, Muratori R. It. SS. III. II. 118, Mansi XII. 594 et 632, Migne 89 p. 1135. 1175, 98 p. 147. — „Cum gravi gemitu".

Mai. 29. In b. Petri sede — Consecratur. Vita Pauli l. l. Vacaverat sedes, teste vita Stephani II. p. 125, dies 35 (al. 32), Paulus ecclesiae praefuit a. 10 m. 1 (Vita p. 126), atque ita consecratio ad dominicum diem 29. m. Maii referenda est.

2337 (1789) Ecgberhto archiepiscopo et Eadberchto regi (Northanhumbrorum) scribens regem hortatur, ut tria monasteria Forthredo abbati ablata restituat. Wilkins Conc. Brit. I. 144, Haddan and Stubbs Councils III. 394, Mansi XII. 652, Migne 89 p. 1195. — „Arbiter rerum".

**758.**

2338 (1786) Pippino, Francorum regi, de litteris per Wulfardum (abbatem S. Martini Turonensem) missis, ac de studio in b. Petrum gratias agit. Sabano i. e. linteo, quod in regis filiae baptismate adhibitum erat, accepto, sese spiritalem regis compatrem appellat. Perfidos (Langobardos) queritur debita sibi non tribuere. Pro Sergio, archiepiscopo (Ravennate), restituendo se laborare nunciat. Wilcharium, episcopum (Nomentanum), commendat. Cod. Carolini ep. 14 ap. Jaffé Bibl. IV. 72, Cenni Mon. I. 135, Duchesne H. Fr. SS. III. 746, Muratori R. It. SS. III. II. 149, Mansi XII. 639, Migne 89 p. 1183, 98 p. 149. Cf. Oelsner Jahrb. p. 319. — „Lator praesentium".

**758. 759.**

2339 *A. Pippino rege auxilium petit contra Desiderium, regem Langobardorum, qui cum Gregorio legato imperiali pactionem fecerit, hostiliaque exercere non cesset. („Ideo minime in hoc volumine est scripta [epistola] quia prae nimia vetustate iam ex parte diruta. Tamen alia capitula in eadem non continentur inserta; sed sicut in superiore epistola [i. e. Cod. Carolini ep. 14, supra reg. 2338] legitur, sic et in ista scriptum reperitur. Cod. Carolini ep. 15 ap. Jaffé Bibl. IV. 74.

c. Apr. Mai. Romae — cum Desiderio, rege Langobardorum, colloquitur. Vide epistolas duas sequentes ap. Jaffé Bibl. IV. 76. 80.

**758. 759.**

2340 (1790) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, spiritali compatri suo, nunciat, Desiderium regem, excellentissimum filium suum, Romam venisse, atque si obsides ex Francia recepisset, Imolam se restiturum promisisse. Rogat, ut obsides dimittat pacisque foedus cum illo confirmet. Ruodberto, misso regio, Georgium episcopum (Ostiensem) et Stephanum presbyterum (tit. S. Caeciliae et postea Stephanum III. papam) adiungit. Cod. Carolini ep. 16 ap. Jaffé Bibl. IV. 75, Cenni Mon. I. 149, Duchesne H. Fr. SS. III. 747, Muratori R. It. SS. III. II. 151, Mansi XII. 616, Migne 89 p. 1160, 98 p. 159. — „Dum tam copiosam".

2341 (1791) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, spiritali compatri suo, Rodberti missi moram excusat, ut Desiderii regis maleficia cognosceret, tamdiu retenti. A quo rege Pentapolensium civitates, Spoletinumque et Beneventanum ducatus, qui in potestatem eiusdem se permisissent, vastatos queritur, Alboinum, ducem Spoletinum, male mulcatum, vinculis mandatum, et pro duce Beneventano, Hydruntum elapso, Argim substitutum. Desiderium nunciat cum Georgio, imperatoris ad Pippinum legato, Neapoli arcessito, ut, classe ex Sicilia adducta, Hydruntum in Graecorum ditionem redigeretur, constituisse, ad imperatoremque, ut Ravennae expugnandae causa suppetias mitteret, litteras dedisse; deinde Romae morantem, Imolae, Bononiae, Ausimi, Anconae restitutionem ea conditione pollicitum esse, ut obsides ex Francia remitterentur. Eas, quae praecedunt, litteras, ut legati in Franciam tuto pervenirent, scriptas, pro non scriptis habere regem petit. Ad detinendos obsides Langobardicos, Desideriumque armis constringendum, disertissime planissimeque Pippinum hortatur. Munera mittit. Cod. Carolini ep. 17 ep. Jaffé Bibl. IV. 77, Cenni Mon. I. 152, Duchesne H. Fr. SS. III. 728, Muratori R. It. SS. III. II. 122, Savioli Ann. Bol. I. II. 9, Mansi XII. 633, Migne 89 p. 1177, 98 p. 162. — „Quotiens perspicua".

**759.** (*Imp. Constantino a. 40, post cons. eius a. 20, sed et Leone imp. eius filio a. 7(9), ind. 12.*)

Febr. 5. 2342 (1793) Ecclesiae Ravennati monasterium S. Illari (Galliatense) restituit, quod Stephanus II. ab Anscauso, episcopo Forlipopulensi, in ipso monasterio ex Francia redux optime tractatus et sublevatus, eidem episcopo in vitae tempus tribuerat. Fantuzzi Mon. Rav. V. 214, Mittarelli Ann. Cam. II. append. 1, Vesi docum. I. 15, (Mansi XII. 644, Bull. Rom. E. T. I. 247, Migne 89 p. 1189). — „Integritatem pro" („Igitur de divino").

**759 ex. 760 in.**

2343 (1794) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, spiritali compatri, Georgium, episcopum (Ostiensem), cum mandatis voce exsequendis missum, commendat. De filio nuper nato gratulatus, petit, ut ipse „a sacratissimo baptismatis lavacro eundem suscipere mereatur". Cod. Carolini ep. 18 ap. Jaffé Bibl. IV. 84, Cenni Mon. I. 166, Duchesne H. Fr. SS. III. 740, Muratori R. It. SS. III. II. 140, Mansi XII. 609, Migne 89 p. 1153, 98 p. 172. — „Solet epistolaris".

**760.** (*Ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

ante Apr. 2344 (1795) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, certiorem facit, inter Remedium, germanum eius (filium Caroli Martelli, episcopum Rotomagensem) et Aucharium ducem, legatos eius, et Desiderium, Langobardorum regem, nuper convenisse, „ut per totum instantem Aprilem mensis istius 13. indictionis" omnes b. Petri possessiones sibi restituerentur. Nunciat, earum partem iam redditam esse, idque ut ei significaretur, Desiderium rogasse. Petit, ut omnia Stephano promissa solvi iubeat. Petrum, presbyterum suum, commendat. Cod. Carolini ep. 19 ap. Jaffé Bibl. IV. 86, Cenni Mon. I. 162, Duchesne H. Fr. SS. III. 738, Muratori R. It. SS. III. II. 137, Mansi XII. 608, Migne 89 p. 1151 (1180), 98 p. 170. — „Quia excellentia vestra".

post Apr. 2345 (1814) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, litteras mittit amicorum quorundam significantes, patricios sex ignotam ob causam a Constantinopoli cum trecentis navigiis classeque Sicula Romam versus tenere, in Franciam inde navigaturos. Desiderium regem non modo ea, quae de rebus utrimque restiduendis convenerint, differendo negligere, sed etiam in fines suos irruere,

**760.** (*Ind. 13. — 1. Sept. — 14.*)

minacesque ad sese litteras dedisse, queritur. Conibertum, vassum eius, omnia coram latius narraturum. Subsidium petit, legatosque cupit et Romam et Ticinum ad Desiderium mitti. Cod. Carolini ep. 20 ap. Jaffé Bibl. IV. 88, Cenni Mon. I. 218, Duchesne H. Fr. SS. III. 741, Muratori R. It. SS. III. II. 142, Mansi XII. 637, Migne 89 p. 1180, 98 p. 211. — „A Deo institutae".

**761.** (*Imp. Constantino a. 41, post cons. eius a. 21, ind. 14. — 1. Sept. — 15.*)

Iun. 2. (Romae) 2346 (1799) In concilio episcoporum 22 monasterium SS. Stephani et Silvestri Romanum, a sese „ad modulationis exercendam psalmodiam" conditum possesionibusque donatum, petente Leontio presbytero et abbate confirmat. (Subscribunt 22 illi episcopi.) Mansi XII. 645. 660, Bull. Rom. E. T. I. 248, Migne 89 p. 1190. Cf. Gregorovius II. 310. — „Inter diversa".

Monachis graecis, qui propter imaginum persecutionem Romam fugerant, in psalmis canendis lingua graeca uti concedit. Vide Baronium ad. a. 761 n. 15.

2347 (1815) Ad Pippini, regis Francorum et patricii Romanorum, sui spiritalis compatris, litteras ab Andrea et Gunderico redditas, respondet. De praesidio promisso gratias agit. Desiderio regi, irruptiones superiore anno in civitatem Senogalliensem ac in Valentis, Campanum castrum suum, factas infitianti, ne tribuat fidem, petit. Vera a sese significata fuisse, missos eius cognovisse. Mensam Stephano decessori suo ab eo oblatam, quam missi attulissent, in b. Petri ecclesia sollemniter collocatam nunciat. Georgium et Petrum arbitrio eius permittit. Cod. Carolini ep. 21 ap. Jaffé Bibl. IV. 91, Cenni Mon. I. 221, Duchesne H. Fr. SS. III. 726, Muratori R. It. SS. III. II. 119, Mansi XII. 594. 638, Migne 89 p. 1137 (1182), 98 p. 213. — „Quas praeclara" „Cum maximo".

**c. 761. 762.**

2348 (1819) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri perseverantiam in defendendo b. Petro pollicenti respondet, iam iamque ecclesiam ac provinciam Romanam eius indigere praesidio. Langobardi an „plenarias iustitias" fecerint, quaerenti, de versutia perfidiaque eorum significat. Qua de re Wilcharium episcopum et Dodonem et Wichadum, missos eius, accuratius expossituros esse scribit. Cod. Carolini ep. 22 ap. Jaffé Bibl. IV. 95, Cenni Mon. I. 238, Duchesne H. Fr. SS. III. 735, Muratori R. It. SS. III. II. 132, Mansi XII. 603, Migne 89 p. 1146, 98 p. 226. — „Ad referendas".

2349 (1807) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, monasterium S. Silvestri, in monte Seraptim (i. e. Soracte) situm, cum tribus ad id pertinentibus SS. Stephani, Andreae, Victoris monasteriis „a praesenti quintadecima indictione" concedit, abolita Zachariae tabula, qui idem monasterium Carlomanno, Pippini fratri, donaverat. Cod. Carolini ep. 23 ap. Jaffé Bibl. IV. 97, Cenni Mon. I. 193, Duchesne H. Fr. SS. III. 725, Muratori R. It. SS. III. II. 116, Migne 98 p. 192. — „Salubri providentia".

**762.** (*Imp. Constantino a. 23, sed et Leone a. 10, ind. 15. — 1. Sept. — 1.*)

Oct. 26. 2350 (1809) Monasterium monialium S. Salvatoris Brixiense, ab Ansa regina nuper conditum, „cunctaque monasteria cum universis basilicis ad se pertinentibus", ex cuiuscumque sacerdotis ditione, petente Ansilperga abbatissa, eximit, „concordantibus nobis reverendissimis coepiscopis nostris". (Tabula suspecta). Hist. patr. Monumenta XIII. 52 (ex vet. apogr. bibl. Quirin.), Troya Cod. dipl. Lang. n. 808, Margarini Bull. Cas. II. 7, Cocquelines I. 157, Bull. Rom. E. T. I. 252. — „Quoniam semper".

**758—763.**

2351 (1788) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, spiritali compatri suo, de binis litteris officii plenis, per Langbardum, illustrem virum, et missos suos e Francia reduces allatis, gratias agit. Reginae et Carolo ac Carolomanno regibus dominaeque Gisilae salutem ascribit. Rogat, quae Stephanus papa ab eo petierit, impleat. Marino presbytero „titulum S. Chrysogoni cum omnibus locis et possessionibus sibi pertinentibus", sicut rex petiisset, per litteras concessum nunciat. „Mittit antiphonale et responsale, artem grammaticam Aristotelis, Dionysii Ariopagitae libros, geometricam,

**758—763.**

orthographiam, gramaticam, omnes Graeco eloquio scriptas, nec non et horologium nocturnum". Cod. Carolini ep. 24 ap. Jaffé Bibl. IV. 99, Cenni Mon. I. 145, Duchesne H. Fr. SS. III. 742, Muratori R. It. SS. III. 143, Mansi XII. 611, Migne 89 p. 1155, 98 p. 157. — „Properans ad nos".

2352 (1792) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, rogat, ut Marinum, presbyterum suum, in aula morantem, qui cum Georgio, „quodam imperiali a secretis" adversa sedi suae consilia inierit, episcopum consecrari per Wilcharium episcopum (Nomentanum) iubeat, et alicui ex Francicis ecclesiis praeficiat. Cod. Carolini ep. 25 ap. Jaffé Bibl. IV. 102, Cenni Mon. I. 160, Duchesne H. Fr. SS. III. 756, Muratori R. It. SS. III. II. 165, Mansi XII. 630, Migne 89 p. 1173, 98 p. 168. — „Omnino compertum".

**763.**

2353 (1796) Carolo et Carolomanno, regibus Francorum et patriciis Romanorum, epistola, per Droctegangum et Wulfardum abbates missa, de muneribus non oblatis se excusantibus, liberaliter respondet. Eos, cum regnum inierint, ecclesiam fidemque orthodoxam defensuros esse, sperat. Cod. Carolini ep. 26 ap. Jaffé Bibl. IV. 103, Cenni Mon. I. 169, Duchesne H. Fr. SS. III. 758, Muratori R. It. SS. III. II. 167, Mansi XII. 632, Migne 89 p. 1175, 98 p. 174. — „Missam relationem".

2354 (1798) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, ut sibi, sinistra fama sollicitato, de rebus bello gestis significet, hortatur. Cod. Carolini ep. 27 ap. Jaffé Bibl. IV. 104, Cenni Mon. I. 173, Duchesne H. Fr. SS. III. 749, Muratori R. It. SS. III. II. 154, Mansi XII. 618, Migne 89 p. 1163, 98 p. 177.— „Quotiens fidelium".

**763 ex. 764 in.**

2355 (1797) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, a quo per Droctegangum et Wulfardum de bello incepto litteras petierat, non scripsisse, queritur. Prospero reditu eius, ab advenis nunciato, gaudet. De missis suis, Constantinopoli profectis, nihildum allatum esse. Cod. Carolini ep. 28 ap. Jaffé Bibl. IV. 106, Cenni Mon. I. 171, Duchesne H. Fr. SS. III. 756, Muratori R. It. SS. III. II. 164, Mansi XII. 629, Migne 89 p. 1172, 98 p. 175. — „Praemissis nostris".

**764.**

Ian.-Mart. — 2356 (1812) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, domumque eius bene valere gaudet. Bonum rerum suarum statum nunciat. Qui dixerint, de regis facultate adiuvandae ecclesiae apud se ambigi, eos mendacii coarguit. Hostes eius a sese quoque pro hostibus haberi, affirmat. De legatis, Constantinopolim missis, ob hibernum tempus allatum nihil esse. Addit de Marino presbytero, in pristinum restituto, a quo se litterarum quidquam accepisse negat. Fidelium Ravennatum de Graecorum insidiis litteras mittit. Cod. Carolini ep. 29 ap. Jaffé Bibl. IV. 108, Cenni Mon. I. 206, Duchesne H. Fr. SS. III. 750, Muratori R. It. SS. III. II. 155, Mansi XII. 619, Migne 89 p. 1164, 98 p. 202. — „Eximiae et a Deo".

**764. 765.**

Romae — Cum Desiderio rege, qui Romam venerat orationis causa, de iustitiis per missos utriusque partis restituendis et recipiendis tractat auctumni tempore. Vide Cod. Carolini ep. 37 ap. Jaffé Bibl. IV. 133 (reg. 2364).

**761—766.**

2357 (1800) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, scribit, post Wilcharii episcopi (Nomentani) et Felicis Ratbertique, missorum eius, discessum allatam famam esse, bellum sibi Ravennatibusque finibus a Graecis imminere. Id agi asseverat, ut orthodoxa fides destruatur. Desiderium regem, Beneventanos, Spoletinos, Tuscanos, ut sibi succurrant, admonere regem petit, missumque

**761—766.**

qui Romae maneat, legare. Cod. Carolini ep. 30 ap. Jaffé Bibl. IV. 112, Cenni Mon. I. 175, Duchesne H. Fr. SS. III. 752, Muratori R. It. SS. III. II. 159, Mansi XII. 640, Migne 89 p. 1184, 98 p. 178. — „Praecelsae et a Deo".

2358 (1801) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, exempla binarum litterarum mittit, quarum alteras Leo imperalis, homo astutus, ad Sergium archiepiscopum provinciamque Ravennatem, alteras fideles quidam Venetici ad eundem Sergium dederant. Monet, ut auxilium sibi et Ravennatibus atque Pentapoleos civitatibus ferri a Desiderio rege iubeat. Cod. Carolini ep. 31 ap. Jaffé Bibl. IV. 113, Cenni Mon. I. 178, Duchesne H. Fr. SS. III. 747, Muratori R. It. SS. III. II. 150, Migne 98 p. 181. — „Praecelsae et a Deo".

**762—766.**

(Romae) 2359 (1802) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, ob liberatam ecclesiam fidemque defensam laudibus extollit. De legato, qui Romae commoretur, mittendo denuo petit. Petrum, primum ecclesiae Romanae defensorem, missum suum, commendat, regemque ad orthodoxam fidem a Graecis tuendam hortatur. Cod. Carolini ep. 32 ap. Jaffé Bibl. IV. 115, Cenni Mon. I. 180, Duchesne H. Fr. SS. III. 755, Muratori R. It. SS. III. II. 162, Mansi XII. 627, Migne 89 p. 1170, 98 p. 182. — „Dum illa, quae".

2360 (1803) Carolo et Carolomanno, regibus Francorum et patriciis Romanorum, Petrum, primum ecclesiae Romanae defensorem, missum suum, commendat. Monet, ut rationibus S. Petri prospicere pergant. Cod. Carolini ep. 33 ap. Jaffé Bibl. IV. 117, Cenni Mon. I. 183, Duchesne H. Fr. SS. III. 758, Muratori R. It. SS. III. II. 168, Mansi XII. 641, Migne 89 p. 1185, 98 p. 184. — „Olim omnipotens".

2361 (1804) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, de duabus epistolis, una per Petrum, primum ecclesiae Romanae defensorem, altera per nuncios regios, Widmarum (Centulensem) et Gerbertum abbates atque Hugbaldum, virum illustrem, missa, gratias agit. Inter Langobardorum legatos et Pentapolensium ac singularum suarum civitatum homines missorum opera de „peculiis" utrimque restituendis, se praesente, convenisse nunciat; non vero „de finibus civitatum et patrimoniis b. Petri, ab eisdem Langobardis retentis atque invasis". Missi, ad Desiderium regem proficiscentes, quid sint impetraturi, in dubio esse. Rogat, prospiciat, ut suum sibi sine ulla deductione tribuatur. Cod. Carolini ep. 34 ap. Jaffé Bibl. IV. 119, Cenni Mon. I. 185, Duchesne H. Fr. SS. III. 732, Muratori R. It. SS. III. II. 128, Mansi XII. 600, Migne 89 p. 1143, 98 p. 186. — „Dum tam maxima".

2362 (1805) Carolo et Carolomanno, regibus Francorum et patriciis Romanorum, qui litteris per Petrum, primum defensorem, missis S. Petri suique amorem ostenderint, gratulatur, utque patrem virtutibus aequent, optat. Cod. Carolini ep. 35 ap. Jaffé Bibl. IV. 122, Cenni Mon. I. 189, Duchesne H. Fr. SS. III. 757, Muratori R. It. SS. III. II. 166, Mansi XII. 630, Migne 89 p. 1174, 98 p. 189. — „Quanto decoris".

**764—766.**

post Mai. 2363 (1813) Pippini, regis Francorum et patricii Romanorum, sui spiritalis compatris, litteras, a Iohanne, subdiacono et abbate, et Pampilo, defensore regionario ecclesiae Romanae, ac Flagino capellano, misso regio, allatas, optatissimas sibi fuisse scribit. Gratias agit, quod, nisi praesentibus nunciis suis, non egerit cum imperatoris legatis, et quod tum fraudulentae imperatoris epistolae tum responsi exemplum, ad sese miserit. Sinesium eunuchum, imperialium legatorum alterum, dum alter, Anthi nempe spatiarius, una cum regiis nunciis Constantinopolim mitteretur, retentum esse gaudet. Fide constantiaque eius se in certam adduci spem scribit, fore ut ecclesia „atque haec miserrima et afflicta provinciola a perfidia inimicorum liberetur". Mittit expetitum „signum suum". Philippum presbyterum et Ursum, nuncios suos mense Maio, petente Tassilone Bavariorum duce, ad eum de pace missos, Ticini per Desiderium regem reliquo itinere impeditos esse queritur. Legatos et suos et regios ab imperatoris criminationibus tuetur. Cod. Carolini ep. 36 ap. Jaffé Bibl. IV. 124, Cenni Mon. I. 211, Duchesne H. Fr. SS. III. 736, Muratori R. It. SS. III. II. 133, Mansi XII. 604, Migne 89 p. 1148, 98 p. 206. Cf. Hefele III. 432, qui hanc epistolam a. 767 adscribit. — „Cum regalis potentiae".

**764 ex. — 766 ex.**

2364 (1816) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, nunciat, litteras eius, quas Petrus, notarius regionarius, et Iohannes, mansionarius confessionis basilicae b. Petri, missi sui, et Wulfhardus sociique, missi eius, attulissent, „in conventu consacerdotum suorum et cleri atque cuncti laicorum ordinis coetu" recitatas esse. Amorem eius in b. Petrum nec persuasionibus nec promissis victum amplissimis verbis collaudat. Sperat, fore ut in sacerdotum optimatumque conventu legatis Graecis, qui cum suis regiisque nunciis in Franciam pervenerint, ex ecclesiae atque fidei orthodoxae usu respondeatur. Georgium episcopum (Ostiensem) et Petrum presbyterum ut in Francia retineat, iam iterum concedit. Desiderium regem Romae nuper fuisse, sibique Saxulum, puerum fugitivum, reddidisse narrat. Cum quo quid sibi de „iustitiis inter partes perficiendis" convenerit, significat; ac de Beneventanis et Tuscanensibus plene sibi satisfactum esse scribit, partimque etiam de ducatu Spoletino. Gratias agit, quod Desiderium admonuerit, ut a Neapolitanis et Caietanis patrimonium sibi restitui, episcoposque Romam consecrandi causa mitti cogeret. Cod. Carolini ep. 37 ap. Jaffé Bibl. IV. 129, Cenni Mon. I. 226, Duchesne H. Fr. SS. III. 744, Muratori R. It. SS. III. ii. 145, Mansi XII. 613, Migne 89 p. 1157, 98 p. 217. Cf. Hefele III. 432, cuius iudicio anno 766 ex. aut 767 in. haec ep. tribuenda est. — „Votiva cordis nostri".

**757—767.**

2365 (1817) *Ad Constantinum et Leonem imperatores „saepius suos missos cum apostolicis obsecratoriis atque admonitoriis litteris dirigit pro restituendis confirmandisque in pristinum venerationis statum sacratissimis imaginibus". Vita Pauli p. 128; cf. Adriani I. epist. ap. Mansi XII. 1061, Migne 96 p. 1221.

2366 *Carantanam provinciam Iuvavensi dioecesi adiungit. Vide Karoli M. diploma a. 811 Iun. 14 (Sickel Acta Karol. K. n. 231.), Migne 97 p. 1044.

†2367 (cccxiii) Karolo regi afflictam ecclesiam Viennensem commendat. Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 45. — „Humanae substantiae".

**758—767.**

2368 (1787) Episcopos, presbyteros, abbates, monachos, duces, comites et universam generalitatem exercitus regni Francorum ob operam ecclesiae navatam laudat. Praedicatis Pippini meritis, vota facit, ut barbarae nationes omnes in eorum regum potestatem redigantur „ad perfectam liberationem et exaltationem ecclesiae". Cod. Carolini ep. 38 ap. Jaffé Bibl. IV. 134, Cenni Mon. I. 139, Duchesne H. Fr. SS. III. 739, Muratori R. It. SS. III. ii. 139, Mansi XII. 643, Migne 89 p. 1188, 98 p. 151. — „Considerantibus nobis".

2369 (1808) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, respondet, quam sibi suaserit, Desiderii Langobardorum regis pacem, si is promissa solverit, sese libenter culturum esse. De ecclesiae rebus Graecorumque insidiis cum eodem rege se Ravennae collocuturum, nunciat. Cod. Carolini ep. 39 ap. Jaffé Bibl. IV. 136, Cenni Mon. I. 196 et 198, Duchesne H. Fr. SS. III. 748 et 751, Muratori R. It. SS. III. ii. 153 et 157, Mansi XII. 617 et 624, Migne 89 p. 1162 et 1166, 98 p. 194 et 196. — „Dum tanto vestrae".

2370 (1806) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, exemplar litterarum „pro integritate fidei ab orientalibus praesulibus et ceteris nationibus directarum" mittit, quas post missorum regis discessum monachus quidam, Cosmae patriarchae Alexandrini mandatu, attulerat. Cod. Carolini ep. 40 ap. Jaffé Bibl. IV. 138, Cenni Mon. I. 191, Duchesne H. Fr. SS. III. 753, Muratori R. It. SS. III. ii. 160, Mansi XII. 625, Migne 89 p. 1168, 98 p. 191. — „Quia spiritus sancti".

2371 (1811) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, respondet, se, sicut mandasset, fratris eius, Remedii (archiepiscopi Rotomagensis), monachos Simeoni, „scholae cantorum priori", tradidisse, „in psalmodiae modulatione" erudiendos. Cod. Carolini ep. 41 ap. Jaffé Bibl. IV. 139, Cenni Mon. I. 203, Duchesne H. Fr. SS. III. 759, Muratori R. It. SS. III. ii. 169, Mansi XII. 642, Migne 89 p. 1187, 98 p. 200. — „Cum caritatis".

| | | |
|---|---|---|
| | | **762—767.** |
| | | 2372 (1818) Pippinum, regem Francorum et patricium Romanorum, defensorem ac liberatorem sui, miris laudibus ornat, ac sempiternis amoris vinculis cum eo se coniunctum esse profitetur. De monasterio secus montem Serapten situm (i. e. Soractensi) sibi concesso gratias agit; idque monasterio (SS. Stephani et Silvestri) a sese condito subiectum nunciat. Cod. Carolini ep. 42 ap. Jaffé Bibl. IV. 140, Cenni Mon. I. 233, Duchesne H. Fr. SS. III. 731, Muratori R. It. SS. III. II. 125, Mansi XII. 597, Migne 89 p. 1140, 98 p. 222. — „Dum divina“. |
| | | **767.** |
| | | 2373 (1810) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, suo spiritali compatri, de litteris officii plenis gratias persolvit. Nunciat, ad mandata eius, ab Hariberto, abbate (Murbacensi), et Dodone comite relata, voce se respondisse. Iohannem, subdiaconum et abbatem, Petrumque, primum defensorem, missos suos, commendat. Cod. Carolini ep. 43 ap. Jaffé Bibl. IV. 145, Cenni Mon. I. 200, Duchesne H. Fr. SS. III. 734, Muratori R. It. SS. III. II. 130, Mansi XII. 601, Migne 89 p. 1144, 98 p. 197. — „Explere verbis nequeo“. |
| | In ecclesia b. Pauli | „aestivo tempore pro valido caloris fervore demorans, corporali praeoccupatur aegritudine“. Vita Pauli p. 130. |
| Iun. 28. | „ | Moritur, „per quintam indictionem mense Iunio die 29.“ (legendum: 28, ut docent verba: „In ipso dominico die“). Cenni Conc. Lat. p. 6, Mansi XII. 717. Vita Pauli p. 130: „In ecclesia b. Pauli“. |

## CONSTANTINUS II. 767—768.

| | | |
|---|---|---|
| | | **767.** |
| Iun. 28. | Romae in domo Totonis ducis | Laicus eligitur a fratribus suis, Totone duce, Passivo et Paschali, „cum Paulus I. nondum spiritum exhalaret“. Vita Stephani III. in Vignolii lib. pont. II. 133; cf. Cenni Conc. Later. a. 769 p. 7. 8, Mansi Supp. Conc. I. 642. |
| „ 28. | In Lateranense palatium | a Totone duce vi occupatum introducitur. Vita Stephani III. l. l. |
| „ 28. | In vicedominio | clericus a Georgio, episcopo Praenestino, inauguratur. Vita Stephani III. p. 133. 134. |
| „ 29. | In oratorio S. Laurentii intra patriarchium | subdiaconus et diaconus consecratur a Georgio episcopo Praenestino „alia die, secunda feria“. Vita Stephani III. p. 134, Cenni Conc. Lat. a. 769 p. 8. |
| Iul. 5. | In basilica b. Petri | pontifex consecratur a Georgio Praenestino, Eustratio Albanensi, et Citonato Portuensi episcopis „adveniente dominico die“. Vita Stephani III. p. 134. |
| | | 2374 (1820) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, significat, id quod iam a „praecurrentibus nunciis“ relatum putat, se, Paulo mortuo, ab „Urbis vel subiacentium ei civitatum populo“ pontificem creatum esse. Studium eius in b. Petrum laudat et confirmat. Spem suam omnem, secundum Deum, in eo positam esse. Missi cum redierint, alios legatum iri, scribit. „(Gesta) sanctorum“ postulata mittit. Cod. Carolini ep. 44 ap. Jaffé Bibl. IV. 147, Cenni Mon. I. 249, Duchesne H. Fr. SS. III. 824, Muratori R. It. SS. III. II. 171, Mansi XII. 761, Migne 98 p. 233. — „Omnino credimus“. |
| Aug. 12. | | A Stephano presbytero accipit „synodicam fidei missam a Theodoro Hierosolymitano patriarcha“, Paulo I. inscriptam „duodecima die Augusti mensis quintae indictionis“. Vide epistolam sequentem. |
| p. Aug. 31. | | 2375 (1821) Pippino, regi Francorum et patricio Romanorum, iterum scribit de pontificatus onere, „ex improviso violenti manu a populorum innumerabili concordantium multitudine“ invito sibi imposito, ac de sua praesidii eius exspectatione, perpetuaque in eum benevolentia. Ne inimicorum de se mendaciis credat, petit. Christophorum presbyterum et Anastasium, notarium regionarium, missos suos, commendat. Nunciat, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **767.** |
| | | Theodori, patriarchae Hierosolymitani (quocum Alexandrinus et Antiochenus patriarchae consentiant) epistolam synodicam, Paulo inscriptam, die duodecimo „praeteriti Augusti mensis quintae indictionis" sibi redditam esse; cuius mittit exempla, Latine Graeceque confecta, „ut agnoscat, qualis fervor sanctarum imaginum orientalibus in partibus cunctis Christianis immineat". Georgium episcopum (Ostiensem), et Marinum et Petrum presbyteros remitti cupit. Cod. Carolini ep. 45 ap. Jaffé Bibl. IV. 149, Cenni Mon. I. 252, Duchesne H. Fr. SS. III. 825, Muratori R. It. SS. III. II. 172, Mansi XII. 757, Migne 98 p. 235. — „Dum internae mentis". |
| | | **768.** |
| Iul. 29. | in patriarchio Lateranensi | ex Passivo fratre de caede Totonis ducis cognoscit, qui, ducatus Spoletini Langobardis „28. die Iulii mensis indictione sexta" in Romam infusis, „alia die" ad portam b. Pancratii a Demetrio secundicerio et Gratioso interfectus erat. Vita Stephani III. p. 137 sqq. |
| „ 29. | In basilica Salvatoris | Vita Stephani III. p. 139. |
| „ 29. | Ad fontem in ecclesia S. Venantii | Vita Stephani l. l. |
| „ 29. | In vestiario | Vita Stephani l. l. |
| „ 29. | Ex oratorio S. Caesarii | eiectus „a Romanae urbis militiae iudicibus" custodiae mandatur. Vita Stephani l. l. |
| Aug. 1-5. | In monasterium Cellanovas | deportatur ab „aliquantis perversis", qui eum „magnum pondus in eius adhibentes pedibus, in sella muliebri sedere super equum fecerunt", („dum adhuc electus extitisset" Stephanus III.) Vita Stephani III. p. 142. 143. |
| „ 6. | In basilica Salvatoris | „Ita deponitur: Accedens enim Maurianus subdiaconus, orarium de eius collo auferi et ante pedes eius proiicit et compages illius abscindit", „sabbato die ante unam diem ordinationis . . . Stephani (III.) papae". Vita Stephani III. 143. |
| | E monasterio Cellanovas | a Tuscianis et Campaninis, auctore Gratioso, expulsus oculisque privatus, in platea relinquitur. Vita Stephani III. p. 144. 145. |
| | | **769.** |
| Apr. 12. | In basilica Salvatoris | In Stephani III. concilio caecus veniam ignoscendi petit. Vita Stephani III. p. 148; cf. Cenni Conc. Lat. 1 sqq. |
| „ 13. | „ | Ex concilio pellitur, ab „universis sacerdotibus" alapis percussus. Vita Stephani III. p. 148. 149. |

## PHILIPPUS. 768.

| | | |
|---|---|---|
| | | **768.** |
| Iul. 31. | In monasterio b. Viti | Eligitur a Waldiperto presbytero et „aliquantis" Romanis „alia die dominica" (post d. 29. Iulii). Vita Stephani III. in Vignolii lib. pont. II. 139. 140. |
| „ 31. | In basilicam Salvatoris | deducitur. Vita Stephani III. p. 140. |
| „ 31. | in patriarchio Lateranensi | Vita Stephani l. l. |
| „ 31. | Ex patriarchio | pellitur a Gratioso et „aliquantis" Romanis, „eodem die", et „per scalam, quae ducit ad balneum, decendens, cum magna reverentia ad suum revertitur monasterium (b. Viti)". Vita Stephani III. p. 141. |

# STEPHANUS III. 768—772.

## 768.

| | | |
|---|---|---|
| Aug. 1. | In titulo b. Caeciliae | Eligitur „alia die“ (post d. 31. Iulii). Vita Stephani III. in Vignolii lib. pont. II. 141. 142. (Die 6. m. Aug. Stephanum electum esse Hefele III. 434 putat.) |
| „ 1. | In Lateranense patriarchium | perducitur. Vita Stephani p. 142. |
| „ 7. | In basilica b. Petri | Consecratur „alio die dominico“. Vita Stephani p. 143. |
| „ | | 2376 (1822) *Ad Pippinum, Carolum et Carolomannum, Francorum reges et patricios Romanorum, mittit Sergium secundicerium et nomenclatorem; „deprecans atque exhortans eorum praecellentiam per suas apostolicas litteras, ut aliquantos episcopos, gnaros et in omnibus divinis scripturis atque sanctorum canonum institutionibus eruditos ac peritissimos, dirigant ad faciendum in Romana urbe concilium, pro impia novi erroris ac temeritatis, praesumptione, quam Constantinus, apostolicae sedis pervasor, ausus est perpetrare“. Vita Stephani p. 146. |

## 769.

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 12. | In basilica Salvatoris Constantiniana | Concilii episcoporum 49 (de 12 episcopis Francis cf. Abel Jahrb. p. 52) actio I. Constantinus quomodo pontificatum invaserit, exponitur. Fragmenta huius concilii collegit Cenni Conc. Lat. p. 1, Mansi XII. 713. Quod vulgavit Wasserschleben Beitr. z. G. d. vorgrat. Kirchenrechtsqu. 162, actorum summarium, ubi prima concilii dies 7. Aprilis fuisse traditur, Cennio ignotum fuit. Cf. Hefele III. 434 sqq. |
| „ 13. | „ | Concilii actio II. „Alia vero die“ Constantinus colaphis percussus ex ecclesia expellitur, actaque confirmationis eius comburuntur. Deinde constituunt, „ne ullus unquam praesumat laicorum, neque ex alio ordine nisi per distinctos gradus ascendens diaconus aut presbyter cardinalis factus fuerit, ad sacri pontificatus honorem promoveri“. Vita Stephani p. 148, Cenni l. l. 9, Mansi XII. 718. Cf. Wasserschleben l. l. |
| „ 14. | „ | Concilii actio III. Statuunt, in eligendo pontifice ne laici, neve homines ex Tusciae vel Campaniae castris, neve armati intersint. Consecrationes a Constantino factas rescindunt. Holstenii Coll. Rom. I. 259, Cenni l. l. 10, Mansi XII. 719, Deusdedit Coll. can. II. c. 131, Troya Cod. dipl. Lang. n. 900, Vita Stephani p. 150. Cf. actionis tertiae fragmentum in Ratherii Opp. p. 331; et ap. D'Achery Spic. I. 372. Vide et Niehues Hist. Jahrb. d. Görres-Ges. I. 142, Hinschius K.R. I. 228. |
| „ | „ | Concilii actio IV. Imaginum veneratio confirmatur. Item synodica patriarchae Theodori Hierosolymitani relegitur et probatur. Holstenii Coll. Rom. I. 261, Cenni l. l. 12, Mansi XII. 720. 1136, Deusdedit Coll. can. II. c. 131, Vita Stephani 151. |
| | | 2377 (1823) *Constantinum imperatorem ad imaginum restitutionem implorat. Vide Adriani I. epist. ap. Mansi XII. 1061, Migne 96 p. 1221. |
| „ | In ecclesia b. Petri | Ubi „Leontius scriniarius cuncta, quae peracta sunt in concilio, extensa voce legit populo“. Vita Stephani p. 152. |
| p. Aug. 25. | | 2378 (1824) *Mauricio, duci Ariminensi, et iudicibus Ravennatibus per „literas atque missos“ respondet, non posse fieri, ut Michaelii, ex laico factus archiepiscopus Ravennas, a sese consecretur. Vita Stephani p. 153. 154. |
| „ „ | | 2379 (1825) *Michaelium hortatur, ut invasam sedem Ravennatem dimittat. Vita Stephani p. 154. |

## 769. 770.

2380 (1825a) Carolo et Carolomanno, regibus Francorum et patriciis Romanorum, concordiae reconciliationem gratulatur. Eorum in b. Petrum studium laudat, quod „non corruptori et fragili homini, sed Deo placere procuraverint“. Petit, ut secundum capitulare, a Gauziberto episcopo (Carnotensi?) et Fulcberto, Ansfredo et Helmgario, missis eorum, allatum, b. Petro quam primum satisfieri a Langobardis iubeant. Addit haec: „Si quis autem vobis dixerit, quod iustitias b. Petri recepimus, vos ullo modo ei non

**769. 770.**

credatis". Cod. Carolini ep. 46 ap. Jaffé Bibl. IV. 155, Cenni Mon. I. 274, Duchesne H. Fr. SS. III. 764, Muratori R. It. SS. III. II. 184, Mansi XII. 693, Migne 89 p. 1251, 98 p. 250. — „Benedictus dominus Deus".

**770.**

2381 (1826) Carolum et Carolomannum, reges Francorum et patricios Romanorum, omnibus precibus anathemateque proposito obtestatur, ne alteruter eorum, dimissa uxore, filiam Desiderii, Langobardorum regis, ecclesiae adversarii, in „diabolicum" matrimonium ducat, neu Gisilam sororem filio eisdem collocent. Memorat, Pippinum quoque, patrem eorum, hortatu Stephani II., neque uxori nuncium remisisse, neque Gisilam filio Constantini imperatoris in matrimonium dedisse. Petrum presbyterum et Pamphilium, defensorem regionarium ecclesiae Romanae, missos suos, commendat. (Hanc ep. ante Bertradae reginae in Italiam iter [a. 770] scriptam esse censet Jaffé ed. I. Bertrada Romae praesente Abel Jahrb. p. 68). Cod. Carolini ep. 47 ap. Jaffé Bibl. IV. 158, Cenni Mon. I. 281, Duchesne H. Fr. SS. III. 761, Muratori R. It. SS. III. II. 178, Mansi XII. 695, Migne 89 p. 1253, 98 p. 255. Cf. Hefele III. 606, qui sine causa de huius epistolae fide dubitat. — „Dum omnium electorum".

Febr. 23. †2382 Monasterium S. Mariae Fabariense tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Bertrantio abbate. Subscripserunt 5 episcopi. Data Wormatiae 7. kal. Mart. anno 770. (Eichhorn Episc. Curien. cod. prob. 33 not 6, Wegelin Die Regesten d. A. Pfäffers I. 1 ap. Mohr Die Reg. d. Archive d. Schweizer Eidgen.), v. Pflugk-Harttung Acta I. 2 n. 3. — „Quum semper sint concedenda".

**768—771.**

Oct. 27. †2383 (CCCXVI) Monachis Hersfeldensibus, rogatu Lulli, archiepiscopi Moguntini, optionem eligendi abbatis concedit in „synodali concilio Romae in ecclesia b. Petri, anno VI. regnante Carolo gloriosissimo rege Francorum et Langobardorum ac patricio Romanorum". („Haec scriptio facta est a Benedicto cancellario Steph. III" cet. anno 774) Wenck Hess. Land. II. Urk. p. 4. — „Quoniam semper concedenda".

**769—771.**

Iun. 1. †2384 (CCCXV) Monasterium Hersfeldense, petente Lullo, archiepiscopo Moguntino, de cuiusvis ecclesiae iurisdictione eximit, bonaque eius confirmat in „synodali concilio Romae in ecclesia b. Petri, anno VI. regnante Carolo gloriosissimo rege Francorum et Langobardorum ac patricio Romanorum". (Scriptum p. m. Gregorii scriniarii S. R. E. in mense Maio ind. IX. Datum kal. Iunii p. m. Stephani secundicerii S. S. A. anno Steph. 5 ind. IX.) Wenck Hess. Land III. Urk. p. (2.) 4. Cf. Harttung Dipl. hist. Forschungen p. 140. — „Quoniam semper concedenda".

„ 24. †2385 (CCCXIV) Proculo, archiepiscopo Viennensi, respondet, se de vexata eius ecclesia valde dolere, „non solum quod eadem perantiqua, sed quod etiam Romano senatui peculiariter chara sit". Significat, se eam principibus Francorum commendasse. (Data p. m. Georgii notarii et scriniarii s. sedis apostolicae). Cum Proculus archiepiscopus iam a. 768 mortuus sit, illi anno attribuenda esset haec epistola, nisi dies Iun. 24 hoc interdiceret. Bosco Flor. Bibl. lacv. xyst. 44. — „Lectis literis".

**770. 771.**

2386 (1828) Bertradae, Deo sacratae, et Carolo, regi Francorum et patricio Romanorum, Ittherium missum, qui mirificam operam in recuperando b. Petri patrimonio Beneventano consumpserit, diligentissime commendat. Cod. Carolini ep. 48 ap. Jaffé Bibl. IV. 164, Cenni Mon. I. 271, Duchesne H. Fr. SS. III. 760, Muratori R. It. SS. III. II. 177, Mansi XII. 690, Migne 89 p. 1248, 98 p. 248. — „Dum tantis beneficiorum".

2387 (1827) Carolomanno, regi Francorum et patricio Romanorum, significat, litteras eius sibi redditas esse. Ad ea, quae Beraldus abbas (Epternacensis) et Audbertus, vir inluster, missi eius, retulerint, voce se respondisse. Cupit puerum eius nuper natum in suis „ulnis ex fonte s. baptismatis aut etiam per adorandi chrismatis unctionem spiritalem suscipere filium". Optima omina in reginam liberosque congerit. Cod. Carolini ep. 49 ap. Jaffé Bibl. IV. 166, Cenni Mon. I. 278, Duchesne H. Fr. SS. III. 766, Muratori

**770. 771.**

R. It. SS. III. II. 186, Mansi XII. 699, Migne 89 p. 1257, 98 p. 252. Cf. Abel Jahrb. p. 72 et 74. — „Dum tantam piae".

Legatos Ravennam mittit, „tam Caroli, regis Francorum et patricii Romanorum, missos (Ravennae morantes), quamque omnes Ravennianos admonens" de Michaelio invasore deiiciendo. (Quo factum est, ut Michaelius, cum „per unius anni spatium et eo amplius" sedem Ravennatem tenuisset, Romam vinctus mitteretur). Vita Stephani p. 154.

Romae

Leonem, archiepiscopum Ravennatem, consecrat. Vita Stephani p. 155.

**771.**

Laterani

A Christophoro coactus una cum sacerdotibus sacramentum dicit „suspectum quod cum hoste sentiret" adhibita dextra supra sacra universa quae condita erant in Lateranensi templo. Crantzius ap. Aventinum cf. Riezler Sitzungsber. d. Münchener A. 1881 p. 254.

(„)

Evocatur ad Desiderium, Langobardorum regem, poenas a Christophoro primicerio et Sergio secundicerio petendi causa apud b. Petrum cum exercitu considentem. Vita Stephani p. 157. (Quae in vitae Stephani capp. 28—32 traduntur, ea anno 771 accidisse, manifestum ex rerum serie est. Unum obstat testimonium Sigeberti Gemblacensis MG. SS. VI. 333, annum 769 praebentis; sed cuius omnino nulla est in annis describendis auctoritas, is ad res saec. VIII. adornandas ne minimum quidem afferre momentum potest.) Ad annum 769 haec et quae infra narrantur pertinere censet Gregorovius II. 325. Vide Abel Jahrb. p. 74. (Postridie ad Desiderium fugit. Crantzius l. l.)

In ecclesia b. Petri

cum Desiderio rege „pro iustitiis b. Petri loquitur", Vita Stephani p. 158. Regem „ante corpus b. Petri iureiurando promisisse pro iustitiis s. Dei ecclesiae faciendis", testatur vita Hadriani I. in Vignolii lib. pont. II. 165. Aspera consilia de Christophoro et Sergio inita eodem tempore esse, sequentia declarant. (Cum Desiderio rege foedus init. Crantzius l. l.)

In civitatem

revertitur a Desiderii regis colloquio. Vita Stephani p. 158.

In basilica Theodori papae (Laterani)

recedere iubet Christophorum et Sergium, „qui ascenderant in Lateranis ad capiendum suos insidiatores". Vita Stephani p. 158. Rem ipse Stephanus clarius exponit in epist. ad Bertradam et Carolum regem in cod. Carolini ep. 50 ap. Jaffé Bibl. IV. 168: „Unde (Christophorus et Sergius) cum Dodone (Carolomanni regis misso) in basilicam domni Theodori papae, ubi sedebamus, introierunt, sicque ipsi maligni homines insidiabantur nos interficere".

In ecclesia b. Petri

cum Desiderio rege, qui „tantummodo pro deceptione Christophori et Sergii insistit". Vita Stephani p. 158.

„

Andream Praenestinum et Iordanem Signiensem episcopos mittit „ad portam civitatis, quae egreditur ad b. Petrum, ubi Christophorus et Sergius cum multitudine populi resident, protestando eos, ut aut in monasterium ingrediantur ad suas salvandas animas, aut ad b. Petrum studeant properare". Vita Stephani p. 158. 159. (Legatos ad urbis portas cum mandatis mittit, qui hisce verbis exclamarunt: „Audite, Stephanus papa imperat in sermone divino, nolite bellare contra fratres vestros, sed expellite Christophorum ab Urbe et liberate civitatem et vos et filios vestros". Crantzius l. l.)

In ecclesia S. Petri

cum Desiderio rege moratur nocturno tempore, cum Christophorus et Sergius capti adducuntur. Vita Stephani p. 160, Stephani epist. in cod. Carolini ep. 50 ap. Jaffé Bibl. IV. 169.

c. Mart. 3. Romam

revertitur, relictis in ecclesia b. Petri apud Desiderium regem Christophoro et Sergio, qui paulo post luminibus orbantur, Vita Stephani p. 160. Cf. Vitam Hadriani I. p. 165. („Christophorus in vincula coniectus [a Romanis] pontifici et regi traditur, quem oculis orbatum, lingua praecisa, crudeliter enecavit. Haec in templo divi Petri in quadragesima perpetrata esse tum infanda, tum inaudita conqueritur Creontius, qui eo tempore ab epistolis erat Thessaloni III". Ita Aventinus vide Riezler l. l.)

2388 (1829) Bertradae, Deo consecratae, et Carolo, regi Francorum et patricio Romanorum, significat, cum Christophorus et Sergius filius ac Dodo, Carolomanni regis

**771.**

missus, necem sibi molientes, Lateranensis patriarchatus basilicam Theodori papae cum copiis irrupissent, se ope Desiderii, Langobardorum regis, qui Romae forte fuerit, in b. Petri ecclesiam evasisse. Quo facto, narrat illos portas urbis clausisse, sed cuncto populo pro sua salute propugnante, manus dare coactos, seque invito excaecatos noctu esse. Dodonem privato consilio neque iussu Carolomanni talia egisse, persuasum habet. Desiderium b. Petro prorsus satisfecisse, nunciat. Cod. Carolini ep. 50 ap. Jaffé Bibl. IV. 168, Cenni Mon. I. 267, Duchesne H. Fr. SS. III. 763, Muratori R. It. SS. III. II. 182, Mansi XII. 691, Migne 89 p. 1249, 98 p. 245. Vide Abel Jahrb. p. 74 et 77. — „Cum magno dolore".

Ad Desiderium regem mittit Anastasium diaconum, primum defensorum, et Gemmulum subdiaconum, „adhortans eum, ut ea, quae praesentialiter b. Petro pollicitus est, adimpleat". (Legatis Desiderius ita respondet: „Sufficiat apostolico Stephano, quia tuli Christophorum et Sergium de medio urbis, qui illi dominabantur, et non illi necesse sit iustitias requirendi; nam certe si ego ipsum apostolicum non adiuvero, magna perditio super eum eveniet, quoniam Carolomannus rex Francorum, amicus existens praedictorum Christophori et Sergii, paratus est cum suis exercitibus ad vindicandam eorum mortem, Romam properare, ipsumque capiendum pontificem"). Vita Hadriani I. p. 165.

**768—772.**

2389 (1830) Ariberto, archiepiscopo Narbonensi, et omnibus potentatibus Septimaniae et Hispaniae dolorem suum declarat, „quod plebs Iudaica infra fines et territoria Christianorum allodia haereditatum in villis et suburbanis, quasi incolae Christianorum, possideant per quaedam regum Francorum praecepta; et quod vineas et agros illorum Christiani homines excolant". Mansi XVIII. 177, Migne 129 p. 857 (sub Stephani VI. nomine). — „Convenit nobis".

2390 (1831) Omnibus Istriae episcopis, „quod „secularibus convolantes auxiliis a Gradensis archiepiscopatus sede recedere" inter seque consecrare ausi sint, et sacris interdicit et sacerdotium abrogat; utque tum consecrati, tum qui consecraverint, archiepiscopi iudicium subeant, anathemate proposito, imperat. Ughelli It. sacr. V. 1093, Cod. dipl. Istriano ad a. 768. — „Quisquis sacerdotali".

2391 (1832) Iohannem, episcopum (Gradensem), „attritum a perfidis et malignis civibus Istriarum provinciae" consolatur. Promittit, se „sicut praedecessorem suum sanctae recordationis dominum Stephanum (II.) papam" saluti eius serviturum; „quoniam" inquit „in vestro pacto generali, quod inter Romanos, Francos et Longobardos dignoscitur provenisse et ipsa vestra Istriarum provincia, ut constat, est confirmata atque annexa simul cum Venetiarum provincia; ideo confidat sanctitas tua, quia fideles b. Petri . . . sicut hanc nostram Romanorum provinciam et exarchatum Ravennatium, et ipsam quoque vestram provinciam pari modo ab inimicorum oppressionibus semper defendere procurent". De superioribus ad episcopos Istriae litteris significat. Danduli chron. ap. Muratori R. It. SS. XII. 144, Cod. dipl. Istriano ad a. 769, Cappelletti Le chiese d'It. IX. 29. — „Suscepit („Susceptis) itaque".

**772.**

Ian. 24. Moritur. „Qui et sepultus est ad b. Petrum apostolum et cessavit episcopatus dies octo" (cf. Vitam Stephani). Successor autem Stephani Hadrianus I. die 1. Febr. ut satis constat electus est. Ipsi autem electionis Hadriani diei mortem praedecessoris adscripserat Jaffé in ed. I. ex ea causa quod „dum de hac vita migraret Stephanus, illico Adrianus electus est" (Vita Hadriani p. 163). Quae verba, ut Abel Jahrb. p. 111 recte observat, non dicunt Hadrianum Stephano adhuc animam agente ad pontificatum pervenisse. Itaque sedit Stephanus, annos 3 m. 5 d. 24 (a. 3 m. 5 d. 27 leguntur in Vita eius).

# HADRIANUS I. 772—795.

Novam temporis tabularum indicandi rationem Hadrianus procedente pontificatu ascivit. More enim tralaticio cum etiam litteris d. 20. Febr. 772 exaratis Graecorum imperatorum annos (id quod postea accidit numquam) subiunxisset, mutato ritu annotare iam die 1. Dec. 781 inceperat, tum quibus pontificatus sui annis, tum quorum per manus et scriptae et datae chartae essent; idque hoc modo:

„Scriptum per manum

| | |
|---|---|
| Theodori notarii et scriniarii | in mense Nov., ind. V. (1. Dec. 781, ep. 2435) |
| Iohannis scriniarii | „ „ Oct., „ VI. (1. Nov. 782, ep. 2437) |
| Christophori not. et scrin. sedis nostrae | „ „ Iun., „ IX. (1. Iul. 786, ep.†2454) |

Datum kal. . . per manum

Anastasii scriniarii (1. Nov. 782, ep. 2437), primicerii (1. Iul. 786, ep. †2454), regnante domino Deo et salvatore (nostro) Iesu Christo (qui vivit et regnat) cum Deo patre (omnipotente) et spiritu sancto per infinita (immortalia) saecula, anno Deo propitio pontificatus nostri (domni Adriani) in sacratissima b. apostoli Petri sede . . , indictione . .“

**772.** *(Imp. Constantino a. 53, p. c. eius a. 33, Leone a. 21, ind. 10. — 1. Sept. — 11.)*

Febr. 1. Romae — Eligitur. Vita et textus epistolarum Hadriani I. ap. Mabillon Mus. Ital. I. II. 38 (ex Libri diurni formula LX: „De electione pontificis ad exarchum“, ed. Rozière p. 112): „Convenientibus nobis, ut moris est, cuncti sacerdotes ac proceres ecclesiae et universus clerus atque optimates et universa militaris praesentia seu cives honesti et cuncta generalitas populi istius Romanae urbis . . . concurrit atque consentit electio. Hoc vero decretum a nobis factum subter, ut praelatum (sic) est, manibus propriis roborantes, in archivio R. E. in Lateranensi scrinio pro futurorum temporum cautela recondi fecimus, mense Februario ind. X.“ Annal. Auscienses (manu saec. IX. exarati) ad annum 772 MG. SS. III. 171: „Adrianus suscepit kalendis Februarii“.

„ 1. („) — „In ipsa electionis suae die, confestim eadem hora qua electus est, reverti fecit indices illos huius Romanae urbis tam de clero quam de militia, qui in exilium ad transitum Stephani (III.) missi fuerant a Paulo cubiculario, cognomento Afiarta, et aliis consentaneis impiis satellitibus. Sed et relictos, qui in arcta custodia mancipati ac retrusi erant, absolvi fecit.“ Vita Hadriani I. l. l.

„ („) — 2392 (1833) „Indiculum rectae fidei componit . . . Hadrianus misericordia Dei diaconus et electus, futurusque per Dei gratiam huius apostolicae sedis antistes“. Vita et textus epist. Hadriani I. ap. Mabillon Mus. It. I. II. 39, 43, (Libri diurni form. LXXXIII, ed. Rozière p. 174). — „Ego Adrianus“ („Tibi profiteor“).

„ — 2393 (1834) „Reverendissimis fratribus et dilectissimis (filiis) universae plebis Dei ... professionem rectae et orthodoxae fidei“ mittit. Vita et textus epist. Hadriani I. ap. Mabillon Mus. It. I. II. 39, 43, (Libri diurni form. LXXXIV, ed. Rozière p. 182). — „Ad hoc apostolicae“.

„ 9. — Consecratur. Diem ex tempore regiminis, cum dies mortis constet, comperimus. Sed „Vetustissimum kalendarium Gellonense tempore Caroli M. scriptum“ Hadriani Romani episcopi ordinationem notare „IV. non Martii“, docet Mabillon in Mus. It. I. II. 38.

„ „ — 2394 (1835) Tertiam fidei professionem die consecrationis edit. Vita et textus epist. Hadriani I. ap. Mabillon Mus. Ital. I. II. 39, (Libri diurni form. LXXXV, ed. Rozière p. 203). — „Hodiernae diei“.

„ — „In ipso exordio consecrationis“ colloquitur cum Theodicio Spoletino et Tunnone Eporediensi ducibus et Prandulo vestiario, a Desiderio, Langobardorum rege, amicitiae conciliandae causa missis, qui papae, de regis sinceritate dubitanti, „confirmant sub vinculo sacramenti: quod eorum rex omnes iustitias, quas Stephano papae non fecerat, pontifici ... perficiat, et in vinculo charitatis insolubili connexione cum eo fore permansurum“. Vita Hadriani p. 164-166.

„ — Ad Desiderium, Langobardorum regem, mittit Stephanum, notarium regionarium et sacellarium, atque Paulum (Afiartam), cubicularium et superistam. Vita Hadriani p. 166.

„ 20. — 2395 (1837) Monasterium S. Mariae Farfense Miccioni, „notario regionario et priori vestiarii s. ecclesiae, atque eius omnibus successoribus, apostolicae sedis vestiarii prioribus“, ab iniuriis „hominum nostrae Romanorum reipublicae“ tuendum committit. (Scribere nolim cum Jaffé ed. 1. „Apr. 22“ i. e. X. kal. Mai., cum omnes cdd. habeant

| | | |
|---|---|---|
| | | **772.** *(Imp. Constantino a. 53, p. c. eius a. 33, Leone a. 21, ind. 10. — 1. Sept. — 11.)* „X. kal. Mart."). Il Regesto di Farfa II. 83, Chron. Farf. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 346, Galletti Del vestarario p. 25, Margarini Bull. Cas. II. 13, Cocqu. I. 158, Bull. Rom. E. T. I. 254. — „Cum maxima nobis". |
| c. Febr. | | 2396 (1840) *Ad Carolum, regem Francorum et patricium Romanorum, „dirigit suos missos (in his Petrum) marino itinere cum apostolicis litteris, deprecans eius excellentiam, ut, sicut suus pater s. m. Pippinus, et ipse succurrat atque subveniat s. Dei ecclesiae et afflictae Romanorum seu exarchatus Ravennatium provinciae, atque plenarias b. Petri iustitias et ablatas civitates a Desiderio rege exigat". Vita Hadriani p. 179, Pauli diac. cont. MG. SS. Lang. p. 201. 212, Annales Laurissenses 773 MG. SS. I. 150, Chron. Moissiac. ibid. p. 295. Cf. Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karol. I. 62 et de tempore Abel Jahrb. p. 114. |
| Apr. in. | | 2397 (1836) *Ad Desiderium regem mittit „deprecatorias litteras, ut civitatem Faventiam et ducatum Ferrariae seu Comiaclum de exarchatu Ravennate" (quas urbes invaserat, duobus mensibus post Hadriani creationem nondum exactis) „reddat; increpans eum fortiter per sua scripta, cur de promissione illa, quam per suos missos pollicendo direxerat, mutatus fuisset; etiam quia iustitias b. Petri iuxta ut repromiserat, non reddidit, insuper et civitates illas, quas antecessores eius beatissimi pontifices, domnus Stephanus, Paulus, et itidem Stephanus detinuerunt, abstulisset". Vita Hadriani p. 167. 168. Cf. Langob. Reg. Neues Archiv III. 312. |
| c. Apr. | | Leoni, archiepiscopo Ravennati, „clam nimisque secrete" praecipit per Iulianum tribunum (Ravennatem), ut Paulum (Afiartam), a Desiderio rege revertentem, aut Ravennae aut Arimini detineat. (Desiderio enim, cum Hadrianum, ut Carolomanni filios Francorum reges consecraret, ad se venire frustra iussisset, Paulus Afiarta, Hadriani legatus, promiserat, sese papam seu vellet seu nollet ad regem adducturum esse). Vita Hadriani p. 168. 169. |
| „ „ | In patriarchio Lateranensi | Ab universis primatibus ecclesiae ac iudicibus militiae rogatur, ne Sergii secundicerii (a. 771 excaecati) caedem impunitam ferat, quam, auctoribus Paulo Afiarta cubiculario et Gregorio defensore regionario et Iohanne duce, Stephani III. papae fratre, et Calvulo cubiculario, diebus octo ante obitum Stephani III. perpetratam fuisse, habita quaestione apparuerat. Vita Hadriani p. 169-171. |
| | | Ravennam mittit acta quaestionis de caede Sergii secundicerii habitae, ut Paulo Afiartae legantur, Arimini comprehenso custodiaeque mandato. Vita Hadriani p. 172; cf. ibid. p. 169. |
| Mai. 17. | | Theodonem, filium Tessalonis ducis Baiovariae baptizat et ungit. Annal. Admunt. MG. SS. IX. 572 et Ann. S. Rudberti Salisburg. ibid. p. 769; (tempus pentecostes indicat Crantzius ap. Aventinum cf. Riezler Sitzungsber. der Münch. Akad. 1881 I. 255). |
| | | 2398 (1838) *Constantino et Leoni imperatoribus de Sergii secundicerii nece significat. Rogat, „ut pro emendatione tanti reatus Paulum (Afiartam) suscipi et in ipsis Graeciae partibus in exilio mancipatum retineri praecipiant". Vita Hadriani p. 173. |
| | | Leoni, archiepiscopo Ravennati, mittit suam ad imperatores epistolam, quacum Paulum Afiartam „Constantinopolim in exilio (exsilium) sive per Venetias, sive per alium locum dirigat". Vita Hadriani p. 173. |
| | | Ad Desiderium regem „deprecationis atque adhortationis causa pro restituendis ab eo ablatis civitatibus" Gregorium saccellarium mittit, (cui simul mandat, ut Papia revertens Paulum Afiartam Ravenna Romam reducat). Vita Hadriani p. 174. |
| | (Romae) | 2399 (1839) *Leoni, archiepiscopo Ravennati, qui Paulum Afiartam necari iusserat, utque ob eam causam „apostolicae sibi dirigerentur litterae consolationis", petierat, respondet: „ipse videat, quid in eodem Paulo operatus est". „Nam certe ego" inquit „animam eius cupiens salvare, poenitentiae eum submitti decreveram, ideo meum saccellarium direxi, huc Romam eum deferendum". Vita Hadriani p. 175. |
| | | Ad Desiderium regem „deprecationis causa" Probatum, monasterii S. Mariae in territorio Sabinensi siti abbatem monachosque viginti mittit. Vita Hadriani p. 176. |
| | | Andreae referendario et Stabili duci, Desiderii regis legatis, respondet, se ante, quam ablatae civitates sibi restitutae sint, ad regem non venturum. Vita Hadriani p. 177. |
| | | Ad Desiderium regem mittit „Pardum, religiosum egumenum monasterii b. Sabae, et Anastasium primum defensorem". Vita Hadriani p. 178. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **773.** |
| a. Apr. 18. | | †2400 *Pro monasterio Campidonensi intervenit. Vide Caroli diploma spurium (Romc, in s. die pascae a. inc. 773, ind. XI, a. regni 6, a. imp. 1.) ap. Sickel Acta Karol. II. 395. |
| Apr. 19. | | †2401 (cccxx) Episcopatus Argentinensis archidiaconatus septem, ab Ethone episcopo constitutos, legesque de canonicorum bonis praesente Karolo rege Francorum confirmat. (Scriptum p. m. Zachariae S. R. E. bibliothecarii. Actum Romae in feria 2 paschae anno dom. 773 coram multis principibus.) Wiegand Urkundenb. v. Strassburg I. 8, Grandidier Hist. de l'église de Str. II. 111, Migne 96 p. 1243, (Schoepflin Als. Dipl. I. 46). — „Convenit apostolico". |
| | Romae | Andreae referendario ceterisque Desiderii regis legatis, adventum eiusdem nunciantibus, respondet, nisi ablatae b. Petro civitates restituantur, sese cum Desiderio non esse collocuturum. Vita Hadriani p. 180. |
| | | 2402 (1841) *Desiderio regi Romae appropinquanti, „facto in scriptis anathematis verbo, dirigit tres episcopos, Eustratium Albanensem, Andream Praenestinum et Theodosium Tiburtinae civitatis; protestans eum in eodem obligationis exhortationisque verbo et adiurans per omnia divina mysteria, ut nullo modo fines Romanorum sine eius absolutione ingredi aut conculcare praesumat neque ipse, neque quispiam Langobardorum, sed nec Autcharius Francus", (qui Carolomanni regis viduam filiosque in Italiam adduxerat). Vita Hadriani p. 181. |
| | Romae | Caroli, Francorum regis, legatis, Georgio episcopo, Gilfardo (monasterii S. Martini Turonensis) abbati et consiliario, et Alboino „delicioso ipsius regis", de Desiderii regis factis voce exponit. Vita Hadriani p. 181. |
| | | 2403 (1842) *Ad Carolum Francorum regem legatos mittit „cum apostolicis admonitionum syllabis, adiurans eum fortiter, ut ea, quae b. Petro cum suo genitore s. m. Pippino rege pollicitus sit, adimpleat, et redemptionem s. Dei ecclesiae perficiat, seu universa, quae ablata sint a perfido Langobardorum rege, tam civitates, quam reliquas iustitias sine certamine reddere b. Petro faciat". Vita Hadriani p. 182. |
| | In ecclesia b. Petri | Spoletinos in b. Petri fidem recipit, iisque, quem elegerant, Hildebrandum ducem praeficit. Vita Hadriani p. 185. 186. |
| | | *Alberto, archiepiscopo Eboracensi, pallium tribuit. Chronica de Mailros ad a. 773 ed. J. Stevenson p. 8 et ap. Fell R. Angl. SS. p. 138. |
| | | **774.** |
| Apr. 2. | In gradibus ecclesiae b. Petri | Carolum Francorum regem excipit „sabbato sancto". Ad corpus b. Petri descendentes tam papa quam rex cum iudicibus Romanorum et Francorum sese mutuo per sacramentum muniunt. Vita Hadriani p. 189; Leonis chron. Cas. L. I. c. 12 MG. SS. VII. 589, cf. Ann. Lauriss. min. ibid. I. 117 et Waitz Sitzungsber. d. Berl. Akad. (1882) XIX. 413, Enhardi Fuld. ann. 773 ibid. 348. Cf. Waitz Verfassungsgesch. III. 164, Böhmer-Mühlbacher I. 65. |
| „ 2. | Romam | ingreditur cum Carolo rege „in eodem sabbato sancto". Vita Hadriani p. 190. |
| „ 2. | In basilica | (Salvatoris iuxta Lateranum) cum Carolo rege, ubi papa s. baptismatis sacramentum celebravit. Vita Hadriani p. 191. |
| „ 3. | In ecclesia S. Mariae ad praesepe | cum Carolo rege „dominico sancto in paschali festivitate", missarum sollemnia celebrat. Vita Hadriani p. 191; cf. Annal. Lauriss. min. l. l., Annal. Laurissenses 773 MG. SS. I. 152, Leonis chron. mon. Cas. l. l. (Vide ep. †2412). |
| „ 3. | in patriarchio | (Lateranensi) cum Carolo rege, „ad mensam apostolicam pariter epulati sunt". |
| „ 4. | In ecclesia b. Petri | cum Carolo rege „alio die, secunda feria" ubi missam celebrat. Vita Hadriani p. 192. |
| „ 5. | In ecclesia b. Pauli | cum Carolo rege „tertia feria" ubi missam celebrat. Vita Hadriani p. 192. |
| „ 6. | In ecclesia b. Petri | „Quarta feria" cum Carolo rege, qui „cum (Pippini regis) promissionem, quae in Francia in loco, qui vocatur Carisiacus, (Stephano II. a. 754) facta est, sibi relegi fecisset, aliam donationis promissionem ad instar anterioris ascribi iussit per Etherium (lege: Itherium) capellanum et notarium suum, ubi concessit easdem civitates et territoria beato Petro, easque (Hadriano) pontifici contradi spopondit per designationem confinium, sicut in eadem donatione contineri monstratur, id est: a Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, inde in Berceto, deinde in Parma, deinde in Regio et exinde in Mantua atque in monte Silicis, simulque universum |

**774.**

exarchatum Ravennatium, sicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum et Istriam, necnon et cunctum ducatum Spoletinum seu Beneventanum". Vita Hadriani p. 192. 193. De hac donatione, utrum fide digna sit annon, valde disceptatum est inter eos auctores, quorum nomina supra (p. 273) ad donationem Carisiacensem attulimus. Hic notandi sunt praecipui Abel Forschungen z. D. G. I. 457 et Jahrb. p. 131 (qui chartam Carisiaci datam iteratam esse censet), v. Sybel Hist. Zeitschr. 44 p. 67 (qui promissionem Ponthicone factam nunc confirmatam esse exponit). Cf. Martens l. l. Ficker Forschungen z. It. Rechtsgesch. II. 329. 341. 347. 448, Sickel Act. Karol. II. 380, Niehues, Böhmer-Mühlbacher I, 66 ad relationem Libri Pontificalis accedunt.

2404 „Carulum Magnum regem, dominum excell. filium" Romae degentem, cum collectionem canonum ei offerret, carmine acrosticho salutat. Sirmond Concilia Galliae II. 117, Bouquet Recueil V. 403, Migne 96 p. 1241, Maassen Gesch. der Quellen des can. R. I. 965, Dümmler MG. Poetae Lat. Med. Aevi I. 90; cf. Abel Jahrb. p. 137, Baxmann Politik d. Päpste I. 295. — „Divina fulgens".

2405 *Cum Carolo rege convenit de censu et pensionibus et ceteris dationibus, quae de Tuscia Langobardorum vel ducatu Spoletino in palatio regis Langobardorum annuatim inferebantur. Deusdedit Coll. can. III. c. 150.

Apr. †2406 Monasterii Campidunensis S. Mariae (dioc. Constantiensis) bona ac iura abbati Audegario, petentibus Romae constitutis Carolo imperatore et Hiltigarda coniuge et multis aliis principibus, confirmat, monasterium suscipiens sub apostolica protectione. (Translatio exstat germanica saec. XV. cum subscriptione: „Geschriben mit der Hand Gregoria, des offen schribers römschen båbstlichen ståls in dem Monat Aprilis. Indicione XI. Luna XXI. Do man zalt 773, in dem andern iar des obrosten bischoffs Adriani, die engengen waren Kaiser Karolus und Hiltigard die Kaiserin und ander vil). v. Pflugk-Harttung Forschungen z. D. G. XXI. 230 (qui diem „Apr. 21" huic bullae adscribit. Cf. Caroli diplomata spuria eidem monasterio Apr. 3. 774 concessa ap. Böhmer-Mühlbacher I. 65. 66. — „Convenit apostolicae auctoritati" („Es zimpt båpstlichem gewalt").

Iun. †Synodus episcoporum 153 (155) Romae in patriarchio Lateranensi in ecclesia S. Salvatoris cum Papiae Desiderium regem cepisset Carolus et iterum Romam reversus esset celebrata. Quae Carolo tradidit ius eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem patriciatus (ita lege pro patriarchatus), investituram quoque archiepiscoporum et episcoporum per singulas provincias, quos nisi a rege investitos sub poena anathematis et amissione bonorum nemo consecret. Pauli diac. continuatio 3 MG. SS. Langob. p. 214 (cf. p. 203), Auctar. Aquicin. (scil. Sigiberti Gemblacensis) MG. SS. VI. 393, Ivonis pan. VIII. c. 134, Gratiani D. LXIII c. 22 (Hinschius K. R. I. 229), De investitura episcoporum ap. Ludewig Reliquiae manuscr. XII. 433. Cf. Bernheim Forschungen zur D. Gesch. XV. 633, Hinschius K. R. I. 229. De hac et aliis narrationibus haud fide dignis, quae ad hoc tempus spectant, vide Abel Jahrb. p. 135, Böhmer-Mühlbacher I. 67.

†2407 *Ecclesiae Osnabruggensis in provincia Westfala fundandae consilium et consensum Carolo regi praebet. Wilmans Die Kaiserurkunden d. Prov. Westfalen I. 343. 366. 372. Cf. Böhmer-Mühlbacher I. 66 (ad Apr. 4. 774).

**774 ex.**

2408 (1844) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, affirmat, a Leone, archiepiscopo Ravennate, mendacia in fraudem suam nunciata esse. Quem queritur, cum rex Papia in Franciam rediisset, pulsis ex Aemiliae civitatibus actoribus suis, divulgasse, Faventiam, Forumpopuli, Forumlivii, Caesenam, Bobium, Comaclum, Ferrariam, Imolam, Bononiam cum universa Pentapoli ecclesiae Ravennati concessas ab eo esse. Decessores suos inde a Stephano II. asseverat usos iure esse actores iudicesque Ravennam ac per cunctum exarchatum mittendi. Videat, ne iam peiore sit conditione ecclesia, quam Langobardorum temporibus. Anastasium cubicularium, legatum suum, commendat. Cod. Carolini ep. 51 ap. Jaffé Bibl. IV. 170, Cenni Mon. I. 320, Duchesne H. Fr. SS. III. 773, Muratori R. It. SS. III. II. 205, Savioli Ann. Bol. I. II. 18, Mansi XII. 821, Migne 98 p. 283. — „Pervenit ad nos eo".

p. Sept. 2409 (1843) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum,

**774 ex.**

post Roma discessum „immensas victorias" (cf. Ann. Laurissenses ann. 774 MG. SS. I. 152) adepto, gratulatur. Gausfredum abbatem Pisanum (latorem huius ep.), ex insidiis Allonis ducis (Lucensis) Romam elapsum, et cum Anastasio, misso suo, ad eum accedentem, commendat. Pisano et Lucensi ac Regio episcopis postliminium petit. Cod. Carolini ep. 52 ap. Jaffé Bibl. IV. 173, Cenni Mon. I. 317, Duchesne H. Fr. SS. III. 774, Muratori R. It. SS. III. II. 207, Mansi XII. 770, Migne 98 p. 280. — „Reversus a vestris".

**772—775.**

2410 (1845) *Carolo, Francorum regi, respondet, se pallium Tilpino, archiepiscopo Remensi per Fulradum „abbatem, Franciae archipresbyterum" petitum misisse. Flodoardi Hist. Rem. L. II. c. 17 MG. SS. XIII. 465; cf. epist. ad Tilpinum ibid. p. 463.

**c. 775.**

2411 (1846) Tilpini, archiepiscopi Remensis, iura metropolitana confirmat. Mandat, adhibitis Viomago (Trevirensi) et Possessore episcopis, Caroli regis Francorum missis, ordinationem, fidem moresque Lulli, episcopi Mogontini, examinet, ut, „si aptus fuerit" inquit „et dignus ad episcopalem cathedram gubernandam, expositam et conscriptam et manu sua propria subscriptam catholicam et orthodoxam fidem per missos suos cum litteris ac testimonio tuo, seu aliorum episcoporum, quos tecum esse mandavimus, ad nos dirigat, ut pallium illi secundum consuetudinem transmittamus et ordinationem illius firmam iudicemus et in eadem s. ecclesia Mogontina archiepiscopum constitutum esse faciamus". Flodoardi Hist. Rem. L. II. c. 17 MG. SS. XIII. 463, Bouquet Rec. V, 593, Gall. Chr. X. Instr. 1, Mansi XII. 844, Migne 96 p. 1212. (Boll. AA. SS. 16. Oct. VII. II. 1072, Hinschius K. R. I. 602 hanc bullam spuriam esse censent. Pro genuina eam habent Abel Jahrb. p. 159. 161, v. Noorden Hincmar von Rheims p. 19, Le Cointe Ann. eccl. VI. 100, Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 39, ubi videas p. 40 Lulli indiculum fidei a. 780, Mart. 8.) — „Quia ad petitionem".

**775.**

Ian. 1. †2412 (CCCXVII) Bertherio, episcopo Viennensi, significat, se cum Karolo rege apud S. Petrum die paschali constituisse, ut metropolitanorum iura ac possessiones, a Francis per octoginta fere annos imminuta, restituerentur. (Datum kal. Ian. imperante aug. Constantino [Const. VI.] anno X. [790 aut 786] et a [legunt exempla quaedam pro 'anno X et a': 'annuente'] Deo coronato rege Carolo anno 1. patriciatus eius [i. e. cum Ian. 1. datum sit a. 775; cf. pseudosynodum supra allatum]). Hugonis Flav. chron. MG. SS. VIII. 344, Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. p. 46, Severtii Chronol. hist. II. 26, Gallia Christ. XVI instr. 2, Bouquet Rec. V. 595, Mansi XII. 847, Migne 96 p. 1215, Ragut Chartulaire de St. Vincent de Macon p. 19 (ad a 774); cf. Abel Jahrb. p. 139, Waitz Deutsche Verfassungsg. III. 164. 177. — „Dilectus ac gloriosus" „Dilectus filius ac" „Dilectus et illustris".

a. Oct. 2413 (1856) Caroli, regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, „immensa prosperitate", ex litteris eius cognita, laetatur. Wilcharium archiepiscopum (Senonensem) et Dodonem abbatem affirmat ideo esse a sese benigne exceptos, quod unumquemque legatorum eius pari modo recipere soleat. Petit, ne de sua erga eum dubitet voluntate, neu malignis de sese sermonibus credat. Eum mense Octobri ad solvenda promissa venturum in Italiam esse gaudet. Possessori episcopo et Dodoni abbati, legatis eius, Andream (Praenestinum) et Valentinum episcopos adiungit. Pardum egumenum (abbatem) scribit ob valetudinem non posse proficisci, Anastasium, missum suum, propter „aliqua importabilia verba" ab eo retentum esse, dolet; quem dimitti cupit. Pascalem et Saracinum, fraudulentos ipsius detractores, miratur in honore apud eum esse; de iisque poenas sumat hortatur. Cod. Carolini ep. 53 ap. Jaffé Bibl. IV. 175, Cenni Mon. I. 360, Duchesne H. Fr. SS. III. 768, Muratori R. It. SS. III. II. 196, Mansi XII. 762, Migne 98 p. 311. — „Desiderantissimae vestrae".

2414 (1847) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, de promissis, per litteras ac per Andream episcopum (Praenestinum) et Anastasium cubicularium (latores huius ep.) factis, gratias agit. Quae ut quam primum exsolvat, petit. Leonem archiepiscopum (Ravennatem) ad eum accessisse non aegre fert;

**775.**

verum addit, itineris consilium si sibi significasset, se legatum illi adiuncturum fuisse. Cod. Carolini ep. 54 ap. Jaffé Bibl. IV. 179, Cenni Mon. I. 324, Duchesne H. Fr. SS. III. 772, Muratori R. It. SS. III. II. 204, Mansi XII. 769, Migne 98 p. 286. — „Revertentes ad nos“.

Oct. 27. 2415 (1848) Caroli, regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, litteras exspectat. Iohannis, patriarchae Gradensis, epistolam hoc die 27. Octobris acceptam e vestigio mittit. Quam nunciat a Leone, archiepiscopo Ravennate, eo consilio resignatam fuisse, ut Arghisum, ducem Beneventanum, ceterosque ipsius et Caroli inimicos de ea erudiret. Eundem archiepiscopum e Francia reducem queritur Ravennates vel Aemilienses, quominus „pro accipiendis praeceptis“ Romam adeant, impedire, pulsisque vel captis iis, quos ipse in Aemiliae civitatibus Gabellique ordinasset, iactare, Imolam et Bononiam Ravennati ecclesiae non Romanae tributas a Carolo esse. Cod. Carolini ep. 55 ap. Jaffé Bibl. IV. 182, Cenni Mon. I. 327, Duchesne H. Fr. SS. III. 771, Muratori R. It. SS. III. II. 202, Savioli Ann. Bol. I. I. 16, Migne 98 p. 288. — „Dum tanta amoris“.

Nov. 2416 (1849) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, scribit, quos ad „omnia secundum promissionem contradenda“ auctumno legatum iri per Andream episcopum (Praenestinum) nunciasset, missos „per totum Septembrem et Octobrem et praesentem Novembrem“ a sese frustra exspectatos esse, neque, uti iudices eius, Papiae constituti, significaverint, hoc tempore venturos. Mittit igitur Andream episcopum et Pardum abbatem. Promissa effici cupit. A Leone, archiepiscopo Ravennate, queritur Imolam et Bononiam teneri, earumque civitatum aditu Gregorium, sacellarium suum, arceri, Dominicum, comitem Gabelli a sese constitutum, vinculis mandatum esse, et habitatores Faventiae, Ferrariae, Comacli, Forilivii, Foripopuli, Caesenarum, Bobii et Tribunatus decimi, ne Romam adeant, impediri. Cod. Carolini ep. 56 ap. Jaffé Bibl. IV. 185, Cenni Mon. I. 331, Duchesne H. Fr. SS. III. 769, Muratori R. It. SS. III. II. 199, Mansi XII. 765, Migne 98 p. 291. — „Dum in tanta securitatis“.

2417 *Possessorem episcopum et Rabigaudum abbatem, legatos Caroli regis, Spoleti diutius degentes hortatur, ut Romam veniant et secum de exaltatione s. ecclesiae agant. Deinde autem Beneventum proficiscantur. Vide ep. sequentem ap. Jaffé Bibl. IV. 190.

**775 ex.**

2418 (1851) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, queritur, Possessorem episcopum et Rabigaudum abbatem, legatos eius, cum „omnem praeparationem et caballos“ obviam missos Perusiae invenissent, non recta Romam, sed Spoletum adiisse ad Hildibrandum (ducem Spoletinum), indeque, vitata Urbe, Beneventum se contulisse. De conturbatione sua significat. Promissi ducatus Spoletini eum admonet, rogatque, ut per alios missos et animum suum relevet, et, quod pollicitus sit, efficiat. Cod. Carolini ep. 57 ap. Jaffé Bibl. IV. 188, Cenni Mon. I. 339, Duchesne H. Fr. SS. III. 776, Muratori R. It. SS. III. II. 210, Mansi XII. 823, Migne 98 p. 297. Cf. de tempore Abel Forschungen z. D. G. I. 464, Jahrb. I. 191. — „Omnino confidimus“.

2419 (1852) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, nunciat, cum Possessor et Rabigaudus, Benevento Romam advecti, Hildibrando, duci Spoletino, adventuro obsides mitti securitatis causa postulassent, a Stephano sacellario, Spoletum misso, Arigisi Beneventani, Rodcausique Foroiuliani, et Reginbaldi Clusini ducum repertos esse legatos, cum Hildibrando conspirantes, ut „proximo Martio mense adveniente cum caterva Graecorum et Athalgiso, Desiderii filio“, Romam invaderent, regnumque Langobardorum restituerent. Hortatur, ut sibi quam maturrime suppetias adveniat. Cod. Carolini ep. 58 ap. Jaffé Bibl. IV. 191, Cenni Mon. I. 343, Duchesne H. Fr. SS. III. 778, Muratori R. It. SS. III. II. 212, Mansi XII. 824, Migne 89 p. 300. — „Reminiscere consideramus“.

2420 (1853) Caroli, regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, litteris, Possessori et Rabigaudo ad sese datis, gaudet, quibus cognoverit, eum Italiam „vel“ Romam post reditum e Saxonia adeundi consilium cepisse. Adventuro se

**775 ex.**

obviam profecturum esse scribit. Missos eius laudat et commendat. Cod. Carolini ep. 59 ap. Jaffé Bibl. IV. 194, Cenni Mon. I. 347, Duchesne H. Fr. SS. III. 781, Muratori R. It. SS. III. II. 217, Mansi XII. 826, Migne 98 p. 302. — „Dum tanta securitatis".

**776.**

Ian. 13. †2421 (CCCXVIII) Monasterii (S. Silvestri) Nonantulani privilegia ac bona confirmat. Exempla integra saec. XI et XII. tria sunt in tabulario Nonantulano (Archivio della mensa abbaziale) quae valde inter se differunt. (Authenticum, ut ipse dicit, in papyro scriptum et prae nimia vetustate partim consumptum, quoad colligi potuit, privilegio suo Innocentius III. papa 1213, Ian. 13 [Potthast reg. 4756] inseruit. Innocentii III. epp. ed. Baluze II. 776, Migne 216 p. 861, Cocquelines III. 161, Bull. R. E. T. III. 280, Marini I papiri p. 9.) Cf. v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 63. 65. 175, Tiraboschi St. di Non. p. 191, Marini l. l. p. 217. Tempus quod praebemus v. Pflug-Harttung ex chartis hausit; est ind. XIV. Ian. 13 et convenit cum nota „ind. XIV. Ian. 13" in epp. Stephani II. †2310 et Iohannis IX. (ed. I.) CCCLIII. — „Constat omnibus" „Quaeque ad" („. . domibus atque").

p. Febr. 7. 2422 (1850) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, mittit Stephani, episcopi Neapolitani, de Constantini imperatoris obitu (775, Sept. 14.) litteras, „septima die praesentis Februarii mensis" acceptas. Raginaldum, antea castelli Felicitatis castaldium, nunc ducem Clusinum, pelli ex Tuscia postulat, quia facta irruptione in castelli Felicitatis civitatem, b. Petro donatam, castellanos abduxerit. Cod. Carolini ep. 60 ap. Jaffé Bibl. IV. 196, Cenni Mon. I. 336, Duchesne H. Fr. SS. III. 779, Muratori R. It. SS. III. II. 214, Mansi XII. 773, Migne 98 p. 295. — „Excellentissimae et a Deo".

**778.**

Mai. 2423 (1854) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, cum per Philippum episcopum et Megistum archidiaconum, missos apostolicos, se una cum regina, ut filius nuper natus baptizaretur, diebus paschalibus Romae fore, significasset, declinasse a proposito dolet. Monet, videat, ut „sicut temporibus b. Silvestri a Constantino magno imperatore per eius largitatem Romana ecclesia elevata atque exaltata sit, ita et in his temporibus germinet, ut omnes gentes edicere valeant: „„Domine, salvum fac regem, ... quia ecce novus Constantinus imperator his temporibus surrexit"". Haec addit: „Sed et cuncta alia, quae per diversos imperatores, patricios etiam et alios in partibus Tusciae, Spoletio seu Benevento, atque Corsica simul et Sabinensi patrimonio b. Petro concessa sunt, et per nefandam gentem Langobardorum ablata sunt, restituantur; unde et plures donationes in sacro nostro scrinio Lateranensi reconditas direximus". Philippum et Andream (Praenestinum) episcopos et Theodorum, ducem suum, commendat. Cod. Carolini ep. 61 ap. Jaffé Bibl. IV. 197, Cenni Mon. I. 350, Duchesne H. Fr. SS. III. 766, Muratori R. It. SS. III. II. 194, Mansi XII. 819, Migne 98 p. 304. — „Dum nimio provocati".

Mai. 2424 (1855) (Carolo regi), irruptionem regno imminere ab Agarenis nuncianti, victoriam precatur. Iterum commendat Andream (Praenestinum) et Philippum episcopos et Theodorum, nepotem suum, quos missos scribit „ante aliquantos dies istius Maii mensis". Significat, „generalem exercitum" suum in Campaniam profecturum, tum quia cum Caietanis et Terracinensibus coniuraverint Beneventani, ut civitates Campanas ex b. Petri ditione sub potestatem redigerent patricii Siciliae, in castro Caietano degentis, tum quia Campani saepius sint a sese per Philippum episcopum et Pascalem nepotem suum nequicquam admoniti, „ut ad sui praesentiam coniungerent, aut per unamquamque civitatem primates quinque ad Caroli praecellentiam mitterent". Beneventanos per litteras regis missumque deterreri ab incepto cupit. Cod. Carolini ep. 62 ap. Jaffé Bibl. IV. 201, Cenni Mon. I. 355, Duchesne H. Fr. SS. III. 790, Muratori R. It. SS. III. II. 232, Mansi XII. 787, Migne 98 p. 307. Cf. Abel Forschungen z. D. G. I. 491. — „Destinavit nobis".

**774—780.**

2425 (1857) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, respondet, vota faciens, ut Deus „victorem eum super omnes barbaras nationes faciat".

**774—780.**

Benevolentiam eius in b. Petrum confirmat. Cod. Carolini ep. 63 ap. Jaffé Bibl. IV. 203, Cenni Mon. I. 366, Duchesne H. Fr. SS. III. 780, Muratori R. It. SS. III. II. 216, Mansi XII. 776, Migne 98 p. 315. — „Mellifluae et a Deo“.

2426 (1858) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, rescribit, non Saracenis Romanos vendidisse mancipia, sed Langobardos Graecis. Quorum quosdam in portu Centumcellensi suo mandatu comprehensos, navesque eorum combustas esse nunciat. Allonem ducem queritur eodem modo Graecos tractare ceteros recusasse. Sacerdotum suorum mores tuetur. Cod. Carolini ep. 64 ap. Jaffé Bibl. IV. 204, Cenni Mon. I. 368, Duchesne H. Fr. SS. III. 783, Muratori R. It. SS. III. II. 220, Mansi XII. 778, Migne 98 p. 317. Cf. de anno 779 Abel Forschungen z. D. G. I. 493, Jahrb. p. 210. — „Insignis praeconii“.

**776—780.**

2427 (1859) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, significat, Mauricium, episcopum Histriensem (Aemoniensem?) cum mandatu eius pensiones b. Petri in Histria exigeret, a Graecis ipsisque Histriensibus excaecatum esse, studere illum suspicantibus, ut Histriam in Caroli potestatem redigeret. Rogat, praecipiat Marcario, duci Foroiuliensi, ut Mauricium dimitti iubeat. Cod. Carolini ep. 65 ap. Jaffé Bibl. IV. 207, Cenni Mon. I. 372, Duchesne H. Fr. SS. III. 776, Muratori R. It. SS. III. II. 209, Mansi XII. 773, Migne 98 p. 320. — „Credimus, quod iam“.

**779. 780.**

2428 (1860) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, nunciat, Terracinam per Neapolitanos Graecosque, suasore Arighi duce Beneventano, invasam esse. Wulfuinum ante kalendas Augustas Romam mitti cupit, ut cum Tuscis et Spoletinis ipsisque Beneventanis properet Terracinam, Caietam, Neapolim recuperare. Cum Neapolitanis sibi die paschali (aut 11. Apr. 779 aut 26. Mart. 780) convenisse scribit, ut, traditis sibi obsidibus quindecim, de Neapolitano ecclesiae patrimonio restituendo cum patricio Siciliae agerent, idque si effecissent, et obsides et Terracinam acciperent; sed ne obsides dari quidem passum Arighim esse, „quia“ inquit „quotidie filium (Athalgisum) nefandissimi Desiderii exspectat, ut una cum ipso pro vobis nos expugnent“. Cod. Carolini ep. 66 ap. Jaffé Bibl. IV. 208, Cenni Mon. I. 374, Duchesne H. Fr. SS. III. 782, Muratori R. It. SS. III. II. 218, Mansi XII. 776, Migne 98 p. 321. — „Nullum plus credimus“.

Romae — Synodus in qua requiritur, an reliquiae S. Candidi, quas Carolo regi mittere voluit Hadrianus, intactae sint fidei. Mansi XII. 899; cf. Hefele III. 625 et Hinschius K. R. III. 715.

2429 (1861) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, rogat, „magistrum“ mittat, qui idoneas ad ecclesiam b. Petri reficiendam trabes ante kalendas Augustas ex partibus Spoletinis advehendas curet. Corpus S. Candidi nunciat Addoni diacono, misso eius, concessum esse. De Neapolitanorum cum Graecis et Beneventanis collusione Addonem accuratius expositurum. Cod. Carolini ep. 67 ap. Jaffé Bibl. IV. 210, Cenni Mon. I. 378, Duchesne H. Fr. SS. III. 779, Muratori R. It. SS. III. II. 215, Mansi XII. 774, Migne 98 p. 324. Cf. Abel Jahrb. p. 301. — „Directus a vestigia“.

**780.**

Mart. 9. — †2430 (CCCXIX) Ecclesiae Ferrariensi, „de manu rapacis ac sacrilegi Desiderii regis Langobardorum per summam victoriam potentissimi Caroli regis arreptae“, episcopum praeficit Iohannem, ecclesiae Romanae cardinalem, et massas duodecim eidem ecclesiae tribuit. (Titulus inscriptus est privilegio: „In nomine Dei cet. Pontificatus domni nostri Adriani anno IX. domno nostro Carolo imp. aug. anno III. die nono mensis Marcii ind. X. Roma Lateranensis“). Muratori Ant. It. III. 11, Mabillon De re dipl. (ed. 2) II. p. XCV, Gloria Paleografia p. 640. — „Cum in principio“.

**781.** (*Ind. 4. — 1. Sept. — 5, Pont. a. 9. — 9. Febr. — 10.*)

Apr. 15. Romae „In pascha", Carolo rege et Hildegarde regina praesentibus, filio eorum Carolomanno et baptisma tribuit et nomen Pippino indit, eumque in regem Italiae, ac fratrem eius Ludovicum in Aquitaniae regem ungit. Annal. Laurissenses minor. MG. SS. I. 118 et Waitz Sitzungsber. d. Berl. Akad. (1882) XIX. 413, Annal. Laurissenses 781 MG. SS. I. 160, Einhardi Annal. 781 ibid. 161, Annal. Ottenburani 781 ibid. V. 2, Annal. Barenses 782 ibid. 52. Cf. versus ap. Bouquet Recueil V. 401 et MG. Poetae lat. I. 95.

Mai. Iun. 2431 (1874) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, laudat, quod per litteras Possessori archiepiscopo datas de fratrum monasterii S. Vincentii (Vulturnensis) et Autberti Pothonisque abbatum discordiis quaestionem sibi mandaverit. Autbertum scribit, itinere Romam inito, repente obiisse. Pothonem et proprio iureiurando et iurantibus monachis decem purgatum de perduellione esse; quos in Franciam profectos nunciat. Cod. Carolini ep. 68 ap. Jaffé Bibl. IV. 212, Cenni Mon. I. 426, Duchesne H. Fr. SS. III. 788, Muratori R. It. SS. III. II. 229, Mansi XII. 784, Migne 98 p. 360. De tempore huius et sequentis ep. cf. Abel Jahrb. p. 380, Hirsch Forsch. z. D. Gesch. XIII. 48. — „Praecelsas ac Deo inspiratas".

„ „ 2432 (1875) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, (Pothonem) monasterii S. Vincentii (Vulturnensis) abbatem, infidelitatis falso accusatum, commendat. Quem in integrum restitui cupit. Cod. Carolini ep. 69 ap. Jaffé Bibl. IV. 217, Cenni Mon. I. 424, Duchesne H. Fr. SS. III. 796, Muratori R. It. SS. III. II. 242, Mansi XII. 796, Migne 98 p. 359. — „Dum tanto ex puro".

Mai.-Sept. 2433 (1865) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, scribit, homines „fidelissimos atque seniores" coram Ittherio (abbate S. Martini Turonensis) et Maginario (cappellano, postea abbate S. Dionysii Parisiensis), missis eius, in ecclesia S. Mariae Forobonensi (Foronovensi) testificatos esse, territorium Sabinense antiquitus b. Petri fuisse; de quo restituendo, quod superiore epistola petierat, repetit. Cod. Carolini ep. 70 ap. Jaffé Bibl. IV. 218, Cenni Mon. I. 405, Duchesne H. Fr. SS. III. 775, Muratori R. It. SS. III. II. 208, Mansi XII. 772, Migne 98 p. 346. — „Recordari vos credimus".

„ „ 2434 (1866) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, scribit, Petrum episcopum, ut mandaverit, ordinatum a se esse. Traditionem territorii Sabinensis exspectat. Verecundi summarium concilii Chalcedonii, a Petro allatum, improbat; Leonisque I. de iniqua synodo Ephesia ad Constantinopolitanos epistolam (v. supra ep. 443) mittit. Cod. Carolini ep. 71 ap. Jaffé Bibl. IV. 220, Cenni Mon. I. 408, Duchesne H. Fr. SS. III. 793, Muratori R. It. SS. III. II. 237, Mansi XII. 791, Migne 98 p. 348. — „Nectareas mellifluasque".

Dec. 1. 2435 (1863) Fulrado archipresbytero et Maginario abbati (S. Dionysii) concedit „hospitale intus basilicam b. Petri situm post oratorium S. Leonis, ita sane, ut ab eis singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus ecclesiasticis, id est venerabili basilicae b. Petri, unus auri solidus persolvatur", omnisque, qua indiget fabrica, melioratio ac defensio praedicto hospitali, indifferenter procuretur. Baluzii Misc. VII. 120, (ed. Mansi III. 3). — „Si extraneis".

**781 Mai. — 782 Mart.**

2436 (1864) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, significat, Ittherium abbatem (Turonensem) et Maginarium capellanum, missos eius, quominus integrum territorium Sabinense sibi traderent, ab iniquis hominibus impeditos esse. Per Stephanum „dudum saccellarium" petit, ut, traditione definite praecepta, alterutrum illorum ad rem perficiendam iterum mittat. Cod. Carolini ep. 72 ap. Jaffé Bibl. IV. 223, Cenni Mon. I. 386, Duchesne H. Fr. SS. III. 785, Muratori R. It. SS. III. II. 224, Mansi XII. 781, Migne 98 p. 331. Cf. de tempore Harttung Dipl. histor. Forschungen p. 109, et de hac et seq. ep. Abel Forsch. z. D. G. I. 505. — „Ad referendum praecellentissimae".

**782.** (*Ind. 5. — 1. Sept. — 6, Pont. a. 10. — 9. Febr. — 11.*)

Nov. 1. 2437 (1867) Monasterii S. Apollinaris Classensis bona, petente Dominico abbate, confirmat, ea lege, „ut singulis quoque dierum" inquit „missas pro remedio animae nostrae

**782.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, Pont. a. 10. — 9. Febr. — 11.)*
indifferenter fieri disponat abbas, nostraque memoria in eodem sancto loco permaneat; et quotiens matutinum efficitur, pro remissione peccatorum nostrorum monachi trecentos Kirie eleyson exclamare debeant, similiter et post expletum vesperum, ita sane, ut singulis quibusque (indictionibus) rationibus publicis (a) tua religiositate successoribusque tuis abbas difficultate postposita persolvatur, omnemque, non (lege: qua) indigent, defensionem et meliorationem predicta loca indifferenter vos(?) sine dubio procurante efficiatur, nullaque precepta ad dandum annua pensione a vobis mora perveniat, sed ultro actionariis publicis a predicto tempore persolvatur". Mittarelli Ann. Cam. I. append. 10. — „Convenit impertire".

**781 Apr. — 783 Apr.**

2438 (1871) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, Georgium episcopum, qui laeta de eo sibi nunciaverit, diligenter commendat. Cod. Carolini ep. 75 ap. Jaffé Bibl. IV. 229, Cenni Mon. I. 416, Duchesne H. Fr. SS. III. 787, Muratori R. It. SS. III. II. 226, Mansi XII. 784, Migne 98 p. 354. — „Omnipotens Deus".

2439 (1873) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, haec ad verbum nunciat: „gens Persarum invadentes atque depraedantes venerunt usque in locum, qui dicitur Amoria (Amorium Phrygiae), sexagesimo miliario civitatis Constantinopolitanae; et ... thius regis Persarum princeps et dux exercitui nefandissimo ipsorum existebat; qui dum reversus fuisset cum iniqua victoria, elatus in superbia, mentitus est proprio nepoti suo, et ab eiusdem exercitu factus est rex Persarum; et infra Persae tumultuantes pugnare adinvicem pro nepote et thio dicuntur". Cod. Carolini ep. 76 ap. Jaffé Bibl. IV. 230, Cenni Mon. I. 418, Duchesne H. Fr. SS. III. 811, Muratori R. It. SS. III. II. 266, Mansi XII. 804, Migne 98 p. 355. — „Dum nimis in nostro".

**781 ex. — 783 Apr.**

2440 (1870) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, significat, Maginarium, missum eius, ab improbis hominibus retardatum esse, quominus integrum territorium Sabinense sibi traderet. Reginae et Pippino, regi Langobardorum, spiritali filio suo, bene precatur. Cod. Carolini ep. 73 ap. Jaffé Bibl. IV. 224, Cenni Mon. I. 413, Duchesne H. Fr. SS. III. 795, Muratori R. It. SS. III. II. 240, Mansi XII. 794, Migne 98 p. 352. — „Divinitus praeordinata".

2441 (1862) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, suum spiritalem compatrem, orat, ut, quo b. Petrum donaverit, territorium Sabinense sibi tradat. Missos suos, Agathonem diaconum et Theodorum, consulem et ducem, nepotem suum, commendat. Cod. Carolini ep. 74 ap. Jaffé Bibl. IV. 227, Cenni Mon. I. 383, Duchesne H. Fr. SS. III. 786, Muratori R. It. SS. III. II. 225, Mansi XII. 782, Migne 98 p. 328. — „Beatus David rex".

**783.**

p. Apr. 2442 (1872) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, rogat, Romam puniendos mittat Heleuterium et Gregorium, iudices Ravennates, qui, variis facinoribus admissis, ad eum accesserint, ut et evitarent suum iudicium, et voluntatem eius a sese alienarent. Cod. Carolini ep. 77 ap. Jaffé Bibl. IV. 232, Cenni Mon. I. 420, Duchesne H. Fr. SS. III. 792, Muratori R. It. SS. III. II. 235, Mansi XII. 790, Migne 98 p. 356. — „Gratia sancti spiritus".

**774—784.**

Iul. 2443 (1879) Ecclesias in valle Tellina, in parroechiis ecclesiae Comensis, a Carolo, rege Francorum et Langobardorum ac patricio Romanorum, atque Hildegarda regina monasterio S. Dionysii donatas „sub nullius iure vel dioeceseos esse decernit", petente Fulrado abbate. Félibien Hist. de S. Denys, rec. d. pièces p. 40. Cf. Sickel Acta Karol. A. K. 39, Böhmer-Mühlbacher Karolinger Reg. I. 71, Harttung Dipl. hist. Forschungen p. 106, qui de fide huius ep. sine causa dubitat. — „Cum summae apostolicae".

**784.**

†2444 (cccxxi) Monasterii Fuldensis privilegia ac possessiones confirmat, rogante Baugulfo abbate. (Scriptum p. m. Romani notarii atque scriniarii A. S. mense Iulio ind. VII. Actum Lateranensi palatio. Datum p. m. Stephani primiscrinii). Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 47. Cf. Harttung Dipl. hist. Forschungen p. 365, Abel Jahrb. p. 393 et Sickel Beiträge z. Dipl. IV. 51, qui hanc bullam tantummodo interpolatam esse censet. — „Quoniam novimus concedenda".

**772 — c. 785.**

2445 (1869) Egilae episcopi (Illiberitani) Iohannisque presbyteri orthodoxiam, tum litteris eorum tum ex Wilchario, „archiepiscopo provinciae Galliarum (Senonensi)", compertam, laudat. Pascha quo die agendum sit, exponit, ac de anathematizandis iis, qui „pecudum aut suillum sanguinem et suffocatum manducaverint", de praedestinatione et libero arbitrio, de vitanda Iudaeorum et paganorum non baptizatorum communione, de canonibus et decretalibus servandis. Cod. Carolini ep. 78 ap. Jaffé Bibl. IV. 234, Cenni Mon. I. 393, Duchesne H. Fr. SS. III. 814, Muratori R. It. SS. III. II. 270, La Fuente Hist. eccl. de España III. 433, Mansi XII. 808, Migne 98 p. 336. — „Audientes orthodoxam".

**781 — c. 785.**

2446 (1868) Egilae episcopo (Illiberitano) litterarum suarum, quae ei non erant redditae (i. e. ep. 2445), exemplum ex „registris" suis transscriptum per Bellerefonsum seu Iohannem clericum mittit, Carolo rege per Petrum, episcopum Ticinensem (vide Abel Jahrb. p. 367), petente. Addit de haereticis coercendis, ac de feriae VI. sabbatique ieiunio servando. Cod. Carolini ep. 79 ap. Jaffé Bibl. IV. 243, Cenni Mon. I. 389, Duchesne H. Fr. SS. III. 813, Muratori R. It. SS. III. II. 269, La Fuente Hist. eccles. de España III. 432, Mansi XII. 807, Migne 98 p. 333. — „Dudum praecipua gnaraque".

**785.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9.)*

Sept. 19. †2447 Angilramno, Mediomatricae urbis episcopo, Romae tradit capitula plurima (72) canonica ex graecis et latinis canonibus et synodis Romanis atque decretis praesulum ac principum Romanorum collecta. Hinschius Pseudo-Isidor p. 757, Migne 96 p. 1055. — „Dei ordinationem".

Oct. 26. 2448 (1882) Constantini et Irenae imperatorum consilium restituendi imaginum cultus miris laudibus exornat; de quarum veneratione a maioribus tradita latius exponit. In congreganda synodo quid sit agendum, docet. Petit, ut patrimonia b. Petri antiquitus concessa et „consecrationes archiepiscoporum seu episcoporum, sicut olitana constet traditio, Romanae dioecesis existentes", sibi restituant. Tarasium, patriarcham Constantinopolitanum, in eorum litteris „universalem" dici, miratur; quod ne in posterum fiat, orat. Eundem dolet ex laico factum patriarcham esse. Restitutis imaginibus, victores eos fore, divinat, „sicut filius et spiritualis compater noster, dominus Carolus, rex Francorum et Langobardorum atque patricius Romanorum, nostris obtemperans monitis atque adimplens in omnibus voluntates, omnis Hesperiae occiduaeque partis barbaras nationes suo subiiciens regno adunavit; unde" b. Petro „perpetuo obtulit possidenda tam provincias, quam civitates, seu castra et cetera territoria, imo et patrimonia, quae a perfida Langobardorum gente detinebantur; sed et aurum atque argentum quotidie non desinit offerendo". Petrum archipresbyterum et Petrum abbatem et presbyterum monasterii S. Sabbae, legatos suos, commendat. Mansi XII. 1056. (XIII. 527), Migne 96 p. 1215. Cf. de hac ep. de sequenti Hefele III. 448. — „Ὁ Θεὸς ὁ εἰπών" „Deus, qui dixit" („Deus qui iussit").

2449 (1883) Tarasii, patriarchae Constantinopolitani, epistolae synodicae respondet. Improbat eum patriarcham ex laico factum esse; sed orthodoxiae eius veniam dat. Ad capessendas imagines hortatur. Legatos suos commendat. Mansi XII. 1077. (XIII. 536), Migne 96 p. 1233. (Fragmenta plenioris epistolae praebet Coll. epp. cod. Mus. Brit. add. 8873 [cf. Neues Archiv V. 579]. In apographo, quod dedit Edm. Bishop, verba de pseudosyllogo sacrarum imaginum [quae etiam ap. Mansi leguntur] sequuntur haec: „Sicut antiquitus mos extitit, sub iusiurandum imperatorum piissima

**785.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9.)*

ac tranquilissima potestas una cum serenissima domna augusta seu et vestra almitate necnon et totum sinclitus verbum commonitorium per piam sacram nobis dirigere dignetur, corporale tribuentes sacramentum, quia non est apud eorum imperialem potestatem partis cuiuslibet favor ac defensio, sed equalitatem utrisque partibus conservabunt, nullatenus necessitatem facientes in quocumque capitulo, eis qui a nobis diriguntur quoquomodo, sed et omni honore competenti munificentia et susceptione dignos eos habebunt. Item. Et si hoc pariter eorum serenissimae clementiae vestra niteat suadere sanctitas, ut sicut ex antiquitus ab orthodoxis imperatoribus seu a ceteris Christianorum fidelium oblata atque concessa sunt patrimonia beati Petri apostolorum principis, faucto in integro nobis restituere dignetur pro luminariorum concinnationibus eidem Dei aecclesiae atque alimoniis pauperum immo et consecrationes archiepiscoporum, sicut olitana constat tradicio nostre diocesis existentes penitus canonicae [sancte nostre Romanae restituere dignetur aecclesiae].) — „Τῷ ἠγαπημένῳ" „Pastoralibus curis" („Studeat vestra" „Et si hoc pariter").

**781—786.**

2450 (1888) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, hortatur, ut maiores trabes saepe petitas, quibus ecclesiae ruinosae reficiantur, exhiberi iubeat. Stanni librarum mille ad tegendam ecclesiae S. Petri aulam promissarum eum admonet; totidemque libras alias, quas Ittherius pollicitus sit, ita cogi cupit, ut comitibus eius, „qui in Italia sint actores", librae centenae imperentur. Arighis, ducem Beneventanum, nunciat Amalfitanorum possessionibus vastitatem intulisse; at multos Beneventani ducatus homines a Neapolitanis et Amalfitanis occisos captosve esse. Cod. Carolini ep. 82 ap. Jaffé Bibl. IV. 249, Cenni Mon. I. 470, Duchesne H. Fr. SS. III. 784, Muratori R. It. SS. III. II. 222, Mansi XII. 779, Migne 98 p. 394. Cf. Abel Forsch. z. D. G. I. 511, qui hanc ep. a. 786 adscribit. — „Saepe vestrae a Deo".

**786.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, Pont. a. 14. — 9. Febr. — 15.)*

a. Iun. 2451 (1884) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, qui Saxonum gentem ad Christi fidem conversam per Andream abbatem (Luxoviensem?) nunciaverit, gratulatur. Significat, se ex eius sententia decrevisse, ut per omnes ditionis suae ecclesias tribus diebus (23. 26. 28. „huius advenientis Iunii mensis") supplicationes haberentur; quae ut ubique fiant, regem hortatur. Cod. Carolini ep. 80 ap. Jaffé Bibl. IV. 245, Cenni Mon. I. 461, Duchesne H. Fr. SS. III. 809, Muratori R. It. SS. III. II. 263, Mansi XII. 831, Migne 98 p. 387. Cf. Abel Jahrb. p. 411. — „Praestolatos nimisque".

Iun. †2452 (CCCXXII) Monasterii S. Martini (Turonensis) privilegia confirmat, in his, „ut liceat ibidem habere episcopum". (Scriptum p. m. Eustachii notarii et scriniarii sed. nostrae in mense Iunio ind. IX. Carolo Romanorum patritio). Gallia Christ. XIV. instr. p. 8, Launoii opp. III. II. 28, Le Cointe Annal. ecclesiast. VI. 295, Monsnyer S. Martini Turon. iura propugn. p. 81. (Ep. nostra post Urbano II. papae transmissa est; cf. Launoii opp. III. II. 42. 49.) — „Innotuisti profecto".

c. Iul. 2453 (1885) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, per Ittherium et Magenarium (S. Dionysii Parisiensis) abbates quaerenti, Saxonibus ad paganismum reversis quae sit poenitentia agenda, respondet, pro magnitudine culpae eam a sacerdotibus constituendam esse. Cod. Carolini ep. 81 ap. Jaffé Bibl. IV. 248, Cenni Mon. I. 465, Duchesne H. Fr. SS. III. 797, Muratori R. It. SS. III. II. 243, Mansi XII. 827, Migne 98 p. 390. — „Vestrae a Deo protectae".

Iul. 1. †2454 (1886) Monasterio S. Dionysii concessum a Stephano II. privilegium, petente Magnario abbate, confirmat, ut episcopus sedem ibi habeat, ab abbate monachisque eligendus, quem vicini episcopi aut ipse pontifex Romanus consecret. Pro spuria nostram bullam habuerunt Le Cointe Ann. eccl. VI. 295, Abel Jahrb. I. 457, Hinschius K. R. II. 336, et nulli dubium, quin miro modo cum ep. †2452 conveniat. De variis ac inter se diversis bullae exemplaribus Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 74 (cf. p. 526) egit, quorum unum fide dignum aestimat. Haec exemplaria collegit

**786.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, Pont. a. 14. — 9. Febr. — 15.)*

Le Cointe l. l. Denique exemplum cum anno pontificatus 1. (i. e. 772) Alex. IV. papa a. 1260, Iun. 30. (Potthast reg. 17907, Doublet l. infra scr. p. 586) confirmavit. Sirmond Conc. Gall. II. 113, Bouquet Rec. V. 596, Félibien Hist. de St. Denys, rec. des pièces p. 41, Doublet Hist. de St. Denys p. 450, Mansi XII. 832, Migne 96 p. 1211, Bull. Rom. E. T. I. 256 (cf. Tardif Monum. hist. p. 65). — „Tum („Cum) summae apostolicae".

„Legatos Georgium Ostiensem episcopum (et Theophylactum Tudertanum) in Britanniam dirigit, ut fidem catholicam innovent et confirment". Chronica de Mailros ad a. 786 ed. J. Stevenson p. 10 et Symeonis Dunelmensis Hist. Reg. ad a. 786 opp. (ed. 1868) I. 29.

2455 *„Instruit legatos in Britanniam missos litteris ad Offam Merciorum regem, et ad Aelfwoldum Northanymbrorum regem et ad archiepiscopos Cantuariensem et Eboracensem." Vide Centuriatores Magdeburgenses Oct. cent. eccl. hist. c. IX. p. 575 et legatorum ad Hadrianum papam relationem Jaffé Bibl. VI. 155, Haddan and Stubbs Councils III. 447.

2456 *Merciorum praesulem (Hygebertum, Lichfeldensem episcopum,) „pallio extulit", rogatus a rege Offa faciens, quod prius nemo praesumpserit. Vide Leonis III. ep. ad Kenulphum Merciorum regem (a. 797) infra reg. 2494 et Kenulphi regis ep. ad Leonem III. (a. 798) ap. Haddan and Stubbs Councils III. 522, Migne 102 p. 1026. Cf. Jaffé Bibl. IV. 160 not. 3.

**787.**

c. Ian. | Romae | Carolo regi, qui „aliquot dies ibi moratur" ne Arichis, ducis Beneventani, promissis fidem tribuat, suadet. Annales Laurissenses 787 MG. SS. I. 168, Einhardi annal. 786 ibid. 169, Annal. Lauriss. minores ibid. 118 et ap. Waitz Sitzungsber. d. Berl. Akad. (1882) XIX. 414.

Mart. 30. | †2457 Glannafoliense monasterium, Theodemarii precibus annuens, Casinensi coenobio reddit, cui etiam praeposituram tribuit. Vicariatum apostolicum totius Galliae ei concedit, constituens de benedictione abbatis. Ex Vatic. 7157, qui Margarini Mss. continet, v. Pflugk-Harttung Iter Italicum p. 131. 175, ubi falso a. 782 adscripta est haec ep.; cf. Chron. Cass. IV. 18 MG. SS. VII. 770 et Böhmer-Mühlbacher I. 104. — „Quoniam apostolicae".

Apr. 8. | Romae | Cum Carolo rege „pascha" celebrat. A Tassilonis legatis rogatus, ut in pacificationem inter regem ducemque se interponeret, „supra ducem anathema ponit, si sacramenta, quae promiserat domno Pippino regi et domno Carolo regi, non adimplesset". Annal. Laurissens. 787 MG. SS. I. 170, Einhardi annal. 786 et 787 p. 170 et 171, Annal. Laurissens. minor. p. 118 et ap. Waitz Sitzungsber. d. Berl. Ak. (1882) XIX. 414.

p. Apr. | 2458 (1889) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, scribit, se eius mandata executurum. Assiduas pro eo et eius parentibus Hildibrandaque regina preces a sese fieri affirmat. Missam crucem in ecclesia collocatam nunciat. Addit de finibus Populoniensibus et Rosellensibus atque ducatus Beneventani civitatibus per missos sibi tradendis. Cod. Carolini ep. 83 ap. Jaffé Bibl. IV. 251, Cenni Mon. I. 473, Duchesne H. Fr. SS. III. 797, Muratori R. It. SS. III. II. 243, Mansi XII. 797, Migne 98 p. 396. Anno 788 adscribit ep. Abel Forsch. z. D. G. I. 527, Jahrb. p. 498. — „Praerectissimos („Praecellentissimos) atque".

**787 ex. 788 in.**

2459 *Carolo regi, quod de protervo Athalgiso, Desiderii regis filio, audiverit, per regium missum, Arvinum comitem, intimat. Vide epp. Cod. Carolini 84. 87 ap. Jaffé Bibl. IV. 253. 263.

2460 (1890) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, de Athalgisi, Desiderii regis filii, in Italiam adventu, per Roronem capellanum et Bettonem percontanti, significat, ex Campuli, episcopi Caietani, litteris se cognovisse, in Calabria illum prope fines Beneventanos cum imperatoris missis, quorum alii Neapoli degant, versari; ex Pentapoli quoque de illius arrogantia allatas litteras esse. Suadet, ut retento Grimualdo, Arighis ducis Beneventani filio, inter kalendas Maias et mensem Septembrem medio tempore copias in ducatum

**787 ex. 788 in.**

Beneventanum mittat. Adalbergam, Arighis viduam, indice Leone episcopo, constituisse, ut reverso Grimualdo filio, ad S. Angelum montis Gargani indeque Tarentum ad thesauros ibidem reconditos accederet. Avaritiam sibi inesse negat. Petit, ut missos vetet ante discedere, quam sibi et de Populonio Rosellisque satisfiat, et Beneventanae civitates cum territoriis eodem tradantur modo, quo in Tuscia Suana, Tuscana, Viterbium, Balneum-regis, ceteraeque civitates traditae sint. Cod. Carolini ep. 84 ap. Jaffé Bibl. IV. 252, Cenni Mon. I. 476, Duchesne H. Fr. SS. III. 808, Muratori R. It. SS. III. II. 260, Mansi XII. 840, Migne 98 p. 398. Cf. de tempore Abel Forsch. z. D. G. I. 523. — „Venientes ad nos".

**788.**

p. Ian. 22. 2461 (1891) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, certiorem facit, Attonem diaconum, Goterammum hostiarium, Maginarium abbatem, Iosephum diaconum et Liudericum (comitem), missos eius, quoniam primi duo sine sociis Beneventum, indeque Salernum ad Adalbergam, Arighis ducis viduam, praecurrissent, nihil profecisse, imo vero etiam cum postea omnes Beneventum convenissent, Beneventanorum Adalbergaeque insidiis coactos esse, Attone relicto, Valvam fuga se recipere. Addit, a Capuanis quibusdam allatum esse, Attone cum fraudulenta Beneventanorum ad regem epistola digresso, duos imperatoris spatharios cum Siciliae dispositore, Acropoli in Lucania navi egressos, Salernum die 20. m. Ianuarii pervenisse, consilioque ibi cum Beneventanis habito, triduo post Neapolim iter fecisse eoque loco cum Stephano episcopo consultare. Beneventanos id agere videri, ut rem in aestiva tempora trahant. Curet, ut inimicorum consilia confringantur. (Cf. ep. Carolinam 5 ap. Jaffé Bibl. IV. 346 in qua Maginarius abbas de legatione renunciat). Cod. Carolini ep. 85 ep. Jaffé Bibl. IV. 256, Cenni Mon. I. 481, Duchesne H. Fr. SS. III. 810, Muratori R. It. SS. III. II. 264, Mansi XII. 836, Migne 98 p. 402. — „Meminit vestra a Deo".

p. Ian. 22. 2462 (1892) Ex legatis Caroli regis, ut videtur, quaerit, num discordiae inter Capuanos concitandae causa quidam eorum „in servitio b. Petri recipi debeant", nunciusque ac litterae ad Adelpergam, Arechis viduam, mitti, ne Capuani a Beneventanis vexentur. Ep. Carolina 4 ap. Jaffé Bibl. IV. 345 (Marini I papiri p. 12, Mabillon De re dipl. Supplem. p. 96, Tardif Monuments historiques p. 67 (Extat in tabulario Parisiensi [ex coenobio S. Dionysii] imago archetypi papyracei, cuius specimen dedit Tardif Facsimile de chartes et diplomes Mérov. et Carloving. Paris 1866). — „Ad cognitionem" („ . . intentionem").

p. Ian. 2463 (1893) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, de Baiuariis subiectis gratulatur. Cuncta superioribus litteris nunciata accuratius exponit. Duos illos spatarios Arighis ducis causa missos esse, interim defuncti, qui post Caroli Capua discessum anno praeterito et auxilium et patriciatus honorem et ducatum Neapolitanum petiisset ab imperatore. Hunc de Athalgiso cum exercitu Tarvisium aut Ravennam mittendo promisisse. Spatarios consilio Beneventanorum Neapolim se contulisse, donec Grimualdus, per Attonem diaconum expetitus, rediisset. Missos regios propter Neapolitanorum, Amalphitanorum, et Surrentinorum insidias Benevento Spoletum profugisse. Cod. Carolini ep. 86 ap. Jaffé Bibl. IV. 259, Cenni Mon. I. 486, Duchesne H. Fr. SS. II. 805, Muratori R. It. SS. III. II. 255, Mansi XII. 838, Migne 98 p. 406. Cf. de tempore Abel Forsch. z. D. G. I. 519. — „Nectareos suavissimosque".

2464 (1894) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, affirmat, de Grimualdo Beneventum numquam remittendo se hoc animo hortatum esse, ut et regis et ecclesiae inimicorum conturbarentur consilia. Grimualdum scribit Capuae coram missis regiis ita iactasse: „Domnus rex praecipit, ut qui voluerit homo meus esse tam magnus quam minor, sine dubio esse tam meus quam vel cuius voluerit". Ne illum b. Petro praeponat, rogat. Stephani Neapolitani et Campuli Caietani episcoporum epistolas de Adalgisi Graecorumque insidiis mittit; opemque celerem petit. Missos eius queritur nec de Rosellis Populonioque exsecutos mandata esse, neque in Beneventanis partibus Crescenti et Adriano ducibus a sese missis tradidisse quidquam, „nisi episcopia, monasteria et curtes publicas, simul claves

**788.**

de civitatibus sine hominibus". Cod. Carolini ep. 87 ap. Jaffé Bibl. IV. 263, Cenni Mon. I. 493, Duchesne H. Fr. SS. III. 803, Muratori R. It. SS. III. II. 252, Mansi XII. 800, Migne 98 p. 411. Cf. Abel Jahrb. p. 527. — „Nectareas nimisque".

†2465 *Ecclesiae Verdensis fundationem fieri iubet. Vide Wilmans. Die Kaiserurk. d. Pr. Westf. I. 372, Abel Jahrb. p. 487, Böhmer-Mühlbacher Karol. Reg. I. 109.

†2466 *Ecclesiae Bremensis fundationem fieri iubet. Vide Wilmans. l. l. 372, Abel Jahrb. p. 485, Böhmer-Mühlbacher Karol. Reg. I. 109.

**788. 789.**

p. Febr. 23. 2467 (1895) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, exponit, non esse moris, ut, qui eligendo episcopo Ravennati intersint, a rege mittantur; haec vero addit: „Pro honore vestri patriciatus nullus homo esse videtur in mundo, qui plus pro vestrae regalis excellentiae decertare moliatur exaltatione, quam nostra apostolica assidua deprecatio". Cod. Carolini ep. 88 ap. Jaffé Bibl. IV. 266, Cenni Mon. I. 498, Duchesne H. Fr. SS. III. 787, Muratori R. It. SS. III. II. 227, Mansi XII. 835, Migne 98 p. 416. — „Directus a vestra".

**c. 789.**

2468 *Ut concilium Narbonense contra Felicis Urgelitani haereses celebrent, episcopos admonet. Cf. acta spuria concilii Narbon. (a. 788 ind. XII. a. Caroli 23. Iun. 27) ap. Mansi XIII. 522. Vide Hefele III. 662.

**772—791.**

2469 *Carolo regi concedit, ut Angilramnum, archiepiscopum Medicomatricae civitatis, semper in palatio suo habeat. Cf. cap. 55 synodi Francofurt. a. 794 MG. LL. I. 71, Migne 97 p. 191, Böhmer-Mühlbacher I. 127.

**781—791.**

2470 (1878) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, quae per Arvinum ducem postulaverat, „palatii Ravennatis civitatis musiva, atque marmora, ceteraque exempla, tam in strato quam in parietibus sita", concedit. Gratias agit de missis equis duobus; quorum alterum in via periisse scribit. Nobiliores equos desiderat. Cod. Carolini ep. 89 ap. Jaffé Bibl. IV. 268, Cenni Mon. I. 439, Duchesne H. Fr. SS. III. 784, Muratori R. It. SS. III. II. 223, Mansi XII. 780, Migne 98 p. 371. (Coniecit a. 787 Apr.-Iun. Karolum cum Roma in Germaniam reverteretur Ravennae fuisse et tunc musiva cet. secum detulisse, Holder-Egger ad Agnellum MG. SS. Langob. p. 383.) — „Praefulgidos atque nectareos".

**784—791.**

2471 (1877) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, rogat, ut monasterio S. Hilarii Galliatensi, quae Gudibrandus, dux Florentinus, aliique abstulerint, restitui iubeat. Cod. Carolini ep. 90 ap. Jaffé Bibl. IV. 269, Cenni Mon. I. 436, Duchesne H. Fr. SS. III. 791, Muratori R. It. SS. III. II. 234, Mansi XII. 789, Migne 98 p. 369. — „Novimus regalis excellentiae".

2472 (1876) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, significat, monente Garamanno duce, misso eius, Iohannem, monachum et presbyterum, a sese benigne receptum, debitaque poena liberatum esse. De emendandis perditis quibusdam moribus hortanti respondet, admonitione opus non fuisse. Contra monet, ne episcopos uti armis patiatur. Ostenta, Iohanni monacho facta, recte ab eo parvi aestimata esse, censet. Cod. Carolini ep. 91 ap. Jaffé Bibl. IV. 270, Cenni Mon. I. 432, Duchesne H. Fr. SS. III. 794, Muratori R. It. SS. III. II. 238, Mansi XII. 793, Migne 98 p. 365. — „Orthodoxae fidei".

2473 (1900) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, scribit, Huebertum episcopum litteras eius sibi reddidisse. Sacramentarium Gregorianum, petente Paulo grammatico, iam pridem per Iohannem, monachum et abbatem, ad eum missum esse. Cod. Carolini ep. 92 ap. Jaffé Bibl. IV. 273, Cenni Mon. I. 523, Duchesne H. Fr. SS. III. 798, Muratori R. It. SS. III. II. 244, Mansi XII. 798, Migne 98 p. 434. — „Iter peragratum annectens".

**784—791.**

2474 (1896) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, Constantinum et Paulum duces de perfidia falso accusatos, commendat, Paulumque ad aulam contendentem benigne recipi cupit. Cod. Carolini ep. 93 ap. Jaffé Bibl. IV. 275, Cenni Mon. I. 501, Duchesne H. Fr. SS. III. 799, Muratori R. It. SS. III. II. 245, Mansi XII. 799, Migne 98 p. 418. — „Ut reor, dici".

2475 (1887) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, scribit, Erminbertum, episcopum Bituricensem, sicut mandasset, archiepiscopum constitutum et pallio decoratum esse. Cod. Carolini ep. 95 ap. Jaffé Bibl. IV. 278, Cenni Mon. I. 467, Duchesne H. Fr. SS. III. 804, Muratori R. It. SS. III. II. 254, Gall. Chr. II. Instr. 1, Mansi XII. 834, Migne 98 p. 392. — „Directus a regali".

2476 (1897) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, mendacem esse nuncianti, quem improbi homines sparserint, rumorem: se ab Offa, rege Anglorum (Merciorum), ut remoto Adriano de Francorum gente pontificem Romanum substitueret, admonitum esse, respondet, sese fabellam illam neque audiisse, nec, si audiisset, crediturum fuisse. Utriusque regis nuncios bene receptos a se esse, addit. Cod. Carolini ep. 96 ap. Jaffé Bibl. IV. 279, Cenni Mon. I. 503, Haddan and Stubbs Councils III. 440, Duchesne H. Fr. SS. III. 806, Muratori R. It. SS. III. II. 258, Mansi XII. 802, Migne 98 p. 420. — „Sagacissimos nectareosque".

2477 (1898) Carolum, regem Francorum et Langobardorum atque patricium Romanorum, spiritalem compatrem suum, hortatur, videat, ne Langobardorum episcopi de dioecesium finibus inter se confligant, neve, qui de eadem gente monachicam vestem sumpserint, monasterio relicto, matrimonia capessant. Cod. Carolini ep. 97 ap. Jaffé Bibl. IV. 283, Cenni Mon. I. 509, Duchesne H. Fr. SS. III. 812, Muratori R. It. SS. III. II. 267, Mansi XII. 805, Migne 98 p. 424. — „Si in rebus saecularibus".

2478 (1899) Ad Caroli, regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, spiritalis compatris sui, epistolam, per Berneradum episcopum et Radonem protonotarium atque abbatem missam, respondet. De immutabili eius erga se voluntate non dubitat, optatque, ne rex „subdolo homini atque mendaci praebeat assensum". Langobardorum episcopi ne de paroechiarum terminis inter se discordent, curae sibi fore. Ermenaldi filiam, quae monacham professa viro nupsisset, ad se nondum pervenisse. Se simoniae in Italiae Tusciaeque partibus obluctari, ostendit. De contumacibus quibusdam Ravennatibus Pentapolensibusque ad se mittendis iam iterum petit; ac ne rex novas res quaerat, rogat, „quia" inquit „honor patriciatus vestri a nobis inrefragabiliter conservatur, simili modo ipse patriciatus b. Petri inrefragabili iure permaneat". Suadet, ne homines suos sine suis litteris recipiat, sicuti nemini ex Francia sine regis litteris ad se venire liceat. Missos suos regiosque commendat. Cod. Carolini ep. 98 ap. Jaffé Bibl. IV. 285, Cenni Mon. I. 513, Duchesne H. Fr. SS. III. 800, Muratori R. It. SS. III. II. 247, Mansi XII. 827, Migne 98 p. 427. — „Quanto amoris annisu".

**785—791.**

2479 (1880) Episcopos Hispanos multis verbis hortatur, ut ab erroribus caveant tum Mingentii, per Egilam episcopum (Illiberitanum?) praeter exspectationem disseminatis, tum Eliphandi (Toletani) Ascaricique episcoporum, „filium Dei adoptivum confitentium". Addit de tempore paschali, de pecudum sanguine, de praedestinatione, de libero arbitrio, de vitanda Iudaeorum paganorumque communione. Cod. Carolini ep. 99 ap. Jaffé Bibl. IV. 292, Cenni Mon. I. 443, Duchesne H. Fr. SS. III. 818, Muratori R. It. SS. III. II. 277, La Fuente Hist. eccl. de España III. 435, Mansi XII. 814, Migne 98 p. 373. — „Institutio universalis".

**787—791.**

2480 (1881) Carolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, spiritali compatri suo, nunciat, ad voluntatem eius se praecepisse, ut negotiatores Venetici ex „partibus Ravennae seu Pentapoleos" expellerentur. Petit, ut possessiones ecclesiae Ravennatis, a Garamanno duce occupatas, reddi iubeat. Cod. Carolini ep. 94 ap. Jaffé Bibl. IV. 276, Cenni Mon. I. 459, Duchesne H. Fr. SS. III. 799,

**787—791.**

Muratori R. It. SS. III. II. 246, Mansi XII. 799, Migne 98 p. 386. Cf. de tempore Harnack Das karol. u. das byz. Reich (Göttingen 1880) S. 32 not. 2. — „Ad aures clementissimae".

**c. 791.**

2481 *Carolo regi post Angilramni, Mettensis episcopi, mortem concedit, ut Hildeboldum, archiepiscopum Coloniensem, in comitatu semper habeat. Cf. cap. 55 synodi Francofurt. a. 794, MG. LL. I. 71, Migne 97 p. 191, Böhmer-Mühlbacher I. 127.

**791.**

Dec. Romae dum Tiberis urbem inundat, „vicesimo pontificis anno, mense Decembrio, quintadecima indictione". Vita Hadriani p. 233. 234.

**792.**

Romae in basilica b. Petri ubi Felix, episcopus Urgellitanus a Carolo rege Romam missus, haeresim suam damnat. Einhardi annal. 792 MG. SS. I. 179.

**793.**

2482 (1901) Sacerdotibus Galliciis Spaniisque significat, Elipandi, archiepiscopi Toletani, ad Carolum regem litteras „de adoptione Iesu Christi filii Dei secundum carnem" a rege missas sibi esse. Falsam illam doctrinam qui sequantur, eos, nisi ad fidem redierint, excommunicatum iri scribit. La Fuente Hist. eccl. de España III. 424, Aguirre Conc. IV. 93, Mansi XIII. 865. — „Igitur dilectissimus" („Si tamen licet").

Ad Carolum regem mittit Theophylactum (Tudertanum) et Stephanum episcopos. Vide Annales Laurissenses 794 MG. SS. I. 180 et Einhardi annales 794 ibid. 181.

**794.**

2483 (1902) Carolo, regi Francorum et Langobardorum ac patricio Romanorum, spiritali compatri suo, significat, missum eius, Engilbertum, abbatem (S. Richarii Centulensis monasterii) et ministrum capellae, „capitulare adversum synodum, quae pro sacrarum imaginum erectione in Nicaea acta est", deferentem, a sese bene receptum esse. Quam synodum, permultis patrum locis allatis, defendit; haec autem addit: „Nos vero adhuc pro eadem synodo nullum responsum hactenus imperatori (Constantino VI.) reddidimus; dudum quippe de dioecesi tam archiepiscoporum quam et episcoporum s. cath. et apost. Rom. ecclesiae commonentes, quaesivimus restituere eidem s. cath. et ap. Rom. ecclesiae, quae tunc cum patrimoniis nostris abstulerunt, et nec responsum quodlibet exinde dederunt: et in hoc ostenditur, quia ex uno capitulo ab errore reversis, ex aliis duobus in eodem permaneant errore". Imperatorem de eadem re, si rex permittat, iterum admonere vult, „ut" inquit „si noluerit ea sanctae nostrae Rom. ecclesiae restituere, haereticum eum pro huiusmodi erroris perseverantia esse decernamus". Alcuini ep. 33 ap. Jaffé Bibl. VI. 245, Mansi XIII. 759. — „Dominus ac redemptor".

**772—795.**

2484 Responsio contra obiectiones quorundam ad Agarum c. 18: Praedecessor noster Stephanus (III.) in concilio praesidens docuit, non praetereundum esse quod relatione fidelium de partibus Orientis advenientium saepe agnoverit cet. Sequitur de specie vultus Redemptoris in linteo transformato et regi Edesseno misso. Ivonis decr. IV. c. 83. — „Praedecessor noster".

2485 Responsiones contra obiectiones quorundam ad Carolum c. 16. 17. 23 (7). 30 (25). 35. 60. transmittens, scribit de misero a b. Bonifatio ad mortem iaculato, de Vitis sanctorum patrum, de libro Esdrae, de septima synodo suscipienda, de venerabilium imaginum picturis, de concordantia septem synodorum. Ivonis decr. X. c. 66, IV. c. 141 (pan. II. c. 126), 225. 128 (pan. II. c. 116), 126. 127. — „Sanctus Gregorius" „Vitae patrum" „In libro" „Ipsam" „Sancta sexta" „Superius".

2486 (1903) *„Domum cultam Capracorum (in territorio Vegentano, milliario ab urbe Roma plus minus XV.) cum massis, fundis, casalibus, vineis, olivetis, aquimolis et

**772—795.**

omnibus ei pertinentibus statuit per apostolicum privilegium sub magnis anathematis obligationibus, ut in usum fratrum Christi pauperum perenniter permaneat". Vita Hadriani p. 202.

2487 (1904) *„Tres domus cultas, videlicet Galeriam, positam via Aurelia milliario ab urbe Roma plus minus decimo ad sanctam Rufinam, et Galeriam positam via Portuensi milliario ab urbe Roma plus minus duodecimo, et Calvisianum, positam via Ardeatina milliario ab urbe Roma plus minus quinto decimo ... statuit per apostolicum privilegium sub validis anathematis obligationibus, ut in usu et propria utilitate s. ecclesiae perenniter permaneant". Vita Hadriani p. 204.

2488 *Monasterio Augiensi privilegium tribuit. Vide Innocentii III. bullam a. 1207, Mart. 22 ap. Neugart Episcopatus Constant. I. ii. 608 (Potthast 3056a — 25550).

2488a *Cum Carolo rege de construendo monasterio ad S. Paulum habet „collationem". Vide ep. Carol. 9 ap. Jaffé Bibl. IV. 353.

†2489 (cccxxiii) Monasterii S. Mauritii Agaunensis privilegia et possessiones confirmat, postulante Carolo, Francorum rege. (Hadrianus subscribit cum tredecim episcopis, inter quos ultimo loco Stephanus Capuanus, cancellarius Romani palacii). Mémorial de Fribourg IV. 350, Aubert Trésor de l'abb. de St. Maurice d'Agaune p. 209, (Gall. Christ. XII. instr. 424, Guichenon Bibl. Sebus. p. 322). Cf. Abel Jahrb. p. 461. — „Quia Dominus oves" („Quia Dominus noster").

**780—795.**

2490 *Ravennati ecclesiae confirmat privilegia Leonis (IV.) quondam imperatoris. Vide infra Paschalis I. bullam reg. 2551 ap. Migne 102 p. 1089.

**c. 795.**

2491 (1905) (Maginario abbati S. Dionysii) scribit contra Paulinum (Aquileiensem) et Theudulfum (Aurelianensem) epicopos, concessum monasterio S. Dionysii privilegium impugnare ausos, quos „a regale potentia praecellentissimi filii sui et spiritalis compatris domni Caroli, regis Francorum et Langobardorum ac patricii Romanorum (per cuius laboriosa certamina apostolica ecclesia amplius pollet, quam nuper) corrigi" vult. De ep. nostrae fide Dümmler dubitationem, quam MG. Poetae latini I. 437. not. 8 protulerat, post Neues Archiv VII. 401 revocavit. Fidem ei prorsus abrogat Harttung Dipl. hist. Forschungen p. 108, qui sine causa Theudulfum episc. Comensem intellegit. Mabillon De re dipl. 492 (ex cod. Thuaneo [nunc Colb.] ubi sub titulo: „De immunitate coenobii Dionysiani" refertur et nomen papae nisi in inscriptione epistolae non invenitur). — „Quanta beati Petri".

**795.**

Dec. 25. — Moritur. Sederat enim a. 23 m. 10 d. 17 teste Vita Hadriani p. 161. „Sedit a. 23 m. 10 d. 17; obiit VII. kal. Ian." Epitaphium sub Caroli nomine ab Alcuino compositum Dümler Poet. Lat. MG. I. 114. Ceterum diem Dec. 25 diserte praestant Annal. Laubac. pars sec. 796 MG. SS. I. 15, Annal. Lauresham. 795 ibid. p. 36, Annal. Ausciences 796 MG. SS. III. 171: „8. kal. Ianuarii"; Annal. Weissemburg. et Lamberti Annal. 795 ibidem III. 39: „in nativitate Domini". Sed Annal. Alamann. cont. Murbac. 795 ibidem I. 47 praebet: „7. kal. Ian.", et Annal. Bonifacii 796 ibidem III. 117: „6. kal. Ian." In Vita et textu epist. Hadriani I. ap. Mabillon Mus. It. I. ii. 40. 41 sic legimus: „Hic etiam cum ad regem Carolum pergeret, ut veterum pandit memoria, in locum, qui Spinum Lamberti vocatur, vitam finivit VIII. id. Iulii, et ad ecclesiam monasteriumque b. Silvestri, quod Nonantula dicitur, perductus honorifice sepultus est".

„ 26. — In basilica b. Petri — Sepelitur „VII (al. VI) kal. Ianuarias indictione VI." Vita Hadriani p. 236. De epitaphio eius ab Alcuino composito et a Carolo Romam ut sepultura eius ornaretur misso, cf. Dümmler l. l. I. 101, Neues Arch. IV. 129, Migne 98 p. 1350.

# LEO III. 795—816.

In iis Leonis III. tabulis, quae datae sunt ante imperium ad Carolum M. delatum, et Leonis pontificis et Caroli regis anni consignati sunt:
„Scripta per manum
Eustachii notarii (20. Apr. 798, ep. 2498)
„ (primicerii notariorum, 8. Mart. 798, ep. 2497)
in mense . ., ind. . . .
„Data kal. . . per manum
Pascalii primicerii s. sedis apostolicae (20. Apr. 798, ep. 2498)
Paschalis (senioris et consiliarii apostolicae sedis, 8. Mart. 798 ep. 2497)
(regnante domino nostro Iesu Christo cum Deo patre per infinita saecula) Deo propitio pontificatus domini nostri (Leonis) in sanctissima et apostolica b. Petri sede a. . ., atque domini Caroli, excellentissimi regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum, a quo cepit Italiam (a quo capta fuit Italia) a. . . ., ind. . . ." (epp. 2495. 2497. 2498. 2499. 2503).

Quae sunt post constitutum Augustum datae, tabulae solius Caroli imperatoris annos continent:
„Scripta per manum
Benedicti notarii et scriniarii S. R. E. in mense . ., ind. . . (21. Mart. 803, ep. 2512)
(Quam a Sergio scriniario nostro scribi praecepimus mense Ianuario, 18. Ian. 802, ep. 2510)
Data XV. kal. Febr. per manum
Eustachii primicerii s. sedis apostolicae,
imperante domino nostro Carolo piissimo perpetuo Augusto, a Deo coronato, magno et pacifico imperatore a 2, post consulatum eiusdem . . ., ind. X."

## 795.

Dec. 26. | Romae | Eligitur „in natali b. primi martyris Stephani". Vita Leonis in Vignolii lib. pont. II. 237.

„ 27. | „ | Consecratur „sequenti die, in natali S. Iohannis apostoli et evangelistae". Vita Leonis p. 237.

## 796.

(Ian.) | 2492 (1906) *Carolo regi de sui „electionis unanimitate" significat, et „obedientiam fidelitatemque" promittit. Vide Caroli regis responsum Ep. Carolina 10 ap. Jaffé Bibl. IV. 354, Bouquet Rec. V. 625, Mansi XIII. 980, Migne 98 p. 907. Cf. Einhardi annales 796 MG. SS. I. 183: „Per legatos suos claves confessionis S. Petri ac vexillum Romanae urbis cum aliis muneribus regi misit, rogavitque, ut aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramenta firmaret".

## 797.

a. Sept. | 2493 *Eanbaldo (II.), archiepiscopo Eboracensi, mittit pallium. Vide Symeonem Dunelmensem Hist. reg. Angl. 796 et 797 opp. (ed. 1868) I. 34, (qui Eanbaldum, cum die 14. Aug. 796 ordinatus esset, „accepto ab apostolica sede pallio" confirmatum esse refert 4. id. Sept. Cf. Alcuini ep. 82 ap. Jaffé Bibl. VI. 358.

2494 Coenulfo, regi Merciorum, quae causa fuerit quaerenti, quod Hadrianus (I.) papa „Dorovernensis episcopi auctoritatem minuisset" et in duas archiepiscopales sedes divisisset, respondet per Bryne presbyterum et Cildas seu Ceolberht ministros regios, Offam regem id postulasse „propter vastitatem terrarum suarum et extensionem regni sui", nihilominus Dorovernensem primatem totius Angliae constitutum esse, seque Londinensibus episcopis summi pontificatus auctoritatem negare. (Eadberhtum presbyterum et regem Cantuariorum) clericum apostatam, qui ascenderit in regnum anathematizat. Coenulphum hortatur, ut sicut Offa voverit et fecerit per unumquemque annum mancusas 365 pro alimoniis pauperum et luminariorum concinnatione mittat. Alcuini ep. 84 ap. Jaffé Bibl. VI. 363, Wharton Anglia sacra I. 460, Haddan and Stubbs Councils III. 523. — „Inclitae excellentiae".

## 798. *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, Caroli regis a. 25, Pont. a. 3.)*

2495 (1907) Alim Sabionensi, Attoni Frisingensi, Adalwino Ratisponensi, Waltrico Pataviensi, Sintperto Niunburgensi, provinciae Baioariorum episcopis, archiepiscopum

| | | |
|---|---|---|
| | | **798.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, Caroli regis a. 25, Pont. a. 3.)* |
| | | petentibus, praeficit, Karolo rege Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum approbante, Arnonem Salzburgensem, quem pallio impertit. Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 3, Hund Metr. Sal. I. 4, Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang 51, Metzger Hist. Salisb. 1009, Hansizii Germ. sacr. II. 106, Migne 129 p. 970. (Cf. Huber Archiv f. Oesterr. Geschichte XXXVII. 6). — „Dilectionis vestre". |
| | | 2496 (1908) Karolo, regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum, significat, uti per missum Fardulfum abbatem mandasset, Arnonem episcopum (Salzburgensem) pallii iure donatum, provinciaeque Baioariorum archiepiscopum ordinatum esse. Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 4, Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang 52. — „Dum per vestra". |
| Mart. 8. | | 2497 (1909) Kinelmo regi et eius successoribus monasterium Glastoniense asserit. (Hanc bullam Wilh. Malmesb. cum „nusquam nisi Anglice scriptam reperisset", in Latinum transtulit). Wilh. Malmesburiensis de antiqu. Glast. eccl. ap. Gale H. Brit. SS. I. 314, Monast. Anglic. nova ed. I. 46. — „Bonae voluntatis". |
| Apr. 20. | | 2498 (1910) Arnoni Salzburgensi, quemadmodum archiepiscopale munus administret, praescribit; eumque, ne pretio tribui sacerdotium sinat, hortatur. Zahn Urk. v. Steiermark I. 1, Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang 53. Cf. Huber Archiv f. Oesterr. Geschichte XXXVII. 7. — „Officium sacerdotis". |
| Mai. 27. | | 2499 (1911) Monasterii S. Dionysii privilegia confirmat, petente Fulrado (lege: Fardulfo) presbytero et abbate. (Librarii vitio depravatum textum, neque tamen de fide tabulae dubitandum esse putavit Jaffé in ed. 1. Post autem de dubia huius bullae fide scripserunt Sickel Beitr. z. Dipl. IV. 61, Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 109. 127, Hinschius K. R. II. 336, III. 714). Doublet Hist. de St. Denys p. 452, Tardif Mon. hist. p. 72, Migne 129 p. 997 (l. 967). — „Quoniam expetisti". |
| a. Oct. | In domo b. Petri apostoli | Concilium episcoporum 57, Carolo rege incitante convocatorum, qui censent, ut Felix, episcopus Urgellitanus, nisi deponat haeresim adoptianam, anathematizetur. Fragmenta concilii habentur ap. Mansi XIII. 1031; cf. conc. Aquisgran. ibid. p. 1035 et Alcuini (Felicis) ep. 139 ap. Jaffé Bibl. VI. 536. De tempore vide Hefele III. 722, qui observat, hoc concilium synodum Aquisgranensem 798 Oct. (cf. Nicolai Annal. des hist. Ver. f. d. Niederrhein VII. 78) antecessisse. |
| | | †2500 (cccxxv) Monasterium S. Emmerami privilegiis auget, testaturque episcopalem sedem Ratisponensem ab Adalwino episcopo a. 798 „in praesentia piissimi imperatoris Karoli recta ratione in synodali concilio" ex eodem monasterio ad ecclesiam S. Stephani translatam esse. Pez Thes. Ant. I. III. 3, Mansi XIII. 990, Migne 102 p. 1069, Cocquelines I. 162, Bull. Rom. E. T. I. 261, Cod. Udalrici Babenb. c. 16 ap. Eccard Corp. Hist. II. 33 (cf. Jaffé Bibl. V. 6). Cf. Ludovici diploma Sickel Acta Karol. II. 407. — „Agnitum esse". |
| | | **799.** |
| Apr. 25. | E patriarchio Lateranensi | egreditur, „in ecclesia b. Laurentii, quae Lucinae appellatur, litaniam et missarum sollemnia celebraturus in litania, quae ab omnibus maior appellatur", Vita Leonis p. 244. 245. „In ipsas litanias, quod est 7. kal. Maias", Annal. Lauresham. 799 MG. SS. I. 37; „VII. kal. Maias", Annal. Iuvav. maior. 799 ibid. p. 87; „Laetania maiore", Annal. Laurissenses 799 ibid. p. 184; cf. Einhardi annal. 799 ibid. p. 185. |
| „ 25. | Ante monasterium SS. Silvestri et Stephani | invaditur a Paschali primicerio et Campulo sacellario, Hadriani I. nepotibus, eorumque sociis, qui „papam in terram proiecerunt et absque ulla misericordia scindendo et spoliando eum crudeliter oculos ei evellere et ipsum penitus caecare conati sunt; nam lingua eius praecisa est, et ut ipsi omnino tunc arbitrati sunt, caecum cum et mutum in media platea dimiserunt", Vita Leonis p. 246. „Iuxta ecclesiam b. Laurentii, quae ad Graticulam vocatur, equo deiectus, et erutis oculis, ut aliquibus visum est, lingua quoque amputata, nudus ac semivivus in platea relictus est", Einhardi Annales l. l. p. 187. |
| „ 25. | In ecclesiam | (monasterii SS. Silvestri et Stephani) trahitur a Paschali et Campulo; qui ibi „iterum oculos et linguam amplius crudeliter eruerunt et plagis eum diversis et fustibus caedentes laniaverunt et semivivum, in sanguine revolutum ante ipsum altare dimiserunt; postmodum vero sub custodia in ipso monasterio dimiserunt", Vita Leonis p. 246. |

**799.**

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 25. | In monasterium S. Erasmi | „per noctem“ adducitur ab egumeno monasterii S. Erasmi, iussu Paschalis et Campuli et Mauri Nepesini, ibique „et visum recepit et lingua ad loquendum illi restituta est“, Vita Leonis p. 246. 247. „Deinde iussu eorum, qui huius facti auctores fuerunt, in monasterium S. Herasmi martyris velut ad curandum missus“, Einhardi Annales 799 l. l. |
| | | (Verius de rebus gestis huius diei refert Theophanes Chronogr. ed. Bonn. p. 732, Bouquet Recueil V. 188, „cum homines ad eum excaecandum deputati misericordia ducti ei pepercissent aliquatenus haud ei penitus oculorum lumen extinctum est“. Cf. Iohannis Gesta ep. Neap. MG. SS. Lang. p. 428 et Böhmer-Mühlbacher I. 139.) |
| „ 25. | Per murum | „noctu in fune deponitur“ ab Albino cubiculario, Annales Laurissenses minor. MG. SS. I. 119 et ap. Waitz Sitzungsber. d. Berl. Ak. (1882) XIX. 415. (17); cf. Annales Lauriss. 799 MG. SS. I. 184 et Einhardi Annales 799 ibid. p. 187. |
| „ 25. | In ecclesiam b. Petri | pervenit et a legatis domni regis (Caroli), Wirundo scilicet abbate (Stabulensi) et Winigiso, duce Spoletino excipitur. Vita Leonis p. 247. 248, cf. Annales Laurissenses l. l. p. 184 et Böhmer-Mühlbacher I. 139. |
| „ | Spoletum | deducitur a Winigiso duce. Vita Leonis p. 148, Annal. Laurissenses 799 p. 185, Einhardi Annales 799 p. 187. Vide de his et sequentibus gestis Angilberti carmen MG. SS. II. 399, ibid. Poetae lat. I. 375 et Böhmer-Mühlbacher l. l. |
| | In itinere | ad Carolum regem, obviam habet Hildivaldum, (Coloniensem) archiepiscopum et capellanum, et Ascarium comitem, a Carolo missos. Vita Leonis p. 249. |
| | „ | Pippinum, Langobardiae regem, a patre Carolo rege missum, offendit. Vita Leonis p. 249, Angilberti carmen MG. SS. II. 401, ibid. Poetae lat. I. 377. Cf. Alcuini epp. 118-120 ap. Jaffé Bibl. VI. 481. |
| | Paderbornae | a Carolo rege honorifice excipitur. Annal. Petaviani 799 MG. SS. I. 18, Annales Lauresham. 799 ibid. p. 37, Annales Guelferbyt. 799 ibid. p. 45, Annal. Laurissenses 799 ibid. p. 184, Einhardi Annal. 799 ibid. p. 187. Leonem ecclesiae Paderbornensis altare consecrasse, reliquiasque protomartyris Stephani, Roma apportatas, in ea collocasse, narrat auctor translationis S. Liborii ibid. IV. 150. (Heristelli Leonem ad Carolum venisse, ex uno fonte perperam tradunt Annal. Weissemburg. 799, Lamberti annal. 799 ibid. III. 40, et Annal. Ottenburani 799 ibid. V. 2.) Narratio, Leonem tunc promisisse, ut si de suis illum defenderet inimicis augustali eum diademate coronaret, quam Iohannes Gesta episc. Neap. MG. SS. Lang. p. 428 refert, fide caret. Cf. Waitz Verf.-Gesch. III. 176, Böhmer-Mühlbacher I. 140. Vide praeterea de conventu Caroli et Leonis Paderbornensi poema epicum MG. Poetae latini I. 366. |
| | | †2501 (CCCXXVII) Monasterium Fabariense, sub Eberhardo abbate constitutum, tuendum suscipit. („Datum pridie id. Martii p. m. Ioannis bibliothecarii et cancellarii E. R. Paderbornae a. Chr. 799“). Eichhorn Episc. Cur. C. Pr. p. 12, (Wegelin Die Reg. der Abtei Pfäffers n. 2 ap. Mohr Die Reg. der Arch. der Schweizer Eidgenössensch.) Cf. Harttung Dipl. hist. Forschungen p. 172. — „Dignum valde est“. |
| | Heresburgi | ecclesiam b. Petro dedicat. Id unus Widukindus indicat in rer. gest. Sax. L. II. c. 11 MG. SS. III. 441. (Quae de eadem re exstat bulla spuria est.) |
| | | †2502 (CCCXXVI) Capellam in monte Eresburg, a „Carolo magno Romanorum imperatore cum tota Saxonia Deo oblatam“, consecrat, privilegiisque auget, in his: „ne quis unquam bellica in ipso monte praesidia collocare aut praedia aut decimas circa montem per duas Saxonicas rastas audeat diripere“. („Data Eresburg p. m. Iohannis bibliothecarii et cancellarii E. R. VIIII. kal. Ian. a. Leonis III. 4, ind. 7, die dedicationis capellae in Eresburg“). Seibertz Urkundenb. I. 1, (Mansi XIII. 962, Migne 102 p. 1028). Innocentius IV. in indulgentia data canonicis S. Petri in Monte Martis dioc. Paderbrunensis 1246, Mai 15 (deest inter eius Regesta) altare ecclesiae SS. Petro et Paulo per Leonem praedecessorem in vigilia natalis Domini consecratum dicit ap. Wilmans Kaiserurk. d. Prov. Westf. I. 133; post idem papa Corbeiensibus bullam Leonis III. iterat et confirmat a. 1247, Iun. 11 (Berger Les Registres d'Innoc. IV. n. 2788' Wilmans l. l. p. 132). — „Piae tuae petitioni“. |
| | In Italiam | reducitur a Caroli regis missis, Hildivaldo (Coloniensi) et Arnone (Salzburgensi) archiepiscopis, Cuniperto, Bernardo (Wormatiensi), Ottone (Frisingensi), Iesse (Ambianensi) |

**799.**

| | | |
|---|---|---|
| | | et Flaico electo episcopis, et Helingoto, Rothecario et Germario comitibus. Vita Leonis p. 251. |
| Nov. 29. | Ad pontem Molvium | a Romanis excipitur „in vigilia b. Andreae". Vita Leonis p. 250. Annales Iuvavenses maiores 799 MG. SS. I. 87: „a Deo restitutus 3. kal. Decembris imperante Carolo rege". |
| „ 29. | In ecclesia | (b. Petri). Vita Leonis p. 251. |
| „ 30. | Romam | intrat „alia die . . . natali b. Andreae apostoli". Vita Leonis p. 251. |
| „ 30. | in patriarchio | (Lateranensi). Vita Leonis l. l. |

**800.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, Caroli regis a. 27, Pont. a. 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 11. | | 2503 (1912) Alim Sabionensem, Waltricum Pataviensem, Altonem Frisingensem, Adalwinum Ratisponensem, Sintpertum Niunburgensem episcopos, abbatesque et clerum plebemque provinciae Baiuvariorum hortatur, ut Arnoni, archiepiscopo Salzburgensi, obediant, maximeque „secularia iudicia abicere, et ad proprium archiepiscopum occurrere in canonicis iudiciis festinent". De matrimoniis illicitis addit. Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang p. 57. — „Dum amore". |
| Nov. 23. | Apud Nomentum | duodecimo ab urbe lapide Carolum regem honorificentissime excipit, cum eoque prandet „pridie" 8. kal. Dec. Annales Laurissenses 800, Einhardi Annal. 800 p. 188. 189; cf. Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karol. I. 146. |
| „ 23. | Romam | revertitur, Carolo rege apud Nomentum relicto. Annal. Lauriss. 800, Einhardi Annal. 800 l. l. |
| „ 24. | In gradibus basilicae b. Petri | Carolum regem „Deo laudes dicendo et gratias agendo suscipit, et cunctis psallentibus in ecclesiam indroducit 8. kal. Dec." Annal. Laurissens. 800, Einhardi Annal. 800 l. l. Vita Leonis p. 252. |
| Dec. 1. | In basilica b. Petri | Synodus et cleri et nobilium Francorum Romanorumque. „Post septem vero dies (i. e. transacto 8. kal. Dec.) rex concione convocata, cur Romam venisset omnibus patefecit; inter quae vel maximum vel dificillimum erat, quod primum inchoatum est, de investigandis videlicet, quae pontifici obiciebantur criminibus", Annales Laurissens. 800, Einhardi Annal. 800 l. l. „In basilica S. Petri", Vita Leonis p. 252. Cf. hic et infra Böhmer-Mühlbacher I. 147. |
| „ 23. | „ | Synodus, in qua iurat „spontanea voluntate" coram rege et populo Leo, se criminibus obiectis affinem non esse, „ante diem natalis Domini tertium", Annales Laurissenses minores MG. SS. I. 120 et Waitz l. l. p. 415 (17); cf. Annal. Laurissenses 800, Einhardi Annal. 800 l. l., Vitam Leonis p. 152. 153. Verba iurisiurandi a Leone dati habent Ep. Carol. 20 ap. Jaffé Bibl. IV. 378, MG. LL. II. 15, Burchardi decr. I. c. 198, Ivonis decr. V. c. 313, pan. V. c. 4. Cf. Hinschius K. R. I. 300. — „Auditum fratres". |
| „ 25. | „ | ante confessionem b. Petri apostoli Carolo diadema imperatorium imponit natali Christi. Et post laudes a papa more antiquorum principum adoratus atque ablato patricii nomine imperator et augustus appellatus est. Illico pontifex unxit oleo sancto Carolum et filium eius regem (Carolum). Einhardi Annal. 801, MG. SS. I. 189, Vita Leonis p. 253. 254, Alcuini ep. 162 ap. Jaffé Bibl. VI. 599. Cf. Annal. Lauresham. 801 MG. SS. I. 38, Annal. Laurissenses minor. p. 120 et Waitz l. l., Annal. Laurissenses 801 p. 188, Annales Flaviniacenses 801 MG. SS. III. 151: „6. feria (ante) kal. Ian." cet. |
| „ 25. | | †2504 (1913) Omnibus archiepiscopis et episcopis per totam Galliam nuntiat, se monasterium Centulense sub unius sedis Romanae potestatem redegisse, iusque eligendi abbatis fratribus concessisse, „suggestione", ut inquit, „fratris et coepiscopi nostri Iesse Ambianensis antistitis simulque Angilberti abbatis et in praesentia gloriosi atque excellentissimi filii nostri Caroli, quem auctore Deo in defensionem et provectum s. universalis ecclesiae augustum hodie sacravimus. Data 8. kal. Ian., ind. 9. Zacharias diaconus regionarius et s. apostolicae Rom. ecclesiae bibliothecarius scripsi, recognovi et subscripsi". Mabillon Ann. Ord. S. Bened. II. 349. Dedit ex Angilberti hist. fundat. S. Richarii apographum Bethmann. Cf. Pertz Archiv XII. 271. Merito hanc bullam pro spuria habet Böhmer-Mühlbacher Reg. der Karol. I. 148. — „Apostolicae sedis". |

**c. 801.**

| | | |
|---|---|---|
| | | 2505 *Kenulfo, rege Merciorum, postulante, privilegium dat abbatiae Abbendoniae de ecclesiastico beneficio in villa Culeham sub anathematis interminatione, ne quis ab |

| | | |
|---|---|---|
| | | **c. 801.** |
| | | ipsa ecclesia aliquid exigere praesumat. Chronic. monasterii de Abingdon ed. Stevenson I. 20. |
| | | 2506 *Villam Culeham abbatiae Abbendoniae confirmat. Chron. monasterii de Abingdon ed. Stevenson I. 20. |
| | | 2507 *Kenulfo, regi Merciorum, mittit litteras petitorias, rogans attentius, quatenus villam Culeham cum omnibus appenditiis et libertatibus, sicut et ipse papa privilegiaverat, privilegio suo abbatiae Abbendoniae confirmaret. Chronic. monasterii de Abingdon ed. Stevenson I. 20. |
| | | 2508 *Rethuno, abbati Abbendoniensi, propter infestationes contra abbatiam Romam profecto, privilegium dat, in tuitionem suscipiens abbatiam et bona eius confirmans. Chronic. monast. de Abingdon ed. Stevenson I. 20. |
| | | **801.** |
| Mart. 4. | Romae in ecclesia S. Petri | 2509 *Rogatus ab imperatore una cum sacerdotibus decernit, ut omnes res, quas Aretina ecclesia priscis temporibus possederat, in primis monasterium S. Ansani, Ariberto episcopo ab Andrea, Senensi episcopo, restituantur. Vide Karoli diploma (801, Mart. 4.) Ughelli I. 412, Migne 97 p. 1021. Cf. Sickel Acta Karol. II. 283. |
| Apr. 30. | Romae | dum ecclesia b. Pauli terrae motu subruitur, „nona indictione, prid. kal. Maii", Vita Leonis p. 259; cf. Einhardi annales 801 p. 189. |
| Dec. ex. | „ | Leonis papae interventione Paschalis nomenclator et Campulus sacellarius aliique nobiles Romani non capitis damnantur ab imperatore, sed tantum in exilium mittuntur. Einhardi annales l. l., Annal. Laurissenses a. 801 l. l. |
| | | **802.** *(Imp. Carolo a. 2, ind. 10. — 1. Sept. — 11.)* |
| Ian. 18. | | 2510 (1914) Athelardo, archiepiscopo Dorovernensi, totius Angliae primatum asserit. Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. §. 38 ed. Hamilton p. 57, (ap. Savile R. A. SS. 116), Haddan and Stubbs Councils III. 536, Wilkins Conc. I. 160, Mansi XIII. 985, Migne 102 p. 1032, Bull. Rom. E. T. I. 257. — „Pontificali discretioni". |
| | | 2511 (1915) Kenulfo, regi Merciorum, de mancusis 120 sibi missis gratias agit. Athelardi, archiepiscopi Dorovernensis, privilegia confirmata nunciat. Willelmi Malmesb. Gest. reg. Angl. L. I. §. 69 ed. Hardy I. 124, ed. Savile p. 16[b], Haddan and Stubbs Councils III. 538, Wilkins Conc. I. 165, Mansi XIII. 961, Migne 102 p. 1026. — „Veniens ad". |
| | | **803.** *(Imp. Carolo a. 3, ind. 11. — 1. Sept. — 12.)* |
| Mart. 21. | | 2512 (1916) Fortunato, patriarchae Gradensi, pallium tribuit. Danduli chron. ap. Muratori R. It. SS. XII. 152, Ughelli It. sacr. V. 1094, Cod. dipl. Istriano ad a. 803, Mainati Chroniche di Trieste I. 34, Migne 129 p. 969. Cf. Chron. Grad. MG. SS. Lang. p. 396. — „Officium sacerdotis" („Diebus vitae tuae" „Vitae tuae tantummodo"). |
| | | **804.** |
| | Mantuae | auctumni tempore. De sanguine Christi, qui repertus ibi fuisse ferebatur, rogatu Caroli imperatoris cognitionem constituit. Einhardi annal. 804. p. 192. Ann. Mettenses MG. SS. I. 192. |
| Nov. | In monasterio | (S. Mauritii) a Carolo, filio Caroli imperatoris, honorifice excipitur. Einhardi annal. 804 l. l. Cf. Ann. Maximiani MG. SS. XIII. 23. |
| Dec. | Remis | Carolum imperatorem obviam habet. Einhardi annal. 804 l. l. Cf. Ann. Maximiani l. l., Ann. Mettenses MG. SS. I. 192: „in basilica b. Remigii ep. et conf." |
| „ 25. | Carisiaci | natalem Christi cum Carolo imperatore agit. Einhardi annal. 804 l. l., Annales Iuvavenses maiores 805 MG. SS. I. 87. |
| „ | Suessione | (apud S. Medardum) relinquitur a Carolo imperatore, Calam proficiscente. Annales Mettenses 804 MG. SS. I. 192 et ap. Duchesne H. Fr. SS. III. 291. |
| „ | Carisiaci | (1917) cum Carolo imperatore convenit. Annales Mettenses 804 l. l. |
| | | **805.** |
| Ian. 6. | Aquisgrani | „Epiphaniam" celebrat cum Carolo imperatore. Annales Iuvavenses maiores 805 l. l., Einhardi annal. 804 l. l. „Leo papa (a. 804) ad Karolum Aquis venit" Martyrolog. vide Chr. de St. Bavon a Gand p. Jean de Thielrode (Gand 1835) p. 204. |

## 805.

| | | |
|---|---|---|
| p. Ian. 6. | Aquisgrani in palatio | „de Aquileiense ecclesia velut una quae suam sedem haberet" cum imperatore praevidet. Vide Leon. III. ep. 5 ap. Jaffé Bibl. IV. 321. |
| p. Ian. 6. | Aquisgrani | ecclesiam S. Mariae, a Carolo constructam, cum magna sollemnitate consecrat. Annal. Tielenses MG. SS. XXIV. 22. Vide etiam Hadriani IV. diploma ap. Quix Cod. dipl. Aquensis p. 32, reg. (ed. 1) 7052. |
| | Coloniae | Consecrasse altaria monasterii S. Martini dicitur in Chron. S. Martini Colon. MG. SS. II. 214. |
| (Ian. 14.) | PerBavariam | in Italiam versus transit. Einhardi annal. 804 l. l. (Annal. Maximiani l. l.) |
| | Ravennae | Einhardi annal. 804 l. l. |
| | Romae | Einhardi annal. 804 l. l. |
| | | †2513 (cccxxviii) Monasterio S. Anastasii ad Aquas Salvias Leo et Carolus imperator Ansidoniam civitatem et complures alias possessiones eadem tabula in aere exarata conferunt. (Ego Anastasius scriniarius S. R. E. a. 805, Caroli a. 5. Leonis a. 10, ind. 10.) De temporis nota cf. Sickel Acta Karol. II. 391 et Böhmer-Mühlbacher Reg. der Karol. I. 165. Apographum donationis scriptum fuit in porticu monasterii, sed partim temporum iniuria deletum, cf. Pertz Archiv V. 321. Ughelli Ital. sacra I. 50, Margarini Bull. Cas. II. 20, Cocqu. I. 161, Bull. Rom. E. T. I. 258, Migne 97 p. 1031 (Maii SS. vet. nov. coll. V. 229). — „Hac die nullo" („In nomine"). |

## 806.

| | | |
|---|---|---|
| | (Romae) | Subscribit Caroli imperatoris de regni divisione testamento, per Einhardum allato. Einhardi annales 806 p. 193. |
| Apr. 9. | | †2514 (cccxxxii) Ecclesiae S. Martini Turonensis privilegia confirmat, sicut Gulfardus abbas, „anno 6. imp. Caroli cum unanimiter sacrosanctum concilium pontificum ageretur imperio Caroli imp." supplici voce precatus fuerat. („Scriptum p. m. Bonifacii archiscomii R. E. in mense Aprili ind. VII. Data 5. id. Apr. a. 11 pontif. Leonis III. anno 6. Carolo regnante imperatore magno"). Monsnyer De statu S. Martini Turon. p. 136, Migne 129 p. 972. Cf. Bréquigny Tabl. chron. I. 138. — „Utilitas ecclesiasticae". |

## 808.

| | | |
|---|---|---|
| Mart. ex. | | 2515 (1921) Karolo augusto de muneribus missis gratias agit. Significat, litteris eius ab Helmengaudo et Hunfrido comitibus acceptis, cum de Pippini regis consilio Romam media quadragesima (26. Mart. 808) veniendi cognovisset, se ea, quae ad recipiendum eundem opus essent, praeparari statim iussisse. Sed alteram epistolam a Pippini missis die 25. m. Martii allatam esse, eum post pascha (16. Apr.) demum venturum; tertiam postea, ut Helmengaudus et Hunfridus ad Pippinum se conferrent, praecipientem. Addit de sua in eum voluntate, de improborum mendaciis, de maritimis adversus paganos defendendis, de Corsica insula b. Petro donata. Leonis III. ep. 1 ap. Jaffé Bibl. IV. 308, Conring. Leon. ep. p. 33, Cenni Mon. II. 57, Mansi XIII. 971, Migne 98 p. 527. — „Magno munere". |
| p. Apr. | | 2516 (1922) Karolo augusto de litteris, consolationis plenis, gratias agit. Haec vero addit: „Missi vestri, qui venerunt ad iustitiam faciendam, detulerunt secum homines plures et per singulas civitates constituerunt; quia omnia secundum quod solebat dux, qui a nobis erat constitutus, per districtionem diversarum causarum tollere et nobis more solito annue tribuere, ipsi eorum homines peregerunt. Et multam collectionem fecerunt de ipso populo. Unde ipsi duces minime possunt suffragium nobis plenissime praesentare". Eardulfum regem (Northanhumbrorum), iniuste pulsum, apud eum esse (Noviomagi mense Mart. et Apr. Cf. Einhardi Ann. MG. SS. I. 195), gaudet; litterasque postulatas mittit Eanbaldo archiepiscopo (Eboracensi), ut aut Romam aut aulam imperatoris adeat, rationem redditum simultatum cum Coenulpho regi (Merciorum) gestarum. Addit de Iesse episcopo (Ambianensi), ad „missaticum per patrias deportandum" non idoneo; et de pravis archiepiscopi Ravennatis moribus, de quibus ab Helmengaudo et Hunfrido, qui dominico die ad palmas (d. 9. m. Aprilis) apud illum pranderint, erudiri eum posse, scribit. Leon. III. ep. 2 ap. Jaffé Bibl. IV. 311, Conring Leon. ep. p. 29, Cenni Mon. II. 61, Haddan and Stubbs Councils III. 562, Mansi XIII. 969, Migne 98 p. 531. — „Explere verbis". |

**808.**

Dec. 31. 2517 (1923) Karolo augusto, quod Hadulfus diaconus, apostolicus missus, cum Eanbaldi archiepiscopi (Eboracensis) legato ex Anglia reversus, aula praeter exspectationem non visa, in Italiam properasset, ira incenso, excusat illos „ignorantes huius saeculi solertia"; utque noxam b. Petro concedat, rogat. Ambo evocatos mittit cum litteris ex Anglia allatis, quibus cognoscat, eos neque fraudulentam legationem suscepisse, neque Ardulfi regis praeveniendi causa Romam festinasse. Litteras illas ex Anglia ut sibi rex remittat petit. (Explicit ep. nostra his verbis: „Absoluta pridie kal. Ian." Quae an recte ad ep. nostrae tempus relata sint, ambigo). Leon. III. ep. 3 ap. Jaffé Bibl. IV. 315, Conring Leon. ep. p. 39, Cenni Mon. II. 66, Haddan and Stubbs Councils III. 565, Mansi XIII. 974, Migne 98 p. 535. — „Omnes enim, qui".

**809.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3.)*

2518 (1924) Karolo augusto, per Sabinum episcopum, ex transmarinis partibus redeuntem, de huius legatione ac de Aldulfi diaconi, missi apostolici, captivitate et redemptione significanti, simulque tres ex divinis litteris quaestiones proponenti, respondet. Leon. III. ep. 4 ap. Jaffé Bibl. IV. 317, Conring Leon. ep. p. 36, Cenni Mon. II. 69, Haddan and Stubbs Councils III. 567, Mansi XIII. 972, Migne 98 p. 538. — „Remeante ad nos".

2519 *Monachis (Francis), qui in sancto monte Oliveti (prope Hierosolymam) morantur de fide disceptantibus (cf. eorum ep. ad Leonem III. ap. Jaffé Bibl. IV. 382) mittit symbolum orthodoxae fidei. Vide Epp. Carol. 23 ap. Jaffé Bibl. IV. 386.

2520 Karolo augusto mittit epistolas a monachis sancti montis Oliveti de fidei contentione et a Thoma, Hierosolymorum patriarcha, ad sese scriptas. Commendat ei, sicut Thomas patriarcha petierat, legatos imperiales Agamum et Roculphum ab Hierosolymis venientes. Epp. Carol. 23 ap. Jaffé Bibl. IV. 386, Baluze Miscell. VII. 17, Le Quien Oriens christ. III. 342. — „Omnia quae de".

Romae in secretario S. Petri — Cum missis Caroli imperatoris Iesse (Ambianensi) episcopo et Bernario (Wormatiensi) seu Adalardo abbate (Corbeiensi) de symbolo fidei disputat. Acta „collationis" habitae ind. 2 descripta sunt a Smaragdo abbate S. Michaelis ap. Baronium Ann. eccl. ad a. 809, Mansi XIV. 18, Migne 102 p. 971.

**806—810.**

2521 (1918) Karolo augusto assentitur, ut Fortunato, archiepiscopo Gradensi, a Graecis Venetisque pulso, ecclesia Polana tribuatur, ea lege, ut, si quando veterem sedem receperit, Polanam dimittat. Quae sibi cum Karolo Aquisgrani (805 p. 6. Ian.) de ecclesia Aquileiensi convenerint, ea strictim attingit. De pravis quibusdam Fortunati factis ab Hildibaldo archiepiscopo (Coloniensi) et Ercanbaldo cancellario edoceri eum posse, addit. Leon. III. ep. 5 ap. Jaffé Bibl. IV. 320, Conring Leon. epist. p. 42, Cenni Mon. II. 47, Mansi XIII. 975, Migne 98 p. 517. — „Dum vestrae".

**810.**

Ian. — Romae in secretario S. Petri — Synodus. Confirmantur acta concilii Aquensis quae releguntur. Vetat, ne symbolo fidei verba „filioque" addantur. Mansi XIV. 18, Baronius ad annum 809 n. 54; cf. Hefele III. 754, Hinschius R. R. III. 715.

2522 (1925) Riculfo, episcopo (Moguntino), de munere litterisque a Bernhario episcopo (Wormatiensi) et Adalhardo abbate (Corbeiensi), missis Caroli imperatoris, sibi allatis gratias agit, expetitasque S. Caesarii reliquias mittit. Epp. Mogunt. 1 ap. Jaffé Bibl. III. 317, inter epp. S. Bonif. ed. W. p. 325, Opp. ed. G. I. 252, Conring Leon. ep. p. 108, Mansi XIII. 977, Migne 102 p. 1030. Cf. Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 48. — „Cum ad limina".

**811.**

Dec. †2523 Monasterii Fuldensis, Rattgerio abbate petente, bona ac privilegia confirmat. („Scriptum p. m. Leonis secundicerii sed apost. mense Dec. ind. V.") Extat sub falso titulo: „Privilegium Gregorii Ratgerio" in cod. Eberhardi. Vide Gegenbauer Das Kloster Fulda (1871) p. 72. 77 et Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 366. — „Quoniam semper sunt".

**812.**

In basilica b. Petri — Michaeli episcopo, et Arsafio et Theognosto protospatariis, Michaelis imperatoris legatis, Aquisgrano redeuntibus, libellum foederis, cum Carolo imperatore icti, reddit. Einhardi annal. 812 p. 199.

Aug. 26. — 2524 (1926) Karolo augusto nunciat, insulas Graecorum, Lampadusam et Pontiam, a Mauris direptas esse, itemque Isclam maiorem, diebus 18.-21. m. Augusti. Quos Michael imperator cum classe misisset, patricium duosque spatarios non esse ab Anthimo, duce Beneventano, adiutos; sed Caietanos et Amalfitanos opem iis tulisse. Maritimas suae ditionis oras, admonitu Karoli custoditas, non accepisse impetum. („Absoluta VII. kal. Sept." Cf. supra reg. 2517). Leon III. ep. 6 ap. Jaffé Bibl. IV. 322, Conring Leon. ep. p. 25, Cenni Mon. II. 72, Migne 98 p. 540. — „Scimus igitur vestram".

**813.**

Mai. — In palatio Lateranensi — 2525 (1927) *„Leo, summus pontifex et universalis papa," in sacro palatio Lateranensi cum Iohanne et Tastaldo episcopis, Theodoro nomiculatore, Georgio bibliothecario, Gemmoso vestarario, Albinino quondam Lori, Agiprando cubiculario, Nordo, Racucio, Naningo de Viterbo iudicat inter „Maurum, filium bonae memoriae Suabini de Castro, et Benedictum, abbatem monasterii S. Mariae, loci ubi dicitur Acutianus territorii Sabinensis". Anno imperii Caroli Magni 13., pontificatus Leonis 18. mense Maio, ind. VI." Regesto di Farfa II. 162, Galletti Del vestarario p. 31 (cf. catalogum tabularum Farfensium ap. Muratori Ant. It. V. 699).

Nov. 11. — 2526 (1928) Karolo augusto Gregorii, patricii Siciliensis, epistolam acceptam Nov. 11. („responsum scilicet serenitatis eius epistolae") mittit. Hanc epistolam sibi directam, „ut exemplar eius aut, cum legisset, a sigillo suo sigillatam" imperatori traderet, se pro eius „satisfactione neque ad legendum aperuisse, neque quid in ea contineatur cognovisse" nuntiat. Inscriptione imperatoris ideo epistolam illam carere putat, quod Gregorius iniussu Leonis imperatoris propalam agere cum eo dubitasset. Scribit, cognovisse se ex suo misso de pace in decem annos confecta inter Gregorium atque legatos Sarracenorum, Hispanicis adversariorum, navibus Veneticis advectos. Centum Maurorum naves mense Iunio ad Sardiniam insulam voragine maris periisse. Michaelem imperatorem et coniugem filiosque in monasteria coniectos esse. („Absoluta 3. id. Nov." [quod in dubium vocat Simson Jahrb. I. 8]). Leon. III. ep. 7 ap. Jaffé Bibl. IV. 325, Conring Leon. ep. p. 22, Cenni Mon. II. 76, Mansi XIII. 965, Migne 98 p. 544. — „Tertio igitur idus".

„ 25. — 2527 (1929) Karolo augusto, narratum a Graeco quodam esse, nunciat, Leone imperatore contra Bulgaros profecto, Constantinum patricium, instigante Procopia Michaelis uxore, imperium occupasse, Nicephoroque patriarchae, de coronatione recusanti, necem intulisse, et Leonis uxorem „exorbasse", filiumque interemisse; Leonem vero Constantinopolim arte ingressum, facta civium caede, singulari certamine vitam Constantino ademisse, itemque Theodoro patricio et Procopiae. Sed addit, Gregorii patricii hominem, qui postea ad sese venerit, et patriarcham occisum, et uxorem Leonis exorbatam, et filium interemptum esse, negasse. („Absoluta 7. kal. Dec.") Leon. III. ep. 8 ap. Jaffé Bibl. IV. 328, Conring Leon. ep. p. 27, Cenni Mon. II. 80, Mansi XIII. 967, Migne 98 p. 548. — „Postquam enim".

**801—814.**

2528 (1919) Karolo augusto benedictionem (i. e. reliquias) b. Petri mittit per legatos suos, Iohannem episcopum et Basilium egumenum. Missos eius queritur non potius usui quam noxae sibi fuisse, omniaque ad palatium Ravennas pertinentia, ab Hermino, fideli eius, antea sibi restituta, abstulisse. Leon. III. ep. 9 ap. Jaffé Bibl. IV. 330, Conring Leon. ep. p. 44, Cenni Mon. II. 50, Mansi XIII. 976, Migne 98 p. 520. — „Ad hoc omnipotens".

2529 (1920) Karolo augusto significat, dolere se de sexto capitularis capite, praeter binas litteras ad se dati, in quo perscriptum sit, iam neminem, qui legationem ad ipsum suscipiat, inveniri posse ob contumelias, quibus priores missi affecti sint. Malevolorum sermonibus ne credat, petit, mittique cupit, qui missorum superiorum acta exquirat. Rem omnem Karoli arbitrio permittit. Leon. III. ep. 10 ap. Jaffé

**803—814.**

Bibl. IV. 332, Conring Leon. ep. p. 19, Cenni Mon. II. 53, Mansi XIII. 963, Migne 98 p. 523. — „Remeantes ad nos".

†2530 Carolo imp. scribit, se consensu sanctorum patrum et coepiscoporum suorum totiusque cleri laicorumque constituisse, ut sacerdos accusatus canonice diiudicetur et damnetur. Ne suspicio maneat cum tribus aut quinque vel septem aut eo amplius se sacramento coram populo dato purgatum ecclesiae reddat. Est caput spur. 36 capitular. Aquisgran. (a. 803). Benedictus levita I. 36 (MG. LL. II. app. p. 48), Ivonis decr. VI. c. 419, pan. V, c. 3, Gratiani C. II. qu. 5. c. 19. — „Omnibus vobis".

†2531 *Decernit rogatus a Carolo imp. per Arnonem, Salisburgensem episcopum, ut omnes chorepiscopi aut damnentur aut in exilium detrudantur. Benedictus Levita III. 260 (MG. LL. II. app. p. 118). Vide Weizsäcker Der Kampf gegen den Chorepiscopat (Tübingen 1859) p. 9 sqq. Binterim Deutsche Concilien II. 319, Denkwürdigkeiten I. II. 407, Hinschius K. R. II. 168.

**815.**

Romae — Primores quosdam Romanos, qui in ipsius caedem conspiraverant, secundum legem Romanorum necari iubet. Einhardi annal. 815 p. 202, Vita Hludowici imp. c. 25 MG. SS. II. 619. Trecentos Romanos capitis damnasse dicitur papa in Chr. S. Benedicti MG. SS. III. 711. Cf. Simson Jahrb. I. 62. not. 5.

„ — Aegrotans invenitur a Bernhardo, Italiae rege, et Geroldo marchione, Ludovici imperatoris legatis. Einhardi annal. 815 l. l., Vita Hludowici imp. l. l.

Iohannem, episcopum Silvae candidae, et Theodorum nomenclatorem et Sergium ducem sui purgandi causa ad Ludovicum Pium mittit. Iter faciunt cum Geroldo marchione, qui ut imperatori quae gesta sint nuntiet, revertitur. Einhardi annal. 815 l. l., Vita Hludowici imp. c. 25 MG. SS. II. 619.

Nov. 25. — †2532 (CCCXXX) Eustasium ex monacho S. Benedicti Barensi factum monasterii S. Benedicti Cupersani abbatem confirmat, eique mandat, ut invasas „post exactos Langobardos" monasterii possessiones recolligat, „vigente in omnibus partibus Italiae piissimi dilecti filii principis regis Francorum sanctione, ut comites, iudices quoque isthic stratigo et cathapani absque figura iudicii ad ecclesias res ecclesiarum revertantur". Monasterii privilegia confirmat. Iubet „praesentium seriem a dilecto fratre suo bibliothecario in registris referri". („Dat. Romae in monasterio S. Anastasii p. m. Ioannis bibliothecarii et cardinalis nostrae R. E. VII. kal. Dec. a. 815 ind. IX. pont. a. 20. Subscribunt: Leo. Nicolaus presbyter S. R. E. cardinalis tt. S. Crucis in Hierusalem. Eustachius tt. S. Praxedis prb. card. Theophylactus S. R. E. card. Stephanus S. R. E. tt. S. Marci. Bonifacius card. tt. S.... Ioannes S. R. E. bibliothecarius). Ughelli It. sacr. VII. 702, Cocqu. I. 161, Bull. Rom. E. T. I. 259, Migne 102 p. 1070. — „Apostolicae sedis".

**795—816.**

Iul. 15. — †2533 (CCCXXIV) Volferio, archiepiscopo Viennensi, et cunctis episcopis per Viennensem provinciam constitutis, significat, se petente Karolo augusto iura Gallicanorum episcoporum confirmasse. Privilegia Viennensia servari iubet, „et licet Tarentasiae episcopus" inquit „aliquibus oppidis videatur praelatus, tamen provincia Alpium Graiarum ditioni Viennensis ecclesiae submissa manebit". De suis angustiis addit. („Data XV. mens. Iulii imperante piissimo aug. Karolo Magno imp. a Deo coronato"). Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. p. 47, Gallia Christ. XV. inst. 3, Migne 129 p. 971. Cf. Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karol. I. 126. — „Petente inclito".

2534 (1930) Omnibus orientalibus ecclesiis „symbolum orthodoxae fidei" mittit. Mansi XIII. 978, Migne 102 p. 1030. — „Hoc symbolum".

2535 (1931) Exsecratur eos, qui dona vel oblationes s. altaris gloriosi Pauli apostoli totiusque templi tollere praesumpserint, aut qui rectorem per pecuniam vel aliquod malum ingenium in hoc loco ... ordinaverint". Margarini Bull. Cas. II. 20, Puccinelli Memorie sepolcrali p. 53, Cocquelines I. 161, Bull. Rom. E. T. I. 258, Migne 129 p. 971. — „Quicumque dona".

2536 Decernit de sepultura, quam unusquisque sibi proprie eligat. Gregorii IX. decret. L. III. tit. 28. c. 1 sub titulo: Leo III. (Vide Corpus iuris canonici ed. Friedberg

**795—816.**

ubi citatur: „Jaffé 5795. 816" [legendum esse videtur 795-816]). — „Nos instituta maiorum".

2537 *Ecclesiae Coloniensis privilegia et possessiones confirmat. Vide bullam Stephani V. (a. 891, Mai.) ap. Binterim Die iüngste öffentl. Vorlesung des Herrn Braun p. 96.

2538 *Monasterio Augiensi privilegium dat. Meminit huius bullae Innocentius III. a. 1207, Mart. 22; vide Neugart Episcopatus Constantiensis I. ɪɪ. 608, Potthast Reg. 3056a-25550.

†2539 (cccxxxɪ) Bertrando, episcopo Pictaviensi, et metropolitanis Aquitaniae et episcopis eius et totius Galliae significat, se monasterio Caroffensi („quod" inquit „una vobiscum nuperno dedicavimus tempore per suggestionem Rogerii comitis, qui ex praecepto D. Karoli augusti coenobium fundavit") immunitatem et exemptionem et ius eligendi abbatis concessise. v. Pflugk-Harttung Acta inedita I. 3, (Labbaei N. B. M. II. 757). — „Dominus Iesus".

†2540 (cccxxɪx) Parthenonem Horreensem (Treviris) privilegio donat, ut abbatissae ex sororum numero eligantur. Beyer Mittelrhein. Urkundenb. I. 36 perperam sub Leonis VII. titulo, cf. Görz ibid. II. 584, Gesta Trev. MG. SS. VIII. 160, Miraei Opp. dipl. I. 245, Mansi XIII. 989, Migne 102 p. 1067. Ut Brower Annal. Trev. I. 388 (ad a. 799) suspicatur, Leo III. bullam hanc Prumiae concessit, quae sic ad a. 799 sive ad. hiemem 804. 805 referenda esset. Adscribit ei igitur Görz l. l. annum 804, Dec.-805, Ian. — „Ego Leo".

†2541 Monasterii S. Iodoci supra litus maris possessiones, libertatem, privilegia confirmat, petente Warembaldo abbate. (Quae in fine bullae sequuntur „Datum et confirmatum II. id. Iun. p. m. Petri diac. bibl. et canc. s. et apost. sedis, a. Leonis 1. ind. II." ad Leonem IX. spectant, sed Warembaldus abbas, qui annis 795-816 floruisse dicitur, cum eo convenire non potest). Dedit Löwenfeld ex Bibl. nat. Paris Ms. lat. 12889 (Hist. abbatiae S. Iodoci) fol. 34. Cf. v. Pflugk-Harttung Neues Arch. VII. 86, ubi Leoni IX. haec bulla adscripta est. — „Convenit apostolico moderamini".

†2542 *Wirundo abbati privilegium dat. Cf. De Noue Etudes hist. sur Stavelot et Malmedy (Liège 1848) 8⁰. p. 113, Roderique Codex Mss. Stabuleto-Malmund. (1785) p. 720 et eiusdem Prima discept. c. 1.

**816.**

| | | |
|---|---|---|
| Iun. 12. | In basilica b. Petri | Sepelitur „prid. id. Iunias, indict. VIIII.", cum sedisset a. 20 m. 5 d. 17 (al. 16, 20). Vita Leonis p. 236. 315. 316. (Obiisse Leo falso dicitur in Einhardi annal. 816 MG. SS. I. 203; „circiter 8. kal. Iun. [al. 8. kal. Iul., 5. kal. Iun.]"; in Vitae Hludowici imp. c. 26 ibid. II. 625 et in Ann. Ausciens. 815 ibid. III. 171: „8. kal. Iunii". |

---

## STEPHANUS IV. 816. 817.

Unum, quod superest, Stephani IV. diploma (cp. 2544) est scriptum per manum Christophori scriniarii, datum p. m. Theodori nomenculatoris sanctae sedis apostolicae.

**816.**

| | | |
|---|---|---|
| Iun. | Romae | Eligitur „illico . . . dum de hac vita migraret Leo (III.) papa". Vita Stephani IV. in Vignolii lib. pont. II. 317. |
| „ 22. | In ecclesia b. Petri (Romae) | Consecratur, cum vacasset pontificatus per dies 10. Vita Leonis III. p. 316, Vita Stephani l. l. |
| | | „Statim postquam pontificatum suscepit, iubet omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Hludowico" imperatori. Thegani Vita Hludowici c. 16 MG. SS. II. 594. |
| | | †Decernit ita: „Quia sancta Romana ecclesia . . . a pluribus patitur violentias pontifice obeunte, quae ob hoc inferuntur, quia absque imperiali notitia et suorum legatorum praesentia pontificis fit consecratio, nec non canonico ritu et consuetudine ab imperatore directi intersunt nuntii, qui scandala vetent fieri, volumus, ut, cum instituendus |

**816.**

est pontifex, convenientibus episcopis et universo clero eligatur praesente senatu et populo, qui ordinandus est, et sic ab omnibus electus praesentibus legatis imperialibus consecretur, nullusque sine periculo sui iuramenta vel promissiones aliquas nova adinventione audeat extorquere, nisi quae antiqua exigit consuetudo, ne vel ecclesia scandalizetur, et imperialis honorificentia minuatur". (Decretum, quod ad Stephanum IV. pertinere, contra Pagium probat Muratori R. It. SS. II. II. 127. not. 4, ad exemplar concilii Iohannis IX. anni 898 falsatum esse demonstrat Hinschius K. R. I. 231, III. 715, cui assentit Simson Jahrb. I. 66; obloquuntur Hefele IV. 7, Niehues Hist. Jahrb. d. Görresgesellschaft I. 141 sqq.). Ivonis pan. III. c. 1, Gratiani D. 63. c. 28, Mansi XIV. 147, Theineri disqu. crit. 205, (Migne 80 p. 361 ubi secundum Udalricum Babenb. sub nomine Deusdedit papae legitur). — „Quia sancta Romana" „Quascunque Romana".

| | | |
|---|---|---|
| | | Ad Ludovicum imperatorem duos legatos mittit, „qui quasi pro sua consecratione imperatori suggerant", Einhardi Annales 816 MG. SS. I. 203. — „Praemisit legationem, quae super ordinatione eius imperatori satisfaceret", Vita Hludowici c. 26 ibid. II. 620. — „Dirigens legatos suos ad principem, nuncians ei, ut libenter eum videre voluisset in loco ubicumque ei placuisset", Thegani Vita Hludowici c. 16, ibid. p. 594. |
| Aug. | | Ad Ludovicum imperatorem proficiscitur, comitante Bernardo Italiae rege, „nondum duobus post consecrationem suam exactis mensibus". Einhardi Annal. 816 l. l., Vita Hludowici c. 26 l. l. |
| | In itinere | missos Ludovici imperatoris obviam habet. Einhardi Annales 816 l. l., Thegani Vita Hludowici c. 16 l. l., Vita Hludowici c. 26 l. l. |
| | „ | Hildebaldum, archicapellanum sacri palatii (et Coloniensem archiepiscopum), Theodulfum episcopum Aurelianensem, Iohannem Arelatensem, a Ludovico imperatore missos, obviam habet. Vita Hludowici c. 16 l. l. |
| Oct. 2(?). | In campo magno Remensium | (miliario a monasterio s. Remigii) cum Ludovico Pio imperatore convenit. Thegani Vita Hludowici c. 16 p. 594, Vita Hludowici imp. c. 26 p. 620. — „Mense Octobri", Annal. S. Emmer. Ratisp. maior. 816 MG. SS. I. 93, Annal. Lauriss. minor. ibid. p. 122, Annal. Xantenses 815 ibid. II. 224. „Oct. 2" conicit Simson Jahrb. I. 68. |
| „ 3(?). | Remis | „in crastinum" apud Ludovicum imperatorem coenat, muneribusque donatur. Vita Hludowici c. 26 p. 621. |
| „ 4(?). | „ | „die tertio" Ludovicum imperatorem donis afficit. Hludowici c. 26 l. l. |
| „ 5(?). | Remis in ecclesia S. Mariae ante altare | „in proxima die dominica . . . consecrat Ludovicum et ungit eum ad imperatorem et coronam auream mirae pulchritudinis cum pretiosissimis gemmis ornatam, quam secum adportaverat, ponit super caput eius; et Irmingardam reginam appellat augustam et ponit coronam auream super caput eius", Thegani Vita Hlud. c. 17 p. 594. — „In crastinum, quae fuit dies dominica", Vita Hludowici c. 26 p. 621. Cf. Annales Xantenses 815 l. l., Hincmari Annales 869 MG. SS. I. 484 et Ludowici spurium diploma ecclesiae Remensi concessum ap. Sickel Acta Karol. II. 150, Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karol. I. 296. Vide etiam Simson Jahrb. I. 71, Böhmer-Mühlbacher l. l. I. 238. |
| Oct. | Remis | „cunctis quae poposcerat impetratis" proficiscitur Romam versus, comitantibus imperatoris legatis. Thegani Vita Hludowici c. 17. 26 l. l. |
| Nov. | Ravennae | (in ecclesia Ursiana) sacra procurat. Agnelli vit. Martini c. 2 MG. SS. Lang. p. 388 ap. Muratori R. It. SS. II. I. 183. |
| „ | Romam | pervenit. Einhardi annal. 817 p. 203: „tertio, postquam Romam venerat, mense, sed nondum exacto . . . obiit". |
| Dec. | Romae | Vide Vitam Stephani p. 319: „Fecit autem ordinationem unam in mense Decembri". |

**816. 817.**

*2543 Monasterio Augiensi privilegium dat. Vide Innocentii III. bullam a. 1207, Mart. 22 editam ap. Neugart Episcopatus Constant. I. II. 608, Potthast Reg. 3056a—25550.

**817.** *(Ind. 10, imp. Ludovico a. 3 et post cons. eius a. 3.)*

2544 (1932) Ingoaldo presbytero et monacho atque abbate petente, monasterii S. Mariae Farfensis possessiones ea lege confirmat, ut „singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus ecclesiasticis 10 auri solidi persolvantur; nullaque praeterea ad

**817.** *(Ind. 10, imp. Ludovico a. 3 et post cons. eius a. 3.)*

dandam annue pensionem mora proveniat, sed actionariis s. ecclesiae apto tempore persolvatur". Regesto di Farfa II. 183, Galletti Del primic. p. 174, Chron. Farfense ap. Muratori R. It. SS. II. ii. 366, Cocqu. I. 164, Bull. Rom. E. T. I. 262, Migne 129 p. 973. — „Cum magna nobis".

Ian. 24. Romae. Moritur „9. kal. Febr.", Enhardi Fuldensis annal. 817 MG. SS. I. 356. „Circiter 8. kal. Febr.", Einhardi annal. 817 ibid. p. 203; „8. kal. Febr.", Annal. Auscienses 817 ibid. III. 171. Cf. Pagii crit. ad Baron. annal. 817.

---

# PASCHALIS I. 817—824.

Tabulae Paschalis sunt
scriptae p. m. Christophori scriniarii S. R. E. (1. Febr. 817, tab. 2546).
Theophilacti notarii et scriniarii (5. Dec. 817, „ 2549).
Timothei „ „ „ (11. Iul. 819, „ 2551).
datae p. m. Theodori nomenculatoris s. sed. ap. (1. Febr. 817, „ 2546).
Georgii bibliothecarii s. sed. ap. (5. Dec. 817, „ 2549).
Sergii „ „ „ „ (11. Iul. 819, „ 2551).
(Nota, quod Sergii loco „Georgium" scribit Phillips K. R. VI. 370, Georgii loco „Sergium" Marini I papiri p. 219).

**817.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, imp. Ludovico a. 3. — 28. Ian. — 4, post cons. eius a. 3.)*

Ian. 25. Consecratur. Vita Stephani IV. p. 319: „cessavit (post Stephanum) episcopatus dies duos". Cf. Pagii crit. ad. Baron annal. 817.

„ 2545 (1933) *„Post completam solemniter ordinationem" ad Ludovicum imperatorem mittit „et munera et excusatoriam epistolam, in qua sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti pontificatus honorem velut inpactum adseverat". Einhardi annales 817 MG. SS. I. 203, Vita Hludowici c. 27 ibidem II. 621. Cf. Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karol. I. 241.

Febr. 1. 2546 (1934) Monasterii S. Mariae Farfensis possessiones confirmat, non habita mentione pensionis 10 solidorum. (Scriptum cet. Dat. cet. [vide supra] imperante domno Ludovico imp. a. 3 ind. X.). Regesto di Farfa II. 186, Chron. Farf. ap. Muratori R. It. SS. II. ii. 371, Margarini Bull. Cas. II. 21, Migne 129 p. 977, Bull. Rom. E. T. I. 266, Cocqu. I. 166. — „Cum magna nobis solicitudine".

2547 (1935) (Barnardo), abbati Ambroniacensi, praecipit, ne oblatum archiepiscopatum Viennensem aspernetur. „Quod si renueris", inquit „quam sententiam notarius filius noster Gregorius, quem de latere nostro misimus, super inobedientia tua dictaverit, validam ratamque censemus". (Cf. Mabillonii annotationem; dubiae fidei ep. esse censet Simson Jahrb. I. 213). Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. IV. P. II. 562, Migne 129 p. 979. — „Cum militiam et".

2548 (1936) Ludovicum (Pium) imperatorem rogat, ut „pactum, quod cum praedecessoribus suis factum erat, etiam secum fiat et firmetur". Theodorum nomenclatorem mittit legatum. Vide Einhardi annal. 817 l. l. Cf. Simson Jahrb. I. 80.

Iul. 20. Romae in basilica b. Praxedis. „Sanctorum corpora sub altare summa cum diligentia propriis manibus condit in mense Iulio die XX. indictione decima". Vide titulum ap. Maium SS. vet. nov. coll. V. 38.

Dec. 5. 2549 (1937) Barnardo, archiepiscopo Viennensi, susceptam dignitatem gratulatur, palliique usum concedit. (Scriptum cet. Datum cet. [vide supra] imperante domno Ludovico imp. eius imperio a. 4 et patriciatus [lege post consul. cf. Marini I. papiri p. 219 et Mabillon De re dipl. p. 183. 440] eius 3). Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. II. 566, Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 49, Mansi XIV. 375, Migne 102 p. 1088. Cf. Simson Jahrb. I. 74. — „Quia sanctitatem".

**c. 818.**

2550 (1938) Ludovico imperatori scribit de sacerdotibus venerandis et defendendis,

**c. 818.**

eumque admonet „votionum sanctarum, quas ad honorem S. Petri coram sanctis reliquiis nec non clericis ac fidelibus suis ante tempora pauca promiserit“. Leonem exorcistam, legatum suum, commendat. (Fragmentum). Mansi XIV. 376, Migne 102 p. 1088. — „Honor quidem“.

**819.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, imp. Ludovico a. 5. — 28. Ian. — 6, post cons. eius a. 6, Lothario a. 3.)*

Iul. 11. 2551 (1939) Ecclesiae Ravennatis privilegia, Petronacio archiepiscopo per Sergium diaconum petente, confirmat. Quorum violatori mulctam „auri obriti librarum quinque“ et anathema proponit. (Explicit haec bulla: „Quod praeceptum confirmationis a nobis factum scrivendum praecepimus Thimoteo“ cet. [vide supra]). Gloria Paleografia p. 632, Muratori R. It. SS. II. I. 220, Mansi XIV. 375, Migne 102 p. 1089, Marini I. papiri p. 12, Bull. Rom. E. T. I. 267, (Rubei Hist. Rav. p. 236, Ughelli It. sacr. II. 344). Specimen huius bullae expresserunt Muratori l. l. et Gloria l. l. Tab. XXII. — „Cum piae desideriis“.

Iul. †2552 (CCCXXXIV) Monasterii S. Vincentii Vulturnensis, sub Iosue abbatis regimine et iurisdictione ecclesiae Romanae constituti, possessiones et privilegia corroborat. („Scriptum p. m. Theodorici scriniarii S. R. E. in mense Iulio ind. 12 in sacratissima aede beati Petri apostoli anno 4. pontif. Paschalis I.“). Muratori R. It. SS. I. II. 384, Migne 129 p. 980, Cocquelines I. 168, Bull. Rom. E. T. I. 269. — „Divinis praeceptionibus“.

**821.**

Ad Ludovicum (Pium) imperatorem legatos mittit Petrum, episcopum Centumcellensem, et Leonem nomenclatorem. Einhardi annales 821 p. 207, Vita Hludowici imp. c. 34 p. 625.

Legatos mittit Theodorum primicerium et Florum superistam, qui mense Octobri Theodonis-villam ad Lotharii I. regis nuptias „cum magnis muneribus“ pervenerunt. Einhardi annal. 821 p. 208, Vita Hludowici imp. c. 34 p. 626. Cf. Böhmer-Mühlbacher Reg. d. Karol. I. 268.

**c. 822.**

2553 (1940) Omnibus Christianis Ebonem, archiepiscopum Remensem, et eius socium, Halitgarium (episcopum Cameracensem) commendat, ad partes aquilonis, fidem Christi propagatum, missos. Lappenberg Hamb. Urk. I. 9, Liljegren Dipl. Suec. I. 1, Rydberg Sverg. Tract. I. 1, Migne 129 p. 982, Bull. Rom. E. T. I. 271. — „Cum religiosissimum“.

**822.**

Apr. 21. †2554 (CCCXXXIII) Stephano, episcopo Cadurcensi, commendat Aymarum abbatem missum, ut destructum monasterium Figiacense restauret, monachosque dissipatos recolligat. Stephani II. bullae (supra reg. †2321) memoriam facit. („Datum Laterani p. m. Gregorii S. R. E. diaconi notarii sacri palatii 11. kal. Maii feria 2. post octavas Paschae ind. 15 anno domini 822 pontif. Paschalis 4, qui in numero pontificum centesimus habetur“). Gall. Chr. I. Instr. 43, Migne 129 p. 984. Cf. Bibl. de l'école des Ch. XXXIII. (1872) p. 266. — „Fiacense monasterium“.

**823.**

Apr. 5. Apud S. Petrum. Lothario I. „et regni coronam et imperatoris atque augusti nomen“ tribuit „in sancto paschali die“, Einhardi annal. 823 p. 210, Vita Hludowici imp. c. 36 p. 627. Cf. Böhmer-Mühlbacher l. l. I. 275.

†„Romae in praesentia Paschalis et Lotharii imperatoris, procerumque Romanorum, sive optimatum imperatoris atque multorum utriusque partis nobilium virorum quaestiones agitantur“. Vide diploma spurium Lotharii I. Regesto di Farfa II. 224, Chronicon Farfense ap. Muratori R. It. SS. II. II. 388. Cf. Böhmer-Mühlbacher l. l. I. 276.

c. Iul. Ad Ludovicum (Pium) imperatorem mittit Iohannem, episcopum Silvae-candidae, et Benedictum archidiaconum, qui interfecti Theodori primicerii et Leonis nomenclatoris

| | | |
|---|---|---|
| | | **823.** |
| | | culpam ab ipso demoveant. Einhardi annal. 823 p. 210, Vita Hludowici imp. c. 37 p. 627. |
| Sept. Oct. | In Lateranensi patriarchio | Praesentibus Adelungo, S. Vedasti abbate, et Hunfrido comite, Ludovici imperatoris legatis, se de Theodori primicerii et Leonis nomenclatoris caede „cum magno episcoporum numero iureiurando purificat, et interfectores praedictorum hominum defendens, mortuos velut maiestatis reos condemnat et iure caesos pronuntiat“. Einhardi annal. 823 p. 211, Thegani Vita Hludowici c. 30 MG. SS. II. 597, Vita Hludowici imp. c. 37 p. 627. 628. |
| „ „ | | Ad Ludovicum imperatorem mittit Iohannem, Silvae-candidae episcopum, Sergium bibliothecarium, Quirinum subdiaconum et Leonem magistrum militum. Einhardi annal. 823 l. l., Vita Hludowici imp. c. 37 p. 628. |
| | | **817—824.** |
| | | 2555 (1942) Scribit de inventis S. Caeciliae reliquiis. (Fragmentum; cf. Vitam Paschalis I. in Vignolii lib. pont. II. 331). Mansi XIV. 373, Migne 102 p. 1085. — „Cum summae“. |
| | | 2556 Decernit, ut episcopi lectioni et orationi vacent et semper secum presbyteros et diaconos aut clericos habeant. Gratiani decr. C. II. q. 7. c. 60 ubi hoc decretum sub titulo habes „Pascalis papa“. Cf. quae Friedberg monuit. — „Episcopi lectioni“. |
| | | 2557 Decernit, ut „nulli episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos antequam ab eis impeteretur a sua communi familiaritate neglexerit separare“. Gratiani decr. C. III. q. 5. c. 14. — „Nulli episcoporum“. |
| | | **822—824.** |
| | Romae | „Rabani epistolam de privilegio coenobii Fuldensis molestissime fert et monachos Anastasii ab eo Romam missos, ut eam offerat, incarcerat, ipsumque (Rabanum) coram episcopis Franciae vituperat, et parum abest, quin illum excommunicet“. Epistola Rabani (male intellegit „Paschalis“ Flaccius Illyricus Catalog. test. Verit. L. X. p. 172 et eum sequens Harttung Dipl. hist. Forschungen p. 270) ad Hattonem Fuldensem abbatem cuius fragmenta asservaverunt Centuriatores Magdeburg. Centur. III. c. 541. 323. 494. Vide Dümmler Forschungen z. Deutschen Gesch. V. 385. 392. |
| | | **824.** |
| Apr. Mai. | Romae | „Valida infirmitate detentus ac morti iam proximus“ invenitur a legatis reversis a Ludovico imperatore. Einhardi annal. 824 p. 212. |
| „ „ | | Moritur. Annum indicant Einhardi annal. 824 MG. SS. I. 212, Annales Ausciensus ibidem III. 171, cet. De die nequaquam constat; quae enim tradit Vita Paschalis p. 320, hunc a. 7 m. 7 (al. 5) d. 17 sedisse, et p. 346, „cessasse episcopatum d. 4 in mense Ianuario ind. 1“, ea manifesto falsa sunt. Itaque ex sequentis pontificatus initiis, quo mense Paschalis obierit, coniectura assequor. |

---

## EUGENIUS II. 824—827.

(Tabulae, que notis insigniuntur, suspectae aut falsae: †2558 scripta est p. m. Christo(pho)ri notarii et scriniarii; 2563 p. m. Agathonis notarii et scriniarii, data p. m. Georgii bibliothecarii s. sed. apostolicae.)

| | | |
|---|---|---|
| | | **824.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, imp. Ludovico a. 11. et Lothario.)* |
| a. Iun. 6. | | Consecratur. Einhardi Annal. 824 MG. SS. I. 212: „In cuius (Paschalis) locum cum duo per contentionem populi fuissent electi, Eugenius tamen archipresbyter tit. S. Sabinae, vincente nobilium parte, subrogatus atque ordinatus est; cuius rei nuncium cum Quirinus subdiaconus ad imperatorem detulisset, conventu circiter 8. kal. Iul. |

**824.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, imp. Ludovico a. 11. et Lothario.)*

pronunciato“ cet. Thegani vita Hludow. imp. c. 30 ibidem II. 597: „papa (Paschalis) obiit, cuius funus Romanus populus in ecclesia b. Petri humari noluit, antequam Eugenius papa post eum successit; et ipse iussit sepelire corpus eius in loco, quem ipse vivus construxerat“. Eugenio, quem constat m. Aug. a. 827 obiisse, in Vita ap. Vignolium, Lib. pont. III. 1, assignantur a. 3 m. 2 d. 23, consecratio igitur aut ad exeuntem m. Maium aut initum m. Iunium a. 824 est referenda; eamque ante d. 6. Iunii factam esse, liquet ex notis chronologicis synodi Mantuanae ap. Mansi XIV. 493: „Anno pontificatus Eugenii quarto, per indictionem quintam, VIII. id. Iunii“. Cf. Simson Jahrb. I. 214, Böhmer-Mühlbacher Reg. der Karol. I. 281.

Oct. Nov. — Romae — Lotharium I. imperatorem honorifice suscipit. Einhardi annal. 824 p. 213, Vita Hludowici imp. c. 38 MG. SS. II. 628.

Nov. 13. — †2558 (1943) Adalrammo, archiepiscopo Salzburgensi, pallii usum concedit, praesente Lothario, Ludewici imperatoris filio. Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang p. 80. (Vide Dungel Archiv f. österr. Gesch. [1871] Bd. 46 p. 252, qui demonstrat, hanc bullam exemplo spuriae bullae Benedicti VII. [infra ed. I. reg. 2893] fictam esse). — „Pallii usum“ („Diebus vite tue“).

2559 (1944) *Monasterio Farfensi asserit possessionem „duarum massarum iuris monasterii S. Bibianae“ Romani, „quarum una Pompeiano et alia Balagai nuncupatur“. Vide Lotharii I. imp. tabulas, die 31. Maii a. 825 datas, Regesto di Farfa II. 216 et Muratori R. It. SS. II. ii. 383.

**825.**

2560 (1945) *Ludovico et Lothario imperatoribus petentibus concedit, „ut sacerdotibus eorum liceat de libris sanctorum patrum sententias quaerere atque colligere, quae ad rem, pro qua Graecorum legati ipsum consulturi sint, veraciter definiendam convenire possint“. Vide Ludovici et Lotharii imperatorum epist. ad Eugenium ap. Mansi XV. append. p. 437, Migne 98 p. 1347, 104 p. 1317, Sickel Acta Karol. II. 155, Simson Jahrb. I. 249, Böhmer-Mühlbacher l. l. I. 291.

Dec. — 2561 Michaeli atque Theophilo, imperatoribus Graecorum, sub Eugenii II. nomine de unitate ecclesiae restituenda synodus Parisiensis (825, Dec.) litteras dat, quas ut Constantinopolim dirigantur, papae transmittit. Vide acta syn. Par. ap. Mansi XIV. 463, Migne 98 p. 1337 (129 p. 991); cf. Hefele IV. 44. — „Oro autem“.

**826.**

In patriarchio — „Graviter infirmans, ita ut semivivus appareret, nec aliter quam lecto accumbens“ Rodoinum, abbatem S. Medardi Suessionensis, Ludovici Pii imperatoris legatum, excipit „anno 826, imperii vero Hludowici caesaris 13“. Translatio S. Sebastiani et S. Greg. Suess. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. I. 390.

c. Apr. — Ad Ludovicum (Pium) imperatorem mittit Leonem, episcopum Centumcellensem, et Theophilactum nomenclatorem. Einhardi annales 826 p. 214.

Nov. 15. — Coram sacratissimo corpore b. principis apostolorum — Concilium episcoporum 62 (aut 61), in quo 38 canones constituunt: de simonia; de sacerdotibus indoctis; de episcopis, nisi a clero et populo postulatis, non consecrandis; ne episcopi diu absint ab ecclesiis; de claustris iuxta ecclesias constituendis; de plebium baptismalium assensu in ordinandis presbyteris requirendo; de clericorum numero; de sacerdotum disciplina; ne episcopi „res immobiles de subiectis plebibus seu aliis piis locis in proprio usu habeant“; de oblationibus; de sacerdotibus ab episcopo non exauctorandis; de advocatis; de monasteriis et oratoriis „a dominio constructorum invite non auferendis“; de invasoribus; de xenodochiis; de piis locis desertis et destructis; de episcoporum reditu; de abbatibus; de monachis et monialibus; de die dominica; de iis, qui inviti monachi facti sint; ne laici, dum sacra procurentur, in presbyterio sint; de magistris et doctoribus constituendis, „qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant“; ne festi dies „ballando, verba turpia decantando, choros tenendo“ violentur; de divortiis; de bigamia, de matrimoniis illicitis. MG. LL. II. append. p. 11 sq. (Mansi XIV. 999). Addit ex hoc concilio Deusdedit Coll. can. I. c. 123 (et sub titulo Leonis IV. Grat. D. LXXIX. c. 6): de Romano pontifice, a sacerdotibus seu primatibus, nobilibus seu cuncto concilio Romanae ecclesiae electo (sicut in concilio Stephani papae statutum est), probando; Deusdedit I. c. 129: de dogmatibus et praeceptis sedis apostolicae tenendis.

**824—827.**

Apr. 6. †2562 (1950) Petente (Hilduino abbate) „SS. Dionysii, Medardi (Suessionensis) et Germani, pro voluntate Ludovici imperatoris, ecclesiae S. Petri (Rotomagensis) in partibus Neustriae a Clothario constructae, ubi sanctissimus Audoenus requiescit in corpore, huiusmodi privilegium firmat: ut scilicet omnes terras et consuetudines terrarum, a praedecessoribus regibus Clothario, Theoderico, item Clothario, Dagoberto, Clodoueo, item Theoderico, Carolomagno ac filio eius piissimo, imperatore Ludovico, isti loco concessas perpetualiter possideant". („Traditum p. m. Iohannis notarii S. Petri, 8. ydus Apr. ind. 15"). Exstant exempla Parisiis in bibl. nat. cod. lat. 12777 (S. Germani lat. 577) p. 115 et in tabul. nat. LL. 123 (Chartul. de Choisy-en-Bac saec. XV.) p. 59. (Neustria pia 20, Migne 129 p. 985). — „Quotiens illa" („Quoniam dilectissimus").

Iul. 8. 2563 (1948) Barnardo, archiepiscopo Viennensi, respondet, se „in cap. (D.) XI. Iustinianae legis ita invenisse: ut descriptio (leg. praescriptio) XL annorum venerabilibus locis competenter aptetur, neque XX vel etiam XXX annorum praescriptio religionis domibus apponatur; sed sola XL annorum curricula, non solum in legatis et rebus exterioribus, sed etiam in haereditatibus sacris valeant". Privilegia eius rata manere vult. (Significatio temporis est vehementer corrupta, nec parvam suspicionem movet: „Indict. XV., Ludowici imp. a. IV".) Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. 50, Mansi XIV. 414, Graid L'abbaye de St. Barnard I. preuves p. 23, Migne 105 p. 643, (Mabillon Acta SS. O. Ben. saec. IV. P. II. 567). — „Congaudeo".

2564 (1947) *Cunctis ecclesiae catholicae filiis commendat Anskarium et eius socios, adiunctos aquilonensi legationi, Eboni archiepiscopo Remensi mandatae. Vide fragmentum ap. Lappenberg Hamb. Urk. I. 29, Rydberg Sverg. Tract. I. 4. Cf. etiam Koppmann Zeitschrift des Ver. f. Hamb. Gesch. (1866) V. 508, qui hanc bullam datam esse negat et Simson Jahrb. I. 211. 265, Dehio Erzbisth. Hamburg-Bremen I. Anm. p. 11.

2565 (1949) Probatio per aquam frigidam quomodo facienda sit, docet litteris in Franciam missis. Mabillon Vet. anal. 161, Migne 129 p. 985. — „Cum homines".

†2566 (1946) Rathfredo Favianensi, Methodio Speculi-Iuliensi seu Soriguturensi, Alewino Nitraviensi, Annoni Vetuarensi episcopis et Tuttundo ac Moymaro ducibus et optimatibus exercitibusque plebis Hunniae et Moraviae significat, se Vrolfum, archiepiscopum Laureacensem, metropolitam iis praefecisse, et vicarium suum constitutum pallio donasse. Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 700, Dümmler Pilgrim v. Passau p. 115, Ludewig SS. Rer. Germ. II. 360, Fejér C. D. H. I. 158, Boczek C. D. M. I. 14, Stredowsky Sacra Morav. p. 68, Mansi XIV. 412, Migne 105 p. 642, 129 p. 989, Bull. Rom. E. T. I. 272. Spuriam esse hanc bullam probaverunt Dümmler l. l. p. 19, Gfrörer Gesch. d. Ost- und Westfr. Karol. I. 119, Palacky Gesch. von Böhmen I. 108. n. 65. — „Cum audivimus."

†2567 (cccxxxv) Monasterii Agaunensis privilegia confirmat, „quia postulavit a nobis Ludovicus, pronomine pius, excellentissimus rex Francorum". (Subscribunt Eugenius papa et 5 episcopi). Aubert Trésor de l'abbaye de St. Maurice d'Ag. p. 211, Mémorial de Fribourg IV. 353, Gall. Christ. XII. Instr. p. 425, Migne 129 p. 987. — „Quia Dominus oves" „Quia Dominus noster" („In nomine").

**827.**

Aug. Moritur „mense Augusto", Einhardi annal. 827 p. 216, Vita Hludowici imp. c. 41. p. 631.

---

## VALENTINUS. 827.

**827.**

In ecclesia S. Mariae — Eligitur. Vita Valentini in Vignolii lib. pont. III. 7, Einhardi Annal. 827 MG. SS. I. 216.

Ad palatium — (Lateranense) deducitur. Vita Valentini l. l.

Ap. b. Petrum — Consecratur. Vita Valentini l. l., Einhardi Annal. 827 l. l.

Ad palatium — (Lateranense) revertitur. Vita Valentini l. l.

**827.**
Moritur, cum „vix unum mensem in pontificatu complevisset“, ut testantur Einhardi Annal. 827 l. l.; cf. Annales Auscienses 827 MG. SS. III. 171. In Vita p. 3 ei dies 40 assignantur.

---

## GREGORIUS IV. 827—844.

Una, quae plenioribus notis chronologicis instructa est, Gregorii IV. bulla (2580) est scripta p. m. Petri scriniarii, sigillata p. m. Ursi secundi ducerii (leg. secundicerii) s. sedis apostolicae.

**827.**
Romae — Eligitur. Vita Gregorii in Vignolii lib. pont. III. p. 10, Einhardi annal. 827 MG. SS. I. 216.
Ex basilica — (SS. Cosmae et Damiani) „per vim abstrahitur“. Vita Gregorii l. l.
In patriarchium — (Lateranense) perducitur. Vita Gregorii l. l.
Romae — Consecratur „non prius, quam legatus imperatoris Romam venit et electionem populi, qualis sit, examinat“, Einhardi annales 827 l. l. (Vita Hludowici imp. c. 41 MG. SS. II. 631). Vita Gregorii p. 11, „electionem simul et consecrationem“ factam esse, perperam tradit.

**828.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7.)*
c. Apr. — Ad Ludovicum (Pium) imperatorem mittit Quirinum primicerium et Theophilactum nomenclatorem. Einhardi annales 828 p. 217, Vita Hludowici imp. c. 42 p. 631.
Apr. 1. — 2568 (1951) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, petente Rhabano abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 209, Migne 129 p. 991, (Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 115). Vide de fide huius tabulae dubia Sickel Beitr. z. Dipl. IV. 51 et quae de hac et sequenti bulla disseruit Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 370. — „Quoniam sunt semper“.
Mai. 15. — †2569 Monasterium Fuldense sub Rabano abbate constitutum cum possessionibus ac privilegiis confirmat. („Datum p. m. Benedicti notarii ac scriniarii R. E. Idibus Maii ind. 14.“). Exstat in Udalrici Babenb. codice (Vide Jaffé Bibl. V. 7) ap. Eccard Corp. Hist. XI. 31, Migne 104 p. 297, 106 p. 860. Ad exemplar bullae Silvestri II. infra ed. 1. reg. 2992, Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 341 falsata esse videtur. — „Pontificii nostri“.

**829.** *(Ind. 7.)*
Ian. — In palatio Lateranensi — Ioseph episcopus et Leo comes, missi Ludovici imperatoris, praesente Gregorio, de possessionibus quibusdam litem dant secundum monachos Farfenses contra ecclesiam Romanam. Tabula exstat in Regesto di Farfa II. 221, ap. Galletti Del prim. p. 183, Muratori R. It. SS. II. II. 375, Mabillon Ann. O. Ben. II. 736.
Apr. — †2570 (CCCXXXVI) Monasterii Floriacensis, sicut omnibus Christianis per Galliam nuntiat, bona confirmat, eique privilegia varia tribuit, sic praefatus: „cum, propter multiplices ecclesiae Dei curas Gallicanam adeuntes regionem, ad gloriosum devenissemus imperatorem Hludovicum, inter alia suggessit auctoritati nostrae, quod idem monasterium quidam religiosus abbas, Leodebodus nomine, monachis exstruxerit, quodque revelatione divina per monachos eiusdem loci a Capuana provincia corpus illuc S. Benedicti fuerit allatum, ibique reverenter humatum, sicut manifestissima constat historia; unde postulavit, privilegium nostrae auctoritatis eidem monasterio conferri“. Id quoque statuit: „si contigerit, ut abbas accusetur de criminalibus causis, non unius episcopi iudicio determinetur sententia, sed provincialis concilii exspectetur censura, aut si forte maluerit appellare sedem apostolicam, res ad Romani pontificis differatur audientiam“. („Scriptum p. m. Theodori notarii et scriniarii S. R. E. in mense Aprili et ind. VII. [forte XII]“). Baluzii Misc. III. 4, Migne 129 p. 995, Cocqu. I. 175, Bull. Rom. E. T. I. 280. (Cf. Chamard Les reliques de S. Benoit [1882] p. 100). — „Quoniam ex apostolica“.

**829.** *(Ind. 7.)*

Apr. 9. †2571 (cccxxxvii) Harderado abbate petente Hersfeldensis monasterii privilegia confirmat, ratas esse iubens et Stephani papae tabulam et donationes, in primis Caroli imp. testamentum, quo tres ecclesiae rogatu et consensu Lulli, Moguntini archiepiscopi, eidem monasterio delegatae sint. (Explicit bulla: „Ego Gregorius IV. catholicae ecclesiae episcopus 111. Anno Dei 829. Data p. m. Sergii diaconi bibliothecarii et cancellarii S. S. A. 5. id. Apr. a Deo propitio pont. Gregorii 2. Ind. 10."). Wenck Hess. Landesg. II. Urk. p. 23. Cf. Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 142. — „Desiderium quod".

**830.**

Iun. 20. †2572 (cccxxxviii) Monasterii S. Iustinae et S. Prosdocimi Patavini possessiones Miloni abbati „per auctoritatem domini Lotharii imperatoris augusti, spiritualis in Christo dilectissimi filii sui", confirmat. (Scripta p. m. Gregorii protoscriniarii [protoferendiarii] patriarchio Lateranensi. Datum Romae XII. kal. Iul. anno eiusdem sedis 1. et Lotharii 2. ind. 8.) Gloria Cod. dipl. Padovano I. 9, II. app. 1. p. 1454, Muratori Ant. Ital. III. 39, Pez Thes. VI. i. 304, Migne 129 p. 993, Cocquelines I. 173, Bull. Rom. E. T. I. 277. — „Quia iuste et rationabiliter".

2573 (1952) *Iudith imperatricem a Ludovico (Pio) imperatore honorifice recipi iubet. Thegani Vita Hludowici imp. c. 37 p. 598.

**831. 832.**

2574 (1959) Archiepiscopatum Hamburgensem, Ratoldo (Suessionensi) Bernoldoque (Argentoratensi) episcopis et Geroldo comite petentibus, confirmat, Ansgariumque, „primum Nordalbingorum archiepiscopum, per manus Drogonis, Metensis episcopi, consecratum, tam presenti auctoritate, quam etiam pallii datione roborat", eumque et „successores eius legatos in omnibus circumquaque gentibus Danorum, Sueonum, Noruehorum, Farrie, Gronlondan, Halsingalondan, Islandan, Scrideuindun, Slavorum, nec non omnium septentrionalium et orientalium nationum, quocunque modo nominatarum, delegat, et posito capite et pectore super corpus et confessionem s. Petri apostoli sibi suisque successoribus vicem suam perpetuo retinendam publicamque evangelizandi tribuit auctoritatem". „Consecrationem vero succedentium sacerdotum, donec consecrantium numerus ex gentibus augeatur, sacrae palatinae providentiae interim committit". (Quod bullae archetypum dicitur, certe simulatum est, [ita etiam v. Pflugk-Harttung Forsch. z. D. Gesch. XXIII. 199] textus vero ipse sine dubio saltem interpolatus; cf. Lappenberg Hamb. Urk. I. 788. 793, Klempin Pommersches Urk. I. 2, Dümmler Ostfr. R. I. 264 qui tabulam pro spuria habent. Contra Koppmann Zeitschr. des Ver. für Hamb. Gesch. [1866] V. 494, Simson Jahrb. II. 281, Dehio Erzb. Hamburg-Bremen I. 65 et Anm. p. 7. 12 eiusdem fidem demonstrant). Exstat in Udalrici Babenb. codice (vide Jaffé Bibl. V. 6) ap. Eccard Corp. Hist. II. 119, Lappenberg l. l. 15, Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 9, Diplomatarium Island. p. 19 et 22, Rydberg Sverg. Tract. I. 5, Meklenburg. Urk. I. 7, Liljegren Dipl. Suec. I. 6, Bull. Rom. E. T. I. 279. — „Omnium fidelium".

**833.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12.)*

Ex Italia — discedit cum Lothario I. imperatore. Annalium Bertinianorum pars I. 833 MG. SS. I. 426. Cf. Vitam Walae L. II. c. 17 ibid. p. 564.

Per Alpes Penninas — Vide Vitam Walae L. III. c. 14 p. 560.

c. Apr. 2575 (1953) *Agobardo, archiepiscopo Lugdunensi, „praecipit, ut ieiunia et orationes cum abstinentia faciat, si forte omnipotens Dominus effectum conatui suo praestare dignetur, quatinus apud Ludovicum imperatorem obtineri possit, ut pax et concordia pristina domui et regno eius restituatur". Istam epistolam „his diebus paschalibus" i. e. circiter die 13. m. Aprilis perlatam ad se esse, scribit Agobardus, Opp. II. 51, Bouquet Rec. VI. 366, Migne 104 p. 296.

2576 (1954) *Ad Walam, abbatem Corbeiensem, mittit nuncios, „qui detulerunt epistolas ex omni auctoritate valde gravidas, et praecipiunt cum omni adiuratione, ut in adiutorium summi antistitis obviam veniret". Vita Walae L. II. c. 14 p. 560, et c. 15 p. 562.

**833.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12.)*

2577 (1955) *Per nuncios, ad Walam abbatem Corbeiensem directos, mittit „auctoritatem (i. e. epistolam) pro pace, pro reconciliatione patris (Ludovici imperatoris) et filiorum, principum et seniorum, pro statu ecclesiarum, pro adunatione populi et salvatione totius imperii“. („Ostendebatur coram auctoritas et legebatur summi pontificis“ cet.) Vita Walae L. II. c. 14 p. 560.

A Wala, abbate Corbeiensi, et Pascasio invenitur perturbatus minis episcoporum Franciae. „Unde“ inquit Pascasius „et ei (Gregorio) dedimus nonnulla sanctorum patrum auctoritate firmata, praedecessorumque suorum conscripta, quibus nullus contradicere possit, quod eius esset potestas, imo Dei et b. Petri apostoli, suaque auctoritas, ire, mittere ad omnes gentes pro fide Christi et pace ecclesiarum, pro praedicatione evangelii et assertione veritatis; et in eo esset omnis auctoritas b. Petri excellens et potestas viva, a quo oporteret universos iudicari, ita ut ipse a nemine iudicandus esset. Quibus profecto scriptis, gratanter accepit, et valde confortatus est“. Vita Walae L. II. c. 16 p. 562.

2578 (1957) Ad Francorum episcoporum epistolam acerbe severeque respondet; castigat eorum insolentiam, convicia repellit, minas deridet; „vos“ inquit „conamini obsistere perversitatibus vestris nobis, qui legatione fungimur pacis“. Agobardi Opp. II. 53, Migne 104 p. 297. Cf. Simson Jahrb. II. 43. — „Romano pontifici“.

Mai. Iun. — Legatos a Ludovico Pio imperatore Wormatia missos accipit, sciscitantes, „si more praedecessorum adest suorum, cur tantas nectat moras non sibi (Ludovico imperatori) occurrendo?“ Vita Hludowici imp. c. 48 p. 635; cf. Vitam Walae L. II. c. 14. 16 p. 560 sqq.

Iun. 24. — In loco Rothfeld — (iuxta Columbariam, qui postea Campus-mentitus est appellatus) „festivitate s. praecursoris Christi Iohannis“ in castris Lotharii, Pippini, Ludovici, filiorum Ludovici imperatoris. Annalium Bertinianorum pars I. 833 l. l. (sed cf. de loco ed. novam a. 1883), Thegani Vita Hludowici imp. c. 42 l. l., Vita Hludowici imp. c. 48 l. l., Annales Xantenses 833 MG. SS. II. 225. Cf. Nithardi Hist. L. I. c. 4 ibid. 652.

„ 24. — „ — „In ipsa acie“ excipitur a Ludovici imperatore, ad pugnandum cum filiis parato. Vita Hludowici imp. c. 48 p. 636, Thegani Vita Hludowici c. 42 l. l. Cf. Vitam Walae L. II. c. 17 p. 564. 565.

„ 24. — „ — In tabernaculo castrorum Ludovici imperatoris accipit dona, per Adalungum abbatem ab imperatore missa, et „multis assertionibus perdocet, non se tantum iter ob aliud suscepisse, nisi quia dicebatur, quod inexorabili contra filios discordia laboraret (imperator), ideoque pacem in utramque partem serere vellet“. Thegani Vita Hlud. c. 42 l. l., Vita Hludow. c. 48 l. l.

„ — „ — Cum Ludovico imperatore „manet aliquot diebus“. Vita Hludowici imp. c. 48 l. l.

„ — „ — A Ludovico imperatore ad filios remittitur, „ut pacem mutuam nectat“. Vita Hludowici imp. c. 48 l. l.

„ — „ — In castris filiorum imperatoris, quominus „ut fuerat iussus“ ad Ludovicum imperatorem redeat, impeditur. Vita Hludowici c. 48 l. l.

„ 30. — „ — „In festivitate S. Pauli“. Vita Hludowici imp. c. 48 l. l.

Iul. 8. — †2579 (1958) Universis coepiscopis per Galliam, Germaniam, Europam et per universas provincias constitutis mandat haec: „si aliquis suorum aemulorum Aldricum, Cenomannicae ecclesiae episcopum, accusare damnabiliter detrectaverit (al. attentaverit), liceat illi post auditionem primatum dioeceseos, si necesse fuerit, nos appellare, et nostra auctoritate, aut ante nos, aut ante legatos nostros e latere missos, iuxta patrum decreta suas exercere atque finire actiones, nullusque illum ante hoc iudicet, aut iudicare praesumat“. „Praeceptis“ inquit „apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam impleantur, si eiusdem s. ecclesiae, quae est caput vestrum, communionem habere desideratis; sit ruinae suae dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto fiat ministerio; non de eius iudicio quisquam postea curam habeat; contra caput nolite vos extollere, nolite b. Petri sedem eiusque sedis auctoritatem spernere, ne eius patiamini offensionem, aut scandalum ecclesiae generetis; non novum aliquid praesenti iussione praecipimus, sed illa, quae olim videntur indulta firmamus: cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis causatio, sed omnis s. religionis relatio ad sedem apostolicam, quasi ad caput, debet referri et inde normam

**833.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12.)*

sumere". („Data Cohlambur 8. id. Iul. ind. XI, feliciter in Domino".) Hinschius Ps.-Isid. p. CLXXXVIII, Mabillon Vet. anal. 298, Mansi XIV. 513, Migne 106 p. 853, Bull. Rom. E. T. I. 284. De rationibus cur haec bulla inter spurias sit ponenda disseruit Hinschius l. l. p. CLXXXVII. Cf. Berardum ad Grat. II. II. 211, Garnier Catalogue des Ms. d'Amiens p. 32, Simson Jahrb. II. 45. — „Divinis praeceptis".

Iul. — Romam repetit. Annal. Bertin. pars I. 833 l. l., Annal Xantenses 833 l. l., Vita Hludowici c. 48 l. l. „cum maximo moerore", Nithardi Hist. Lib. I. c. 4 l. l. p. 652 „itineris poenitudine correptus tardius quam vellet". Hincmari ep. ad Hadr. II. (opp. ed Sirmond II. 695: „cum tali honore sicut decuerat Romam non rediit".

**834.**

Iul. 1. (Romae) — Hittoni, episcopo Frisingensi, post instantissimas preces reliquias SS. Iustini et Alexandri concedit. AA. SS. Boll. Sept. V. 472.

**837.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, imp. Ludovico a. 23. — 28. Ian. — 24.)*

Mai. 31. — 2580 (1961) Liuprammo, archiepiscopo Salzburgensi, pallii quibusdam festis diebus gestandi potestatem tribuit. Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang p. 82. — „Si pastores ovium" („Diebus vite tue").

Romae — Aegrotans invenitur ab Adrebaldo abbate, Ludowici Pii imperatoris legato. Vita Hludowici c. 55. 56. p. 641.

2581 (1960) Ad Ludovicum Pium imperatorem mittit cum Adrebaldo abbate „duos episcopos, Petrum Centumcellensis urbis et Georgium regionarium Romanae urbis, similiter episcopum", deferentes „epistolam imperatori destinatam". Vita Hludowici c. 55. 56. p. 641. 642. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 120.

**839. 840.**

†2582 (1956) *Aldrico, episcopo Cenomanensi, mittit „suum vestimentum sacerdotale, illud scilicet vestimentum, quo in pascha indutus fuerat; mittit etiam ei baculum pastorale, quod ferula nuncupatur, una cum sua epistola, vocans eum, ut, si possibile foret, usque ad eum perveniat; eique concedit, ut qualemcunque petitionem et benedictionem a sede S. Petri accipere velit, se aut per se ipsum aut per suum missum ei voluntarie et libenti animo missurum atque concessurum". Vita Aldrici episcopi (Balucii Miscell. I. 104), quam auctor vel auctores e variis tabulis Cenomanensibus, parum servato temporis ordine composuerunt. Annum 833 huic ep. adscripsit Jaffé in ed. 1; de annis 839. 840 vide Hinschius Pseudo-Isidor p. CXCIV, Piolin Hist. de l'église du Mans (1854) II. 279. Ut spuriam autem ipse Hinschius l. l. eam repudiat. Non aliter Dove (Richter K. R. ed. 6. p. 127), Simson Jahrb. II. 34.

**840.**

†2583 Omnibus Christianis nuntiat, Ebonem archiepiscopum Remensem violenter ab ecclesia depositum nulloque crimine convictum coram se Romae in pristinum gradum restitutum esse. (In codice Laudunensi, ubi asservatur haec ep. notatum est: „Haec compilata ep. ex parte Gregorii quam sit mendax ipsa evidens ratio monstrat, quia tempore Gregorii Hludowicus ab imperio est depulsus et Ebo post restitutionem ipsius imperatoris suo et episcopali iudicio est depositus et a Sergio successore Gregorii sub laica tantum communione est condempnatus". Exstat etiam in cod. Romano Bibl. Alexandrinae n. 98. fol. 573.) Sirmond Conc. Gall. III. 609 (cf. ibid. p. 361), Le Cointe Ann. eccl. Franc. VIII. 636, Migne 106 p. 858. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 242. — „Cum divina instigatione".

**841.**

c. Mai. — Ad Lotharium I. imperatorem fratresque eius „pacis gratia" mittit Gregorium, Ravennatem episcopum. Prudentii Trecensis annales 841 MG. SS. I. 437.

**827—844.**

2584 (1962) Otgario, archiepiscopo Moguntino, de muneribus missis gratias agit. Quod petiisset corpus sanctum nondum repertum esse, nunciat. Epist. Mogunt 8 ap. Jaffé Bibl. III. 325, inter S. Bonifatii epp. ed. Würdtwein 327, Opp. ed. G. I. 253, Mabillon Vet. Anal. 570, Migne 129 p. 998. Cf. Buder Symmicta p. 130. — „Quod nos tanto".

| | | |
|---|---|---|
| | | **827—844.** |
| | | 2585 (1963) *Ebonem, (quondam archiepiscopum Remensem), episcopum Hildeshemensem confirmat. Vide epistolam concilii Tricassini ad Nicolaum I., ap. Mansi XV. 794. Cf. Hincmari epp. ad Anastasium, ad Egilonem, ad Nicolaum I. (opp. ed. Sirmond II. 824. 286. 305). De non satis probata fide huius confirmationis vide Dümmler Ostfr. R. I. 247. |
| | | **844.** |
| Ian. | | Moritur. Prudentii Trecensis annal. 844 MG. SS. I. 440, Annal. Auscienses 844 ibid. III. 171. Mensis coniici potest ex Sergii II. initiis; diem neque ex annis 16 extorseris, per quos sedisse Gregorius in Vita p. 8 fertur, neque ex interpontificio dierum 15, quod ibid. p. 34 legimus post eius mortem fuisse. |

## IOHANNES (diaconus) antipapa. 844.

| | | |
|---|---|---|
| | | **844.** |
| Ian. | Patriarchium Lateranense | „persuaso satis imperito et agresti populo" ante occupat, quam Sergius II. electus est. Vita Sergii II. in Vignolii lib. pontif. III. p. 39. |
| „ | Ex patriarchio | ab „urbis principibus" expellitur, Sergio II. electo. Vita Sergii II. p. 40. |
| „ | In claustra | „sub cautela traditur; quem etiam concilio antistitum principes damnare suoque voluerunt privari honore, nec non et alii ensibus membratim eum dilaniare ac interimere voluerunt; sed hoc fieri Sergius praesul prohibuit". Vita Sergii II. l. l. |

## SERGIUS II. 844—847.

| | | |
|---|---|---|
| | | **844.** |
| Ian. | In basilica b. Martini | Eligitur a „Quiritum principibus", occupato per Iohannem antipapam patriarchio Lateranensi. Vita Sergii in Vignolii lib. pont. III. p. 39. Et electio et consecratio Sergii (qui annos 3 sedisse dicitur in Vita p. 35) ad mensem Ianuarium videtur referenda esse. |
| „ | In patriarchium | (Lateranense) perducitur, expulso Iohanne antipapa; quo die „tanta nix in Urbe effusa est, ut omnibus candidata cerneretur", Vita Sergii l. l. |
| „ | In b. Petri sede | Consecratur. Vita Sergii p. 40. |
| Iun. 8. | In gradibus ecclesiae S. Petri | „die dominico post pentecosten" excipit Ludovicum, a patre, Lothario I. imperatore, cum Drogone episcopo Metensi „magnoque Francorum exercitu" missum, ut ageret, „ne deinceps decedente apostolico quisquam praeter sui (imperatoris) iussionem missorumque suorum praesentiam ordinetur antistes". Vita Sergii p. 41 et 43, Prudentii Trecensis annales 844 MG. SS. I. 440. |
| „ 15. | In basilica S. Petri | „dominico die sequente" Ludovicum, Lotharii I. imperatoris filium, „oleo sancto perungens, regali ac pretiosissima coronat corona, regemque Langobardis praeficit; cui regalem tribuens gladium, illum subcingere iubet", Vita Sergii p. 44. 45. „Unctione in regem consecratum cingulo decoravit", Prudentii Trecensis annales 844 l. l. |
| „ | In ecclesia S. Petri | (Synodus) „Deinde per dies singulos conflictum summi certaminis cum sanctissimo praesule Drogo, archiepiscopus Metensis, commovet tam ipse, quam omnes archiepiscopi et episcopi, qui cum eo contra universalem et caput cunctarum ecclesiarum Dei convenerant; sed ipsius almi pontificis neque prudentiam superare valent, et ab eo superati pudore et operti confusione discedunt". „In eadem ecclesia sedentes pariter tam beatissimus pontifex, quam magnus rex et omnes archiepiscopi atque episcopi fidelitatem Lothario imperatori promittunt". „Ebbo (quondam Remensis) et Bartholomaeus (Narbonensis) archiepiscopi, qui pro criminibus suis privati honore, ab ecclesia fuerant expulsi, a pontifice postulant, ut eos reconciliare ac pallium eis |

**844.**

tribuere dignetur; quos praesul nec communionem inter clerum dignos esse suscipere dicit, sed inter communem populum communicandi licentiam tantummodo habeant". Vita Sergii p. 45-48.

(Iun.) Romae Siconulfum, ducem Beneventanum, suscipit, Ludovico II. rege Romae morante. Vita Sergii p. 48.

(„) 2586 (1964) Episcopis Transalpinis significat, se „cunctis provinciis trans Alpes constitutis Drogonem, archiepiscopum Metensem, gloriosi quondam Caroli imperatoris filium", vicarium suum praefecisse, eique generalium synodorum congregandarum potestatem concessisse, ut „quidquid provinciali synodo (per metropolitam habita) fuerit definitum, ad eius absque dilatione notitiam perduceretur". Addit: „si cui autem hanc s. sedem appellare opus fuerit, hunc commonemus, ut ad eius primum audientiam se submittat; si vero, hac admonitione contempta, sola improbitate se criminibus exuendum existimaverit, noverit, a nostra mansuetudine nequaquam se temerariam absolutionem adepturum, nisi primum provinciali synodo et postmodum generali praedicti fratris nostri audientia eius fuerit actio ventilata". Ad concordiam hortatur. Meurisse Hist. de Metz 190, Bouquet Rec. VII. 383, Mansi XIV. 806, Migne 106 p. 913, Bull. Rom. E. T. I. 288. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 239. — „Optaveram equidem".

†2587 Monasterio Romano SS. Stephani et Silvestri atque Dionysii bona confirmat. Ex tabularii Romani apographo saec. XIII v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 176, qui spuriam hanc bullam, quam anno 844 et Sergio II. adscribit, esse censet. — „... impertire assensum".

**846.**

Apr. †2588 (CCCXXXIX) Anschario, archiepiscopo Hamburgensi, concedit, „sicut a Gregorio (IV.) concessum est, scilicet ut gentes Wimodiorum, Norblingorum, Danorum, Noruenorum, Suenorum, vel quascunque septentrionalium nacionum iugo fidei praedicatione subdiderit, ad sedem Hamburgensem spirituali dominatione possideat". Eundem et eius successores pallii et mitrae ac crucis praeferendae iure ornat, et possessiones ecclesiae confirmat. („Data p. m. Leonis cancellarii S. R. E. in mense Aprili ind. IX".) Lappenberg Hamb. Urk. I. 18, Liljegren dipl. Suec. I. 7, Diplomatarium Island. p. 26, Migne 129 p. 997. — „Quoniam apostolicae".

2589 (1965) *Carolo (Calvo) regi praecipit, „ut Guntboldum, Rotomagensem archiepiscopum, cum ceteris episcopis, quos praedictus Guntboldus ad hoc sibi elegerit, obviam missis suis Treviris ad" discordiam inter Hincmarum et Ebonem Remenses „discutiendam dirigat, et Hincmarum ad ipsam synodum venire faciat". Vide Hincmari epist. ad Nicolaum I. Opp. II. 304, Mansi XV. 776, Hefele IV. 115, Dümmler Ostfr. R. I. 249.

2590 (1966) *Guntboldo, archiepiscopo Rotomagensi, significat, se „post diem sanctae resurrectionis (Apr. 18.) missos suos in servitium imperatoris" (Lotharii I.) legaturum esse. Mandat, ut discordiae inter Hincmarum et Ebonem Remenses componendae causa Treviros cum episcopis conveniat. Vide Hincmari Opp. II. 304, Mansi XV. 777.

2591 (1967) *Hincmarum, archiepiscopum Remensem, adesse in synodo Trevirensi iubet. Vide Hincmari Opp. II. 304, Mansi XV. 777.

**844—847.**

2592 (1968) Andreae, patriarchae Foroiuliensi (Aquileiensi), quem cum Venerio, patriarcha Gradensi, litem eorum compositurus, ad diem b. Martini (11. m. Novembr.) Romam evocaverat, scribit, „in posterum hoc animo suo venisse consilium, ut sive (sine) auctoritate sive (sine) consensu karissimi filii sui D. Imperatoris hoc non debuisset peragere"; petiisseque se ab imperatore, ut sibi, „cum pene omnes ecclesiae scandala paterentur", generalis synodi convocandae licentiam concederet. Promittit, responso accepto, se ad eorum utrumque litteras missurum. Ughelli It. sacr. V. 38. — „Pro universis".

2593 *Venerio, patriarchae Gradensi, eodem consilio ac supra, discordiam episcopatuum Istriae sedare cupiens, litteras scribit. Vide Andreae Danduli Chronic. Venet. ap. Muratori SS. Rer. It. XII. 178.

**844—847.**

Lutholpho comiti cum uxore sua Oda Romam cum donis profecto, et petenti reliquias pro monasterio condendo obsequitur, concedens Anastasii et Innocentii corpora et promittens monasterio eius tuitionem apostolicam. Vide Hrotsvitham De primordiis Gandersheim. v. 124 sqq. MG. SS. IV. 420 et Dümmler Ostfränk. R. I. 351.

†2594 (CCCXL) Omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, comitibus atque cunctis fidelibus significat, se „mandante sibi domino atque invictissimo rege suo Ludovico, pro coenobio (Gandersheimensi), quod avus et postea eius genitor in honorem omnipotentis Dei dedicaverint, ad eundem sanctum locum“ per Lutholphum comitem misisse „Innocentii et Anastasii papae nec non reliquias domini ac salvatoris nostri sanctaeque eius genitricis Mariae atque duodecim apostolorum“. Pertz Probedruck eines Urkundenb. der Welf. Lande p. 5, Leuckfeld Antiqu. Gandersh. 28 et Antiqu. Walckenr. I. 289. — „Omnis itaque Christianorum“.

†2595 Monasterium S. Tiberii Agathense tuendum suscipit eiusque possessiones invadi vetat, Pipino et Atilio abbate petentibus. (Data est bulla Beneventi in synodo 100 episcoporum; sequuntur 16 nomina ex omni parte falsata.) Ex bibl. nat. Paris. ms. lat. 12760 fol. 393. — „Notum sit vobis“.

**847.**

Ian. 27. Romae — Moritur „6. kal. Febr.“, Prudentii Trecensis annales 847 MG. SS. I. 443.

# LEO IV. 847—855.

Leonis IV. Registri fragmenta asservavit collectio canonum in Cod. Brit. Mus. Addit. 8873. Sed auctor collectionis Registrum Leonis excerpens non unum semper ac eundem ordinem secutus est. Nam modo ex posterioribus modo ex prioribus eius partibus hauriens seriem chronologicam plane perturbavit, ita ut plures nunc ordines constituere debeamus, quibus epistolarum tempora exprimantur. Has series distinxi in Neues Archiv V. 394, ubi 375—392 fragmenta ipsa descripsi et maximam partem edidi. Vide quae Kaltenbrunner praemisit supra p. 83. 124 regestis Gelasii I. et Pelagii I.

Leonis IV. tabulae scriptae sunt per manum
Benedicti notarii et scriniarii S. R. E. (2605)
Stephani scriniarii sedis nostrae (2606)
Theodori notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (2616. 2653).
Datae p. m.
Tiberii primicerii s. sed. apostolicae (2606. 2616. Cf. Marini I papiri p. 221).
Theophilacti secundicerii s. sed. apostolicae (2653).

**847.**

Ian. — Eligitur, Sergio nondum „ad sepulturam debitam deportato“. Vita Leonis in Vignolii lib. pont. III. 68. Cf. Prudentii Trecensis annal. 847 MG. SS. I. 443.

» Ex ecclesia — (Quatuor coronatorum) educitur. Vita Leonis l. l.

» In patriarchium — (Lateranense) perducitur. Vita Leonis l. l.

Apr. 10. Romae — Consecratur. Vita Leonis p. 70: „Romani de novi electione pontificis congaudentes, coeperunt non mediocriter contristari, eo quod sine imperiali non audebant auctoritate futurum consecrare pontificem, periculumque Romanae urbis maxime metuebant, ne iterum, ut olim, aliis ab hostibus fuisset obsessa; hoc timore perterriti, eum sine permissu principis praesulem consecraverunt, fidem quoque illius (i. e. imperatoris) sive honorem post Deum per omnia et in omnibus conservantes“. Consecrationem dominico die paschali 10. Apr. factam esse, colligitur ex Vita Sergii II. p. 64, ubi post hunc vacasse ecclesia dicitur menses 2 d. 15; sed cf. Solerium in Act. SS. Iul. T. IV. 305.

Aug. 15. » — „Primo pontificatus sui anno, die, in quo Mariae assumptio celebratur“. Vita Leonis p. 77. 78.

**847.**

2596 (1969) *Hincmarum, archiepiscopum Remensem, donat „usu pallii et privilegio sedis apostolicae“. Vide Conc. Suessionensis III. acta ap. Mansi XV. 719 et Flodoardi Hist. Rem. III. 2 MG. SS. XIII. p. 476.

**848.**

Mart. †2597 (CCCXLI) Anscarii, archiepiscopi Hamburgensis, iisdem ac Sergii II. bulla (†2588) verbis privilegia confirmat. („Datum p. m. Stephani cancellarii S. R. E. in mense Mart. ind. 12“.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 20, Liljegren dipl. Suec. I. 9, Diplomatarium Island. p. 28, Migne 129 p. 999, Bull. Rom. E. T. I. 291. Cf. Meklenburgisches Urkundenb. I. 11. — „Quoniam apostolicae“.

2598 (1970) *Lothario I. imperatori significat, in optatis sibi esse, „quatenus per eius adiutorium atque consilium civitatem illam, quam praedecessor suus Leo papa III. erga ecclesiam S. Petri apostoli aedificare coeperat et cuius multis iam in locis fundamenta posuerat, ad effectum possit perducere“. Vita Leonis p. 110. (Grato responso „nec modicis argenti libris“ ab imperatore missis, secundo praesulatus [Leonis] anno praefata civitas aedificandi sumpsit exordium“. Vita Leonis p. 111. 112.)

**849.**

In palatio Lateranensi — colloquitur cum Caesario, Sergii magistri militum filio, duce copiarum, a Neapolitanis, Amalphitanis, et Caietanis contra Saracenos missarum, „duodecima indictione vigente“. Vita Leonis p. 98.

Ostiae — Neapolitanorum exercitum confirmat, Deoque commendat in ecclesia b. Aureae. Vita Leonis p. 99.

Romam — revertitur. Vita Leonis p. 100.

2599 (1977. 2003. 2004) Episcopis Britannicae gentis percontantibus: simoniae noxii „utrum possint in ordine poenitentiam agere, aut tantummodo extra ordinem et sacerdotalem (fieri) gradum“, respondet, se illis „nulla poenitentia posse subvenire“. Addit vero haec: „nullam damnationem episcoporum esse unquam censemus, nisi aut ante legitimum numerum episcoporum, qui fit per 12 episcopos, aut certe probata sententia per 72 idoneos testes; et si fuerit episcopus, qui suam causam in praesentia Rom. sedis episcopi petierit audiri, nullus super illum finitivam praesumat dare sententiam“. Dein docet: 1) „ecclesiasticum ordinem episcopis et clericis ordinatis pertinere“; 2) „regendam esse unamquamque parochiam sub provisione ac tuitione episcopi per sacerdotes vel ceteros clericos“; 3) „eulogias ad sacra concilia deferre“, arbitrio uniuscuiusque presbyteri permissum esse; 4) „sortes nihil aliud esse, quam divinationes et maleficia“; 5) de matrimoniis illicitis; 5a) de matrimoniis solvendis: „Scriptum est: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Tamen nuptiae, ut multi maximi et religiosi viri sanxerunt, suo sunt ordine peragendae. Nam de raptis et huiuscemodi copulatis patrum est regula subsequenda. Rursum si vel elationis causa vel vacandi Deo separari ab uxore maluerit vir, ex consensu ambarum partium fore debebit, ut neuter eorum ad alias transeat ullo modo nuptias“; 5b) de praediis ecclesiasticis non alienandis: „Eas possessiones vel praedia, quae iusto titulo ad sacrosanctas pertinere videntur ecclesias vel sub ecclesiastico iure tenentur, indignum est, ut a quibuscumque laicis alienentur; quippe tribuentibus proficit ad mercedem, alienantibus vero scimus exinde pervenire delictum“; 5c) de ecclesia titulata: „Qui plures ecclesias retinet, una quidem titulata, aliae vero sub commendatione tenendae sunt“ (ed. 1. reg. 2003, Gratiani C. XXI. qu. 1. c. 3, Migne 115 p. 673; cf. Hinschius K. R. III. 108. not. 3); 5d) „De decimis“ addit „iusto ordine non tantum nobis sed et maioribus visum est, plebibus tantum ubi sacrosancta dantur baptismata deberi“ (Deusdedit III. c. 58, Gratiani C. 16. qu. 1. c. 45, et errore cum Gelasii I. ep. coniunctum Ivonis decr. III. c. 151, Migne 115 p. 674); 5e) „De esu carnium“ scribit „est apud nos vetustissima et non inprobanda traditio semper tenenda, ut a coenae termino, quae fit in principio noctis quartae feriae, quae lucescit in quarta feria, usque in diluculum quintae feriae, et similiter a coena noctis sextae feriae, quae lucescit in sexta feria, protendatur non imperite ieiunatio usque ad sabbati lucem vel quantum de diei parte aliquis ieiunare maluerit vel debuerit“ (ed. 1. reg. 2004, Gratiani De cons. D. III. c. 11, Migne 115 p. 674); 6) „de libellis et commentariis aliorum“ inquit „non convenit aliquem iudicare, et sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est: quae

**849.**

habentur apud nos simul cum illis in canone, id est: Apostolorum, Nicaenorum, Ancyranorum, Neocaesariensium, Gangrensium, Antiochensium, Carthaginensium, Africanensium, et cum illis regulae praesulum Romanorum: Silvestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Caelestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Simplicii, Hormisdae et Gregorii iunioris; isti omnino sunt, per quos iudicant episcopi, et per quos episcopi simul et clerici iudicantur". Mansi XIV. 882, Migne 115 p. 667. (Ex sola Coll. Brit. Leonis ep. 18, quamvis praebet fragmenta, huius ep. capita 5a-5e addidi et suo ordine inserui. Cf. ibid. ep. 16). De tempore ep. agunt Dümmler Ostfr. R. I. 323, qui annum 848. 849 respiciens ad Gesta Conwoionis abb. lib. II. c. 10 (Mabillon AA. SS. IV. P. II. 211) accipit, et novissime Langen Hist. Zeitschrift ed. v. Sybel 48 p. 475, qui ex verbis Prudentii De praed. c. Scot. c. 3 (a. 852 scriptis): „ante triennium" misisse Leonem epistolam ad episcopos Britannorum, deducit annum 849. — „Quanto studio".

2600 (1978) Nominoi, duci Britanniae, consulenti quid de spiritus sancti gratiam venundantibus oporteat fieri respondet, nihil inquiens praeter quod sancti canones super his praecipiunt, ipsas regulas apicibus suis interserens. Ne diutius Gislardum, ecclesiae Namneticae invasorem, defendat, hortatur. Actardum episcopum tuetur. (Fragmenta. Nominoi mors ad 851, Mart. 7. refertur.) Coll. Brit. Leon. ep. 21, Gratiani decr. C. VII. qu. 1. c. 10, Mansi XIV. 886, Migne 115 p. 672, Nicolai I. epist. (ed. 1. reg. 2044) ap. Mansi XV. 394. 395, Migne 119 p. 806. Cf. Lupi Ferrariensis Opp. p. 127, Migne 119 p. 556. (Nicolaus I. l. l. hanc ep. et supra ep. 2599 „in scrinio suo repertas" „eodem tempore" scriptas esse dicit). — „Non furem".

**ante 850.**

2601 *Ieremiae episcopo (septemtrionali, forte Suecensi cuidam) mittit epistolam reddendam presbytero Raginberto, quem secum habeat nomine Teuderardi episcopi, cuius manibus Raginbertus consecratus erat. Missa est epistola per Teuderardi nuncios. Vide Coll. Brit. Leonis ep. 3 et infra reg. 2604 (De Raginberto presbytero cf. Vitam Anskarii c. 33 MG. SS. II. 716 et infra reg. 2610).

2602 (1974) Ludovicum regem iam iterum rogat, ne Petrum et Adrianum ad se mittat; quos si miserit, sese in vitae periculum adductum iri. (Fragmentum.) Coll. Brit. Leon. ep. 35, Ivonis decr. X. c. 73, Mansi XIV. 887, Migne 115 p. 657. — „Petrum et".

2603 (1972) Lothario augusto se excusat, quod Alteo, episcopo Augustodunensi, pallium contra patrum statuta tribuere religioni duxerit. (Fragmenta.) Coll. Brit. Leon. ep. 36, Ivonis decr. IV. c. 210, Mansi XIV. 886, Migne 115 p. 657. — „Mandastis, ut".

**c. 850.**

2604 Ieremiae episcopo mittit excommunicatoriam epistolam iubetque, ut cum Raginberto presbytero, quem apud se habeat, et Teuderardo episcopo, qui Raginbertum consecraverat, Romam veniat. Obiciens ei, quod sacramentum consecrationis tempore supra corpus beati Petri promissum negligens, epistolam, quam ei „pro reddendo Raginberto nomine Teuderardi direxerit, pro nihilo reputaverit, et missos, qui cum ipsa epistola ad eum pervenerint, sine recepto presbytero, ad proprium episcopum cum magna iniuria remiserit". (Cf. supra ep. *2601). Coll. Brit. Leon. ep. 3. — „Cum debuerat".

**850.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14.)*

Mart. 15. Romae — (ad altare S. Gregorii) Athanasium episcopum Neapolitanum consecrat „idus Martii". Vide Vitam S. Athanasii c. 3 MG. SS. Lang. p. 442, Act. SS. Iul. T. IV. 80, Muratori R. It. SS. II II. 1057. (Annus potest in controversiam vocari).

Apr. 6? " — Ludovicum, Lotharii imperatoris filium, „honorifice suscipit et in imperatorem ungit", Prudentii Trecensis annal. 850 MG. SS. I. 445. Hanc unctionem die 6. m. Aprilis factam esse, verisimillimum est; vide Lupi Cod. dipl. Berg. I. 733—760.

(") Romae in ecclesia b. Petri — Concilium, praesente Ludovico II. imperatore. Petro, episcopo Aretino, cum Cantio, episcopo Senensi, „de ecclesiis seu baptisteriis et monasteriis, quae infra comitatum Senensem sunt", litiganti, spatium dierum 12 ad afferendas tabulas conceditur.

(") " — In eodem concilio, duodecim post diebus, lis datur secundum Cantium, episcopum Senensem. (Docet Mansi XV. 27, hoc concilium ante m. Aprilem a. 853 celebratum

**850.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14.)*

esse. Quod igitur, cum Ludovicum II. imperatorem inter coronationem et m. Aprilem a. 853 medio tempore Romae fuisse, memoriae non sit traditum, huc revocare non dubitavi). Acta ap. Muratori Ant. It. VI. 389, Mansi XV. 29, Migne 115 p. 658, Pecci St. die Siena 74.

Mai. 22. — 2605 (1975) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia ac possessiones confirmat, petente Hattone abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 249, Migne 129 p. 999. Cf. Sickel Beitr. z. Dipl. IV. 51, qui tabulam interpolatam esse censet, et Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 373. — „Quoniam concedenda sunt".

Sept. — 2606 (1976) Ecclesiae cuiusdam privilegia confirmat. (Fragmentum in papyro scriptum, et nunc in bibl. Vaticana asservatum; sigillum eius plumbeum specimine expressit Marini I papiri p. 14. Clausula est valde vitiosa: „Scrivendum praecepimus Stephanus, scriniario sedis nostrae, in mense Septembrio die 5., Indictione 14. Datum pridias kalendas Septembrias per manum Tiberii, primicerii S. sedis apostolicae, imp. domino nostro piissimo perpetuo augusto Hlothario a Deo coronato magno imperatore anno 33 et post consulatum eius anno 33, sed et Hludovico nobo imp. eius filio anno . . .") Marini l. l., Migne 115 p. 665. — „. . . donatione nostra".

Dec. 16. (Romae) — Concilium episcoporum 75, in quo Anastasius, presbyter cardinalis tit. b. Marcelli, qui in alienis paroeciis iam biennium degens, per missos litterasque ad duo concilia frustra vocatus erat, communione, donec redeat, privatur. (Fragmentum.) Hincmari Annal. 868 MG. SS. I. 477, Mansi XIV. 943. 1026, Migne 115 p. 665.

**851. in.**

2607 Lothario augusto postulanti, ut Hincmaro, Remensi archiepiscopo, „cotidianum sacri pallii usum et auctoritatem potestatemque praecipuam, vice apostolica alios archiepiscopos vel episcopos sive abbates ipsius regionis per sacras canonum sanctiones iudicandi, licentiam daret", respondet, se Hincmaro pallii usum secundum exemplar, quod Lothario direxerit, libenter concedere, ut eo cotidie sacro fungens utatur officio; vices autem suas illi non tribuere, quia Sergius II. papa „eius deprecatione compulsus Drogoni archiepiscopo Mettensi vicariatum concesserit et pontificale praeceptum constituerit, ut omnis Franciae, Galliae seu Germaniae archiepiscopos, episcopos, abbates salvo in omnibus honore et gloria sanctae Romanae ecclesiae canonice Drogo iudicaret". (Cf. supra reg. 2586.) Coll. Brit. Leonis ep. 12. — „Direxistis nobis".

2608 Hincmaro, Remensi archiepiscopo, cui pallium certis festivitatibus, ut praefatur, iam dederat (cf. supra reg. 2596), concedit pallium cotidianis usibus i. e. „in diebus festis sive in consecratione episcoporum aut alio quocumque tempore", „beneficium, quod ab ipso pontificatus sui exordio usquequaque nulli archiepiscoporum ut ei simile concesserit, nec concedere deinceps quoquo modo suspicetur". (Fragmenta. Cf. Flodoardi Hist. III. 10 l. l. p. 482). Coll. Brit. Leonis ep. 13. — „Pallium frater".

2609 (1998) Coloroth archiepiscopo (i. e. Ceolred episcopo Legoracensi, aut potius Ceolnoth archiepiscopo Cantuariensi) et Bertulfo (regi Merciorum) scribit, servandum esse, „quod patres in sanctis canonibus sive in mundanis legibus affixerint". (Fragmentum. Cf. concilium a. 851 a Bertulfo et Ceolnoth celebratum ap. Mansi XIV. 936). Coll. Brit. Leon. ep. 14. (Inscribit etiam Coll. trium partium cod. Berol. lat. fol. 197 hoc fragmentum: „Ex registro Leonis IV. Coloroth archiep. et Bertulfo"; vide Neues Archiv V. 595), Ivonis decr. IV. c. 186, (Gratiani decr. C. XXV. qu. 1. c. 16.), Mansi XIV. 887, Migne 115 p. 671. — „Ideo permittente".

2610 Lothario augusto scribit: „Legatum, quem ad vos causa visitationis dereximus, Ragibertum nomine, in itinere audivimus esse occisum per consilium Georgii, Adriani et Petri". Additque: „Non solum praedecessores nostri, immo etiam imperatores ac reges suas semper epistolas et missos miserunt, non tantum ad eos, qui sancto congaudent baptismate, verum etiam inter barbaras et indomitas nationes. Sed hoc nefas et mortiferum opus unquam neque audivimus neque legimus evenisse". (Fragmenta. Cf. de Ragiberto [Raginberto presbytero] supra reg. 2601). Coll. Brit. Leonis ep. 15. — „Legatum quem".

2611 (2002) Sardiniae iudicem obsecrat, mittat „Sardos sive pueros sive adultos ac iuvenes cum armis, qui sibi quotidiana iussa possint explere". Petit praeterea, ut si „in quibuscumque locis eius lana marina, quod nos usu nostro pinnino dicimus,

**851. in.**

fuerit inventa, illam emere non dedignetur quantumcumque fuerit pretii, et ad nos dirigere, quia nostris pontificalibus vestimentis valde nobis necessaria videtur, eo quod frequenter in festivitatibus sollempnibus eiusmodi coloris aut lanae nos optimatesque nostri induimur vestimentis". Denique per missos consulenti respondet, presbyteros aliosque clericos, etiamsi inordinate promoti fuerint, sacerdotalibus officiis fungi posse, confirmans Anastasii (II.) verba: Mali bona ministrando, sibi tantum non aliis nocent. (Fragmenta). Coll. Brit. Leonis ep. 17 (Ivonis decr. X. c. 86, Mansi XIV. 888, Migne 115 p. 673). — „Celsitudinem vestram".

2612 Sardiniae iudici scribit: „De peccantibus confugientibus ad ecclesiam vestra ambigit prudentia et quid fieri conveniat a nostra humilitate exquirere voluit", additque: „Ista intentius imperatores christianissimi contemplantes exceptis paucis culpis eorum, qui in ipsa etiam religione peccarent, confugientibus ad ecclesiam indulgere consueverunt. Unde nos non dedignetur obaudire prudentia vestra in hoc, ut vitam illis et integritatem membrorum suorum perdonetis, qui ad ecclesiam fugerunt. Quia si apud homines fugam arripuissent, salvarentur utique; et fiat eis remissio culpae istius ob amorem Dei, ut ipse Deus ob istam pietatem vobis omnia delicta parcat". (Fragmenta, quae tamen neque ad ep. praeced. neque ad reg. 2648, quae eundem habent titulum, pertinere videntur.) Coll. Brit. Leonis ep. 19. — „De peccantibus".

2613 (1984) Lotharium et Ludovicum imperatores Colono diacono ecclesiam Reatinam rogat, „ut" inquit „vestra licentia accepta, ibidem consecrare valeamus episcopum; sin autem in praedicta ecclesia nolueritis ut praeficiatur episcopus, Asculanam ecclesiam illi vestra serenitas dignetur concedere". Coll. Brit. Leon. ep. 20, Gratiani D. 63. c. 16, Migne 129 p. 1001 (cf. 115 p. 669). — „Reatina ecclesia".

Mai. 23. | Romae | Vide tabulam ap. Hansizium Germ. Sacr. II. 929.

2614 Hincmaro, archiepiscopo Remensi, opprobrat, quod Falcaricum (imperialem) vasallum excommunicaverit. Qui cum litteris Lotharii imperatoris et Ludovici regis fratris eius, veniens, professus sit, se concubina in coenobium dimissa aliam duxisse uxorem et hac ex causa absque omni canonico sive mundano iudicio excommunicatum esse. Angustias eius contemplans se dolere de excommunicatione scribit papa. Indulgentiam venialem erga cunctos commendat. Ut vasallo parcat et ecclesiae iterum societ iubet. Minis utitur, si de cetero excedat. (Fragmenta. Cf. de Falcarico, quem Fulcricum appellat, Flodoardi Hist. Rem. III. 10. 20 MG. SS. XIII. 483). Coll. Brit. Leon. ep. 22. — „Vasallus quidam".

**851?**

2615 (1985) Ritae comitissae significat, mandato ab imperatore et imperatrice per litteras accepto, se Reatinae ecclesiae Colonum episcopum praefecisse. Gratiani D. 63. c. 17, Migne 115 p. 1002. — „Nobis dominus".

**852.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, imp. Lothario a. 35, et pacis (post. cons.) eius a. 35, Ludovico a. 2.)*

Apr. 1. | 2616 (1979) Victori, patriarchae Gradensi, pallium tribuit. (Ughelli It. sacr. V. 1106.) In tabularii Venet. cod. Trivisiano fol. 45, cf. Kaltenbrunner Sitzungsber. d. Wiener Ak. 94 (1879) p. 644. — „Diebus vitae tuae".

Iun. 27. | Civitatem Leoninam | dedicat „die septimo et vicesimo mensis Iunii, pridie ante beatissimorum apostolorum Petri et Pauli vigilias, in sexto consecrationis suae anno". Vita Leonis p. 115. 116.

**852?**

2617 (1980) *Corsis, propter „timorem Sarracenorum" ex insula digressis, Portum civitatem ad habitandam concedit, et „pontificale eis (ob serenissimorum Lotharii et Ludovici imperatorum suamque simul mercedem, perpetuamque memoriam) praeceptum emittit, hoc scilicet tenore et placito anteposito, ut tamdiu firmum maneat ac stabile, quousque s. sedis praesulibus populoque Romano in cunctis obedientes ac fideles existant; et si omnem praecepti seriem irrefragabiliter non custodiant, sancit in eodem, ut vacuum et inane consistat; loca vero, quae eis data sunt et a missis pontificalibus consignata tam ex proprio iure ecclesiastico, quamque venerabilium monasteriorum, immo et singulorum hominum, qui finitimi existebant, in pontificali privilegio specialiter adscripta leguntur". Vita Leonis p. 120.

**852?**

2618 Omnibus episcopis Galliarum scribit opprobria contra Hincmarum, qui votum capessendi regulam S. Benedicti solvisset, vivente Ebone archiepiscopo cathedram Remensem usurpasset et nunc superbiae tumore inflatus imperatorem (Lotharium), a Paschali (I.) papa consecratum more solito una cum fratre Carolo rege et uxore ac filiis, anathemate iniuriasset. (Cf. v. Noorden Hincmar p. 127.) Coll. Brit. Leon. ep. 37. — „Relatum nostro".

2619 Lothario augusto eadem opprobria in Hincmarum ut supra reg. 2618 scribit. Addit, se mandare, ne Hincmarus contra eum „clam vel publice audeat aliquam quocumque tempore anathematis vel aliam iniuriae inferre iacturam". (Fragmenta.) Coll. Brit. Leon. ep. 38. — „Non solum Hincmarum".

Sept. 2620 (1981) Ludovico (II.) augusto queritur: „Plures homines Gratianum tam ferro quam aqua fustibusque necavisse et quod his omnibus peius sit, plures ad suam fidelitatem per iusiurandum constrinxisse". Addit haec: „Cum saepe adversa a Saracenorum partibus perveniant nuncia, quidam in Romanum Portum clam furtiveque venturos esse dicebant; pro quo nostrum congregari praecipimus populum, maritimumque ad littus descendere decrevimus et egressi sumus Roma". (Fragmenta. „Ex registro Leonis IV." Coll. Brit. et Vatic. 1345, vide v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 117. De Gratiano cf. Vitam Leonis IV. p. 140.) Coll. Brit. Leon. ep. 1, (Ivonis decr. X. c. 83, pan. VIII. c. 27, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 7, Mansi XIV. 888, Migne 115 p. 669). — „Plures homines" „Igitur cum saepe".

2621 Lotharium augustum precatur, ut Roliandum Arelatensem episcopum Romam venire sinat. Coll. Brit. Leon. ep. 2. — „Vestram humiliter".

2622 Lothario augusto exponit, Romanos pontifices „pro hominibus, qui apud suos principes aliquid deliquissent", semper intercessisse, quibus principes Romanae sedi oboedientes honores, locum et gratiam redidissent. Ideo se quoque pro lapsis et in vinculis constitutis Deum et humanas potestates deprecari. (Fragmenta.) Coll. Brit. Leon. ep. 4. — „Praedecessores nostri".

2623 Fredulfum (lege: Fredulum i. e. Narbonensem episcopum) contra canones egisse et presbyterum Gautam, latorem epistolae, iam per triennc tempus pro crimine non comprobato excommunicasse miratur. Excommunicat eum et Audesindum episcopum (Elenensem) donec Gautam pristino restituant honori, in primis aegre ferens, quod Fredulus cum epistolam apostolicam presbyter ille in concilio episcoporum publice tradidisset, eum in fronte percusserit et ita rursum excommunicaverit, ut ad sese nullo modo perveniret. (Fragmenta.) Coll. Brit. Leon. ep. 5. — „Cum venerabiles".

**852. 853.**

2624 (2000) Ebruino (Silvanectensi) et Ermenfrido (al. Adelfrido, Bellovacensi) episcopis mandat, absolvant presbyterum ideo excommunicatum, quod eius parentes invito ipso alium presbyterum oculis privassent. Coll. Brit. Leon. ep. 39, Gratiani decr. C. I. qu. 4. c. 5, Migne 115 p. 673. — „Quia praesulatus".

2625 (1995) Carolo (Calvo) regi haec scribit: „Si fortassis, quod non credimus, apud vos inutiles iudicamur, ecclesia tamen, cui praesumus, non inutilis, sed caput principiumque omnium merito simul ab omnibus vocatur". (Fragmentum.) Coll. Brit. Leon. ep. 40, Ivonis decr. V. c. 21, Gratiani decr. C. XVI. qu. 6. c. 5, Migne 115 p. 671. — „Si fortassis".

**853.**

Febr.Mart. 2626 Lothario et Ludovico (imperatoribus) secundum consuetudinem „festivitatis (pascalis; 853. Apr. 2.) insigne decusque" victoriae ramos destinat. Coll. Brit. Leon. ep. 6. — „Christiana amoris".

Mart. Apr. 2627 (1982) Georgio duci scribit, se suos opprimi numquam passurum esse, „sed si necessitas illis incurrerit praesentialiter vindicare, quia sui gregis in omnibus ultor esse debeat et praecipuus adiutor". (False inscribitur hoc fragmentum: Ludovico imperatori; titulum nostrum praebet Coll. Brit. Est autem Georgius [sive Gregorius] dux Aemiliae et frater Iohannis Ravennatis archiepiscopi. Vide Lib. pont. in Vita Nicolai I. ed. Vignolii p. 186. 190, acta synodi a. 862, et ep. seq. reg. 2628.) Coll. Brit.

**853.**

Leon. ep. 7, Ivonis decr. X. c. 84, pan. VIII. c. 28, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 8, Mansi XIV. 888, Migne 115 p. 669. — „Scire vos“.

2628 (1983) Iohanni archiepiscopo (Ravennati) haec ad animum revocat: „Videte quia multum contra iuramentum, quod nostro fecisti praesulatui, extendisti pedem, et talia operari praesumpsisti, qualia nullatenus sacerdotes Dei perficere debent; nam possessiones agrosque nostrorum sine legali sanctione tollere non dubitastis“. Dein minatur: „Pro certo scitote, quod numquam permittimus, nostros a vobis lacerari aut opprimi homines atque subiectos; sed si, quod non speramus, huius nostrae monitionis dicta neglexeritis, et amplius aliquas oppressiones praefatis vel aliis nostris hominibus feceritis, praesentialiter eos vindicabimus et omnia vestra eripere curabimus furibunda crudelique audacia. Promissionem vero, quam Hilarius vobis coactus et absque voluntate perfecit, inanem cassamque sancimus, et ut nullum habeat robur apostolica instituimus auctoritate“. (Fragmenta. Cf. quae supra ad reg. 2627 monuimus). Coll. Brit. Leon. ep. 8, (Ivonis decr. X. c. 85, Mansi XIV. 888, Migne 115 p. 669). — „Videte quia“ („Pro certo scitote“).

2629 Ignatio, Constantinopolitano patriarchae, haec queritur: „Ex quo unigenitus Dei filius sanctam in se fundavit ecclesiam caputque universorum apostolicis institutionibus sacerdotum perfecit, cuiuscumque contradictionis litigiique contentio vestrae oriebatur vel accidebat ecclesiae, Romano vestri praedecessores pontifici ingenti eam studio procacique celeritate innotescere procurabant; et postmodum eius roborati consensu lucifluoque consilio cuncta, quae necessitas provocabat, beatifico moderamine peragebant. Vos autem praedictorum ut fertis virorum (de Gregorio Asbesta, Eulampio, Petro loqui videtur) sine conscientia nostra congregatis episcopis depositionem perpetrastis, quod absentibus nostris legatis vel litteris nullo debuistis explere modo“. (Cf. infra ep. 2654). Coll. Brit. Leon. ep. 9. — „Ex quo unigenitus“.

2630 Ludovico (imperatori) exponit, ideo pontificatus culmen se suscepisse, ut dicordes ad concordiam revocet, et malum emendet. Coll. Brit. Leon. ep. 10. — „Ut nostis ideo“.

p. Apr. 23. | 2631 (1988*) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, scribit, de confirmanda synodo Suessionensi ideo se haesitare, quod necdum acta sibi reddita sint, neque legati sedis apostolicae synodo interfuerint, neque „imperialis epistola“ allata sit, „quae hoc, quod expetendum Hincmarus miserit, specialiter indicare potuisset“, quod denique ii, quibus synodus dignitates abrogasset, sedem apostolicam appellaverint. (Fragmentum.) Migne 115 p. 672. Vide Hincmari ep. ad Nicolaum I. ap. Mansi XIV. 886, Migne 126 p. 84 et Nicolai I. epistolam ibid. XV. 740. — „Causas pro quibus“.

„ „ | 2632 (1989*) Hincmaro, Remensi archiepiscopo, praecipit, ut congregata synodo sacerdotum, qui absque iusto ventilationis examine (in synodo Suessionensi 853 Apr. 23.) depositi sedem apostolicam expetierint, iterum sententia tractetur, et si quod minime se sperare ait, „noluissent obedire vel obtemperare iudicio eius, eis ad sedem apostolicam veniendi nullius possit hominis impedimentum nocere“. Petrum praeterea Spoletinum episcopum ad renovandum concilium vice sua dirigit. (Fragmenta. Fusius de hac epistola, quam Hincmarus [Opp. II. 307] redditam sibi esse negat, agit Flodoardi Hist. Rem. III. c. 11 MG. SS. XIII. 486 et Nicolaus I. in ep. ap. Mansi XV. 740. 747, cf. XIV. 886. Ex his discimus, papam etiam iussisse, ut cum episcopis sedem suam expetentibus vel Hincmarus ipse Romam veniat, aut legatum mittat.) Coll. Brit. Leon. ep. 11. — „Inhonestum atque“.

c. Mai. | Romae | 2633 Episcopis, presbyteris et universo clero sacrosanctis ecclesiis militantibus praecipit, „ut in absentia sua nec ecclesiasticus nec palatinus ordo deficiat, sed constitutis diebus tamquam si ipse hic fuerit omnes nobiles ad Lateranense palatium recurrant et quaerentibus ac petentibus legem ac iustitiam faciant“. (Fragmentum, quod ad tempus spectare videtur, priusquam Ravennam profectus est Leo). Coll. Brit. Leon. ep. 23. — „Praecipimus, ut in“.

Ravennae | Cum Ludovico II. imperatore convenit ante Anastasium anathematizatum. Vide concilii, die 8. m. Dec. habiti, acta ap. Mansi XIV. 1017.

Mai. 29. | Ravennae | (In ecclesia b. Vitalis) Anastasium, presbyterum cardinalem tit. b. Marcelli, nondum reversum, anathematizat „mense Maio die 29. indict. I.“ Vide Leonis epist. in Hincmari annalib. 868 MG. SS. I. 478, Mansi XIV. 1027.

**853.**

| | | |
|---|---|---|
| (Mai.) | Ravennae | 2634 *Romano clero Carolum regem Romam venturum esse nuntiat. (Hic inserendam esse puto epistolam, cuius ex cod. Vatic. 1348 fol. 63 sub titulo quidem „Leonis III." L. Bethmann Pertz Archiv XII. 226 meminit.) |
| Iun. 19. | Romae in ecclesia b. Petri | Concilium, in quo Anastasius, presbyter cardinalis tit. b. Marcelli iterum anathematizatur, et „omnibus, qui ei in electione aut pontificatus honore adiutorium praestare vel solatium quodcumque voluerint", anathema proponitur „mense Iunio die 19. indictione superius annotata" (i. e. prima). Vide Leonis epist. MG. SS. I. 478, Mansi XIV. 1027. |
| („) | | 2635 (1986) Omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus et universis clericis cunctoque populo Christiano significat, Anastasium, presbyterum cardinalem tit. b. Marcelli, primum (d. 16. Dec. 850) excommunicatum, deinde et Ravennae die 29. m. Maii et Romae die 19. m. Iunii anathematizatum esse. Hincmari Annales 868 MG. SS. I. 478, Mansi XIV. 1027. — „Quod bene ac pleniter". |
| Iun. Aug. | | 2636 (1987) Anastasium, presbyterum (cardinalem tit. b. Marcelli), ad concilium, die 15. m. Novembris indictionis „futurae secundae" i. e. anni 853 conventurum, sub excommunicationis interpositione evocat per Nicolaum et Petronacium Iohannemque episcopos. Mansi XIV. 1018, Migne 115 p. 670. — „Cum spiritualibus te". |
| Dec. 8. | In ecclesia b. Petri in civitate nova Leoniana | Concilium episcoporum 67, in quo 38 decreta concilii, ab Eugenio II. die 15. m. Nov. a. 826 habiti, confirmantur atque quatuor aliis augentur. Anastasius, presbyter tit. b. Marcelli iam tertia et quarta vice per litteras apostolicas vocatus, cum ad duo episcoporum concilia non venerit, communi decreto „a sacerdotali ministerio modis omnibus removetur, ita ut locum restitutionis nequaquam inveniat". (Subscripsit etiam Hlotarius imperator. Dec. 20. adscribit concilium Hefele IV. 185.) Mansi XIV. 1009. (Deusdedit Coll. can. III. c. 48.) Cf. Vitam Leonis p. 127 sq. Hincmari Ann. 868 p. 478. |
| | | 2637 Petro l(egato?) scribit: „Perlectis litteris experientiae tuae satis in eis turpia et inhonesta reperimus crimina adnotata, quae, ut asseritis, a Vernaldo peracta sunt episcopo, postquam apostolicis manibus consecratus est". Additque, se timere, si ipse regulam auctoritatis canonicae frangat et violet, ne ceteri doctores ecclesiae suo non congruo eruditi exemplo peiora committere non formident. (Fragmenta.) Coll. Brit. Leon. ep. 24. — „Perlectis litteris". |
| | | 2638 (1973. 1993) Lotharium augustum hortatur de castigandis iis, qui „antiquae legis dogmatibus" adversentur, addens haec: „De illis tribus iam publice condemnatis et reprobis viris, Georgio, Adriano et Petro, ut vestra nobis mandavit sublimitas, quod adhuc ad aliud consistere iudicium debebant, omnino mirati sumus, quibus iam missis vestris praesentibus iuxta legem Romanam sententia praefixa ac promulgata est; et nisi tunc paschalis adesset festivitas, qua mortis, prohibente lege, sententiam dare licitum non est, vivere eos illorum malitia atque iniqua praesumptio non sineret. Pro hac itaque ratione solummodo usque ad tempus suspensa est sententia utrorumque". Flagitat denique „ut sicut hactenus Romana lex viguerit, ita nunc suum robur propriumque vigorem obtineat". (Fragmenta.) Coll. Brit. Leon. epp. 25. 43. (Ivonis decr. IV. c. 181, X. c. 88, Migne 115 p. 670. 657, [Ivonis pan. II. c. 152, Gratiani D. 10. c. 9]). — „Habetis de hoc" „De illis tribus" „Vestram flagitamus". |
| | | 2639 (1997) Widoni comiti haec scribit: „Valde indignum est, futuris gentibus etiam contrarium, tam gloriosam legem, quam multi retro custodierunt imperatores, nunc suam vim perdere ac iniuste damnari". (Fragmentum.) Coll. Brit. Leon. ep. 44, Ivonis decr. IV. c. 182, Mansi XIV. 887, Migne 115 p. 671. — „Valde indignum". |
| | | 2640 Galerio, episcopo Tripolitano, scribit de poenitentia: „Audivimus a quibusdam, quod in vestris diocesibus et finibus Christianorum coetus levi se subtrahant poenitentiae iugo, dicentes, quia si poenitentiam agimus coniugii debemus relinquere copulam. In quo errant et de veritatis calle discedunt, quia pro omnibus illicitis poenitentiam unusquisque Christiani nominis cultor sustinere atque peragere summopere debet. Coniugium vero legitimum nulli orthodoxorum poenitentiam sustinenti solvere licet". Item: „Sacris vos expedit eloquiis eos edocere, ut erroris eripiantur caligine et licitis copulationibus iuncti de omnibus illicitis poenitentiam agere procurent". Coll. Brit. Leon. ep. 26, Gratiani C. XXXIII. qu. 2. c. 13. — „Audivimus a quibusdam". |

**853.**

2641 (1996) Carolo (Calvo) regi ita scribit: „Contra sanctorum patrum censuras videtur existere, si saecularis homo vel laicus presbyteros ab ecclesiis, in quibus tempore ordinationis eorum denominati vel introducti fuerint, nitatur expellere". (Fragmentum.) Coll. Brit. Leon. ep. 27, Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 29; sub Leonis III. nomine: Ivonis decr. III. c. 102, Migne 102 p. 1033. — „Contra sanctorum".

2642 (1971) Exercitum Francorum ad viriliter pugnandum „contra inimicos sanctae fidei et adversarios omnium regionum" adhortatur. Parentum eorum virtutem victoriasque recolit. Mortuis in hoc bello regna coelestia promittit. (Fragmenta. De tempore huius ep. cf. Neues Archiv V. 394.) Coll. Brit. Leon. ep. 28, Ivonis decr. X. c. 87, (Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 9), Mansi XIV. 888, Migne 115 p. 655. (Nicolao I. fragmenta adscribit Ivonis pan. VIII. c. 30, [Gratiani C. XXIII. qu. 5. c. 46]). — „Omni timore" „Ubi usque" „Omnium vestrum".

2643 (1994) Lothario augusto scribit „de capitulis vel praeceptis imperialibus eius suorumque etiam pontificum praedecessorum irrefragabiliter et nunc et in aevum custodiendis". „Et si fortasse ei quilibet aliter dixerit, sciat, eum pro certo mendacem". Addit praeterea haec: „Christophori iniqua professio et operatio satis iniusta iam non indiguerat testibus, cum paene hoc tot sapiant, quot eorum specialiter nullus nomina colligere facere potest". (Fragmenta.) Coll. Brit. Leon. ep. 29, (Ivonis decr. IV. c. 176, [pan. II. c. 149 sub Leonis III. nomine], Gratiani D. 10. c. 9, Migne 115 p. 671). — „De capitulis vel".

p. Dec. 8. — 2644 Lothario augusto nunciat: „Cum pro ceteris ecclesiasticis negotiis ac necessitatibus concilium universale celebrare studeremus et post plures haec fuisset ratio introducta, et sanctorum patrum statuta de talibus fuissent relecta, universum concilium unanimi voce dixit: Nulla nos auctoritas ecclesiastica docet, ut in talibus parcere licitum sit, quod sacerdos extra suam specialem ecclesiam alibi sicut ovis errans lupinae voracitati relinquatur". Coll. Brit. Leon. ep. 30. — „Cum pro ceteris".

Dec. ex. — Romae — 2645 Edelvulfo, regi Anglorum, nuntiat, „filium eius Erfred (i. e. Aelfredum), quem hoc in tempore Romam destinare curaverit, benigne se suscepisse et quasi spiritalem filium consulatus cinguli honore vestimentisque, ut mos est Romanis consulibus, decorasse, eo quod in suis se tradiderit manibus". Coll. Brit. Leon. ep. 31. Cf. Asserium de reb. gestis Aelfredi ad a. 853 ap. Petri et Sharpe Mon. hist. Brit. I. 470. — „Filium vestrum".

**c. 853.**

2646 (2005) Ludovico (II.) augusto haec scribit: „Nos, si incompetenter aliquid egimus, et in subditis iustae legis tramitem non conservavimus, vestro ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio. Inde imploramus, ut tales ad haec, quae diximus, perquirenda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant et cuncta, quemadmodum si vestra praesens fuisset imperialis gloria, diligenter exquirant, et non tantum haec sola, quae superius diximus, quaerimus, ut examussim exagitent, sed sive minora sive maiora illis sint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenus in posterum nihil sit, quod ex eis indiscussum vel indiffinitum remaneat". (Fragmentum; cum falso titulo apud Ivonem. Agit, ut videtur, papa de Georgio, Adriano et Petro capitis damnatis.) Coll. Brit. Leon. ep. 41, Ivonis decr. V. c. 22, Gratiani C. II. qu. 7. c. 41, Migne 115 p. 674. — „Nos si incompetenter".

2647 Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, haec respondet: „Vidimus animi puritate et sola benivolentia pallium superhumerale a vestra dilectione directum, quod a nobis suscipi non potuit, quia non est mos istius ecclesiae, cum magistra et caput omnium videatur ecclesiarum existere, aliunde pallium erogatum accipere, sed per totam Europam ad quod delegatum est tradere. Hoc ne dure accipiatis precamur, quia hac ratione illum suscipere nequivimus, sed vobis remandare praevidimus". Coll. Brit. Leon. ep. 42. — „Vidimus animi".

2648 (2001) Sardiniae iudici respondet, quae contra „synodicas paginas" petierit, ea facere se non audere. (Fragmentum. Vide supra reg. 2611. 2612.) Coll. Brit. Leon. ep. 45, Ivonis decr. IV. c. 196, Mansi XIV. 887, Migne 115 p. 673. — „Nec mos".

**850—854.**

2649 Iohanni, Caralitano episcopo, mandat, ut ecclesiae S. Arcangeli in praedio Lustrensi a quodam Arsenio archiepiscopo haeretico consecratae, altare funditus destruat, „novumque ibidem, a solo propriis manibus" constitutum, secundum morem ecclesiasticae regulae consecret. Coll. Brit. Leon. ep. 32. — „Vobis respondere".

2650 Iohanni, episcopo Sardiniae (Caralitano), dubitanti, cur Romani plurimi pontifices segregatam scripserint ecclesiasticorum accusationem, cum apostolus interdixerit adversus presbyterum accusationem recipere, nisi sub duobus vel tribus testibus, rescribit, secundum temporum vices regulas ecclesiasticas esse mutandas. (Epistolam in cod. Taurin. 903 [E. V. 44] sub titulo „Leo iunior" asservatam, ad Leonem IV. esse referendam, ep. praecedens mihi persuadet.) Neues Archiv VIII. 363, ubi titulo codicis deceptus Leoni II. hanc ep. tribui; cf. ibidem p. 608. — „Vestris mihi".

2651 Honorato abbati scribit de cantu Gregoriano, dolens, eum Gregorii traditionem canendi legendique perosam habere, et ab omnibus qui Latinis vocibus in laude Dei utuntur dissentire. Exponit, Gregorium sonum quem ubique canant musicis artibus opera plurima instituisse, ut etiam rudes et duros animos ad ecclesias convocaret. Denique sub excommunicationis interpositione praecipit, ut ritum Gregorianum in cantilenis sequantur. (Fragmenta.) Coll. Brit. Leon. ep. 33. — „Res una valde".

2652 (2006) Lothario et Ludovico augustis scribit haec: „Inter nos et vos pacti serie statutum est et confirmatum, quod electio et consecratio futuri Romani pontificis non nisi iuste et canonice fieri debeat". (Fragmentum.) Coll. Brit. Leon. ep. 34, Ivonis decr. V. c. 14, Gratiani D. 63. c. 31, Migne 115 p. 674. — „Inter nos et".

**854.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, imp. Lothario a. 37, post. cons. eius a. 37.)*

Aug. 10. — 2653 (1990) Monasterii S. Martini (Romani) possessiones ea lege confirmat, ut „singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus supra . . . . . . rum locorum ecclesiasticis tres auri . . . . . difficultate in perpetuum persolvantur". (Valde mutilata et lacunosa.) Bull. Vatic. I. 15, Marini I papiri p. 14. — („Convenit apostolico").

2654 (1991) *Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, mandat, ut per legatum sibi significet, qua de causa Gregorium, Asbestam et Eulampium et Petrum eorumque socios anathematizaverit. Vide Styliani ad Stephanum V. litteras ap. Mansi XVI. 427.

**847—855.**

Febr. 22. — 2655 Virobono, episcopo Tuscanensi, bona, quae singulatim indicat, confirmat. (Hanc bullam repudiare nolim, quamquam eschatocollon eius valde sit vitiosum partimque, ut videtur, ex tabulis Leonis VII. papae corruptum. Est enim: „Scriptum p. m. Nicolai notarii atque regionarii et scriniarii sanctae nostrae R. E. mense Febr. ind. V. Datum 8. kal. Mart. p. m. Leonis primicerii summae A. S. a. Leonis papae IV. sexto mense et indict. suprascripta V." Cf. Marini I papiri p. 221 et Galletti Del primicero p. 67, qui „ind. XV." commendavit et bullam anno 852 adscripsit; sed neque ita cum Leonis a. 6 convenit.) Ne vetustate consumptum valeat deperire, privilegium renovavit atque verbotenus iteravit Innocentius III. 1207, Oct. 29. (Potthast Reg. 3206, Innoc. III. opp. ed. Baluze II. 80, Migne 215 p. 1236). — „Convenit apostolico moderamini".

In monasterio Sublacensi — 2656 (1992) *„Dedicat in specu altare unum in honorem S. Benedicti et S. Scholasticae et alterum in honorem S. Silvestri papae et offert gabatam (al. gabaram) unam de argento et duas cortinas de fundato, quas fresatas dicunt, et ibidem omnia ampliata privilegio confirmat". Chron. Sublac. ap. Muratori Ant. It. IV. 1039 et R. It. SS. XXIV. 930.

2657 (1999) Prudentio, episcopo Trecensi, mandat, monasterium, ab Adremaro monacho conditum, ita consecret, „ut semper ac perpetualiter sub iure ac potestate S. Rom. ecclesiae . . . consistat atque permaneat". Mabillon Ann. O. Ben. II. 675, Mansi XIV. 881, Migne 115 p. 671. — „Cognoscat prudentia".

2658 Exponit, omnes canonum sponte violatores in omnibus authenticis conciliis anathematizatos esse. Mansi Supplem. I. p. 908, Migne 115 p. 674. — „Omnes canonum".

2659 Homiliam scribit de vita sacerdotum. (Homiliam, quae sub titulo „Leonis IV. homilia" aut „Leonis epistola in synodo legenda" exstat, ad Leonem quartum referendam esse, non dubito.) Mansi XIV. 889, Migne 96 p. 1375, 115 p. 675, Neues Archiv VI. 192 (cf. ibid. p. 652). — „Fratres presbyteri".

**847—855.**

†2660 Monasterii S. Mauritii Agaunensis possessiones et privilegia confirmat, petente „Arnulfo rege Francorum, qui vicem abbatis ibi gerere videtur". Subscribit Leo papa cum septem episcopis. (Cui Leoni adscribere voluerit falsarius hanc bullam, haud constat; in ea conficienda usus est bulla Leonis IX. infra ed. 1 reg. 3229.) Aubert Trésor de l'abbaye de S. Maurice d'Agaune p. 212, Mon. Hist. Patriae Chart. II. 146, Mémorial de Fribourg IV. 355. — „Quia Dominus noster".

**855.**

| | | |
|---|---|---|
| | | 2661 *Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, petenti, ut Gregorii archiepiscopi Syracusani depositionem confirmet, non obsequitur, sed utramque partem Romam vocat. Vide ep. Nicolai I. ad Michaelem imp. ap. Mansi XV. 228. 229, infra reg. 2813 et Hefele IV. 232. |
| Iun. Iul. | Super gradus | (maiores b. Petri) Ludovicum II. imperatorem honorifice suscipit. Vita Leonis p. 141. |
| „ „ | In domo, | (quam Leo III. papa iuxta ecclesiam b. Petri fecerat), cum Ludovico II. imperatore placitum habet, in quo Gratianus, magister militum et Romani palatii superista ac consiliarius, de consilio „Romanam terram Graecis tradendi" accusatus, culpa liberatur. Vita Leonis p. 141. |
| Iul. 17. | | Moritur „16. kal. Augusti", Vita Leonis p. 142. „Mense Augusto", Prudentii Trecensis annales 855 MG. SS. I. 449. |

---

# BENEDICTUS III. 855—858.

Bullae Benedicti III. scriptae sunt per manum:
Theodori notarii et scriniarii (notarii regionarii) S. R. E. (2663. 2666)
Zachariae notarii et scriniarii S. R. E. (2668)
Soffronii notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (2672).
Datae per manus:
Theophilacti (Theotfolcti) secundicerii s. sed. apostolicae (2663. 2668. 2672)
Megisti episcopi et bibliothecarii s. apostolicae sedis (2666).

**855.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, imp. Lothario a. 39, p. c. eius 39, Ludovico a. 7.)*

| | | |
|---|---|---|
| Iul. | | Eligitur. Vita Benedicti in Vignolii lib. pont. III. 144: „Leo quidem ubi hac luce subtractus praesul occubuit, mox omnis clerus" cet. |
| „ | Ex titulo | (S. Calisti) educitur. Vita Benedicti p. 145. |
| „ | In patriarchium Romae | (Lateranense) perducitur. Vita Benedicti l. l. |
| Aug. Spt. | | A cleri procerumque Romanorum legatis ab imperatore reversis de adventu missorum imperialium certior fit, litterasque Ludovici II. imperatoris accipit. Vita Benedicti p. 147. 148. |
| „ „ | | 2662 (2007) *Cognita Anastasii antipapae electione, Gregorium et Maionem episcopos „cum aliquibus litteris" ad Ludovici II. imperatoris legatos mittit. Vita Benedicti p. 150. |
| Sept. | | Ludovici II. imperatoris legatis obviam mittit Hadrianum secundicerium. Vita Benedicti p. 150. |
| „ 21. | In palatio Lateranensi | iussu Anastasii antipapae, solio deiicitur, vestibusque pontificalibus privatus et iniuriis verberibusque affectus, custodiae mandatur; „septimae tum feriae cursus peragebatur". Vita Benedicti p. 152. 153. |
| „ 24. | Ex basilica | ubi erat in carcere, educitur „tertia feria". Vita Benedicti p. 154. 155. |
| „ 24. | In basilica | (Salvatoris). Vita Benedicti p. 155. |
| „ 24. | „ | (S. Mariae ad praesepe) „ieiuniis et orationibus tribus diebus noctibusque vacat". Vita Benedicti p. 155. |
| „ 27.28. | in patriarchio | (Lateranensi). Vita Benedicti p. 156. |
| „ 29. | In basilica b. Petri | Consecratur, praesentibus legatis imperatoris „dominico die", cum sedes vacasset m. 2 d. 15 (imo 13). Vita Benedicti p. 157, Vita Leonis p. 142. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **855.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, imp. Lothario a. 39, p. c. eius 39, Ludovico a. 7.)* |
| Sept. 29. | In patriarchium | (Lateranense) revertitur. Vita Benedicti l. 1. |
| | | Synodus, in qua Benedictus Anastasium, a Leone IV. excommunicatum et anathematizatum, „sacerdotalibus exspolians vestimentis inter laicos in communione recipit". Narrat haec Hadrianus II. in Hincmari annal. 868 MG. SS. I. 479, Mansi XIV. 1028; cf. Mansi XV. 123. (Ad hanc synodum pertinent, ut Hefele IV. 201 suspicatur, canones editi in MG. LL. I. 439.) |
| Oct. 7. | | 2663 (2008) Monasterii SS. Petri et Pauli ac Stephani Corbeiensis (in dioec. Ambianensi), sub Odone abbate constituti, possessiones et privilegia litteris verbosis, quaeque legantur dignis, confirmat. Marini I papiri p. 17, Mabillon De re dipl. p. 438, Mansi XIV. 118, Migne 115 p. 693, Cocqu. I. 185, Bull. Rom. E. T. I. 295, (D'Achery Spic. III. 343, Migne 129 p. 1001). Tabulae huius papyraceae fragmenta expresserunt Champollion-Figeac Chartes sur papyrus fol. XI. XII, Mabillon l. l. tab. 47, Nouveau traité de dipl. V. tab. 79. — „Cum Romanae sedis". |
| | | 2664 (2009) Petente Hincmaro, archiepiscopo Remensi, acta synodi Suessionensis II. (853, Apr. 28.) approbat, hac addita conditione: „Si ita est, nostro ut scriptis praesulatui intimasti et gestorum serie demonstrasti". Hincmari primatum confirmat, sancitque, „ne quilibet dioeceseos Remensis eo contempto impune audeat, seu valeat aliena expetere iudicia, salvo in omnibus iure apostolicae sedis". (Hanc epistolam, ut sibi crimini datum erat, finxisse se negat Hincmarus Rem. in ep. 11 cf. v. Noorden Hincm. p. 6. 226. Vide etiam Nicolai I. ep. ap. Mansi XV. 740.) Baronii Annal. 853 n. XV., Mansi XV. 110, Migne 115 p. 689, Cocqu. I. 184, Bull. Rom. E. T. I. 294. — „Probabilium sacrorumque". |
| Mai. | | †2665 (cccxlii) Interamnensibus ipsam civitatem cum territorio asserit. (Habet titulum: „In nomine cet. a. ab inc. D. 857, mense Maii ind. VI." et subscriptionem: „Ego Petrus scriniarius S. R. E. hunc praeceptum per iussionem Benedicti III. papae manu mea subscripsi"). Ughelli It. sacr. I. 753, Migne 129 p. 1011, Cocqu. I. 189, Bull. Rom. E. T. I. 302. — „Honestum nimis". |
| | | **857.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, imp. Ludovico a. 8—9.)* |
| Mai. 11. | | 2666 (2010) Monasterii S. Dionysii possessiones „apud Anglos Saxones in terra Britanniae" confirmat. (Notae chronologicae sunt corruptae.) Doublet Hist. de St. Denys p. 453, Mansi XV. 120, Migne 115 p. 702, Cocqu. I. 188, Bull. Rom. E. T. I. 301. Cf. Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 110. — „Questi estis". |
| c. Iun. | | 2667 *Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, petenti, ut Gregorii Syracusani archiepiscopi depositionem confirmet, non obsequitur. Ut causam indicet, utramque partem Romam vocat. Aut ipse veniat cum Zacharia (legato Gregorii), aut per apocrisiarios, quos imperator mittat, negotium suum agat. (Hanc epistolam Ignatius, cum mense Iulio accepisset [accipere eam Ignatium noluisse in Hadriani II. ep. ap. Mansi XVI. 50, infra ed. 1 reg. 2210 dicitur], se post 8 aut 10 (?) dies eiectum esse exponit [depositio eius 857, Nov. 23.]) Vide acta synodi Constantinopolitanae ap. Deusdedit Coll. can. IV. c. 162 (ed. Martinucci p. 506. 507) et Mansi XV. 228. 229, infra reg. 2813. |
| Oct. 23. | | 2668 (2011) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, postulante Theotone abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 258, Migne 129 p. 1010, (Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 134, Migne 115 p. 702). Cf. Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 285. 376, Dümmler Ostfr. R. I. 433. — „Quoniam semper sunt". |
| | | 2669 (2012) Litteris ad archiepiscopos cunctosque episcopos, in Caroli regis (Provinciae) regno morantes, Romam eos intra dies 30 venire sub excommunicationis poena iubet. Hubertum clericum, „quondam Busonis filium" (et fratrem Theutbergae reginae), qui praeter varia, quae commiserit, crimina, S. Mauritii quoque et Luxoviense b. Petri monasteria invaserit, „pacemque", inquit „quam inter Hludouvicum munivimus, Caesarem semper Augustum, suosque gloriosos germanos, sua miserrima cupiditate ad multorum Christianorum necem atque periculum scindere, ut audivimus, non dubitavit". Baronii Annal. 856 n. XXIV., Sirmond Conc. Gall. III. 109, Mansi XV. 111, Migne 115 p. 691. Cf. Hefele IV. 226, Dümmler Ostfr. R. I. 448. — „Bonorum semper". |
| | | **855—858.** |
| | | 2670 Monasterio Solemniacensi possessiones iniuste detentas restitui iubet, rogatu Ber- |

**855—858.**

nardi abbatis. Ex bibl. nat. Paris. cod. lat. 12748 fol. 140 dedit Löwenfeld. — „Convenit apostolico moderamini“.

2671 (2013) *Episcopos Britanniae „non ab episcopis, sed a laicis deiectos esse“, luget. „Nullam rationem sinere“, ait „episcopos a sedibus suis pelli, quos duodenarius numerus non eiecit“. Vide Nicolai I. ep. ap. Mansi XV. 395, infra reg. 2708.

**858.** *(Ind. 6, imp. Ludovico a. 9. et p. c. eius a. 9.)*

2672 (2014) Vitali, patriarchae Gradensi, pallii usum concedit. (Ughelli It. sacr.
Mart. 30. V. 1106.) In tabularii Venet. cod. Trivisano fol. 47, vide Kaltenbrunner Sitzungsber. der Wiener Ak. (1879) tom. 94 p. 644. — („Diebus vitae tuae“.)

2673 (2015) *„Imperatorem et regem ac principes“ itemque „episcopos et cunctos fideles“ hortatur de revocanda „Ingeltrude, uxore Bosonis comitis“, quae „ad Gallias, relicto proprio viro, cum adultero adultera transmigraverit“. Vide epp. Nicolai I. ap. Mansi XV. 334 et 382, reg. 2764 et (ed. 1) 2185.

Apr. 7. Moritur, cum ecclesiae gubernacula a. 2 m. 6 d. 20 tenuisset. Vita Benedicti p. 143.

---

## ANASTASIUS antipapa. 855.

**855.**

Aug. Spt. | Hortae — Electus esse videtur. Nicolaus enim, episcopus Anagninus, et Mercurius, magister militum, qui cleri procerumque Romanorum decretum de Benedicti III. electione ad Ludovicum II. imperatorem perferentes, cum Arsenio, episcopo Eugubino, de Anastasio (a Leone IV. excommunicato et anathematizato) ecclesiae praeficiendo convenerant, ex Francia reduces, „cum aliis quibusdam Roma egressi nobilium, id est Gregorio Christophoroque magistris militum“, et imperatoris missi Hortae „Anastasio se coniunxerunt“. Vita Benedicti III. in Vignolii lib. pont. III. 146-149.

Sept. | Iuxta basilicam b. Leucii — Radualdus Portuensis et Agatho Tudertinus episcopi „anathematizato se iungunt“; legatique Benedicti III. „custodibus traduntur“. Vita Benedicti III. p. 149 et 150.

„ | Per Neronis — (campum) equitat. Vita Benedicti p. 151.

„ | Leonianam — (urbem) cum imperatoris legatis ingreditur. Vita Benedicti p. 151.

„ | In basilica b. Petri — „imagines confringit igneque concremat et synodum, quam supra sanctuarii ianuas b. m. Leo IV. pingi iusserat, destruit“. Vita Benedicti p. 151, cf. Hincmari annales 868 MG. SS. I. 479.

„ | Romam — ingreditur. Vita Benedicti p. 152.

„ 21. | Lateranensi palatio — potitus, „solio residet“ et Romano, episcopo Balneoregiensi, praecipit, „ut Benedictum III. pontificali eiiciat solio; qui etiam vestimenta pontificalia, ut barbarus, tulit et exspoliavit, multisque cum iniuriis verberibusque replevit“. Vita Benedicti p. 152 cf. supra regesta Benedicti III.

„ 24. | De patriarchio — eiicitur „tertia feria“, Vita Benedicti p. 154.

In synodo Benedicti III. „sacerdotalibus exspoliatus vestimentis inter laicos in communione recipitur“. Vide supra regesta Benedicti III.

## NICOLAUS I. 858—867.

Bullae huius pontificis sunt
scriptae p. m. Petri notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (2676. 2716. 2781)
Sophronii „ „ „ „ (2681. 2718. 2719. 2831)
Leonis „ „ „ „ (2717. 2760)
Zachariae „ „ „ „ (2720. 2758. 2798),
datae p. m. Tiberii primicerii s. sedis apostolicae (2676. 2716. 2717. 2718. 2719. 2720. 2759. 2760. 2781. 2831).

| | | |
|---|---|---|
| | | **858.** |
| Apr. | In basilica b. Dionysii | Eligitur „praesentia magis ac favore Hludowici regis (imperatoris) et procerum eius, quam cleri electione", Prudentii Trecensis annal. 858 MG. SS. I. 452. Vita Nicolai in Vignolii lib. pontif. III. 173. |
| „ | e s. Petri aula | in quam confugerat, educitur. Vita Nicolai l. l. |
| „ | In patriarchium | (Lateranense) perducitur. Vita Nicolai l. l. |
| „ 24. | In basilica b. Petri | Consecratur, praesente Ludovico II. imperatore. In variis vitae Nicolai codicibus, quibus usus Vignolius est, licet verba: „VIII. kal. Maii", ad quem diem ap. Labbaeum Conc. VIII. 252 et ap. Baronium revocatur Nicolai consecratio, nequaquam reperiantur, tamen probandus dominicus hic dies est, propterea quod verisimillimum est, istum pontificem, quem die 12. Nov. 867 posuisse vitam constat, moderatum ecclesiam esse per annos 9 m. 6 d. 20; qui quidem numeri in Vitae cod. Vat. VII. leguntur, dum ceteri codd. praebent a. 9 m. 2 d. 20. Cf. Pagii crit. ad Baronii Annal. 867 et Dümmler Ostfr. R. I. 494. |
| „ 24. | In patriarchium | reducitur. Vita Nicolai p. 174. |
| „ 26. | Romae | coenat una cum Ludovico imperatore „tertio consecrationis die". Vita Nicolai l. l. |
| Apr. Mai. | In loco, qui | Quintus dicitur (Torre di quinto) cum Ludovico imperatore. Vita Nicolai l. l. |
| „ „ | Romam | revertitur. Vita Nicolai p. 176. |
| | | **858. 859.** |
| | | 2674 (2016) Weniloni, archiepiscopo Senonensi, et coepiscopis eius, de Herimanno, insano episcopo Nivernensi, sic respondet: „Quem, si ita gravatur, magis conveneral sanctimonium vestrum sublevare, quam pondus eius ponderi superaddere, caritatemque in eo confirmare potius, quam ei pietatis viscera obserare". Vetat ne de excessibus puniatur, cum infirmitas eius ipsa ad poenam peccati pertineat. (Ad ind. VIII. hanc ep. ponit Coustant vel socii eius in dissertatione saepius citanda de Nicolai I. epistolis, edita a. 1869 in Analectis iuris pontificii Series X. tom. V. pars 2 p. 60, cf. ibid. p. 77.) Lupi Ferrariensis Opp. p. 511, Mansi XV. 397, Migne 119 p. 769. — „Epistolam sanctitatis". |
| | | 2675 *Omnibus fidelibus scribit, certiorem se esse factum per Herardum, archiepiscopum Turonensem, de calamitatibus, quas ecclesia S. Martini a Normannis (a. 857) passa esset, itemque de beneficiis, quae Carolus (Calvus) rex ei tribuisset. (Vide Böhmer Reg. Karolorum n. 1652). Monasterium tuendum suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat. Mabille La Pancarte noire p. 140. (Cf. Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 127). |
| | | **859.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, imp. Ludovico a. 10. et patricius (leg. post cons. eius) a. 10.)* |
| Iun. 12. | | 2676 (2017) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, petente Theotone abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 259, (Schannat Hist. Fuld. Cod. Pr. p. 135, Migne 119 p. 770). Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 433, Harttung Dipl. hist. Forsch. 375. 377 sq. — „Quoniam semper sunt". |
| Aug. 20. | | †2677 (CCCXLIV) Monasterii S. Benedicti et S. Scholasticae virginis Sublacensis, sub Azzone abbate et presbytero constituti, bona confirmat. („Scriptum p. m. Gregorii notarii S. R. E. ind. 1. Legimus. Data in nomine" cet. anno Ludovici imp. 10. die 20. Aug. ind. 1." Confirmat hanc tabulam Iohannes X. ap. Galletti Del primic. p. 118). Cocquelines I. 198, Bull. Rom. E. T. I. 319; cf. Muratori Ant. It. V. 774, Migne 129 p. 1015. — „Cum piae voluntatis". |
| | | †2678 Petente abbate Leone, possessiones monasterii S. Benedicti et S. Scholasticae, cuius privilegia „ab Agarenis cum omni suppellectile monasterii igne concremata" sint, confirmat, imprimis autem „locum Puzeia cum specu, ubi beatissimus Benedictus heremiticam duxit vitam". (Fragmentum.) Liverani Opere IV. 473. — „Quia petistis". |
| | | 2679 (2018) *Ludovico (Germanico) regi respondet litteris Thiotoni, abbati Fuldensi, datis, quem Ludovicus „apologetica intentione Romam miserat, ut de gestis praeteriti anni regem per omnia rationabiliter excusaret infamiae". Vide Ruodolfi Fuldenses annales 859 MG. SS. I. 373. |
| | | 2680 (2019) *(Epistolam ad Prudentium, episcopum Trecensem, dedisse videtur, qua) „Nicolaus, pontifex Romanus, de gratia Dei et libero arbitrio, de veritate geminae |

**859.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 8, imp. Ludovico a. 10. et patricius (leg. post cons. eius) a. 10.)*

praedestinationis et sanguine Christi, ut pro credentibus omnibus fusus sit, fideliter confirmat et catholice decernit". Prudentii Trecensis annales 859 p. 453. Cf. Hincmari annales 861 p. 455: „Prudentius..., qui ante aliquot annos Gotescalco praedestinatiano restiterat" cet.

**860.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9.)*

Mai. — 2681 (2020) Adalwino, archiepiscopo Salzburgensi, pallium concedit. Kleimayrn Nachr. v. Iuvav. Anhang p. 92, Migne 119 p. 771. Cf. Sdralek De Nicolai epistolarum codicibus, Wratislaviae 1882 p. 10 sqq. — „(Si pastores ovium) solem geluque" („Diebus vite").

Sept. Romae — Synodus, in qua papa, relectis epistolis de Ignatio patriarcha deiecto Photioque laico substituto, episcopos Rhadoaldum Portuensem et Zachariam Anagninum, legatos suos a latere, cum epistolis infra regg. 2682. 2683 Constantinopolim transmittit. Mandat eis, ut causam Ignatii diligentius perquirant. Vide infra reg. 2821 et Dümmler Ostfr. R. I. 498, Hefele IV. 239, Baxmann II. 7.

Sept. 25. — 2682 (2021) Michaelem, Graecorum imperatorem, concordiae ecclesiarum faventem laudat; sed quod concilium Constantinopoli iniussu sedis Romanae celebrari, Photiumque laicum Ignatio, patriarchae iniuste deiecto, suffici contra canones siverit, reprehendit. Ad quorum causam cognoscendam Rhadoaldum Portuensem et Zachariam Anagninum episcopos mittit. Imaginum cultum defendit. Archiepiscopum Thessalonicensem iubet more vetere haberi sedis Romanae vicarium „per Epirum veterem, Epirum novam atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam ripensem, Daciamque mediterraneam, Moesiam, Dardaniam, Praevalim". Repetit Calabritanum et Siculum ecclesiae Romanae patrimonium, iusque consecrandi archiepiscopi Syracusani. (Epistola haec in ep. infra 2821 asservata [ita et epistola sequens], et ab Anastasio ex VIII. synodi oecumenicae actione 4 in latinum translata, in synodo Constantinopolitana mense Maio 861 relecta est. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 498. 499.) Mansi XV. 162 (cf. XVI. 59), Migne 119 p. 773. — „Principatum itaque".

„ 25. — 2683 (2022) Photium catholicam fidem per litteras professum, laudat; sed eum ex laico patriarcham Constantinopolitanum factum esse dolet. Differt confirmationem eius, donec a legatis suis de eius causa renunciatum sit. Mansi XV. 168 et XVI. 78, Migne 119 p. 780. — „Omnis utilitas".

2684 (2023) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, et omnibus archiepiscopis et episcopis in regno Caroli (Calvi) regis constitutis, praecipit, ut, quae maritum Bosonem comitem deseruerit, Ingiltrudem, nisi revertatur, excommunicent. (Hoc decretum etiam Lothario regi episcopisque suis missum esse ex Conventus ad Sablon. c. 4 MG. LL. I. 484 discimus). Sirmond Conc. Gall. III. 159, Bouquet Rec. VII. 427, Mansi XV. 326, Migne 119 p. 780. — „Canonica auctoritas".

2685 (2024) Carolo (Calvo) regi mandat, nitatur, ne Lotharius rex Ingiltrudem, Bosonis uxorem, diutius manere in suo regno patiatur. De superioribus ad episcopos litteris significat. Sirmond Conc. Gall. III. 159, Bouquet Rec. VII. 428, Mansi XV. 366, Migne 119 p. 781. — „Vestram regiam".

**861.**

Apr. 18. — †2686 (CCCXLIII) Tabulas subdititias, quas monasterio Lebracensi dedisse Carolus M. fertur (cf. Sickel Acta Karolinorum II. 404), confirmat. („Datum 14. die kal. Maii p. m. Humberti cancellarii s. s. a. in Lateranensi basilica, pontificatus nostri a. 3" quae notula ad Nicolai II. scriptorium spectare videtur.) Grandidier Hist. de l'égl. d. Str. II. 151, Migne 129 p. 1013. — „Quoniam iuxta scripta".

2687 (2025) *Iohannem, archiepiscopum Ravennatem, „litteris saepius" hortatur, ne Ravennatibus „in rebus et iuris sui proprietatibus incommoda" inferat. Vita Nicolai p. 183.

Nov. 18. Romae — Concilium episcoporum 70, qui sanciunt, ne Iohannes, archiepiscopus Ravennas, et eius successores in episcopos per Aemiliam constitutos maiore fruantur iure, quam Liguriae, Venetiae, Istriae metropolitae in suos suffraganeos. Muratori R. It. SS.

**861.**

II. I. 204, Mansi XV. 598, Migne 106 p. 787, Ughelli It. sacr. II. 347. Tempus huius concilii accuratissime in actis indicatum est, et recte Jaffé ed. 1 annum 861 eidem adscripsit. Oblocuti sunt Hefele ed. 1 IV. 239 et Dümmler Ostfr. R. I. 496. Post Hefele ed. 2 IV. 250 annum 861 accepit.

**861?**

2688 (2026. 2160) Humfredo (perperam leg. Unifrido, Humifrido, Guifredo, Wilfredo), episcopo Morinensi, per Galdagarium presbyterum respondet 1) cum sciscitet, „utrum, cum a Normannis de episcopio depellatur, debeat de cetero in monasterio conversari": „Si perniciosum est, proretam in tranquillitate navim deserere, quanto magis in fluctibus". Gratiani decr. C. VII. qu. 1. c. 47, Mansi XV. 399, Migne 119 p. 782. 2) „Clericum, qui paganum occiderit, non oportet ad gradum maiorem provehi, qui carere debet etiam adquisito; homicida enim est. Ridiculum est et inconveniens, clericum arma sustollere et ad bella procedere". Baluzii Misc. I. 402, Ivonis decr. VI. c. 120 (Gratiani decr. D. 50. c. 5), Mansi XV. 458, Migne 119 p. 1129; vide Archiv f. kathol. KR. a. 1865 tom. XIII. 6. (Haec fragmenta ex una eademque epistola sumpta esse mihi persuadet Coll. trium partium, ubi sub num. 47 et 48 et sub una tantum inscriptione comprehenduntur. Cf. Sdralek De Nic. codd. p. 28.) — „Sciscitaris itaque" („Clericum autem qui").

**861. 862.**

2689 (2028) *Iohannem, archiepiscopum Ravennatem, „ter ad synodum suis litteris vocat". Vita Nicolai p. 184.

**862.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11.)*

Synodus, in qua praesentibus legatis imperatoris papa exponit, legatos suos Rhadoaldum et Zachariam sine auctoritate sua de Ignatio sententiam dixisse, seque demissionem eius non sancire. Vide epp. 2690. 2691. 2692, Dümmler Ostfr. R. I. 501, Hefele IV. 247. De tempore cf. ep. 2821.

Mart. 18. 2690 (2029) Omnibus fidelibus (dilectissimis fratribus, qui catholicas Alexandrinorum, Antiochenorum vel Hierosolymorum gubernant ecclesias, seu cunctis orientalibus metropolitis atque episcopis) scribit, Ignatium, venerabilem patriarcham Constantinopolitanum, iniussu suo praesentibus legatis suis, remotum esse, Photiumque substitutum, hominem scelestissimum. Hunc invasorem, illum patriarcham haberi iubet. Suarum ad Michaelem imperatorem et ecclesiam Constantinopolitanam litterarum exempla mittit. (Ep. hanc ita ut epp. 2691. 2692 Leo, imperatoris legatus, Constantinopolim retulit. Asservatae sunt omnes hae epp. in ep. infra 2821.) Mansi XV. 168, Migne 119 p. 783. — „Quod igitur".

„ 18. 2691 (2030) Photio, viro prudentissimo, de ecclesiae Romanae primatu exponit. Negat eum, qui in Ignatii, patriarchae legitimi, locum substitutus sit, comparari cum Nectario, Tarasio, Ambrosio posse. Concilii Sardicensis ignorantiam excusanti fidem abrogat. Quod pontificum Romanorum decretalibus se carere dicat, eum, si verum sit, negligentiae noxium esse, si mendacium, temeritatis. Addit de corrupta epistola sua, legatisque suis Constantinopoli indigne habitis. (De temporis nota vide etiam v. Pflugk-Harttung Iter It. p. 138). Mansi XV. 174, XVI. 68, Migne 119 p. 785. — „Postquam beato Petro".

„ 19. 2692 (2031) Michaeli imperatori scribit, paucis diebus post reditum legatorum suorum acta synodi Constantinopolitanae per Leonem a secretis reddita sibi esse, quibus iniquam deiectionis sententiam in Ignatium prolatam cognoverit. Se vero, cum explorari causam, non diiudicari, iussisset, neque Ignatium remotum putare, nec Photium patriarcham constitutum, „quousque veritas, omni falsitatis fuco nudata, in praesentia sua eluceat". De imaginibus quae constituta sint, ea probat. Superiores ad eum litteras vitiatas esse, queritur. Ad venerandam ecclesiam Romanam hortatur. (Pro ind. 9 legendum est: ind. 10; vide etiam v. Pflugk-Harttung Iter It. p. 138.) Mansi XV. 170 et XVI. 64, Migne 119 p. 790. — „Serenissimi imperii".

Romae Concilium, in quo 1) Iohannes, archiepiscopus Ravennas, qui, haeresis accusatus a Nandeciso, episcopo Polensi, in concilium venire noluerit, excommunicatur; 2) Christum

**862.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11.)*

docent credendum esse „passionem crucis tantummodo secundum carnem sustinuisse“; 3) qui „Christum passionem crucis secundum deitatem sustinuisse“ dicant, anathematizantur; 4) itemque qui asseverent, baptismate „originale non ablui delictum“; 5) statuta concilii Leonis IV. post Benedicti III. obitum violata confirmantur; 6) qui „sacerdotibus, seu primatibus, nobilibus, seu cuncto clero Romanae ecclesiae electionem Romani pontificis contradicere praesumpserit, sicut in concilio beatissimi Stephani (IV.) papae statutum est“, anathematizatur; 7) itidem qui „episcopum percutere, verberare aut caedere praesumpserit“. (Duo, quae num. 2 et 3 signavi, capita, ex Nicolai epist. ap. Mansi XV. 182 petita, ad quoddam anni 862 concilium recte revocat Mansi XV. 611; sed universa septem decreta, in quorum numero eadem illa sunt duo capita, et a Muratorio, qui ea primus edidit, et a Mansio concilio m. Oct. a. 863 male adiunguntur. Cf. de concilii tempore Hefele IV. 249. 261 ed. 1. et IV. 260. 272 ed. 2). Muratori R. It. SS. II. II. 127, Mansi XV. 658, Migne 119 p. 794.

2693 (2032) Adoni, archiepiscopo Viennensi, pallium petenti satisfieri posse negat, priusquam de quinta et sexta synodis quid sentiat, quemadmodum de synodis quatuor fecerit, sibi significet. Decreta concilii mense Martio Romae celebrati mittit. (Anno 861 haec ep. adscribitur in Anal. iur. pont. X. 60. 68. 79.) Bosco Flor. Bibl. laevum xyston p. 53, Mansi XV. 469, Migne 119 p. 796. — „Sanctioni et institutioni“.

Romae — Ludovici II. imperatoris legatos, qui cum Iohanne, archiepiscopo Ravennate, Romam venerant, „quia excommunicato communicaverint, benigne redarguit“. Vita Nicolai p. 185.

2694 *Iohannem, Ravennatem archiepiscopum, ut satisfactionem reddat Romam ad concilium kal. Nov. celebrandum vocat. Vita Nicolai p. 185.

2695 *Athanasium, archiepiscopum Neapolitanum, apostolicis exhortationibus ad synodum, quam contra Iohannem urbis Ravennatis episcopum consecraverat, singulariter evocat. Vita S. Anastasii MG. SS. Lang. p. 444, Muratori SS. Rer. Ital. II. II. 1059. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 496.

Ravennam — proficiscitur, Aemiliensium et Ravennae urbis senatorum rogatu. Vita Nicolai p. 185.

Ravennae — 2696 (2033) *„Omnibus Ravennensibus, Aemiliensibus et Pentapolitanis res, quas, Iohanne archiepiscopo (Ravennate) et Gregorio fratre eius rapientibus, amiserant, restituit, et praeceptionis decreto, quae retradidit, confirmat“. Vita Nicolai p. 185 et 186.

c. Nov. 1. Romae in domo Leoniana — Synodus, in qua Iohannes, archiepiscopus Ravennas, „iurat, se omnibus diebus vitae suae observando integriter tenere atque perficere, sicut in ipsis suae responsionis continebatur atque legebatur scripturis (iuxta consuetudinem antedecessorum suorum compositis), quas etiam summo praesuli tradit“. Vita Nicolai p. 187. 188. Cf. Hefele IV. 250, ubi haec synodus cum altera, p. 343 a nobis ad a. 861 relata, confunditur.

Nov. In basilica Salvatoris Constantiniana — Synodi „die altero“ Iohannes, archiepiscopus Ravennas, „de crimine haereseos se expurgat; quem communioni ipse papa restituit et ut sacrarum missarum solemnia celebret, licentiam ei indulget“. Vita Nicolai p. 188.

„ In domo Leoniana — Synodi „sequenti die“ statuunt, ut Iohannes, archiepiscopus Ravennas, 1) „ad sedem apostolicam semel in singulis properare studeat annis“; 2) „episcopos per Aemiliam non consecret, nisi post electionem ducis, cleri et populi, atque per epistolam apostolicae sedis praesulis accepta eos consecrandi licentia“; 3) „episcopos, quotiescumque ad apostolicam sedem accedere voluerint, nequaquam prohibeat“; 4) „nullam dationem, quam sacri canones non praecipiant, ab eis aliquando exigat“; 5) „episcopos illam malam consuetudinem, quae tricesimalis dicitur, nullo modo Ravennati exhibere aut exercere compellat ecclesiae“; 6) „numquam res cuiuscumque personae, qualicumque ingenio vel chartula acquisitas et possessas olim, occupet, aut titulum superimponat, donec in praesentia apostolici, vel missi eius aut vestararii, Ravennae legali ordine illos in iudicio convincat“. Vita Nicolai p. 188-191.

2697 (2034) Adoni, archiepiscopo Viennensi, respondet: 1) nemini licere, „dimissa uxore, absque decreto generalis synodi aut aliam accipere, aut, illa superstite, pro uxore concubinam habere“; 2) „si desponsata, nesciente sponso, corrumpatur et post-

**862.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11.)*

modum, dote facta, cum eadem idem sponsus iacuerit", non licere „ei ipsam dimittere"; 3) de excommunicandis rerum ecclesiasticarum invasoribus. Nunciat haec: „Iohannem, archiepiscopum Ravennatem, sciatis paterne ab apostolica sede receptum et de errore, quo accusabatur, sacramento purgatum, ac, ut Romanae sedi dignam reverentiam exhibeat tam ipse, quam successores eius, nobis iuratum fore". (Fragmenta). Mansi XV. 343, Migne 119 p. 796. De tempore cf. Anal. iur. pont. X. 60. — „Quia sanctitatis".

Nov. 23. 2698 (2035) Lothario regi (Lotharingiae) Rhadoaldum Portuensem et Iohannem Ficoclensem episcopos commendat missos, ut cogendae synodo intersint. Ex Ludovici (Germanici) et Caroli, regis Provinciae, et Caroli (Calvi) regnis binos episcopos in eandem synodum adhiberi praescribit. (Hanc et sequentes epistolas eiusdem diei, quas papa ap. Mansi XV. 367 ep. synodicas appellat, in synodo Romana relectas esse censet Hefele IV. 263.) Sirmond Conc. Gall. III. 191, Bouquet Rec. VII. 386, Mansi XV. 278, Migne 119 p. 798. — „Regalis excellentia".

„ 23. 2699 (2036) Carolo (Calvo) regi praescribit, ut episcopos duos ad synodum, Theutbergae Waldradraeque causa Metis celebrandam, mittat; idemque praeceptum fratri eius, Ludovico (Germanico) regi, datum nunciat. Sirmond Conc. Gall. III. 192, Bouquet Rec. VII. 386, Mansi XV. 278, Migne 119 p. 799. — „Sedes haec".

(„ 23.) 2700 *Ludovico Germanico regi simili modo, ut in ep. 2699 scribit, duos regni eius episcopos ad synodum convocans. Vide reg. citatum et Dümmler Ostfr. R. I. 504. Cf. Hefele IV. 264 qui ex reg. (ed. 1) 2185 docet, eodem modo etiam litteras Carolo regi Provinciae et episcopis regni eius atque Ludovici regis datas esse.

„ 23. 2701 (2037) Ludovicum II. imperatorem legatis suis ad synodum Metensem tendentibus praesidium poscit. Mansi XV. 279, Migne 119 p. 799. — „Augustae serenitatis".

„ 23. 2702 (2039) Archiepiscopos et episcopos, in concilio Metensi congregatos, hortatur, ut una cum legatis suis in Theutbergae et Waldradae causa, omisso personarum discrimine, canonice iudicent. Acta mitti iubet, ut a sese aut probentur aut reiiciantur. Sirmond. Conc. Gall. III. 196, Bouquet Rec. VII. 389, Mansi XV. 282, Migne 119 p. 801. — „Reverentiae sacerdotali".

„ 23. 2703 (2040) Carolum (Calvum) regem rogat, ut Balduinum vasallum (comitem Flandriae), qui invito eo regiam (Iudith) duxerit, in gratiam recipiat, ne cum Normannis, ecclesiae inimicis, societatem statuat. (Haec et seq. ep. per legatum apostolicum sunt transmissae.) Sirmond Conc. Gall. III. 193, Bouquet Rec. VII. 387, Mansi XV. 279, Migne 119 p. 803. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 505. — „Beato ac".

„ 24. 2704 (2041) Hermentrudem reginam (Caroli Calvi uxorem) pro Balduino, filiae eius raptore, deprecatur. Baronius Ann. eccl. 862 n. 54, Sirmond Conc. Gall. III. 194. Bouquet Rec. VII. 388, Miraei Opp. dipl. I. 133, (Mansi XV. 281, Migne 119 p. 804). — „Fidelium universitas".

2705 (2042) Carolo (Calvo) regi, quod filius Carolus (rex Aquitanorum) iniussu suo viduam (Humberti, Arvernorum comitis), in matrimonium duxisset, ira accenso scribit haec: „Si nulla invenitur ex latere alia causa, quod grave pariat peccatum, non reperitur auctoritas, ut eorum scindi debeat coniugium". (Fragmenta duo; tertium, quod additum est, pars est epistolae, quae integra exstat ap. Mansi XV. 279.) Baluzii Misc. I. 402, Mansi XV. 458, Migne 119 p. 1182. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 505. — „Dilectus filius".

2706 (2043) Stephanum comitem, proposita excommunicatione, cohortatur, ut, quem deiecerit, Sigonem, episcopum Arvernensem, restituat, Adonemque clericum, quem in illius locum suffecerit, removeat, atque in synodo a legatis suis habenda de criminibus obiectis rationem reddat. (De tempore cf. Anal. iur. pont. X. 61. 70, ubi ante med. a. 863 haec ep. ponitur.) Chaix de Lavarène Mon. pont. Arverniae p. 1, Mansi XV. 352, Migne 119 p. 805 (Gallia christ. II. 251). — „Quae et quanta".

2707 *Galliae episcopis scribit de Theutberga regina, quae perdidit „suum maritalem Lotharii thorum". Ex cod. Taurinensi E. V. 44 fol. 70 v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 177. — „Quoniam scimus Thiebirgam".

Monachis S. Germani corpora sanctorum Urbani et Tiburti donat. Vide Herici miracula S. Germani c. 14 ap. Labbaeum Bibl. Ms. I. 564 et Dümmler Ostfr. R. II. 6.

**c. 862.**

2708 (2044) Salomonem, regem Brittonum, hortatur, ut de eiectis subrogatisque episcopis iudicium aut metropolitae Turonensi et duodecim episcopis, aut sibi permittat. Controversiam ortam de metropolitano archiepiscopi Turonensis iure se diiudicaturum, „postquam Deus" inquit „inter vos pacem et dilectum filium nostrum, Carolum (Calvum regem) gloriosum, constituet". (De pace a. 863 composita vide Hincmari annal. 863 MG. SS. I. 459. Anno 865 una cum reg. infra 2807 hanc ep. scriptam esse putaverunt Anal. iur. pont. X. 62.) Martene Thes. III. 859, Morice Mém. de Bret. I. 316, Mansi XV. 394, Migne 119 p. 806. — „Benedictus Deus".

**858—863.**

†2709 (2045) Carolo, archiepiscopo (Moguntino), eiusque suffraganeis Altfrido (Hildeshemensi), Salomoni (Constantiensi), Hiltigrimo (Halberstadensi), Theoderico (Mindensi), Gunzoni (Wormatiensi), Gebehardo (Spirensi), Arnoni (Wirzeburgensi), Witgario (Augustano) et Egiberto (Osnabrugensi?) episcopis, ac Grimaldo (S. Galli), Egilberto, Thidoni (Fuldensi), Amali et Adalgario (Corbeiensi) abbatibus, respondet, se in Salomonem, episcopum (Constantiensem), „nec criminis neque facinoris sententiam protulisse"; litterasque, quas Grimoldus abbas, tanquam a sese datas, iis attulerit, falsas esse. Abbonis nuptias, qui quarto gradu propinquam duxerit, dirimi iubet. Haec constituit: „Nulli liceat Christiano de propria consanguinitate sive cognatione uxorem accipere, usque dum generatio recondatur, cognoscitur, aut memoria retinetur". Varia addit de fornicatione, adulterio, homicidio. (Capitulum novum: „De his qui sacerdotes occiderint" ex pleniore recensione edidit Sdralek Archiv f. Kath. K. R. 1882 tom. 47 p. 186. Cf. de huius ep. tempore Anal. iur. pont. X. 61, ubi annus 862 accipitur; de dubia eius fide Dümmler Ostfr. R. I. 359. 391, II. 645, Anal. iur. pont. X. 89, Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 72 et Sdralek, qui loco modo laudato et de duabus epistolae formis et de fide utrique prorsus abiudicanda sagaciter agit. Sunt autem epp. 2709. 2710. 2711 ab falsario ex canonibus concilii Wormatiensis fictae.) Martene Vet. Script. I. 149, Mansi XV. 141, Migne 119 p. 809. — „Divinorum fulgentes".

†2710 (2046) Carolo, archiepiscopo Moguntino, respondet, quibus poenitentiis varia crimina luenda sint. Wasserschleben Beiträge z. G. d. vorgr. Kirchenrechtsqu. p. 165, Migne 119 p. 811 (novum et accuratiorem textum huius ep. praebuit editioni Migniauae Floss). Cf. Wasserschleben l. l. Dümmler Ostfr. R. I. 391, Sdralek l. l. in reg. 2709 et Phillips in Sitzungsber. d. Wiener Ak. tom. 44 p. 462. — „Qui sacrorum".

†2711 Carolo, Maguntiensi episcopo, mandat, ne ob infirmitatem vel damna corporis coniugium solvatur. (Est Pauli Sent. lib. II. t. 20 c. 4 ed. Hänel I. § 19.) Reginonis De syn. causis II. c. 129 (cum titulo: „Ex lege Romana"), Burchardi decr. IX. c. 28, Ivonis decr. VIII. c. 166, pan. VI. c. 93, Gratiani decr. C. XXXII. qu. 7. c. 25. Cf. Sdralek De Nic. codd. p. 40. — „Si („Hii) qui matrimonium".

**863.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, imp. Ludovico a. 14, post cons. eius a. 14.)*

2712 (2053) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, praecipit, a sacris abstineat, nisi intra dies 30 Rothadum, episcopum Suessionensem, ab exsilio revocatum in pristinumque restitutum, cum calumniatoribus eius Romam miserit. Mansi XV. 295, Migne 119 p. 825. Cf. de tempore huius et sequentium regg. Hefele IV. 282, Dümmler Ostfr. R. I. 532, Anal. iur. pont. X. 61, v. Noorden Hincmar p. 185. Vide etiam, quod Hinschius Zeitschr. f. K. R. II. 462 observat. — „Sanctitatem vestram".

2713 (2057) Carolo (Calvo) regi scribit, curet, ut Rothadus, episcopus Suessionensis, in integrum restitutus Romam accedat. De suis ad Hincmarum, archiepiscopum Remensem, litteris (reg. 2712) addit. Mansi XV. 300, Migne 119 p. 837. — „Nunc laudanda".

Mart. 29. †2714 Monasterii Blandiniensis possessiones ac privilegia „iuxta scripta petitoria filii sui praecellentissimi regis Karoli cum praesentia Fulrhadi abbatis Blandiniensis talia suggerentis" confirmat, sicut fecerat olim Martinus papa ad petitionem Amandi, episcopi Tungrensis, praefati monasterii constructoris (cf. †2074). („Scriptum p. m.

**863.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, imp. Ludovico a. 14, post. cons. eius a. 14.)*

Simphronii notarii regionarii [ac] scriniarii S. R. E. Et corroboratum atque subnixum auctoritate apostolica Nicolai suggerente Fulrado inclito abbate, uti fuerat olim petente domno Amando temporibus Martini papae. Acta anno 1, IV. kal. Apr. regnante Karolo imp. praesentata per Tiberium S. R. E. archicancellarium ind. 11.*) Neues Archiv VII. 177, Lokeren S. Pierre à Gand p. 18. — „Quando ad ea".

Apr. 28. 2716 (2047) Ecclesiae Bellovacensi concessa a Carolo (Calvo) rege monasteria duo, petente Odone episcopo, confirmat. Gall. Chr. X. Instr. p. 240, Migne 119 p. 813, Louvet Hist. de Beauvais p. 285, Hist. de Beauv. II. 146, L'Oisel Mém. de Beauv. p. 239. — „Quicumque in huius labentis".

„ 28. 2717 (2048) Monasterii SS. Petri et Pauli Corbeiensis (in dioec. Ambianensi), nunc sub Trasulfo abbate constituto, privilegia, petente Odone, episcopo Bellovacensi, qui paulo ante abbas praedicti monasterii fuerat, corroborat. Marini I papiri p. 23, cf. Mabillon De re dipl. p. 443, Mansi XV. 284, Migne 119 p. 815, Cocqu. I. 195, Bull. Rom. E. T. I. 312. Cf. Potthast Reg. 5458a—25800. (Specimen scripturae huius bullae dedit Mabillon l. l. tab. 49.) — „Convenit apostolico".

„ 28. 2718 (2049) Monasterii S. Dionysii privilegia „iuxta scripta petitoria filii sui praecellentissimi regis Karoli (Calvi)" confirmat. Marini I papiri p. 25, cf. Mabillon De re dipl. p. 440. (Doublet Hist. de St. Denys p. 454, Félibien Hist. de St. Denys, Preuv. p. 73, Tardif Monum. hist. p. 124, Migne 119 p. 819.) Cf. hoc privilegium confirmatum a. 1260, Mai. 11. ap. Potthast Reg. 17850. Specimen scripturae ep. praebent Mab. l. l. tab. 48 et Nouveau traité de dipl. V. tab. 80. Accuratiorem tabulam habes ap. Letronne Dipl. Meroving. pl. 48. — „Quando ad ea".

„ 28. 2719 (2050) Carolo Calvo regi respondet, se eius de privilegiis S. Dionysii confirmandis voluntati libenti animo satisfecisse, ex episcopi Parisiensis potestate monasterium eximens. Doublet Hist. de St. Denys p. 456, Tardif Mon. hist. p. 125, Migne 119 p. 820. Cf. confirmationem anni 1260, Iun. 12 ap. Potthast Reg. 17892. Authenticum in papyro scriptum bullam plumbeam asservat. De fide eius dubia cf. Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 113. — „Supernae miserationis".

„ 28. 2720 (2051) Rogante Hincmaro, archiepiscopo Remensi, synodum Suessionensem II, die 28. m. Aprilis a. 853 celebratam, sicut Benedictus III. papa (cf. reg. 2664), confirmat. Hincmari primatum, iusque pallii et cetera privilegia, „salvo in omnibus iure apostolicae sedis", ea conditione „omnibus diebus vitae eius" corroborat: „Si tam in praesenti, quam semper, in nullo ab apostolicae sedis praeceptionibus quoquomodo discrepaverit". Marlot Metrop. Rem. I. 426, Mansi XV. 374, Migne 119 p. 821, Bull. Rom. E. T. I. 310. — „Pastoralis sollicitudinis".

(„) 2721 (2052) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, vituperat, quod Rothadum, venerabilem et sanctissimum episcopum Suessionensem, ad apostolicam sedem provocantem, deiecerit aliumque in eius locum substituerit. Suum iudicium, „etiamsi nunquam appellasset idem Rothadus, modis omnibus praestolandum" fuisse. Romam eundem mitti, iam iterum, minis usus, iubet. Addit de aliis litteris Odoni, episcopo Bellovacensi, datis, ac de Carolo (Calvo) rege ad colendam sedem apostolicam admonendo. Mansi XV. 294, Migne 119 p. 823. — „Beatitudinis tuae".

(„) 2722 (2056) Carolo (Calvo) regi pro Balduino, Flandriae comite, qui filiam regis (Iudith) sibi furto contra fas in uxorem sociavit et ab episcopis regni Caroli anathematizatus Romam venit, supplicat et precatur, ut legaliter ei filiam in uxorem dimittat. De Rothado, episcopo Suessionensi, quid Hincmaro, archiepiscopo Remensi, et ceteris episcopis (regg. 2712. 2723) mandaverit, significat. De immeritis increpationibus apostolicis querenti ita respondet: „Scimus tamen nos, ex qua radice contra dilectionem vestram haec virga processerit; percuteris, imo pulsaris, fili, ut cautior et sollicitior valeas inveniri". Dilectionem suam erga eum relatione Odonis episcopi et Primi, legatorum, auctam esse nuntiat. De „Northmannorum subacta rabie" gratulatur. Sirmond Conc. Gall. III. 212, Bouquet Rec. VII. 391, Mansi XV. 296, Migne 119 p. 833. — „O quam vera".

(„) 2723 (2054) Metropolitas et episcopos, qui synodo Silvanectensi (leg. Suessionensi) interfuerunt, de paganorum impetibus consolatur. Acta synodi inducit, eosque, nisi Rothadum, episcopum Suessionensem, intra dies 30 ad se miserint, a sacris temperare

**863.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, imp. Ludovico a. 14, post cons. eius a. 14.)*

iubet. Ut Carolum (Calvum) regem pro Balduino, comite Flandriae, rogent monet. De Lotharii regis scelere „radicitus amputando" scribit. De concilio, cuius convocationem petierint, se post Rhadoaldi et Iohannis, legatorum suorum, reditum, quid sibi placeat, significaturum. Sirmond Conc. Gall. III. 205, Bouquet Rec. VII. 396, Mansi XV. 300, Migne 119 p. 826. — „Scriptis dilectae".

2725 (2038) Omnibus Galliae Germaniaeque archiepiscopis mandat, ut synodo Metensi intersint, canonicumque de Lothario rege iudicium faciant; quem, si non stiterit nec poenitentiam susceperit, excommunicatum iri ostendit. (De tempore huius ep. cf. Hefele IV. 253, Dümmler Ostfr. R. I. 505.) Sirmond Conc. Gall. III. 195, Bouquet Rec. VII. 389, Mansi XV. 281, Migne 119 p. 800. — „Incognitum vobis".

(Apr.) 2726 (2055) Rhadoaldo Portuensi et Iohanni Ficoclensi episcopis, legatis suis, inculcat, ut, peracta synodo Metensi, si Lotharius rex non stiterit, mandata sua ad eum deferant; deinde Carolum (Calvum) regem Balduini comitis causa accedant, eique „epistolas synodicas et has, quas nunc vobis dirigimus (reg. 2722), pariter cum commonitorio praesentibus cunctis" ostendant. (Additum est „commonitorium" de rebus Lotharii. — „Lotharius rex".) Mansi XV. 367, Migne 119 p. 1179. Cf. Anal. iur. pont. X. 60, ubi ad Nov. 23. anni 862 haec epistola ponitur. — „Quemadmodum sanctae".

Apr. 28. 2727 (2058) Rothadum, episcopum Suessionensem, bene sperare iubet. De suis ad Hincmarum episcoposque et regem epistolis eum certiorem facit. Hortatur, ne apostolicam sedem appellare cesset; „nullatenus te" inquit „in finem oblivionis tradi patiemur". (Die Apr. 29. scriptam esse hanc ep. referunt Anal. iur. pont. X. 90 ex cod. Remigiano.) Mansi XV. 306, Migne 119 p. 838. — „Cognoscat experientia".

(„) 2728 (2059) Ludovicum et Carolum, Caroli (Calvi) regis filios, cum patre in gratiam rediisse, sicut ab Odone episcopo reverso audierit, gaudet. A quo ne denuo divellantur monet, utque poenitentiam subituri synodo a legatis suis habendae intersint. Mansi XV. 354, Migne 119 p. 839. Cf. de tempore 863 ex. aut 864 in. huic ep. adscribendo Analecta iur. pont. X. 61. — „Pervenit ad".

(„) 2729 (2060) Ad Hucberti abbatis litteras, per Odonem, episcopum Bellovacensem, allatas, respondet. Obiurgationibus suis gravatum ad patientiam hortatur. De eius ac sororis (Theutbergae reginae) causa in synodo agenda se suis legatis mandasse, nunciat. Sirmond Conc. Gall. III. 220, Mansi XV. 353, Migne 119 p. 840. — „Apices defensionis".

(„) 2730 (2061) Archiepiscopis et episcopis, in regno Lotharii regis constitutis, imperat, regi persuadeant, ut, cui Cameracensem ecclesiam, iam per decem menses episcopo orbatam, contulerit, Hilduinum clericum Remensis dioecesis removeat, canonicique episcopi eligendi facultatem clero plebique concedat. (Per Odonem, episcopum Bellovacensem, ut ex Flodoardi Hist. Rem. III. 11 discimus, transmissa. Tempus huius et duarum sequentium epistolarum non satis constat.) Sirmond Conc. Gall. III. 221, Mansi XV. 349, Migne 119 p. 841. — „Quotiens de vestrae".

(„) 2731 (2062) Lotharium regem incusat, quod neglecto Hincmari metropolitae Remensis iure, ecclesiae Cameracensi Hilduinum praefecerit. Quem eiici, Hincmarique privilegia observari, minitabundus iubet. Sirmond Conc. Gall. III. 222, Bouquet Rec. VII. 400, Mansi XV. 350, Migne 119 p. 842. — „Inter innumera".

(„) 2732 (2063) Hilduino clerico sub anathematis poena praecipit, ut ex ecclesia Cameracensi cedat, quaeque abstulerit, reddat. Mansi XV. 351, Migne 119 p. 843. — „Cum nostri voti".

(„) (Romae) 2733 Concilium, in quo monasteriorum Gallicanorum libertates constituuntur. Martene et Durand Vet. Script. I. 153, Mansi XV. 675, Migne 119 p. 844. (Cum huius synodi decreta tabulis, monasterio S. Karilefi, praesente Odone, episcopo Bellovacensi, mense igitur Aprili a. 863, concessis [reg. 2735], inserta sint, ipsam synodum ad hunc mensem revocare non dubito. Privilegium, quod monasteria ab iurisdictione episcoporum eximit, sub titulo: „Istud decretum missum est a s. papa Nicolao et a s. sede Romana Karolo, regi Francorum", editum ap. Beyer Mittelrh. Urkundenb. I. 112 [cf. II. 597], Gregorii I. reg. supra †1366 iterare videtur.) — „Quam sit necessarium".

2734 *Ecclesiae Metensi privilegium concedit, mandans, ut facultates rerum eius reintegrentur. (Relecta est haec ep. a legatis apostolicis in Metensi synodo a. 863, Iun.)

**863.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, imp. Ludovico a. 14, post cons. eius a. 14.)*

Cf. diploma Adventii, archiepiscopi Metensis, Goreiensi monasterio datum ap. Calmet Hist. de Lorr. I. 307 Pr. et Dümmler Ostfr. R. I. 509.

(Apr.) 2735 (2064) Galliarum episcopis et universis principibus Septimaniae nuntiat, se monasterii S. Karilefi (Anisolensis), sub Engilhario abbate constituti, privilegia, Carolo (Calvo) rege et per Odonem, episcopum Bellovacensem, missum suum et per litteras speciales petente, confirmare, in his, ut liberum sit a potestate Rotberti, episcopi Cenomannensis. Mansi XV. 346, Migne 119 p. 846, Cocqu. I. 196, Bull. Rom. E. T. I. 315. Cf. v. Pflugk-Harttung Iter It. p. 101. — „Regum corda“.

In ecclesia b. Petri, deinde („propter frigidiorem locum“) in ecclesia Salvatoris — Concilium episcoporum „multarum provinciarum occidentalium regionum“, in quo Zacharias, episcopus Anagninus, crimen corruptionis confessus et deiectus excommunicatur; Photius, ecclesiae Constantinopolitanae invasor, anathematizatur; Gregorio Syracusano, iam ante episcopali dignitate privato, si eam sibi arrogare pergat, anathema proponitur; Photii socii honoribus ab eo acceptis orbantur; Ignatius patriarcha eiusque socii restituuntur; imaginum cultus confirmatur; Iohannes, quondam patriarcha Constantinopolitanus, et eius socii anathematizantur. Concilii, dum Rhadoaldus, episcopus Portuensis, in Gallia legatione fungens versatur, celebrati, acta leguntur in Nicolai epistolis ap. Mansi XV. 178 sq. et 245 sq., Migne 119 p. 850. Cf. Hergenröther Photius I. 519, Hefele IV. 269 sqq.

2736 (Michaeli, Graecorum imperatori?) nuntiat, se Ignatium patriarcham tamquam innoxium in Constantinopolitana ecclesia confirmasse. Damnat adversarios Ignatii et defensores Photii adulteri, sicut sancta Romana synodus definierit. Condemnat quoque Gregorium, exepiscopum Syracusanum, et omnes consentaneos eius vel ab eo aut a Photio consecratos. Addit, se haec scribere ei, ut sciat, „de quibus oporteat participari et a quibus oporteat recedere in provincia sua heresis“. Mittit ei latinam translationem Leonis I. epistolae ad Flavianum, quam summa veneratione laudat. Per apocrisiarios suos, cum prosperum iter fecerint „competentia et salutaria dogmata“ promittit. In imagine benedictionem (i. e. reliquias) beatorum Apostolorum dono offert. (Fragmentum.) E cod. Casinensi 220 fol. 233 saec. XII. in Bibl. Casinensi IV. Florileg. p. 359. — „. . . et divinorum mysteriorum“.

(c. Sept.) 2737 (2065) Rothado, episcopo Suessionensi, nunciat, Hincmarum, archiepiscopum Remensem, per Liudonem diaconum significasse, eum „de monasterioli custodia eductum et cuidam episcopo commendatum esse“. Carolo (Calvo) regi et Hincmaro, ut Romam eum honorifice mitterent, denuo praeceptum esse scribit. (Hanc ep. et sequentes regg. 2738. 2739 Liudo diaconus Roma in Gallias revertens transtulit. Iter confecit Liudo 2. kal. Dec. Cf. Anal. iur. pont. X. 61.) Mansi XV. 307, Migne 119 p. 860. — „Sciat sanctitas tua“.

(„) 2738 (2066) Carolum (Calvum) regem, quod sibi „obedientiae colla tanta facilitate submiserit“, laudat. Hortatur, ut Rothado, episcopo Suessionensi, Romam profecturo, quae ad perficiendum iter opus sint, tribuat. (Tempus ex reg. 2756 discimus.) Mansi XVI. 308, Migne 119 p. 861. — „Cum vos tantae“.

(„) 2739 (2067) Hermintrudi reginae respondet, se Liudoni ostendisse, quare Rothadi, episcopi Suessionensis, causa negligi non possit. Mansi XV. 309, Migne 119 p. 862. — „Literas dilectionis“.

2740 *Hincmaro, archiepiscopo Remensi, diem 1. Mai. a. 864 constituit, quo Rothadus, episcopus Suessionensis, cum iis qui eundem accusaverant Romae ad iudicium conveniant. Vide infra ep. 2756.

(„) 2741 (2068) *Hincmaro, archiepiscopo Remensi, sub excommunicationis poena praecipit, ut Iudith, Caroli (Calvi) regis filiam, „paternis ac maternis obtutibus praesentandam suscipiat, si tamen intelligat, quod confestim rex, quae de illa sibi scriptis et verbis per legatos (Rhadoaldum et Iohannem) spopondit, adimplere velit; quodsi, eorum animos ad id protelandum esse intentos, investigare possit, nequaquam eam recipiat“. Vide Hincmari ad Nicolaum epistolam in Hincmari Opp. II. 244.

2742 (2069) Carolum (Calvum) regem hortatur, ut monasterium S. Karilefi (Anisolense), Rotberti, episcopi Cenomannensis, potestati iniuste subtractum, eidem restituat. Quodsi monachi ius suum exsequi velint, controversiam synodo episcoporum componi iubet, ea lege, ut episcopo provocare ad sedem apostolicam liceat. (Cf. de tempore huius

**863.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, imp. Ludovico a. 14, post cons. eius a. 14.)*

ep. et sequentium Anal. iur. pont. X. 61.) Mansi XV. 344, Migne 119 p. 863. — „Excellentiae vestrae".

(c. Sept.) 2743 (2070) Rotbertum, episcopum Cenomannensem, docet, quid de monasterio S. Karilefi (Anisolensi) in eius ditionem redigendo et Carolo (Calvo) regi, et regni illius episcopis, et Herardo, archiepiscopo Turonensi, mandaverit. Mansi XV. 345, Migne 119 p. 864. — „Plane quia".

(,,) 2744 (2071) Monachis S. Karilefi (Anisolensibus) praecipit, ut aut in Rotberti, episcopi Cenomannensis, potestatem revertantur, aut episcoporum a Rotberto convocatorum iudicium subeant. Mansi XV. 376, Migne 119 p. 865. — „Fidelium relatione".

(,,) 2745 (2072) Archiepiscopos et episcopos in regno Caroli (Calvi) regis de monachorum S. Karilefi (Anisolensium) insolentia certiores facit. Quos Rotbertus, episcopus Cenomannensis, elegerit, iis negotium dat, ut litem dirimant; sed „emergente difficultate", rem suo arbitrio permitti iubet. Mansi XV. 376, Migne 119 p. 866. — „Dignum est".

(,,) 2746 (2073) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, reprehendit, quod Carolum (Calvum) regem contra Rotbertum, episcopum Cenomannensem, monasterium S. Karilefi (Anisolense) sibi vindicantem, incitaverit. Mansi XV. 377, Migne 119 p. 867. — „Relatu quorumdam".

2747 (2074) Vitalem, patriarcham Gradensem, ad concilium, die 30. m. Octobris Romae celebrandum, invitat. Ughelli It. sacr. V. 1106, Mansi XV. 661, Migne 119 p. 867. — „Notum fieri".

c. Oct. 30. | Romae in Lateranensi palatio | Concilium, in quo 1) acta synodi Metensis, m. Iunio celebratae, rescinduntur; 2) Theutgaudus Trevirensis et Guntharius Coloniensis archiepiscopi „omni sacerdotii officio et omni episcopali regimine" privantur; 3) ceteri episcopi, eorundem noxae socii, nisi per legatos litterasque culpam confiteantur, eadem afficiuntur poena; 4) Ingiltrudis, Mactifredi comitis filia, iterum anathematizatur; 5) itemque contemptores decretorum sedis apostolicae anathemate coërcentur. (Ad hoc concilium statuta synodi a. 862 a Muratorio Mansioque perperam adiuncta esse, iam supra annotavi.) Mansi XV. 651, cf. Vitam Stephani p. 198, Hincmari ann. 863, Ann. Fuldenses 863 MG. SS. I. 375. 460, Hefele IV. 272. 273, Dümmler Ostfr. R. I. 510.

,, ,, 2748 (2075) Archiepiscopos et episcopos per Galliam, Italiam et Germaniam constitutos, certiores facit, Theutgaudum Trevirensem et Guntharium Coloniensem archiepiscopos „decernente synodo in praesentia depositos et ab officio sacerdotali excommunicatos atque a regimine episcopatus alienatos" esse. Quos ne „recipere in sacerdotum catalogo praesumant", hortatur. Addit quaedam ex synodi decretis. Floss Papstwahl u. d. Ott. Urk. p. 24, Mansi XV. 649. — „Scelus, quod".

,, ,, 2749 (2076) Hincmaro Remensi et Waniloni Rotomagensi ceterisque archiepiscopis et episcopis, in regno Caroli (Calvi) regis constitutis, earundem litterarum exempla mittit. (Una cum epistolis aliis eiusdem temporis per Engelwinum diaconum translata videtur.) Hincmari annales 863, MG. SS. I. 460, Bouquet Rec. VII. 81. — „Scelus, quod".

,, ,, 2750 Adoni, Viennensi archiepiscopo, separatim earundem litterarum exempla mittit. Cod. Paris. bibl. nat. coll. Moreau I. 1231 fol. 15 (Löwenfeld); reg. ex cod. Vatic. Reg. Suec. 566 fol. 61 affert v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 145. 177. — „Scelus, quod".

,, ,, 2751 (2077) Ad archiepiscopos et episcopos, in regno Ludovici (Germanici) regis constitutos, easdem litteras mittit. Annal. Fuld. MG. SS. I. 375, Hontheim Hist. Tr. I. 200, Migne 119 p. 868. — „Scelus, quod".

2752 (2078) Lothario regi haec scribit: „Ita corporis tui cedere motibus consensisti, et relaxatis voluptatum habenis temetipsum in lacum miseriae et in lutum faecis pro libitu (al. prohibitum) deiecisti, ut qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorum. Probat hoc Thiegualdi (Trevirensis) et Guntharii (Coloniensis), dudum episcoporum, legitimus casus, qui pro eo, quod te minime competenter erudierunt, nostra sunt apostolica depositi auctoritate et ab omni episcopatus regimine regulariter sequestrati". Et infra: „An non districta ultione feriendus es, qui in duabus uxoribus adulterium Lamech et flagitium imitatus esse dignosceris?" (Fragmenta duo, quae non recte cum fragmento sequentis regesti 2753 in unam

**863.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, imp. Ludovico a. 14, post cons. eius a. 14.)*

epistolam contrahunt Hefele IV. 274 et Sdralek l. l. p. 30 not. 3.) Migne 119 p. 869, Ivonis decr. VIII. c. 227, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 96 et C. XXIV. qu. 3. c. 19. — „Ita corporis“ „An non districta“.

2753 (2079) Lothario regi praecipit, „ut in Trevirensi urbe et in Agrippina Colonia nullum eligi patiatur, antequam relatum super hoc sibi fiat“. (Fragmentum.) Ivonis decr. V. c. 357, Gratiani decr. I. D. 63. c. 4, Migne 119 p. 869. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 548. — „Porro scias, quia relatum“.

2754 (2080) *Rhadoaldum, episcopum Portuensem, Roma elapsum, „destinatis in diversa loca cum epistolis missis“ revocat. Vide Nicolai epistolam ap. Mansi XV. 183.

**864.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, imp. Ludovico a. 15.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian.-Mart. | Romae | Audito, Ludovicum II. imperatorem una cum Gunthario Coloniensi et Teutgaudo Trevirensi archiepiscopis Romam venturum esse, „cum litaniis generale ieiunium sibi et Romanis indicit“. Hincmari Annal. 864 p. 463 (cf. eundem ap. Delalande Conc. Gall. suppl. p. 230 et libell. de imp. pot. MG. SS. III. 721). |
| „ „ | In Lateranensi palatio | dum, „imperatore secus basilicam b. Petri degente, clerus et populus Romanus cum crucibus et letaniis ieiunium celebrantes, b. Petri memoriam adeunt, et ab hominibus imperatoris . . . in terram prostrantur et variis ictibus flagellantur, et crucibus ac vexillis confractis, fugantur; in quo tumultu et crux mirabilis et veneranda a s. m. Helena decentissime fabricata . . . confringitur et in lutum proiicitur“. Hincmari Annal. 864 l. l. cf. Erchemperti Hist. Langob. MG. SS. III. 253 et SS. Lang. p. 248. Tempus sine causa „Febr.“ indicat Gregorovius III. 147. |
| „ „ | Ad ecclesiam S. Petri | navi „per Tiberim se confert, ubi duobus diebus ac noctibus sine cibo ac potu manet“. Hincmari Annales 864 l. l. |
| „ „ | | Conventus ab Ingelberga imperatrice, ad imperatorem se confert, in gratiamque cum eo revertitur. Hincmari Annal. 864 l. l. |
| „ „ | Ad palatium | (Lateranense) redit. Hincmari Annal. 864 l. l. |
| Mart. 30. | | 2755 (2081) Adoni, archiepiscopo Viennensi, scribit, ad quaestiones eius se alio tempore responsurum. Hortatur, ut Lotharium regem in viam revocet. Alvico (al. Alberico) diacono uxoris ducendae licentiam permissam a se esse negat; quaque id concedatur, epistolam ficticiam esse affirmat. (Quod legitur ap. Mansi XV. 400, huius epistolae fragmentum est.) Mansi XV. 449, Migne 119 p. 869. — „Consultationis vestrae“. |
| Mai. | | 2756 (2082) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, mandat, ut litteras Carolo (Calvo) regi inscriptas reddendas curet. Rothadum, episcopum Suessionensem, miratur contra praeceptum suum neque in pristinum restitutum esse, neque „kalendis Maiis istius XII. indictionis apostolatui suo praesentatum“, imo inito itinere impeditum. Quem mitti iubet, Guntharii que, archiepiscopi Coloniensis, contra interdictum sacra procurare ausi, communionem vitari. Sirmond Conc. Gall. III. 234, Bouquet Rec. VII. 395, Mansi XV. 310, Migne 119 p. 871. — „Ad fraternitatem“. |
| „ 12. | | 2757 (2083) Rotlandum, archiepiscopum Arelatensem, apostolicae sedi devotum, perseverantiamque ipsi suadentem, collaudat. Scire se scribit, decessores eius suorum decessorum vicarios in illis partibus fuisse; eique, si promissa perfecerit, maiora pollicetur. Legatorum litterarumque ad se mittendarum facultatem ei concedit. Quae aliis litteris mandaverit, uti ea diligenter exsequatur, monet. Saxii Pontif. Arelat. p. 174, Mansi XV. 378, Migne 119 p. 1180. — „Susceptis sanctitatis“. |
| | | 2758 (2084) Ad Ludovici (Germanici) regis mandata, a Salomone, episcopo Constantiensi, relata, per litteras respondet. Regem redarguit, „non quia illicitae copulae“ inter Lotharium et Waldradam „non consenserit, sed quia, sicut non consenserit, sic non prohibuerit“. „Palam omnibus“ fieri vult, eius „non esse in tali copula voluntatem“. Postulat, ut archiepiscoporum deiectorum, Guntharii Coloniensis, „interdictum ministerium usurpare“ ausi, et Theutgaudi Trevirensis, communionem et ipse vitet, et vitari a suis iubeat. „Piae memoriae Hludowici imp. studio collaudato“, Gregorii IV. „vestigia sequi paratum“ se esse ait, „ut episcopus Bremonensis, licet a Gunthario (Coloniensi) haec non potuerit dari licentia, nec ab eo tale quid peti debuerit, in praedicto loco Bremon potestatem et honorem archiepiscopatus super Danos et Suevos habeat“. Episcopum Ratisbonensem (Erchanfridum), officio deesse |

**864.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, imp. Ludovico a. 15.)*
valetudine coactum, abdicare iubet, successoremque a clero et plebe metropolitae assensu eligi. Permittit, ut Hartwigus, episcopus Pataviensis, abhinc annos quatuor paralysi percussus, de episcopatu decedat, si abdicandi voluntatem saltem scripto profiteri possit. De episcopo iuveni (al. iuventi) et de Liutberto, archiepiscopo (Moguntino), „facimus" inquit „quod a nobis rex voluit postulare". Hymnum angelicum: Gloria in excelsis Deo, presbyteris, nisi paschate, dicendum non esse. „Pro rege Danorum, qui vovit votum Deo et s. Petro, gratias agit Deo", et de Cornelio centurione quaedam addit. Ludovico regi „dispositum habenti, venire Tullinam et deinde pacem cum rege Vulgarorum confirmare et Rastitium aut volendo aut nolendo sibi obedientem facere", bene precatur. Haec adscribit: „Quia vero dicis, quod rex speret, quod ipse rex Vulgarorum ad fidem velit converti (cfr. Hincmari Annal. 866 MG. SS. I. 473) et iam multi ex ipsis Christiani facti sint, gratias agimus Deo". Baluzii Miscellanea I. 400, Mansi XV. 454, Migne 119 p. 872. Cf. Hartzheim Conc. Germ. II. 432 et Dümmler Ostfr. R. I. 523. — „Fateor veraciter".

Mai. 31. 2759 (2085) Ansgario, archiepiscopo Hamburgensi, petente Salomone, episcopo Constantiensi, Ludovici (Germanici) regis legato, perspectaque Gregorii IV. tabula (reg. *2574), „iuxta morem S. Rom. ecclesiae bullata, . . . in omnibus circumquaque gentibus Sueonum, sive Danorum, necnon etiam Slauorum, vel in ceteris, ubicunque illis in partibus constitutis divina pietas ostium aperuerit, publicam evangelizandi tribuit auctoritatem", palliique usum concedit. Bremensem vero episcopatum, remota archiepiscoporum Coloniensium potestate, ita Hamburgensi archiepiscopatui adiunctum esse iubet, ut non sint duae, sed una dioecesis. (De fide huius tabulae quantum discrepent iudicia, vide ap. Dümmler Ostfr. R. I. 524. 567, Koppmann Zeitschr. des V. f. Hamb. G. V. 489, Dehio Erzbisth. Hamburg-Bremen I. Anm. p. 15. Cf. etiam Anal. iur. pont. p. 113.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 21 (cf. p. 796), Diplomatarium Island. p. 28. 31, Rydberg Sverg. Trakt. I. 22, Liljegren Dipl. Suec. I. 9, Migne 119 p. 876, Bull. Rom. E. T. I. 304. — „Quisquis Dominum".

Iun. 1. †2760 (2086) Monasterium Rameslohense, in dioecesi Verdensi positum, Ansgarii, archiepiscopi Hamburgensis, ditioni asserit. (Quod archetypum perhibetur, id adulterinum esse abunde declarant haec verba plane insolentia: „Datum . . . imperante domno piissimo papa, anno pontificatus eius quintodecimo"; attamen veras de ea re tabulas putem exstitisse, a falsario interpolandi causa transscriptas. Cf. v. Pflugk-Harttung Forsch. z. D. Gesch. XXIII. 200. Repudiaverunt plane fidem huius ep. Dümmler Ostfr. R. I. 269. 524, Hirsch Jahrb. Heinrichs II. tom. I. p. 403, Koppmann Zeitschr. d. V. f. Hamb. G. V. 519.) Pertz Probedruck eines UB. der welf. Lande p. 6, Lappenberg Hamb. Urk. I. 25, cf. I. 28 Anm. 12, Bull. Rom. E. T. I. 308. — „Quisquis Dominum".

2761 (2087) Horico, regi Danorum, de muneribus per Salomonem, episcopum Constantiensem, Ludovici (Germanici) regis legatum, missis gratias agit. Fide eius laetatur, „quam" inquit „etiam ante baptismi gratiam iam habere dinosceris". Hortatur, ut „desinat idola colere et demonibus iam servire desistat". Acta SS. Febr. T. I. 407, Lappenberg Hamb. Urk. I. 24, Migne 119 p. 879. De tempore cf. Anal. iur. pont. X. 62. — „Multas omnipotenti".

2762 (2088) *Liutberto, archiepiscopo Moguntino, pallium tribuit. Vide concilii Suessionensis III. ep. ad Nicolaum ap. Mansi XV. 728: „Liutbertum Mog. eccl. archiep. paternitatis vestrae largitate palliatum."

2763 (2089) Hermentrudi reginae (Caroli Calvi coniugi) de „munerum diversis speciebus oblatis" gratias agit; eamque praefert „reginae Austri, quae duo tantum minuta in gazophylacium miserit". (Cf. Vitam Nicolai p. 201.) Mansi XV. 353, Migne 119 p. 880. — „Devotionem tuam".

2764 (2090) Rodulfo, archiepiscopo Bituricensi, et eius suffraganeis iterum exponit, quapropter quoque iure Theutgaudus Treviresis et Guntharius Coloniensis, quondam archiepiscopi, damnati sint. Vetat eos cum illis communicare; legatosque „circa kalendas Novembris" Romam mitti iubet, „quo temeratorum, semelque damnatorum, et totius mali auctorum, recidiva radicitus amputata praesumptione, sanctae ecclesiae ex se bonitas generetur". (Cf. Hincmari Annal. 864 MG. SS. I. 466, Anal. iur.

**864.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, imp. Ludovico a. 15.)*

pont. X. 61, Dümmler Ostfr. R. I. 541, Walter K. R. [1871] p. 326.) Mansi XV. 382, Migne 119 p. 881, Hontheim Hist. Trev. I. 207. — „Nuper fratres".

2765 (2091) Rodulfo, archiepiscopo Bituricensi, respondet: 1) ordinationes per chorepiscopos adhuc factas rescindendas non esse: in posterum autem videndum, ne episcoporum auctoritas imminuatur; 2) primates patriarchasque „nihil privilegii habere prae ceteris episcopis, nisi quantum sacri canones concedant et prisca consuetudo illis antiquitus concesserit"; 3) nec presbyteris, nec diaconis, cum ordinentur, more Romano „manus chrismatis liquore perungi"; 4) de iis, „qui pro criminibus poenitentiam gerant et ad cingulum militiae revertantur"; 5) de iis, „qui filiastros suos, i. e. filios uxoris suae de viro priori, ad confirmationem coram episcopis teneant"; 6) de „interfectoribus suarum coniugum"; 7) „Gloria in excelsis Deo ab episcopis in coena Domini inter missarum solemnia dicendum esse". Significat de binis litteris aliis ad eum missis; quarum alteris quae mandata sint, ea diligenter perfici iubet, alteras ad Hincmarum, archiepiscopum Remensem, ceterosque archiepiscopos in regno Caroli Calvi regis constitutos deferri. (Vide Anal. iur. pont. X. 62.) Mansi XV. 389, Migne 119 p. 883. — „Susceptis beatitudinis".

2766 Omnibus archiepiscopis et episcopis Galliarum, Germaniarum et Belgicae provinciae mittit denuo epistolas pro confirmatione depositionis Theutgaudi Trevirensis et Guntharii Coloniensis archiepiscoporum. Episcopis, qui ex regno Lotharii in divortio Theutbergae et superinductione concubinae Waldradae consenserunt, et ad sese cum professione sua epistolas missuri sint, indulgentiam promittit. Vide Hincmari Annal. 864 l. l. p. 466, cf. Anal. iur. pont. X. 72. Huic epistolae duo fragmenta, ex Collectione trium partium hausta, revindicat Sdralek De Nic. cod. p. 36—38, quae cum eo hic insero, quamvis Collectionis illius ordine argumenta eius non satis probentur: 1) „Omnibus archiepiscopis et episcopis per Galliam, Burgundiam atque Germaniam constitutis. Si unanimes fueritis, quis est, qui vobis resistat? Patres nostri etiam regibus (legibus) restiterunt". Coll. trium part. Nicolai I. ep. 42 ap. Sdralek l. l. p. 27. 38, cod. Berol. lat. fol. 197 f. 85. 2) „Praedictis autem depositis licentiam concessimus ecclesiam ingrediendi et communicandi sicut laici et loquendi suas utilitates, non autem turbas concitandi vel scandalum sollicitandi illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad episcopale ministerium specialiter pertinet, nulla sit eis licentia contingendi, sicut nos cum sancta synodo decrevisse iam constat". Coll. trium part. Nicolai I. ep. 39 (quae titulo proprio carens capitula ex concilio a. 863 [supra p. 351] sumpta sequitur) ap. Sdralek l. l. p. 38, cod. Berol. lat. fol. 197 f. 85, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 10, cf. Anal. iur. pont. X. 97. — „Si unanimes" „Praedictis autem".

Sept. 17. 2767 (2092) Franconi, episcopo Tungrensi, per Richardum diaconum se excusanti, „concilii vanitatis" societatem condonat. Laudat eum, quod Guntharii, archiepiscopi Coloniensis, „ministerium vetitum usurpantis", et Theutgaldi Trevirensis communionem defugiat. Hortatur, ut Lotharii regis „vulnus admonendo, blandiendo, suadendo curet", donec „carnem suam, quam a se proiiciat, reciso membro meretricis, etsi non sponte, saltem invitus receperit". Sirmond Conc. Gall. III. 245, Mansi XV. 311, Migne 119 p. 885. — „Excusationis tuae".

(„ 17.) 2768 (2093) Adventii, episcopi Metensis, satisfactionem accipit; eique, si in eo maneat, quod de vitanda Theutgaldi Trevirensis et Guntharii Coloniensis communione promiserit, bene precatur. Sirmond Conc. Gall. III. 244, Mansi XV. 372, Migne 119 p. 887. — „Excusationis tuae".

(„ 17.) 2769 *Carolo (Calvo) regi scribit, faciat ut ex singulis regni sui provinciis metropolitae, aut bini suffraganei illorum XIV. kal. Iul. Romae ad synodum celebrandam conveniant. Ut episcopos Lotharii regni de hac synodo certiores reddat, monet. (Hanc ep. papa eodem tempore ac regg. 2767. 2768 scripsit, ut ep. Adventii Metensis episcopi ap. Baronium a. 864 n. 6 docet. Sed forte, ut Hefele IV. 280 credit, legendum est „kal. Nov." ita ut ad synodum anni 864 episcopi vocentur. Contra Dümmler Ostfr. R. I. 556 epistolam anno 865 adscribit et ad eandem synodum, quam reges Carolus et Ludovicus impediverunt [vide ep. 2788] refert.)

(„ 17.) 2770 *Ludovico (Germanico) regi eodem modo ac supra reg. 2769 scribit, curet ut regni sui metropolitae aut duo suffraganei XIV. kal. Iul. Romae ad synodum celebrandam conveniant. Cf. ep. praecedentem.

**864.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, imp. Ludovico a. 15.)*

2771 (2094) *Ad iudices populumque Sardiniae insulae, „in proximis ac sanguinis sui propinquis incestas et illicitas contrahentes copulas", mittit „mellifluos et praevaricantibus terribiles apices" et Paulum, episcopum Populoniensem, et Saxu, monasterii SS. Iohannis et Pauli abbatem, qui „eandem gentem Sardorum a tanto revocent errore". Vita Nicolai p. 204.

c. Nov. 1. — In ecclesia Salvatoris Constantiniana — Concilium, in quo Rhadoaldus, episcopus Portuensis, deiicitur et excommunicatur, eique, si Photio communicaverit, aut Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, adversatus sit, anathema denunciatur. Vide Nicolai epist. ap. Mansi XV. 184 et Hincmari Annal. 864 l. l. p. 466. Hefele IV. 277 hoc concilium anno 864 med. adscribit. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 542.

Dec. 11. — 2772 (2095) Adoni, archiepiscopo Viennensi, respondet de ecclesiae Romanae consuetudinibus in ceteras ecclesias inducendis. Mansi XV. 450, Migne 119 p. 889, (Cod. Paris. bibl. nat. Coll. Moreau tom. 1231 fol. 29. Löwenfeld.) — „Saepe sanctitatis" („Saepe fraternitatis").

„ 24. — In basilica S. Mariae ad Praesepe — Synodus „die vigiliarum nativitatis Domini", in qua Rothadus, episcopus Suessionensis, iubente Nicolao „vestitus episcopali indumento, omni tempore se pollicitus est suis infestatoribus responsurum". Vita Nicolai p. 206. (Cf. Nicolai sermonem ap. Mansi XV. 685, Migne 119 p. 890. — „Propter vos fratres".)

**864 ex.**

2773 (2103) Carolo (Calvo) regi pacem suadet. „Liceat dilectissimo filio nostro" inquit „vestro autem nepoti, (Ludovico II. imperatori), a Deo conservandum imperium suum cum regno proprii germani (Lotharii) quieta possidere tranquillitate". Arsenium episcopum (Hortensem), apocrisiarium et missum apostolicae sedis, consiliarium suum, commendat. (Ad. Mart. aut posteriorem anni 865 mensem referunt hanc et sequentem ep. Anal. iur. pont. X. 62.) Mansi XV. 287, Migne 119 p. 911. — „Initium locutionis".

2774 (2104) Archiepiscopis et episcopis in regno Caroli (Calvi) regis constitutis, mandat, regem foederis cum fratribus icti commonefaciant, ut Ludovico II. imperatori „liceat, regna per haereditatum ius derivata, et apostolicae sedis auctoritate firmata, et summi pontificis manu, capiti superposito diademate, augustissime decorata, gubernare". Arsenium, episcopum Hortensem, legatum suum, commendat. Mansi XV. 288, Migne 119 p. 913. — „Studium nostrum".

2775 *Ludovico Germanico regi ac episcopis regni eius eodem modo ac supra Carolo Calvo episcopisque eius scribit. Vide Ann. Bertinianos a. 865 et Dümmler Ostfr. R. I. 569.

2776 (2105) Archiepiscoporum, in regno Lotharii regis constitutorum, desidiam intermissumque litterarum officium reprehendit. Mandat, Lothario regi quam possint diligentissime persuadeant, ut „adulteram feminam proiiciat"; quem, nisi obediat, excommunicatum iri scribit. Arsenium, episcopum Hortensem, legatum suum, commendat. (Ianuario mensi a. 865 hanc ep. adscribunt Anal. iur. pont. X. 62. Initio anni 865 etiam Jaffé in ed. 1. De tempore a nobis huic et seq. epistolae adscripto cf. Dümmler Ostfr. R. I. 572.) Sirmond Conc. Gall. III. 269, Mansi XV. 379, Migne 119 p. 915. — „Saepe fratres".

2777 Lothario regi Arsenium episcopum Hortensem, legatum suum, commendat. Queritur de corruptione legatorum priorum (Rhadoaldi Portuensis et Iohannis Ficoclensis episcoporum), qui sic iniunctae legationis „non executores, sed impugnatores" inventi sint. Cf. Hefele IV. 296. Fragmentum huius ep. habes in Lotharii ep. ad Nicolaum ap. Baronium a. 864 n. 21. — „Missos autem nostros".

2778 Lotharium regem commonet, cumque se excommunicaturum esse nuntiat, nisi resipiscat et obediat antequam legatus apostolicus Arsenius, episcopus Hortensis, quem adhortationis causa ad eum miserit, reversus sit. Se excommunicationem amore fratris eius adhuc distulisse, alias autem facturum esse, quod et in commonitorio Rhadoaldo dudum episcopo et Iohanni episcopo dato ab ipsoque rege apud Metensium urbem viso, et in epistola eisdem tunc transmissa legatis repperiri possit. (Hanc ep. aeque ac praeced. Arsenius legatus attulisse videtur.) Floss Papstwahl unter

**864 ex.**

d. Ottonen Urk. p. 30. (Cf. Ann. Bertinianos ad a. 865, Baronium Ann. eccl. ad a. 864 n. 21. Dümmler Ostfr. R. I. 572.) — „Quid dicam vel".

2779 *Carolo Calvo regi uniformes sicuti Ludovico et Lothario regibus epistolas (reg. 2778?) satis honorifice per Arsenium transmittit. Ann. Bertin. ad a. 865. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 572.

**858—865.**

2780 (2096) Gallioni, archiepiscopo Senensi (lege: Weniloni Senonensi), et universo concilio ab eo congregato scribit, „ut si presbyter de quo agatur, post excommunicationem suam, apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter eius impedire praesumat". (Fragmentum.) Collectio trium part. n. 46 (vide Sdralek De Nic. codd. p. 27), Gratiani decr. C. III. qu. 9. c. 12, Migne 119 p. 890. — „Revera iustus".

**865.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, imp. Ludovico a. 16.)*

Ian. 20. — 2781 (2102) Rothado, episcopo Suessionensi, in pristinam dignitatem restituto, ecclesiae eius bona confirmat. (Epistolas 2781—2786 aeque ac praecedentes 2773—2779 [cf. reg. 2787] per Arsenium in Galliam transmissas esse, docet Hefele IV. 296. Temporis signa pleniora quam editiones ep. huic praebent codd. Vatic. 1344 fol. 110, Vallicell. C. 15 fol. 166, Paris. bibl. nat. coll. Moreau tom. 1231 [Löwenfeld], addentes: „Dat. 13. kal. Febr. p. m. Tyberii primicerii s. s. a. imper. domino Ludovico a. 16. ind. XIII". Cf. v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 177, qui ex Vallicell. diem Ian. 19. affert. Attamen, ni fallor, synodus quae sequitur hanc bullam antecedere debet.) Mansi XV. 701, Migne 119 p. 909, Cocqu. I. 204, Bull. Rom. E. T. I. 328. — „Decessorum exempla".

„ 21. — In basilica S. Agnetis, foris muros Urbis, via Numentana. — Synodus, in qua Rothadus, episcopus Suessionensis, „excusationis et promissionis suae, qua pollicetur, se omni tempore accusatoribus suis responsurum, libellum summo pontifici tradit, qui coram cunctis recitatur; ubi etiam restitutionis eius forma relegitur; . . . in die natalitium s. virg. Agnetis, qui est XII. kal. Febr." Vita Nicolai p. 206 et 207.

„ 22. — In domo Leoniana. — Synodo „sequenti die congregata", Rothadus, episcopus Suessionensis, in pristinam dignitatem restituitur. Vita Nicolai p. 207.

(„) 2782 (2097) Romanae ecclesiae episcopos, presbyteros et cunctam generalitatem Romanae plebis de Rothadi, episcopi Suessionensis, restitutione certiores facit. (Data die 21. Ian. haec ep. dicitur in Anal. iur. pont. X. 62.) Mansi XV. 687, Migne 119 p. 892, Bull. Rom. E. T. I. 327. — „Notum sit".

(„) 2783 (2098) Carolo (Calvo) regi Rothadum, episcopum Suessionensem, a sese restitutum diligenter commendat, cui ablatas ecclesiae res reddi iubeat. (Cf. de tempore huius et seq. epistolarum Anal. iur. pont. X. 62.) Mansi XV. 688, Migne 119 p. 893. — „Quamquam Rothadum".

(„) 2784 (2099) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, Rothadum, episcopum Suessionensem, restitutum nunciat. Praecipit, ut aut frui vetere dignitate illum patiatur, aut, si velit diutius contendere, una cum illo, in pristinum omnino restituto, Romam adeat; alioquin Hincmarum „omni sacerdotali dignitate" privatum iri, denunciat. Mansi XV. 691, Migne 119 p. 897. — „Si coram tuae".

(„) 2785 (2100) Archiepiscopos et episcopos apud Gallias constitutos reprehendit, quod se inconsulto contra tot tantaque statuta decretalia Rothadum, episcopum Suessionensem, sedem apostolicam appellantem, deiicere ausi sint; nam iudicia episcoporum merito inter maiora numerari negotia". „Absit" inquit „ut cuiuscumque (pontificis Romani), qui in fide catholica perseveravit, vel decretalia constituta, vel de ecclesiastica disciplina quaelibet exposita non amplectamur opuscula, quae dumtaxat et antiquitus s. Romana ecclesia conservans nobis quoque custodienda mandavit, et penes se in suis archivis recondita venerantur, . . . decretales epistolae Romanorum pontificum sunt recipiendae, etiamsi non sunt canonum codici compaginatae". Rothadi restitutionem nunciat, eumque diligentissime commendat. Mansi XV. 693, Migne 119 p. 899, Bull. Rom. E. T. I. 320. — „Quamvis singularum".

(„) 2786 (2101) Clero et plebi Suessionensi de restituto Rothado gratulatur. (De initio huius ep. cf. Neues Archiv III. 147.) Mansi XV. 700, Migne 119 p. 908. — „Sicut piorum" („Sicut priorum").

**865.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, imp. Ludovico a. 16.)*

(Ian.) 2787 (2107) Arduico, archiepiscopo Vesontionensi, respondet de re coniugali capitibus tribus; dein 4) de episcopo, „si in nullo a sacris canonibus deviet et electio eius non a saecularibus quibusque, sed a clero ecclesiae cum consensu primorum civitatis ipsius fuerit composita", non removendo; 5) de presbyteris et diaconis per chorepiscopos non consecrandis; 6) de presbyteris lapsis non restituendis. Arsenium, episcopum Hortensem, apocrisiarium et missum apostolicae sedis, commendat. D'Achery Spicil. I. 596, Mansi XV. 459, Migne 119 p. 918. Cf. de tempore Anal. iur. pont. X. 62. — „Inter cetera virtutum".

c. Apr. 22. 2788 (2108) Ludovicum (Germanicum) et Carolum (Calvum) reges ob initam societatem laudat. Sed acerbe reprehendit eos, quod episcopos ad synodum Romanam non miserint, separatimque Carolum, qui scripserit, episcopos „die noctuque contra piratas maritimos invigilare, ob idque impediri venire". Indignatur, quod, cum Lotharium commonitum ab iis fuisse significarent, ipsius commonitorii exemplum non apposuerint. Lotharium, quem Romam aditurum esse nunciaverint, quique ipse „per imperiales legatos" de ea re sibi indicaverit, „talem, qualis nunc sit", venire vetat. Eorum consilium Lotharii „circa missam S. Iohannis" (d. 24. m. Iunii) iterum commonendi probat; a quo Theutberga quemadmodum recipienda sit, docet. Priorum litterarum, Arsenio episcopo ad eos datarum, exempla „per hunc gerulum" mittit, quo facilius, illaene incorruptae sint, intelligant. Ut Coloniensi et Cameracensi ecclesiis antistites praeficiantur, monet. Rothadum, episcopum Suessionensem, tuetur. (Epistolam c. 22. Apr. scriptam esse, liquet ex verbis: „ob festa paschalia"; ad Aprilem 27. eam notant Anal. iur. pont. X. 62; cf. ibid. p. 127.) Sirmond Conc. Gall. III. 270, Bouquet Rec. VII. 401, Mansi XV. 290, Migne 119 p. 921. — „Credimus ex Dei".

Mai. 26. 2789 (2110) Salomonem, Britannorum regem, eiusque coniugem Gyembret hortatur, ut in posterum epistolas signo imprimant. Festiniano, episcopo Dolensi, pallium mittere abnuit, nisi ius illius vestis ab ipsius praedecessoribus datum sibi esse comprobet. (De tempore cf. Anal. iur. pont. X. 62.) Martene Thes. III. 862, Morice Mém. de Bret. I. 318, Mansi XV. 470, Migne 119 p. 925. — „Proposuerat quidem".

Iun. 9. 2790 (2106) Adoni, archiepiscopo Viennensi, exponit, quare indicta synodus Romana non sit celebrata. De Arsenio, episcopo Hortensi, ad tractanda Galliarum Germaniaeque negotia misso, significat. Falsam esse famam scribit, Theutgaudum Trevirensem et Guntharium Coloniensem a sese restitutionem impetrasse. Reprehendit eum, quod virum, litteras eius ad se deferentem, appellaverit „presbyterum Gerardi comitis", neque ex ecclesia significationem traxerit. (Temporis notam „Data 5. id. Iun. ind. XIII." praebent Codd. Paris. bibl. nat. coll. Moreau tom. 1231 fol. 19 [Löwenfeld] et Romanus, citatus in Anal. iur. pont. X. 131. Recte hoc tempus coniecit Dümmler Ostfr. R. I. 581.) Mansi XV. 450, Migne 119 p. 917. — „Miraris frater".

2791 (2109) Ludovico II. imperatori scribit, atque 1) proferens Constantini imperatoris exemplum eum admonet, „ut si de sacerdotibus aliquid contigerit eum audire, quod confusionem piis mentibus ingerat, paternam verecundiam contegat". Gratiani decr. I. D. 96 c. 8; 2) eum hortatur, ut Suffredum (episcopum Placentinum) iniuste deiectum, restituat. Gratiani decr. C. VI. qu. 3 c. 3, Mansi XV. 400. 703, Migne 119 p. 925; 3) eidem nunciat: „Nobilissimus vir atque strenuus vestrae sublimitatis legatus licet nullam epistolam iuxta consuetudinem a vobis nostro pontificio detulisset, licet nunquam apostolicae sedis moris fuerit absque signatis apicibus undecunque legationem suscipere, nos tamen vos in illa honorantes eiusque gravitatem et eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones, nichilominus eum et sicut decuit suscepimus, et ei sicut honestum fuit credidimus". Gratiani decr. I. D. 97 c. 3. 4) Addit: „Illud vero, quod idem Astulfus dicebat, fuisse consuetudinis praedecessorum nostrorum (al. vestrorum) tempore, ut ex quocumque regno aliqua legatio ad sedem apostolicam veniret, optimates Romani interessent, modo vero nullus intersit praeter Arsenium, ita non est. Verumtamen quid intersit, utrum in suscipienda legatione omnes in unum optimates Romani, an tres ex his vel duo vel certe unus conveniat, dum tamen nil reprehensibile, nil perperam, Deo custode nos penitus ignoramus. Nam si reprehensione aliquid dignum geritur, non tantum de non convocata turba a vobis, quantum a Domino de hoc quod male agitur potius redarguimur". Cod. Berol. lat. fol. 197 f. 85, Anal. iur. pont. X. 169. (Haec 4 fragmenta unius epistolae esse persuadet mihi

**865.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, imp. Ludovico a. 16.)*

ordo, quo in Collectione trium part. asservantur. Nam uno tantum titulo praemisso coll. illa sub num. 29—32 ea profert. Cf. Sdralek De Nic. codd. p. 25. 33 seqq. De tempore (med. ann. 865) cf. Mansi XV. 703 et Annal. Bertin. a. 865). — „In scripturis" („Denique si Suffredus" „Nobilissimus vir" „Illud vero").

c. Iul. 2793 *„Super eos, qui ante hos annos Arsenio, misso apostolico, multam thesauri summam praedantes abstulerant, nisi satisfaciendo quae tulerant ei reddere procurarent, terribiles et a modestia sedis apostolicae antea inauditas maledictiones profert". Ann. Bertiniani ad ann. 865.

2794 *Excommunicat Ingiltrudem, quae virum suum Bosonem relinquens cum adultero quodam in Lotharii regnum aufugerat. Ann. Bertiniani l. l.

2795 *Karoli villam, quae Vendopera dicitur, quam piae memoriae Ludovicus imp. beato Petro tradiderat et Wido quidam comes per plures annos tenuerat, sub defensione apostolica recipit. Ann. Bertiniani l. l.

c. Nov. 2796 (2111) Ad iniuriosas Michaelis imperatoris litteras, a Michaele protospathario redditas, permultis acerbisque ac cavillantibus verbis respondet. Mendacii insolentiaeque eum accusat, quod scripserit, se ipsi „praecepisse"; superiores imperatores enim „rogare" consuevisse. Latinam linguam „barbaram et scyticam" appellanti ita rescribit: „Iam vero, si ideo linguam barbaram dicitis, quoniam illam non intelligitis, vos considerate, quia ridiculum est, vos appellari Romanorum imperatores, et tamen linguam non nosse Romanam". „Quiescite igitur vos nuncupare Romanos imperatores". Defendit Ignatium, a „suspectis et inimicis iudicibus per imperialem sententiam" damnatum. Sedi Romanae a Christo, non a synodis, donata privilegia esse. Ad multas contumelias ob valetudinem „nihil respondet, sed potius philosophando contemnit". Theognostum et alios monachos, Romae morantes, remittere Constantinopolim recusat. Ignatium Photiumque cum aliis quibusdam episcopis Romam mitti, quin etiam viatico instrui poscit. Imperatorem, „si monitis obedierit", communione sua fruiturum esse. „Nolite nobis" inquit „minas praetendere, quoniam nec illas metuimus, nec per has praecepta vestra faciemus". Qui istas litteras vel partem earum imperatorem celaverint, eos anathematizat. (Cf. Hergenröther Photius I. 552—579 et Hefele IV. 339, qui merito ultima verba editionis ep. huic abiudicat. De tempore, cum „instante hieme" papa scripserit, cf. reg. infra 2819, quo constat imperatoris epistolam cui haec respondet „indictionis 13" fuisse. Mense Aug. Michaelis epistolam Romae acceptam esse et mense Septembri papam respondisse, putavit W. v. Gutzeit Mélanges Russes, Bulletin de l'ac. imp. sc. de St. Petersbourg V. 28. Vide quae ex cod. Casinensi 220 fol. 161 saec. XII. observantur in Bibliotheca Casinensi IV. 205, ubi haec ep. explicit: „Datu IIII (?) idus (?) Octobris (?) ind. (?)".) Mansi XV. 187, Migne 119 p. 926. — „Proposueramus quidem".

2797 Michaeli, spathario imperatoris Graecorum, scribit, quia ad ipsum venire noluerit, misisse se ei epistolam (reg. 2796?) per viros reverendos, ut eam imperatori reddat. Nunciat ei, se pro iniuriis imperatoris illi admonitiones reddere, quaeque precatus sit iam fecisse: sententiam se temperasse et pacem et communionem ecclesiae atque illi promisisse. Petit, ut epistolam supradictam imperatori offerat, curetque, ut ille interpretem assumat, qui de epistola nihil minuat, aut addat, aut commutet et interpretatam in graecum imperator per totum legi praecipiat. Ei excommunicationem minatur, si non receperit epistolam et Constantinopolim veniens imperatori detulerit. Ex cod. Casinensi 220 fol. 231 saec. XII. Bibl. Casinensis IV. Florileg. p. 358; (cf. descriptionem codicis ibid. p. 205). — „Scias iam (?) quia".

Dec. 2798 (2112) Rimberto, archiepiscopo Hamburgensi, pallii usum concedit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 29, Migne 119 p. 962, Liljegren Dipl. Suec. I. 13. — „Si pastores ovium".

2799 (2113) Bernardum, illustrem virum, filium Bernardi, quondam comitis (Barcinonensis), reprehendit, quod „Christianum populum depraedans, in regno regis Caroli (Calvi) numerosa mala exerceat". (Fragmentum; cf. Hincmari Annal. 864 p. 466.) Baluzii Miscellanea I. 402, Mansi XV. 458, Migne 119 p. 964. — „Curae, quam".

2800 (2171) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, significat, Carolum (Calvum) regem a se exquisivisse, in eos quid consulendum esset, qui Ingeltrudis, feminae saepe damnatae, communicatoribus communicassent. Quod qui necessitate inducti vel ignorantia

**865.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, imp. Ludovico a. 16.)*

fecerint, eos absolvi iubet, non absolvi eos, qui id facinus consulto in se admiserint. Ivonis decr. XIV. c. 46, pan. V. c. 106, Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 102, Mansi XV. 389, Migne 119 p. 1135. De anno 865 huic ep. adscribendo vide Arsenii ep. ap. Baronium a. 865 n. 63. 64, cum qua eiusdem est temporis. Cf. Anal. iur. pont. X. 62. 133, Sdralek De Nic. codd. p. 26. — „Excellentissimus rex".

**866.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15.)*

Febr. 2. | In basilica | Waldradam excommunicat „IV. nonas Februarias". Nicolai epistola ap. Mansi XV. 381. Cf. Reginonis chron. 866 MG. SS. I. 575.

Apr. 3. | 2802 (2114) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, hortatur, ut, quos deiecerit, Wulfadum et ceteros clericos, ab Ebbone quondam archiepiscopo consecratos, restituat, aut cum Remigio Lugdunensi, Adone Viennensi, Wenilone Rotomagensi, ceterisque archiepiscopis et episcopis Galliarum et Neustriae, die 18. m. Augusti Suessiones conveniat, ut illorum causa concilio retractetur. Quodsi clerici apostolicam sedem appellaverint, iudicium sibi reservat. Sirmond Conc. Gall. III. 611, Mansi XV. 705, Migne 119 p. 964. — „Multorum a partibus".

„ 3. | 2803 (2115) Herardum, archiepiscopum Turonensem et eius suffraganeos de suis ad Hincmarum, archiepiscopum Remensem, litteris certiores facit, concilioque Suessionensi die 18. m. Augusti celebrando interesse iubet. Sirmond Conc. Gall. III. 280, Mansi XV. 710, Migne 119 p. 967. — „Multorum a partibus".

„ 3. | 2804 (2116) Adoni, archiepiscopo Viennensi, eadem, quae Herardo Turonensi, scribit. Ex Bibl. Nat. Paris. Coll. Moreau tom. 1321. fol. 27 dedit Löwenfeld. (Vide etiam Sirmondi annotationem ap. Mansi XV. 712.) — „Quorundam a partibus".

2805 *Wulfado, deiecto archiepiscopo Biturigensi, eadem quae in epp. 2803. 2804 scribit. Vide epp. supra scriptas.

Mai. 17. | 2806 (2117) Festinianum, episcopum Dolensem, vituperat, quod litteras non obsignatas ad se miserit, suumque nomen nomini ipsius praeposuerit. In hac permanet sententia, ut aut Turonensi metropolitae pareat, aut ius pallii superioribus episcopis Dolensibus tributum a sede apostolica esse ostendat. Martene Thes. III. 864, Morice Mém. de Bret. I. 320, Mansi XV. 472, Migne 119 p. 969. — „Dilectionis vestrae".

2807 (2118) Salomonem, regem Britannorum, ne in litterarum inscriptione regium nomen nomini apostolico praeponat, monet. De pallio ad episcopum Dolensem mittendo perinde ac superiore epistola respondet. (Cf. de tempore supra reg. 2708.) Martene Thes. III. 863, Morice Mém. de Bret. I. 319, Mansi XV. 471, Migne 119 p. 970. — „Lectis gloriae".

Iun. 13. | 2808 (2119) Archiepiscopis et episcopis per Italiam, Germaniam, Neustriam et Gallias constitutis iterum significat, Walradam die 2. mensis Februarii excommunicatam esse propterea quod, non visitata Roma, „in provinciam, ut principaretur in ea", rediisset, insidiasque parare Theutbergae reginae pergeret. Exempla huius epistolae per vicinas regiones dispergi iubet. (Cf. Anal. iur. pont. X. 73.) Sirmond Conc. Gall. III. 277, Bouquet Rec. VII. 413, Mansi XV. 380, Migne 119 p. 971. — „Decreveramus quidem".

2809 (2120) Egiloni, archiepiscopo Senonensi, pallium mittit, licet non de ecclesia Senonensi, sed ex monasterio electus sit. (Anno 865 post med. ann. vindicant hanc ep. Anal. iur. pont. X. 62.) Mansi XV. 391, Migne 119 p. 973. — „Pastoralis curae".

2810 (2121) Carolo (Calvo) regi pallium Egiloni, archiepiscopo Senonensi, missum nunciat. Moleste fert, illum ex monachis (Flaviniacensibus), non ex clericis Senonensibus, electum esse. Mansi XV. 392, Migne 119 p. 975. — „Cum acceptae".

Aug. 29. | 2811 (2122) Carolo (Calvo) regi, ut Vulfadum post Rodulfi, archiepiscopi Bituricensis, mortem electum consecrari permittat, petenti respondet, de ea re non posse statui, priusquam acta synodi, Vulfadi sociorumque causa convocatae, sibi afferantur. Sirmond Conc. Gall. III. 615, Bouquet Rec. VII. 414, Mansi XV. 709, Migne 119 p. 977. — „Excellentiae vestrae".

„ | Michaelis, Bulgarorum, regis legatos donaque accipit „mense Augusto indict. XIV." Vita Nicolai p. 210.

**866.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15.)*

(Nov. 13.) 2812 (2123) Ad Bulgarorum quaestiones, doctrinam disciplinamque ecclesiasticam spectantes, respondet capitibus 106. (De die huic ep. adscribendo cf. Anal. iur. pont. X. 63 et Hefele IV. 347.) Mansi XV. 401, Migne 119 p. 978. — „Ad consulta vestra".

Ad Bulgaros mittit Paulum Populoniensem et Formosum Portuensem episcopos, „hos monitis mellifluis atque doctrinis instruens ad praedicandum genti illi". Vita Nicolai p. 210 et 211. Cf. Annales Fuldenses 866 et 867 MG. SS. I. 379. 380.

Nov. 13. 2813 (2124) Michaeli imperatori Rhadoaldum et Zachariam, qui, minis eius territi, mandata sua neglexissent, excommunicatos nunciat. Docet, qui loci suarum ad eum litterarum sacrilege corrupti sint. Ignatii restitutionem, Photii deiectionem postulat. Ut utrumque Romam mittat monet. Exemplum litterarum eius veneno tinctarum, quas superiore anno Michael protospatharius sibi reddiderit, comburi iubet; alioquin minatur se convocato concilio „dictatores et dispositores atque praeceptores" earum anathematizaturum, ipsamque epistolam „in stipite videntibus cunctis suspensam, vasto supposito foco, extremae perditioni donaturum esse". Donatum, episcopum Ostiensem, Leonem presbyterum tit. S. Clementis Damasi, Marinum apostolicae sedis diaconum, legatos suos, commendat. (Per eosdem tres legatos Nicolaus praeter hanc etiam septem sequentes epistolas transmittit.) Mansi XV. 216, Migne 119 p. 1016. — „Quanto maiora sunt".

„ 13. 2814 (2125) Photio admissa facinora exprobrat, conviciisque eum obruit. Minatur, nisi patriarchatum Constantinopolitanum abdicet, fore ut in vitam omnem anathematizetur. Mansi XV. 259, Migne 119 p. 1045. — „Innumerabilium".

„ 13. 2815 (2126) Bardam Caesarem ad suscipiendam Ignatii causam hortatur. Legatos suos commendat. Mansi XV. 265, Migne 119 p. 1053. — „Postquam Dei omnipotentis".

„ 13. 2816 (2127) Ignatii, patriarchae Constantinopolitani, vicem luget. In concilio quae pro eo contraque Photium acta sint, significat. Dignitatem eius confirmat, eumque spe niti iubet. Mansi XV. 269, Migne 119 p. 1058. — „Dici non potest".

„ 13. 2817 (2128) Theodorae, „imperatori quondam terreno, nunc autem spiritualiter coelesti coniunctae", virtutes laudat. Suum restituendi Ignatii studium ostendit, legatosque suos commendat. Mansi XV. 272, Migne 119 p. 1061. — „Virtutes vestras".

„ 13. 2818 (2129) Eudoxiam Augustam hortatur, ut de removendo Photio et Ignatio reducendo cum imperatore agat, legatisque suis faveat. Mansi XV. 273, Migne 119 p. 1063. — „Nihil in regia".

(„ 13.) 2819 (2130) Archiepiscopis metropolitanis et episcopis, Constantinopolitanae sedi subiacentibus, atque universo venerabili clero Cpolitanorum ecclesiae, quid adhuc de schismate Cpolitano a sese actum sit, exponit. Ut Photii damnati communionem vitent, sub excommunicationis poena praecipit. (Cf. fragmentum in Ratherii Opp. p. 330.) Mansi XV. 240, XVI. 101, Migne 119 p. 1067. — „Ea, quae nuper".

(„ 13.) 2820 (2131) Singulos senatores Constantinopolitanos monet, ut Photii communionem defugiant et legatos suos adiuvent. (Hanc et sequentem ep. ad diem 13. Nov. notant Anal. iur. pont. X. 63.) Mansi XV. 276, Migne 119 p. 1089. — „Fidelium relatione".

(„ 13.) 2821 (2132) Patriarchis, metropolitis et reliquis episcopis atque cunctis fidelibus per Asiam et Libyam constitutis, quae in Ignatii Photiique causa a sese gesta sint, patefacit, et superiorum de ea re litterarum exempla (2682. 2683. 2690. 2691. 2692) mittit. (Cf. de hac ep. Anal. iur. pont. X. 58 et Hincmari opp. II. 374. Est autem epistola insertis litterarum aliarum exemplis disiuncta in partes tres: quarum prima legitur ap. Mansi XV. 159, Migne 119 p. 1091): „Quae apud . . . noscuntur"; secunda [quae Michaeli imperatori perperam inscripta est] ibid. p. 178 (Migne 119 p. 850): „His ita se" usque ad p. 186 (Migne 119 p. 860): „poteramus habere"; tertia: ibid. p. 216 (Migne 119 p. 962): „Haec quidem . . . fore praevidimus".) — „Quae apud".

Dec. 6. 2822 (2133) Ad archiepiscoporum et episcoporum, qui concilio Suessionensi III. interfuerant, synodicam, ab Egilone, archiepiscopo Senonensi, sibi redditam, respondet. In Hincmarum, archiepiscopum Remensem, diversis fallaciis obnoxium, vehementer incurrit. Eorum de restituendis clericis consensum laudat; sed reprehendit eos, quod synodicam tantum, non integra concilii acta, sibi miserint. Quae mitti iubet. Clerici

**866.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15.)*

ea conditione in pristinum restituantur, ut Hincmaro „intra totius huius capedinem anni" compellare eos apud sedem apostolicam liceat. Redarguit eos, quod unum ex clericis (Vulfadum) ad episcopalem dignitatem praeter mandatum promoverint. Sirmond Conc. Gall. III. 303, Mansi XV. 738, Migne 119 p. 1093. Cf. v. Noorden Hincmar p. 224. — „Reverentissimum fratrem".

Dec. 6. 2823 (2134) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, mittit eiusdem argumenti litteras, cuius sunt, quae praecedunt. Reprehendit, quod nec legatum, et epistolam contra morem non signatam ad sese miserit, et quod pallio „non certis temporibus" utatur; „cuius usus" inquit „si fraternitati tuae a sede apostolica omni tempore concessus est, tamen stude modeste hoc uti". Sirmond Conc. Gall. III. 310, Mansi XV. 745, Migne 119 p. 1101. (Cf. v. Pflugk-Harttung Acta ined. II. 33.) — „Epistolam beatitudinis".

„ 6. 2824 (2135) Carolo (Calvo) regi de clericorum restituendorum studio gratias agit. Addit de Balduino, comite Flandriae, amplius fovendo ac de suis ad Hincmarum, archiepiscopum Remensem, litteris. Sirmond Conc. Gall. III. 316, Bouquet Rec. VII. 415, Mansi XV. 753, Migne 119 p. 1111. — „Cum talem se".

„ 6. 2825 (2136) Vulfado et eius sociis restitutis gratulatur; eosque, ut Hincmarum, archiepiscopum Remensem, debito honore et obedientia prosequantur, monet. Sirmond Conc. Gall. III. 317, Mansi XV. 754, Migne 119 p. 1112. — „Divinae miserationis".

„ 2826 (2137) Nobiles atque primores, seu cunctos Aquitaniae habitatores, hortatur, ut ecclesiarum bona, quae occupaverint, quaeque „reges quomodocumque a sanctis locis aliquo tempore abstulerint, et iis in beneficium contulerint", restituant. Quod si non faciant, ostendit fore, ut excommunicentur. Mansi XV. 386, Migne 119 p. 1114. — „Sollicitudinis, quam".

**c. 866.**

2827 (2138) Carolum (Calvum) regem rogat, (itemque Ludovicum Germanicum regem de ea re rogatum esse scribit) ut Lotharium regem pro sorore Helletrude, Berengarii comitis vidua, deprecetur, quod ille „non solum praedia, a genitore suo, Hlothario imperatore, per praeceptum largita, sustulerit, sed etiam proprietates eius, a parentibus suis sibi, praefatae Helletrudi, dimissas, colludiose surripuerit, eisdemque sanctae Dei ecclesiae infideles Nortmannos paganos beneficiali more donaverit". Ipsi Lothario mitti a se litteras non potuisse, „quia" inquit „pro nefariis et illicitis negotiis excommunicatum habemus". (Initium mutilum proferre videtur haec ep. Anno 867 eam adscribunt Anal. iur. pont. X. p. 63 et mensi „post Ian." eiusdem anni 867, quo tempore Nicolaus adhuc Lothario litteras dederit (vide reg. 2873), Hefele IV. 308. Contra annum ss. defendit Dümmler Ostfr. R. I. 613.) Sirmond Conc. Gall. III. 330, Bouquet Rec. VII. 438, Mansi XV. 387, Migne 119 p. 1115. — „Litteris scilicet".

2828 *Ludovico (Germanico) regi instar epistolae praecedentis ad Carolum Calvum missae epistolam de eadem causa dirigit. Vide ep. 2827.

†2829 *In epistola, qua de Lothario rege agit, constituit, ut excommunicatus habeatur Lotharius, nisi usque ad vigiliam Mariae purificationis (Febr. 1.) Waldradam dimiserit. (De hac ep. dicit Adventius, Metensis archiepiscopus, in ep. ad Hattonem Virdunensem episcopum missa. Adventii epistolae tempus non satis constat; Dümmler Ostfr. R. I. 596, Hefele IV. 303 eam anno 867 in. adscribunt. Sed ni fallimur, falso rumore deceptus ac famam potius sequens Adventius haec locutus est, cum Nicolaus longe abesset, quin hoc faceret. Cf. Dümmler l. l. et Baronium ad a. 867 n. 118.

**858—867.**

(Mai.) 2830 *Parthenonis Pultariensis, a conditoribus Gerardo comite et Berta, uxore eius, beato Petro oblati, possessiones confirmat, privilegiaque statuit. Vide Gerardi epistolam ap. D'Achery Spicil. II. 502 et ep. sequentem. Annum 863, Mai. merito, ut videtur, adscribunt huic et sequenti ep. Anal. iur. pont. X. 61. 70. 88.

Mai. 2831 (2139) Parthenonis Vizeliacensis, a conditoribus Gerardo comite et Berta, uxore eius, cum annuo unius argenti librae vectigali b. Petro oblati, possessiones confirmat, privilegiaque statuit. D'Achery Spicil. II. 502, Migne 119 p. 1116, Guiberti Opp. p. 655, Quantin Cart. gén. I. 84, Cocqu. I. 192, Bull. Rom. E. T. I. 308. De tempore cf. reg. 2830. — „Quando ea ad" („Religiosae et Deo").

**858—867.**

2832 (2140) Ludovicum II. imperatorem hortatur, ut, proavi Karoli imperatoris exemplo, „cum exteris gentibus pro remediis et securitate Christianorum placitum ineat, cum constet, non ob aliud id fieri, nisi ut fera saevitia eorum, quae in fideles unanimiter exardescit, aliquo modo refraenetur". (Fragmentum.) Baluzii Misc. I. 401, Mansi XV. 457, Migne 119 p. 1118. — „Christianae religioni".

2833 (2141) Carolo (Calvo) regi mandat, ut Dionysii Areopagitae „de divinis nominibus vel caelestibus ordinibus" librum, a Iohanne Scoto, suspectae fidei viro, ex Graeco in Latinum translatum, sibi mittat, „quatenus dum a sui apostolatus iudicio fuerit approbatus, ab omnibus acceptior habeatur". (Fragmentum.) Ivonis decr. IV. c. 104, Mansi XV. 401, Migne 119 p. 1119. — „Relatum est".

2834 (2142) Donno episcopo (et Carolo regi) scribit, ut Hugo, qui fratrem necaverit, „proprias possessiones, quae ab eo pro hoc facto ablatae sint, incunctanter recipiat, ne paupertatis inopia constrictus ad peiora deducatur". „Nam et propria legitimaque uxor illius", inquit „a qua separatus est, vestra sanctitas illi ut statim reddatur satagat, ne in fornicationis voraginem incidere videatur; in reliquis vero secundum poenitentiae modum, quam illi instruxistis peragere, maneat". Ivonis decr. X. c. 184, Migne 119 p. 1119. — „Quidam vestrae".

2835 (2143) Omnibus episcopis in regno Ludovici (Germanici) mandat, ne Lambertum, Attonis quondam comitis nunc clerici filium, monachum a Salomone episcopo factum, ut maneat monachus, cogi patiantur, neve hereditate privari eum sinant. Ivonis decr. VI. c. 356, Gratiani decr. C. XX. qu. 3. c. 4, Migne 119 p. 1120. — „Praesens clericus".

2836 (2144) Adonem, archiepiscopum Viennensem, docet, 1) canonicos conventus ab archiepiscopis celebrandos esse, „ubi cum episcopis nobiliores provinciae conveniant, ibique integritatem fidei et canonicarum regularum observantiam audiant et ad tenendum, ne excusari possint, subscribere doceantur"; 2) metropolitarum esse, „saeculares discursus et negotia vitare, adversus mundalium hominum malitiam insurgere, principes regni adulando non decipere"; 3) de suffraganeorum erga metropolitas obedientia; 4) de „plebibus vel baptismalibus ecclesiis in dioecesibus more antiquo constituendis, ut ibi conventus celebrior populorum fiat et doctrina fidei praedicetur"; 5) „sacris locis dignas personas praefici et saecularium habitacula loca Deo dicata vel sacrata non fieri" debere; 6) „de excommunicatis publice propter publicum crimen per publicam poenitentiam recipiendis, et canonica poenitentia" separatim afficiendis; 7) de excommunicationibus non temere efferendis. Mansi XV. 451, Migne 119 p. 1121. — „Ut archiepiscopi".

2837 (2145) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, mandat, ut Hilmerado, episcopo Ambianensi, significet, se Eriath, qui presbyterum et monachum quemdam occidisset, duodecim annorum poenitentiam imposuisse. Mansi XV. 398, Migne 119 p. 1122. — „Quibus gemitibus".

2838 (2146) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, scribit, necesse esse, „et accusatum et accusatorem simul adesse, et unam partem, quantacunque praedita sit auctoritate, sic prorsus audiri, ut alteri parti nullum praeiudicium irrogetur". (Fragmentum.) Gratiani decr. C. III. qu. 9. c. 21, Migne 119 p. 1123. — „Necesse est secundum".

2839 (2147) Herardo, archiepiscopo Turonensi, scribit de restituendo Christophoro presbytero, ex ecclesia iniuste deiecto. (Fragmentum.) Ivonis decr. VI. c. 429, Gratiani decr. C. II. qu. 1. c. 10, Mansi XV. 400, Migne 119 p. 1123. — „Notum sit tuae".

2840 (2148) Frotario, archiepiscopo Burdigalensi, respondet, Burgandum sacrilegum septem annorum poenitentia luere noxam debere. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XII. qu. 2. c. 17, Mansi XV. 400, Migne 119 p. 1124. — „De viro nefando".

2841 (2149) Iohanni, archiepiscopo Ravennati, haec scribit: „Catechismi baptizandorum a sacerdotibus uniuscuiusque ecclesiae possunt fieri, sicut in S. Romana ecclesia sollenniter fieri comprobantur". Ivonis decr. I. c. 87, pan. I. c. 40, Migne 119 p. 1124, (Gratiani decr. III. D. 4. c. 57). — „Catechismi".

2842 Iohanni, archiepiscopo Ravennati, scribit: „Certe nos episcopos in aliis festivitatibus populum sibi commissum deserere nullomodo permittimus. Quomodo ergo in tanto die paschae creditam sibi episcopus ecclesiam deserat, ut alii ecclesiae ministret, ratio minime patet, praesertim cum canones nil tale praecipiant". (Fragmentum cum

**858—867.**

titulo: „Idem ad eundem [sc. Nic. ad Ioh.; cf. synodi a. 862, Nov. diem tertium supra p. 345] in regnum [l. in registro]".) Deusdedit Coll. can. I. c. 209. — „Certe nos".

2843 (2150) Archiepiscopo Ravennati respondet de adulterina senatoris coniuge monacha facta. Ivonis decr. VIII. c. 221, Migne 119 p. 1125. — „De senatoris".

2844 (2151) Adalwino, archiepiscopo Iuvavensi (al. perperam: „Viennensi"), respondet, viduam, quae, monacha facta, secundo nupserit, et poenitentia coercendam et in monasterium retrahendam esse. (Regino ed. Wasserschleben p. 443, Lib. II. app. II. c. 30), Burchardi decr. VIII. c. 47, Ivonis decr. VII. c. 65. 152, pan. III. c. 205. 206, Gratiani decr. I. D. 27. c. 6. 7, Mansi XV. 459. 473, Migne 119 p. 1125. — „Quod (autem) interrogasti".

2845 Alvino (lege Adalwino [Iuvavensi]) archiepiscopo scribit, viro non licere adulteram coniugem necare, quamvis lex saecularis hoc permittat. Ex cod. Vatic. 1345 profertur hoc fragmentum in Neues Archiv III. 148. — „Inter haec vestra".

2846 (2154. 2152) Adalwino, archiepiscopo Iuvavensi (perperam l. Alvino Iovanensi) scribit: 1) Episcopos, „qui occupentur infirmitate vel aegritudine, abiiciendos non esse, nec alios in loco eorum consecrari oportere, nisi ex hac luce fuerint subtracti; quod si" inquit „de ministerio sibi concesso conqueruntur, quae licita sunt, sacerdotes expleant, in his vero, quae his praesumere non licet, vicinorum usque ad recipiendam sanitatem episcoporum auxilia subrogentur". Addit, „episcopos, qui dominici gregis susceperint curam, ab administratione eorum discedere non oportere". Ivonis decr. V. c. 352, Gratiani decr. D. VII. qu. 1. c. 4, Migne 119 p. 1127. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 526. 2) „Clericos in adolescentia a daemonibus obsessos, ad superiorem sacri regiminis gradum accedere non posse". Ivonis decr. XI. c. 104, Migne 119 p. 1126, (Gratiani decr. I. D. 33. c. 4). 3) Eos qui arborem incidunt et cum arbor cadat, occiderint hominem, inculpabiles esse; sed si culpa eorum „morientis hominis interitus cognoscitur advenisse, eos abiciendos esse a gradu et in sacro ordine nullatenus suscipiendos". Coll. trium partium (cf. Sdralek De Nic. codd. p. 23) sub num. 21 omisso titulo (praecedit autem inscriptio Adalwini cet. in numero 19), Gratiani decr. I. D. 50. c. 49. Cf. ep. Liutperto directam (infra reg. †2869) Archiv f. kath. K. R. 47 p. 210. Ordinem, quo proferimus hanc ep. praebet Coll. trium partium, vide Sdralek l. l. Cf. Anal. iur. pont. X. 171 et Dümmler Ostfr. R. I. 526. — „Pontifices qui" („Clerici qui in" „Hi qui arborem").

2847 (2153) Aluino, Iovanensi (leg. Adalwino Iuvavensi) archiepiscopo, mandat, concilio convocato Lanfredum episcopum iuvenem hortetur, ut „ab omnium bestiarum et volucrum venatione penitus alienus existat, atque ab immoderata filiae suae familiaritate semet omnino coerceat". Quem, nisi obedierit, excommunicari deiicique iubet. Ivonis decr. V. c. 353, Migne 119 p. 1126, (Gratiani decr. I. D. 34. c. 1). De tempore huic ep. forsitan adscribendo vide Anal. iur. pont. X. 173 et Sdralek l. l. p. 29. Sed annus 864 neque rationibus prolatis satis firmatur. — „Quorundam relatione".

2848 Leoni episcopo (Adriano) ad preces „Lutuuici imperatoris augusti concedit . . . auctoritatem, atque largitur ei successoribusque omnes honores ac ius legale seu potestatem. . . ." Haec fragmenta privilegii paene deleti ex codice Adriano saec. XIII., ex tabulario Monac. in bibliothecam delato, dedit W. Meyer. Initium utut potuit legit W. Wattenbach. — „Propter amorem ac preces".

2849 (2156. 2158. 2155. 2157) Salomoni, episcopo Constantiensi, respondet: 1) „Virum illi feminae non posse coniungi in copula, quae commater eius erat". Ivonis decr. I. c. 137, IX. c. 35, pan. VII. c. 63, Gratiani decr. C. XXX. qu. 4. c. 1, Migne 119 p. 1128. 2) „Mulierem, quae viri filium, ex alia femina genitum, de sacro fonte levaverit, postmodum posse cum eodem viro copulari". Ivonis decr. I. c. 136, pan. VI. c. 124, Gratiani decr. C. XXX. qu. 1. c. 3, Migne 119 p. 1128. Cf. quae Neues Archiv III. 147 de titulo monui. 3) „Si, examinante episcopo causam presbyteri vel diaconi, non fuerit per testium approbationem presbyter vel diaconus forte convictus, non est scelus episcopo legitime manifestum, nisi sua sponte scelus ipsum profiteatur". Ivonis decr. VI. c. 122, Gratiani decr. C. XV. qu. 5. c. 2, Migne 119 p. 1127. 4) „Monachum, qui semel se Deo vovit et secundum normam sacrorum canonum et regulam sanctorum patrum, praecipue Basilii atque Benedicti, coenobio sua sponte causa in

**858—867.**

Dei servitio ibidem usque ad ultimum vitae suae diem permanendi adhesit et in eo per diuturna tempora conversatus est, non posse retro reverti manifestum esse". Sdralek in diss. infra citata. 5) „Parricidas, fratricidas et incestuosos non posse carnali copulae iungi". Ivonis decr. X. c. 185, Migne 119 p. 1128. Haec 5 capitula ordine, quo ea proferimus, una epistola continentur in Cod. lat. Monac. 6241 aliisque; vide Sdralek Archiv f. kath. K. R. 1882 tom. 47 p. 186 et Hinschius in Böhlau Zeitschr. f. RG. II. 471. — „Sciscitatur a nobis".

2850 (2159) Ratholdo, episcopo Argentoratensi, nunciat, se viro Thiothart matricidae annorum decem poenitentiam irrogasse. Burchardi decr. VI. c. 46, Ivonis decr. X. c. 173, Grandidier Hist. de l'égl. de St. II. 249, Mansi XV. 458, Migne 119 p. 1129, Baluzii Miscell. (ed. 1700) V. 487, (Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 2. c. 15). Cf. Sdralek De Nic. codd. p. 42 et Archiv f. Kath. K. R. 47 p. 211 sqq. (vide etiam ibid. t. 13. p. 6). — „Dum de universis" („Latorem praesentium").

2851 (2161) Clero et plebi Nonensis (al. Nocensis) ecclesiae haec scribit: „Ecclesia, id est catholicorum collectio, quomodo sine apostolicae sedis instituetur nutu, quando iuxta sacra decreta nec ipsae debent absque praeceptione papae basilicae noviter construi, quae ipsam catholicorum intra semet amplecti catervam dignoscuntur". Deusdedit Coll. can. I. c. 128, Gratiani decr. III. D. 1. c. 8, Migne 119 p. 1130. — „Ecclesia, id est".

2852 (2162) Rivoladrum episcopum hortatur, ut in Wimarum, quem propter tres filios necatos annorum duodecim poenitentia affecerit, clementia utatur. Mansi XV. 388, Migne 119 p. 1130. — „Dominici gregis".

2853 (2163) Ieremiae episcopo scribit contra „consanguinitatis copulas". (Fragmentum.) Ivonis decr. IX. c. 12, Migne 119 p. 1131. — „Qui consanguinitatis".

2854 (2165. 2164) Osbaldo, chorepiscopo Quadrantino, mandat, persuadeat ipsius episcopo, ut synodo convocata de presbytero, necati diaconi insimulato, iudicet. Addit consulenti respondens: „Si contigerit, ut clericus sacerdotalis ordinis saltem paganum occideret, multum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit". Haec fragmenta, quorum primum praebent Gratiani decr. I. D. 50. c. 39, Ivonis decr. X. c. 24, Migne 119 p. 1131, secundum autem Gratiani decr. I. D. 50. c. 6, Migne 119 p. 1131 (verba a Gratiano omissa ex Coll. trium partium hauserunt Anal. iur. pont. X. 171), hoc ordine coniuncta invenimus in Coll. trium part. (cf. Sdralek De Nic. codd. p. 27), ubi utrumque quidem numerum habet, sed ambo sub uno titulo contracta sunt. (Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 615 et Excerptum de Karentanis MG. SS. XI. 15.) — „Studeat sanctitas" („De his vero clericis").

2855 Episcopo cuidam Gerelandum presbyterum commendat, latorem praesentis epistolae, qui „quorundam vulgarium populorum iniquis criminationibus apud eum impetitus" titulum suum amiserit et non canonice ab eo excommunicatus sit. Mandat, ut presbyterum pristino loco restituat et, iunctis sibi quinque aliis episcopis, causam eius inquirat. De ratione iudicii addit. Ex Cod. Mus. Brit. Addit. 8873, Coll. Brit. Varia II. n. 131. Cf. Neues Archiv V. 592. — „Noverit sanctitas tua".

2856 *Adelelmo, cui „rex Carolus (Calvus) ecclesiam Theologiam cum rebus aliis Virdunensi ecclesiae ablatam dederat, epistolam scribit. Vide Laurentii Gesta episc. Vird. MG. SS. X. 490.

†2857 (2166) Fornicatorum poenitentias statuit. (Hos canones spurios esse indicant Richter De emendatoribus Gratiani p. 5 et eiusdem K. R. §. 257 not. 12, Wasserschleben Bussordnungen der abendländischen Kirche p. 91, Sdralek De Nic. codd. p. 43.) Mansi XV. 473, Migne 119 p. 1132. — „Si quis fornicatus".

†2858 Bassatio, abbati Casinensis monasterii, monasterium Glannafoliense cum pertinentiis eius confirmat. (Bassatium anno 856 mortuum esse Chr. S. Benedicti MG. SS. Langob. p. 474 indicat.) E codice Vatic. 7157 fol. 1ᵇ (Mss. Margarini) hanc ep. citat v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 131. 177. — „Quoniam semper".

†2859 Karolo imperatori ad animum revocat, ab Eusebio in Historia ecclesiastica citari legem ab imperatore latam, „ut primo permitteretur accusato libere rem familiarem diutius ordinare, tunc deinde respondere obiectis". (Est ex praefatione Pseudo-Isidori ed. Hinschius p. 18.) Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 2. c. 3. — „Istoria ecclesiastica".

†2860 Karolo imperatori scribit, se penitus ignorare, quomodo qui humanis tantum rebus

**858—867.**

et non divinis praesunt, de his per quos divina ministrantur, iudicare praesumant. (Fragmentum. Ex cod. Taurinensi E. V. 44. fol. 79.) v. Pflugk-Harttung Acta inedita II. 34. — „Denique hi, quibus".

†2861 Admonet „omnes leges, tam ecclesiasticas quam vulgares et publicas praecipere, ut omnia sibi ablata restituantur ei, qui suis est rebus expoliatus". (Est ex praefatione Pseudo-Isidori ed. Hinschius p. 18.) Gratiani decr. C. II. qu. 2. c. 2. — „Omnes leges".

†2862 Praecipit, ne in atrio ecclesiae ponantur aedificia, nisi tantum clericorum. (Est cap. II Concilii Salegunstad. [a. 1022] ap. Hartzheim Conc. Germ. III. 59 et Ivonis decr. XV. c. 178.) Gratiani decr. C. XII. qu. 1. c. 4. — „Nulla edificia".

†2863 Monet, ut ecclesiasticae personae maneant semper inconcussae a litibus iubetque, in controversia inter ecclesiasticam et laicam personam saecularem purificationem iuramento vel divino examine subire. (Fragmentum ex cod. Taurin. E. V. 44 fol. 70[b].) v. Pflugk-Harttung Acta ined. II. 33. — „Nitendum summopere".

**861—867.**

2864 (2167) Tadoni, archiepiscopo Mediolanensi, scribit, „presbyterorum flagellatores et occisores et praedones" post tertiam admonitionem, nisi resipuerint, excommunicandos esse. Ivonis decr. X. c. 20, Migne 119 p. 1134, Gratiani decr. C. XVII. qu. 4. c. 23. — „De presbyterorum".

2865 (2168) Tadoni (perperam leg. Tandoni), archiepiscopo Mediolanensi, hoc scribit: „Eos, qui cum amitae suae filia vel patrui, vel avunculi, forte peccaverint, iuxta gradus cognationis statuimus modum culpae tractari, sicuti pridem tibi per apostolicam epistolam de his, qui cum spirituali matre huiusce flagitium commiserint, innotuimus". Ivonis decr. IX. c. 14, Migne 119 p. 1134. — „Eos, qui cum".

2866 (2169) Tadoni, archiepiscopo Mediolanensi, sic scribit: „De presbyteris, qui non sponte homicidium perpetrarunt et tamen homicidii noxam, qua revera homicidae sunt, incurrunt, sancimus, ut subducti a sacerdotali ministerio poenitentia iuxta sacros ordines macerentur, et post, dignam satisfactionem praebentes, communionis gratiam consequantur". Ivonis decr. X. c. 29, Migne 119 p. 1134. — „Propterea de presbyteris".

2867 Tadoni (perperam leg. Radoni), archiepiscopo Mediolanensi, scribit „indignum esse, nondum divinitus per gloriosos agones corporibus relevatis sanctorum imagines nominaque aptari". Ex Collectione trium partium (cf. Sdralek De Nic. codd. p. 24) Anal. iur. pont. X. 174, Sdralek Theol. Quartalschrift Tübingen 1880 Jahrg. 62 p. 244. — „Quod ais apud".

**863—867.**

2868 (2170) Iohannem, archiepiscopum Ravennatem, reprehendit, quod iniussu suo miserit, qui in locum necati episcopi Gravellensis (Corneliensis?) Oleoberti successorem substituendum curaret. Electionem differri iubet. „Cum autem", inquit „detectis reis atque punitis, qui dignus sit apparuerit, et cleri plebisque et ducis nostri nostram habentis auctoritatem (qui utique unus e plebe eadem esse dinoscitur) concordia effecta fuerit, celebretur electio, sicque demum, sicut in synodo deliberatum est (vide supra synodum m. Nov. 862) atque constitutum, nobis hoc innotescite, et sanctione praemissa, episcopus a vestra beatitudine consecretur". Ivonis decr. X. c. 19, Migne 119 p. 1134. — „De Oleoberti".

†2869 Liutperto, Mogontiacensi archiepiscopo, exponit, quibus modis poeniteant, qui homicidia perpetraverint". (Est ex canone concil. Wormatiensis ficta, cf. supra regg. 2709-2711.) Sdralek ex cod. Vindobon. 354 in Archiv f. kath. K. R. t. 47. p. 209. — „Si quis non in".

**867.** (*Ind. 15. — 1. Sept. — 1.*)

Ian. 24. 2870 (2172) Teutbergam reginam, „nullo cogente, sponte ac libenter a regia dignitate exui se velle ac optare fatentem", mendacii accusat. Waldradam legitimam Lotharii uxorem esse, scribenti respondet, hoc testimonio opus sibi non esse. Ad constantiam hortatur. Romam venire eam interdicit, nisi Waldrada eodem praemittatur. Haec addit: „Si amore pudicitiae, ut asseris, solutionem matrimonii quaeris, hanc tibi nullo

**867.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1.)*

pacto noveris tribuendam, nisi vir tuus eandem pudicitiam non ficte sectatus extiterit". (Haec ep. una cum ep. 2872 transmissa est per Eigil, archiepiscopum Senonensem, cum Roma in patriam reverteretur. Vide Hincmari Ann. ad a. 867.) Sirmond Conc. Gall. III. 320, Bouquet Rec. VII. 417, Mansi XV. 312, Migne 119 p. 1136. — „Epistolam suggestionis".

Ian. 25. — 2871 (2173) Archiepiscopos et episcopos in regno Lotharii regis de excommunicatione Waldradae, ex Italia iniussu suo reversae iam tertio certiores facit, quod priores litteras idem significantes accipere recusaverint. Praecipit sub excommunicationis poena, ut et sententiam illam palam faciant, et sibi, quomodo Lotharius cum Theutberga vivat, per litteras legatosque nuncient. Attamen concedit iis (excepto Attone episcopo Virdunensi), ut si mittendi facultate deficiantur, mittere legatos supersedeant. Sirmond Conc. Gall. III. 322, Bouquet Rec. VII. 419, Mansi XV. 315, Migne 119 p. 1139. — „Optaremus tandem".

„ 25. — 2872 (2174) Carolo (Calvo) regi scribit, incredibilem famam ad se perlatam esse, cum, accepto monasterio quodam, societatem cum Lothario rege iniisse adversus Theutbergam. Quod ceperit Lotharius consilium adulterii Theutbergae „monomachia" probandi reprehendit. Hanc diligentissime commendat. Petit, ut litteras suas (reg. 2873) ad Lotharium et eius episcopos perferendas curet, quique accipere eas abnuerint, sibi significet. Sirmond Conc. Gall. III. 324, Bouquet Rec. VII. 421, Mansi XV. 318, Migne 119 p. 1142. Cf. Reginonis Chronic. a. 866 MG. SS. I. 574 et Dümmler Ostfr. R. I. 599. — „Nunquam dolorem".

(„ 25.) — 2873 (2175) Lothario regi scribit, comperisse se, quam Theutberga ad se miserit, epistolam non sponte scriptam esse, sed vi extortam. De divortio quid sentiat, uti superiore ad Theutbergam epistola, ostendit. Waldradae communionem vitari iubet. (Quae huic epistolae addita sunt verba: „Porro excellentiam . . . dispergat", ad praecedentes litteras, Carolo Calvo missas, sunt referenda. Praecedit ea inscriptio 'Embolim'; vide Anal. iur. pont. X. 148. De mense ac die huic ep. adscripto vide ibid. p. 63. Praeterea cf. Reginonis Chron. MG. SS. I. 576.) Sirmond Conc. Gall. III. 327, Bouquet Rec. VII. 424, Mansi XV. 321, Migne 119 p. 1146. — „Audito, revertente".

Mart. 7. — 2874 (2176) A Ludovico (Germanico) rege petit, ut Lotharium regem ad amorem Theutbergae praestandum adhortetur, et Ingeltrudem, „perditam ac saepe damnatam feminam", ad Bosonem maritum redire cogat. Floss Pabstwahl unter d. Ottonen Urk. p. 34, Sirmond Conc. Gall. III. 329, Mansi XV. 324, Migne 119 p. 1150. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 600. — „Precamur amabilem".

2875 (2177) *Ludovici Germanici regis filios „de honore parentum servando" hortatur. Vide Annales Fuldenses 867 MG. SS. I. 380.

Iun. 13. — 2876 (2178) Adonem, archiepiscopum Viennensem, metropolitam Gratianopolensis, Valentinae, Genavensis et Tarantasinae ecclesiarum confirmat. Gall. Christ. XVI. instr. p. 8, Mansi XV. 452, Migne 119 p. 1151, Bull. Rom. E. T. I. 330. — „Quod reverenter" („Decretum perpetuum").

†2877 (CCCXLV) Adonem, archiepiscopum Viennensem, apostolicae sedis in septem provinciis vicarium confirmat, ut „iuri Viennensis ecclesiae Gratianopolis, Valentia, Dia, Alba Vivarium, Geneva et Tarentasia perpetuo subiectae maneant, ita et Mauriana". Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. p. 53, Migne 129 p. 1015. — „Quod reverenter" („Decretum perpetuum".)

Aug. — Romae — „Iam valde infirmatus et in contentione contra Graecorum imperatores, Michaelem et Basilium, sed et contra orientales episcopos magnopere laborans invenitur" a legatis Hincmari, archiepiscopi Remensis. Hincmari Annales 867 p. 475.

Oct. 7. — 2878 Lothario regi, cuius epistolam per Grimblandum receperat, respondet monetque, ut Coloniensis et Trevirensis ecclesiae clericos ad eligendum sibi canonice praesules huc convenire iubeat, ita ut personae eligantur, qui non per Waldradae aut Theutgaudi aut Guntharii favorem regimen obtinuisse probentur. Ut electi ab episcopis earundem dioeceseon consecrentur et a legatis apostolicis pallio ornentur praescribit. (Fragmentum huius epistolae una cum temporis significatione et a Gunthario archiepiscopo et a Ludovico rege Germanico in epistolis Hadriano II. papae scriptis laudatur; vide Floss Pabstwahl unter den Ottonen Urk. p. 72. 86.) — „Ceterum monemus".

**867.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1.)*

Oct. 23. 2879 (2179) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, et ceteris archiepiscopis et episcopis in regno Caroli Calvi regis constitutis, causas odii invidiaeque imperatorum Graecorum, Michaelis et Basilii, adversus Latinam ecclesiam ostendit, in his, quod Michael, Bulgarorum rex, „a sede b. Petri institutores et doctrinam expetiverit". Quas consuetudines Graeci Latinae ecclesiae vitio vertant aut affingant, exponit. Metropolitis singulis praecipit, ut convocatis suffraganeis, „quid invidis detractionibus opponi necesse sit, rimari studeant et invenire summopere gestiant, atque inventum sibi ocius transmittere minime parvipendant; quatenus id quoque adversus Graecorum vesaniam cum ceteris assertionibus suis deinde mittere valeat". Sirmond Conc. Gall. III. 331, Mansi XV. 355, Migne 119 p. 1152. (Cf. Hincmari Ann. 867, ubi refertur, Hincmarum ep. hanc Dec. 13. a. 867 suscepisse et Karolo regi atque pluribus episcopis in palatio Corbonaco relegisse et aliis archiepiscopis exemplaria eiusdem dedisse.) — „Omnium nos portare" („Nihil enim in").

2880 (2180) *Episcopis Germaniae „de factionibus Graecorum" scribit. Vide Annales Fuldenses 868 l. l. p. 380.

2881 (2181) *Hincmaro, archiepiscopo Remensi, respondet, „de omnibus sibi satisfactum esse". Vide Hincmari Annal. 867 p. 475.

„ 24. 2882 (2182) Carolo (Calvo) regi significat, se singulos regni eius metropolitas „ad quaedam tractanda ecclesiastica negotia" convenire cum suffraganeis iussisse. Conventuris ut faveat, rogat. Mansi XV. 332. Migne 119 p. 1161. — „Comperiat celsitudo".

„ 30. 2883 Ludovico (Germanico) regi eadem scribit, quae in superiori ep. Carolo, specialiter ad synodum Romanam vocans Liutbertum, Moguntinum archiepiscopum. Vide Anal. iur. pont. X. 56. 161 et v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 102. 178, Acta inedita II. 34. — „Comperiat celsitudo".

„ 30. 2884 (2183) Ludovico (Germanico) regi gratias agit, quod post Caroli (Calvi) regis colloquium episcopum miserit, qui, ut mandata ipsius perficerentur, a Lothario rege postularet. Quem Romam venire vetat, priusquam et Waldradam ad sese mittat, et Theutbergae dignitati consulat, et Coloniensi Trevirensique ecclesiis canonice praefici episcopos patiatur. Addit de S. Petri reditu „mediante Maio mense huius primae indictionis" (m. Maio a. 868) in regno eius per suos legatos exigendo, ac de praesidio iisdem tribuendo. (Fragmentum huius ep. sub falso titulo „Nicolaus papa ad Carolum" praebet Collectio tr. partium Cod. Berol. lat. fol. 197 f. 83, Sdralek De Nic. codd. p. 22. Cf. Deusdedit IV. c. 100, Gratiani decr. C. II. qu. 1. c. 16. Diem Oct. 29. huic et sequenti ep. tribuit. cod. Vallicell. C. 15. fol. 248, v. Pflugk-Harttung Iter It. p. 102.) Sirmond Conc. Gall. III. 339, Bouquet Rec. VII. 428, Mansi XV. 327, Migne 119 p. 1174. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 610, Hefele IV. 305. 306. — „Syllabarum vestrarum".

„ 30. 2885 (2184) Ludovicum (Germanicum) regem hortatur, ut Theutgaldi Trevirensis et Guntharii Coloniensis restitutionem poscere cesset. Sirmond Conc. Gall. III. 342, Bouquet Rec. VII. 431, Mansi XV. 331, Migne 119 p. 1161. Cf. Dümmler et Hefele l. l. — „Epistolam serenitatis".

„ 31. 2886 (2185) Archiepiscopos et episcopos, in regno Ludovici (Germanici) regis constitutos hortatur, ne diutius a sese petant, ut Theutgaldus Trevirensis et Guntharius Coloniensis in pristinam dignitatem restituantur. Utriusque crimina recenset. De Lothario rege admonendo addit. Floss Pabstwahl unter d. Ottonen Urk. p. 37, Sirmond Conc. Gall. III. 343, Bouquet Rec. VII. 432, Mansi XV. 333, Migne 119 p. 1163. Cf. Dümmler I. 612 et Hefele l. l. — „Gaudemus quidem".

2887 (2186) *Ad Michaelem Bulgarorum regem, qui „Formosum, episcopum Portuensem sibi dari archiepiscopum expetierat et pro instructione gentis presbyteros postulaverat", mittit quosdam presbyteros et Dominicum Triventinum et Grimoaldum Polymartiensem episcopos, „ut, quia ipsum Formosum plebem dimittere sibi creditam non oportebat episcopum, ex his presbyteris ad archiepiscopatum eligatur et sedi consecrandus apostolicae mittatur". Vita Nicolai p. 212 et 243. Cf. Vitam Hadriani II. in Vignolii lib. pont. III. 227.

Liudberto, episcopo Monasteriensi, „aestivo tempore transacto" pignora S. Magni martyris dirigit. Vide Ann. Xantenses ad. a. 867 MG. SS. II. 232.

**867.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1.)*

2888 *„Constantinum et Methodium auditis eorum laboribus Romam accersit". Transl. Clementis c. 8, Vita Methodii c. 6. Vide Anal. iur. pont. X. 74, Boczek C. D. M. I. 32, Dümmler Ostfr. R. I. 627, idem Die pannon. Legende p. 35 (Archiv f. Kunde österr. Geschichtsq. XIII. 159. 179).

Nov. 13. — Moritur. Diem praebent Vita Nicolai p. 217 et Anastasii bibliothecarii epistola ap. Mansi XV. 453, Migne 119 p. 741. In Hincmari Annal. 867 p. 476 pro: „Idus proxime praecedentis mensis Decembris" legendum esse „Novembris", verbis illis: „proxime praecedentis" intelligi licet, cum antea de mense Decembri agatur.

---

# HADRIANUS II. 867—872.

Hadriani II. bullae sunt scriptae p. m. Zachariae notarii et scriniarii S. R. E. (2904)
Pauli scriniarii secundicerii s. sed. ap. (2952)
datae p. m. Anastasii bibliothecarii s. sed. ap. (2904).

**867.**

Nov. — In ecclesia S. Mariae ad praesepe — Eligitur. Vita Hadriani in Vignolii lib. pontif. III. 223. Cf. Papencordt Gesch. d. Stadt Rom p. 164, quem sequitur Dümmler Ostfr. R. I. 662.

„ — Ad palatium — (Lateranense) perducitur. Vita Hadriani l. l.

Dec. 14. — In ecclesia S. Petri — Consecratur „dominico, XIX. kal. Ianuar." Vita Hadriani p. 225. Cf. Hincmari Annal. 867 MG. SS. I. 476: „Successit Adrianus papa electione clericorum et consensu Hludovici imperatoris in pontificatu". Cf. Dümmler l. l.

„ 14. — „ — Theutgaudo, archiepiscopo Trevirensi, Zachariae, episcopo Anagnino, et Anastasio „ecclesiasticam communionem" reddit. Vita Hadriani p. 226. Cf. Dümmler l. l. p. 664, Hefele IV. 308.

„ 14. — Ad patriarchium — (Lateranense) revertitur. Vita Hadriani p. 227.

2889 (2187) *Dominicum (Triventinum) et Grimoaldum (Polymarticensem) episcopos, „quos papa Nicolaus in Bulgariam ire praeceperat et a se in ipso articulo sui discessus absolverat, quique ire distulerant, eadem fungentes legatione dirigit, et quasdam epistolarum, quas ille mittendas delegerat, suo nomine titulari praecipit". Vita Hadriani p. 227.

2890 (2188) *Ludovicum II. imperatorem „multis epistolarum documentis" rogat, ut Gauderico Velitrensi et Stephano Nepesino episcopis et Iohanni Hymmonidi (al. Simonidi) exsulantibus reditum concedat. Vita Hadriani p. 227 et 228.

2891 *Lothario regi rescribit de Theutberga, respondens epistolae eius ap. Bouquet Rec. VII. 570. Vide Reginonis Chr. a. 868 MG. SS. I. 579 et A. Lapôtre Revue des questions hist. 1880 tom. 27 p. 393.

**868.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, imp. Ludovico a. 19, post cons. eius 18.)*

2892 (2189) Lothario regi significat, Theutbergam de divortio postulasse Romae; sed domum redire iussam a se esse, quia rem tantam nisi in synodo non diiudicandam putasset. Monet, ut eam interim aut pro uxore tractet, aut promissis abbatiis muneretur. Sirmond Conc. Gall. III. 371, Bouquet VII. 439, Mansi XV. 833, Migne 122 p. 1259. Cf. Hincmari Annal. 867 MG. SS. I. 476. Vide Dümmler Ostfr. R. I. 666, qui annum 867 in ed. 1 huic ep. adscriptum laudat et A. Lapôtre l. l. in reg. 2891, qui sagaciter eam ad annum 868 ineuntem posuit. — „Quia beato Petro".

2893 (2190) Adonis, archiepiscopi Viennensis, litteris, ad Nicolaum missis, respondet. Laudat eum „de admonitione, quam per Waltarium comitem circa gloriosum regem Hlotharium exercuerit", et quod, „insidias lupi praecavendas esse, adhortatus sit". (Fragmentum.) Mansi XV. 860, Migne 122 p. 1261. — „Legatus eum".

Febr. 2. — 2894 (2191) Episcopos synodi Tricassinae laudat, actaque confirmat. Vulfado, archiepiscopo Bituricensi, pallium concedit. Nicolai nomen „in codicibus vel diptychis

**868.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, imp. Ludovico a. 19, post cons. eius 18.)*

ecclesiarum scribi et inter sacra missarum impraetermisse recitari" iubet; et decreta eius contra Graecos tuetur. Mansi XV. 821, Migne 122 p. 1261. — „Legationis vestrae".

Febr. 12. „Sexta feria septuagesimae quosdam „famulos domini, videlicet Hierosolymitanos, Antiochenos, Alexandrinos ac Constantinopolitanos, quorum aliqui legationibus mundi principum fungebantur", in eam voluntatem adducit, ut Nicolai I. memoriam laudibus prosequantur. Vita Hadriani p. 229.

„ 12. 2895 (2192) Ludovicum (Germanicum) regem ab invadendo Lotharii regno dehortatur, ne in discordiam incurrat cum Ludovico imperatore, Saracenos ecclesiae causa bello persequente. Sirmond Conc. Gall. III. 370, Bouquet VII. 442, Mansi XV. 829, Migne 122 p. 1263. — „Inter exordia".

2896 (2193) *Carolo (Calvo) regi praecipit, „ut regno Hludovici imperatoris ac regno Lotharii nullam molestiam ingerat". Hincmari Annal. 868 p. 477.

2897 (2194) Waldradae scribit, eam, quoniam ad bonam frugem se recepisset, petente Ludovico imperatore, et excommunicatione et anathemate solutam esse, ea lege, ut in reliquum societatem Lotharii regis omnino vitaret. Sirmond Conc. Gall. III. 373, Bouquet Rec. VII. 441, Mansi XV. 834, Migne 122 p. 1265. — „Nemo plane".

„ 12. 2898 (2195) Archiepiscopis et episcopis, in regno Ludovici Germanici regis constitutis, Waldradam, quae ad virtutem rediisset, absolutam esse, nunciat. Sirmond Conc. Gall. III. 373, Bouquet Rec. VII. 441, Mansi XV. 835, Migne 122 p. 1266. — „Sicut obstinatis".

2899 (2196) *Episcopos regni Caroli Calvi de Waldradae absolutione certiores facit. Hincmari Annal. 868, MG. SS. I. 477.

2900 (2197) *Episcopis regni Lotharii significat Waldradam absolutam esse. Hincmari Annal. 868. l. l.

2901 (2198) *Lothario regi respondet, „sedem s. Petri semper paratam esse, dignam satisfactionem suscipere, nec quod divinae humanaeque leges iuste decernant, unquam repulisse; itaque si se immunem ab obiectis sciat, cum omni fiducia sedem apostolicam adeat, ut expetitam benedictionem percipiat; si autem culpam recognoscat, nihilominus absque haesitatione venire festinet, condigna poenitentiae remedia suscepturus". Vide Reginonis chron. 868 MG. SS. I. 579 et Dümmler Ostfr. R. I. 668.

„ 23. 2902 (2199) Caroli (Calvi) regis litteris, per Actardum, „quondam Namneticae urbis" episcopum, ad Nicolaum missis, respondet. Ebonis, quondam archiepiscopi Remensis, causam Deo permittit. Vulfadum, Bituricensem archiepiscopum, pallio donatum nunciat. Actardi vicem luget, additque haec: „Si eius ecclesia (Namneticensis) funditus diruta et per nonnulla curricula iam in solitudinem redacta esse dignoscitur, paganis videlicet non solum transitum, sed etiam stationem ibidem facientibus, ac per hoc depopulatis undique locis habitatore carentibus, sublatis etiam a Britonibus, si quae remanserant, rebus: aliam ei vacantem dumtaxat concedendam decrevimus". Eundem et diligentissime commendat, et pallio a sese ornatum esse scribit. Mansi XV. 824, Migne 122 p. 1266. — „Actardus venerabilis".

2903 (2200) Episcopis synodi Suessionensis, superiore anno celebratae, significat, quid de Actardo Namneticensi episcopo, ab iis commendato, ad Carolum (Calvum) regem scripserit. Cuius rationibus ut sedulo consulant, hortatur. Morice Mém. de Bret. I. 326, Mansi XV. 823, Migne 122 p. 1269. — „Inter cetera, quae".

„ 25. 2904 (2201) Actardo, episcopo Namneticensi, pallium concedit. Morice Mém. de Bret. I. 325, Mansi XV. 828, Migne 122 p. 1271, Bull. Rom. E. T. I. 331. — „Si secundum".

Mart. 8. 2905 (2202) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, scribit, ab Arsenio (Hortensi) et Actardo (Namneticensi) episcopis et a „dilectissimo suo" Anastasio, s. sedis apostolicae bibliothecario, se de eius virtutibus eruditum esse. Decessorum suorum, Benedicti et Nicolai, de Lothario rege decreta servari iubet. Actardum commendat. Sirmond Conc. Gall. III. 367, Mansi XV. 826, Migne 122 p. 1272. Cf. Flodoardi Hist. Rem. III. c. 21. MG. SS. XIII. 515. — „Licet frequens".

„ 8. 2906 (2203) Herardum, archiepiscopum Turonensem, hortatur, ut Actardo, episcopo Namneticensi, monasterium quod olim tenuerit, iterum concedat. De privilegiis Turo-

| | | |
|---|---|---|
| | | **868.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, imp. Leone a. 19, post cons. eius 18.)* |
| | | nensibus se „Salomoni duci et populo Britannorum" scripsisse, nunciat. Martene Thes. III. 865, Morice Mém. de Bret. I. 324, Mansi XV. 827, Migne 122 p. 1273. — „Miserias et diras". |
| Mart. 10. | | „Quarta feria post initium quadragesimae factione Arsenii, filius eius Eleutherius filiam Adriani papae, ab alio desponsatam, dolo decepit et rapuit, sibique coniunxit; unde idem papa nimium est contristatus". Hincmari Annal. 868 p. 477. |
| Mai. 8. | | 2907 (2204) Adoni, archiepiscopo Viennensi, ad Nicolai decreta omnino servanda hortanti laudem tribuit. Sed addit, lenitate perficienda esse, quae ille severe inchoaverit. Mansi XV. 859, (cf. XVI. 123), Migne 122 p. 1274. — „Epistolam sanctitatis". |
| Aug. 1. | | 2908 (2205) Basilium imperatorem, quod, Photio remoto, Ignatium, patriarcham Constantinopolitanum, restituerit, collaudat. Hortatur, ut eius socios quoque expulsos revocet; nominatimque Theognostum (al. Theodosium) exarchum commendat, qui Romae per septennium exsulaverit. Mansi XVI. 120, cf. ibid. p. 370, Migne 122 p. 1276. — „Quoniam tranquillissime". |
| „ 1. | | 2909 (2206) Ignatium, patriarcham Constantinopolitanum, quod de recepto munere nihil sibi significaverit, amice obiurgat. Pollicetur, eum sociosque curae sibi fore. Theognostum exarchum laudat, idque addit „si ad apostolicam sedem quosdam mittere disposueris, hunc specialiter volumus prae ceteris mitti". De statu ecclesiae eius certior quamprimum fieri cupit. Euthymium spatharium commendat, „qui" inquit „Romam imperialem ferens legationem, primus nobis de fraternitate vestra, quod semper optavimus, annunciavit". Mansi XVI. 121, cf. p. 370, Migne 122 p. 1277. — „Convenerat sanctitatem". |
| | | 2910 (2207) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, scribit, Hincmarum, episcopum Laudunensem, Romam petere cupientem, a sese exspectari. Cuius iter ante kalendas Augustas iniri praecipit. Northmannum, nisi, quas occupaverit, res ecclesiae Laudunensis restituat, excommunicari iubet; itemque ipsum Hincmarum Laudunensem ait excommunicatum iri, si a proposito Romam veniendi declinaverit. Mansi XV. 836, Migne 122 p. 1280. — „Illustrem Hincmarum". |
| | | 2911 (2208) Carolo (Calvo) regi de Hincmaro, episcopo Laudunensi, ut in superiore epistola scribit. Haec addit: „Sicut gaudemus, cum serenitatem tuam erga statum ecclesiasticum liberalem audimus, sic nimirum, cum eam in aliquo distrahentem comperimus, tota valetudine constristamur." (Cf. Hincmari Annal. 868 p. 480, et Conc. Duziacense ap. Mansi XVI. 579 et 651.) Mansi XV. 836, Migne 122 p. 1281. — „Illustrem Hincmarum". |
| | | „Eleutherius (Arsenii filius), consilio ut fertur fratris sui Anastasii, quem bibliothecarium Romanae ecclesiae in exordio ordinationis suae Adrianus constituerat, Stephaniam, uxorem ipsius pontificis, et eius filiam, quam sibi rapuit, interfecit". Hincmari Annal. 868 l. l. |
| Oct. 12. | Apud sanctam Praxedem | 2912 (2209) Synodus, in qua Anastasius, quondam cardinalis presbyter tit. b. Marcelli, iterum excommunicatur et anathematizatur. Hincmari Annales 868 p. 479, Mansi XIV. 1028, Bull. Rom. E. T. I. 332. — „Omni Dei ecclesiae". |
| | | **868. 869.** |
| | In secretario S. Mariae maioris | A Basilio spathario, Basilii imperatoris legato, et a Iohanne, metropolita Pergae Pamphiliae (non Caesareae Cappadociae), legato Ignatii, patriarchae Constantinopolitani, dona litterasque accipit. Vita Hadriani p. 234. |
| | | **869.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3.)* |
| paulo ante Iun. 10. | In ecclesia b. Petri | Concilium episcoporum 30, in quo 1) concilium Constantinopolitanum, a Photio et Michaele imperatore m. Ianuario a. 867 celebratum, damnatur, universaque actorum concilii eiusdem exempla igni addicuntur; 2) duo conventicula contra Ignatium patriarcham habita devoventur; 3) Photius damnatur et anathematizatur; 4) qui concilio illi subscripserant, si resipuerint, ecclesiae communione donantur; Basilius in catholicorum et piorum Augustorum numerum refertur; 5) qui actorum damnatorum exempla servaverint, anathematizantur. (In errore versatur Mansi XV. 882. 886, qui hoc concilium ante m. August. a. 868 habitum esse coniicit ex Hadriani epistolis die 1. Aug. 868 datis, in quibus ne tenuissima quidem concilii significatio invenitur. |

**869.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3.)*

Ceterum illo die neque dum litterae, neque legati ab Ignatio Romam pervenerant, ut patet ex ep. 2907, at huius concilii actis subscripsit Iohannes, archiepiscopus Pergae Pamphiliae, Ignatii legatus. Binae, quae sequuntur litterae et concilii aetatem evidenter demonstrant, et unde factum sit, ut legati [iam die 11. Dec. a. 867, vide Basilii ep. ap. Mansi XVI. 47] ad Nicolaum missi, Roma m. Iunio a. 869 demum excederent.) Acta concilii ap. Mansi XVI. 122-131, (allocutio Hadriani ab Iohanne archidiacono relecta ap. Migne 122 p. 1278). Cf. Vitam Hadriani p. 237. 238, Dümmler Ostfr. R. I. 690, Hefele IV. 374, Hergenröther Photius II. 36 sqq.

Iun. 10. — 2913 (2210) Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, restitutionem gratulatur, consulentique respondet, Nicolai decreta rata maneant oportere. Iubet igitur Photium Gregoriumque Syracusanum exemptos de episcoporum numero haberi, et eos, qui a Photio ordinati sint, in his Paulum quoque, archiepiscopum Caesariensem, removeri, quique consecrationem a Methodio patriarcha et Ignatio acceperint, restitui. Statuta synodi, in ecclesia b. Petri a sese celebratae, promulgari praecipit, et concilio Constantinopoli habendo roborari. Iohannem, metropolitam Sylaei (Pergae Pamphiliae archiepiscopum), Ignatii legatum, qui „pericula infinita non solum per mare sed et per aridam gradiendo (Romam iter faciens) sustinuerit“, diligenter commendat. Mansi XVI. 50, cf. ibid. p. 327, Migne 122 p. 1282. — „Nec scriptura“.

2914 (2211) Basilio imperatori de restituto Ignatio praeconium tribuit. De ecclesiae Constantinopolitanae sacerdotibus secundum Nicolai decreta tractandis mandatum et Ignatio et legatis suis esse scribit, seque, reversis legatis, clementia usurum. Frequens concilium haberi iubet, in quo et acta concilii, adversus sedem Romanam celebrati, crementur, et suae synodi, in ecclesia b. Petri peractae, decreta confirmentur. Repetit quosdam monachos fugitivos. Legatos suos, Donatum Ostiensem et Stephanum Nepesinum episcopos et Marinum, apostolicae sedis diaconum „filium meum“ benigne excipi cupit. Commendat Iohannem, metropolitam Sylaei (Pergae Pamph. archiepiscopum), Ignatii legatum, et Basilium, imperialem spatharium, qui missi ad Nicolaum I., „tanta postquam illinc (Constantinopoli) profecti sint, offendicula pertulerint, ut nullum properantes pene periculorum, quae Paulus in epistolis suis dinumeret, evasisse videantur“, eosque insuper „diutissime“ Romae moratos excusat. Mansi XVI. 20, cf. ibid. p. 311, Migne 122 p. 1285. — „Legationis excellentiae“.

2915 (2212) *Ignatium, patriarcham Constantinopolitanum, hortatur, ut se „ab omni Bulgariae ordinatione immunem, nullum suorum illuc mittendo, custodiat“. Vita Hadriani p. 250.

Iul. 1. — In ecclesia S. Salvatoris monasterii S. Benedicti in Cassino — Praesente Engelberga imperatrice, Lothario regi „missam cantat, et sacram communionem hac conniventia ei donat, si, postquam Nicolaus papa Waldradam excommunicavit, nullum cum ea contubernium vel carnalis copulae mercimonium, quin nec conloquium quoddam habuerit“. Simul Lotharii „fautores cum eo ab ipso papa percipiunt communionem, inter quos et Guntharius (Coloniensis; cf. epist. eius ap. Floss Papstwahl Urk. p. 69) communionem inter laicos ab eodem Adriano papa accipit“. Hincmari Annal. 869 MG. SS. I. 481. Cf. Reginonis chron. 869 ibid. p. 580. (Orationem quam Muratori R. It. SS. II. II. 136 anno 864 perperam tribuit, Mansi XV. 890 recte huc referre videtur, ut putat Jaffé in ed. 1, qui prosequitur: eamque arbitror ab ipso Hadriano dictam esse. In hanc opinionem cui oblocutus est, levibus argumentis nisus Hefele IV. 307. 312, consenserunt Dümmler Ostfr. R. I. 579. 678 et Maassen, qui primus Sitzungsber. d. Wien. Ak. 1882 tom. 72. p. 521 orationem integram edidit. Sed novissime A. Lapôtre Revue des quest. histor. l. l. p. 377 sqq. exposuit, tunc in monasterio Casinensi concilium non celebratum esse, ideoque orationem in concilio manifeste habitam huc referri non posse.)

» 11. — In palatio Lateranensi — Prandet cum Lothario rege, qui, „datis muneribus in vasis aureis et argenteis, obtinet, ut ei ipse pontifex lacenam et palmam ac ferulam det“. Hoc actum esse scripsit Hincmarus in Annal. 869 p. 482: „secunda feria“, quibus verbis significari dies 11. m. Iulii videtur. (In Annal. Ottenburanis 869 MG. SS. V. 3 Lotharius legitur „Romae ab Adriano papa damnatus esse“.)

2916 (2213) *Episcopos quatuor ex regno Ludovici (Germanici), totidemque ex Caroli (Calvi) et quosdam ex Lotharii ad synodum die 1. m. Martii Romae celebrandam venire iubet; „ut quae in synodo vel examinanda vel gerenda forent, in personis

**869.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3.)*

aliorum (episcoporum) confirment tam ex Occidentalibus, quam ex Orientalibus, unde missos suos, nuper Constantinopolim pro contentione, quam Orientales cum Nicolao papa habebant, missos, tunc venturos sperat". Hincmari Annales 869 p. 482.

Michaele, Bulgarorum rege, per Petrum legatum (qui una cum Formoso Portuensi et Paulo Populoniensi episcopis Romam venerat) petente, „ut aut Marinum diaconum sibi archiepiscopum consecratum mittat, aut aliquem ex cardinalibus Bulgaris eligendum dirigat", pro Marino „Constantinopolitanum missaticum sortito" Silvestrum subdiaconum mittit. Vita Hadriani p. 252.

Sept. 5. 2917 (2214) Duces, comites et ceteros primates regni Caroli (Calvi) monet, ut regem et eius filios ab occupando Lotharii regno dehortentur, quod hereditario iure ad Ludovicum II. imperatorem, ecclesiae Romanae contra Saracenos defensorem, redierit. Qui regi secus suaserint, iis anathema minatur. Paulum et Leonem episcopos, legatos suos, commendat. Sirmond Conc. Gall. III. 380, Bouquet Rec. VII. 447, Mansi XV. 839, Migne 122 p. 1291. — „Omnes quidem".

„ 5. 2918 (2215) Episcopis regni Caroli (Calvi) mandat, laborent, ut rex ab irrumpendo Lotharii regno abstineat. Paulum et Leonem episcopos commendat. Sirmond Conc. Gall. III. 381, Mansi XV. 841, Migne 122 p. 1293. — „Inter exordia".

„ 5. 2919 (2216) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, vigilare iubet, ne quis in Lotharii regnum, heredium Ludovici II. imperatoris, irruat. Paulum et Leonem commendat. Sirmond Conc. Gall. III. 382, Mansi XV. 842, Migne 122 p. 1294. — „Sanctimonia tua".

(„ 5.) 2920 *Carolo Calvo regi interdicit, ne regnum quondam Lotharii, quod Ludovico hereditario iure debeatur, invadat. Vide Hincmari Ann. a. 869, Dümmler Ostfr. R. I. 725.

(„ 5.) 2921 (2217) Omnes primates et comites „regni domni Hlotarii, quondam magni imperatoris et genitoris domni Hludowici imperatoris", sub excommunicationis et anathematis poena hortatur, ut in Ludovici II. imperatoris fide permaneant, cui regnum Lotharii, regis defuncti, hereditario iure obvenerit. Sirmond Conc. Gall. III. 379, Bouquet Rec. VII. 446, Mansi XV. 837, Migne 122 p. 1295. Cf. de tempore huius ep. Dümmler Ostfr. R. I. 726. — „Perfectae procul".

2922 (2218) *Episcopis Galliarum praecipit, „ut non alios ordinent episcopos, nisi quibus (Ludovicus II.) imperator episcopatum concedat et ordinari mandet". Hugonis Flav. chron. MG. SS. VIII. 354.

2923 (2219) *Gerardo duci, Rofrido comiti, et omnibus Galliarum comitibus scribit, „ut nullius hominis favore vel gratia permittant alios viros ecclesiastici ordinis in episcopiis totius Galliae et Burgundiae consecrare episcopos, nisi quos Ludovicus imperator iubeat". Hugonis Flavin. chron. l. l.

2924 Rostislavo et Kocelo commendans Methodium, scribit haec de eo et Constantino: „Non apud hunc episcopalem thronum tantum rogastis doctorem, sed etiam ab orthodoxo imperatore Michaele, misitque vobis beatum philosophum Constantinum cum fratre, cum nobis occasio deesset. Illi vero iure sedis apostolicae in vestras partes cognito, contra canonem nihil fecerunt, sed ad nos venerunt S. Clementis reliquias ferentes. Nos autem triplici gaudio repleti statuimus re considerata Methodium in partes vestras mittere filium nostrum, postquam eum cum discipulis ordinavimus, virum perfectum intellectu et orthodoxum, ut vos edoceret, quemadmodum rogastis libros in vestram linguam interpretans secundum omnia ecclesiae praecepta plene cum sancta missa, id est cum liturgia et baptismo, sicuti Constantinus philosophus divina gratia et S. Clementis invocatione coepit". „Hunc unum servate morem, ut in missa primo legant apostolum et evangelium Romane, dein Slovenice." Excommunicat eos qui vituperant litteras linguae eorum. Vita Methodii c. 8 ed. Dümmler p. 15 (Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsqu. XIII.), cf. de tempore huius ep. ibid. p. 37, (Erben Regesta Bohemiae I. 14). — „Audivimus de vobis" („Gloria in excelsis").

2925 (2220) *Michaeli, Bulgarorum regi, (qui „magna sub velocitate" Silvestrum diaconum „cum Leopardo Anconitano et Dominico Tarvisiensi episcopis, simul et litteras, pro archiepiscopo aut Formoso, Portuensi episcopo, remittendo importunissime deprecantes", remiserat) respondet, quemcunque nominatim devotio regalis expresserit,

**869.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3.)*

cum sine dubio pontificalem provisionem Bulgaris archiepiscopum commodaturam". Vide Vitam Hadriani p. 253.

**870.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4.)*

Iun. 27. — 2926 (2221) Carolum (Calvum) regem castigat, quod, neglecto iureiurando, Lotharii regnum invaserit, sedisque apostolicae legatos contempserit. Occupata ut relinquat, hortatur. Legatos suos, Iohannem, Petrum, Wibodum, Iohannem episcopos et Petrum presbyterum commendat; quibus occulta quaedam mandata a sese data esse nunciat. Sirmond Conc. Gall. III. 387, Bouquet Rec. VII. 448, Mansi XV. 843, Migne 122 p. 1297. Cf. Baxmann Politik d. Päpste I. 349. — „Sacrorum itaque".

„ 27. — 2927 (2222) Archiepiscopis et episcopis regni Caroli (Calvi) mandat, hortentur regem, ut de regno Lotharii desistat. Legatos suos commendat. Sirmond Conc. Gall. III. 389, Bouquet Rec. VII. 450, Mansi XV. 845, Migne 122 p. 1299. — „Nuper apostolatus".

„ 27. — 2928 (2223) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, segnitiae accusat, hortaturque, operam det, ut Carolus (Calvus) rex de Lotharii regno recedat. Legatorum commendationem addit. Sirmond Conc. Gall. III. 390, Mansi XV. 846, Migne 122 p. 1301. — „Si beneficiorum".

„ 27. — 2929 (2224) Optimates regni Caroli (Calvi) monet, inducant regem, ut Lotharii regno parcat. Legatos commendat. Sirmond Conc. Gall. III. 391, Mansi XV. 847, Migne 122 p. 1302. — „Nuper apostolatus".

„ 27. — 2930 (2225) Ludovicum (Germanicum) regem collaudat, quod, pace cum Ludovico II. imperatore servata, spretoque Caroli (Calvi) regis exemplo, ab invadendo Lotharii regno temperaverit. Suos imperatorisque legatos commendat. Carolum, nisi ex occupato regno discedat, non impunem fore, ostendit. Reprehendit Ludovicum, quod ecclesiae Coloniensi, non exspectato „apostolicae sedis iudicio atque consultu", praefici episcopum (Willibertum) siverit; quem Romam mitti iubet. Floss Papstwahl u. d. Ott. Urk. p. 89, Sirmond Conc. Gall. III. 392, Bouquet Rec. VII. 451, Mansi XV. 848, Migne 122 p. 1303. — „Sicut saepe".

„ 27. — 2931 (2226) Archiepiscopos et episcopos regni Ludovici (Germanici) regis hortatur, ut regi suadere pacem cum imperatore pergant. Commendat legatos suos, Iohannem, Petrum, Wibbodum et Iohannem episcopos et Petrum „presbyterum cardinis sui". Floss Papstwahl u. d. Ott. Urk. p. 92, Sirmond Conc. Gall. III. 393, Bouquet Rec. VII. 452, Mansi XV. 849, Migne 122 p. 1305. — „Gratias agimus".

Iul. 15. — 2932 Ludovico (Germanico) per legatum eius respondet, se precibus eius obsequentem Williberto Coloniensi archiepiscopo pallium directurum esse, „si modum Williberti substitutionis, licet auctoritas sedis suae crebro Coloniae archiepiscopum consecrandum delegerit, utcumque sciremus". Cum per legatos suos de modo substitutionis Williberti certior factus fuerit, pallium sine cunctatione promittit. (Fragmentum in ep. Ludovici ad Hadrianum ap. Floss Papstwahl u. d. Ott. Urk. p. 85 asservatum.) Cf. supra reg. 2930. — „Dilectionis vestrae".

2933 (2227) *Sclavos hortatur, ut, quos ceperint, Constantinopoli redeuntes sedis apostolicae legatos (Donatum Ostiensem, et Stephanum Nepesinum episcopos ac Marinum diaconum) dimittant. Vita Hadriani p. 251.

2934 (2228) *Sergium ducem, et clerum populumque Neapolitanum binis litteris hortatur, ut Athanasium episcopum recipiant; quod nisi fecerint, fore ut anathematizentur. Vita S. Athanasii MG. SS. Lang. p. 447, Acta SS. Iulii T. IV. 83, Muratori R. It. Scr. II. II. 1062.

Dec. 22. — Romae — Relationem legatorum suorum, Constantinopoli reversorum, audit „XI. kal. Ianuar. ind. IV." Vita Hadriani p. 251.

**867—871.**

2935 (2229) Carolum (Calvum) regem hortatur, ut aut Herlefrido presbytero, per Erpuinum, episcopum (Silvanectensem), deiecto, ecclesiam reddat, donec illius causa in Hincmari, archiepiscopi Remensis, synodo diiudicetur, aut Erpuinum episcopum Romam mittat. Mansi XV. 837, Migne 122 p. 1305. — „Quod praesentem".

**871.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5.)*

Mart. 25. 2936 (2230) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, incusat, quod eius incuria „multa reprehensione dignissima ab eius comprovincialibus convalescant". Ad opprimenda vitia convocari synodum iubet. (Hanc ep. et seq. reg. 2938 Ansegis Senonensis archiepiscopus attulit.) Mansi XVI. 582, Migne 122 p. 1306. — „Fidelium relatione".

2937 (2231) *Hincmaro, archiepiscopo Remensi, mandat, ut de Trisingi presbyteri causa sibi accurate scribat. Vide Hincmari responsum ap. Mansi XVI. 686.

(„ 25.) 2938 (2232) Hincmaro, episcopo Laudunensi, qui adhuc Romam adire neglexerit, praecipit, ut „metropolitano suo (Hincmaro, archiepiscopo Remensi) per omnia secundum canones subiectus existat; salvo dumtaxat apostolicae sedis synodico proclamandi iudicio". Mansi XVI. 660, Migne 122 p. 1306. — „Sollicitudine pastorali".

2939 *Carolum (Calvum) regem graviter accusat, quod contra Hincmarum Remensem archiepiscopum, tyrannice egerit. Mandat sub interpositione excommunicationis, ut Hincmarum ab itinere Romano non prohibeat, eo absente possessiones ecclesiarum eius tueatur, nuntiosque eius benigne accipiat. Vide Caroli responsum c. 4 ap. Delalande Conc. Gall. suppl. p. 206. 265. 267, Dümmler Ostfr. R. I. 767.

Iul. 13. 2940 (2233) In Carolum (Calvum) regem invehitur, quod „etiam bestiarum feritatem excedens, contra Carolomannum filium saevire minime vereatur", et excommunicationem eidem meditetur. A quo appellatam sedem apostolicam esse nunciat. Itaque, quoad legati sui advenerint, in „pristina beneficia et honores" restitui illum iubet. Sirmond Conc. Gall. III. 395, Bouquet Rec. VII. 452, Mansi XV. 850, Migne 122 p. 1307. — „Inter cetera".

„ 13. 2941 (2234) „Comites et ceteros fideles, in regno Caroli (Calvi) et in regno quondam Lotharii regum constitutos", cum Carolo ferre arma contra Carolomannum sub excommunicationis et anathematis poena vetat. Sirmond Conc. Gall. III. 395, Bouquet Rec. VII. 453, Mansi XV. 851, Migne 122 p. 1307. — „Auditui nostro".

„ 13. 2942 (2235) Archiepiscopis et episcopis, „in regno Caroli (Calvi) et in regno quondam Hlotharii regum" constitutis, ne Carolomannum, Caroli filium, excommunicent, interdicit. Sirmond Conc. Gall. III. 396, Bouquet Rec. VII. 453, Mansi XV. 851, Migne 122 p. 1308. — „Praesulatus nostri".

Nov. 10. 2943 (2236) Basilii, Constantini et Leonis imperatorum religionem laudat. Queritur, legatos suos, sine praesidio Constantinopoli dimissos, in itinere despoliatos esse. Ab Ignatio, patriarcha Cpolitano consecratum Bulgaris antistitem esse, indignatur. Quod contra Nicolai suaque decreta petierint, concedendum non putat. Mansi XVI. 206, Migne 122 p. 1309. — „Lectis excellentis".

2944 (2237) Ignatium, patriarcham Constantinopolitanum, vituperat, quod et Bulgaris antistitem consecraverit, et diaconos ex laicis fecerit. (Fragmentum.) Mansi XVI. 414, Migne 122 p. 1311. — „Ἔγραψας, ἵνα" „Scripsisti, ut".

Dec. 26. 2945 (2238) Ad synodi Duziacensis litteras respondet. Actardum (episcopum Nannetiœensem) confirmat archiepiscopum Turonensem. Hincmari, episcopi Laudunensis, damnationem improbat, eumque cum uno ex adversariis Romam venire iubet. Sirmond Conc. Gall. III. 397, Mansi XV. 852, Migne 122 p. 1312. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 782. — „Caritatis vestrae".

2946 (2239) Carolo (Calvo) regi, convicia apostolica aegre ferenti, patientiam suadet; „scire vos decet" inquit „quia pro vestri salute talia monita venire videntur; ideo magis omnipotenti Domino immensas gratias agere, nobisque gratanter debetis praebere obsequium et non reprehensionis vel murmurationis (im)modicae verba dirigere". De Hincmaro Laudunensi et Actardo Turonensi eadem, quae superiore epistola, significat. Hortatur, ut ecclesiae Turonensi, a paganis despoliatae, subveniat, „ut non vocetur, ut antiquitus, Caesarodunum ulterius, sed Karolidonum in perpetuum". Sirmond Conc. Gall. III. 400, Bouquet Rec. VII. 455, Mansi XV. 855, Migne 122 p. 1315. — „Laudabilis caritatis".

**867—872.**

Oct. 15. †2947 (CCCXLVII) Monasterium SS. Stephani et Viti Corbeiense (dioec. Paderbornensis) tuendum suscipit, et eius bona confirmat, petente Adalgario abbate. („Scriptum p. m. Stephani notarii camerae s. R. E. imperante Ludovico imp. a. 18. et post cons.

**867—872.**

eius a. 24. mense Oct. ind. 6. B. V. Data id. Oct. p. m. Sergii primicerii defensorum s. s. apost.") Erhard Regesta Hist. Westph. I. cod. dipl. p. 23, Falke Cod. trad. Corb. p. 734, Schaten Ann. Pad. I. 171, Migne 129 p. 1018. Cf. Wilmans Kaiserurk. d. Prov. Westf. I. 185 et iterum eiusdem argumenta pro fide huius ep. in Archival. Zeitschr. (ed. v. Löher) III. 34. Non aliter iudicat Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 151. 152. Interpolatam tamen eam esse ab utroque conceditur. Vide diploma Ludovici a. 873 Iun. 16. ap. Wilmans Kaiserurk. I. 181, in quo iam ep. nostrae mentio fit. — „Convenit apostolico".

2948 (2240) B. Cathal. episcopo scribit de quodam matrimonio non dirimendo. Baluzii Misc. I. 402, Migne 122 p. 1318. — „Ad apostolicae sedis".

2949 Monasterii S. Bercarii Dervensis defensionem suscipit et possessiones confirmat. Ex Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze tom. 39. f. 6 dedit Löwenfeld. — „Quisquis cum dilectione".

†2950 (cccxlviii) Salomoni, Britanniae duci, brachium S. Leonis, et Festiniano episcopo (Dolensi) pallium mittit. Martene Thes. III. 866, Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 324 et 303, Migne 129 p. 1020. — „Sublimitas vestrae" „Largitas vestrae".

**872.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, imp. Ludovico a. 23.)*

Mai. 18. (Apud S. Petrum) Ludovico II. imperatori coronam imponit, qui „post celebrata missarum solemnia una cum eo ad Lateranense palatium cum pompa equitando coronatus pergit". Hincmari Annal. 872, p. 494. (Id temporis Ludovicum a iuramento, quod Adalgiso duci Beneventano praestiterat, per Hadrianum solutum esse, recte, opinor, censet Muratori Annali d'It. 872 [ita et Maassen Sitzungsber. d. Wiener Ak. 1878 tom. 91 p. 773]; licet de Iohanne VIII. agatur ap. Reginonem in chron. 872, MG. SS. I. 584. Cf. Hefele IV. 509, Gregorovius III. 186, Dümmler Ostfr. R. I. 779.)

2951 (2241) Carolum (Calvum) regem his „literis clandestinis" lenire summopere studet. „Confitemur devovendo", inquit „salva fidelitate imperatoris nostri, quia, si superstes ei fuerit vestra nobilitas, vita nobis comite, si dederit nobis quislibet multorum modiorum auri cumulum, nunquam suscipiemus alium in regnum et imperium Romanum, nisi teipsum; te optamus omnis clerus et plebs et nobilitas totius orbis et urbis non solum ducem et regem, patricium et imperatorem, sed in praesenti ecclesia defensorem et in aeterna cum omnibus sanctis participem fore". Addit de Actardo Turonensi et Hincmaro Laudunensi. (Per Actardum episcopum Turonensem allata.) Sirmond Conc. Gall. III. 401, Bouquet Rec. VII. 455, Mansi XV. 857, Migne 122 p. 1318. — „Literas vestrae".

Nov. 13. 2952 (2242) Iohanni, episcopo Aretino, ecclesiam S. Mariae Balneensem tribuit, ubi monasterium condatur, cuius privilegia constituit, in his istud: „Abbate ab hac luce migrante, successor ei de propria congregatione communi omnium consensu de eo dignus eligatur et ad nostram vel successorum nostrorum presentiam veniens consecrationis munus absque dilatione percipere mereatur, a quo tunc non maius, quam unius libre argenti exenium exigatur, ita sane, ut ab eis successoribusque eorum singulis quibusque indictionibus pensionis nomine et (?) rationibus ecclesiasticis viginti auri solidi Lucani difficultate postposita persolvantur". (Haec clausulae verba: „anno ab inc. Dom. 887" aliena manu addita sunt. Cf. Galletti Del. prim. p. 98. 99.) Mittarelli Ann. Cam. III. app. 1. — „Quoniam semper".

» †2953 (cccxlvi) Reinberti, archiepiscopi Hamburgensis, privilegia confirmat. („Scriptum p. m. Gregorii notarii atque scriniarii s. palatii in mense Nov. ind. 5. Data p. m. Iohannis cancellarii S. R. E. peractis missarum celebrationibus ante altare b. Petri.") Lappenberg Hamb. Urk. I. 31, Liljegren Dipl. Suec. I. 15, Diplomatarium Island. p. 37. Cf. Koppmann Zeitschr. d. V. f. Gesch. Hamburgs V. 546. — „Quoniam apostolicae".

Nov. Dec. Moritur inter d. 13. m. Nov. et d. 14. m. Dec., ut liquet ex ep. supra 2952 et ex Iohannis VIII. regestis.

# IOHANNES VIII. 872—882.

E registro Iohannis VIII. epistolae electae et in duas partes distinctae ita pontificatus eius annos complectuntur, ut pars prior indictiones 6—9 (i. e. Dec. 14. 872—Aug. 31. 876), pars altera indictiones 10—1 (i. e. Sept. 1. 876—Dec. 15. 882) contineat.

Epistolae electae primae partis nunc deperditae sunt. Sed in usum eas vocaverunt, qui collectiones canonum saeculo XI. XII. composuerunt: Deusdedit cardinalis, Auctor codicis Taurinensis 933 (E. V. 44), Ivo, Gratianus. Hi omnes inter decreta paparum epistolas Iohannis VIII. ex indictionibus 6—9 receperunt et ex eorum libris fragmenta sparsa primae registri partis colligimus. Paullo uberiorem seriem epistolarum eiusdem partis largitur Collectio Britannica (Codex Brit. Mus. Addit. 8873, de quo cf. quae supra monuimus ad regesta Gelasii I., Pelagii I., Leonis IV.), registri excerptum ampliori modo exscribens et, ut Neues Archiv V. 319 docuimus, ita fragmenta 55 epistolarum ex annis 873—875 comparans, ut ordo chronologicus plane servetur.

Epistolas ex secunda registri parte excerptas codex (R.) litteris Langobardicis saec. XI. scriptus et nunc in tabulario secreto Vaticano asservatus, quo ex monasterio Casinensi translatus est, ab interitu custodivit. Sunt 316 epistolae, quas primum a. 1591 Carafa in 'Epistolarum decretalium summorum pontificum' tomo III. 287—514 publicavit. Iteraverunt hanc editionem Bouquet, Mansi, Labbe, Coleti, Hardouin, quorum nulli codicem videre licuit. Carafa autem, epistolas quasdam omittens, nec accurate omnia legit, nec ordinem epistolarum ubique ad modum codicis redegit. Optime igitur hac re meruit qui codicem ipsum patefactis liberaliter tabularii Vaticani ianuis denuo adiens vitia primae editionis emendavit: Guido Levi, Archivio della Società romana di Storia patria IV. 161. (Cf. in Anal. iur. pont. 1869 Ser. X. parte 2 vol. V. p. 308 codicis lectiones quasdam a Philippo Rattier R. B. Petro Constant a. 1714 remissas.) Ceterum nobis in regestis conficiendis praesto fuit etiam collatio accuratissima totius codicis Vaticani, quam nuper Augustus Mau pro societate Monumentorum Germaniae confecit. His auxiliis muniti in ordinandis epistolis diligenter vestigia codicis Vaticani premimus, nec ratum habemus, quod Jaffé in ed. 1. suspicatus est, notam permultis epistolis ad calcem adnexam „Data ut supra" ex verbis „Data et cetera" corruptam esse. Haec notula, si ex registro authentico sine iudicio exscripta esset, levis momenti foret, quia si epistolam quandam cum temporis nota ornatam fragmentum nostrum non recepit, fieri posset, ut nota „Data ut supra" ad epistolam ibi non exstantem referenda esset. Sed mihi persuasum est, eum demum qui excerptum comparavit has notas addidisse. Codex ipse etiam docet, non librarii ipsius, sed alius auctoris aliusque manus esse temporis signa. Observamus igitur nisi ubi gravissimae rationes nos prohibent ut praecipue in indictione XI, cuius ordo valde est perturbatus, tempus quod nota „Data ut supra" indicat.

Annorum designandorum modus variat in bullis Iohannis VIII. Etenim quae vacante imperio (a die 12. m. Aug. ad d. 25. m. Dec. a. 875, et a d. 6. m. Oct. a. 877 ad d. 12. m. Febr. a. 881) scriptae sunt, praeter indictiones solius pontificatus annos continent (3020. 3176. 3182. 3186. 3189. 3200. 3230); ex ceteris aliae unius imperatoris (3022. 3052. 3053. 3104. 3109. 3111), aliae utriusque generis annos coniunctim praebent (3033. 3381).

Scriptae bullae sunt per manum
Pauli notarii et scriniarii S. R. E. (3020)
Benedicti notarii regionarii et scriniarii (3033)
Anastasii „ „ „ „ (3052. 3053. 3107. 3381)
Gregorii „ „ „ „ (3066. 3104. 3230)
Leonis „ „ „ „ (3109. 3110. 3111)
Georgii „ „ „ „ (3175. 3176. 3182. 3183. 3185. 3186. 3187. 3189).

Datae p. m.
Gregorii nomencimissi (l. nomenculatoris, missi) et apocrisiarii s. sed. ap. (3020 [cf. 3015])
Anastasii primiscrinii (3022)
„ bibliothecarii s. sed. ap. (3033. 3034. 3104)
Christophori primicerii s. summae sed. ap. (3052. 3053)
Iohannis episcopi, missi apocrisiarii s. sed. ap. (3109)
Leonis „ „ „ „ „ „ (3110. 3111)
Walberti humillimi episcopi s. Portuensis ecclesiae (2987. 3175. 3176. 3182. 3183. 3185. 3186. 3187. 3189. 3200. 3381.)
Zachariae episcopi s. ecclesiae Anagninae et bibliothecarii s. sed. ap. (3230).

## 872.

Dec. 14. „Substituitur" in locum Hadriani II. „19. kal. Ianuar." Hincmari Annales 872 MG. SS. I. 494.

## 872 Dec. 14. — 873 Mai.

2954 (2596) Bertari abbati (Casinensi) crimini dat, quod in epistola sibi directa „improbae vitae decessoris sui (Hadriani II.) deroget" et „ipsius quodammodo carnes rodat", de tanto pontifice talia perhibere praesumens et temere de eo, qui migravit ad Dominum, iudicare contendens. Addit haec: „Absit a piis mentibus, quid de tanti culminis pontifice sinistrum sentire, cum b. Ennodio confessore, Ticinensis urbis antistite, scribente doceamur, quia Deus omnipotens aut claros ad tanta fastigia

**872 Dec. 14. — 873 Mai.**

erigit, aut certe quos elegit illustrat". (Fragmenta.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 1, (Ivonis decr. IV. c. 102, Migne 126 p. 944). — „Epistola tuae" („Absit a piis").

2955 Suponem comitem valde precatur, „apud serenissimos filios suos magnos imperatores agat", ut Lunensis ecclesiae praesuli mortuo Waliarius, praesentium litterarum gerulus, episcopus Lunensis succedat. (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 2. — „Obiisse Lunensis".

2956 *Scribit „de eo, quod intercedunt pontifices Romani ad reges pro episcopis". Argumentum epistolae servavit index Coll. Brit. Vide coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 2*, Neues Archiv V. 299.

2957 *Scribit „de clamore Adelberti diaconi". Argumentum epistolae servavit index Coll. Brit. Vide coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 2**, Neues Archiv V. 299.

2958 Honoratum abbatem exhortatur, ut Sindulfum presbyterum et ministerialem cellae Modiani a regimine suspiciosae illius cellae propter periculum, sicut petierit, sequestret, et eum, ubi rationabilius et securius providerit, in ministerio fratrum constituat. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 3. — „Sindulfus presbiter".

2959 Devigili excommunicato opprobrio dat, quod „in contemptum sedis apostolicae missos eius, qui gloriosis regibus mitti decenter poterant, vilis homunculus et vix a Saracenis Amalfitanorum miseratione ad periculum, ut credit, Caietanorum redemptus, non solum iniuriis affecerit, verum etiam testamentum Dei, scilicet apostolicam epistolam, sacrilegus conciderit, et excommunicante sanctissimo papa anathema dicere canino gutture pervicacissimus praesumpserit". Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 4. — „Tu in contemptum".

2960 (2591) Marino et Pulchari praecipit, ut pro primitiis fidelitatis eorum milites robustissimos cum aliquibus navibus mittant ad comprehendendos Saracenos quadraginta, „qui dudum Graecorum nostrorum navibus in mare fugere, quique postea, terrestrium nostrorum militum exspoliati armis omnibus virtute, in montis Circei latibulis evaserunt". Quos adiuti pedestribus militibus suis capiant, cum ipse „pro tantillis Saracenis dromones suos fatigare noluerit". Si obediunt, promittit, se tributa, quibus se ultra consuetudinem praegravatos dicant, minuturum, et ut propriam S. Petri familiam eos terra marique tuiturum. (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 5, Ivonis decr. X. c. 68, Mansi XVII. 242, Migne 126 p. 942. — „Sed et primiciis".

2961 Karolum regem vituperat, quod „regnum piae recordationis Lotharii, quondam christianissimi principis, quod dilectissimo suo filio, piissimo imperatori Ludovico ex paterno vel fraterno iure debeatur, hactenus teneat". Eum monendum ducit, succedens in labore, cui successerit in honore (scil. Hadriano II.). Porro profitetur, si monita prolata spernat, se quae Hadrianus (II.) inceperit, nec tamen propter continuas infirmitates suas perfecerit, totis viribus consummare satagere. (Fragmenta.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 6. — „Avidius et" „Si quod non".

2962 Michaheli, regi Bulgariae, exponit, Deum licet universam ecclesiam sibi ut sponsam coniunxerit, tamen sedem Petri peculiarius noluisse habere maculam aut rugam. Haec addit „Si Graecorum perfidia sese a regione vestra, quae in nostra utique dioecesi posita est, ut antiqua scripta demonstrant, minime cohibuerit, scitote quia patriarcham Ignatium, qui sedis nostrae favore tronum recepit, denuo depositioni . . . submittemus et episcopos ac presbyteros Graecorum, qui illic inveniuntur, non solum depositioni, verum etiam et anathemati subigemus. Nam et ex maxima parte Photii dicuntur esse manus impositionis vel communionis et sensus, sed et vos tamquam apostatas et refugas et tergiversatores et vestrarum corruptores professionum una cum illis anathematis vinculis innodabimus". (Fragmenta. Particulam secundi fragmenti cum titulo: „Michaheli glorioso regi seu toti generalitati gentis Bulgaricae" recepit Deusdedit Coll. can. I. c. 192). Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 7, Miklosich und Racki Starine XII. 211. — „Scrutamini" „Si Graecorum".

2963 Iohanni, archiepiscopo Ravennati, scribit: „Mortuos suscitasse Christum legimus, in scelerum obstinationem labefactos absolvisse non legimus". (Fragmentum. Cf. Gelasii I. ep. supra reg. 622 Thiel I. 342.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 8. — „Mortuos suscitasse".

2964 Domagoi (duci Sclavorum) ad mentem reducit, „qualiter Graeca falsitas Bulgarorum sibi iure pertinentem patriam per Ignatium, quam recuperaverat, occupare non timuerit;

**872 Dec. 14. — 873 Mai.**

qui frequenter ob hoc excommunicatus non solum non quieverit, verum etiam illuc quendam scismaticum sub nomine archiepiscopi destinaverit". (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 9, Miklosich und Racki Starine XII. 212. — „Ad mentem reducimus".

2965 Sophonestae feminae, quae a marito defuncto heres relicta erat, interdicit, ne ad discidium patriae in eisdem domibus ac praediis alienigenas viros appetat. Cum epistolis apostolicis iam monita sit, decernit copulas contractas ab imperatore continuo dissociandas esse. Praecipit sub interpositione excommunicationis, ut „accepto viginti dierum spatio aut ex nostratibus cum consensu Orbinantium atque Callensium virum legitima foederatione suscipiat", aut „sub sacro velamine castimoniam carnis promittat", aut „cum his, quibus eam commiserit, in suam praesentiam veniat". Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 10. — „Multorum relatione".

2966 (2583) Angelbergae imperatrici scribit: „Siquidem cum virtute Dei melius, quam Kaietam, quae nostra sunt defendemus, et illorum in nullo penitus indigemus, dromones videlicet cum ceteris navibus construentes et cetera vasa bellica et apparatus, quin potius et ipsos animos hominum praeparantes et adversus hostiles incursus indesinenter armantes". (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 11, Ivonis decr. X. c. 69, Mansi XVII. 243, Migne 126 p. 939. — „Siquidem cum".

2967 (2590) Petro episcopo significat, si Deodatus et Gregorius ad sese non venerint, fore, ut anathematizentur, tabulaeque, illorum „scelera et excommunicationes et anathemata" significantes, „ante sanctissimam b. Petri apostoli imaginem" suspendantur. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 12, Ivonis decr. XIV. c. 66, Mansi XVII. 244, Migne 126 p. 941. — „Si Deodatus".

2968 (2586) Rostagno (al. Rostaino), archiepiscopo Arelatensi, scribit, eum, qui Attonis (Athonis, Aitonis) sponsam rapuerit, et ipsam sponsam, nisi ad Attonem redeat, excommunicandos esse. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 13, Ivonis decr. XIV. c. 64, Gratiani decr. C. XXVII. qu. 2. c. 47, Mansi XVII. 241, Migne 126 p. 940. — „Atto praesentium".

2969 (2391) Liutberto, archiepiscopo Moguntino, nuntiat, Engeltrudim, uxorem Bosonis, non solum excommunicatione, sed etiam anathemate crebro percussam esse. (Fragmentum, quod falso Jaffé in ed. 1 reg. 2391 ex ep. 130 Registri Ioh. VIII. sumptum esse censuit, ideoque cum hac ep. coniunxit. Vide Neues Archiv V. 296.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 14, Ivonis decr. XIV. c. 51, Gratiani decr. C. III. qu. 4. c. 12, Mansi XVII. 88, Migne 126 p. 959. — „Engeltrudim".

**873.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7.)*

Apud b. Petrum — Synodus, in qua haec sanciunt: „Ecclesiarum possessiones . . . nullus suppetere a Romano seu reliquis pontificibus praesumat, nisi personae, quas canonica sancit auctoritas". Vide Synodi Trecensis cap. 2 ap. Mansi XVII. append. p. 187.

(a. Mai. 14.) 2970 (2247) Ludovico (Germanico) regi exponit, „Pannoniam dioecesim ab olim apostolicae sedis fuisse privilegiis deputatam". „Nemo" inquit „de annorum numero resultandi sumat fomentum, quia s. Romanae ecclesiae privilegia nullis temporibus angustantur, nullis regnorum partitionibus praeiudicantur; sed et venerandae Romanae leges divinitus rerum eius praescriptionem non nisi post (per) centum annos admittunt". (Fragmenta. Cf. reg. 2976. n. 3.) Deusdedit Coll. can. I. c. 193, Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 15, Gratiani decr. C. XVI. qu. 3. c. 17, Timon Imago ant. Hung. p. 142, (Fejér C. D. H. I. 186, Boczek C. D. M. I. 34), Wattenbach Beiträge p. 49, Migne 126 p. 654. 659. — „Multis ac variis" „Nemo autem de annorum".

(„ „) 2971 (2258) Carolomanno, Ludovici (Germanici) regis filio, Methodium episcopum, restituto sedi Romanae Pannoniensium episcopatui praefectum, commendat. (Fragmentum.) Deusdedit Coll. can. I. c. 194, Timon Im. ant. Hung. p. 143, Fejér C. D. H. I. 196. — „Itaque reddito ac".

(„ „) 2972 (2592) Cozili comiti (principi Pannoniae) scribit, excommunicatione teneri eos, „qui uxores suas dimiserint, vel ad alias, illis viventibus, nuptias migraverint". (Fragmentum, quod cum alius epistolae eidem Cozili scriptae fragmento, reg. 2974, perperam in unam epistolam contraxit ed. 1.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 16, Ivonis decr. VIII. c. 222, Migne 126 p. 942, Wattenbach Beiträge p. 49, Boczek C. D. M. I. 36, (ubi verba: „Ex concilio III. ap. Ravennam" perperam addita sunt). — „Porro eos qui".

**873.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7.)*

(a. Mai. 14.) 2973 (2259) Montemero, duci Sclavoniae, scribit: „Presbiteri illic absoluti et vagi ex omni loco adventantes quaedam ecclesiastica contra canones officia peragunt, immo numerosa, cum sint acephali, scelera contra Dei praecepta committunt". Hortatur, ut „progenitorum suorum secutus morem ad Pannoniensium reverti studeat dioecesim", et ad episcopi illic constituti (Methodii) „pastoralem recurrat sollicitudinem". (Fragmenta, quae ad unam epistolam pertinere censeo; cf. Neues Archiv V. 321.) Priorem partem praebet Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 17, (Miklosich und Racki Starine XII. 212); alteram Deusdedit Coll. can. I. c. 194, (Timon Im. ant. Hung. p. 143, Fejér C. D. H. I. 196). — „Presbiteri illic" „Quapropter admonemus te".

(„ „) 2974 (2592) Cozilem comitem (principem Pannoniae) hortatur, „ut duo viri illi, qui uxores suas abiecerint, eas repellere minime permittantur". (Fragmentum, de quo cf. supra ep. 2972.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 18, Ivonis decr. VIII. c. 223, Migne 126 p. 942. — „Prudentissime vir".

a. Mai. 14. 2975 Alvino archiepiscopo (Salisburgensi) praecipit, ut Methodium in sede sua restituat, „quia profecto dignum est, ut qui fuerit eius auctor deiectionis, sit officii comissi causa receptionis". (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 19, Miklosich und Racki Starine XII. 213. — „Ne mireris".

„ „ 2976 (2248) Paulo episcopo (Anconitano), fungenti legatione in Germania et Pannonia, commonitorium mittit. In quo exponit: 1) Quid regi Ludovico (Germanico) dicat: „Ipse nosti, o gloriosissime rex, quod Pannonica diocesis apostolicae sedi sit subiecta, licet bellica clades eam ad tempus ab illa subtraxerit, et gladius ad horam hostilis subduxerit. Verum reddita ecclesiis pace, reddi debuerunt et iura" cet. 2) Docet: „Non solum intra Italiam ac ceteras Hesperiae provincias, verum etiam intra totius Illyrici fines consecrationes, ordinationes et dispositiones apostolicam sedem antiquitus patrare consuevisse, sicut nonnulla regesta et conscriptiones synodales atque ipsarum quoque plurima ecclesiarum in his positarum demonstrent monimenta". 3) „Porro", inquit, „si de annorum numero forte causatur, sciat Ludovicus rex, quia inter Christianos et eos, qui unius fidei sunt, numerus certus affixus est; ceterum ubi paganorum et incredulorum furor in causa est, quantalibet praetereant tempora, iuri non praeiudicat ecclesiarum" cet. 4) Instruit Paulum, quid in synodo episcopis Alvino Salisburgensi, Hermerico Pataviensi (Annonique Frisingensi?) dicat: „Dic ergo eis: Ego quidem ad sedem eius, qui per tres vim pertulit annos, recipiendam, non ad iudicium super diocesim destinatus sum subeundum. Et certe secundum decretalia instituta prius eum reinvestiri convenit ministerio episcopi et postmodum ad rationem adduci, ut scilicet vestitus iuribus per annum et dimidium resumptis, ad diffiniendam causam suam accedat. Porro si Alvinus cum Hermerico iudicium cum episcopo nostro Methodio inire voluerit, dic ad eos: Vos sine canonica sententia dampnastis episcopum ab apostolica sede missum carceri mancipantes et colaphis affligentes et a sacro ministerio separantes et a sede tribus annis pellentes, apostolicam sedem per ipsum triennium plurimis missis et epistolis proclamantem. Non estis ad iudicium convenire dignati, quod profecto semper subterfugere curastis et nunc sine sede apostolica iudicium vos querere simulastis, cum ego ad hoc missus sim, ut tanto vos tempore a divinis ministeriis separem, quanto vos eundem venerabilem virum a ministerio sacro cessare coegistis, et ipse tanto tempore credito sibi episcopatu inconcusso ac sine questione fruatur, quanto constat illum vobis facientibus eo fuisse privatum. Sicque demum si habueritis in invicem conveniatis et coram sede apostolica pars audiatur et iudicetur utraque. Praesertim cum inter archiepiscopos causa versetur et conveniens non sit, ut inter utrumque alius nisi patriarcha iudex inveniatur. Nam et in negotiis minorum sacri canones ad sedem, ubi est maior auctoritas, partes destinare probantur". 5) Monet Paulum: „Ne suscipias occasionem excusationis prohibentem te vel fratrem nostrum Methodium transire ad Pentepulcum (Suatoplukum), sive bella praetendant (supradicti episcopi) sive inimicitias congerant. Qui enim sancti Petri sunt, pacifici sunt et quocumque ierint bellis a proximorum utilitate minime coercentur. Ceterum praevide ac de separatione coniugatorum maximam curam assumas, ita ut qui a susceptione sedis apostolicae litterarum separati sunt, inculpate reducant priores uxores iniuncta convenienti poenitentia, dimissis quas postmodum sunt sortiti; quod si noluerint extra ecclesiam eos facito, una cum his, qui

**873.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7.)*

eos in communionem recipiunt, donec emendent quae admiserunt. De percussoribus vero Lazari monachi vide, ut secundum apostolorum canones a vobis iudicium proferatur". (Fragmenta; cf. Neues Archiv V. 302. 303. 321.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 20, Miklosich und Racki Starine XII. 213, Deusdedit Coll. can. I. 195, (Gratiani decr. C. XVI. qu. 3. c. 14, Ivonis decr. VIII. c. 223, Mansi XVII. 264, Migne 126 p. 654, Wattenbach Beiträge p. 48, Fejér C. D. H. I. 187, Boczek C. D. M. I. 35). — „Ipse nosti" („Nam non solum" „Si [„Porro si] de annorum" „Praevide ut").

a. Mai. 14. 2977 Hermerico episcopo (Pataviensi) mandat, ut cum episcopis Paulo (Anconitano) et Methodio Romam veniat, et criminum in Methodium commissorum rationem reddat. Interim eum communione privat. Nam ita temeritatem eius saeviisse, ut „Methodium carceralibus penis afficiens et sub divo diutius acerrima hiemis et nimborum immanitate castigans atque ab ecclesiae sibi commissae regimine subtrahens" „in episcoporum concilium tractum equino flagello percuteret, nisi prohiberetur ab aliis". (Epistola est per Paulum transmissa.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 21, Miklosich und Racki Starine XII. 214. — „Ad defendam".

2978 *Methodio, ecclesiae Pannoniensis archiepiscopo, per Paulum Anconitanum legatum suum litteris directis interdicit, ne in Sclavina lingua missarum sollemnia celebret. Vide infra reg. 3268, Boczek C. D. M. I. 37, Ginzel Gesch. d. Slavenapostel p. 61, Dümmler Ostfr. R. I. 819.

a. Sept. 2979 Annonem (Frisingensem episcopum), ut criminum sine mora rationem reddat, Romam vocat. Alioquin post mensem Septembrium eum communione privat. Opprobrio dat ei, quod vices apostolicas et quasi patriarcha de archiepiscopo iudicium sibi vindicaverit et Methodio archiepiscopo, legatione apostolicae sedis ad gentes fungenti, Romanae sedis iudicium non permiserit, sed a divino ministerio separans eum carceri mancipaverit. Additque: „Insuper et cum proprium S. Petri hominem esse te diceres, ut patrimonii in Germania siti curam gereres, istius fratris et coepiscopi, quin potius et missi nostri, de quo nobis maior cura debebatur, vincula et insecutiones non solum ut fidelis minime nunciasti, sed Romae cum super eo interrogareris a nostris, te illum nosse mentiendo negasti, cum cunctarum afflictionum sibi a vestratibus illatarum, ipse incentor, ipse instigator, immo ipse fueris auctor". Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 22, Miklosich und Racki Starine XII. 215. — „Audacia tua".

» 2980 (2243) Annoni, episcopo Frisingensi, mandat, ut collectum ecclesiae Romanae reditum m. Septembri „futurae VII. indictionis" sibi mittat. Ludovicum (Germanicum) regem, et episcopos comitesque Italici regni nuperrime per litteras admonitos a se esse scribit, ut „reditus sibi deferri salvos faciant". Haec addit: „Precamur, ut optimum organum cum artifice, qui hoc moderari et facere ad omnem modulationis efficaciam possit, ad instructionem musicae disciplinae nobis deferas aut mittas". Deusdedit Coll. can. III. c. 123, (Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 23), Baluzii Misc. I. 402, Mansi XVII. 245, Migne 126 p. 651. — „Efficaciam tuae" („Precamur, ut").

In Campania — Ludovico II. imperatori Adalgisum, ducem Beneventanum, reconciliat. Hincmari Annales 873 p. 496.

» 2981 Ludovico (II.) imperatori nuntiat, se iam per tres vices Bertari abbati (Casinensi) epistolas misisse, ut Adelpertum monachum imperatori commendatum honori suo reddat. Eundem autem multis contumeliis ab abbate affectum esse queritur. „Quapropter" inquit „animadvertat gloria vestra, si sic superbus et contumax est, dum adhuc super eos estis, putas quales erunt post vestrum discessum". Ut Adelpertum adiuvet, petit. Se excommunicaturum esse abbatem, nisi obediat, addit. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 24. — „Quidam sane se".

» 2982 Bertulfo archiepiscopo (Trevirensi), quem contra interdictum apostolicae sedis promotum, donec Romae ostenderit, se esse canonice consecratum, non inter episcopos primum haberi voluit, imperatoris cotidianis precibus commotus, mandat, ut aut ipse Romam veniat, aut per legatos promotionis et fidei rationem reddat et pallium quod postulaverat percipiat. Se legatos eius „per totum Octobrem futurae VII. indictionis" exspectaturum esse addit. (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 25. — „Cognoscentes religiositatem".

2983 Principes Sardiniae adhortatur, ut captivos aliquos Graecorum studiis a paganis

**873.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7.)*

sublatos, qui in Sardinia insula venundentur et empti sub iugo servitutis teneantur, liberos abire sinant. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 26. — „Filii dilectissimi".

2984 Populoniensi (?) episcopo mandat, ut „praefatum archiepiscopum (Ravennatem?), quod „eundem Constantinum (Ferrariensem?) episcopum temere ordinare, quia modica fuit civitas, nostra sine auctoritate praesumpsit", et quod „de ieiunio sabbati et de celebratione quatuor temporum" dissentiat, valde obiurget. (Fragmentum; cf. Neues Archiv V. 306. 595.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 27. — „Praefatus archiepiscopus".

2985 G (?), clerico cuidam, cui ecclesia quaedam ad regendum commissa est, respondet, se dolere ecclesiam episcopi, iam diu animo et corpore infirmi, ministeriis carere et tanta discrimina pati. Attamen non ei concedit prius consecrari et apostolica auctoritate benedictionibus episcopalibus decorari, nisi episcopus aut mortuus sit, aut „synodice profiteatur, se episcopale non posse peragere ministerium, rationabilem causam exponens". (Titulus huius ep. paene deletus est.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 28. — „Litteras tuae dilectionis".

c. Sept. 1. 2986 (2244) Willibertum, archiepiscopum Agrippinensem, nisi ad causam dicendam litteris suis evocatus intra spatium unius mensis sive duorum, ex ea die supputandorum, qua praesentes acceperit apices, Romam venerit, a communione suspendit. Et cum provectio eius reprehensibilis referatur, quod instanti satisfactione purgari oporteat, atque pagina eius fidei minus, quam necesse sit, contineat, nec „synodorum universalium" nec „decretalium pontificum Romanorum constitutorum" mentione facta, nec „propria subscriptione" addita, nec aliquo „qui hanc iureiurando firmaret" misso, pallium optatum ei non concedit. (Fragmentum; de tempore cf. Neues Archiv V. 317.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 29. (Particulas quasdam eiusdem fragmenti praebent Deusdedit Coll. can. I. c. 191, Coll. Brit. Varia II. n. 49 [vide Neues Archiv V. 587] cum titulo: Ex registro Iohannis VIII. Iohannes cet., Gratiani decr. D. 100. c. 4, Mansi XVII. 242, Migne 126 p. 652.) — „Non perfectus est" („Optatum tibi").

2987 Ecclesiae Cabilonensi bullam concedit. („Dat. p. m. Walperti episcopi humillimi S. Portuensis ecclesiae a. Domini 872 ind. 6." [Forte legendum est 878 ind. 11 vide infra sub hoc anno et mense Maio itinerarium papae]. Haec clausula, quamvis quaedam verba desint, ad Ioh. VIII. spectat et nihil refert, hanc bullam sub nomine Agapiti servatam esse.) E bibl. nat. Paris. lat. 17091 fol. 1 (Cart. de S. Marcel-de-Chalon) et lat. 12824 fol. 69 dedit Löwenfeld. — „Cum omnibus".

**874.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8.)*

2988 Williberto, „s. Coloniae plebis" archiepiscopo, scribit, se pallium ei transmisisse, intervenientibus Ludovico imperatore eiusque avunculo Ludovico rege, cum provideret senectuti et infirmitati eius. De criminibus adversus eum prolatis legatum apostolicum se missurum esse nunciat. Floss Papstwahl u. d. Ott. Urk. p. 102. — „Pallei igitur".

Ian. 29. 2989 (2245) Ludovico (II.) imperatori scribit, „monasterium S. Mariae in Comaclo, quodque Pomposia dicitur, et monasterium S. Salvatoris in monte Feretri, aliudque monasterium, quod vocatur S. Probo (Presbytero), atque colonos in territorio Ferrariensi et Adriensi et Gallicata et Faventillam" antiquitus ecclesiae Romanae fuisse, ut erepta archiepiscopo Ravennati non possint dici. Alia loca, quae per 500 (D) annos ecclesia Ravennas iam habuit, retineat, quousque in praesentia sua et ipsa loca ecclesiae Romanae pertinere cognoscat. (Fragmentum.) Deusdedit Coll. can. III. c. 122, Baluzii Misc. I. 402, Mansi XVII. 244, Migne 126 p. 653. — „Nam monasterium".

2990 Ludovico (Germanico) regi scribit de auctoritate decretorum sedis apostolicae, quibus etiam imperator Graecorum obtemperet, ut ad ipsius sententiam patriarchas deponat et investiat, et quae in omni coetu fidelium controversias definiat. (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 30. — „Ecce Graecorum".

Feb. Mart. 2991 Ludovico („II. imperatori" legendum esse puto, quamquam codex habeat pro titulo: „eidem", antecedente epistola „Ludovico regi" inscripta) iuxta morem palmam dirigit (scil. quadragesimali tempore ad pascha celebrandum. Cf. infra reg. 3007. 3079. Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 31. — „Praeterea vestrae sublimitati".

2992 (2252) Clero et ordini Salernitano (falso et „Salonitano" et „Arelatensi" scribitur)

**874.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8.)*

nunciat, se (L)upenandum presbyterum, non confessum ab episcopo (defuncto) et compresbyteris non canonice depositum, proprio honori et gradui restituere et praecipit, ut cum Salerni fuerit episcopus consecratus, ab illo cum sex episcopis iudicium de eo teneatur. Addit, se presbyteris, Nicolai I. tempore excommunicatis, permisisse, „ut sancta communione saginati studerent tribus continuis annis per hebdomadam omni secunda (et quarta) et sexta feria aut a carne (al. aut aceto) aut a vino penitus ieiunare et ultra lugenda nequaquam committere". Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 32, (Ivonis decr. XIV. c. 35, pan. V. c. 104. Gratiani decr. C. XI. qu. 3. c. 109, Mansi XVII. 225, Migne 126 p. 656). — „(L)upenandum presbyterum" („De illis presbyteris").

2993 (1585) Bulcredo, regi Saxonum (Merciorum), praecipit, curet, ne „sanctimoniales et Deo devotas feminas atque de propria consanguinitate homines regni sui" uxores ducant neque tam laici quam clerici fornicationem ultra committant. Pro hoc malo eum „talia sustinere" profitetur. (Perperam hanc ep. Mansi et Jaffé in ed. 1. inter Iohannis IV. reg. receperunt. Cf. de tempore eius Neues Archiv V. 308). Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 33, Ivonis decr. VII. c. 130, Mansi X. 687, Migne 80 p. 607. — „Quoniam sicut audivimus".

Ravennae — Concilium episcoporum 70, „in quo lis inter Ursum, ducem Venetiarum et Petrum, patriarcham Gradensem, componitur". Dominico, abbati Altinensi, qui episcopus Torcellinus electus erat, bona ac possessiones ecclesiae eius adiudicat. Vide Rubei Hist. Rav. p. 243, Mansi XVII. 298. Cf. Hergenröther Photius II. 640.

c. Iun. — Haud procul a Verona — colloquium facit cum Ludovico II. imperatore et Ludovico Germanico rege. Annales Fuldenses 874 MG. SS. I. 388.

Veronae — ubi Angelberga imperatrix a „Ludovico rege, patre imperatoris, et a Ludovico imperatore, viro eius" papae commendatur. Vide infra reg. 3341.

**873—875.**

2994 Ludovico imperatori haec scribit: „Quinque sunt principalia probationum vel investigationum membra, per quae a iudice prudente rerum veritas potest comprehendi i. e. scriptura, testes, manifestum indicium, iusiurandum, divinum experimentum" cet. (Fragmentum, quod ex alia haud ignota epist. sumptum esse, suspicor.) E codice Taurinensi E. V. 44. fol. 58, v. Pflugk-Harttung Acta ined. II. 35 (cf. eiusdem Iter Ital. p. 179). — „Quinque sunt".

2995 Adelfredum Cantuariorum et Vulfredum Eboracensem archiepiscopos, seu omnes episcopos et cunctum clerum Angliae admonet, ut laicalia vestimenta deponant et resumant clericales infulas secundum Romanae ecclesiae morem, exemplum afferens Anglorum procerum „tunc" Romae degentium, qui apostolicam sententiam acceperint, ut voluntarie omnes Anglorum clerici sub ipsis vigiliis S. Gregorii (Mart. 11.) laicalem et sinuosum, sed et curtum habitum deponentes talares tunicas Romanas induerent. (Fragmentum cum titulo: „Ex registro Ioh. VIII.") Deusdedit Coll. can. II. c. 74. — „Congregatis itaque".

**874. 875 in.**

2996 Michaeli, regi Bulgarorum, scribit de auctoritate apostolicae sedis, quae „Photium repulit et Ignatium restauravit", quod iudicium ab omnibus patriarchis sit susceptum, neque refutari potuerit. „Sub ea enim conditione" inquit „Ignatius a nostris praedecessoribus solutus est, ut si per Bulgariam, quod neque Photius ille temptaverat, aliquid contra iura apostolica temptavisset sub pristinae dampnationis suae sententia nihilominus permaneret". Episcopos sibi a Graecis directos non recipit, et in eorum eosque mittentium depositionem nisi resipuerint anathema dicit. Addit, quod si ab excommunicatis sacramenta suscipiat, ut schismaticus efficiatur. (Fragmenta.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 34, Miklosich und Racki Starine XII. 216, (Ivonis decr. XIV. c. 36). — „Si ergo super" „Si enim ab" („Si ab his").

2997 Omnibus fidelibus nunciat, presbyterum Iohannem ab officio suo cessare, quia quendam de conspiratoribus contra suum seniorem Domagoi, ducem Sclavorum, qui ad eum fecerat confugium, illi tradiderit, postquam Domagoi vitam ei concedere promiserit, quem conspiratorem postmodum Domagoi in eius absentia perimi iusserit. Iohannem praesentem, communione sua saginatum, pristino officio et ministerio liberius uti et verbum praedicationis in populo iuxta morem sacerdotis in omnibus

**874. 875 in.**

exercere praecipit. (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 35, Miklosich und Racki Starine XII. 217. — „Sciat igitur vestra".

2998 (2585) Domagoi (ducem Sclavorum) adhortatur, ut vitae eius insidias instruentes non morte, sed temporali exilio castiget. Ad opprimendos piratas, „qui sub praetextu eius nominis in christicolas debacchantur", et navigantibus insidiantur, eum excitat. (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 36, Miklosich und Racki Starine XII. 218, (Ivonis decr. X. c. 70, pan. VIII. c. 20, Gratiani C. XXIII. qu. 8. c. 12, Mansi XVII. 243, Migne 126 p. 939). — „Si vero quod" („Praeterea devotionis").

2999 (Basilio I.) Graecorum imperatori queritur de Ignatio, patriarcha Constantinopolitano, qui novam Bulgarorum gentem, per legatos Romanos conversam, non contentus liminibus dioeceseos, invadere ausu temerario praesumpserit. Ut de his et aliis excessibus rationem reddat, Romam eum vocat. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 37, Miklosich und Racki Starine XII. 218. — „Plurimorum relatu".

3000 Ludovicum (Germanicum) et Karolum (Calvum) filios Ludovici (I. imperatoris) admonet, ut partem regni Lotharii imperatoris b. m. ab eis retentam, Ludovico (II.) imperatori reddant. In memoriam revocat, „quod tam ipse Lotharius (I.) imperator et Ludovicus (I.) genitor eorum atque Karolus (Calvus) reges inter se divisionem fecerint, ut sibi et filiis suis singulas metas ad invicem conservantes et amicitiam mutuam custodirent et nemo eorum fraternam sortem transiliret. Quod non verbo, sed etiam iuramento sunt tempore illo polliciti, ipsumque iuramentum ut removeri non posset, sedi apostolicae, ut illa super hoc esset posteriori tempore testis et iudex, unanimiter transmiserunt, et non solum in archivio nostrae ecclesiae nunc manet reconditum, verum etiam, ut validius robustiusque pactum ipsum iureiurando habitum permaneret, synodica conventio definivit". Interdicit etiam, ne „pro diminutione regni imperatoris pactum aliquod ineant". Si non obediant, sciant se auctoritate apostolica excommunicatos. (Fragmenta.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 38. — „Relatum est nobis".

3001 Bermundo (Embrodunensi) archiepiscopo nuntiat, episcopum accusatum (Audgarium) Romam venisse, nullum autem eorum qui eum accusabant. Querimoniam iustam esse dubitat. Iudicium differt usque ad tempus, quo utraque pars praesentata fuerit. Interim episcopum suo officio fungi et Danielem presbyterum infestum ei aliosque presbyteros increpare iubet. Nisi resipuerint, usque ad praesentiam suam eos excommunicat. (Fragmenta.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 39. — „De praefato episcopo".

3002 Bosoni comiti (Provinciae) nuntiat, episcopum Audgarium olim Romanam sedem adientem, se innocentem reddidisse, „quia nec accusatores affuerunt, nec si adessent ab illis accusari posset, quod et servilis conditionis dicuntur obnoxii et infamiae notari possunt reatu". Episcopum qui damnari non potuit officio suo fungi iubet, donec de accusato et accusatoribus aut Romae aut coram missis apostolicis iudicium feratur. Ut bona, ab Ariberto comite donata, quae retinuerit, episcopo reddat, admonet. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 40. — „Audgarius venerabilis".

3003 (2589) Maino (al. Magno) archiepiscopo (Dolensi) et ceteris episcopis per Britanniam commanentibus scribit, Resgallonis (al. Resgaulonis) et Corvili (al. Gorbilici) monachorum ordinationem, ab Heelocaro abbate factam, ratam habendam esse. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 41, Martene Thes. III. 867, Migne 126 p. 941, Mabillon Ann. ord. Ben. III. 683. — „Notum sit".

3004 (2587) Sigigodo, archiepiscopo Narbonensi, scribit de causa presbyteri, latoris huius ep., examinanda, qui hominis necandi ansam invitus praebuerit. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 42, Ivonis decr. X. c. 26, Mansi XVII. 241, Migne 126 p. 940. — „Praesentium literarum".

3005 Ludovico imperatori scribit de morte cuiusdam excommunicati, qui Romanam legationem recipere recusaverit, Michaelis Graecorum imperatoris secutus exemplum, quem Nicolaus (I.) papa, legatis iterum non missis, „amara gladii morte ab emulo trucidari permisit". Homo igitur Michaelem sequens eundem etiam in pena „etsi forte non corporalis saltem spiritalis mortis" sequi debet. „Congruo tempore nec dilato sacro celebrato conventu", vindictam eius se constituturum esse atque eum diffamaturum apud Constantinopolitanum et cetera patriarchia nunciat. (Forte de Devigili agit; cf. reg. 2959.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 43, (Deusdedit Coll. can. IV. c. 102). — „Mortuus est qui" („Michahel quondam").

**874. 875 in.**

3006 Angelbergae augustae ad memoriam revocat, qualiter sese imperator (Ludovicus II.) hortatus sit, ne impune habeat Karolum (Crassum), qui in contemptu b. Petri missos apostolicos non recepit, sed circumsepit. Additque, se missum Karoli non honorifice accepturum, eique monita et increpationes daturum esse. Petit, ut imperatricis duo missi sese secundum morem „hic" excipiant et „deinde secum in remota comitantes iter suum expeditum et congruum reddant et pravorum insidiis immune constituant". (Fragmenta.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 44. — „Profecto non".

**875.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. (3), imp. Carolo a. 1.)*

Febr. ex. 3007 Ludovico (imperatori) „per hunc quadragesimalem cursum" „paschali iam sollemnitati proximanti secundum morem pristinum" palmarum ramos mittit. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 45. — „Vobis per hunc".

3008 (2581) Imperatori et imperatrici significat, cum rediisset litoraque direpta et Fundos ac Terracinam urbes invasas a Saracenis cognovisset, se „non plus quam quinque diebus in Urbe mansisse, quamvis corporis non modica detineretur molestia", et cum fidelibus suis exiisse; navibusque octodecim captis, multos Saracenos occisos et sexcentos captivos liberatos esse. Venientibus imperatoribus, petit, ut custodia virorum in litoribus remaneat. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 46, Ivonis decr. X. c. 71, Mansi XVII. 243, Migne 126 p. 939. (Vide Dümmler Ostfr. R. II. 26, qui hanc ep. ante ann. 875 ponit.) — „Cum reversi".

3009 Andreae, episcopo Florentino, praecipit, ut Luponem presbyterum, quem sedem apostolicam appellantem includere praesumpserit, abire liberum dimittat. (Fragmentum.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 47. — „Presbyterum autem".

3010 (2588) Cenmenoco, episcopo Venetensi (al. Cenemoco, Cenomantico, Uticensi), respondet, sacerdotem facto homicidio non posse in sacerdotio manere. Additque, se in epistola eius solitam reverentiam non invenisse. Ut ad rationem reddendam missos dirigat iubet. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 48. (Fragmentum eius praebent Ivonis decr. VI. c. 114, X. c. 51, pan. III. c. 153, Gratiani decr. D. 50. c. 4, Mansi XVII. 241, Migne 126 p. 941.) — „Miror minus".

3011 (2250) Ludovico (II.) imperatori plurima exponit: Ciceronem dixisse, „sicut posteriores principes rem familiarem sive domesticam melius et lautius rexerunt, sic antiquiores Romanos pontifices melioribus institutis et legibus gubernasse". Magistratus honorem nulli ultra annum concessum esse et hoc completo et priorem iudicem 50 diebus intra provinciam retentum fuisse, „donec si qua distraxerat possessoribus referantur". „Si qua vero praedia suo nomini comparaverat, vel si qua sedi tempore suae administrationis extorserat, iuri Romani pontificis vendicentur. Hinc est quod usque ad vestrae serenitatis (tempora) magistratus annui tam illis in partibus permanserunt, quam istis in partibus apud nos hactenus permanent. Ut alternantibus ducibus per alterna temporalia augeretur Romani pontificis potius (ius), quam perenne magistratibus in ius proprium redigatur". Quantum discriminis ferat, si rerum possessio in decennium aut longius tribuatur, docet. Additque „generale praeceptum beneficio speciali anteferendum" et specialia rescripta, quae cum iure non concordant nihil valere; „semper constitutionem temeratam generare vindictam, quia quod contra leges accipitur per leges dissolvi meretur". „Et facientis culpam habere, qui quod potest corrigere, negligit emendare". „Studendum nobis esse, ut non solum noxia non inferamus, verum etiam ecclesiae providere certemus congruentia". (Fragmenta.) Deusdedit Coll. can. IV. c. 103, cf. v. Pflugk-Harttung Acta ined. II. 34, qui e cod. Taurinensi E. V. 44. fol. 99 excerpta quaedam ex iisdem fragmentis publicavit. (Fragmenta duo, quorum alterum non ap. Deusdedit exstat, praebent: Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 49, Ivonis decr. VI. c. 115, Gratiani decr. D. 86. c. 3; fragmentum unum Ivonis decr. IV. c. 230, Gratiani decr. D. 10. c. 10, Migne 126 p. 655). — „Siquidem Ciceronis" („Vides fili").

3012 (2251) Neapolitanos, Salernitanos, Amalphitanos a Saracenorum societate dehortatur. Legatos, suos et consiliarios, Donatum, episcopum (Ostiensem), „cuius laus est in sancta octava synodo", et Eugenium presbyterum, commendat. (Fragmenta.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 50, (Ivonis decr. XI. c. 90, IV. c. 133, Mansi XVII. 243. 247), Migne 126 p. 655. — „Conscientia vestrae" „Quia fidelibus".

**875.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. (3), imp. Carolo a. 1.)*

3013 (2595) Theibergam et filium eius Aldericum (al. Albericum) denuo hortatur, ut Radulpho, nobili viro (homini imperatorio), uxorem (i. e. Bavam, filiam Alderici) reddant; quod si non fecerint, fore ut excommunicentur. (De tempore cf. reg. 3014.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 51, Ivonis decr. VIII. c. 118, Migne 126 p. 943. — „Iterum iterumque".

a. Sept. (a. Mai. 8.?) — 3014 (2246) Ansberto, archiepiscopo Mediolanensi, significat, Bavae, adulterii accusatae, parentes (i. e. Theibergam aviam et Aldericum patrem) suo praecepto, ut „mediante mense Augusto praeteritae septimae indictionis eam sive purgatam, sive aliter" Radulpho marito, viro spectabili, imperatorio homini, redderent, non paruisse. Mandat, ut, una cum Luitfrido Ticinensi et Paulo Placentino episcopis rem decernat, Bavamque et eius fautores, si iudicium declinaverint, excommunicet. (Cf. de tempore huius ep. Neues Archiv V. 315.) Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 52, Ivonis decr. VIII. c. 119, Mansi XVII. 246, Migne 126 p. 653. — „Vir spectabilis".

3015 (2249) Ludovico (II.) imperatori Rainaldum, „Castri Felicitatis episcopum", homicidam, „Gregorio nomenclatore misso et apocrisiario s. sedis apostolicae cum Georgio magistro militum ac venestario (l. vestarario) patriarchii Romani apud imperatricem consistente, a matre peremti iuvenis aliisque parentibus" impetitum, et saepe Romam ad purificationem vocatum, excommunicatum nunciat. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 53, Ivonis decr. X. c. 52, Mansi XVII. 242, Migne 126 p. 655. — „Qualiter Rainaldus".

a. Iun. 29. — 3016 Campaniae et Apuliae episcopis nunciat, Landulfum Capuanum episcopum, ut quod cum Saracenis pepigerit dissolveret, ter ad synodum vocatum, cum venire contempserit excommunicatum esse. „Usque in natale apostolorum istius octavae indictionis" (i. e. 29. Iun. 875) se ei inducias dedisse addit. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 54. — „Sancti Nicaeni".

Iul.-Sept. — 3017 (2253) Eos, qui suspecti de Romani clerici nece „mediante Iunio praesentis octavae indictionis" ad se non venerint vocati, et per Iohannem (Ravennatem?) et Leonem episcopos excommunicati sint, ipse etiam anathematizat, ac, nisi „kalendis Octobris futurae nonae indictionis" apparuerint, perpetuo anathemate innexos denunciat. Coll. Brit. Ioh. VIII. ep. 55, Ivonis decr. X. c. 17, Mansi XVII. 246, Migne 126 p. 656. — „Qui de homicidio".

Aug. Sept. — 3018 (2254) *Carolum (Calvum) regem „per Gadericum Veliternensem, Ansegisum Senonensem, Formosum Portuensem, Iohannem Aretinum episcopos ad limina b. apostolorum invitat". Vide acta synodi Pontigonensis ap. Mansi XVII. 315 et append. p. 167, MG. LL. I. 534. De levi fide huius narrationis cf. Richter De triplici Formosi damnatione p. 4 et Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 3.

(Sept.) — 3019 Carolo (Crasso) regi nunciat, post mortem Ludovici imperatoris (Aug. 12. 875) „eum, qui in loco eius succedere debuisset, cum fratribus suis et inclito Romano senatu concorditer tractaret, devotione et fide ipsius ad medium deducta, hanc multos dignis praeconiis efferre coepisse. Cuius et se non solum suis diebus, sed etiam Nicolai (I.) tempore reminiscentes, excellentiam ipsius ad honorem et exaltationem Romanae ecclesiae et ad securitatem populi christiani eligendam esse speravisse". (Fragmentum.) Deusdedit Coll. can. IV. c. 104. Cf. Neues Archiv V. 322. — „Igitur quia sicut".

Oct. 3. — 3020 (2255) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, petente Sigihardo abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 279, (Schannat. Dioec. Fuld. p. 238, Migne 126 p. 657, Cocqu. I. 207, Bull. Rom. E. T. I. 333.) Cf. Harttung Dipl. hist. Forsch. p. 379, Dümmler Ostfr. R. I. 827. — „Quoniam semper sunt".

Romae — 3021 (2256) Synodo ante Caroli (Calvi) regis adventum congregata, mittit, „cum consensu omnium epistolas Hludovico (Germanico) regi, filiis quoque ipsius, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ac reliquis primoribus regni, ne aliquam inreptionem in regno" Caroli Calvi „facile tentent, usque dum simul ad mutuum colloquium veniant". Vide acta synodi Pontigonensis l. l. Cf. Hefele IV. 513, Dümmler Ostfr. R. I. 829, II. 50. Ad hanc synodum spectare videntur capitula 18 in synodo Romana edita, quae ex codice Brixiano Maassen Sitzungsber. der Wiener Ak. 1878 tom. 91. p. 779 sqq. publicavit. Agunt de primatu Romanae ecclesiae, de episcopis, de ordinationibus, de excommunicatis cet.

Dec. 17. In ecclesia S. Petri — Carolum (Calvum) regem „cum gloria magna" excipit. Hincmari Annales 875 p. 498.

**875.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. (3), imp. Carolo a. 1.)*

Dec. 25. Romae in ecclesia b. Petri — Carolum (Calvum) ungit, coronamque imperatoriam capiti eius imponit. Hincmari Annal. 876 MG. SS. I. 498; Annales Fuldenses 875 ibid. 389; Annal. Vedast. 876 ibidem II. 196; Annal. S. Maximini Trevir. 876 ibidem IV. 6. Cf. infra bullam 3022.

„ 28. — 3022 (2257) Monasterii S. Vedasti Atrebatensis iura et possessiones, petente Carolo (Calvo) „die nativitatis Domini in ecclesia b. Petri dignitatem imperialem adepto", confirmat. (Clausula bullae vitiosa est.) Guiman Cartul. d. S. Vaast d'Arras ed. Van Drival p. 35, Miraei Opp. dipl. II. 934, (Martene et Dur. Vet. Script. I. 200, Binterim u. Mooren Erzd. Köln. III. 31, Mansi XVII. 261, Migne 126 p. 658, Cocqu. I. 208, Bull. Rom. E. T. I. 334). — „Si utilitatibus".

**873—876.**

3023 (2584) Angelbergae imperatrici „excusans Iohannem episcopum (Ravennatem?) removeri de militia, dicit: Nimium certe veretur, et iure formidat contra professionem sui ordinis saecularem militiam exercere; terram defendere, de praeliis tractare, de armis, terrenae potestatis est". (Fragmentum). Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 1, Migne 126 p. 939. — „Nimium certe".

3024 De Phileto, episcopo Isauriae, „qui male vivebat et bene docebat", scribens adhortatur, ut, qui non ipse dominica praecepta observet, vereatur suum proferre sermonem. (Fragmentum.) Ex cod. Taurin. 903 (E. V. 44), Dümmler Gesta Berengarii p. 156. — „Hoc autem quod".

3025 Paulino, Regii civitatis (haud procul a Mutina sitae) coepiscopo, nuncianti de Ambrosii confessione suspiciosa, rescribit: Utrum cum sua nunc mortua socru concubuerit, an discidii ambitu falsa confiteatur, iureiurando, aut divino examine, ut moris populi est, aut etiam corpore et sanguine Christi probetur, „sicut Adrianus fecit in Lothario rege pro Waldrada sua pellice". A sponsa sua interim se abstineat. Ex codice Taurin. 903 (E. V. 44) Dümmler Gesta Berengarii p. 156, v. Pflugk-Harttung Acta ined. II. 36. — „Vestre consultationis".

3026 Anselmo, Lemozinae civitatis coepiscopo, scribit de causis, quae „apertis actionibus manifestae sunt". Subiungens: „Sciendum praeterea est, quia iudex sine dissimulatione vel summa neglegentia solus ignorare non potest, quod omnes in civitate cognoscant". (Fragmentum.) Ex cod. Taurinensi E. V. 44. fol. 62 v. Pflugk-Harttung Acta ined. II. 37, (cf. eiusdem Iter It. p. 180). — „Iuxta quod providus".

3027 Constituit, malam consuetudinem non minus quam perniciosam corruptelam funditus eradicandam esse. (Fragmentum.) Deusdedit Coll. can. IV. c. 156. — „Non minus mala".

3028 (2582) Angelbergae imperatrici sic scribit: „Ad hoc usque malum crevit, ut factione Ravennatis archiepiscopi Maurinus cum suis complicibus, qui excommunicati et anathematizati a nobis iam sunt, Ravennam ingrederetur et fidelium nostrorum res raperet, adeo ut claves civitatis Ravennae a vestarario nostro violenter subtraheret et ipsi archiepiscopo, quod nunquam factum fuisse recolitur, concederet". Additque, se certum esse „quia venturus iudex ecclesiam suam ab utrisque nobis non solum qualem commisit, immo etiam cultiorem, liberiorem, quietiorem, amplioremque requiret, quam esset, cum nos ad regimen eius accessimus". (Fragmenta duo, quae sub titulo Angelbergae imperatricis asservata, ex eadem epistola ni fallimur tracta sunt. Cf. de Georgio vestarario reg. 3015.) Deusdedit Coll. can. III. c. 121, IV. c. 103, (Baluzii Misc. I. 402, Mansi XVII. 245, Migne 126 p. 939). — „Ad hoc usque" „Scio enim".

**876.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.)*

c. Ian. — 3029 Carolo (Calvo) imperatori demonstrat, „eos qui cuiquam loco sanctorum se fieri fideles iurant, non rebus insensibilibus et irrationalibus, sed animatis et ratione utentibus obsequium spondere", monetque, ut „hanc rationem conspiciens, apostolicis ubique conservet legatis, quae Romae sancto Petro promiserit". (Fragmentum, cui falsus titulus: „Gregorius Foce augusto" inscriptus est.) E cod. Taurin. 903 (E. V. 44) Ewald Neues Archiv VIII. 363, cf. ibid. p. 606. — „Summopere sciendum".

„ — 3030 Ingelbergae reginae exemplum afferens eorum, qui fidelitatem Romanae ecclesiae iurant et ita non praediis vel aedibus fideles fiunt, sed universo clero, mandat, ut Wilbertum

**876.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.)*

marchionem et fidelem suum, quia Iohannem Romanae ecclesiae lectorem contumeliosa iniuria affecerit, a dignitate honoris „uti periurum et sacrilegum" deponat. Ex cod. Taurin. 903 (E. V. 44) Dümmler Gesta Berengarii p. 155. — „Omnes qui fidelitatem".

c. Ian. — 3031 Ingelbergae reginae petenti concedit, ut Wilbertus a dignitate honoris depositus cum ignoranter periurium in Iohannem (lectorem Romanae ecclesiae) commiserit, poenitentiae tempore perfruatur in altera patria minori magistratus officio. Ex cod. Taurin. 903 (E. V. 44) Dümmler Gesta Berengarii p. 155. — „Quia nostrum de".

Ian. 2. — 3032 (2260) Episcopis, per Gallias et Germanias constitutis, significat, Ansegisum, archiepiscopum Senonensem, sedis apostolicae vicarium per Gallias et Germanias creatum esse. Sirmond Conc. Gall. III. 422, Bouquet Rec. VII. 459, Gall. Chr. XII. Instr. p. 12, Mansi XVII. 225, Migne 126 p. 660, Bull. Rom. E. T. I. 341. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 837, Weizsäcker ap. Niedner Zeitschr. f. hist. Theologie a. 1858. p. 425. — „Vestrae omnium".

„ 2. — 3033 (2261) Monasterii S. Medardi Suessionensis privilegia bonaque, postulante Carolo (Calvo) imperatore, confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. III. 679, Mansi XVII. 256, Migne 126 p. 660, Cocqu. I. 212, Bull. Rom. E. T. I. 343. — „Quotiens illa".

„ 5. (In secretario ecclesiae S. Petri) — 3034 (2262) Hincmaro, archiepiscopo Remensi, negotium dat, ut in locum Hincmari Laudunensis episcopi iuste deiecti successorem eligendum curet. („Data est Romae Theodorico iussu papae Ioh. et Caroli novi imp." et delata ab Theodorico Remos Mart. 11.) Marlot Metrop. Rem. I. 456, Mansi XVII. 226, Migne 126 p. 662. Cf. Dümmler Ostfr. R. I. 838. — „Quamvis de".

3035 (2263) „Aldefonso regi christianissimo seu cunctis episcopis, abbatibus, vel orthodoxis Christianis" significat, se Ovetensem ecclesiam Gallaeciae metropolitanam constituisse. (Cf. Pagii crit. ad. Baron. annal. 882.) E chronico Sampiri c. 7 ap. Florez Esp. Sagr. XIV. 455, La Fuente Hist. eccl. de España III. 491, Aguirre Conc. IV. 355, Mansi XVII. 224, Migne 126 p. 663, Bull. Rom. E. T. I. 335. — „Quia igitur in".

3036 (2264) Aldefonsum, regem Gallaeciarum, hortatur, ut ecclesiam b. Iacobi consecrari ab episcopis Hispanis iubeat, cum iisque concilium celebret. Haec addit: „Sicuti vos a paganis iam constringimur, die ac nocte cum illis bella comittimus; rogamus, ut . . . aliquantos utiles et optimos mauriscos cum armis, (quos Hispani cavallos alpharaces vocant), ad nos dirigere non omittatis". E chronico Sampiri c. 8 ap. Florez Esp. Sagr. XIV. 455, La Fuente Hist. eccl. de España III. 492, Aguirre Conc. IV. 356, Ferrer Hist. de Sanctiago p. 447[b], Mansi XVII. 225, Migne 126 p. 663. — „Literas devotionis".

Febr. 17. — 3037 (2265) Episcopos comitesque regni Caroli (Calvi) hortatur, ne in fide, imperatori adhuc praestita, cessent. Addit de suis legatis, Iohanne (Aretino) et Iohanne (Tuscanensi) episcopis, missis „ad examinanda simulque diffinienda canonice sive legaliter, quae hoc anno inter" Carolum (Calvum) et Ludovicum (Germanicum) regem „emersere negotia". Sirmond Conc. Gall. III. 428, Bouquet Rec. VII. 462, Mansi XVII. 233, Migne 126 p. 664. — „Benedictus Deus".

(„) — 3038 (2266) Episcopos, qui, cum Carolus (Calvus) Romam peteret, „augustaleque diadema, sibi divinitus sine dubio collatum, per humilitatis suae ministerium" acciperet, Ludovico (Germanico) regi in illius regnum irruenti, violata fide se adiunxerint, redire ad imperatoris auctoritatem sub excommunicationis poena iubet. De legatis suis, Iohanne et Iohanne episcopis, addit. Sirmond Conc. Gall. III. 429, Bouquet Rec. VII. 463, Mansi XVII. 235, Migne 126 p. 665. — „Relatione vera".

(„) — 3039 (2267) Archiepiscopis et episcopis, in regno Ludovici (Germanici) „regis Baioariae" constitutis, exprobrat, quod regem non modo ab invadendo Caroli (Calvi) imperatoris regno non sint dehortati, sed adiutores etiam illius consilii fuerint. Excommunicatione anathemateque propositis, mandat, ut et regis animum ab incepto avertant et cum legatis suis, Iohanne Aretino (cf. Hincmari Annal. 876 p. 499, Acta syn. Pontig. ap. Mansi XVII. 168, Dümmler Ostfr. R. I. 842) et Iohanne Tuscanensi episcopis conveniant. Sirmond Conc. Gall. III. 433, Bouquet Rec. VII. 460, Mansi XVII. 227, Migne 126 p. 667. — „Apostolicae moderationis".

(„) — 3040 (2268) Comites, in regno Ludovici (Germanici) „regis Baioariae" constitutos similiter, atque episcopos superiore epistola, admonet. Sirmond Conc. Gall. III. 426, Mansi XVII. 230, Migne 126 p. 672. — „Ministerii nostri".

| | | |
|---|---|---|
| | | **876.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.)* |
| c. Mart. | Capuae | Vide ea, quae sequuntur ex Erchemperti Hist. Lang. |
| „ | In loco Canziae | (in territorio Capuano) in ecclesia beati Nazarii martyris Athanasium (II.) episcopum Neapolitanum consecrat. (Iohannes eo tempore illuc advenerat, ut Sergius consul et dux, germanus Athanasii, foedus dirumperet cum Agarenis.) Petri Gesta ep. Neap. MG. SS. Lang. p. 436. |
| „ | Neapoli | Erchemperti Hist. Langob. c. 39 MG. SS. III. 253 et SS. Lang. p. 249: „Cum Carulus, filius Iudittae, sceptrum insigne Romam suscepisset, Lambertum ducem et Guidonem, germanum illi, Iohannis papae in adiutorium (contra Saracenos) dedit, cum quibus Capuam et Neapolim profectus est. Guaiferius in cunctis obtemperans et foedus dirrupit et multos ex eis (Saracenis) peremit. Sergius vero, magister militum, noluit se ab illis alienare, qui statim anathematizatus est". (Cf. synodum sequentem et ep. 3050.) |
| Apr. 19. | In basilica s. Dei genitricis, quae ad martyres vocatur | Synodus, in qua Formosus, episcopus Portuensis, quod ad Bulgaros a Nicolao I. missus, eorum regem induxerit, ut se nullum nisi ipsum ab apostolica sede accepturum episcopum esse, iuraret; quod, ipsius pontificatus Romani cupiditate iam pridem motus, plurimos in suas partes traxerit; quod paroeciam suam Romamque deseruerit, cum suisque contra Carolum (Calvum) imperatorem conspiraverit, nisi se ante d. 29. m. Aprilis sistat: excommunicatus, nisi a. d. 4. m. Maii: sacerdotio privatus, nisi a. d. 9. m. Maii: anathematizatus declaratur. Gregorius nomenculator, Stephanus secundicerius, Georgius Georgii primicerii filius, Sergius magister militum, Constantina Gregorii nomenculatoris filia, variis sceleribus obstricti, nisi a. d. 29. m. Aprilis apparuerint, excommunicati, nisi a. d. 4. m. Maii, anathematizati iudicantur. Hae sententiae leguntur in Iohannis epist. ap. Mansi XVII. 236 diesque synodi liquet ex verbis his: „nisi amodo intra diem decimum id est III. kal. Maii praesentis nonae indictionis". Cf. Richteri libellum, quo ad novi prorectoris inaugurationem d. 10. Sept. a. 1843 invitat, Marburgi, p. 4, et Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 157, cf. ibidem p. 56. |
| „ 21. | | 3041 (2270) Universos Gallos et Germanos de synodo, die 19. Aprilis celebrata, certiores facit; hortaturque, ut et Formosi, episcopi Portuensis, et ceterorum excommunicatorum anathematizatorumque vitent communionem. Mansi XVII. 236, Migne 126 p. 675. — „Zelo Christianae". |
| („) | | 3042 (2271) *Carolo (Calvo) imperatori et Richildi imperatrici epistolas donaque mittit per Leonem episcopum (Sabinensem), apocrisiarium ac nepotem suum, et Petrum Foro-Simproniensem episcopum. Vide Hincmari Annales 876 p. 500. |
| Iun. 30. | In ecclesia beatorum apostolorum principis Petri | Synodus episcoporum 29, in qua Formosus, quondam episcopus Portuensis, („iam nuper . . . in priori synodo . . . praecipue quia, cum factiosis et conspiratoribus, id est Gregorio, Stephano, Georgio et Sergio sociatus, ecclesiam suam, inter Sarracenorum gladios undique constitutam, per 10 ebdomadas deseruisset", deiectus) sacerdotio privatur, quod monasteria ecclesiae Romanae exspoliaverit, contraque interdictum sacra procuraverit, et cum „suspectis mulieribus virisque sacrilegis ad exterminium s. sedis apostolicae desperabiliter coniuraverit". Acta synodi sunt in Richteri libello, quo ad novi prorectoris inaugurationem die 10. Sept. a. 1843 invitat, Marburgi, p. 5 et ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 158, cf. ibidem p. 56 et Hergenröther Photius II. 654. |
| Sept. 1. | | 3043 (2272) Bosoni comiti (Provinciae duci), quod legatos suos ad Karolum (Calvum) imperatorem tendentes adiuverit, gratias agit, mutuaque officia promittit. Auxilia, ab imperatore contra Sarracenos in Italiam mittenda, accelerari cupit. (R. ep. 1, cf. Levi l. l. p. 169, Carafa 1.) Mansi XVII. 3, Migne 126 p. 679. — „Karissimae tuae". |
| „ 1. | | 3044 (2273) Ludovico (Germanico) regi pacem Karoli (Calvi) imperatoris suadet, iudiciumque inter eos prolatat. (R. ep. 2, Carafa 2.) Mansi XVII. 4, Migne 126 p. 680. — „Epistolas tuae". |
| („) | | 3045 (2274) Clero, ordini et plebi ecclesiae Valvensis, proposito anathemate, imperat, ut in Arnulfi episcopi fide permaneant, neu invasorem ecclesiae suae sequantur. (R. ep. 5, Carafa 4.) Mansi XVII. 5, Migne 126 p. 680. — „Quia solicitudinis". |
| „ 9. | | 3046 (2275) Athanasio, episcopo Neapolitano, fratri ducis Neapolitanorum, significat, se „totius Hesperiae praesules in proximo congregaturum", anathematisque sententiam |

**876.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.)*

in perfidum ducem et eius socios pronunciaturum. Hortatur, ut societatem fratris sui defugiat. (R. ep. 6, Carafa 5.) Mansi XVII. 6, Migne 126 p. 681. — „Multa per nos".

(Sept.) 3047 (2276) Leonem (Sabinensem) et Petrum (Foro-Simproniensem) episcopos negligentiae coarguit, quod, peracta ad Karolum (Calvum) imperatorem legatione, Papiae tamdiu morati, reverti ad sese, „in tanto periculo constitutum et Saracenorum incursionibus undique laceratum", tardent. Differri per inimicos a se excommunicatos rumorem, eos vi retineri. Iubet eos festinanter aut venire, aut significare, quis itineri obstet. (R. ep. 7, Carafa 6.) Mansi XVII. 7, Migne 126 p. 683. — „Dum vobis innumerabiles".

(„ 9.) 3048 (2277) Bosonem comitem (Provinciae ducem) precibus minisque hortatur, ut, memor muneris ab imperatore accepti, auxilium, iam saepe contra Sarracenos frustra petitum, tandem sibi ferat. Significat, se „certa relatione didicisse, stolum amplissimum in proximo ad expugnandam Urbem venturum". Leonem, nepotem suum, et Petrum, episcopos, legatione ad imperatorem functos, ab eo retineri indignatur. (R. ep. 8, Carafa 7.) Mansi XVII. 8, Migne 126 p. 684. — „Saepe gloriam tuam".

(„ 9.) 3049 (2284) Karolo (Calvo) imperatori significat, se eius precibus ut Frotharius, archiepiscopus Burdegalensis, ecclesiae Bituricensi praeponeretur cessisse. (R. ep. 9, Carafa 8.) Mansi XVII. 9, Migne 126 p. 690. — „Petitionem vestram".

(„) 3050 (2279) Waiferii, principis Salernitani, et eius generi, Pulcaris praefecti (Amalphitani), fidelitatem laudat, quam scribit a se cognitam esse, „cum pro liberatione totius patriae in vestras partes venissemus". Addit haec: „Pactum, quod petisti a Karolo imperatore iure vobis firmandum, potestateque per revertentes legatos accepta, ad futurum statuere sumus parati". De suo et „novi agminis" adventu praenunciat. (R. ep. 3, Carafa 3.) Mansi XVII. 5, Migne 126 p. 685. — „Quia te non".

(„) 3051 (2278) Landulfo, episcopo Capuano, Leonem episcopum (Sabinensem), nepotem suum, ceterosque legatos ab imperatore reversos nunciat. Imperatorem scribit sibi permisisse, ut suo arbitratu „de terrae Capuanae pactu statueret". Ita addit: „Parate hospitium, quia cum novo hospitum agmine in vestras partes sumus venturi". (R. ep. 4, Carafa 9.) Mansi XVII. 10, Migne 126 p. 685. — „Sancta Romana ecclesia".

Oct. 15. 3052 (2280) Monasterii S. Mariae et S. Philiberti Tornutiensis privilegia, a Karolo (Calvo) imperatore constituta, possessionesque confirmat. Charte latine sur papyrus. Paris 1835, Iuenin Nouv. hist. de Tournus. Pr. p. 96, Chifflet Hist. de Tournus p. 219, Mansi XVII. 250, Migne 126 p. 686 (ex autographo), Cocquelines I. 210, Bull. Rom. E. T. I. 338, Marini I papiri p. 26, (specimina scripturae huius et sequentis tabulae dederunt: Silvestre Paléogr. tom. III, Champollion-Figeac Chartes et doc. sur papyrus pl. 1-9). — „Quando ad ea".

„ 15. 3053 (2281) Monasterio S. Mariae et S. Filiberti (Tornutiensi) condonatam a Karolo (Calvo) imperatore abbatiam S. Portiani, petente Geilone abbate per Adalgarium, episcopum Augustodunensem, confirmat. (Mirum, cur in his litteris indictio nona ter notetur, cum superior bulla, eodem die data, recte decima indictione signata sit.) D'Achery Spic. III. 351, Chaix de Lavarène Mon. pont. Arverniae p. 3, Mansi XVII. 262, Migne 126 p. 687, Cocqu. I. 209, Bull. Rom. E. T. I. 337. — „Convenit apostolico".

„ 28. 3054 (2283) Clerum, plebem et ordinem ecclesiae Bituricensis hortatur, ut Frothario, archiepiscopo Burdegalensi, ecclesiae Bituricensi praefecto, obediant. (R. ep. 13, Carafa 13.) Mansi XVII. 12, Migne 126 p. 690. — „Suggestionis vestrae".

(„ 28?) 3055 (2282) Episcopis provinciae Bituricensis scribit, ex Leone et Petro, legatis suis, multorumque litteris cognovisse se de vastitate, et urbi et provinciae Burdegalensi per Nortmannos illata, ideoque Frothario, archiepiscopo Burdegalensi, vacantem ecclesiam Bituricensem, dum calamitas illa maneret, commendasse. (Explicit haec ep. „Data VII. Nov. ind. X." ubi aut „kal." desideratur, aut potius, ut credo, „VII." ex „V. k." corruptum est, ita ut idem dies ut in ep. praecedenti legatur.) (R. ep. 14, Carafa 14.) Mansi XVII. 13, Migne 126 p. 689. — „Quia Burdegalensem".

„ 31. 3056 (2285) Karolum (Calvum) imperatorem rogat, ut in Emmenum, iuste quidem iudicatum, clementer tamen consulat. (R. ep. 11, Carafa 11.) Mansi XVII. 11, Migne 126 p. 691. — „Super iudicio".

**876.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.)*

(Oct. 31.) 3057 (2286) Imperatorem et imperatricem pro Madelgerio (imperatoris vasallo?), Odelrici percussore, deprecatur. (R. ep. 12, Carafa 12.) Mansi XVII. 12, Migne 126 p. 692. — „Dum non minus“.

(„) 3058 (2287) Gisliberto, episcopo Carnotensi, Madelgerium, interfectorem Odelrici, commendat, cui res honoresque ablatos reddi cupit. (R. ep. 15, Carafa 15.) Mansi XVII. 14, Migne 126 p. 693. — „Dilectionis vestrae“.

(„) 3059 (2288) Quemdam (quem alloquitur his verbis: „gloria mansuetudinis vestrae“) rogat, ut res monasterio S. Amantii a Roffredo comite ac monacho eiusdem monasterii largitas, quarum Umfredus comes quasdam abstulerit, illum reddere iubeat. (R. ep. 16, Carafa 15^b^.) Mansi XVII. 13 not. a, Migne 126 p. 693 not a. — „Gloria mansuetudinis“.

Nov. 2. 3060 (2289) Adalardum, episcopum Veronensem, ad concilium, „causa ecclesiasticae simul et imperialis opportunitatis“ celebrandum, vocat; eumque, si die 30. m. Novembris esse Romae non possit, d. 25. m. Decembris venire iubet. (R. ep. 10, Carafa 10.) Mansi XVII. 10, Migne 126 p. 693. — „Advertit plane“.

„ 14. 3061 (2290) Karolo (Calvo) imperatori et de legatis suis, Leone et Petro episcopis, bene tractatis et de Ansegiso, archiepiscopo Senonensi, Adalgarioque, episcopo Augustodunensi, ad se missis gratias agit. Marchiones quosdam, ecclesiae Romanae depeculatores, pelli in exsilium postulat. (R. ep. 24, Carafa 23.) Mansi XVII. 21, Migne 126 p. 694. Cf. de tempore Hirsch in Forsch. z. D. G. XX. 156. — „Innumeras omnipotenti“.

„ 15. 3062 (2291) Karolo (Calvo) imperatori et Saracenorum incursus et marchionum vicinorum rapinas nunciat. Auxilia dolet non advenisse. Obsecrat eum, ut sibi celeriter subveniat. (R. ep. 22, Carafa 21.) Mansi XVII. 19, Migne 126 p. 696. — „Quanta et qualia“.

„ 16. 3063 (2292) Karolo (Calvo) imperatori Adelgarium, episcopum Augustodunensem, pallio ornatum, summae fidelitatis virum, diligenter commendat. Quem scribit explanaturum ei, quid sit, cur res ecclesiae praeter utriusque spem non melius ierint. De Ansegiso et Lamberto sinistra quaedam indicat. (R. ep. 25, Carafa 24.) Mansi XVII. 22, Migne 126 p. 697. — „Laudabilem quidem“.

„ 16. 3064 (2293) Rechildim imperatricem hortatur, ut apud imperatorem ecclesiae rationibus prospiciat. (R. ep. 27, Carafa 26.) Mansi XVII. 24, Migne 126 p. 698. — „Quanto amore“.

(„ 16.) 3065 (2294) Karolum (Calvum) imperatorem rogat, ut Wigbodo, episcopo Parmensi, qui imperante Ludovico II. ei obstiterit, ignoscat. (R. ep. 28, Carafa 27.) Mansi XVII. 25, Migne 126 p. 699. — „Quia desiderandam“.

„ 3066 (2295) Ecclesiae Augustodunensi restitutam a „dilecto filio suo Karolo (Calvo) clementissimo imperatore“ Tilionacum villam, ceterasque eius possessiones, petente Adalgario episcopo, confirmat. Baluzii Capitularia II. 1495, Mansi XVIII. 988, Migne 126 p. 700, Pérard Recueil p. 4, Charmasse Chart. de l'egl. d'Autun p. 40, (Gall. Chr. IV. Instr. p. 62 et Bouquet Rec. IX. 177, ubi perperam legitur indict. XII). — „Divinae praeceptionis“.

„ 24. 3067 (2296) Ursi, ducis Veneticorum, erga se pietatem laudat. Hortatur, ut episcopos ad concilium mittat, quo facilius iis praesentibus Petri, patriarchae Gradensis, causa iudicetur. Aegrotanti episcopo (Felici Methamaucensi) concedit, ut vicarium ad concilium leget, alterum vero (Petrum Equiliensem), legationi Constantinopolim destinatum, si nondum abierit, venire iubet. (R. ep. 21, Carafa 20.) Mansi XVII. 18, Migne 126 p. 701. — „Gratias gloriae“.

Dec. 1. 3068 (2300) Dominico Olivolensi et Leoni Caprulensi episcopis significat, Methamaucensem, Equiliensem, Torcellensem episcopos ad concilium vocatos esse. Quorum officia, dum absint, suscipiant, mandat. (R. ep. 17, Carafa 16.) Mansi XVII. 15, Migne 126 p. 705. — „Sanctitatem vestram“.

„ 1. 3069 (2299) Urso, duci Veneticorum, exprobrat, quod Dominicum, „vocatum electum“ Torcellensem, contra promissum non miserit. Eundem et Petrum Equiliensem Felicemque Methamaucensem episcopos sub excommunicationis poena ad concilium vocatos nunciat. Archidiaconum ecclesiae Torcellensis, abbatem monasterii Altinensis, et archipresbyterum, archidiaconum, et Laurentium diaconum ecclesiae Gradensis

**876.** *(Ind. 9. - 1. Sept. — 10, pont. a. 4, imp. Carolo a. 1, post cons. eius 1.)*

eodem tempore advenire postulat. (R. ep. 18, Carafa 17.) Mansi XVII. 16, Migne 126 p. 703. — „Cum pro causa".

Dec. 1. 3070 (2297) Felicem Methamaucensem et Petrum Equiliensem episcopos, qui Petro, patriarchae Gradensi, adversantes, Romam una cum illo non adierint, saepeque vocati, venire recusaverint, tamdiu carere communione iubet, donec se stiterint. Concilio, die 13. Februarii 877 Romae celebrando, aut eos aut eorum legatos adesse cupit. (R. ep. 19, Carafa 18.) Mansi XVII. 17, Migne 126 p. 702. — „Quam ingrati".

„ 1. 3071 (2298) Dominicum, „vocatum electum" Torcellensem, invasae ecclesiae accusatum, iam tertio evocat, et sub excommunicationis anathematisque poena ad concilium, die 13. Febr. 877 celebrandum, venire iubet. (R. ep. 20, Carafa 19.) Mansi XVII. 18, Migne 126 p. 703. — „Quia fama".

(„) 3072 (2301) Delto episcopo significat de lite inter Petrum, patriarcham Gradensem, et eius suffraganeos. Mandat, ut quatuor, quae praecedunt, epistolas Venetiam perferat, ibique „in conspectu totius ecclesiae et populi" legendas curet. (R. ep. 26, Carafa 25.) Mansi XVII. 23, Migne 126 p. 706. — „Tuae dilectionis".

„ 14. 3073 (2302) Lambertum comitem (Spoletinum) hortatur, ut suos ab infestandis S. Petri et Guidonis hominibus avocet. Legatos suos, Acimundum et Walpertum episcopos, quod committendum litteris non putaverit, indicaturos. (Cod. „Data IX X. kal. ian. ind. X.") (R. ep. 23, Carafa 22.) Mansi XVII. 20, Migne 126 p. 707. — „Ab olim".

„ 18. 3074 (2303) Waiferio, principi Salernitano, Adelgisii sociorumque fraudes nuncianti, respondet. Auxilium ab imperatore se ei petiturum esse, scribit. Hortatur, ut a Saracenis se omnino seiungat, neve spem „in Sultan, qui Satan congruentius dicitur", habeat. Episcopum Surrentinum ad se mitti iubet. (R. ep. 29, Carafa 28.) Mansi XVII. 26, Migne 126 p. 708. — „Gloriosae nobilitati".

„ 19. 3075 (2304) Landolfo, episcopo Capuano, opem contra Saracenos ceterosque inimicos petenti respondet, se de subsidio ferendo litteras ad imperatorem daturum esse. (R. ep. 30, Carafa 29.) Mansi XVII. 27, Migne 126 p. 709. — „Sicut de sanctitatis".

**877.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.)*

Ian. — Neapoli — Vide eam, quae sequitur, epistolam.

Febr. 1. 3076 (2305) Aioni, episcopo Beneventano, de angustiis suis respondet. Narrat, se „Neapolim pro maxima Romanae ecclesiae necessitate nuper advenisse". Fratrem eius, ut sibi contra Saracenos assit, admoneri iubet. (R. ep. 34, Carafa 33.) Mansi XVII. 31, Migne 126 p. 710. — „Susceptis atque".

„ 10. 3077 (2306) Karolo (Calvo) imperatori scribit, mala in dies maiora sibi et a Saracenis et a Christianis inimicis inferri, „quia" inquit „tota Campania a . . . Saracenis funditus devastata, iam fluvium, qui a Tiburtina urbe Romam decurrit, furtim transeunt et tam Sabinos, quam sibi adiacentia loca praedantur". Suppetias, per Leonem episcopum, legatum suum, promissas, quamprimum mitti vehementissime postulat; ne „in desperationem lapsi deficiamus, et forsitan in aliud consilium, resumptis aliquantulis viribus, necessario transcendamus". Petrum (Foro-Simproniensem) et Petrum (Senogalliensem) episcopos, legatos suos, commendat. (R. ep. 31, Carafa 30.) Mansi XVII. 27, Migne 126 p. 711. — „Cum nos in".

„ 10. 3078 (2307) Richildim imperatricem obtestatur, ut imperatorem ad ferendam sibi in summo periculo versanti opem hortetur. (R. ep. 33, Carafa 31.) Mansi XVII. 29, Migne 126 p. 713. — „Multo peracto".

„ 13. 3079 (2308) Karolo (Calvo) imperatori palmam viridem mittit, cumque, ut ecclesiae Romanae, ancipiti periculo pressae, auxilietur, „incurvatis genibus et summisso capite deprecatur et obsecrat". (R. ep. 32, Carafa 32.) Mansi XVII. 30, Migne 126 p. 714. — „Inter cetera, quae".

„ 27. 3080 (2309) Ansperto, archiepiscopo Mediolanensi, respondet de episcopo et abbate ante imperatoris, qui iis faveat, adventum non constituendis; quem sperat contra canones non esse facturum. Sed ita addit: „Moderatio sedis apostolicae et universalis ecclesiae dispositio in hoc periculoso tempore pene cuncta dispensatorie moderanda compellit". (R. ep. 35, Carafa 34.) Mansi XVII. 32, Migne 126 p. 715. — — „Laudamus sanctimoniam".

**877.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.)*

(Febr. 27.) 3081 (2310) Archiepiscopos et episcopos regni Karoli (Calvi) imperatoris laborare iubet, ut celeriter sibi ab imperatore auxilium afferatur. (R. ep. 36, Carafa 35.) Mansi XVII. 33, Migne 126 p. 716. — „Pristinis attriti".

Mart. 15. 3082 (2311) Landolfo, episcopo Capuano, nunciat, se litteris Sergii, magistri militum, et Decibilis Hypati intellexisse, eos compositi cum Saracenis foederis poenitere. Walbertum Portuensem et Eugenium Ostiensem episcopos rogatu Decibilis Hypati Caietam a se missos esse. Hortatur, legatos eodem mittat, qui dent operam, ut foedus illud omnino dirimatur. (R. ep. 37, Carafa 36.) Mansi XVII. 34, Migne 126 p. 717. — „Noverit industria".

(„ 15.) 3083 (2312) Frotharium, quondam archiepiscopum Burdegalensem, archiepiscopum Bituricensem constituit, „ita ut pastor eiusdem ecclesiae, rector et antistes ex hoc revera dicatur". (Cf. supra epp. 3051. 3054. 3055.) (R. ep. 38, Carafa 37.) Mansi XVII. 35, Migne 126 p. 718. — „Ad hoc nos".

„ 27. 3084 (2313) Carolo (Crasso) regi scribit, allatum sibi esse, eum „Italiam ingressum, ad monasterium accessisse ancillarum Dei, apud Brixiam constitutum, indeque, cum illic moraretur, tyrannice aurum ablatum esse tam ipsius monasterii, quam dilectae filiae suae Angelbergae, Dei cultricis, quod sibi ad ipsius praecipue coenobii sustentationem procul dubio reservaverat". Praecipit sub excommunicationis poena, ut intra dies 60 ablata restituat, legatumque Romam mittat. (R. ep. 43, Carafa 42.) Mansi XVII. 38, Migne 126 p. 719. — „Cum generositatem".

„ 27. 3085 (2314) Ingelbergam, „Christo dicatam" (Ludovici II. imperatoris viduam), consolatur, atque ut fidelitatem erga Karolum (Calvum) imperatorem servet, hortatur. (R. ep. 44, Carafa 43.) Mansi XVII. 39, Migne 126 p. 720. — „Eo nos filia".

„ 27. 3086 (2315) Wigbodo, episcopo Parmensi, mandat, ut, quoscumque possit, ad defendendam ecclesiam Romanam impellat, cum amicisque ad „colloquium" suum veniat, „quatenus communi consilio gens impia suis eliminetur e finibus". Expetitas epistolas mittit, quas ad eos, quibus inscriptae sint, perferendas curet. (R. ep. 45, Carafa 44.) Mansi XVII. 40, Migne 126 p. 721. — „Devotionis tuae".

Apr. 9. 3087 (2316) Decibilem et Iohannem Hypatos hortatur, ut coeptum peragant, operamque dent, „ut Christiani nominis viri paganorum foedera fugiant". (R. ep. 39, Carafa 38.) Mansi XVII. 35, Migne 126 p. 722. — „Devotioni tuae".

„ 9. 3088 (2317) Pulchari, praefecturio Amalfitano, mandat, dissolvendis foederibus, cum Saracenis ictis, operam navet. (R. ep. 40, Carafa 39.) Mansi XVII. 36, Migne 126 p. 722. — „Admonemus ut".

„ 9. 3089 (2318) Sergium, magistrum Neapolitanum, a Saracenorum societate minacibus verbis avocat. (R. ep. 41, Carafa 40.) Mansi XVII. 36, Migne 126 p. 723. — „Dum verbi".

(„ 9.) 3090 (2319) (Athanasium), episcopum Neapolitanum, graviter incusat, quod cives neque a Saracenis abstraxerit, neque post excommunicationem iis a sese illatam reliquerit. Hortatur, ut et fratris ducis et civium animos a paganorum foedere alienet. (R. ep. 42, Carafa 41.) Mansi XVII. 37, Migne 126 p. 723. — „Relectis literis".

„ 17. 3091 (2320) Aionem, episcopum Beneventanum, hortatur, agat, ut foedus, quod Neapolitani cum Saracenis inierint, dirumpatur. Epistolam mittit, quam „primo Graecorum illic venientium" tradi iubet, eundemque moneri, „ut, omni amota occasione, vel decem dromones in adiutorium suum statim dirigat". (Cod. „Data XV. kal. Mai. ind. X.") (R. ep. 46, Carafa 45.) Mansi XVII. 41, Migne 126 p. 725. — „Perspectis apicibus".

„ 17. 3092 (2321) Gregorium, imperialem paedagogum, cum copiis in partes Beneventanorum missum, hortatur, ut de Basilii imperatoris, „tamquam piissimi propugnatoris orthodoxae fidei", valetudine per litteras sese erudiat. Deinde rogat, „ut vel decem bona et expedita achelandia ad portum suum transmittat, ad litora sua de illis furibus et piratis Arabibus expurganda". (R. ep. 47, Carafa 46.) Mansi XVII. 42, Migne 126 p. 726. — „Gloriam tuam".

(„ 17.) 3093 (2324) Karolo (Calvo) imperatori exponit, quamobrem Adelardus, episcopus Veronensis, privatus communione sit. (R. ep. 48, Carafa 47.) Mansi XVII. 43, Migne 126 p. 727. — „Sacris vestrae".

877. *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.)*

(Apr.) 3094 (2323) Iohanni Ravennati, Ansperto Mediolanensi, Walperto Aquileiensi archiepiscopis, de Adelardi, episcopi Veronensis, excommunicatione scribit. (R. ep. 49, Carafa 48.) Mansi XVII. 43, Migne 126 p. 728. — „Sancti magnique".

„ 25. 3095 (2325) Landulfo, episcopo Capuano, mandat, exquirat, quid Sergius, dux Neapolitanorum, de dimittenda Saracenorum societate sentiat. Laborare eum iubet, ut et ducem et Waiferium, principem Salernitanum, et Polcarem, praefecturium Amalphitanum, perducat Traiectum, ubi secum colloquantur. „Parati enim sumus" inquit „non solum quae dicta sunt, sed et maiora concedere". (R. ep. 51, Carafa 50.) Mansi XVII. 44, Migne 126 p. 729. — „Studeat sanctitas".

„ 25. 3096 (2326) Polcari, praefecturio Amalphitano, scribit, ut una cum socero, Waiferio principe, Traiecti praesto sibi sit. (R. ep. 52, Carafa 51.) Mansi XVII. 45, Migne 126 p. 730. — „Si vere utique".

3097 (2334) Waiferio, principi Salernitano, significat, si Sergius, dux Neapolitanorum, recedere a foedere cum Saracenis facto cogitet, se Traiectum profecturum esse. (Fragmentum, quod perperam in editionibus cum clausula alius epistolae, infra reg. 3105, ad Carolum Calvum imperatorem directae et „Mai. 30." designatae, coniunctum est; vide Levi Archivio d. soc. Romana di storia patria IV. 167.) (R. ep. 53, Carafa 52; cf. Levi l. l. p. 169.) Mansi XVII. 45, Migne 126 p. 735. — „Quia Neapolitanorum".

„ 28. 3098 (2322) Clero ecclesiae Veronensis Adelardum, eorum episcopum, propter iura monasterii Nonantulani pertinaciter violata, excommunicatum esse nunciat. (R. ep. 50, Carafa 49.) Mansi XVII. 44, Migne 126 p. 729. — „Experientiae vestrae".

Mai. 25. 3098a (2329) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, et Antonium, episcopum Brixiensem, sub excommunicationis poena ad „generalem synodum", die 24. m. Iunii Ravennae celebrandam, venire iubet. (R. ep. 54, Carafa 53.) Mansi XVII. 46, Migne 126 p. 732. — „Quia diversis".

(„ 25.) 3099 (2327) Karolo (Calvo) imperatori scribit, celeri auxilio sibi opus esse, „quippe" inquit „cum de tota iam depopulata Campania nil habeamus, nilque nobis, aut venerabilibus monasteriis, ceterisque piis locis, neque senatui Romano, unde corporaliter sustentari possimus, remanserit; omnibus etiam Romae suburbanis adeo depraedatis, ut nullus in ipsis iam habitator videatur consistere". (R. ep. 55, Carafa 54.) Mansi XVII. 47, Migne 126 p. 730. — „Divina ideo".

„ 27. 3100 (2330) Ursum, ducem Venetiae, et inobedientiae accusat, et, quod legationem b. Petri male tractaverit, reprehendit. Eum et episcopos Venetos interesse iubet „synodo totius Italiae sacerdotum", die 24. m. Iunii in urbe Ravenna habendae. Affirmat haec: „Non enim ruinam eorum (episcoporum) cupimus, absit, sed illius statum reformare provinciae, et quidquid inter eos et metropolitanum quaestionis et controversiae vertitur, canonice diffinire". (R. ep. 56, Carafa 55.) Mansi XVII. 48, Migne 126 p. 733. — „Multis esses".

„ 27. 3101 (2331) Petrum Equiliensem et Leonem Methamaucensem, episcopos Venetiae, ad concilium, die 24. m. Iunii Ravennae celebrandum invitat, ut inter alia etiam eorum cum Petro, patriarcha Gradensi, controversia componatur. (R. ep. 57, Carafa 56.) Mansi XVII. 48, Migne 126 p. 734. — „Universale tandem".

(„) 3102 (2328) Iohanni, archiepiscopo Ravennati, significat, se „tam pro ecclesiasticis quibusdam necessitatibus, quam pro statu et pro correctione reipublicae" statuisse, in diem 24. m. Iunii Ravennam „episcoporum Italici regni universale, id est totius provinciae, advocare concilium". Eum et eius suffraganeos adesse iubet. (R. ep. 58, Carafa 57.) Mansi XVII. 49, Migne 126 p. 731. — „Quia iam ad".

„ 27. 3103 (2332) (Walperto, patriarchae Aquileiensi) scribit, se sperare, fore ut culpa vacuus in concilio inveniatur. (R. ep. 59, Carafa 58.) Mansi XVII. 50, Migne 126 p. 734. — „Novimus vestram".

„ 29. 3104 (2333) Monachis Flaviniacensibus confirmat possessiones monasterii eorum, a Carolo imperatore, cum antea regii iuris esset, ecclesiae Augustodunensi et episcopo eius Adalgario collati. Episcoporum Augustodunensium super monasterio iura restringit. v. Pflugk-Harttung Acta inedita I. 4, (Labbaeus Nova Bibl. Man. I. 271). — „Omnium ecclesiarum".

(„) Traiecti Vide epistolam sequentem 3106.

**877.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.)*

Mai. 30. — 3105 Carolum (Calvum) imperatorem adhortatur, ut postulationem suam ad effectum ducat. (Fragmentum; prima epistolae pars deperdita est; exstat clausula cum temporis nota „Data III. kal. Iun. ind. X."; ad imperatorem spectat titulus „dilectissima karitas vestra".) Vide ep. supra 3097. (R. in fine ep. 53, Carafa in fine ep. 52.) Mansi XVII. 45, Migne 126 p. 735. — „. . . toto corde".

(„ 30.) — 3106 (2336) Iohannem, archiepiscopum Ravennatem, certiorem facit, foederis inter Neapolitanos et Saracenos dirimendi causa Traiectum sibi proficiscendum fuisse; quapropter non posse fieri, ut synodus Ravennas die constituto (24. Iunii) celebretur. Addit, se die 17. m. Iulii Ravennae fore, ibique eum et eius suffraganeos die 21. eiusdem m. Iulii adesse iubet. (R. ep. 60, Carafa 59.) Mansi XVII. 50, Migne 126 p. 736. — „Iter, quod".

Iun. — 3107 (2335) Cellae Godith, monasterio Tornutiensi a Karolo (Calvo) imperatore concessae, privilegia possessionesque confirmat. (Pro „ind. V." leg. „ind. X.") Juenin Nouv. Hist. de Tournus. Pr. p. 97, Chifflet Hist. de Tournus. p. 223, Mansi XVII. 251, Migne 126 p. 735, Cocqu. I. 213, Bull. Rom. E. T. I. 343, Marini I papiri p. 28. (Vide facsimile ap. Champollion-Figeac Chartes et dipl. sur papyrus III. 1.) „Nimia vetustate iam consumptum, cum fuerit non in pergameno, sed in papyro conscriptum" hoc diploma confirmat Innoc. IV. a. 1246, Ian. 29. ap. Potthast Reg. 12002. — „Postquam enim".

Iul. 19. — 3108 (2337) Ursum, ducem Venetiarum hortatur, ut episcopos Venetos ad synodum, die 22. m. Iulii Ravennae celebrandam, mittat. (R. ep. 61, Carafa 60. Cf. Levi l. l. p. 169. not. 11.) Mansi XVII. 51, Migne 126 p. 737. — „Scire volumus".

Aug. 1. — 3109 (2338) Monasterii et xenodochii Placentini, ab Angelberga imperatrice conditi, possessiones confirmat privilegiaque constituit. Mon. Hist. patr. cod. dipl. Lang. I. 458, Campi Hist. di Piac. I. 463, Migne 126 p. 737, Cocqu. I. 213, Bull. Rom. E. T. I. 344. — „Omnibus quidem".

(„) Ravennae — Concilium, 130 episcoporum (cf. Deusdedit Coll. can. III. 49) in quo sanciunt: pallia metropolitarum tribus post consecrationem mensibus expetenda a sede apostolica esse; episcopos tribus post electionem mensibus consecrandos; metropolitas pallio uti nisi statutis temporibus non debere; ducibus non licere, episcopos „in praesentiam Romani praesulis introducere"; episcopos, clericos, moniales, pupillos, viduas non esse apud laicos postulandos; sacrilegos, feminarum raptores, praedones, excommunicatorum communicatores privandos communione esse; nomina excommunicatorum divulganda; et eos, qui iudicium subterfugerint, et eorum fautores excommunicandos; „administratores secularium dignitatum", qui ecclesiasticorum neglexerint querelas, excommunicandos; de presbyteris; anathematizandos esse eos, qui „beneficialiter vel alio quolibet modo petierint" ecclesiae Romanae patrimonia: „Appiae videlicet, Lavicanense, Campaninum, Tiburtinum, Theatinum, utrumque Sabinense et Tusciae, porticum S. Petri, monetam Romanam, ordinaria et actionarica publica, ripam, portus et Ostiam"; nec petenda nec conferenda esse „monasteria, cortes, massas et salas tam per Ravennam et Pentapolim et Aemiliam, quam per Tusciam Romanorum atque Langobardorum et omne territorium S. Petri constituta"; de decimis; „in domibus ecclesiarum neque missum, neque comitem vel iudicem, quasi pro consuetudine, neque placitum neque hospitium vindicare" debere. Mansi XVII. 337. (De mense vide Pagii crit. ad Baronii annal. 877.)

In eodem concilio: Caroli (Calvi) imperatoris „ad imperialia sceptra electionem et promotionem, praeterita nona indictione" factam, „firmam et stabilem decernunt permansuram"; quam qui perturbare aut violare tentaverint, clericos deiiciendos, laicos et monachos anathematizandos esse censent. Mansi XVII. append. p. 171. (Solent hanc confirmationem referre ad Romanam synodum, quam Pagius mense Februario non potuisse celebrari docet, mensique Iulio arbitratur tribuendam esse. Iohannes vero in sermone confirmationi praemisso sic loquitur: „Nosque, quod iam in Romana ecclesia gessimus preces benedictionis fundentes et coronam imponentes, etiam hic in hac generali . . . synodo, ad quam . . . pro innumeris necessitatibus et utilitatibus ecclesiae convenisse dinoscimur, iterato . . . roboremus". Opponuntur „Romana ecclesia" et „hic"; unde patet synodum alibi quam Romae habitam esse. Eoque minus concilio Ravennati iungere confirmationem dubitavi, quod qui eam exeunte

**877.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, imp. Carolo a. 2, post cons. eius 2.)*

mense Augusto, ut ex Böhmeri Regestis Karolorum p. 169 intelligitur, Carolo Calvo Urbae reddidit, Adalgarium, episcopum Augustodunensem, constat ipsi concilio Ravennati interfuisse.)

In eodem concilio ecclesiae Augustodunensi monasterium Flaviniacense et Tiloniacum villa, petente Adalgario, episcopo (Augustodunensi), imperatoris legato, asseruntur. (Dies in tabula notatus: „Data IV. kal. Decembris", omnino vitiosus est. Pagius pro „Decembris" legendum „Septembris" putat; sed ne „IV. kal." quidem incorruptum est; cf. Hefele IV. 524.) Plancher Hist. de Bourg. I. Pr. p. 11, Mansi XVII. 341. (Duas synodos Ravennae hoc tempore fuisse credunt Baronius et Mansi (cf. Hefele ed. 1. IV. 503), Gregorovius III. 208. Sed huic opinioni iam oblocutus est Dümmler Ostfr. R. II. 80; cf. v. Noorden Hincmar p. 345. 348, Hefele ed. 2. IV. 522.)

Aug. 13. — 3110 Aretinae ecclesiae confirmat bona, petente Iohanne episcopo. v. Pflugk-Harttung Acta ined. II. 35, (cf. eiusdem Iter Ital. p. 2. 179 et Kaltenbrunner Sitzungsber. d. Wiener Ak. 1879 tom. 94. p. 26. — „Convenit apostolico".

„ 24. — 3111 (2339) Iohannis, episcopi Papiensis, successorumque eius privilegia confirmat et auget, in his, ut cruce praeferenda, et pallio, et equo albo utantur. (Bulla suspecta.) Mon. hist. patr. cod. dipl. Lang. I. 463, Ughelli It. sacr. I. 1085, Capsoni Origine p. 50, Mansi XVII. 259, Migne 126 p. 739, Cocqu. I. 217, Bull. Rom. E. T. I. 351. — „Supernae miserationis".

(Sept.) Vercellis — cum Carolo (Calvo) imperatore convenit. Hincmari Annales 877 p. 503.

(„) Papiae — cum imperatore. Hincmari Annal. 877 l. l., Annal. Vedastini 877 MG. SS. II. 196. Vide ep. 3156.

(„) Dertonae — Richildim, uxorem Caroli (Calvi) imperatoris, imperatricem consecrat. Hincmari Annal. 877 l. l.

Oct. Romae — Vide sequentem epistolam; cf. Iohannis Chron. Venet. MG. SS. VII. 20.

„ 21. — 3112 (2340) Lamberto comiti (Spoletino) scribit, se Romam reversum, totam ecclesiam convocasse; cui cum eius „de obsidibus Romanorum procerum dandis" edictum patefecisset, omnium animos contra se accensos esse. Addit haec: „Romanorum filios sub isto coelo non legitur fuisse obsides datos; antea Romani ovilis senatus mortem eligant, quam hanc inauditam rem fieri consentiant". Num „hoc ex augustali iussu processerit", dubitat. Hortatur, ne Romam prius veniat, quam „ad unam concordiam reipublicae causa redierit et litis figmenta, contra augustalem maiestatem oborta, sopita exstiterint". (R. ep. 62, Carafa 61.) Mansi XVII. 51, Migne 126 p. 742. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 67. — „Remeantibus nobis".

„ 30. — 3113 (2341) Widonem, episcopum Inivensem (Aniciensem?), monet, ut in Leontardum, gravissima poenitentia affectum, clementia utatur. (R. ep. 84, Carafa 62.) Mansi XVII. 52, Migne 126 p. 743. — „Leontardus quidam".

Nov. — 3114 (2342) Karolomanno regi gratulatur. Mortem Karoli (Calvi) imperatoris deplorat. Ita addit: „Dum a colloquio fratrum vestrorum fueritis reversi, legatos ad vos dirigemus, cumque pagina, capitulariter continente ea, quae vos Romanae ecclesiae debetis concedere; quibus peractis rursus mittemus, qui vos ad limina apostolorum ductare studeant". Theotmaro, archiepiscopo Salzburgensi, pallium missum esse nunciat, cui mandat „committi ea, quae apud Bagoariam b. Petrus habet, uti sibi annualiter reditus eius Romam transmittat". (R. ep. 63, Carafa 63.) Mansi XVII. 53, Migne 126 p. 744. — „Apicibus igitur".

„ — 3115 (2343) Theotmaro, archiepiscopo Salzburgensi, scribit de pallio misso; de ecclesiae Romanae rationibus apud Karolomannum regem fovendis; de Bavarico b. Petri reditu quotannis mittendo. (R. ep. 64, Carafa 64.) Mansi XVII. 54, Migne 126 p. 745, Boczek C. D. M. I. 37. — „Idcirco tuam".

**878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)*

(c. Ian.) — 3116 (2345) Athanasium, episcopum Neapolitanum, quod ecclesiae infestatae poenas a fratre, Sergio duce, petierit, vehementer laudat. Ita ascribit: „Nos, aliis mancosis datis, mille quadringentos vobis dare debemus, quos aut initio quadragesimae (c. d. 4. m. Febr. a. 878), aut in die s. resurrectionis (23. Martii 878) vobis procul dubio dirigemus". Petrum, diaconum eius, commendat. (R. ep. 75, Carafa 66.) Mansi XVII. 55, Migne 126 p. 746. Cf. v. Pflugk-Harttung Iter It. p. 59. — „Innumeras gratiarum".

**878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)*

(c. Ian.) — 3117 (2346) Omnes eximios iudices et universum populum Neapolitanae civitatis collaudat, quod, deiecto Sergio magistro militum, Athanasium episcopum creaverint iudicem et rectorem. Addit haec: „Porro quia, iam aliis omnibus datis mancosis, mille quadringentos vobis dare debemus, ne turbemini; quia eos vel in initio quadragesimae, vel in die s. resurrectionis, vobis dirigemus". (R. ep. 76, Carafa 67.) Mansi XVII. 56, Migne 126 p. 747. — „Quanta verae".

Febr. 26. — 3118 (2363) Basilio imperatori ita scribit: „Quod his diebus contra privilegium s. Romanae ecclesiae Romae peractum est, his missis nostris, Paulo et Eugenio episcopis, verbotenus vobis dicenda commisimus". De auxilio sibi ferendo addit. (Est „data IV. kal. Martii"; pro quo „Maias" scribere voluit Jaffé in ed. 1. Codicis lectionem retineo.) (R. ep. 71, Carafa 81. De nominibus, quae Carafa huic ep. subnectit, cf. reg. 3122. 3140.) Mansi XVII. 70, Migne 126 p. 767. — „Scimus venerabilis".

(„ 26.) — 3119 (2352) Lamberto comiti (Spoletino) scribit, se audiisse, hac mente Romam eum aditurum esse, ut suis inimicis ter excommunicatis auxilium ferat. Quod ne faciat, rogat. Aliam ob causam venturum a se honorifice exceptum iri affirmat. Gaudericum et Zachariam episcopos, legatos suos, commendat. Adelperto, marchioni (Tusciae), si Romam venerit, se aditum non daturum. Quem extra urbem Lambertus postulaverat congressum, ipse mavult Romae fieri. (R. ep. 82, Carafa 72.) Mansi XVII. 60, Migne 126 p. 752. — „Dilectionis et amicitiae"

(„ 26.) — 3120 (2353) Lambertum, comitem (Spoletinum), reprehendit, quod inverecundas litteras ad se miserit, et „quia dixerit, quod sine consensu suo ipsius legationes nusquam mittere deberet". Haec addit: „Quia vos, nobis relictis, in partem contrariam inclinatos videmus, non solum obstupescimus, sed etiam a vestrae amicitiae nos similiter declinamus consortio". (Exit ep. in haec verba: „Hanc ep. nostram secundum morem per Longobardum fidelem vestrum et litterarum delatorem vestrarum vobis mandare voluimus, sed ille a nobis eas recipere ac deferre noluit, sed sicut et antiquus usus exigit et ratio manifesta fieri declarat".) (R. ep. 83, Carafa 73.) Mansi XVII. 61, Migne 126 p. 753. — „Sedem apostolicam".

Romae — „sub custodia retinetur" a Lamberto, duce Spoletino, et Adalberto, Tusciae marchione, qui interea „optimates Romanorum fidelitatem Carlomanno (regi) sacramento firmare cogunt". Annales Fuldenses 878 MG. SS. I. 392. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 75.

Domum S. Petri — post Lamberti et Adalberti discessum intrat, et „omnes thesauros, quos ibi reperit, ad Lateranis transfert, et altare S. Petri cilicio cooperit et cuncta hostia eiusdem ecclesiae claudit, nullumque ibi officium ad Dei cultum pertinens per plures dies celebratur". Annales Fuldenses 878 l. l.

In ecclesia b. Pauli — in Lambertum, ducem Spoletinum, „et in omnes sequaces eius, si contra urbem Romam et ecclesiam Romanam aliquam, rursus veniens, contrarietatem inferre praesumpserit, anathematis sententiam profert". Vide Iohannis epist. ad Iohannem archiepiscopum Ravennatem (reg. 3122) ap. Mansi XVII. 73, Migne 126 p. 756.

(Mart.) — 3121 (2347) Lamberto comiti (Spoletino) scribit, „quia, non solum pro assiduis paganorum infestationibus, sed etiam pro innumeris oppressionibus, quae sibi ab adversariis illatae sint, in gremio sedis apostolicae securiter manere sibi minime liceat", destinasse se, „Franciam per iter marinum proficisci, gloriosumque Karolomannum regem adire" auxilii petendi causa. Proposita excommunicatione hortatur, ut se absente et urbi et agro Romano parcat. (R. ep. 77, Carafa 68.) Mansi XVII. 57, Migne 126 p. 748. Cf. de tempore Dümmler Ostfr. R. II. 77. — „Sagacitati ac".

(„) (Romae) — 3122 (2356) Iohanni, archiepiscopo Ravennati, (ac eodem modo, ut nomina in cod. huic ep. rubro superscripta docent [cf. ep. 3140]: archiepiscopo Mediolanensi, patriarchae Foro-iuliensi, Iohanni Papiensi) exponit, a Lamberto duce Spoletino quae mala passus sit. Ita addit: „Quia per terram ire nequimus, per marinum iter Franciam proficisci debemus, gloriosos scilicet reges deprecaturi, ut ecclesiam S. Petri liberent; cum nos de urbe Roma fuerimus egressi coeptumque iter egerimus, audimus, eundem Lambertum velle Romam rursus expugnaturum adire: nos vero anathematis sententiam in eum in ecclesia b. Pauli protulimus". (R. ep. 72, Carafa 84.) Mansi XVII. 72, Migne 126 p. 756. — „Almitatis („Unanimitatis) vestrae".

(„) („) — 3123 (2355) Berengario, „glorioso comiti (Foroiuliensi), regia prosapia orto", maleficia Lamberti, ducis Spoletini, nunciat. „Venit" inquit „Romam et portam civitatis

**878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)*

capiens, tantam civitatem invasam retinuit, ita sane, ut nobis, apud b. Petrum consistentibus, nullam urbis Romae potestatem, a piis imperatoribus b. Petro eiusque vicariis traditam, haberemus; existitque paratus, nobis iterum maiora inferre". Quae omnia Karolomanno regi significet, rogat. Addit haec: „Si vero idem Lambertus nos persequi non omiserit, nos iam dicto regi fideles amici esse quomodo possumus, quia eius se voluntate iactatur talia agere"? (R. ep. 73, Carafa 85.) Mansi XVII. 73, Migne 126 p. 755. — „Lectis nobilitatis".

(Mart.) (Romae) 3124 (2354) Angelbergam (Ludovici II. imperatoris viduam), „ex imperatrice Deo dicatam", multis incommodis afflictam, consolatur. De malis, a Lamberto, comite Spoletino, „his diebus" sibi illatis, significat; additque sic: „De cetero autem ea, quae mandastis, multis impedimentis occupati, quae praefatus comes nobis praeparat, perficere nequivimus". (R. ep. 81, Carafa 86.) Mansi XVII. 74, Migne 126 p. 754. — „Quia multum".

(„) („) 3125 (2344) Edceredum, archiepiscopum gentis Anglorum (Cantuariensem), hortatur, ut „non solum regi, sed omnibus perverse aliquid agere volentibus, strenue resistat". Regem, ut ei obtemperaret, a se admonitum esse. Exponit de re matrimoniali. Privilegia eius servari iubet. (R. ep. 74, Carafa 65.) Mansi XVII. 54, Migne 126 p. 745. — „Vestris relectis".

(„) 3126 (2348) Landolfum, episcopum Capuanum, monet, ut Athanasium, episcopum Neapolitanum, in defendenda ecclesia Romana adiuvet. Scribit de „pacto in decem millium mancusorum cum Amalfitanis, eo et Gaiferio principe Salernitano mediante, eatenus facto, ut a Traiecto usque Centumcellas sibi navali labore indesinenter auxilium ferrent"; queriturque, eos, quod promisissent, ad id tempus non fecisse, imo vero etiam mala fide contendere, mancusorum promissa esse duodecim millia. (R. ep. 78, Carafa 69.) Mansi XVII. 58, Migne 126 p. 749. — „Quanto studio".

(„) 3127 (2349) Guaiferio, principi Salernitano, de Amalfitanis, ut superiore epistola, queritur. (R. ep. 85, Carafa 74.) Mansi XVII. 62, Migne 126 p. 750. — „Devotionem igitur".

(„) 3128 (2350) Aribertum, archiepiscopum Ebredunensem, reprehendit, quod non Waldenum, „canonice a plebe (leg. clero) et populo" Vinciaco electum atque a Karolo (Calvo) defuncto imperatore confirmatum, sed alterum contra canones creatum consecraverit. Praecipit, ut cum ambobus Romam veniat. (R. ep. 79, Carafa 70.) Mansi XVII. 58, Migne 126 p. 750. — „Si canonica in".

(„) 3129 (2351) Cuniperto comiti sub excommunicationis poena imperat, ut invasam „cortem s. Petri in Aluiscutia" restituat. (R. ep. 80, Carafa 71.) Mansi XVII. 59, Migne 126 p. 751. — „Auditu didicimus".

Apr. 16. 3130 (2357) Michaelem, Bulgarorum regem, monet, ut Graecorum errores fugiat et ad b. Petrum revertatur. Affirmat sic: „Mihi credite, non gloriam ex vobis, vel honorem, aut censum exspectantes, non patriae regimen et reipublicae moderamen adipisci cupimus; sed dioeceseos curam et dispositionem resumere volumus". De xenio misso gratias agit. Sergium, eunuchum, Slavum, qui episcopatum Belogradensem a Georgio, falso episcopo, acceperit, reiicit. („Missa per Eugenium et Paulum episcopos mense Aprili die 16. ind. 11.", ut in notula epistolae praemissa dicitur. Idem tempus legendum est in calce ep., ubi scribitur: „Data XVI. idus mensis Aprilis ind. XI.") (R. ep. 65, Carafa 75.) Mansi XVII. 62, Migne 126 p. 758. — „Spiritualibus te".

„ 16. 3131 (2358) Petro comiti dat negotium, ut Michaelem, Bulgarorum regem, ad ecclesiae Romanae fidem revocet. („Missa per Paulum et Eugenium episcopos mense Aprili ind. 11. die 16.") (R. ep. 66, Carafa 76.) Mansi XVII. 64, Migne 126 p. 760. — „Dilectissimo filio".

„ (16.) 3132 (2359) Quemdam ex nobilibus Bulgaris monet, ut Michaelem regem ad Romanam ecclesiam reducat. (Haec epistola perperam inscripta est: „Michaeli glorioso regi Bulgarum"; ad regis fratrem eam missam esse suspicatur Hefele IV. 447.) (R. ep. 69, Carafa 77.) Mansi XVII. 66, Migne 126 p. 762. — „Christianissimo regi".

„ (16.) 3133 (2360) Ignatio, patriarchae Constantinopolitano, sub excommunicationis poena iam tertio praecipit, ut sacerdotes, ab eo et eius episcopis in Bulgaris constitutos, intra dies triginta revocet; eumque, si in contumacia perseveraverit, patriarchatu multatum iri, denunciat. („Missa per Paulum et Eugenium episcopos".) (R. ep. 67, Carafa 78.) Mansi XVII. 67, Migne 126 p. 763. — „Secundo iam".

| | | |
|---|---|---|
| | | **878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)* |
| Apr. 16. | | 3134 (2361) Omnes episcopos et clericos Graecos, qui „in Illyrici provincias, quas nunc Bulgarum natio retinet, ingredientes, ordinationes illicitas perpetraverunt", excommunicat, intraque dies triginta recedere iubet. Consilium esse scribit, si non obedierint, ut pristinis honoribus priventur, si imperata fecerint, ut domesticis ecclesiis aut restituantur aut praeficiantur. („Missa per Paulum et Eugenium episcopos".) (R. ep. 70, Carafa 79.) Mansi XVII. 68, Migne 126 p. 764. — „Miramur vos et". |
| („ 16.) | | 3135 (2362) Basilium imperatorem, ecclesiasticae pacis cupidum, collaudat. Scribit de destruendis schismatis Constantinopolitani reliquiis. Paulum et Eugenium episcopos, legatos suos, commendat. (Epistola „missa per Eugenium et Paulum episcopos" nunc hic illic mutilata esse videtur.) (R. ep. 68, Carafa 80.) Mansi XVII. 69, Migne 126 p. 765. — „Benedictus Deus". |
| „ 29. | | †3136 (CCCXLIX) Monasterii Tornutiensis possessiones et privilegia confirmat. (Incipit hoc diploma: „Anno dom. inc. 878, ind. 11, regnante . . . Ludovico . . Ego Iohannes . . atque praedictus Ludovicus constituimus". Explicit cum subscriptione 17 episcoporum, quam sequuntur verba: „Datum 3. kal. Maii p. m. Christifori primicerii s. summae sedis ap. imperante piissimo Ludovico".) Chifflet Hist. de Tournus p. 225, Juenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 99, Bouquet Rec. IX. 180, Migne 126 p. 772. — „Anno dominicae". |
| c. Apr. | in ecclesia b. Petri | Synodus, in qua Iohannes VIII. „una cum coepiscopis et confratribus suis Italicis Lambertum ducem Spoletinum et Adalbertum marchionem et sequaces eorum excommunicat et quia in sceleribus perseveraverint, communionis immunes esse decrevit. Quodque decretum (inquit) in praedicta b. Petri ecclesia scriptum, ut ingredientes et exeuntes legant et doleant eosque anathematizatos teneant, posuimus". Vide Acta synodi Trecensis ap. Mansi XVII. 348, Migne 126 p. 961. |
| (Apr.Mai.) | (Ianuae) | 3137 (2364) Ludovicum (Balbum) regem hortatur, ut vestigiis patris, Karoli (Calvi), ecclesiae Romanae fautoris, ingrediatur, et cum „Ludovici regis Baioariorum (Germanici) filiis" pacem agitet. Queritur de Lamberto Spoletino et illius „maecha sorore Rottillde" et Adelberto marchione, „patriae praedone"; nunciatque, Lambertum „Romani imperii" cupiditate ardere, et, legatis Tarentum missis, a Saracenis auxilia petiisse. Se in Franciam venturum, ibique synodum celebraturum esse scribit. Epistolas suas ut ad Karolomannum et Ludovicum (III.) et Karolum (Crassum) reges perferendas curet, rogat. (R. ep. 86, Carafa 87.) Mansi XVII. 75, Migne 126 p. 767. — „Quanto deinde". |
| („ „) | („) | 3138 (2365) Ludovico (III.) regi, Ludovici Baioariorum regis filio, scribit, „in quantam superbiam pro cupiditate, ut fama vera se habeat, Romani imperii proruperit" Lambertus Spoletinus, qui „asserat, Karolomannum regem sibi talia horrenda facere praecepisse". De adventu in Franciam suo eum praemonet et de synodo „secum simul" celebranda; ad quam archiepiscopos et episcopos regni eius venire iubet. (R. ep. 87, Carafa 88.) Mansi XVII. 77, Migne 126 p. 769. — „Scriptum enimvero". |
| („ „) | „ | 3139 (2366) Karolomanno regi significat, „fessum se paganorum persecutione ac gladio atque exactione census viginti quinque millium in argento mancusorum annualiter" de adventu eius sperasse sed, Lamberti et Adelberti marchionum iniuriis in summum discrimen adductum, et, ne ad eum viae se committeret, impeditum, in navem conscendisse. Hortatur, ut ad synodum in Francia habendam cum episcopis veniat. („Data de civitate Genuense et directa gloriae vestrae per Anspertum Mediolanensem" archiepiscopum. Sequuntur verba: „Praesentium latorem, Petrum cardinis ecclesiae nostrae presbyterum commendamus eumque ad nos quaesumus cum vestris missis atque opitulatione festinanter remittite". Cf. sequentes epistolas.) (R. ep. 88, Carafa 89.) Mansi XVII. 78, Migne 126 p. 770. — „Quanta denique". |
| („ „) | („) | 3140 (2367) Ansperto, archiepiscopo Mediolanensi, significat, propter indignitates a Lamberto, duce Spoletino, et Adelberto marchione (Tusciae) Romae acceptas se synodi in Francia celebrandae consilium cepisse; cui eum et eius suffraganeos interesse iubet. Petrum, presbyterum cardinalem, ad Karolomannum regem missum, commendat. (Huius epistolae partes casu nescio quo summe confusae sunt. Verba, quae Carafa in ed. Rom. huic ep. praemisit et quae in cod. sunt: „Ad archiepiscopum de Mediolano. ad patriarcha de Foro-Iuli. ad Iohannis de Papia" ad ep. 3122 pertinent.) (R. ep. 94, Carafa 82.) Mansi XVII. 71, Migne 126 p. 771. — „Pro innumeris". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)* |
| (Apr.Mai.) | (Ianuae) | 3141 (2368) Angelbergae imperatrici (Ludovici II. imperatoris viduae) Petrum, presbyterum cardinalem, commendat, cuius „iter solita pietate disponat". (R. ep. 104, Carafa 83.) Mansi XVII. 71, Migne 126 p. 772. — „Reminiscentes omnium". |
| Mai. 11. | Arelatem | „navigio in die sancto pentecostes appulit". Hincmari Annales 878 p. 506. Cf. Gesta Iohannis in Baluzii Misc. II. 113, et in Vignolii lib. pont. III. 255. |
| (Mai.) | (Arelate) | 3142 (2373) Karolo (Crasso) regi se excusat, quod antea legatum ad eum non miserit, via sibi interclusa a Lamberto et Adelberto; a quibus ecclesiam b. Petri per dies 30 obsessam esse scribit. Addit haec: „Quo loco a fratribus vestris significatur pro pacis negotio, primo venimus, quo vos quatuor reges unum legitimumque velle . . . faciamus". (R. ep. 105, Carafa 90.) Mansi XVII. 79, Migne 126 p. 779. — „Igitur gloriae". |
| („) | („) | 3143 (2374) Karolum (Crassum) regem rogat, hortetur Karolomannum regem, ut ad litteras, „quas illi ex maritimo itinere remiserit", respondeat, et ecclesiae Romanae gratia Lamberto et Adelberto excommunicatis praecepta mittat. (Haec ep. in cod. praecedentem (3142) sequitur, omisso titulo, sub inscriptione „Embolim".) (R. ep. 106, Carafa 306.) Mansi XVII. 223, Migne 126 p. 958. — „Iam quod". |
| („) | („) | 3144 (2407) Mahen Dolensem ceterosque episcopos Britannicos reverti ad obsequium metropolitae Adalardi, archiepiscopi Turonensis, proposita excommunicatione iubet. (R. ep. 90, Carafa 128 [lege 124]). Mansi XVII. 94, Migne 126 p. 801. — „Sanctitatem seu". |
| („) | („) | 3145 (2406) Frottario, archiepiscopo Bituricensi, et Anselmo Lemovicensi, Aefrido Pictaviensi, Dodoni Andegavensi, Ratberto Cenomannensi, Hildeprando Sagiensi episcopis mandat, cogant invasores possessionum ecclesiae S. Mauricii Turonensis, ut Adalardo archiepiscopo eas restituant, nonasque ac decimas solvant. (R. ep. 91, Carafa 121.) Mansi XVII. 93, Migne 126 p. 801. — „Quorum omnium". |
| („) | („) | 3146 (2369) Angelbergae imperatrici, Ludovici II. imperatoris viduae, significat, se Arelatem pervenisse, ibique cum eius genero, Bosone principe, uxoreque Hermengarda fuisse; quos „ad maiores excelsioresque gradus modis omnibus promovere", in optatis sibi esse. Mandat, ut per litteras et Iohannem, archiepiscopum Ravennatem, ad defendendam ecclesiam Romanam hortetur, et Leonis Petrique episcoporum animos confirmet. (R. ep. 92, Carafa 92.) Mansi XVII. 80, Migne 126 p. 774. — „Cum erga". |
| („) | („) | 3147 (2370) Mironem, qui „Septimaniae terram universalem redegerit in solitudinem, ecclesias ministris exspoliaverit, castella ipsius terrae callide et fraudulenter invaserit", et defensionis necessitate Bernardo marchioni imponenda novorum malorum ansam praebuerit, ad synodum Lugduni celebrandam venire iubet. Liudoinum vicecomitem, qui Sigebodi, archiepiscopi Narbonensis, iura neglexerit, coerceri postulat. Sunefrido, Mironis fratri, praecipit, ut in monasterium, quod reliquerit, revertatur. (R. ep. 119, Carafa 102.) Mansi XVII. 86, Migne 126 p. 775. — „Quanta ad apostolatum". |
| („) | („) | 3148 (2371) Rostagno, archiepiscopo Arelatensi, suas in Gallia vices et pallii usum concedit. Praeceptum addit, „ne metropolitae, antequam pallium a sede apostolica suscipiant, consecrationes facere praesumant". (R. ep. 120. 121, Carafa 94.) Mansi XVII. 80, Migne 126 p. 775. — „O quam bona". |
| („) | („) | 3149 (2372) Omnes episcopos Galliae hortatur, ut Rostagno, archiepiscopo Arelatensi, vicario suo, obtemperent. (R. ep. 97, Carafa 95.) Mansi XVII. 82, Migne 126 p. 777. — „Ad hoc divinae". |
| | | 3150 (2380) Teutrannum, archiepiscopum Tarantasiensem, ad se nondum venisse, miratur. Praecipit, ut ad synodum, loco hauddum constituto celebrandam, accedat, in qua controversia inter Bernarium episcopum et Adelbertum, eius suffraganeum, componatur. (R. ep. 117, Carafa 100.) Mansi XVII. 85, Migne 126 p. 781. — „Miramur fraternitatem". |
| („) | Lugduni | „unde missos suos ad regem Ludovicum (Balbum) Turonis misit, mandans, ut ei obviam veniret, quo sibi commodum foret; Ludovicus autem, mittens ei obviam quosdam episcopos, petiit, ut usque Trecas veniret". Hincmari Annal. 878 p. 506. |
| | | 3151 (2375) Ysaac, episcopo Lingonensi, mandat, Cabillonem mittat, qui se Trecas, ubi synodus celebretur, deducant et „congruas mansuonaticas" praeparet in parochia sua, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)* |
| | | i. e. in villa Marmania, in pago Alsensi. (R. ep. 127, Carafa 96. Mansi XVII. 83, Migne 126 p. 779. — „Quod sanctitati". |
| | | 3152 Hincmaro Remensi, Ansegiso Senonensi et reliquis per decem Galliarum provincias episcopis constitutis nunciat, se Burdegalensi ecclesia ministerio archiepiscopali viduata, suffraganeos eius interim sub sua tuitione retinere. Addit: „Unusquisque vestrum hanc epistolam fratri suo studeat transmittere, ut ad omnium possit pervenire notitiam". (R. ep. 128.) Levi Archivio della società Romana di stor. patria IV. 190. — „Notum sit omnium". |
| (Mai.) | Cabilone | Vide ep. 3151. 3153. |
| („) | In monasterio Flaviniacensi | Vide sequentes litteras. |
| | | 3153 (2376) „Omnibus episcopis, comitibus et cuncto populo Christiano" significat, eos, qui sibi Cabillone moranti equos furati sint, atque Adowardum presbyterum, cuius homines in monasterio Flaviniacensi argenteam s. Petri scutellam furto sibi subduxerint, nisi intra dies tres ablata restituantur, excommunicatum et anathematizatum iri. (R. ep. 144, Carafa 97.) Mansi XVII. 83, Migne 126 p. 780. — „Notum sit, quia". |
| | | 3154 (2381) Rostagnum, archiepiscopum Arelatensem, eiusque suffraganeos ad synodum propediem celebrandam convocat. (R. ep. 133, Carafa 103.) Mansi XVII. 86, Migne 126 p. 782. — „Quia omnipotentis". |
| Iun. 2. | Apud urbem Lingonensem | 3155 (2377) Episcopis suffraganeis Rostagni Arelatensis (ac eodem modo, ut videtur, iis, quorum nomina epistolam sequuntur: Oteramo Viennensi, Aureliano Lugdunensi, Rotberto Aquensi, Teutrando Tarentasiensi, Sigibbodo Narbonensi et Ariberto Ebredunensi archiepiscopis) praecipit, ut a metropolitis vocati ad synodum universalem accedant. (Explicit epistola haec sine dubio corrupte: „ . . confusio. Universalem synodum celebraturi sumus apud urbem Lingonensem sexto nonas iunias". Sequuntur nomina „Oteramo" cet. Forte legendum est „IV. non. iun.") (R. ep. 134, Carafa 98.) Mansi XVII. 84, Migne 126 p. 780. — „Notum sit omnium". |
| | | 3156 (2379) „Hugonem strenuum, nobilem, regali prosapia editum atque excellentissimum abbatem" una cum Ludovico (Balbo) rege cito ad se venire cupit. Ut „tristitiam, quam de eius absentia nuper Papiae" (i. e. 877, Sept.) senserit, leniat petit. Hortatur, ut Formosi excommunicati societatem vitet. (Addita sunt verba: „Iohannis archiepiscopus Rodonensis [l. Rotomagensis], Adelaldus Toronensis, Froteri Beduriensi", quae, ni fallimur, indicant titulos epistolarum simili modo scriptarum; cf. ep. praecedentem 3155.) (R. ep. 103, Carafa 305.) Mansi XVII. 223, Migne 126 p. 781. — „Quanto vos". |
| „ 10. | | 3157 (2378) Hincmaro Remensi, Ansegiso Senonensi, Frothario Bituricensi, Iohanni Rotomagensi, Adelardo Turonensi archiepiscopis mandat, simul atque compererint, quem in locum Ludovicus (Balbus) rex conventurus secum esset, uti ad concilium ibidem celebrandum properent. (Titulus huius ep. cum episcoporum nominibus est valde corruptus.) (R. ep. 112, Carafa 99.) Mansi XVII. 84, Migne 126 p. 780. — „Canonica instituta". |
| (Iun. Iul.) | (Trecis) | 3158 (2388) (Karolomannum regem) ad binas litteras, alteras per Sabbatinum episcopum, alteras per Ansbertum, archiepiscopum Mediolanensem (cf. supra ep. 3139) missas, non respondisse, miratur. Valetudinem eius deplorat. Addit de synodo, quam „nunc apud Trecas sumus celebraturi", „loquemurque" inquit „cum Ludovico et reliquis vestris fatribus et post kalendas Augustas ad vos revertemur". Petit, ut locum constituat, quo cum eo conveniat. (Fragmentum, quod in edd. cum epistola 3139 cohaeret.) (R. ep. 88[b], Carafa 89[b].) Mansi XVII. 78, Migne 126 p. 785. — „. . . Sabbatinum episcopum". |
| („ „) | („) | 3159 (2386) Angelbergae imperatrici respondet, anniversario die Ludovici II. imperatoris (d. 12. m. Augusti) se precationem pro eo libenter facturum esse. Nunciat, se die 1. Augusti cum Ludovico (Balbo) rege et universis Galliae episcopis Trecis synodum celebraturum, „dehinc Karolomannum regem suosque germanos allocuturum". (R. ep. 89, Carafa 91.) Mansi XVII. 79, Migne 126 p. 784. — „Quia intimasti". |
| („ „) | („) | 3160 (2405) Ecclesiarum dioecesis Turonensis privilegia quaedam confirmat. (R. ep. 111, Carafa 113.) Mansi XVII. 354, Migne 126 p. 800. — „Decet enim Romanam". |

**878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)*

(Iun. Iul.) (Trecis) 3161 (2393) „Valderamo venerabili" mandat, ut causam cuiusdam in carcerem coniecti aut iudicet, aut ad sese deferat. (R. ep. 113, Carafa 114.) Mansi XVII. 90, Migne 126 p. 787. — „Praesentium lator".

(„ „) („) 3162 (2382) Hincmarum, archiepiscopum Remensem, omnesque eius suffraganeos ad synodum Trecis celebrandam invitat. (R. ep. 118, Carafa 101.) Mansi XVII. 85, Migne 126 p. 782. — „Fama tuae".

(„ „) („) 3163 (2424) „Hugoni abbati nobili, spectabili prosapia genito", scribit de contentione inter Abbonis episcopi parentes et Robertum Roclinumque, ac de misericordia adhibenda. (R. ep. 124, Carafa 132.) Mansi XVII. 99, Migne 126 p. 811. — „Quia multum".

(„ „) („) 3164 (2427) „Iudicibus et ducibus seu populo Ravennae commorantibus fidelibus suis" praescribit, ut civitatem a Francis, a Lamberto duce contra electionem suam conductis, defendant, „quoniam" inquit „qui aliter fecerit et nostram iram habebit et mille byzanteos palatio nostro componet". (R. ep. 125, Carafa 133.) Mansi XVII. 100, Migne 126 p. 813. — „Industriam seu".

(„ „) („) 3165 (2411) Wibbodo, episcopo (Parmensi), sic scribit: „Hortamur, ut coeptum perficias et antequam Karolomannum (regem) alloquamur, vestrum legatum cum litteris mittere satagas". (R. ep. 126, Carafa 116.) Mansi XVII. 91, Migne 126 p. 804. — „In lectione".

(„ „) („) 3166 (2387) Supponi comiti mandat, ut „Anspertum (Mediolanensem) et Wibbodum (Parmensem) episcopos assumat et apud Karolomannum regem omnia sua ordinabiliter ponat", a dolisque praecaveat. Addit litteras ad regem perferendas. Haec ascribit: „In hac terra stare non possumus, nisi usque kalendas Augustas, quia, postquam in terram hanc venimus, cum Hludowico (Balbo) rege loqui debemus". (R. ep. 129, Carafa 107.) Mansi XVII. 88, Migne 126 p. 784. — „Primum quidem".

(„ „) („) 3167 (2391) Liutberto, archiepiscopo (Moguntino) iam iterum praecipit, uti ea, quae Ingiltrudis, Bosonis comitis vidua, „spurio Godefredo" aliisque de Bosonis allodio contulerit, filiabus huius reddi iubeat, „quoniam omnium legum auctoritate legitimi filii sint veri heredes". Cf. supra reg. 2969. (R. ep. 130, Carafa 108.) Mansi XVII. 88, Migne 126 p. 786. Cf. Böhmer-Will Mainzer Reg. p. 79 sub anno 878 Iun. 10. — „Fraternitatem tuam".

(„ „) („) 3168 (2392) Mactefridum comitem hortatur, ut filiabus Bosonis comitis invasam hereditatem restituat. (R. ep. 131, Carafa 109.) Mansi XVII. 89, Migne 126 p. 787. — „Suggerentibus videlicet".

(„ „) („) 3169 (2394) Theoderico, archiepiscopo Vesontionensi, praecipit, ut ad sese accedat, neve antea Lausannensi ecclesiae, in duas partes discissae, episcopum consecret. Legatum suum, Deusdedit magistrum militum et ducem, commendat. (R. ep. 135, Carafa 110.) Mansi XVII. 89, Migne 126 p. 788. — „Igitur quia".

(„ „) („) 3170 (2403) Bernardo comiti significat, Frotharium (archi)episcopum, ab eius homine, quod civitatem Biturigam inimicis Ludovici (Balbi) regis traditurus fuisset, accusatum, obiectam noxam purgare velle. Praecipit, ut una cum Girardo vicecomite et Umberto, Aguvarno, Ingelbertoque „ad hoc placitum, ad huncque conventum" veniat. (R. ep. 136, Carafa 115.) Mansi XVII. 91, Migne 126 p. 799. — „Relatu videlicet".

(„ „) („) 3171 (2383) Frotharium, archiepiscopum Bituricensem, per Bernardi comitis homines propriae ecclesiae aditu prohibitum esse, dolet, eumque synodo Trecis celebrandae cum suffraganeis interesse iubet. Addit, se „Ludovici (Balbi) regis adventum praestolari quotidie". (R. ep. 150, Carafa 104.) Mansi XVII. 87, Migne 126 p. 783. — „Auditis denique".

(„ „) („) 3172 (2389) Karolum (Crassum) regem non misisse legatos, miratur. Rogat, ut ad colloquium, quod cum Ludovico (Balbo) rege Trecis facturus sit, aut ipse veniat, aut legatos accedere iubeat. Locum constitui postulat, „quo frui eius colloquio et germani eius Ludovici (III.) regis valeat". (R. ep. 137, Carafa 117.) Mansi XVII. 91, Migne 126 p. 785. — „Quod pro pace".

(„ „) („) 3173 (2390) Ludovico (III.) regi (Ludovici Germanici filio) eadem, quae Karolo Crasso, scribit. (R. ep. 138, Carafa 118.) Mansi XVII. 92, Migne 126 p. 786. — „Quod pro pace".

(„ „) („) 3174 (2385) Liudberto Moguntino, Williberto Coloniensi, Bertulfo Trevirensi archiepi-

**878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)*

scopis et Wittecherio episcopo mandat, hortentur Ludovicum (III.) regem et eius fratres, ut ad synodum Trecas veniant; ubi se cum Ludovico (Balbo) rege collocuturum esse nunciat. (Explicit haec ep. „Data ut supra“, quae verba si ad superiorem epistolam temporis nota insignitam spectant, ad R. ep. 134 „apud urbem Lingonensem sexto nonas iunias“ (reg. 3155) referenda sunt. Praecedit paenultima temporis nota in R. ep. 112 „Data IV. id. iun. ind. XI.“ (reg. 3157). Ordine autem epistolarum in hac Registri indictione valde perverso, dubito aliis epistolis „datis ut supra“ tempus antecedens adscribere. Non ita, ut credo, Crombach (saec. XVII. med.), qui in Annal. Metrop. Col. (in tabulario Col. Ms. A. II. 18) ad ann. 878 hanc epistolam, soli Williberto Agrippinensi inscriptam, claudit: „IV. id. iun. ind. XI.“ Cum testes huius lectionis non proferat, ea verba quam levis sint momenti, nemo est quin ignoret. Sine dubio et titulum et temporis notam suo arbitratu Crombach ex editione Romana mutavit. Sunt autem hac nota decepti Hartzheim Concilia Germ. II. 365, Dümmler Ostfr. R. II. 82, Görz Mittelrhein. Reg. I. 203 [haud recte „IV. id. Iul.“ ap. Hartzheim uterque legit], Böhmer-Will Mainzer Reg. I. 79 et ego Neues Archiv V. 297.) (R. ep. 154, Carafa 106.) Mansi XVII. 87, Migne 126 p. 783. — „Ecclesiastica exigente“.

Iul. 12. (Trecis) 3175 Monasterii Cariloci protectionem suscipit iuraque instituit, Gauzmaro abbate et Ratberto, episcopo Valentinensi, petentibus. (Clausula est vitiosa). E biblioth. nat. Paris. Coll. Baluze tom. 38 f. 247. 254 dedit Löwenfeld. — „Iam quia cunctis“.

„ 21. („) 3176 (2395) Amelio presbytero et Leoni abbati monasterium S. Aegidii, a Girberto, episcopo Nemausensi, in urbe Arelatensi sibi restitutum, commendat, „ita sane, ut a vobis, singulis quibuscumque annis, pensionis nomine, in racionibus ecclesiasticis X^ma^ argenti solidiana, denarios XII. (adde: successores nostri) accipientes, pie paternitatis suffragium eidem monasterio contra omnes infestantes impendere studeant“. Goiffon Bullaire de S. Gilles p. 5, Ménard Hist. de Nismes I. Preuv. p. 11, Bouquet Rec. IX. 165, Migne 126 p. 788. — „Quod postulastis“.

Aug. 1. „ Ludovicum Balbum regem excipit. In Hincmari Annal. 878 p. 506 pro: „kalendas Septembris apud Trecas ad eum venit“ legendum esse: „kalendis Augustis“, patet ex superioribus epp. 3159. 3166. Cf. Flodoardi Hist. Rem. III. c. 23. (Accipiunt „kal. Sept.“, sed suspicantur, numerum quendam his verbis praemissum excidisse, Dümmler Ostfr. R. II. 85, Hefele IV. 528.)

„ 11. „ (in ecclesia S. Petri). Synodum hoc die incipit. Mansi XVII. 345 sq. et in append. 187.

3177 In eadem synodo episcopos ita alloquitur: „Vos, confratres et episcopos meos, volo unanimiter mecum in defensione sanctae Romanae ecclesiae, donec in sedem beati Petri apostolorum principis revertamur, cum omnium hominum vestrorum armata, bellico apparatu, manu; et hoc non differendo, sed sub omni celeritate et certitudine sponsionis hic mihi quaeso absque ulla dilatione continuo dare responsum“. Item alloquitur Ludovicum Balbum regem his verbis: „Vos, karissime fili Hludouuice, gloriose rex, precor in defensionem, liberationem atque exaltationem sanctae Romanae ecclesiae, sicut praedecessores vestri fecerunt et vobis sub obtestatione facere mandaverunt, sine procrastinatione et ulla dilatione succurrite. . . . Vel si aliud placet, praesentialiter in isto loco date; per Deum et beatum Petrum vos coniuro sine mora responsum“. (Praecedunt his capitulis in cod. tituli „Kap. 1“ et „Item aloquutio pontificis“, et sequuntur utramque allocutionem verba: „Data ut supra“.) (R. ep. 114. 115, Carafa post 114.) Mansi XVII. 354, Migne 126 p. 960. 961. Aliam Iohannis allocutionem de Lamberti et Adalberti sequaciumque eorum excommunicatione et excommunicationem adversus pervasores rerum ecclesiasticarum ex eadem synodo habes ap. Mansi XVII. 346. 347, Migne 126 p. 961. 962.

(„) („) 3178 (2396) Frotharium, archiepiscopum „Burdigalensem“, ad inchoatam synodum Trecensem iam tertio vocat, ut et de sedibus contra canones mutatis et de aliis delictis, quorum accusatus sit, rationem reddat. (R. ep. 102, Carafa 112.) Mansi XVII. 353, Migne 126 p. 791. — „Ad synodum igitur“.

„ 18. („) 3179 (2397) De monasterio S. Aegidii quae die 21. m. Iulii (reg. 3176) censuerat, ea, „in presentia domni Ludoici (Balbi) serenissimi regis, in presenti concilio residentis apud Trecassinam urbem“ confirmat. (Subscripserunt archiepiscopi 12, episcopi 32, nobiles 9.) Goiffon Bullaire de S. Gilles p. 11, Ménard Hist. d. Nismes I.

**878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)*

Preuv. p. 13, Bouquet IX. 167, Migne 126 p. 792. Cf. Gesta Ioh. VIII. ap. Baluzium Misc. II. 113. — „Notum sit" „Auctore omnipotente".

(Aug.) (Trecis) 3180 (2398) Episcopis per Narbonensem atque Hispanicas provincias consistentibus, abbatibus, presbyteris, necnon comitibus, vicecomitibus, vicariis, centenariis, iudicibus et omnibus in potestatibus constitutis in Hispania et Gothia provinciis degentibus, omnique populo occidentali catholico scribit, secundum constitutionem, in concilio Trecensi die 18. m. Augusti factam, in fine codicis iuris Gothici hanc Caroli principis ascribendam legem esse, ut sacrilegi „triginta libris examinati argenti i. e. sexcentorum solidorum summa argenti purissimi" multentur. Mansi XVII. 351, et appendicis p. 189, Bouquet IX. 174, Migne 126 p. 795, (Ivo decr. III. c. 98, pan. II. c. 80, Gratiani C. XVII. qu. 4. c. 21). — „Noveritis".

„ 30. „ 3181 (2399) Ecclesiae Pictaviensis possessiones confirmat, quarum potestatem Ecfrido episcopo eiusque successoribus adimi vetat. (Explicit haec ep.: „Data III. kal. Sept. ind. 11. De Trecas civitas".) (R. ep. 98, Carafa 111.) Mansi XVII. 351, Migne 126 p. 796. — „Immo (lege: „Divino) quia".

Sept. 5. („) 3182 (2400) Monasterii Floriacensis bona confirmat, abbatesque ex ipsorum monachorum numero deligi iubet, his praemissis: „Cum propter multiplices ecclesiae Dei curas Gallicanam adeuntes regionem Trecas civitatem devenissemus anno incarnationis dominicae DCCCLXXVIII, et synodum generalem plurimorum celebraremus episcoporum, inter alia suggessit auctoritati nostrae abbas Theotbertus ex coenobio, quod vocatur Floriacus, quod idem monasterium quidam religiosus abbas, Leodebodus nomine, monachis exstruxerit, quod revelatione divina per monachos eiusdem loci a Beneventana provincia corpus illuc S. Benedicti pervenerit olim allatum, ibique reverenter humatum, sicut manifestissima constat veritate". Mansi XVII. 355, Migne 126 p. 797, Cocqu. I. 214, Bull. Rom. E. T. I. 346, Bouquet IX. 172. (Cf. Chamard Les reliques de S. Benoît [1882] p. 150.) — „Quoniam apostolica".

„ 6. („) 3183 (2401) Walae, episcopo Metensi, non successoribus, pallii usum concedit. Hontheim H. Tr. I. 217, Mansi XVII. 248, Migne 126 p. 798, cf. Archiv VII. 420, MG. SS. IV. 469, X. 374. — „Si pastores ovium".

„ 7. „ Ludovico Balbo regi coronam imponit. Hincmari Annal. 878 p. 507.

„ 10. „ „Ludovicus (Balbus) rex, quorumdam primorum compulsus petitionibus, venit ad apostolici mansionem et cum eo familiariter locutus, una cum illo reversus est ad conventum episcoporum in exedram iuxta mansionem apostolici". Hincmari Annales 878 p. 508.

(„ 10.) („) 3184 (2402) Hugonem, Lotharii quondam regis filium, e concubina natum, „qui post praestitum sacramentum Ludovico (Balbo) regi Francorum mentitus esse videatur et inquietare pacificum regnum praedicti regis", atque Emmonem, Bernardi comitis fratrem, „nisi intra dies 30 ad praedictum seniorem suum redierint", excommunicat. (De die et loco cf. Hincmari Annales 878 p. 508.) (R. ep. 96, Carafa 127 [lege: 123].) Mansi XVII. 94, Migne 126 p. 799. — „Hugonem Lotharii".

„ 14. „ Synodus, in qua et sententiae, contra Formosum, quondam episcopum Portuensem, Romanis in conciliis prolatae, confirmantur, et ipse Formosus, quem Iohannes papa in Gallia „apud Hugonem venerabilem abbatem latentem repererat", iurat: se „nec orationis causa aliquando Romam venturum, nec aliquo modo sacrum ordinem repetiturum, neque in iudicio potentum recuperationis locum oraturum esse". (Suscripserunt praeter Ludovicum Balbum regem episcopi 35, „mense Septembrio, indictione XI, die XIV, exaltatione s. crucis, in die dominica".) Acta in Richteri libello, quo ad novi prorectoris inaugurationem d. 10. Sept. a. 1843 invitat, Marburgi, p. 6 et ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 159. Cf. Migne 126 p. 963, Hefele IV. 536, Dümmler Ostfr. R. II. 86. (Acta non sunt a suspicione remota).

„ 16. 3185 Monasterio S. Petri sito in loco, qui vulgo vocatur Mansus-Corbonis et nunc Nova-Cella, in territorio Tricassino, in regno Burgundiorum, privilegia quaedam tribuit, „cum apud Trecas synodum pro universarum Dei ecclesiarum negotiis celebraret". Bibliothèque de l'école des ch. (1854) V. 281. (Cf. Baxmann Politik d. Päpste II. 47.) — „Convenit enim nostrum".

„ 20. 3186 Monasterii SS. Petri et Pauli Pultariensis super amnem Sequanae, in pago Laticensi, in finibus Burgundiae, in parochia urbis Lingonicae, a Gerardo comite et Berta conditi, beatoque Petro collati tutelam suscipit privilegiaque constituit, ea lege

**878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)*

ut singulis annis libra argenti successoribus suis solvatur. Bréquigny Dipl. et Chart. II. 874. — „Quando ad ea quae“.

Sept. 27. — 3187 (2410) Monasterii S. Salvatoris Caroffensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Grinferio abbate. Anal. iur. pont. X. 307, (Labbacus N. B. M. II. 757). — „Iam quia cunctis“.

„ 28. — 3188 Monasterio S. Gaugerici Cameracensi concessas a Lothario et Carolo quondam imperatoribus aliisque possessiones et privilegia confirmat, petente Bosone, glorioso comite. Duvivier Recherches p. 318. — „Convenit apostolico moderamini“.

„ 29. — 3189 (2409) Monasterium Vizeliacense, e parthenone in monachorum monasterium mutatum, privilegiis donat, statuitque, ut ex fundatorum testamento, qui coenobium b. Petro contulerint, „libram argenti annis singulis successores sui accipientes per (leg. piae) paternitatis suffragium eidem monasterio solicitudine pastorali vigilanter contra omnes infestantes impendere studeant“. D'Achery Spicileg. II. 503, Migne 126 p. 803, Bouquet IX. 176, (Cocqu. I. 219, Bull. Rom. E. T. I. 355). — „Quotiens illa tribui“.

3190 (2408) Rostagno Arelatensi et Sithebodo Narbonensi archiepiscopis significat, Walefredum, episcopum Uceticensem, in synodo Trecis celebrata de villa quadam sibi erepta ab Rattefredo, episcopo Avinionensi, questum esse. Qua de controversia ut in episcoporum synodo statuant, mandat. (R. ep. 95, Carafa 123.) Mansi XVII. 94, Migne 126 p. 802. — „Sanctitati vestrae“.

„ — 3191 (2404) Bernardum comitem, qui Frothario, archiepiscopo Bituricensi, ipsam civitatem omnesque fortunas eripuerit, terque vocatus non venerit, quoad satisfaciat, carere communione iubet. (R. ep. 143, Carafa 120.) Mansi XVII. 93, Migne 126 p. 800. — „Bernardum sacrilegum“.

3192 (2432) Archiepiscopo Mediolanensi et Ravennati eorumque suffraganeis praecipit, ut quotiescumque Iohannes, episcopus Papiensis, et eius successores ad synodum eos vocaverint, conveniant. (R. ep. 145, Carafa 139.) Mansi XVII. 102, Migne 126 p. 815. — „Scriptum etenim“.

3193 (2433) Iohanni, episcopo Papiensi, mandat, ut Gotfredum, Iohannis comitis palatii filium, et Iselbertum subdiaconum, et Heribaldum notarium, qui Gausildam, Ragiberti filii uxorem, rapuerint, excommunicet. (R. ep. 146, Carafa 140.) Mansi XVII. 102, Migne 126 p. 815. — „Denique Ragibertus“.

3194 (2434) Monasterii S. Augentii possessiones confirmat. (R. ep. 149, Carafa 143.) Mansi XVII. 103, Migne 126 p. 816. — „Sollicitudinem omnium“.

3195 (2435) Episcopis in regno Ludovici constitutis respondet, peccatorum veniam dandam iis esse, qui contra paganos pro ecclesia et „republica“ Christiana pugnantes ceciderint. (Fejér D. D. H. I. 197 perperam addit: „Data IV. idus Iunias ind. XI.“, deceptus verbis: „Data ut supra“. Cf. supra reg. 3174.) (R. ep. 151, Carafa 144.) Mansi XVII. 104, Migne 126 p. 816. — „Quia veneranda“.

3196 (2436) Utifredum, episcopum Vinciensem, qui excommunicatis communicaverit, usque eo procurandis sacris se abstinere iubet, quoad una cum illis ad sese accesserit. (R. ep. 152, Carafa 145.) Mansi XVII. 104, Migne 126 p. 816. — „Auctoritate domini“.

3197 (2437) Hadoni, episcopo Bellovacensi, scribit, ne homines quosdam, quorum instinctu necatus puer sit, peracta poenitentia, initiare sacris dubitet. (R. ep. 153, Carafa 146.) Mansi XVII. 105, Migne 126 p. 817. — „Relatu didicimus“.

3198 (2438) Heumari et Widoni episcopis mandat, ut Bertildem, quae maritum Rostagnum dereliquerit, venire ad sese iubeant, et eius adiutores excommunicent. (R. ep. 155, Carafa 147.) Mansi XVII. 105, Migne 126 p. 817. — „Hortamur sanctitatis“.

3199 (2384) Bernardum marchionem hortatur, ut iniuriarum in Frotarium, archiepiscopum Bituricensem, finem faciat. (R. ep. 156, Carafa 105.) Mansi XVII. 87, Migne 126 p. 783. — „Quia tempore“.

Cabilone — Vide Hincmari Annal. 878 p. 508.

Oct. 7. — 3200 (2413) Monasterii S. Marcelli possessiones confirmat. Perry Hist. de Chalon s. Saone Preuv. p. 32, Migne 126 p. 805, L'Illustre Orbandale II. Pr. p. 70. — „Quia suppliciter petiit“.

| | | |
|---|---|---|
| | | **878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)* |
| Oct. Nov. | | 3201 (2414) Supponem comitem hortatur, ut sibi ex Gallia redeunti obviam ad montem Cinisium veniat. Angelbergam imperatricem, Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, Wibbodum, episcopum Parmensem, admoneri iubet, ut item sibi occurrant. (R. ep. 116, Carafa 307.) Mansi XVII. 223, Migne 126 p. 806. — „Quia nos". |
| Nov. | Mauriennae | Vide Hincmari Annales 878 p. 508. |
| „ | Per clusas montisCinisii | Vide Hincmari Annales 878 p. 508. |
| „ 24. | Taurini | Vide sequentem epistolam. |
| („) | („) | 3202 (2415) Wibbodo Parmensi, Paulo Placentino, Paulo Regensi, Liudoino Mutinensi episcopis nunciat, se die 24. m. Novembris venisse Taurinum. Praecipit, ut ad synodum, die 2. m. Decembris Papiae celebrandam, veniant. Addit, ut „qui primo hanc ep. legerit, alio sub omni festinatione transmittat". (R. ep. 148, Carafa 142.) Mansi XVII. 103, Migne 126 p. 806. — „Sanctitatem vestram". |
| („) | („) | 3203 (2416) Iohannem, episcopum Papiensem, certiorem facit, se Taurini esse, eumque sibi obviam venire iubet. Hortatur ita: „Vide, ne ab alicuius decipiaris instinctu fortasse . . . pro parte Mediolanensis archiepiscopi". Mandat, ut litteras suas deferri iubeat ad Paulum Placentinum, Paulum Reginum, Leudoinum Modenensem episcopos. (R. ep. 147, Carafa 141.) Mansi XVII. 103, Migne 126 p. 806. — „Sanctitati tuae". |
| („) | Taurini? | 3204 (2417) Ansperto, archiepiscopo Mediolanensi, significat de rebus in Francia gestis et de Bosone principe itineris comite sibi dato, „donec . . . reverteremur ad Urbem". Praecipit, ut una cum suffraganeis omnibus „secunda die post festum s. Andreae" (2. Decemb.) Papiam sibi occurrat. (R. ep. 107, Carafa 127.) Mansi XVII. 96, Migne 126 p. 807. — „Quantum pro". |
| | | 3205 (2412) Karolo (Crasso) regi scribit, cum in Franciam venisset, cum fratresque eius ad se ideo vocatos esse, „ut pactum, quod avi et patres eorum s. Romanae ecclesiae iureiurando promisissent, adimplere contenderent". Non obediisse eos dolet. Haec nunciat: „Ludovici (Balbi) regis consilio atque hortatu Bosonem principem per adoptionis gratiam filium meum effeci, ut ille in mundanis discursibus, nos libere in his, quae ad Deum pertinent, vacare valeamus". Bosonem qui infestaverit, ei excommunicationem minatur. (R. ep. 109, Carafa 119.) Mansi XVII. 92, Migne 126 p. 786. — „Servans fidem". |
| Nov. Dec. | | 3206 (2418) Supponem comitem sibi „iter clausisse", neque ad se venisse, miratur. „Cernimus", inquit „quoniam istud non ex corde, sed pro fidelitate tui senioris taliter feceris, quod ideo parcimus". Significat de Bosone sibi adiuncto, „ut nos salvos sine impedimento maledicti Lamberti in Urbem mitteret". Hortatur, ut ad sese properet, „quoniam, scit Deus, non ob aliud vos alloqui cupimus, nisi ut . . . ecclesiarum statum et reipublicae quietem una vobiscum consideremus". (R. ep. 122, Carafa 130.) Mansi XVII. 98, Migne 126 p. 807. — „Cur fili". |
| „ „ | | 3207 (2419) Berengarium comitem in studio erga se magis magisque progredi, gaudet; eumque verbis iisdem, quibus Supponem, et de Bosone erudit et ad sese invitat. (R. ep. 123, Carafa 131.) Mansi XVII. 99, Migne 126 p. 808. — „Relatu nonnullorum". |
| (Dec.) | Papiae | Vide infra epp. 3208. 3210. |
| („) | („) | 3208 (2422) Ludovico (Balbo) regi significat, se a Bosone comite diligentissime adiutum et „usque Ticinum" perductum esse. Bosoni ut ad ipsius hostes oppugnandos auxilia mittat, hortatur. Agilmarum, episcopum Arvernensem, qui unus ex episcopis, „quos serenitas eius in suum iusisset venire adiutorium", sibi affuerit, commendat; ut eos qui negligentiae se alligaverint, Romam mittat monet. (R. ep. 100, Carafa 125.) Mansi XVII. 95, Migne 126 p. 810, Chaix de Lavarène Mon. pont. Arverniae p. 6. — „Quanto vos amore". |
| („) | („) | 3209 (2420) Ansbertum, archiepiscopum Mediolanensem, qui bis vocatus non venerit, reprehendit, et „hac quinta feria proxima adveniente" (4. Decemb.?) Papiae praesto sibi esse iubet. (R. ep. 101, Carafa 126.) Mansi XVII. 96, Migne 126 p. 808. — „Quantum benigna". |
| („) | („) | 3210 (2421) Berengario comiti et „omnibus optimatibus Langobardorum regni" nunciat, se „quia per terram pro persecutoribus ad eos vicinius, ut res expetiit, venire nequiverit", in Franciam itinere maritimo profectum esse. „Misisse se Ludovico, Karoli |

**878.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 6.)*

imperatoris filio, et Karolomanno et Ludovico et Karolo, Ludovici regis filiis, ut cum episcopis cum sese convenirent. Venisse autem solum Ludovicum (Balbum) regem, qui nisi aegrotasset, in Italiam venturus secum fuisset. Cum Bosone sibi a Ludovico adiuncto se Papiam pervenisse addit, eosque ad synodum iam tertio vocat. (R. ep. 108, Carafa 128.) Mansi XVII. 97, Migne 126 p. 809. — „Quanta et".

3211 (2423) Ludovicum (III.) regem, Ludovici (Germanici) filium, ut filiabus Bosonis comitis hereditatem restituat, iam iterum hortatur. (R. ep. 110, Carafa 129.) Mansi XVII. 98, Migne 126 p. 811. — „Iam enim".

3212 (2426) „Sacerdotibus et senatui populoque Ravennati" de archiepiscopi (Iohannis) morte suum dolorem declarat; ut quem elegerint (Romanum) adiuvent, monet. De defendenda ecclesia Ravennate ac de rebus Deusdedit et Iohannis ducum tuendis addit. (R. ep. 93, Carafa 304.) Mansi XVII. 222, Migne 126 p. 812. — „Ravennatis antistitis".

(Papiae?) 3213 (2425) Romano, „a Ravennatibus fidelibus suis electo", gratulatur, utque simoniam vitet, praecipit. Mandat, ut litteras suas ad Leonem episcopum et ceteros Romanos deferendas curet, atque Deusdedit et Iohannis ducum res tueatur. (R. ep. 132, Carafa 134.) Mansi XVII. 100, Migne 126 p. 812. — „Literarum tuarum".

3214 (2428) Theodorico archiepiscopo et Ysaac episcopo mandat, excommunicent eos, qui Wiperti comitis filium sustulerint terramque diripuerint. (R. ep. 139, Carafa 135.) Mansi XVII. 101, Migne 126 p. 813. — „Noverit vestra".

3215 (2429) Hugonem comitem hortatur, ut quae homines eius rapuerint, restituat. (R. ep. 140, Carafa 136.) Mansi XVII. 101, Migne 126 p. 814. — „Referente videlicet".

3216 (2430) Hugonem, Theudericum, Bernardum comites hortatur, ut in amicitia cum Bosone instituta maneant, et Ludovici (Balbi) regis erga illum voluntatem alant. (R. ep. 141, Carafa 137.) Mansi XVII. 101, Migne 126 p. 814. — „Fretus vestra".

3217 (2431) Vulgario monacho praecipit, obediat Walperto episcopo, qui cum, cum Trecis ipse esset, „a proprio episcopo atque abbate per dimissoriam acquisiverit". (R. ep. 142, Carafa 138.) Mansi XVII. 102, Migne 126 p. 814. — „Denique Trecis".

3218 (2439) Walae, episcopo Metensi, praecipit, ne cogat Alpertum, ut sponsam Walatam, a presbytero quodam vitiatam, in matrimonium ducat. (R. ep. 157, Carafa 148.) Mansi XVII. 105, Migne 126 p. 817. — „Praesentium portitor".

3219 (2440) Iohannem, episcopum Papiensem, pro quodam poenitentiam agente deprecatur. (R. ep. 158, Carafa 149.) Mansi XVII. 106, Migne 126 p. 818. — „Lator praesentium".

3220 (2441) Aginulfo, episcopo Gebaldanensi (Mimatensi), mandat, ut iis, qui has litteras ad eum deferant, ablata reddi iubeat. (R. ep. 159, Carafa 150.) Mansi XVII. 106, Migne 126 p. 818. — „Praesentium latores".

3221 (2442) Theodorico, archiepiscopo Vesontionensi, Fulcardum et Berclindam uxorem excommunicationis poena liberatos nunciat. (R. ep. 160, Carafa 151.) Mansi XVII. 106, Migne 216 p. 818. — „Notum sit sanctitati".

**879.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 7.)*

Mart. 5. 3222 (2446) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, et eius suffraganeos ad synodum, die 24. m. Aprilis Romae celebrandam, vocat. (R. ep. 162, Carafa 153.) Mansi XVII. 107, Migne 126 p. 820. — „Canonicis sanctorum".

3223 (2448) Romano, archiepiscopo Ravennati, iam iterum praecipit, ut Luponem presbyterum ecclesiae Sarsenati episcopum consecret. (R. ep. 163, Carafa 154.) Mansi XVII. 107, Migne 126 p. 821. — „Relatione quorumdam".

3224 (2449) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, iubet una cum suffraganeis interesse synodo die 1. m. Maii Romae habendae. „Ne per vestram absentiam" inquit „regnum hoc amplius in perturbatione persistat et fiat scandalum peius priore; et quia Karolomannus, corporis, sicut audivimus, incommoditate gravatus, regnum retinere iam nequit, ut de novi regis (electione) omnes pariter consideremus, vos adesse oportet; et ideo antea nullum absque nostro consensu regem debetis recipere; nam ipse, qui a nobis et ordinandus in imperium, a nobis primum atque potissimum

**879.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 6.)*

debet esse vocatus et electus". (R. ep. 164, Carafa 155.) Mansi XVII. 108, Migne 126 p. 822. — „Quantae necessitatis".

(Mart. 5.) 3225 (2443) Gaideri, principi Beneventanorum, de suscepto principatu gratulatur, cumque de Saracenorum impetibus consolatur. Promittit, se ei, „peracta solemnitate paschali" (12. Aprilis), suppetias venturum; quod fieri in praesentia non licere, scribit, quod equis „statim gressus movere in veniendo (Romam) prohibemur". (R. ep. 165, Carafa 156.) Mansi XVII. 109, Migne 126 p. 819. — „Epistolas sane".

(„ 5.) 3226 (2444) Aioni, episcopo Beneventano, qui, se tamdiu abfuisse ab Urbe, doluerit, gratias agit. Fratris eius (Adelgisi ducis) mortem deplorat. (R. ep. 166, Carafa 157.) Mansi XVII. 109, Migne 126 p. 819. — „Quod veneranda".

(„ 5.) 3227 (2445) Dauferii comitis et eius consanguinei, Gaideris, principis Beneventani, angustias luget. Pollicetur opem; atque ita addit, „equum, quem nobilitas vestra petiit, cum vestros fines attigero, dare me vobis denuncio". (R. ep. 167, Carafa 158.) Mansi XVII. 110, Migne 126 p. 820. — „Perfectionem cordis".

3228 (2450) Athanasium, episcopum Neapolitanum, de prospero reditu suo certiorem facit. Monet, ut „in his instantis adversitatis casibus" constantiam retineat, „donec, speciali praesentia iuncti, simul loquantur". Petrum, diaconum eius commendat. (R. ep. 173, Carafa 161.) Mansi XVII. 111, Migne 126 p. 823. — „Quia non solum".

(„ 5.) 3229 (2452) Athanasio, episcopo Neapolitano, scribit, locum celeriter constituat, ubi de utriusque hoste opprimendo consilia inter se communicent. (R. ep. 168, Carafa 159.) Mansi XVII. 110, Migne 126 p. 824. — „Scientes vos".

„ 29. 3230 (2447) Monasterio Placentino, ab Angelberga imperatrice condito, possessionem monasterii Caput Trebiae, donati a Carolomanno rege, asserit, petente imperatrice. Campi Hist. di Piac. I. 464, Migne 126 p. 821, Cocqu. I. 220, Bull. Rom. E. T. I. 356. — „Ex largitate".

Apr. 3. 3231 (2453) Karolo (Crasso) regi ita respondet: „Magis ac magis nostrae voluntatis affectum ad vestrae exaltationis cumulum ampliare magnopere cupimus". Rogat, ut legatos ad se mittat, neu ipse gravetur auxilio sibi venire. (R. ep. 169, Carafa 160.) Mansi XVII. 110, Migne 126 p. 825. — „Regalis excellentiae".

(„ 3.) 3232 (2451) Athanasii, episcopi Neapolitani, animum, ut epistola 3228, confirmat. (R. ep. 170, Carafa 162.) Mansi XVII. 111, Migne 126 p. 823. — „Multas gratiarum".

3233 (2457) Aureliano (Lugdunensi), Otteramno (Viennensi), Theuderico (Vesontionensi) episcopis interdicit, ne ante iudicium aut excommunicent Biebertinum, aut eius res invadi patiantur. (R. ep. 171, Carafa 163.) Mansi XVII. 112, Migne 126 p. 827. — „Omnium vestrum".

3234 (2458) Bosoni principi de suo studio erga eum et Angelbergam imperatricem, scribit. Adelbertum marchionem et coniugem, Rottildam comitissam, commendat, „ut comitata in Provincia posita securiter habeant". (R. ep. 172, Carafa 164.) Mansi XVII. 113, Migne 126 p. 827. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 43. — „Quia literis".

3235 (2459) Liudtefridum comitem et eius coniugem excommunicat, quod Garelindae monachae, ut Angilbergae imperatricis monasterium Placentiae situm desereret, persuaserint. (R. ep. 174, Carafa 165.) Mansi XVII. 113, Migne 126 p. 828. — „Quia contra".

3236 (2454) Wibertum episcopum, excommunicatione proposita, Romam iam tertio evocat. (R. ep. 175, Carafa 166.) Mansi XVII. 113, Migne 126 p. 825. — „Iam enim sanctitati".

3237 (2455) Berengario comiti scribit de mutua voluntate, et de Stephano, episcopo Comaclensi, tuendo. (R. ep. 176, Carafa 167.) Mansi XVII. 114, Migne 126 p. 825. — „Quia praedecessores".

3238 (2456) Pandenulfo comiti (Capuano) gratias agit, quod „hunc Graecum imperialis baiuli hominem" ad sese miserit. Rogat, ut imperatoris Graecorum legatos deducendos Romam curet. A Saracenis eum vexari, dolet. Ob foedus, a „concivibus" eius cum paganis ictum, ut ipse ad eum veniat necesse esse, „quamvis et de assidua corporis incommoditate et de peracto iam Franciae itinere adhuc maneamus defessi".

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | **879.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 7.)* |
| | | | Se ante Graecorum adventum profecturum negat. (R. ep. 177, Carafa 168.) Mansi XVII. 114, Migne 126 p. 826. — „Multiplices nobilitati". |
| | | | 3239 (2460) Ad Gregorii primicerii, imperialis baiuli, litteras, per Stephanum candidatum missas, respondet. Ecclesiae Constantinopolitanae pacem curae sibi fore, affirmat, legatosque imperatoris benigne receptum iri. De suis ad Pandenulfum, comitem Capuanum, litteris significat. (R. ep. 178, Carafa 169.) Mansi XVII. 115, Migne 126 p. 828. — „Literis tuis". |
| Mai. | 1. | Ante b. Petri corpus | 3240 (2461) Synodus, in qua Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, qui vocatus nec Papiensem nec Romanam synodum adierit, excommunicat. (Cf. Iohannis epp. ap. Mansi XVII. 122. 123. 165, reg. 3252. 3253.) (R. ep. 189, Carafa 177.) Mansi XVII. 120, Migne 126 p. 829. — „Anspertum". |
| | | | 3241 Omnes episcopos, in eadem synodo ut videtur, adhortatur, ut quae de Deo et sacris ordinibus et sanctis moribus fuerint dicta observent et de quo forsitan aliquis dubitaverit, ad disputationem conferat. In iudicando ne quis personam respiciat, monet. (Sub titulo „Allocutio pontificis". R. ep. 161, Carafa 152.) Mansi XVII. 106, Migne 126 p. 958. — „Ecce sanctissimi". |
| „ | 2. | | 3242 (2462) Theodosio, patriarchae Hierosolymitano, moram legatorum eius, Theodosii et Davidis et Sabae monachorum, qui se absente Romam venerint, excusat. Mittit munera, ob angustias a paganis sibi allatas exigua. (R. ep. 179, Carafa 170.) Mansi XVII. 116, Migne 126 p. 829. — „Notum esse". |
| („ | 2.) | | 3243 (2463) Karolomanno regi Gospertum diaconum commendat, cui episcopatum Vercellensem tribuat, remoto utroque electo. (R. ep. 180, Carafa 171.) Mansi XVII. 116, Migne 126 p. 830. — „Multorum relatione". |
| („ | 2.) | | 3244 (2464) Karolum (Crassum) regem denuo rogat, ut sibi, a paganis et Christianis improbis vexato, subveniat. Karolomannum regem monitum nunciat, ne Italiae adeundae impedimentum ei afferret. Addit ita: „Pro nullius hominis lucro, vel blandimento, sive terrore a vestro nos consortio et vestrae amicitiae foedere separabimus". (R. ep. 181, Carafa 172.) Mansi XVII. 117, Migne 126 p. 831. — „Miramur, quia". |
| („ | 2.) | | 3245 (2465) Widbodo, episcopo (Parmensi), mandat, ut cum suis legatis auxilii petendi causa ad Karolomannum regem missis aut ipse proficiscatur aut aliquem fidelissimum ire iubeat. Aditus ad Karolomannum si effici ob huius valetudinem non potuerit, Karolum (Crassum) regem conveniri iubet. Angelbergae imperatricis bona ne diripi patiatur, monet. (R. ep. 182, Carafa 173.) Mansi XVII. 117, Migne 126 p. 831, Affò St. d. Parm. I. 295. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 105. — „Quoniam prae". |
| („ | 2.) | | 3246 (2466) Michaelem, regem Bulgarorum, ut cum gente sua ad b. Petri fidem redeat, iterum monet. (R. ep. 183, Carafa 174.) Mansi XVII. 118, Migne 126 p. 832. — „Quia vos omnipotens". |
| („ | 2.) | | 3247 (2467) Petrum, Cerbulam et Sundicam ceterosque optimates, Michaelis regis Bulgarorum consiliarios, hortatur, dent operam, ut rex ad ecclesiae Romanae auctoritatem se conferat. (R. ep. 184, Carafa 175.) Mansi XVII. 119, Migne 126 p. 833. — „Denique maneo". |
| („ | 2.) | | 3248 (2468) Sedesclavo, comiti Sclavorum, mandat, ut legatum suum ad Michaelem, Bulgarorum regem, deducendum curet. (R. ep. 185, Carafa 176.) Mansi XVII. 119, Migne 126 p. 833. — „Quia fama tuae". |
| „ | 6. | (Romae) | 3249 (2469) Gregorio, primicerio ac baiulo imperiali, scribit, ut legatos Graecos ad sese per Beneventum Capuamque mittat. Haec nunciat: „Rex Francorum, ad nos properans, suppliciter deposcit, ut ab Urbe non discedamus quoquam, donec ipse perveniat; qui cum venerit, cum valida manu illuc studebimus properare". (R. ep. 186, Carafa 178.) Mansi XVII. 120, Migne 126 p. 834. — „Religionem tuae". |
| | | („). | 3250 (2470) Witbodo, episcopo Parmensi, significat, se a paganis vexatum „cuiuslibet regis iam cupere habere solatium". Ita mandat: „Unde, si Karolomannum posse incunctanter agnoscitis, apud illum, sin autem, apud Karolum (Crassum) regem causas et utilitates s. sedis apostolicae prudenti dumtaxat consilio agere et ad perfectum deducere satagatis". Praecipit, ut Karoli (lege: Karolomanni?) archicapellano (Theotmaro; cf. Dümmler Ostfr. R. II. 106) Romam venturo comitem se adiungat. Hanc epistolam comburi iubet. (R. ep. 187, Carafa 179.) Mansi XVII. 121, Migne 126 p. 834, Affò St. d. Parm. I. 296. — „Cum assidue vos". |

**879.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 7.)*

(Romae) 3251 (2471) (Bosoni principi) ita scribit: „Secretum, quod vobiscum Trecis existentes habuimus, immutilatum ac fixum retinemus et totis nisibus optamus perficere; quapropter, si excellentiae vestrae libet, iam hoc ipsum ad effectum debetis perducere, quia . . . ecce nunc tempus acceptabile". Affirmat, se, auxilii promissi exspectatione plenum, „alio dirigere, auxiliumque opportunum praetermisisse quaerere". De prospero reditu suo addit. (R. ep. 188, Carafa 180.) Mansi XVII. 121, Migne 126 p. 835. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 102, qui epistolam iam m. Martio scriptam esse, haud recte statuit. — „Secretum, quod Deo".

Mai. 19. 3252 (2472) Ansperto, archiepiscopo Mediolanensi, nunciat, quoniam ter vocatus, nec venerit, nec legatos miserit, in synodo Romana d. 1. m. Maii excommunicatum eum esse. Praecipit, ut in synodo die 12. m. Octobris celebranda assit. Dein haec addit: „Tibi tuisque suffraganeis praecipimus, ut cum eo, qui de regibus Francorum Italiam fuerit ingressus, nullum absque nostro consensu placitum facere praesumatis, apostolorum canone capituli tricesimi quinti ita iubente: episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur" cet. (R. ep. 204, Carafa 181.) Mansi XVII. 122, Migne 126 p. 836. — „Multae inobedientiae".

„ 20. 3253 (2473) (Ansperti, archiepiscopi Mediolanensis, suffraganeos) de inobedientia obiurgat, quod neque Papiam neque Romam ad synodum generalem (1. Maii) venerint. Ad synodum die 12. m. Octobris eos vocat. (Perperam, ut recte Dümmler Ostfr. R. II. 104 observat, in cod. inscripta est haec ep. „Ansperto archiepiscopo". Cf. Hefele IV. 538.) (R. ep. 205, Carafa 182.) Mansi XVII. 123, Migne 126 p. 837. — „Cum universi".

3254 (2490) Ad Ludovici (III.) regis (filii Ludovici Germanici) litteras, per Astaldum comitem allatas, respondet. Promissum auxilium celeriter sibi ferri cupit. Haec addit: „Porro de hoc, quod mandastis, ut pro eventu regni Ludovici (Balbi), piae memoriae nepotis vestri, praepediti existatis, turbati manemus; sed petimus, ut nostrae petitionis solicitudinem alacriter assumatis, quoniam si, Deo favente Romanum sumpseritis imperium, omnia vobis regna subiecta existent". (R. ep. 206, Carafa 197.) Mansi XVII. 134, Migne 126 p. 852. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 107. — „Vestrae regiae".

„ 21. In ecclesia b. Petri — Vide infra epistolam 3259.

Iun. 7. 3255 (2474) Theodosii, diaconi et ecclesiae Nonensis electi, erga se pietatem laudat. Ne consecrationem nisi ab ipso accipiat, hortatur. (Haec ep. ac sequentes notam habent: „Data VII. die mensis Iunii ind. XII." Cf. Levi l. l. p. 171 n. 25, qui „VI. id. Iunii" ut in ep. 3261 scribere mavult.) (R. ep. 192, Carafa 183.) Mansi XVII. 124, Migne 126 p. 838, Farlatus Ill. sacr. IV. 207, Fejér C. D. H. I. 206. — „Dilectionis tuae".

„ 7. 3256 (2476) Karolomanno regi de itinere in Franciam suo ita scribit: „Testamur Deum, quod nullius hominis, nisi vestrum praepotens adiutorium avida mente quaerere voluimus; sed malorum hominum, quos ipsi scitis, praepediti insidiis, hoc agere non valuimus". Auxilium petit. Legatos suos, Iohannem et Paschalem episcopos, commendat. (R. ep. 194, Carafa 186.) Mansi XVII. 126, Migne 126 p. 839. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 106. — „Quia more".

„ 7. 3257 (2477) A Carolomanno rege episcopatum Vercellensem Cosperto diacono petit. (R. ep. 195, Carafa 187.) Mansi XVII. 127, Migne 126 p. 840. — „Misimus eum".

„ 7. 3258 (2475) Anselmo, episcopo Lemovicensi, scribit, Stephani matrimonium eo, quod morientem filium baptizaverit, non esse dirimendum. (R. ep. 196, Carafa 188.) Mansi XVII. 127, Migne 126 p. 839. — „Ad limina".

„ 7. 3259 (2478) Branimirum (Chrobatorum ducem), ad b. Petri fidem reversum, laudat et confirmat. Significat, se die ascensionis Domini (21. Maii) „super s. altare s. Petri" preces pro eo et eius populo fecisse. Petit, ut eius voluntate Iohanni presbytero litteras suas ad Bulgarorum regem perferre liceat. (R. ep. 191, Carafa 184.) Mansi XVII. 125, Migne 126 p. 841, Farlatus Ill. sacr. IV. 207, Fejér C. D. H. I. 207. — „Relegentes nobilitatis".

„ 7. 3260 (2479) Sacerdotes et populum una cum Branimiro principe reconciliatos ecclesiae

**879.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 7.)*

Romanae, ut in fide perseverent, hortatur. (R. ep. 207, Carafa 185.) Mansi XVII. 126, Migne 126 p. 842, Farlatus Ill. sacr. IV. 208, Fejér C. D. H. I. 209. — „Cum litteras".

Iun. 8. — 3261 (2480) Michaelem, regem Bulgarorum, ad veram b. Petri fidem revocat. Iohannem presbyterum, legatum suum, commendat. (R. ep. 193, Carafa 189.) Mansi XVII. 128, Migne 126 p. 843. — „Quantae pietatis".

„ 10. — 3262 (2481) Vitalem Adransem (Iaderensem), Dominicum Absorensem, ceterosque episcopos Dalmaticos, et Iohannem, archipresbyterum Salonitanum, omnesque sacerdotes et seniores populi, habitatores Spalatinae civitatis atque Zadarensis, ceterarumque civitatum, ad Romanam ecclesiam revocat. Quem elegerint archiepiscopum ad consecrationem palliumque accipiendum Romam venire iubet. Iohannem presbyterum, legatum suum, commendat. (R. ep. 197, Carafa 190.) Mansi XVII. 129, Migne 126 p. 846, Farlatus Ill. sacr. III. 77. — „Pastorali solicitudine".

„ 13. — 3263 (2482) Airardo, archiepiscopo Ausciensi, et Involato Conveniensi, Wainardo Conseranensi, Garstono Bigorrensi episcopis scribit de corrigendis populi moribus, de nuptiis illicitis, de rebus ecclesiarum conservandis, de clericorum erga episcopos obedientia. (R. ep. 190, Carafa 198.) Mansi XVII. 135, Migne 126 p. 844. — „Multas praevaricationes".

„ 14. — 3264 (2483) Rostagno Arelatensi, Sigibodo Narbonensi, Rotberto Aquensi archiepiscopis mandat, ut Gibertum, episcopum Nemausensem ab iniuriis in monasterium (S. Aegidii) dehortentur, et, si non paruerit, excommunicent. (R. ep. 198, Carafa 191.) Mansi XVII. 130 et 245, Migne 126 p. 845. 847, Baluzii Misc. II. 113. — „Veracium relatione".

(„ 14.) — 3265 (2484) Michaeli, regi Bulgarorum, quod legatum muneraque sibi miserit, gratias agit. Monet, ut ad Romanam ecclesiam redeat. De Bulgarorum dioecesi a Graecis iniuste occupata addit. (R. ep. 199, Carafa 192.) Mansi XVII. 131, Migne 126 p. 848. — „Multas regiae".

(„ 14.) — 3266 (2485) Anastasio abbati praecipit, ut cellulam S. Valentini, in Sabinis sitam, Gauderico episcopo restituat. (R. ep. 200, Carafa 193.) Mansi XVII. 132, Migne 126 p. 849. — „Monemus religionem".

(„ 14.) — 3267 (2486) „Zvuentapu de Maravna" hortatur, caveat, ne a praeceptis ecclesiae Romanae deducatur. Methodium, archiepiscopum ab Hadriano II. ordinatum, ob disseminatos errores Romam a se vocatum esse nunciat. (Huic et sequenti ep. Boczek suo arbitratu pro „Data ut supra" subiunxit: „Data XVIII. kal. Iul. ind. XII.") (R. ep. 201, Carafa 194.) Boczek C. D. M. I. 40, Mansi XVII. 132, Migne 126 p. 849. (Scripturam tituli huius ep. ex cod. R. depinxit Palacky Literarische Reise nach Italien im Jahre 1837 in tab.) Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 192. — „Scire vos volumus".

(„ 14.) — 3268 (2487) Methodium, ecclesiae Pannoniensis archiepiscopum, evocat, quod et profiteri doctrinam falsam dicatur, et contra praeceptum suum, per Paulum, episcopum Anconitanum, missum, in procurandis sacris non Latina nec Graeca, sed barbara, i. e. Sclavina lingua utatur. (R. ep. 202, Carafa 195.) Boczek C. D. M. I. 39, Mansi XVII. 133, Migne 126 p. 850. Cf. Dümmler l. l. — „Praedicationis tuae".

(„ 14.) — 3269 (2488) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, reprehendit, quod et legatos suos, Iohannem Papiensem et Walpertum Portuensem episcopos, spreverit, et sacra procuraverit excommunicatus. Ad synodum auctumnalem venire eum iubet. (R. ep. 203, Carafa 196.) Mansi XVII. 133, Migne 126 p. 850. — „Tantis heu".

3270 (2489) Angelbergae imperatrici respondet, Anspertum, excommunicatum archiepiscopum Mediolanensem, ante synodum, die 12. m. Octobris celebrandam, ad quam aut ipse veniat aut legatum mittat necesse sit, non posse absolvi. Anniversario die Ludovici II. imperatoris (12. Augusti) se precatione usurum nunciat. (R. ep. 213, Carafa 204.) Mansi XVII. 154, Migne 126 p. 851. — „Pio affectu".

Aug. in. — Ravennae — cum Carolo (Crasso) rege. Vide eam, quae sequitur, ep. 3288. Monachi Augiensis contin. Erchanberti MG. SS. II. 329: „Carlomannus fratri suo Carolo Italiam gubernandam concessit. At ille eam undique improvisus occupavit et Ravennam veniens, Romanum papam nomine Iohannem ad se vocari praecepit, sed et patriarcham Furiolanum, nec non et Mediolanensem archiepiscopum, omnesque episcopos et comites

**879.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 7.)*

seu reliquos primores ex Italia, et ibi ab eis rex constituitur, et omnes praeter apostolicae sedis episcopum iureiurando ad devotionem servitii sui constrinxit; cui conventui etiam Liutpertus, Magonciacensis episcopus, iussu Ludovici regis interfuit". Cf. Hincmari Annal. 879 p. 512.

Aug. (16.) (Romae) 3271 (2491) Basilio, Constantino et Alexandrino imperatoribus respondet, se, habita temporis ratione, Photio, licet defuncto Ignatio patriarchatum Constantinopolitanum inconsulta sede Romana susceperit, communionem ea lege concedere, ut misericordiam in synodo exposcat. Post Photii mortem ex laicis eligi patriarchas vetat. Bulgarorum dioecesim sibi reddi, sacerdotesque ab Ignatio consecratos, posteaque deiectos, restitui iubet. Legatis suis (Eugenio et Paulo episcopis) mandatum esse scribit, ut si quis Photii communionem respuisset, in synodo is excommunicaretur. „Missa per Petrum presbyterum". (Epistolae huius exemplum a Photio interpolatum exstat ap. Mansi XVI. 487, XVII. 141 et 395. Cf. Hefele IV, 454, Hergenröther Photius II. 383. 396. — „Puritas et splendor" „Puritas celebritasque".) (R. ep. 208, Carafa 199.) Mansi XVI. 479 et XVII. 136, Migne 126 p. 853. — „Τῆς ὑμετέρας" „Inter claras".

„ (16.) („) 3272 (2493) Episcopis provinciae Constantinopolitanae, Hierosolymitanae, Alexandrinae et Antiochenae de communione Photio reddita eadem, quae superiore ad imperatores epistola, significat. „Missa per Petrum presbyterum". (Haec epistola, a Photio adulterata, legitur ap. Mansi XVI. 510, XVII. 450. — „Τὰ ὑγιαίνοντα" „Vestras sinceras".) (R. ep. 209, Carafa 200.) Mansi XVI. 499, XVII. 146, Migne 126 p. 865. — „Ἐχομισάμεθα" „Quorumdam sane".

(„ 16.) („) 3273 (2496) Photio, patriarchae Constantinopolitano, quod legati apostolici (Eugenius et Paulus episcopi) recusaverint sacra secum procurare, querenti, respondet, id ideo esse factum, quod de ea re mandata dari a se, rerum Cpolitanorum antea incerto, non potuissent. Quibus conditionibus communionem ei reddi velit, ut in praecedentibus ad imperatores litteris, exponit. De commonitorio, per Petrum presbyterum cardinalem legatis suis misso, addit. (Harum litterarum exemplar a Photio vitiatum praebet Mansi XVI. 512, XVII. 150 et 411. — „Sapientiam et prudentiam" „Τὴν σοφίαν καὶ".) (R. ep. 210, Carafa 201.) Mansi XVI. 502 et XVII. 148, Migne 126 p. 870. — „Πεῖρα σαφεστάτη" „Experientia tuae".

„ 16. („) 3274 (2492) Iohanni, Leoni et Paulo patriciis, et Stiliano, Iohanni et Metrophani metropolitis, ceterisque sacerdotibus et cuiuscumque ordinis clericis et laicis, sub excommunicationis poena praecipit, ut Photium, patriarcham Constantinopolitanum, sequantur. „Missa per Petrum presbyterum". (R. ep. 211, Carafa 202.) Mansi XVII. 153, Migne 126 p. 863. — „Omnium ecclesiarum".

„ (16.) („) 3275 (2494) Paulum Anconitanum et Eugenium Ostiensem, suos Constantinopoli legatos, reprehendit, quod praecepta neglexerint. Petrum presbyterum cardinalem iis adiungit. Iubet agi secundum commonitorium suum. (R. ep. 212, Carafa 203.) Mansi XVII. 154, Migne 126 p. 867. — „Quamvis contra".

(„ 16.) („) 3276 (2495) Paulo (Anconitano) et Eugenio (Ostiensi) episcopis, et Petro presbytero cardinali, quae Constantinopoli agant, praecipit. (Commonitorium hoc interpolatum a Photio esse dicitur. Cf. Hefele IV. 462.) Mansi XVII. 361 et 467, Migne 126 p. 867. — „Cum primum" „Postquam Dei" „Μετὰ τῆς θεοῦ".

(„) 3277 (2497) Landonem, filium Landonis, et fratres eius, ac Landolfum, filium Landonulfi, eiusque germanos, in pace cum Pandenulfo post Landulfi, episcopi Capuani, mortem constituta non mansisse, dolet. Cupit die 1. m. Octobris cum iis et Guaiferio, principe Salernitano, et Capuanis Traiectum convenire, ibique et paci consulere et de Landulfo presbytero, „sacerdotum et iudicum et totius Capuanae plebis voto" electo, statuere. (R. ep. 214, Carafa 205.) Mansi XVII. 155, Migne 126 p. 875. — „Receptis atque".

(„) 3278 (2498) Waiferio, principi Salernitano, ut superiore epistola, scribit de Landulfo, electo Capuano, et de congressu die 1. m. Octobris Traiecti habendo. Reprendit, quod arma Capuanis intulerit. Mancosos, „pro defensione terrae S. Petri" Amalfitanis datos, reddi sibi iubet, „quatenus, nostra recipientibus nobis, nullam pro his de cetero patiantur calumniam". (R. ep. 215, Carafa 206.) Mansi XVII. 156, Migne 126 p. 876. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 172. — „Sicut nobis".

**879.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 7.)*

(Romae) 3279 (2499) Leoni, Adelchisi, Lupeno episcopis significat, se die 1. m. Octobris Traiecti acturum et de discordia Capuana componenda et de Landolfo, „a vobis et omni sacerdotali coetu, nobiliumque caterva cunctoque populo" electo. (R. ep. 216, Carafa 207.) Mansi XVII. 156, Migne 126 p. 877. — „Sacerdotalem curam".

(„) 3280 (2500) Landolfum presbyterum et electum laudat, quod Capuanae urbis concordiae restituendae operam tribuat. De conventu, die 1. m. Octobris Traiecti agendo, addit. (R. ep. 217, Carafa 208.) Mansi XVII. 157, Migne 126 p. 878. — „Quia discordantium".

(„) 3281 (2501) Pulcarem, praefectum Amalfitanum, quod nec foedus cum paganis ictum ruperit, nec terram S. Petri defenderit, hortatur, ut acceptos mancosos sibi reddat. (R. ep. 218, Carafa 209.) Mansi XVII. 157, Migne 126 p. 878. — „Pro salute".

(„) 3282 (2502) Monachorum Pultariensium angustias dolet. Bosonem principem et Hugonem abbatem, ut iniurias ab iis propulsarent, monitos esse, nunciat. (R. ep. 219, Carafa 210.) Mansi XVII. 158, Migne 126 p. 879. — „Cognoscat pro".

(„) 3283 (2502a) Hugonem, „nobilissimum abbatem", rogat, ut monasterium S. Petri Pultariense, ecclesiae Romanae a Gerardo comite traditum, tueatur. (R. ep. 220, Carafa 211.) Mansi XVII. 159, Migne 126 p. 879. — „Quanta vos dilectione".

(„) 3284 (2503) Hugoni et Radoldo, fidelibus suis, praecipit, ut Vendoaram villam, a Bosone comite invasam, defendant. Isaac episcopo (Lingonensi) mandatum esse nunciat, ut Arembertum, qui villam a Bosone accepisset, nisi eam dimitteret, excommunicaret. (R. ep. 221, Carafa 212.) Mansi XVII. 159, Migne 126 p. 880. — „Cognoscat pro".

(„) 3285 (2504) Bosonem principem hortatur, ut et Vendoaram villam ecclesiae Romanae restituat et monasterium Pultariense protegat. (R. ep. 222, Carafa 213.) Mansi XVII. 160, Migne 126 p. 880. — „Quanta vos dilectione".

(„) 3286 (2505) Waiferium, principem Salernitanum, excommunicatione proposita, ab oppugnandis ante suum adventum Capuanis dehortatur. Affirmat haec: „Nam pro vestro cum venerimus amore, ipsum, quem vultis, Capuanae plebi antistitem ordinabimus, ut vester principalis honor indiminutus permaneat". (R. ep. 223, Carafa 214.) Mansi XVII. 160, Migne 126 p. 881. — „Relatu quorumdam".

(„) 3287 (2506) Pandenulfum castaldum (Capuanum) de superioribus ad Waiferium litteris certiorem facit. (R. ep. 224, Carafa 215.) Mansi XVII. 161, Migne 126 p. 882. — „Relectis industriae".

(Aug. 16.) „ 3288 (2507) Karolo (Crasso) „regi" ita scribit: „A longo iam tempore vos ad culmen imperii volentes perducere vocavimus, ac postmodum ad vos Ravennam pervenimus, sperantes honorem s. Romanae ecclesiae per vos ad augmentum perfectum perducere et inimicorum ecclesiae severitatem comprimere; sed quia de his nihil apud magnitudinem peregimus, revertentes (Romam) prioribus peiora reperimus". Rogat, ut se, antequam Romam veniat, per Luithbardum episcopum et Manigoldum filium Adelberti et Adelbertum protopincernam certiorem faciat. Marinum, episcopum et arcarium, ac Petrum, episcopum Senogalliensem, legatos suos, commendat. (R. ep. 225, Carafa 216.) Mansi XVII. 161, Migne 126 p. 882. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 112. — „Quod bene vestra".

3289 (2508) Karolo (Crasso) „regi" (in Italia moranti) scribit haec: „Audivimus, quod debeatis nunc Alpes transire, atque cum fratre vestro communi eloquio frui; unde valde turbati existimus, eo quod secundum commune placitum sperabamus, nos vobiscum simul convenire et opus exaltationis s. Romanae ecclesiae peragere". Rogat, ut una cum Farulfo, consiliario et nepote suo, legatum mittat, qui, quoad rex in Italiam redierit, ecclesiam Romanam defendat. (R. ep. 226, Carafa 216 [lege: 217].) Mansi XVII. 162, Migne 126 p. 883. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 112. — „Audivimus, quod debeatis".

(„ 16.) 3290 (2509) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, iniuriis affectum ad se non venisse, miratur. Legatum mittit, qui causam cognoscat. Die 1. m. Octobris archiepiscopum eiusque adversarios Romae esse iubet. Reprehendit eum, quod extra dioecesim moretur. (R. ep. 227, Carafa 227 [lege: 218].) Mansi XVII. 163, Migne 126 p. 884. — „Audientes tales".

**879.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 7.)*

(Aug. 16.) 3291 (2510) Omnibus episcopis, marchionibus, comitibus, cunctisque fidelibus significat, se Iohanni, episcopo Papiensi, „transgressos" sua vice excommunicandi potestatem tribuisse. (R. ep. 228, Carafa 228 [lege: 219].) Mansi XVII. 163, Migne 126 p. 885. — „Habentes omnium".

Sept. 21. 3292 (2511) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, una cum suffraganeis synodo die 12. Octobris in ecclesia b. Petri celebrandae interesse iterum iubet. (R. ep. 237, Carafa 229 [lege: 220].) Mansi XVII. 164, Migne 126 p. 885. — „Sicut iam olim".

3293 (2518) Paulo, episcopo Regino, praecipit, ut ecclesiam Carpanam, incendio deletam, renovet. (Explicit haec ep.: „Data XIII."; verba, quae in ed. adduntur „kalendas Decembris" in cod. non exstant.) (R. ep. 238, Carafa 232.) Mansi XVII. 172, Migne 126 p. 890. — „Dilectioni tuae venerandis".

Oct. 15. | In ecclesia b. Petri | Synodus, in qua Anspertus, archiepiscopus Mediolanensis, honore episcopali privatur et Ioseph, episcopus Vercellensis, ab eodem consecratus, deiicitur. Vide Iohannis epp. ap. Mansi XVII. 164. 165. 166. regg. 3294. 3305. 3306.

(Oct.) 3294 (2512) Episcopis, presbyteris, diaconis, subdiaconis et omni clero ecclesiae Mediolanensis praecipit, ut, adhibitis Iohanne Papiensi et Weltone Ariminensi episcopis, legatis suis, successorem dent Ansperto archiepiscopo, dignitate episcopali orbato, electumque ad sese mittant, ut, „secundum morem pristinum et secundum regiam concessionem" consecretur. (R. ep. 229, Carafa 220 [lege 221].) Mansi XVII. 164, Migne 126 p. 886. — „Deo dilectae unanimitati".

3295 (2526) Iohanni, episcopo Papiensi, mandat, ut ecclesiam Carpanam, quam renovare Paulus, episcopus Reginus, neglexerit, reficiat. (Cf. supra ep. 3293.) (R. ep. 239, Carafa 233.) Mansi XVII. 173, Migne 126 p. 896. — „Quia Paulus".

3296 (2527) Teutmarum, archiepiscopum (Salzburgensem), a Karolomanno rege ad se missum, nondum adesse miratur, venireque iubet. (R. ep. 242, Carafa 236.) Mansi XVII. 174, Migne 126 p. 896. — „Sicut nobis".

3297 (2528) Antonium, episcopum Brixiensem, et Berengarium comitem hortatur, ne cum Liutfredo, Gerlindis monachae raptore, rerumque Angelbergae imperatricis compilatore, communicent; ita praefatus: „Quia Karolomannus gloriosus rex suis regalibus literis et missorum nostrorum verbo nostro praesulatui commisit, ut nos curam huius Italici regni haberemus". (R. ep. 243, Carafa 237.) Mansi XVII. 175, Migne 126 p. 896. — „Quia dilectus".

3298 (2529) Egilberto episcopo interdicit, ne Liutfredo et Odelrico excommunicatis communicet. Quos cogi iubet, ut Angelbergae imperatrici ablata intra dies 30 restituant. (R. ep. 240, Carafa 234.) Mansi XVII. 173, Migne 126 p. 897. — „Beatissimi apostoli".

3299 (2530) Egifredum, Supponem, Eripaldum, Berardum Bonifatii filium et Cotefredum comites hortatur, ut bona Angelbergae imperatricis tueantur. (R. ep. 241, Carafa 235.) Mansi XVII. 174, Migne 126 p. 898. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 107. — „Scientes profecto".

3300 (2531) Cunibertum comitem proposita excommunicatione hortatur, ut quas invaserit, res Angelbergae imperatricis restituat. (R. ep. 244, Carafa 238.) Mansi XVII. 175, Migne 126 p. 898. — „Veraci relatione".

3301 (2532) Gisulfo, monasterii S. Christianae abbati, mandat, ut monasterii Angilbergae imperatricis, Placentiae positi, curam suscipiat. (R. ep. 245, Carafa 239.) Mansi XVII. 176, Migne 126 p. 899. — „Auctoritate sanctae".

„ 19. 3302 (2515) Notingum, episcopum Novariensem, aut res Angelbergae imperatrici ablatas restituere, aut intra duos menses venire Romam iubet. (R. ep. 246, Carafa 224.) Mansi XVII. 167, Migne 126 p. 889. — „Audivimus te".

(„ 19.) 3303 (2533) Gregorio spatario, Theophylacto turmacho, Diogeni comiti, „imperialibus", victoriam a Saracenis Neapoli reportatam gratulatur. Monet, ut „cum aliquantis dromonibus" sibi subveniant. (R. ep. 247, Carafa 240.) Mansi XVII. 176, Migne 126 p. 899. — „Audientes vos".

„ 24. 3304 (2516) Petro episcopo et Pulcari praefectorio et populo Amalfitano significat, eos, quoad foedus cum Sarracenis compositum frangerent, communione a se privatos esse.

**879.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 7,)*

(R. ep. 248, Carafa 225.) Mansi XVII. 167, Migne 126 p. 889. — „Notum esse volumus".

(Oct. 24.) 3305 (2513) Karolo (Crasso) regi Anspertum Mediolanensem et Iosephum Vercellensem in synodo deiectos esse, nunciat. Cospertum, rogatu Karolomanni regis consecratum episcopum Vercellensem, commendat. (R. ep. 249, Carafa 221 [lege: 222].) Mansi XVII. 165, Migne 126 p. 887. — „Regiae magnitudini".

(„ 24.) 3306 (2514) Presbyteris, diaconis, subdiaconis et omni clero, ac „primatis" omnique populo Vercellensi, in synodo Romana quid gestum sit, nunciat. Iosephi ab Ansperto consecrati acta rescindit. Cospertum, episcopum a sese ordinatum, commendat, „quoniam dilectus" inquit „ac spiritalis filius noster, Karolomannus, gloriosus rex istius Italici regni, ipsum Vercellensem episcopatum, more praedecessorum suorum regum et imperatorum, concessit huic Cosperto, nostramque apostolicam clementiam suis est literis deprecatus, ut eum vobis episcopum consecraremus". (R. ep. 250, Carafa 223.) Mansi XVII. 166, Migne 126 p. 887. — „His nostris".

3307 (2534) Athanasium, episcopum Neapolitanum, monet, ut, non habita Amalfitanorum ratione, seiungat se a Saracenis. Haec addit: „Quod iam dare promisimus, auxiliante Deo, annis singulis vobis procul dubio tribuemus". (R. ep. 251, Carafa 241.) Mansi XVII. 177, Migne 126 p. 900. — „Sanctitatis vestrae".

(„ 24.) 3308 (2535) Petro episcopo et Pulcari praefectorio et omnibus sacerdotibus ac clericis atque universo populo Amalfitanae civitatis, si a Saracenis discesserint, haec promittit: „Dabimus vobis nunc et per singulos annos, sicut inter nos statutum fuit, decem millia mancosorum argenti, et isto praesenti anno damus vobis pro benedictione supra mille mancosos, et teloneum, quod in portu nostro dare debetis, vobis concedimus". Si non discesserint, fore ut a Dominico, legato suo, ab ipsoque et excommunicentur et anathematizentur. (R. ep. 252, Carafa 242.) Mansi XVII. 177, Migne 126 p. 901. Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 172. — „Multa vobis bona".

3309 (2520) Athanasium, episcopum Neapolitanum, Petrum episcopum et Pulcarim praefectorium Amalfitanum, episcopum Caietanum, Docibilem et Iohannem hypatos, „a paribus", nisi a Saracenorum societate ante diem 1. m. Decembris recesserint, anathematizatum iri denunciat. Pulcarim ab iniuriis in Pandenolfum, iudicem Capuanum, separatim dehortatur. (R. ep. 231. 232, Carafa 227.) Mansi XVII. 169, Migne 126 p. 892. — „Pudet, ut".

3310 (2519) Theoderico Teatino, Theodicio Firmano, Iohanni Aprutiensi, Helmoino Pennensi episcopis scribit, Theoderonam de Vivelata votis monasterialibus, quae post mariti mortem ei extorta sint, non teneri. (R. ep. 230, Carafa 226.) Mansi XVII. 168, Migne 126 p. 891. — „Quaedam vestrarum".

Nov. 19. 3311 (2517) Elmoinum, episcopum Pennensem, quod synodo defuerit, ante diem 8. m. Decembris ad se venire iubet, Oterammumque, iniuste excommunicatum, absolvi. (R. ep. 233, Carafa 228.) Mansi XVII. 170, Migne 126 p. 890. — „Secundum sacros".

„ 24. 3312 (2521) Arpaldum, episcopum Asculanum, a propriis clericis iniustitiae accusatum, et synodum declinare ausum, excommunicatione proposita ad sese vocat. (R. ep. 234, Carafa 228.) Mansi XVII. 171, Migne 126 p. 893, Ughelli It. sacr. I. 442. — „Secundum sacros".

(„ 24.) 3313 (2523) Karolo (Crasso) regi, qui de Cosperto, episcopo Vercellensi, ad suam voluntatem egerit, gratias agit. Sententiam, in Anspertum Mediolanensem dictam, non posse mutari scribit. (R. ep. 235, Carafa 231.) Mansi XVII. 172, Migne 126 p. 894. — „Multiplices gratias".

(„ 24.) 3314 (2522) Karolo (Crasso) regi scribit, indicto die 1. m. Novembris iam praeterito, Papiam ad eum venire se paratum fuisse. In Italiam reversum litteras ad se nondum dedisse, miratur. Invitari cupit. (R. ep. 236, Carafa 230.) Mansi XVII. 171, Migne 126 p. 894. — „Sicut nostro".

**879. 880.**

Capuam „profectus est, cum Saracenorum depraedationes ferre nequivisset, ad illorum castra exterminanda. Qui Stephanum (episcopum Neapolitanum deiectum) in custodia

**879. 880.**

retentum audiens, doluit ac perinde vix Capuano comiti Pandenolfo imponere potuit, ut eum ad suam destinaret praesentiam." Ad Stephanum denique dixit: „Veni nobiscum Romam, daboque tibi ecclesiam apostoli Pauli, ubi cum clericis tuis humanae vitae necessaria sufficienter habeas". Auxilii libellus in def. Steph. ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 98 cf. ibid. p. 37 et MG. SS. III. 205, SS. Lang. p. 499.

Capuae — episcopatu Capuano in duas partes diviso, Landenulfum ecclesiae Capuanae episcopum et Landulfum episcopum ecclesiae S. Mariae Suricorum constituit. Chronica S. Benedicti MG. SS. III. 205 et 206 (i. e. Catalog. com. Capuae MG. SS. Lang. p. 499), Erchemperti hist. Langobard. ibid. p. 255 et 256. (Id exeunte a. 879, aut a. 880 ineunte factum esse, liquet ex. epp. 3277-3280. 3286. 3320.)

**880.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14.)*

Iun. 20. — 3315 (2536) Karolum (Crassum) regem rogat, ut Hieronymum, episcopum Lausonensem, in pristinam dignitatem restituat, resque ecclesiae Vesontionensis, ab Hubone invasas, Theoderico archiepiscopo reddi iubeat. (R. ep. 254, Carafa 243.) Mansi XVII. 178, Migne 126 p. 901. — „Magnitudinem vestram".

„ 20. — 3316 (2537) Liuthardum, episcopum Vercellensem hortatur, ut Hieronymum, Lausonensem episcopum, Karolo (Crasso) regi commendet. (R. ep. 255, Carafa 244.) Mansi XVII. 179, Migne 126 p. 902. — „Dilectioni vestrae".

„ 20. — 3317 (2538) Theoderico, archiepiscopo Vesontionensi, de litteris ad Karolum (Crassum) regem missis significat. (R. ep. 256, Carafa 245.) Mansi XVII. 179, Migne 126 p. 903. — „Pro tot et".

„ 26. — 3318 (2539) Karolo (Crasso) regi ita scribit: „Quod mandastis, ut marchiones vestri, qui circa nos existunt, ad defensionem peragendam nobiscum decertare debuissent, hoc sine vestrae maiestatis praesentia, vel sine idonei optimatis vestri nullo modo proderit nobis, eo quod ipsi marchiones homines de civitatibus et propriis finibus nostris in suo assiduo servitio habent, et nonnullos eorum potentia sua defendunt et ita impediunt, ut nostrum servitium minime perficere valeant". Legatum mitti cupit. (R. ep. 353, Carafa 246.) Mansi XVII. 180, Migne 126 p. 903. — „Multiplices regiae".

„ — 3319 (2540) Sfentopulcho comiti Methodium, orthodoxum repertum confirmatumque ecclesiae Moravensis archiepiscopum, commendat. Praeter Wichinum, Nitriensem episcopum ab ipso consecratum, alterum quoque Methodii suffraganeum constitui iubet. „Litteras Sclavinicas, a Constantino quondam philosopho repertas", laudat. Non enim „sanae fidei" inquit „vel doctrinae aliquid obstat, sive missas in eadem Sclavinica lingua canere, sive s. evangelium legere, quoniam, qui fecit tres linguas principales, Hebraeam sc., Graecam et Latinam, ipse creavit et alias omnes". Sed tamen praecipit „ut in omnibus ecclesiis terrae illius evangelium Latine legatur et postmodum Sclavinica lingua annuncietur". (R. ep. 257, Carafa 247.) Mansi XVII. 181, Migne 126 p. 904, Boczek C. D. M. I. 42. (Specimen scripturae huius ep. ex cod. R. depinxit Palacky; cf. reg. 3267.) Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 193. — „Industriae tuae".

Iul. 18. — 3320 (2541) Landulfum, episcopum Suricorum, sub excommunicationis poena hortatur, ut ecclesiae reditum cum Landenulfo, episcopo Capuano, quemadmodum ipse constituerit, partiatur. (R. ep. 258, Carafa 248.) Mansi XVII. 183, Migne 126 p. 906. — „Nostra relatione".

(„ 18.) — 3321 (2542) Karolo (Crasso) regi scribit, se eius „voluntatis arcana" ex Wibbodo, episcopo Parmensi, cognovisse eidemque responsa commisisse. Se a Graecis opprimi negat. Petit, ne inimicis suis credat. De Sarracenorum, impiorumque Christianorum in se iniuriis queritur, „pro qua necessitate" inquit „ipsius Wibbodi episcopi hortatu in quamdam cortem nostram exivimus et una cum Widone comite, Lamberti filio, loqui voluimus, sed ipse adesse praetermisit". De Bosone haec scribit: „Neque aliquem familiaritatis locum aut receptionis nostrae auxilium apud nos habebit, eo quod vos amicum et adiutorem quaesivimus; nam nihil nobis de parte ipsius pertinere videtur, qui talem tyrannidem praesumpsit committere". Karoli adventum exspectat. Iohannem, episcopum Papiensem, apud se remansisse scribit. Rogat, legatos mittat, „qui nobis pariter cum missis nostris proficiscentibus de omnibus iustitiam plenissimam

**880.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14.)*

faciant". (R. ep. 259, Carafa 249.) Mansi XVII. 183, Migne 126 p. 907. — „Regiae magnitudinis".

(Aug. 13.) 3322 (2544) (Photio patriarchae) restitutam ecclesiae Constantinopolitanae concordiam gratulatur. Miratur, cur multa, quae ipse statuisset, mutata sint. Synodi Constantinopolitanae acta comprobat, quaeque legati sui „in eadem synodo contra apostolicam praeceptionem" fecerint, respuit. (R. ep. 260, Carafa 250.) Mansi XVII. 184, Migne 126 p. 910. Hanc et seq. ep. per Marinum episcopum Constantinopolim missas esse, suspicatur Hefele IV. 484. — „Hoc nostri semper".

„ 13. 3323 (2543) Imperatores (Graecos), ecclesiasticae pacis studiosos, laudat. Gratias agit 1) de dromonibus missis, „qui pro defensione terrae s. Petri in suo manerent servitio", 2) de Canstantinopolitano S. Sergii monasterio sibi reddito, 3) de Bulgarorum dioecesi b. Petro restituta. De synodo Constantinopolitana addit. (R. ep. 261, Carafa 251.) Mansi XVII. 186, Migne 126 p. 909. — „Post innumeras".

Sept. 10. 3324 (2545) Karolum (Crassum) regem ad se venturum esse, gaudet, sed antea legatum mitti cupit. Queritur, Georgium excommunicatum et anathematizatum, cum ab eo una cum Widonis homine rediisset, velut eius voluntate fultum, in quasdam ecclesiae Romanae possessiones irrupisse. (R. ep. 262, Carafa 252.) Mansi XVII. 187, Mige 126 p. 911. De tempore cf. Dümmler Ostfr. R. II. 175. — „Relegentes regalis".

„ 29. 3325 (2546) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, ad synodum, in diem 12. m. Octobris ante indictam, sed ob „Saracenam angustiam" in diem 8. m. Novembris dilatam, vocat, iudicaturus et de matrimonio Deusdedit ducis, ab eo excommunicati, interimque a sese absoluti, et de Maginperto diacono, caedis accusato. (R. ep. 263, Carafa 253.) Mansi XVII. 188, Migne 126 p. 912, Savioli Ann. Bol. I. II. 27. — „Quia bellica".

„ 30. 3326 (2547) Omnes episcopos, per ducatum Spoletinum et Camerinensem et per diversas provincias constitutos, hortatur, ut, „solita desidia deposita" ad synodum die 7. m. Novembris celebrandam accedant. (R. ep. 264, Carafa 254.) Mansi XVII. 189, Migne 126 p. 913. — „Nolumus ignorare".

Oct. 30. 3327 (2548) Karolo (Crasso) regi, se antequam ipse veniat, Liutwardum episcopum (Vercellensem) Romam missurum esse, nuncianti gratias agit. Saracenos scribit a Graecis navali proelio victos quidem esse, neque tamen quin ipsum vexent desistere; quocirca petit, ut sibi quam primum succurrat. (R. ep. 265, Carafa 255.) Mansi XVII. 189, Migne 126 p. 914. — „Susceptis gloriae".

Nov. 8. (Romae) Synodus, in qua Deusdedit dux, a Romano, archiepiscopo Ravennate, excommunicatus, absolvitur, nuptiaeque eius confirmantur. Vide epistolam, quae sequitur.

(„) 3328 (2549) Romano, archiepiscopo Ravennati, et Leoni episcopo, misso et apocrisiario suo, et quibusvis missis imperatoris et omnibus iudicibus et populis Romani territorii constitutis significat, in synodo die 8. m. Novembris celebrata Deusdedit ducem absolutum esse, et eius cum Maria matrimonium corroboratum. (R. ep. 288, Carafa 276.) Mansi XVII. 204, Migne 126 p. 915. — „Omnium reverentiam".

„ 3329 (2550) Ansbertum, archiepiscopum Mediolanensem, reprehendit, quod restitutus in inobedientia perseveret. Rhodoaldum et Warlenum, monachos suos, in itinere ad monasterium Pultariense comprehensos vinculisque mandatos, dimitti iubet. (R. ep. 266, Carafa 256.) Mansi XVII. 190, Migne 126 p. 916. — „Decuerat te".

„ 3330 (2551) Salomoni, procuratori Papiae, ut Rhodoaldum et Warlenum monachos e custodia continuo emittat, praecipit. (R. ep. 267, Carafa 257.) Mansi XVII. 191, Migne 126 p. 916. — „Apostolica tibi".

(„) 3331 (2552) Adelbertum marchionem excommunicatum absolvit, itemque eius hominibus communionem ea lege reddit, „ut omnem emendationem facere ad quindecim dies intra mensem Martium omnino accelerent". (R. ep. 268, Carafa 258.) Mansi XVII. 191, Migne 126 p. 917. — „Te vero".

**880. 881.**

†3332 *Wichino, episcopo Nitriensi, privilegium dat. (Spuriis his litteris usus est Wichinus, ut metropolitano suo Methodio, archiepiscopo Pannoniensi, obluctaretur. Sed

**880. 881.**

Iohannes VIII. tales litteras se scripsisse negat, Methodio nuncians, se episcopo illi neque palam neque secreto aliquid faciendum iniunxisse. Cf. ep. 3319. 3344.) Boczek Cod. dipl. Moraviae I. 44.

**881.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15.)*

Ian. 25. — 3333 (2556) (Carolo [Crasso] regi) ita respondet: „Susceptis literis gloriae vestrae, quibus vos monstratis ad limina apostolorum praecipiti gressu et velle convolare, attoniti, vel magis stupefacti, miramur, decentiam vestram terminos patrum transcendere et lineam generis vestri superbo spiritu conculcare". Mandata, per suos legatos significata, perfici cupit; „praecipimus" inquit „terminum S. Petri ad ingrediendum animum vestrum non incitetis, quousque praedicti legati nostri ad nos revertantur, itemque alios ad nos transmittere cures". (R. ep. 269, Carafa 259.) Mansi XVII. 191, Migne 126 p. 919. — „Susceptis literis".

Febr. 15. — 3334 (2557) Anspertum, archiepiscopum Mediolanensem, laudat, quod Iosephum, deiectum episcopum Vercellensem, „permissu Karoli (Crassi) gloriosi regis ... post electionem cleri et expetitionem populi" ecclesiae Astensi ordinaverit. (R. ep. 272, Carafa 260.) Mansi XVII. 192, Migne 126 p. 920. — „Consultationis tuae".

3335 (2559) Anselmo, archidiacono Mediolanensi, excommunicatione proposita, ut ad obsequium Ansperti archiepiscopi revertatur, praecipit. (R. ep. 273, Carafa 261.) Mansi XVII. 193, Migne 126 p. 922. — „Missa praesulatui".

„ 15. — 3336 (2558) Attonio significat, se censuisse, ut excommunicatio, ab Ansperto archiepiscopo ei illata, valeret, quoad Mediolanensi ecclesiae erepta reddidisset. (R. ep. 274, Carafa 262.) Mansi XVII. 193, Migne 126 p. 921. — „Missa praesulatui".

a. Febr. 9. — Romae — Carolum (Crassum) imperatorem consecrat. Annal. Alamann. cont. Sangall. altera 881 MG. SS. I. 51, Reginon. chron. 881 ibid. 592, Monachi Aug. cont. Erchanberti ibidem II. 329. 330. Quam ad d. 25. m. Dec. a. 880 perperam revocant Hincmari Annales 880 p. 513, Caroli coronationem mense Febr. a. 881 factam esse, apparet ex ipsius imperatoris diplomatibus (vide Boehmer Regesta Karolorum p. 95). Cf. Dümmler Ostfr. R. II. 180 qui argumenta in ed. 1 regg. prolata iure repudiat.

(Febr.) — 3337 *Privilegium dat, in quo narratur, quomodo imperator Carolus (Crassus), „a cuncto senatu simulque tocius regni primatibus adstantibus cum sua coniuge Rickarda vocatus", coronas a sese susceperit, et imperatrix „res suae proprietatis, id est monasterium puellare Eleon, ante confessionem S. Petri" sub censu annuo in defensionem apostolicam tradiderit. Vide diploma Ludovici (Infantis), regis Germaniae, pro abbatia Andlaviensi (c. a. 800) ap. Grandidier Hist. de Strassbourg II. p. CCCXIII (cf. ibidem II. p. CCCXIX, Böhmer Reg. 1937) et Dümmler Ostfr. R. II. 181. 285.

Mart. 4. — 3338 (2560) Iohanni Bononiensi, Egilulfo Mantuano, Eikardo Vicentino, Viatori Ferrariensi episcopis mandat, ut controversiam „de quibusdam rebus Asianae villae" ortam inter Adelardum Veronensem et Adelchisium Trientanum episcopos, decernant. (R. ep. 277, Carafa 267.) Mansi XVII. 198, Migne 126 p. 923, Savioli Ann. Bol. I. II. 28. — „Sanctitatem vestram".

(„ 4.) — 3339 (2561) Adelchisio, episcopo Trientano, quos iudices inter eum et Adelardum, episcopum Veronensem, constituerit, significat. (Diem „pridie id. Mart." aut „id. Mart.", quem ex monumentis Bononiensibus affert v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 10. 11, ex registro perverse sumptum esse puto.) (R. ep. 276, Carafa 266.) Mansi XVII. 197, Migne 126 p. 923. — „Suggerente coepiscopo".

„ 12. — 3340 (2562) Ludovicum et Karolomannum reges (Ludovici [Balbi] filios) et Hugonem abbatem rogat, assentiantur Karolo (Crasso) imperatori, qui sibi, salva eorum voluntate, promiserit, Angelbergam imperatricem „ab exsulatu" Romam missum iri. Haec affirmat: „Si hic apud nos rediens habitaverit, tanta custodia circumspecta, mihi credite, erit, ut nec Bosoni, nec alii homini, ad perturbationem imperii sive regni quodlibet adiutorium vel auxilium verbis aut scriptis praebere valeat". (R. ep. 270, Carafa 263.) Mansi XVII. 194, Migne 126 p. 924. — „Nosse volumus".

(„) — 3341 (2563) Archiepiscopos et episcopos Italici regni et comites hortatur, dent operam, ut Angelberga imperatrix a Karolo (Crasso) imperatore Romam mittatur. (R. ep. 295, Carafa 282.) Mansi XVII. 208, Migne 126 p. 925. — „Si ea, quae".

(„ 12.) — 3342 (2564) Hadericum, presbyterum et abbatem Mediolanensium SS. Gervasii et Pro-

**881.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15.)*

tasii atque S. Simpliciani monasteriorum, calumnia affici vetat; neque eum nisi apud se postulari iubet. Bona eius confirmat. (R. ep. 271, Carafa 264.) Mansi XVII. 195, Migne 126 p. 926. — „Boni patrisfamilias".

Mart. 14. — 3343 (2565) Athanasium, episcopum Neapolitanum, promissi, per legatos sibi de Saracenorum societate relinquenda Caietae dati, admonet. Sic addit: „Excommunicando interdicimus, ut nullam seditionem, nullam commotionem, nulla discrimina, vel laesionem cum his, qui in Berolassi commorantur, aut facias, aut facientibus omnino consentias; nos illuc properabimus et inter vos pacem reformabimus". (R. ep. 275, Carafa 265.) Mansi XVII. 196, Migne 126 p. 927. — „Iam quia te".

„ 23. — 3344 (2566) Methodium archiepiscopum propagandae fidei studiosum laudat, molestiisque affectum solatur. Sphentopulcho principi praeter id, quod litteris ad eundem datis (ep. 3319) contineatur, quidquam a se mandatum esse, negat. (R. ep. 278, Carafa 268.) Boczek C. D. M. I. 44, Mansi XVII. 199, Migne 126 p. 928. (Scripturam tituli huius ep. ex cod. R. depinxit Palacky, cf. reg. 3267.) — „Pastoralis sollicitudinis".

„ 29. — 3345 (2567) Karolo (Crasso) imperatori de maioribus in dies Saracenorum iniuriis scribit. Rogat, ut sibi subsidium ferri iubeat. Palmam mittit, „per quam signum datur victoriae". (R. ep. 280, Carafa 269.) Mansi XVII. 199, Migne 126 p. 929. — „Multarum oppressionum".

Apr. — In ecclesia b. Petri — Synodus, in qua Athanasius, episcopus Neapolitanus, communione privatur. Vide sequentem epistolam.

„ — 3346 (2568) „Omnibus episcopis Caietam, Neapolim, Capuam, Berolassim et Amalfim, Beneventum et Salernum incolentibus . . . a paribus" nunciat, synodo in ecclesia b. Petri congregata, Athanasium, episcopum Neapolitanum, qui contra promissum, sibi et coram Neapoli et per legatos postea Caietae datum, in Sarracenorum societate permanserit, excommunicatum esse. (R. ep. 281. 290, Carafa 270.) Mansi XVII. 200, Migne 126 p. 930, Ughelli It. sacr. VI. 79. — „Quae et quanta".

(„) — 3347 (2569) Romano, archiepiscopo Ravennati, scribit, se, simulatque Neapoli, quo nunc proficiscatur, redierit, rationem ab eo repetiturum, quare „Albericum comitem, quasi ex parte imperiali, Ravennam asciverit et nobiles cives distringere enormiter coegerit". Dominicum archidiaconum mittit, quem ecclesiae Faventinae episcopum consecret. (R. ep. 282, Carafa 271.) Mansi XVII. 201, Migne 126 p. 931. — „Ea, quae nostro".

(„) — 3348 (2570) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, quod Deusdedit ducis uxorem „alteri viro, raptori, in stupro tradiderit", ad synodum die 24. m. Septembris celebrandam vocat. Interea iubet eum ordinandis sacerdotibus abstinere. („Missa per Deltonem episcopum".) (R. ep. 283, Carafa 272.) Mansi XVII. 202, Migne 126 p. 932. — „Inter cetera, quae".

Iul. — 3349 (2571) Romano, archiepiscopo Ravennati, praecipit, ut fugitivos clericos Placentinos, quos contra patrum statuta receperit, Paulo episcopo remittat, eiusdemque ecclesiae sacerdotes, quos excommunicaverit, absolvat. (R. ep. 284, Carafa 273.) Mansi XVII. 203, Migne 126 p. 933. — „Inter ceteras proprii".

„ 7. — 3350 (2573) Iohannem episcopum Ficoclensem, ecclesiae Faventinae visitatorem constituit. (R. ep. 279, Carafa 308.) Mansi XVII. 224, Migne 126 p. 934. — „Obitum Romani".

„ 17. — 3351 (2572) Constantinum sacerdotem, se invito ecclesiae Faventinae episcopum a Romano, archiepiscopo Ravennate, consecratum, excommunicat, in synodoque die 24. m. Septembris Romae celebranda adesse iubet. (R. ep. 286, Carafa 274.) Mansi XVII. 203, Migne 126 p. 933. — „Audientes, te esse".

„ 27. — 3352 (2574) Romanum, archiepiscopum Ravennatem, quem frustra litteris per Deltonem episcopum (per Iohannem, episcopum Monteferetranum,) missis vocaverat, ad synodum 24. m. Septembris 881 gerendam accedere iubet, sub interpositione damnationis, si hanc vocationem per Iohannem, Calliensem episcopum, (primitus per Deltonem seu et modo per Iohannem Calliensem episcopos) directam negligat. (R. ep. 285. 287, Carafa 287. Cf. Levi l. l. p. 174. Sunt exempla diversa eiusdem epistolae. Lectiones varias secundae uncinis inclusi. Data est prima ep. die Iul. 27.; secundae verba „Data ut supra" ad ep. praeced. 3351, i. e. ad Iul. 17., spectant.) Mansi XVII. 204, Migne 126 p. 934. — „Quia iampridem".

**881.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15.)*

3353 (2575) Karolo (Crasso) imperatori significat de Petro et Zacharia, episcopo ac bibliothecario sedis Romanae, missis „pro recipiendis de omnibus, quae hactenus perperam acta fuerant, iustitiis et emendationibus, ac pro totius terrae S. Petri salute, pristinaque restitutione". (R. ep. 289, Carafa 277.) Mansi XVII. 205, Migne 126 p. 935. — „Quia nunc eadem".

c.Sept. 24. (Romae) Synodus, in qua Romanus, archiepiscopus Ravennas, excommunicatur. Vide epp. 3352 et 3354.

Oct. 4. 3354 (2576) Sacerdotibus et clero atque universis iudicibus populoque Ravennati nunciat, Romanum archiepiscopum in synodo, quam adire vocatus noluisset, communione, donec ad se veniret, privatum esse. (R. ep. 291, Carafa 278.) Mansi XVII. 206, Migne 126 p. 935. — „Nosse volumus fidelitatem".

Nov. 11. 3355 (2612) Karolo (Crasso) imperatori sic respondet: „Quod autem dicitis, ut, postpositis ceteris curis, iter vestrum in Italiam recto itinere ordinatum habeatis, grato animo suscepimus, et ut utinam non solum Papiae, verum etiam propius essetis, necessitas maxima deposcit". Scribit de angustiis suis et de auxilio celeriter ferendo. Rogat, ut Widonem Rabiam eiici e finibus Romanis iubeat. (R. ep. 292, Carafa 279.) Mansi XVII. 206, Migne 126 p. 957. — „Cognoscentes de vestra".

(„) 3356 (2613) Liutwardum, episcopum (Vercellensem), laudat „quod" inquit „cum spiritali filia nostra imperatrice, sicut asseris, ut domnus imperator pro defensione sanctae Romanae ecclesiae ingrederetur Italiam, habuisti (studuisti?)". (Cf. Annales Fuldenses 882 MG. SS. I. 396 et eam, quae praecedit, epistolam.) (R. ep. 293, Carafa 280.) Mansi XVII. 207, Migne 126 p. 958. — „Studio tuo".

3357 (2600) Clero et populo Genevensi significat, „propter dissensionem Bosonis", cuius partes eorum metropolita (Viennensis archiepiscopus) sequatur, Optandum, quem elegissent, episcopum a sese consecratum esse, petentibus Karolo imperatore et eius optimatibus. Cui ut obediant, praecipit. (R. ep. 294, Carafa 271.) Mansi XVII. 207, Migne 126 p. 947. — „Dilectissimi filii nostri".

3358 (2578) Williberto, archiepiscopo Coloniensi, scribit de presbytero, qui abhinc annos undecim excommunicatus sit, absolvendo et de Gedeone adultero. (R. ep. 296, Carafa 283.) Mansi XVII. 209, Migne 126 p. 936. — „Almitatis tuae".

3359 (2554) Barnimero, comiti (Chrobatiae), et sacerdotibus, iudicibus, cunctoque populo, scribit, se magna cum voluptate ex Theodosio, episcopo (Nonensi), de eorum fide audiisse. Legatos ad se mitti iubet, ut „cum illis missum suum dirigat ad eos, quibus, secundum morem et consuetudinem ecclesiae suae, universus populus fidelitatem promittat". (R. ep. 297, Carafa 284.) Mansi XVII. 209, Migne 126 p. 918, Farlatus Ill. sacr. IV. 208. — „Audita per".

3360 (2555) Michaelem, regem Bulgarorum, una cum Theodosio episcopo (Nonensi) non misisse legatos, miratur. Quod ut faciat, monet. (R. ep. 300, Carafa 287.) Mansi XVII. 211, Migne 126 p. 919. — „Miramur, quod".

3361 (2598) Ad Romani, archiepiscopi Ravennatis litteras, per Deusdedit presbyterum missas, respondet. Hortatur, ne amplius debitae sibi fidelitatis obliviscatur, utque Romam veniat, „quia" inquit „et statum s. Ravennatis ecclesiae incolumem servare tuumque profectum et honorem perficere cupimus". (R. ep. 298, Carafa 285.) Mansi XVII. 210, Migne 126 p. 946. — „Sicut nobis".

3362 (2577) Ad Karoli (Crassi) imperatoris litteras mandataque, per Iohannem venerabilem Ticinensem episcopum missa, respondet, se libenter ad eum Ravennam venturum esse. Sed iam quatuor diebus ante purificationem b. Mariae (2. Febr. 882), quem diem imperator statuerat, congressum fieri cupit. (R. ep. 299, Carafa 286.) Mansi XVII. 211, Migne 126 p. 936. — „Receptis serenitatis".

**873—882.**

3363 Leoni abbati monasterii S. Benedicti Sublacensis possessiones confirmat. E cod. Vatic. 7157 fol. 18, schedas Margarini continente, hanc bullam citat v. Pflugk-Harttung Iter It. p. 131. 179. — „Apostolicae dignitate".

3364 S. Silvestri abbati privilegium dat. E tabulario Mutinensi (carta di Muratori) haec verba exscribit v. Pflugk-Harttung Iter Ital. p. 54. 180. — „Miramur valde".

**873—882.**

3365 *Monasterium Augiense privilegio confirmat. Vide Innocentii III. bullam a. 1207, Mart. 22. ap. Neugart Episcopatus Constantiensis I. II. 608, (Potthast R. 3056a—25550.)

3366 (2593) Instituit, ut ecclesiae Romanae cardinales ad regendam clericorum disciplinam causasque clericorum et laicorum iudicandas bis in mense conveniant, in palatiumque bis in hebdomade se conferant. Mansi XVII. 247, Migne 126 p. 942. — „Itemque ex“.

3367 (2594) Sacrilegos excommunicari iubet. Baluzii Misc. II. 113, Mansi XVII. 244, Migne 126 p. 943. — „Si quis domum“.

3368 Narrat, Marcellum papam, qui „a paganis compulsus in templo gramina thuris super prunas posuerit“ et in concilio confessus sit, tamen a nullo episcoporum iudicatum esse. (Fragmentum e codice Taurinensi E. V. 44. fol. 72, quod an Iohannis VIII. sit, valde dubito.) v. Pflugk-Harttung Acta ined. II. 36. — „Marcellus Romanus“.

**879—882.**

3369 (2597) Photio, patriarchae Constantinopolitano, scribit, se de symbolo neque additione nec deminutione mutando cum eo sentire, hortaturque, ut eos, qui quaedam addiderint, in viam mansuete reducat. (Sunt, qui hanc epistolam prorsus confictam iudicent.) Mansi XVII. 238. 523, Migne 126 p. 944. Cf. Hefele IV. 482, Hergenröther Photius II. 541. — „Non ignoramus“ „Οὐκ ἀγνοεῖν“.

**882.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 10, imp. Carolo a. 2.)*

Febr. 13. | Ravennae | Vide tabulam Caroli (Crassi) imperatoris in qua ita legitur: „Venientibus nobis Ravennam ad colloquium spiritualis patris nostri, Iohannis pontificis et universalis papae, ubi multorum episcoporum venerabilis coetus, nec non et nobilium procerum caterva convenerat . . .“. Ughelli It. sacr. II. 251, Mansi XVII. 558.

„ 14. | Vide tabulam Caroli (Crassi) imp. ap. Ughelli It. sacr. V. 724.

„ 15. | Vide diplomata Caroli (Crassi) imperatoris ap. Ughelli It. sacr. IV. 981, Mansi XVII. 557, et ap. Muratori Ant. It. I. 869, Vesi documenti I. 118. De tempore, quo Ravennae fuerunt: Febr. 13.-15., cf. Dümmler Ostfr. R. II. 185.

3370 (2553) Oteramum, archiepiscopum Viennensem, reprehendit, „quod“ inquit „his, qui cum Bosone praesumtore et regni perturbatore tyrannidem exercere non cessant, ausu temerario favere eorumque malis operibus communicare praesumis, et falsa opinione s. Romanam ecclesiam infamare non dubitas, quod ad talia peragendum ipsius auctoritatem habere te certifices“. Praecipit, ut Romam veniat. (R. ep. 301, Carafa 288.) Mansi XVII. 212, Migne 126 p. 917. — „Inter eximios“.

3371 (2579) Leoni Theanensi et Landulfo episcopis et Landoni gastaldio mandat, dent operam, ut Attenulfus captum Auxentii Capuani filium, suum hominem, patri reddat. (R. ep. 302, Carafa 289.) Mansi XVII. 212, Migne 126 p. 937. — „Auditu certiori“.

3372 (2524) Ludovico (III.) et Carolomanno regibus (Ludovici [Balbi] filiis) haec scribit: „Sicut dominus Carolus (Calvus) divae memoriae imperator, avus vester, ac postmodum genitor vester Hludovicus rex sub protectione Romanae ecclesiae vos commendaverunt, ita vos adiuvare et protegere parati sumus“. (R. ep. 303, Carafa 290.) Mansi XVII. 213, Migne 126 p. 895. — „Audita per“.

3373 (2525) Hugonis abbatis, Bernaldi, Guitonis, aliorum comitum erga Ludovicum et Carolomannum reges fidelitatem laudat et confirmat. (R. ep. 304, Carafa 291.) Mansi XVII. 213, Migne 126 p. 895. — „Audientes bonam“.

3374 (2604) In Oteramum, archiepiscopum Viennensem, invehitur, quod Optandum, episcopum Genevensem a sese consecratum, vinculis mandaverit, alterumque in illius locum substituerit. Excommunicatione proposita, intra dies octo restitui Optandum iubet, ipsumque archiepiscopum ad synodum, die 24. m. Septembris „futurae primae indictionis“ Romae habendam, vocat. (R. ep. 305, Carafa 292.) Mansi XVII. 213, Migne 126 p. 952. — „Relatu veraci“.

3375 (2605) Oteramo, archiepiscopo Viennensi, respondet, quid causae fuerit, cur Optandum ecclesiae Genevensi praeficeret. Reprehendit eum, quod alium illi opposuerit. Ad synodum, die m. 24. Septembris Romae faciendam, et eum iterum vocat,

**882.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 10, imp. Carolo a. 2.)*

et Adalbertum Maurianensem, Barneriumque Gratianopolitanum episcopos venire iubet. (R. ep. 308, Carafa 295.) Mansi XVII. 216, Migne 126 p. 952. — „Susceptis vestrae".

3376 (2606) Adelberto, episcopo Maurianensi, exprobrat, quod Barnerium, episcopum Gratianopolitanum, ex ipsa ecclesia vi abduxerit. Praecipit, una cum illo ad synodum, die 24. m. Septembris Romae gerendam, se conferat. (R. ep. 309, Carafa 296.) Mansi XVII. 216, Migne 126 p. 953. — „Tristis nos nuncius".

Fani — Vide epistolam subsequentem.

3377 (2601) Carolo (Crasso) imperatori ita queritur: „De omnibus immobilibus rebus territorii s. Petri, quas nobis Ravennae consistentibus in praesentia serenitatis vestrae uterque Wido marchio (Spoletinus) pro reinvestitione reddidit, nec unum recepimus locum". Significat, Widonem neque Fanum ad sese atque ad Adelardum, episcopum (Veronensem), imperatoris legatum, venisse, neque duabus legationibus commotum esse. Rogat, ut ipse veniat, nam „nullam se posse habere iustitiam per quemlibet legatum, nisi per eius imperialem praesentiam". (R. ep. 306, Carafa 293.) Mansi XVII. 214, Migne 126 p. 948. — „Cum et ante".

3378 (2599) Athanasium, episcopum Neapolitanum, excommunicatione solvit, „si modo pactum", inquit „quod hactenus cum impiis Agarenis habuisti, fregeris, atque si, praesentibus his missis nostris, Marino, episcopo et s. sedis nostrae arcario, et Sicone, egregio viro, maiores Sarracenorum cum aliis omnibus ceperis et, iugulatis aliis, eos nobis direxeris". (R. ep. 307, Carafa 294.) Mansi XVII. 215, Migne 126 p. 946. — „Boni pastoris".

3379 (2580) Michaelem, regem Bulgarorum, hortatur, ut et quae promiserit, exsolvat, et quae peccaverit, emendet, legatumque ad se mittat. (R. ep. 310, Carafa 297.) Mansi XVII. 217, Migne 126 p. 938. — „Cum non".

3380 (2602) Riccardi imperatrici et Liutwardo, episcopo Vercellensi, de summis angustiis suis scribit. Ita queritur: „Neque ipse Augustus (Carolus [Crassus]) qualemcumque defensionem nobis exhibuit, neque homines civitatum nostrarum, qui ab alienigenis, ac si nostri non fuerint, detinentur, ab eorumdem alienigenarum iugo subtraxit". Hortatur, laborent, ut imperator „omnibus omnino necessitatibus aut omissis aut certe suspensis, sanctae matris calamitati subveniat et citissimum conferat adiutorium". Petrum episcopum, legatum suum, commendat. De Angelberga imperatrice Romam mittenda preces addit. (R. ep. 311, Carafe 298.) Mansi XVII. 218, Migne 126 p. 949. — „Tanta cordis".

Mai. 22. — 3381 (2603) Monasterium Casinense sedis Romanae ditioni subiicit. Gattula Hist. Cas. p. 63, Cocqu. I. 881, Migne 126 p. 950, Bull. Rom. E. T. I. 358. — „Quoniam semper".

Aug. — 3382 (2607) Anselmo archiepiscopo, privilegiorum ecclesiae Mediolanensis confirmationem petenti, satisfacit. De Saracenorum et Christianorum improborum in se iniuriis addit. Homines octoginta tres ab homine Widonis marchionis (Spoletini), Langobardo nomine, Narniae manibus truncatos nunciat. (R. ep. 312, Carafa 299.) Mansi XVII. 219, Migne 126 p. 954. — „Privilegii sane".

„ 28. — 3383 (2608) Romano, archiepiscopo Ravennati, praecipit, ut Iohanni diacono erepta restituat. (Cod. „Dat. kal. Sept. ind. XV." ubi numerum V. excidisse suspicamur.) (R. ep. 313, Carafa 300.) Mansi XVII. 220, Migne 126 p. 954. — „Quia non solum".

„ 28. — 3384 (2609) Clero Ravennati praecipit, ut Maimbertum, clericum Bononiensem, eorum adversarium et „manifestissimum zizaniorum seminatorem", comprehendant, tradantque legato suo ac Iohanni duci, qui eum ad sese deducant. (R. ep. 314, Carafa 301.) Mansi XVII. 220, Migne 126 p. 955. — „Audita saepe afflictione".

„ 28. — 3385 (2610) Martino, Iohanni, Demetrio, Romano ducibus, proposita singulis mulcta aureorum centenorum, imperat, ut Maimbertum, clericum Bononiensem, „superstitiosissima familiaritate" cum Romano, archiepiscopo Ravennate, iunctum, comprehendant et legato suo Iohannique duci exhibeant. (R. ep. 315, Carafa 302.) Mansi XVII. 221, Migne 126 p. 956. — „Omnium vestrum noscat".

„ 28. — 3386 (2611) Iohanni, duci et misso suo, mandat, Maimbertum ad sese deducendum curet, et mulieres, ab eodem collectas, in rectorio papali ad tempus detineat; videat-

| | | |
|---|---|---|
| | | **882.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 10, imp. Carolo a. 2.)* que, ut Romanus, archiepiscopus Ravennas, praecepta sua per litteras superiores data exsequatur. (R. ep. 316, Carafa 303.) Mansi XVII. 222, Migne 126 p. 956. — „Gratulatos nos". |
| Dec. 15. | Romae | Moritur, cum sedisset annos 10. d. 2., teste Vita in Vignolii lib. pont. III. 255. Annalium Fuldens. pars V. 883 MG. SS. I. 398: „Igitur Romae praesul apostolicae sedis, Iohannes nomine, prius de propinquo suo veneno potatus, deinde cum ab illo simulque aliis suae iniquitatis consortibus longius victurus (putatus) est, quam eorum satisfactio esse cupiditati, quia tam thesaurum suum quam culmen episcopatus rapere anhelabant, malleo, dum usque in cerebro constabant, percussus est, exspiravit". Cf. Annal. Alamann. cont. Sangall. tertiam p. 883 ibid. p. 52, Annal. Fuldens. part. IV. 882 ibid. p. 397. Epitaphium praebet Watterich I. 83; cf. Dümmler Ostfr. R. II. 190. |

# III

# AB ANNO DCCCLXXXII USQUE AD ANNUM MCXCVIII

EDIDIT

**S. LOEWENFELD**

# MARINUS I. 882—884.

Duae exstant Marini bullae, in quarum altera (3388) solius pontificis, in altera (3389) solius imperatoris anni comparent.

Scriptae sunt per manum
Zachariae scriniarii S. R. E. (3388)
Georgii „ „ (3389).

Datae p. m.
Valentini (lege: Walperti) ecclesiae Portuensis episcopi, in (an missi?) s. apost. sedis (3388)
Zachariae episcopi et bibliothecarii atque missi s. sed. apost. (3389).

**882.**

Dec. Consecratur. Annal. Fuldensium pars IV. 882 in MG. SS. I. 397: „Marinus, antea episcopus, contra statuta canonum subrogatus est“. Invectiva in Romam pro Form. papa ap. Dümmler Gesta Berengarii p. 145: (Marinus Cerensis episcopus) „advocatione et electione populi Romani inthronizatus“. Cf. Eugenii Vulgarii lib. c. 15 ap. Dümmler Auxilius und Vulg. p. 135. Annal. Fuld. pars V. 883 in MG. SS. I. 398: „. . . omni populo Romano unanimiter confortante, Marinus, qui in id tempus Romana in urbe archidiaconus habebatur, ordinari compactum est“. Consecratio Marini, quem catalogi per a. 1 m. 5 (al. 4, al. 3) in cathedra S. Petri sedisse testantur, ad m. Dec. a. 882 recte referri solet, quia in Annal. Fuld. parte IV. l. l. ad hunc annum notata sit et Hadriani initia in mens. Apr. Mai. incidisse putamus; corrupta igitur videtur tabula apud Savioli Ann. Bol. I. II. 283 et ap. Affò St. di Parma I. 304, in qua sic legitur: „temporibus Marino — pontificatui eius — anno primo, imp. — Karolo a. 4, die 16. m. Martio, ind. 2“ (i. e. anno 884); quae si esset integra, Marini consecrationem post diem 16. m. Martii a. 883 factam esse probaret. Cf. etiam Dümmler Ostfr. Gesch. II. 216.

**883.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 1, imp. Carolo a. 3, p. c. eius a. 3.)*

3387 (2614) *Ecclesiae Placentinae privilegia concedit. Vide Caroli III. imperatoris diploma ap. Campi Hist. di Piac. I. 468.

Iun. 12. 3388 (2615) Monasterium S. Petri Solemniacense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat. Bulletin de la soc. archéol. et hist. du Limousin XXV. (Limoges 1877) p. 27. Cf. Delisle Mélanges de paléogr. p. 488. (Bouquet Rec. IX. 198, Ughelli It. sacr. I. 113, Mansi XVII. 563, Cocqu. I. 223, Migne 126 p. 967.) — „Convenit enim“.

„ 26. Nonantulae monasterio — cum Carolo III. imperatore. Vide huius diploma ap. Campi. Hist. di Piac. I. 468, in quo haec leguntur: „commorantibus nobis monasterio Nonantulae cum patre nostro Marino papa pro diversis imperii nostri utilitatibus“ cet. Annal. Fuldensium pars V. 883 l. l.: „Imperator obviam papae pergit et illum loco nuncupante Nonantula, prout meruit, honorifice suscepit“.

„ 22. 3389 (2616) Monasterii Saviniensis, ecclesiae Laudensi collati, possessiones, rogante Gerardo episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 657, Cocqu. I. 223, Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Langob. p. 534, Vignati Cod. dipl. Laud. I. 9, Migne 126 p. 968. — „Te narrante“.

†3390 (CCCLXI) Monasterii S. Silvestri Nonantulani privilegia a „praesenti prima indictione“ confirmat, petente Theoderico abbate. (Marino I. non ut censuerat Jaffé, Marino II. attribuendam esse hanc bullam, probat nomen Theoderici, qui an. 870-887 munere abbatis in mon. Nonant. functus est. Vide Marini I papiri 217 et Pflugk-Harttung Iter p. 64.) Marini I papiri p. 11, Ep. Innocentii III. ed. Baluzius II. 778, Migne 133 p. 878, 216 p. 864. — „Quaeque ad laudem“ („Quae ad laudem“).

**883. 884.**

„Formosum de iuramento, quod invitus dederat (in synodo Trecensi d. 14. m. Sept. a. 878, vide supra Iohannis VIII. regesta), solvit; Formosus enim nequam angustatus iurando promisit: ut Romuleam urbem nunquam ingrederetur, ad reconciliationem

**883. 884.**

sui honoris nunquam accederet, suumque episcopatum nunquam reciperet." Auxilii Tractatus c. 32 ap. Mabillon Vet. anal. p. 51, ap. Migne 129 p. 1101.

3391 (2617) Monachis S. Aegidii (seu Vallis Flavianae) Amelium presbyterum commendat, cui se monasterium eorum „salva pensione sibi annue persolvenda" commendasse scribit; hortatur ut honorifice eum suscipiant eique obediant. Ménard Hist. d. Nismes I. Preuv. p. 15, Bouquet Rec. IX. 198, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 17, Migne 126 p. 969. — „Cognitum facimus".

3392 (2618) *Monasterii Fuldensis privilegia confirmat. Vide Stephani V. bullam ap. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 293, Migne 129 p. 813. (Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 381.)

**884.**

3393 (2619) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, pallium mittit. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. MG. SS. XIII. 555.

3394 (2620) *Evrardo, archiepiscopo Senonensi, scribit de quodam Fulconis archiepiscopi Remensis monasterio, in eius dioecesi sito, quod Erminfridus iniuste occupaverat. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. l. l.

3395 (2621) *Iohanni, archiepiscopo Rotomagensi, mandat, hortetur Erminfridum, in eius dioecesi degentem, ut invasum Fulconis, archiepiscopi Remensis, monasterium dimittat. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. l. l.

3396 (2622) *„Scholam Saxonum in Roma morantium pro amore et deprecatione Aelfredi, Angulsaxonum regis, ab omni tributo et telonio benigne liberat, etiam multa dona regi transmittit, inter quae dedit etiam non parvam illius sanctissimae et venerabilissimae crucis partem, in qua dominus noster Iesus Christus pro universali hominum salute pependit". Asserius de gestis Aelfredi in Petrie et Sharpe Mon. hist. Brit. I. 484, in MG. SS. XIII. 121. Cf. Annal. Anglosaxon. 885 in MG. SS. XIII. 105.

Apr. Mai. Moritur. Annum praebent Asserius de gest. Aelfredi l. l. et Annal. Alamannic. contin. Sangall. tertia 884 in MG. SS. I. 52. Mensis Apr. vel Maius nobis probabilis est, propterea quod cui annus 1 et m. 5 (al. 4, al. 3) assignantur in catalogis Marinum putamus m. Dec. a. 882 consecratum fuisse.

---

## HADRIANUS III. 884—885.

Hadriani III. bullae sunt scriptae per manum Leonis scriniarii S. R. E. (3401. 3402).
Datae per manum:
Gregorii nomenculatoris, missi et apocrisiarii s. sedis apostolicae (3401).

**884.**

Apr. Mai. Eligitur. Annal. Alamannic. cont. Sangall. tertia 884 in MG. SS. I. 52. Si Hadriani III. mortem ad m. Aug. Sept. 885 recte revocavimus, consecratio eius, cui in catalogis ann. 1. mens. 4 assignantur, ad m. Aprilem vel Maium referatur necesse est. (Sine dubio corrupta est tabula quae legitur ap. Fantuzzi Mon. Rav. II. 13: „temporibus domini Arriani ... in apostolica sede anno consecrationis eius tertio, atque imp.... Karolo a. 5, die 20. m. Febr. ind. 3", quae si esset integra, Hadrianum probaret ante d. 20. m. Febr. a. 883 consecratum esse.)

**884. 885.**

3397 (2623) Sigibodo, archiepiscopo Narbonensi, mandat, ut, excommunicatione proposita, Girbertum, episcopum (Nemausensem), ab infestando S. Aegidii monasterio, Amelii curae commendato, dehortetur. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 15, Bouquet IX. 200, Goiffon Bullaire de St.-Gilles p. 4 et 319, Migne 126 p. 973. — „Sanctitati tuae".

3398 Monasterii S. Bercarii Dervensis defensionem suscipit, privilegiaque et bona confirmat. Anal. iur. pont. X. 310. — „Quisquis cum dilectione".

3399 *Photio, patriarchae Constantinopolitano, „litteras synodales" mittit, quibus fidei rationem exponit et spiritum sanctum a patre procedere ostendit. Vide Photii Const. librum de spir. sancti mystagogia c. 89 ed. Hergenröther p. 100. Cf. supra ep. 3369.

**884. 885.**

3400 *Ecclesiae Gradensi privilegium tribuit. Vide bullam Iohannis XIX. d. Dec. 1024 ap. Ughelli V. 1110, Migne 141 p. 1140.

„Cecat Gregorium de Abentinum, et Mariam superistanam nudam per totam Romam fusticat". Annales S. Benedicti in MG. SS. III. 199.

**885.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, imp. Carolo a. 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 17. | | 3401 (2624) In synodo monasterium S. Sixti Placentinum, ab Angelberga imperatrice aedificatum, tuendum suscipit, et eius possessiones ac privilegia confirmat. Campi Hist. di Piac. I. 470, Mansi XVIII. 2, Cocqu. I. 225, Hist. Patr. Mon., Cod. dipl. Langob. p. 551, Migne 126 p. 971. — „Omnibus quidem". |
| Iun. | | 3402 Monasterii S. Mariae Crassensis possessiones, „a praesenti tertia indictione", confirmat, petente Sunifredo abbate. In bibl. nat. Paris. Ms. lat. 5455, Ms. lat. 12761. f. 374, Ms. lat. 12857. f. 531. — „Convenit apostolico moderamini". |
| | Roma | proficiscitur, a Caroli (Crassi) imperatoris legatis in Franciam invitatus. Annalium Fuldensium pars IV. 885 in MG. SS. I. 402. |
| Aug. Sept. | In villa Viulza chara | Moritur („super fluvium Scultinna" in dioec. Mutinensi; cf. Tiraboschi St. di Nonant. II. 528), Vita Stephani V. in Vignolii lib. pont. III. 262, ap. Watterich I. 718. — Tempus intelligitur ex Annal. Fuld. parte IV. l. l., ubi dicitur imperator, cognita Francofurti Hadriani morte Wormatiam se contulisse; idque exeunte mense Septembri factum esse, liquet ex diplomatibus in Boehmeri Regest. Karol. p. 100. |
| „ „ | In monasterio Nonantulano | Sepelitur. Annal. Fuld. pars IV. 885 l. l. |

# STEPHANUS V. 885—891.

Registri Stephaniani fragmenta asservantur in Collectione canonum Britannica, ab Edmundo Bishop nuperrime detecta et a Paulo Ewald edita (Neues Archiv V. 399); quem in ordinandis Stephani epistolis fere ubique secuti sumus.

In Stephani V. bullis consignati anni sunt modo solius imperatoris (3429. 3465) modo solius pontificatus (3455. 3466. 3467).

Scriptae sunt per manum:
Gregorii scriniarii S. R. E. (3429. 3457. 3466. 3467. 3468. 3469, ubi Georgii legitur)
Benedicti notarii et scriniarii s. sedis apostolicae (3455)
Anastasii notarii regionarli et scriniarii S. R. E. (3465).

Datae p. m.
Leonis sacellani (sacellarii) s. sed. apost. (3429)
Zachariae (Dei pietate) primicerii s. sed. apost. (3455. 3465)
Stephani secundicerii s. sed. apost. (3466. 3467).

**885.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4.)*

| | | |
|---|---|---|
| c. Sept. | Romae | Eligitur. Vita Stephani V. in Vignolii lib. pont. III. 263, ap. Watterich I. 718. |
| „ | E domo | (patris sui) educitur. Vita Stephani ed. Vign. p. 264, ap. Watterich l. l. |
| „ | Ad titulum | (SS. Quatuor Coronatorum) adducitur. Vita Stephani l. l. |
| „ | Ad palatium | (Lateranense) „cum omni honore et debita reverentia perducitur". Vita Stephani l. l. |
| „ | In ecclesia b. Petri | Consecratur „proximo die dominico". Vita Stephani l. l. Tempus ex eo intelligitur, quod quem scimus d. 14. Sept. 891 obiisse, Stephano recte assignantur in catalogis a. 6 paucique dies; consecrationem non ita multo post Hadriani III. mortem factam esse, liquet etiam ex Annal. Fuldens. (vide infra), qui „inconsulto" imperatore eam celebratam esse narrant. (Ex tabula vero ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 90, in qua sic est: „anno pont. D. Stephani ... 4, nomen domini imperatoris non habemus, die 20. m. Nov. ind. 8 (i. e. a. 889)", potest effici, eam post d. 20. m. Nov. a. 885 incidisse.) — Stephanum a Formoso, episcopo Portuensi, consecratum docet Invectiva in Romam pro Formoso ap. Dümmler Gesta Berengarii p. 147, (ap. Anast. Bibliothec. ed. Bianchini T. IV. Prolegom. p. LXXII, ed. Migne 129 p. 826). |
| „ | Ad palatium | (Lateranense) revertitur. Vita Stephani ap. Vign. p. 265, ap. Watterich I. 719. |
| | | Annal. Fuldens. pars IV. 885 in MG. SS. I. 402: „Romani, pontificis sui (Hadriani) morte comperta, Stephanum in locum eius constituerunt; unde (Carolus Crassus) |

**885.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4.)*

imperator iratus, quod eo inconsulto ullum ordinare praesumpserunt, misit Liutwardum et quosdam Romanae sedis episcopos, qui eum deponerent. Quod perficere minime potuerunt; nam praedictus pontifex imperatori per legatos suos plus quam 30 episcoporum nomina et omnium presbyterorum et diaconorum cardinalium atque inferioris gradus personarum necnon et laicorum principum regionis scripta destinavit, qui omnes unanimiter eum elegerunt et eius ordinationi subscripserunt".

3403 Basilio imperatori scribit, sese eius litteras Hadriano III. destinatas accepisse. Graviter eum increpat, quod a Photio (patriarcha Cpolitano) seductus Marinum II. papam condemnare praesumpserit hortaturque, ut ab iniuriis in ecclesiam Romanam desistat. Rogat, „celoces muniat, rebusque necessariis ab Aprili ad Septembre usque instruat, mittatque qui portus maritimave loca contra Agarenorum populationes tueantur". Mansi XVI. 419, XVIII. 11, Migne 129 p. 785. (Vide Pflugk-Harttung Iter p. 107.) — „Vestrae serenitatis litteras" „Litteras serenitatis vestrae (tuae)" „Litteras a tua serenitate" „*Τὸ γράμμα*".

3404 (2625) *Fulconem, archiepiscopum Remensem, „inter varias mundi pressuras consolatur", seque eum „fratris et amici vocabulo velle honorare" scribit. Addit, „roborare se promptum, quaecunque necessaria Dei ecclesiae significentur". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1 in MG. SS. XIII. 555. 556.

3405 Theodosio, episcopo Orien(tano), ab Hadriano III. ad imperatorem Cpolitanum misso, ut et debitas pensiones et alia dona ab eo recipiat, gratias agit, quod legatione optime functus sit. Coll. Brit. Steph. ep. 1. — „Fidelium relatu comperimus".

Nov. †3406 (CCCL) Reinuardo, episcopo Hamburgensi, pallium mittit. („Datum p. m. Iohannis cancellarii s. ecclesie".) Lappenberg Hamb. Urk. I. 32. (Cf. Forsch. z. d. Gesch. XXIII. 200.) — „Si pastores".

3407 (2649) Zventopolco regi laudi dat, quod b. Petri vicarium „prae cunctis seculi principibus principalem patronum elegerit, eiusque se tuicioni commiserit". Protectorem se eius semper fore, pollicetur. De trinitate fusius exponit. Wichingum episcopum, orthodoxae fidei studiosum, commendat. Docet, ieiunium quibus diebus servandum sit. Methodii superstitionem respuit. Haec addit: „Divina autem officia et sacra misteria ac missarum solemnia, quae idem Methodius Sclavorum lingua celebrare praesumpsit, quod ne ulterius faceret, supra sacratissimum b. Petri corpus iuramento firmaverat, sui periurii reatum perhorrescentes nullo modo deinceps a quolibet praesumatur; Dei namque nostraque apostolica auctoritate sub anathematis vinculo interdicimus; excepto quod ad simplicis populi et non intelligentis aedificationem attinet, si evangelii vel apostoli expositio ab eruditis eadem lingua annuncietur, et largimur et exhortamur, et ut frequentissime fiat monemus, ut omnis lingua laudet Deum et confiteatur ei". (Quo tempore data sit haec epistola et id, quod sequitur, commonitorium, demonstrat Martinov in Revue des questions hist. XXVIII. (1880) p. 369.) Wattenbach Beiträge p. 43, Migne 129 p. 801. — „Quia te zelo".

3408 Dominicum episcopum ac Iohannem et Stephanum (presbyteros) ad Sclavos euntes commonet, „tanta se ornent modestia, ut eorum actus exemplum religionis praebeant rudi populo"; dicant (Zventopolco) duci (Marahensium), papam ipsum cum omni clero populoque Romano salutem ei optare. Quod ad fidei symbolum, spiritum sanctum a patre et filio procedentem dici, edocet. „Missas et sacratissima illa ministeria (an. misteria?), quae Sclavorum lingua Methodius celebrare praesumpserit, quamvis temporibus Iohannis papae iuraverit, se ea ulterius non praesumere, ne aliquo modo praesumatur, interdicit; veruntamen si aliquis Sclavorum lingua tam doctus inveniatur, ut post sacratissimam evangelicam lectionem eius explicationem doctus sit dicere ad aedificationem eorum, qui non intelligant", concedit, ut fiat. De ieiuniis exponit. Quem Methodius constituerit successorem, (Gorazdum) ministrare vetat, donec causam expositurus ad sese accesserit. (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 31, Starine XII. 220. — „Cum Deo propitio".

**886.**

Annal. Fuld. pars V. 886 in MG. SS. I. 403: „Natalem Domini (d. 25. m. Dec. a. 885) imperator (Carolus Crassus) Radisbonam celebravit. Inde invitatus ab apostolico Italiam petiit, Liuthwardum Romam misit. Ibi, multimodis rebus prout placuit dispo-

**886.**

sitis, inter alia summus praesul a rege interrogatus decrevit: ut episcopis quorum parochias de incendiis gentilium vastatae penitus apparent, alias sedes, eis non occupatis, concederentur".

3409 Petro . . . polot . . . (Leopolitano? episcopo) scribit, se Luponi Senensi, Rosellano et Corninensi (? an Cornetensi aut Corneliensi?) episcopis sub anathematis poena interdixisse, ne clericos eius sine litteris commendaticiis recipiant vel consecrent. Coll. Brit. Steph. ep. 2. — „Sicut suggessisti".

3410 Iohanni duci (Emiliae), ob ducatum Comaclensem invasum ab Hadriano III. excommunicato (?), notum facit, se ei ducatum numquam concessurum esse. (Fragmentum.) Coll. Brit. Steph. ep. 3. — „De ducatu autem".

3411 Cuidam significat, se „in ordinationis suae exordio" ducatum Comaclensem Iohanni episcopo Ticinensi concessisse eo modo, quo eum duces soleant tenere; alioquin ei ob petitionem „illustris Gaudonis, gloriosi militis" ducatum dedisset. (Fragmentum.) Coll. Brit. Steph. ep. 4. — „Praecipue cum ipsum".

Febr.Mart. 3412 Carolo (Crasso) imperatori ramos palmarum mittit. Quem ut Romanae ecclesiae consulat hortatur. (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 5. — „Triumphos victoriae".

3413 Instuuardo (Liutwardo) episcopo (Vercellensi) scribit, ad hoc Carolum (Crassum) prae aliis mortalibus diademate imperatoris a Romana ecclesia ornatum esse, ut „tutissimo eius regimine potita pace secura subsisteret". Addit de malefactorum puniendorum facultate regis. (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 6, (Ivonis decr. X. c. 117). — „Ecce enim ad" („Non autem sine").

3414 Anastasio, episcopo Neapolitano, praecipit, ut Petrum diaconum aut pristino honori restituat, aut sine mora ad sese mittat. Nisi obedierit, se „tam cum spirituali gladio quam hostili populo" contra eum venturum segetesque deleturum esse minatur. „Et non dicas", inquit, „quia si domnus apostolicus veniens messes nostras deleverit, habemus alias provincias, unde labores habere possimus; nam nos et Romam, Sardiniam, Corsicam et totam Christianitatem contra te claudemus, ut nullo modo recuperare valeatis". (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 7. — „De Petro etiam".

Iun.? 3415 Omnibus episcopis in ducatu Spoletino constitutis indicat, sese in octava apostolorum (6. Iul.) synodum celebraturum esse. Regularem ordinem qui violaverit, eum puniendum esse decernit. (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 8. — „Sanctitatem vestram scire".

3416 (2658) Theodosium episcopum (Nonensem) graviter increpat, 1) quod post Marini episcopi Spalatini (Salonitani) mortem curam ecclesiae eius arripuerit, propria non dimissa; 2) quod praedecessore defuncto ad patriarcham Aquileiensem „convolaverit", consecrationem susceperit, quam a sede apostolica petere debuisset; 3) quod „duabus simul sponsis nubere barbaricam gentem instruat". (Fragmenta.) (Haec et tres, quae sequuntur epistolae, aut in fine huius anni aut initio a. 887 datae videntur.) Coll. Brit. Steph. epp. 9, Starine XII. 219, (Ivonis decr. VIII. c. 59, Migne 129 p. 807). — „Quis vice Marini" („Nunquidne duabus").

3417 (Petro, elec)to Salernitano, significat, „mercenarium esse episcopum, qui potius lacte nutriri et lanis vestiri appetat, quam Christi gregis curam gerere". Coll. Brit. Steph. ep. 10. — „Mercennarius esse".

3418 (2644) Paulo, episcopo Placentino, scribit de servandis decessorum suorum statutis. (Fragmentum.) Coll. Brit. Steph. ep. 11, Gratiani decr. C. XXXV. qu. 9. c. 2, Mansi XVIII. 26, Migne 129 p. 798. — „Loci nostri".

3419 (2657) Girardo Leodi(c)ensi (l. Laudensi) ita scribit: „Oportet, ut primum vos tam de invasis civitatibus et monasteriis et mansis, quam de reliquis generaliter rebus redinvestiri faciatis, quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere". Hortatur ut Dei fidelibus auxilium porrigat. (Fragmentum.) Coll. Brit. Steph. epp. 12, (Gratiani decr. C. III. qu. 2. c. 3, Migne 129 p. 807). — „Oportet ut primum".

3420 (2626) *Fulconis, archiepiscopi Remensis, erga se reverentiam laudat. Widonem, ducem (Spoletinum), eius propinquum, „unici loco filii se tenere fatetur". Dolet „de Normannorum infestatione". Fulconem ad se venire cupit. Significat, se de monasterio invaso litteras ad Senonensem et Rotomagensem archiepiscopos misisse, „nec non ad (Carolum Crassum) imperatorem pro Remensis ecclesiae iustitia deprecatorias

**886.**

et pro collata benignitate grates illi referentes". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. in MG. SS. XIII. 556.

**c. 886.**

†3421 (2628) Theodorico, abbati Nonantulano, privilegium concedit, quo monasterii eius possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 180. Cf. etiam Muratori Ant. It. V. 673 et Tiraboschi St. di Non. I. 192. (In errore versatur Marini I papiri p. 217, qui bullam Hadriano I. ascribendam esse censet.) — „Quaeque ad laudem".

**886. 887.**

3422 (2629) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, de apostolica sede sollicito, gratias agit. Miserias eius dolet, fortique animo eum esse iubet. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1 in MG. SS. XIII. 556.

3423 (2630) *Fulconem, archiepiscopum Remensem, monet, ut „Dominicum a filiis et cognatis propriis oppressum et expulsum" tueatur. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 556.

3424 (2631) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, „pro quorundam susceptione Anglorum" scribit. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1 p. 556.

**887?**

3425 (2632) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, Aureliano Lugdunensi, Adelgario (Augustodunensi), Geiloni (Lingonensi), Emmenoni (Nivernensi) et reliquis per Galliam constitutis mandat, ut Frotarium ab ecclesia Bituricensi redire ad Burdigalensem compellant. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 556.

3426 (2633) *Aureliano, archiepiscopo Lugdunensi, „propter temeritatem Frotharii, Burdigalensis episcopi, litteris missis praecipit, ut sumpto uno vel duobus ex eadem provincia episcopis ad eandem ecclesiam euntes pontificem consecrent; si ex episcopis provinciae iam dictae neminem possint habere, ipsi fisi sua auctoritate episcopum consecrent". Vide Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 356.

**887.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, imp. Carolo a. 6 [7], post cons. eius a. 6 [7].)*

(Mart.) 3427 Carolo (Crasso) imperatori „ramos palmarum, triumphi typum ferentes, apostolica benedictione" mittit. Coll. Brit. Steph. ep. 13. — „Ramos palmarum".

Apr. in. 3428 Carolo (Crasso) imperatori respondet, sese III. kal. Apr. (30. Mart.) accepisse eius litteras petentes, ut ad placitum „XIV post sanctum paschae diem" (i. e. 30. Apr.) in Alamannia celebrandum Romanae ecclesiae legati destinarentur. Litteras vero suspectas sibi videri, primo quia earum portitor persona sit vilissima, secundo quia per cuius tuitionem legati mittantur, nec in epistola contineatur nec nuntius dicere sapiat, tertio quia tam brevi tempore missi nec occurrere nec se parare possint, denique quia „qui eos suscipiat ad deducendum more solito", desit. Rogat, mittat qui causam iudicent et legatos deducant. Deusdedit Coll. can. L. IV. c. 105, Neues Archiv VII. 159. (Exstat etiam in Coll. Brit. epp. var. II. 117, cf. Neues Archiv V. 412 et 591.) — „De cetero vestram" „Significantibus litteris" „Vestra noverit celsitudo".

Mai. 30. 3429 (2634) Ecclesiae Hildeshemensis et monasterii Corbeiensis (dioec. Paderb.) possessiones confirmat litteris ad Wicbertum episcopum et Bovonem abbatem. Schaten Ann. Pad. I. 195, Migne 129 p. 794, (Falke Cod. trad. Corb. 597). — „Convenit apostolico".

3430 (2635) *Monasterii Casinensis privilegia confirmat. Vide Erchemperti Hist. Langob. in MG. SS. R. Langob. p. 261 et SS. III. 261, Leonis Chron. mon. Cas. L. I. c. 47 ibid. VII. 614.

3431 (2636) *Atenulfum gastaldeum hortatur, ut quae abstulerit, monasterii Casinensis bona in agro Capuano sita „protinus reddat, nisi excommunicationis velit subire sententiam". Vide Erchemperti Hist. Langobard. l. l. et Leonis Chron. mon. Cas. l. l.

3432 (2637) *Aureliano, archiepiscopo Lugdunensi, mandat, ut, quem clerus populusque Lingonensis elegerit, Teutboldum praesente legato suo, Oiranno, episcopo Senogalliensi, consecret. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1 in MG. SS. XIII. 557.

**887. 888.**

3433 (2654) Sichiperto (al. Sigeberto), Corsicae episcopo, quod captus a Saracenis interfecerit hominem, ignoscit. (Fragmentum.) Coll. Brit. Steph. ep. 14, Ivonis pan. III. c. 155, Gratiani decr. I. D. 50 c. 38, Mansi XVIII. 24 et 26, Migne 129 p. 806. — „Quia te quasi".

3434 (2655) Leoni, episcopo Theanensi, scribit de tractanda Alderici, diaconi accusati, causa. (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 15, Ivonis decr. VI. c. 430. 431, pan. IV. c. 117, Gratiani decr. C. II. qu. 1. c. 17, C. XV. qu. 5. c. 1, Mansi XVIII. 25, Migne 129 p. 806. — „De crimine" „In manifesta" „De manifesta".

3435 In Romanum, archiepiscopum (Ravennatem), invehitur, quod contra canonum statuta successorem sibi eligere et decretum super hoc factum clericorum ac laicorum manibus firmare fecerit. Praecipit, ut quod canonibus contrarium sit, omnino exstirpet. (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 16. — „Quorundam relatu".

3436 Georgium patricium increpat, quod electum Tarentinum expulerit et id egerit, ut alterum alterius ecclesiae (presbyterum) ibi intrusum Cpolitana ecclesia consecraret, licet haec, sciens ordinationem ad sedem Romanam pertinere, ordinare eum distulerit. Mandat, ut quem episcopum fecerit, eiciat. (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 17. — „Qui sibi praeesse".

3437 Tarentinis nunciat, sese Deusdonae presbyteri, referentis, episcopum Tarentinum se esse electum, consecrationem distulisse, quia electionem nec legatis nec litteris probare potuisset. (Fragmentum.) Coll. Brit. Steph. ep. 18. — „Deusdona scilicet".

3438 Paulo, episcopo P(lacen)tino, qui multotiens vocatus ad sese accedere contempserit, indicat, Montem Spilonem Wibodo, episcopo (Parmensi) adiudicatum esse. Praecipit, ut quidquid de frugibus Montis perceperit, Wibodo restituat. Coll. Brit. Steph. ep. 19. — „Religionem tuam scire".

3439 Episcopis Italiae nunciat, et Giseltrudam, relictam quondam Petri, et Winigildum cognatum, quocum, velamine sacro obiecto, stuprum fecisset, „canonico conventu celebrato" excommunicatos esse, quia saepe commoniti ad sese venire neglexerint. Coll. Brit. Steph. ep. 20, Ivonis decr. VII. c. 131. — „Vestrae fraternitati fortasse".

3440 Wamario, principi Salernitano, scribit, si Petrus electus ad se venire omiserit, licere clero et populo alium eligere et ad sedem apostolicam „pro sacrando deferre". Coll. Brit. Steph. epp. 21. — „Si vester electus".

3441 In Petrum electum vehementer invehitur, quod ecclesiam Salernitanam „tot retroactis temporibus invasam retineat" et saepe ad consecrationem vocatus venire recusaverit. Quem cum plebe et clero omni ad sese accedere iubet, ut unguatur. Coll. Brit. Steph. ep. 22. — „Sanctorum canonum transgressor".

3442 (2652) Walberto, patriarchae (Aquileiensi), iam iterum praecipit, ut Liutwardum, electum Comensem, consecret; minatur, si moram rei intulerit, fore ut ipse consecrationem perficiat. Coll. Brit. Steph. ep. 23, Ivonis decr. V. c. 13, Mansi XVIII. 25, Migne 129 p. 805, (Deusdedit Coll. can. I. c. 196, Gratiani decr. C. IX. qu. 3. c. 20). — „Miramur prudentiam" („Nunc vero iterato" „Nec vero iterato").

3443 (2643. 2642) Liutberto (mss. Ludberto, Lamberto, Humberto, Luythobio cet.) archiepiscopo Moguntino, scribit, 1) viginti tantum concilii Nicaeni capita in ecclesia Romana haberi; 2) de corepiscopis „in villis et modicis civitatibus secundum patrum statuta non ordinandis". Propter vero dioecesis Moguntinae extensionem antiquam praedecessorum consuetudinem ei non interdicit, donec convocata synodo de hac re statutum fuerit; 3) roganti de infantis caede utrum per ferrum candens an aquam ferventem quaeri in parentes debeat, neutrum probandi genus placere. „Spontanea enim" inquit „confessione vel testium approbatione publicata delicta ... commissa sunt regimini nostro iudicare; occulta vero et incognita illi sunt relinquenda, qui solus novit corda filiorum hominum". Coll. Brit. Steph. ep. 24, (Ivonis decr. IV. c. 232, X. c. 27, Gratiani decr. I. D. 16. c. 13, C. II. qu. 5. c. 20, Jaffé Bibl. III. 335, Migne 129 p. 797). — „Capitula Nicaeni" („Viginti tantum" Consuluisti etiam").

3444 (2656) Stiliano, archiepiscopo (Neocaesariensi), et Anastasio, Eusebio, Iohanni, Paulo archiepiscopis (al. episcopis) et eorum clero scribit de crucis signaculo in dandis sacramentis adhibendo. Quae Romana ecclesia statuerit, perpetuo observari iubet. (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 25, (Ivonis decr. I. c. 114, II. c. 91,

**887. 888.**

Gratiani decr. I. D. 19. c. 4, III. D. 5. c. 10, Mansi XVIII. 26, Migne 129 p. 807.) — „Numquid non omnia" („Enimvero quia").

3445 (2659) Lamberto, episcopo Cenomannensi, concedit, ut Hildegarda, quae filios suos interfecerit, peracta annorum septem poenitentia, quibusdam diebus festis sumat coenam sacram, „et diebus vitae suae in monasterio retrusa monachicam vitam regulariter ducat". Coll. Brit. Steph. ep. 26, Ivonis decr. X. c. 186, ubi perperam epistola Stephano III. ascripta est, Migne 129 p. 807. — „Lecta epistola".

3446 (2627) Guidoni comiti (Spoletino) respondet, se ideo electum Teatinum (al. Reatinum) nondum consecrasse, „quod imperialem sibi, ut mos sit, absolutionis minime detulerit epistolam". „Gloriae vestrae" inquit „mandamus, quoniam aliter nos agere non debuimus, ut vestra solertia, imperiali, ut prisca consuetudo dictat, percepta licentia, et nobis imperatoria directa epistola, tunc voluntati vestrae de hoc parebimus, eundemque electum consecrabimus". Coll. Brit. Steph. ep. 27, (Gratiani decr. I. D. 63. c. 18, Migne 129 p. 793.) — „Lectis sagacitatis".

3447 (2653) Rotberto, episcopo Metensi, respondet, Flavinum, licet manus sinistrae digitus a Normannis ei abscissus sit, posse sacris initiari. Coll. Brit. Steph. epp. 28, Ivonis decr. VI. c. 118, pan. III. c. 44, Gratiani decr. I. D. 55. c. 11, Mansi XVIII. 19, Migne 129 p. 805. — „Lator praesentium".

3448 Theodosio episcopo scribit, optare se, ut ecclesia Salonitana reaedificata in pristinum gradum redeat omnesque ecclesiae, a barbaris destructae, restaurentur. Pallium promittit, si ad sese accesserit. Benedicere non posse eum, qui ipse benedictione careat, edocet. (Fragmenta.) Coll. Brit. Steph. ep. 29, Starine XII. 219. — „Salonitana ecclesia".

**888?**

3449 Romano, archiepiscopo (Ravennati), significat, „Imolensi episcopo (Iohanni) succedi, eo vivente, se non praecepturum esse, quia iniustum sit, ut episcopus honore suo privetur aegrotus". (Fragmentum.) Coll. Brit. Steph. epp. 30. — „Nos vero ei".

3450 (2645) Romano, archiepiscopo Ravennati, mandat, ut ad componendam „populi divisionem", post mortem (Iohannis) episcopi Imolensis in eligendo successore ortam, „convocato clero et populo talem ibi eligendum" curet, „cui sacri non obvient canones". „Sacerdotum quippe" inquit „est electio, et fidelis populi consensus adhibendus est". Deusdedit Coll. can. I. c. 196, Gratiani decr. I. D. 63. c. 12, Migne 129 p. 798. — „Nosse tuam".

**888.**

3451 (2638) *Aureliano, archiepiscopo Lugdunensi, iam iterum praecipit, ut aut Teutboldum, electum Lingonensem, consecret, aut, quo in vitio ille sit, sibi significet. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. in MG. SS. XIII. 557.

**c. 888.**

3452 (2639) Cunctos, ubique terrarum degentes episcopos (provinciae Constantinopolitanae) laudat, quod Photius, sicuti nunciaverint, deiectus ab iis sit; sed miratur, eundem abdicasse dici in imperatoris litteris. Itaque sponte ne an coactus ecclesia Constantinopolitana recesserit, certior fieri cupit. Mansi XVI. 435, XVIII. 18, Migne 129 p. 795. — „*Ἡ καθολική*" „Catholica Christi".

**889.**

3453 (2640) Fulconi, archiepiscopo Remensi, significat, cum Aurelianus, archiepiscopus Lugdunensis, ut Teutboldum, electum Lingonensem, consecraret, binis litteris non esset adductus, ipsum consecrationem peregisse. Mandat, Lingones se conferat, Teutboldumque „revestiat". (Fragmentum.) Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 557; cf. Mansi XVIII. 23. — „Nos autem".

3454 (2641) *Ecclesiae Remensis possessiones confirmat. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. p. 557.

**890.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 5.)*

Zuentibaldum, ducem Marahensium, rogat, Arnolfum regem „interpellet, ut urbe Roma domum S. Petri visitet et Italicum regnum, a malis Christianis et imminentibus

**890.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 5.)*

paganis ereptum, ad suum opus restringendo dignetur tenere". Annal. Fuldenses 890 in MG. SS. I. 407.

Mart. 25. 3455 (2646) Dominico, archiepiscopo Ravennati, scribit, Bernardum, episcopum Placentinum, ideo a sese consecratum esse, quod illo tempore vacaverit ecclesia Ravennas, non ut metropolitana eius iura imminuerentur. Placentino mandatum esse, ut „in omni subiectione et fidelitate se sub iure ecclesiae Ravennatis observaret". Fantuzzi Mon. Rav. VI. 1, Mansi XVIII. 26, Amadesius Ant. Rav. chronot. II. 220, Vesi documenti I. 128, (Ughelli It. sacr. II. 203, Migne 129 p. 798). — „Divina maiestas".

3456 (2647) Clerum et populum Placentinum hortatur, quod Bernardus episcopus ab ipso consecratus sit, ne ea re adducantur, ut de archiepiscoporum Ravennatum auctoritate detrahant. Statuit, ut qui non obedierit, si clericus sit, ab officio, si laicus, „a vino et cocto" suspendatur, donec ab archiepiscopo solvatur. Fantuzzi Mon. Rav. VI. 2, Amadesius Ant. Rav. chronot. II. 221, Vesi documenti I. 130, Mansi XVIII. 28, Migne 129 p. 799. — „Qualiter sancta".

Mai. 3457 Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, pallium quibusdam diebus festis induendum concedit eumque ad vitam honeste agendam hortatur. Floss Papstwahl Urk. p. 113. — „Si pastores ovium".

Oct. 31. 3458 (2648) Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, et Franconi Tungrensi, Odibaldo Traiectensi, Wolfelmo Monasteriensi, Druogoni Mindensi, Egilmaro Osnabrugensi episcopis, ut episcopatus Bremensis sub pristinam archiepiscopi Coloniensis redigatur ditionem, petentibus respondet, utriusque partis nuncii ad se veniant necesse esse. Addit de translatione sanctorum corporum. Floss Papstwahl Urk. p. 120, (Lappenberg Hamb. Urk. I. 177, Migne 129 p. 800). — „Litteras a vestra" („De cetero").

**885—891.**

3459 (2650) Amelio, episcopo (Uceticensi), significat, se Teudardo, archiepiscopo (Narbonensi), et Ricardo comiti et Alberico vicecomiti scripsisse, ut eum in administrando S. Aegidii monasterio tuerentur; denunciasseque, Girbertum, episcopum (Nemausensem), nisi monasterii infestandi finem faceret, excommunicatum iri. Ménard H. d. Nism. I. Pr. p. 15, Bouquet Rec. IX. 201, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 18, Migne 129 p. 804. — „Scias, quia".

3460 (2651) Girbertum, episcopum (Nemausensem), ab iniuriis in monasterium S. Aegidii sub excommunicationis poena dehortatur. Ménard H. d. Nism. I. Pr. p. 15, Bouquet Rec. IX. 200, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 19, Migne 129 p. 804. — „Apostolatui nostro".

Mai. †3461 (CCCLI) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, petente Adalgario archiepiscopo, confirmat. („Dat. p. m. Iohannis scriniarii S. R. E.") Lappenberg Hamb. Urk. I. 34, Liljegren Dipl. Suec. I. 16, Diplomat. Island. p. 39, Migne 129 p. 1021, (cf. Forsch. z. d. Gesch. XXIII. 201). — „Cum piae desiderium".

†3462 (CCCLII) „Selvae et Hermemiro atque Frodoino Barcinonensi" significat, se „ex praecepto gloriosissimi et catholici imperatoris Oddonis" cum episcopis 52 Trecas convenisse. Invehitur in Selvam, quod contra ipsius S. Pauli praeceptum, qui omnem Hispaniam archiepiscopis Narbonensibus subiecerit, ecclesiam Tarraconensem eripere Theotardi, archiepiscopi Narbonensis, auctoritati conetur; eumque et „maledictum Hermemirum et Frodoinum periurum et apostatam antiepiscopum" excommunicatum et anathematizatum iri denunciat, nisi ante festum S. Michaelis ablata Theotardo restituerit. Marca Marca Hisp. p. 813, Labbe N. B. M. I. 802, Aguirre Conc. IV. 361, Mansi XVIII. 19, Migne 129 p. 818. — „Noveris inquam".

†3463 Roberto episcopo Metensi scribit, laicos uxoratos, qui „sic se instituerint, ut opinio eorum in nullo vacillet", ad clericatus ordinem admittendos esse. (Fragmentum ex ep. Innoc. I. ap. Hinschius Ps.-Isid. p. 533, Ivonis decr. VI. c. 96, pan. III. c. 45, Gratiani decr. I. D. 33. c. 6, supra n. 314, confictum.) v. Pflugk-Harttung Iter p. 181. — „Laici vero qui" „Laici qui habentes".

**891.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 6, imp. Widone a. 1, p. c. eius a. 1.)*

3464 (2660) Egilmarum, episcopum Osnabrugensem, dolet „a Godescalco novae Corbeiae abbate et Hervordense abbatissa ipsorumque fautoribus variis calamitatibus vexari

**891.** (*Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 6, imp. Widone a. 1, p. c. eius a. 1.*)

et dilaniari, et apud filium suum Arnulfum crebris accusationibus plus aequo infamari, et ecclesiam eius suis dotibus et fidelium oblationibus exspoliari". Auxilium pollicetur, deque litteris ad abbatem missis significat. (Ineunte anno 891 data videtur epistola haec, cum Bovo, Godescalci antecessor, die 29. Oct. 890 mortuus sit.) Moeser Osn. Gesch. IV. 305, Erhard Regesta I. cod. dipl. p. 37, Migne 129 p. 811. — „Bonorum operum".

Febr. 21. Romae — Widoni imperatorium diadema imponit. Vide Widonis diplomata ap. Muratori Ant. It. II. 871 et in Forsch. z. d. Gesch. X. 275. 277: „Data IX. kal. Martii, ind. 9, anno inc. dom. 891 regnante domno Widone in Italia anno regni eius 3, imperii illius die prima; actum Romae". Cf. Annal. Vedastin. 888 in MG. SS. I. 525.

„ 26. — 3465 (2661) Ecclesiam Placentinam tuendam suscipit eiusque bona et privilegia, petente Bernardo episcopo, confirmat. Campi Hist. di Piac. I. 472, Cocqu. I. 226, Migne 129 p. 812. — „Si consacerdotum".

Mai. 29. — 3466 (2662) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia confirmat, petente Huogge abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. 292, Migne 129 p. 813. (Aliud huius bullae exemplar, ut videtur, depravatum praebet Harttung Dipl. hist. Forsch. 384). — „Summam gerentes sollicitudinem" („Quoniam semper sunt").

„ 29. — 3467 (2663) Monasterii S. Liudgeri (Werdenensis) bona ac privilegia confirmat. (Pro „IIII. kal. Iulii" legendum videtur: „IIII. kal. Iunii", cum bulla scripta „mense Maio" sit.) Erhard Regesta I. cod. dipl. p. 39, Migne 129 p. 814. — „Quoties ea a nobis".

„ — 3468 (2664) Parthenonis Herisiensis bona rogatu Bisonis, episcopi Paderbornensis, confirmat. Commentationes soc. scient. Gottingensis recentiores IV. (1820) 152, v. Löher Archiv. Zeitschr. III. 34, (Erhard Regesta I. Cod. dipl. p. 38, Migne 129 p. 815). Facsimile bullae ap. Kopp. Appar. dipl. I. Urk. n. 14. — „Quanto nos pro".

„ — 3469 Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, „quia basilicae et omnes fabricae domorum Coloniensium civitatis una cum nomina praedictae ecclesiae igne combustae perierint", petenti, „ut reliquiae sanctae Dei genetricis semperque virginis Mariae et sanctorum sibi mittantur, quatenus urbs, quae per diaboli insidias igne cremata sit, patrocinia sanctorum mereatur consequi", mittit „sanctorum pignora". Ecclesiae Coloniensis possessiones confirmat, „quemadmodum in confirmationis privilegio, ab antecessore suo, piae memoriae Leone, facto, sibique praesentato, legatur". Binterim Die jüngste öffentl. Vorlesung des H. Braun p. 95, Floss Papstwahl Urk. p. 123, Ennen und Eckertz Quellen I. 456. — „Divina nos saluberrima".

„ — 3470 (2666) Hermanno, archiepiscopo Coloniensi, rescribit, se, quoniam neque una cum Adalgario, episcopo Bremensi, Romam venisset, nec nunciis integram agendi potestatem dedisset, Folkoni, archiepiscopo Remensi, mandasse, ut eorum causam in synodo, die 15. m. Augusti „future decime indictionis" (i. e. an. 892) Wormatiae, praesente Sunderoldo, archiepiscopo (Moguntino), celebranda, cognosceret. Causa cognita, sese iudicium facturum. Lappenberg Hamb. Urk. I. 778, Floss Papstwahl Urk. p. 117, Migne 129 p. 817. — „Litteris tuis".

„ — 3471 (2667) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, scribit „pro altercatione, quae versabatur inter Herimannum, Coloniensem archiepiscopum et Adelgarium Amburgurensem et Bremensem episcopum, pro qua Herimannus ... suam direxerat querimoniam, Adelgarius autem et suam direxerat et postmodum per semet(ipsum) accesserat. Ideoque in suam praesentiam commonuerat utrumque venire. Sed quoniam, Adelgario veniente, Herimannus defuit, iniungit" Fulconi „sua ipsius papae vice synodum convocare apud Wangionem civitatem (Wormatiam) cum vicinis suffraganeis limitaneisque episcopis, ad quam Herimannum Agrippinae Coloniae et Sonderoldum Moguntinum cum suis suffraganeis, necnon et eundem Adelgarium occurrere iusserat, quatinus, quid cuique debeatur, diligens examinatio declararet". Monet, ut una cum illis aut illorum legatis Romam vel ipse veniat vel nuncium mittat. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 1. in MG. SS. XIII. 558.

Iun. 1. — 3472 (2665) Monasterium S. Alexandri Wildeshusense a Walberto conditum confirmat, Wihiberto episcopo Verdensi per litteras petente. Eccardi Hist. gen. princ. Sax. sup. p. 21, Erhard und Gehrken Zeitschrift VI. 229, Wilmans Kaiserurk. der Prov. Westf. I. 534, Migne 129 p. 816. — „Cum nostro apostolatui".

Sept. 14. **891.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 6, imp. Widone a. 1, p. c. eius a. 1.)*
Moritur. Si Formosi initia ad d. 19. Sept. recte revocavimus, Stephanus, cum post obitum eius cathedra S. Petri per quinque dies vacasse dicatur, vitam cum morte commutavit d. 14. m. Sept. (In catalogis ei a. 6; a. 6. d. 4; a. 6. d. 9; a. 6. d. 14 attribuuntur. Vide Pagii crit. ad Baron. Annal. 891, Watterich I. 30 et 651 n. 2.)

---

# FORMOSUS. 891—896.

In Formosi bullis anni pontificatus nusquam consignati sunt.
Scriptae sunt per manum
Sergii scriniarii S. R. E. (3473. 3499)
Anastasii „ „ (3474)
Gregorii „ „ (3497).
Datae p. m.
Stephani secundicerii s. sed. apost. (3473)
Sergii primicerii, defensoris s. sed. apost. (3474)
Stephani nomenculatoris s. sed. apost. (3497)
Stephani cancellarii (lege: primicerii?) s. sed. apost. (3499).

**891.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, imp. Widone a. 1. post cons. eius a. 1.)*

Sept. — Romae in sede Portuensi — Eligitur. Invectiva in Romam pro Formoso ap. Dümmler Gesta Berengarii p. 138, (ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. Proleg. p. LXX, ap. Migne 129 p. 826): „Formosum ab episcopis cleroque et populo electum“ … „Stephano quoque papa, Adriani filio, viam universae terrae ingresso, adunati sunt episcopi proceresque tui, clerici quoque et populus cunctaque vulgi manus, et venerunt in sedem Portuensem, infra Urbem sitam, cui Formosus praeerat, papam eum acclamantes“. Auxilii tractatus c. 1 ap. Mabillon Vet. anal. p. 41, Migne 129 p. 1078: „Romano clero ac populo, qui eum elegerunt . . .“. Cf. Annal. Alamann. contin. Sangall. tertiam 891 in MG. SS. I. 52.

Sept. 19. Consecratur „ab episcopis cum sacro Lateranensi ordine … a quibus praedecessores eius sacrati et ad quos ius pertinet sacrandi“, Invectiva in Romam ap. Dümmler Gest. Bereng. p. 141—145, (ap. Anast. Bibl. l. l. p. LXX—LXXII, ap. Migne 129 p. 827), Auxilii libell. ap. Mabillon Vet. anal. p. 31, ap. Migne 129 p. 1110. Ante diem 20. m. Sept. factam consecrationem esse, apparet ex tabulae cuiusdam notis chronologicis, quas affert Fantuzzi Mon. Rav. II. 379: „an. 892, Sept. 20., D. Formosi papae an. 2, D. Guidonis imp. . . . et D. Umberti (l. Lamberti) eius fil. a. 1.“ Probandi igitur videntur anni IIII. m. VI. d. XIII (lege: XVI), qui in nonnullis catalogis ei attribuuntur; quos si a supremo Formosi die 4. m. Apr. a. 896 computamus, consecratio ad dominicum diem 19. Sept. 891 revocetur necesse est. (Catalogi, qui dies XVIII praebent, adnumeraverunt dies quinque, quos post Stephani mortem sedem vacasse constat.)

Nov. 13. 3473 Ecclesiae Placentinae tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Bernardo episcopo. Wiener Sitzungsber. XCIV. 650 et 699. — „Si consacerdotum“.

„ 25. (Romae) 3474 (2668) Monachos S. Theuderii, „de Trecassino comitatu ex monasterio Dervo a facie paganorum elapsos“ et a Barnoino, archiepiscopo Viennensi, acceptos, privilegiis auget, eorumque possessiones confirmat. D'Achery Spic. III. 366, Bouquet IX. 202, Mansi XVIII. 104, Migne 129 p. 837. — „Quanto nos piorum“.

3475 (2669) *Barnoino, archiepiscopo Viennensi, vices suas committit. Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 356.

3476 (2670) *Fulconem, archiepiscopum Remensem, invitat ad synodum, „mediante Maio mense indictionis decimae“ (892) celebrandam. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2 in MG. SS. XIII. 559.

3477 Hattoni, archiepiscopo Moguntino, pallii usum concedit. (Fragmentum.) Mariani Scotti chron. in MG. SS. V. 553. — „Litteras sanctitatis tuae“.

**892.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11.)*

3478 (2671) Styliano, episcopo Neocaesariensi, per litteras ad Stephanum V. missas pro iis, qui coacti Photium secuti sint, deprecanti respondet, laicis quidem dandam

**892.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11.)*

veniam esse, sed sacerdotes, nisi peccatum confessi poenitentiam susceperint, honoresque a Photio acceptos deposuerint, non esse recipiendos. Legatos suos, Landulphum Capuanum et Romanum episcopos, commendat, quibuscum et Stylianum et Theophylactum, metropolitam Ancyranum, et Petrum fidelem suum convenire iubet, „ut ita ante omnia in Photium sententia a praedecessoribus suis synodice prolata et a sese confirmata, perpetuo tempore immutabilis permaneat". Mansi XVI. 439, XVIII. 101, Migne 129 p. 839. Cf. v. Pflugk-Harttung Iter p. 107. — „Τὰ τῆς σῆς" „Litteras sanctitatis" „Tuae sanctitatis".

3479 (2672) *Synodum iubet Viennae celebrari, legatosque Paschalem et Iohannem episcopos mittit. Vide acta concilii Viennensis a. 892 ind. 10 ap. Mansi XVIII. 121.

Apr. 30. | Ravennae | Lambertum, Widonis imperatoris filium, exornat diademate imperatorio. Haec sollemnia post d. 28. m. Aprilis facta esse apparet ex Lamberti diplomate in Mem. e docum. V. II. 628: „a. imperii Lamberti se(xto), 4. kal. Maias, ind. 1" (i. e. 898), et ante d. 2. m. Maii ex Widonis et Lamberti tabula ap. Muratori Antiqu. ital. I. 287: „kal. Maii, ind. 10, a. dom. 892, . . . imper. Widonis 2, anno Lamberti imp. 1. Actum Ravennae etc." Itaque cum inter d. 28. m. Aprilis et d. 2. m. Maii unus dominicus dies 30. m. Apr. intercesserit ac postero die Ravennae datum sit diploma, ad hunc diem locumque referenda res est. Annum probat etiam Chron. Casaur. 892 ap. Muratori R. It. SS. II. II. 822. Cf. Invectivam in Romam ap. Dümmler Gest. Bereng. p. 140, (ap. Anast. Bibl. ed. Bianchini IV. Proleg. p. LXX, ap. Migne 129 p. 826): „Imperatorem Lambertum imperiali diademate redimivit".

3480 (2673) *Fulconem, archiepiscopum Remensem, „monet, compati debere Romanae ecclesiae atque imminenti eius subvenire ruinae". Hortatur, ut ad synodum, propter Orientis haereses et schisma tum Constantinopolitanae ecclesiae tum Africanorum episcoporum, die 1. m. Martii „indictionis undecimae" (i. e. an. 893) celebrandam, accedat. De synodo in m. Maium a. 892 antea indicta ita scribit: „Fatemur, Italiam tunc semel et secundo horrida bella perpessam et pene consumptam". „Normannae gentis procellas" dolet. Ad priores eius litteras ideo se ante non respondisse, quod sibi non essent redditae. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2 in MG. SS. XIII. 559.

3481 (2674) *Ecclesiae Remensis possessiones, Fulconisque archiepiscopi decreta confirmat, „imperatorem Widonem coronatum (iam iterum, idque una cum Lamberto filio, ut videtur) eodem anno significans indictione decima". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2. l. l.

3482 (2675) *Ecclesiae Remensi monasteriorum quorundam possessionem asserit; nunciatque Fulconi archiepiscopo: „Lambertum, filium Widonis, anno secundo imperii patris ipsius novum imperatorem factum fuisse". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2. l. l. p. 560.

3483 (2676) Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, praescribit, ut synodo „in competenti loco mense Augusto presentis decime indictionis" celebrandae, in qua, praesidente (Haddone) archiepiscopo Moguntino, de episcopatu Bremensi cognoscatur controversia, intersit, ac deinde una cum antistite Bremensi et synodi legatis Romam veniat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 779, Floss Papstwahl Urk. p. 127, Migne 129 p. 840. — „Litteras tuas".

(Romae) 3484 (2677) Ecclesiae Gerundensis possessiones, in his Maioricam et Minoricam insulas, „a praesenti hac decima indictione", petente Servo-dei episcopo, confirmat. Mansi XVIII. 103, Marini I papiri p. 28, Merino Esp. sagr. XLIII. 387, Martene et Dur. Vet. Script. I. 239, Migne 129 p. 841. — „Sicut per donum".

**892. 893.**

3485 (2678) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, permittit, ut synodo convocata de contumacibus suffraganeis suo nomine decernat. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2 in MG. SS. XIII. 560.

**893.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, imp. Widone a. 3, imp. Lamberto a. 2.)*

3486 (2679) *Ad Arnolfum regem legatos „cum epistolis et primoribus Italici regni" mittit, „ut Italicum regnum et res S. Petri ad suas manus a malis Christianis eruendum adventet". Vide Annales Fuldenses 893 in MG. SS. I. 409.

**893.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, imp. Widone a. 3, imp. Lamberto a. 2.)*

3487 (2680) Adalgarium, archiepiscopum Hamburgensem, redarguit, quod vocatus Romam nec venerit, nec legatum miserit. Synodum Francofurtensem, ab archiepiscopo Moguntino et Francone Tungrensi, Odelbaldo Traiectensi, Wulfhelmo Monasteriensi, Druogone Mindensi, Egilmaro Osnabrugensi episcopis celebratam significasse scribit, priores episcopos Bremenses archiepiscopi Coloniensis suffraganeos fuisse. Statuit, ut, „quoadusque Hammaburgensis ecclesia in tantum dilatetur, ut episcopia instituere valeat, Bremensem (ecclesiam) ab subsidium habeat, et, quotiens oportuerit, Hammaburgensis archiepiscopus per se aut vicarium in adiutorium Coloniensis archiepiscopi invitatus accedat; dilatata autem Hammaburgensi ecclesia et fundatis episcopiis, Colonia Bremensem recipiat ecclesiam". Acta SS. Febr. T. I. 407, Lappenberg Hamb. Urk. I. 34 (cf. ibid. p. 780 annot. 1), Liljegren Dipl. Suec. I. 17, Mansi XVIII. 102, Migne 129 p. 842. — „Arbitrabamur tuam".

3488 (2681) Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, de episcopatu Bremensi quid placitum sit, significat. Lappenberg Hamb. Urk. I. 780, Floss Papstwahl Urk. p. 130, Migne 129 p. 843. — „Visitatione tua".

3489 (2682) *Ecclesiae Coloniensis privilegia, Herimanno episcopo per legatos petente, confirmat. Vide Formosi epist. ap. Lappenberg Hamb. Urk. I. 781, ap. Migne 129 p. 844.

3490 (2683) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, scribit „pro evectione Caroli (Simplicis) ad regimen regni, quem Fulco ad regium culmen adhuc puerum provexerat, et de criminibus Odonis regis, vel correctione ipsius, qualiter sit agenda". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2 in MG. SS. XIII. 560.

3491 (2684) *Odonem regem hortatur, „ut ab illicitis recedat, nec regem Carolum (Simplicem), vel quaeque ipsius sint, infestet, induciasque belli differendo det, donec Fulco (archiepiscopus Remensis) apostolicam sedem adire studeat". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 2. l. l. p. 560.

3492 (2685) *Archiepiscopos et episcopos Galliarum monet, „ut conveniant atque commoneant regem Odonem, ne illicita perpetrentur, et ne aliena usurpentur, sed bellum sedetur et omnis hostilis commotio sopiatur, vel induciae belli, donec Fulco (archiepiscopus Remensis) Romam adeat, edicantur; ipsique studeant interim cuncta differre et pacem ac unanimitatis concordiam recreare". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. l. l. p. 560.

3493 (2686) *Carolo (Simplici) regi gratulatur, eiusque in sedem apostolicam studium laudat. „Qualiter ei sit in regno agendum succincte lucideque demonstrat; quem petierat, ei panem benedictum pro pignere mittens, et de itinere" Fulconis, archiepiscopi Remensis, „ad sedem apostolicam monens". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. l. l. p. 560.

3494 *Fulconi, archiepiscopo Remensi, significat, sese „ad praemissas personas (vide n. 3491—3493) scripta destinasse de pace vel induciis belli inter Odonem et Carolum differendi". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. l. l. p. 560.

p. Aug. 3495 (2687) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, scribit „pro discordia sedanda, quam audierat insurrexisse pro Maingaudi ab Alberico perpetrata interemptione". Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3 l. l. p. 560.

„ „ 3496 Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, scribit, dolere se, „Magingotum, illustrem virum, ab Alberico peremptum indeque ineffabiles inimicitias insurrexisse". Hortatur, ut talia scelera opprimat pacemque confirmet, praesertim cum „et paganorum et pseudochristianorum insidiis ecclesia Christi perturbata sit". Floss Papstwahl Urk. p. 133. — „Plurimis apostolorum".

Oct. 15. 3497 Monasterii S. Dionysii privilegia confirmat eiusque possessiones usurpari vetat. In bibl. nat. Paris. cartul. S. Dion. sec. XI., nouv. acquis. lat. 326 fol. 15[b]. (Fragm. ex autographo mutilo ed. v. Pflugk-Harttung Acta I. 6; cf. Hist. Jahrb. II. 109). — „Petentium desideriis".

**893. 894.**

3498 (2688) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, Grimlaicum sacerdotem commendat, ut eius opera episcopatui alicui praeponatur. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3. l. l. p. 560.

**894.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, imp. Arnulpho (leg. Lamberto.)*

Nov. — 3499 (2689) Monasterii S. Petri Gigniacensis possessiones „hac praesenti tertia decima indictione" confirmat, privilegiaque constituit. (Clausula est vitiosa.) Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. V. 72, Baluzii Misc. III. 4, Bouquet IX. 203, Cocqu. I. 229, Migne 129 p. 845. — „Convenit apostolico".

**895.**

p. Iun. — 3500 (2690) *Fulconis, archiepiscopi Remensis, de Lamberto imperatore sollicitudinem laudat. Affirmat, se cum eodem imperatore „tantam pacis et dilectionis habere concordiam, ut nequeant aliqua iam ab invicem pravitate seiungi; de illo patris se curam habere, filiique carissimi loco illum diligere". Ricardum, Manassem et Ramponem anathematizatos nunciat, quod Teutboldum, episcopum Lingonensem, oculis privassent, Waltariumque, archiepiscopum Senonensem, vinculis mandassent. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3 in MG. SS. XIII. 561, cf. p. 566, et Hugonis Flav. chron. ibid. VIII. 356. (De tempore vide Dümmler Gesch. d. Ostfr. R. II. 413.)

3501 (2691) *Arnolfum regem „per epistolas et missos enixe Romam venire invitat". Vide Annales Fuldenses 895 in MG. SS. I. 411.

**891—896.**

3502 (2692) *Parthenonem S. Petri, ab Odone rege ecclesiae Remensi concessum, Fulcone archiepiscopo petente, confirmat. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 47 l. l. p. 596.

3503 *Monasterii S. Michaelis Marturensis possessiones confirmat. v. Pflugk-Harttung Iter p. 181.

3504 *Ecclesiae Bononiensis possessiones confirmat. Vide Gregorii VII. bullam d. 23. Mart. 1074 ap. Sigonium de ep. Bon. p. 67, Savioli Ann. Bol. I. II. 118, (Ughelli II. 16, Migne 148 p. 648).

3505 *Monasterio S. Salvatoris Montis Amiati privilegium tribuit. Vide bullam Greg. V. d. d. 27. Maii 996 ap. Ughelli It. sacr. III. 618, Cocqu. I. 291, Migne 137 p. 901.

3506 (2693) Episcopis Angliae scribit, excommunicare eos in animo sibi fuisse, propterea quod „nefandos ritus paganorum" repullulantes in Anglia destruere cessassent. At magnam laetitiam sibi a Pleimundo, archiepiscopo Cantuariensi, allatam esse, in viam rediisse eos referente. Hortatur, ne aut „penuria pastorum Christianam fidem violari, gregem Dei vagari, dispergi, dissipari", aut ecclesias mortuis episcopis vacare sinant. Primatum Cantuariensis ecclesiae confirmat. Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. c. 38 ed. Hamilton p. 59 (ap. Savile R. A. Scr. p. 116, Twysden H. A. Scr. I. 1751), Wilkins Conc. I. 200, Mansi XVIII. 114, Migne 129 p. 846. — „Audito nefandos" „Auditis nefandorum".

**895. 896.**

3507 (2694) *Fulconem, archiepiscopum Remensem, vituperat, quod Bertarium, a clero et plebe Catalaunensi, assentiente rege Odone, electum non consecraverit, „sed in transitu defuncti episcopi ecclesiam ipsam Herilando, Tarvanensi episcopo, beneficiali more" contulerit, „postea quendam Mancionem, nonnullis criminibus irretitum, in eadem ecclesia quasi episcopum ordinaverit; cumque Bertarius apostolicam praesentiam adire vellet, comprehensus sit a Conrado, eius vassallo, de ecclesia tractus et in exilium per unum mensem delegatus". Iubet eum una cum Mancione et Conrado ad sese accedere. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 3 in MG. SS. XIII. 562.

**c. 896.**

3508 (2695) *Argrino, episcopo Lingonensi, pallii usum concedit. Vide Benedicti IV. bullam ap. Mansi XVIII. 235, Migne 131 p. 42.

**896.**

Febr. — Ante paradisum — (loco, qui dicitur Gradibus S. Petri) Arnolfum regem post expugnatam Urbem excipit. Annales Fuldenses 896 in MG. SS. I. 412.

„ 22. — In ecclesia b. Petri — Arnolfo imperatorium diadema imponit, Annal. Fuldenses 896. p. 412, Reginonis chron. 896. p. 607. Arnolfus cum Romae diebus 24. et 27. m. Febr. et 1. m. Martii imperator diplomata (vide Arnolfi Regesta ap. Dümmler Gesta Berengarii p. 179) concesserit, ac „quinto decimo postquam venerat ab Urbe digressus esse" dicatur in Annal. Fuldens. l. l., dominico die 22. mens. Februarii auspicatus imperium est.

**896.**

Mart. 1. Romae — Vide Arnolfi imperatoris diploma ap. Campi Hist. di Piac. I. 476, ubi pro „kal. Maii" legendum esse „kalend. Mar(tiarum)" ex autographo docet Dümmler l. l. p. 31. n. 3.

Apr. 4. „ — Moritur. Annal. Fuldenses 896. p. 412: „At Romae Formosus papa defunctus est die sancto paschae".

---

## BONIFATIUS VI. 896.

**896.**

Apr. — Consecratur, cum „ad modicum eum subisse Formoso" testetur Flodoardus in Vers. de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 605, ap. Migne 135 p. 829. De electione eius a „manu populari" facta vid. Acta concilii Rom. 898 cap. 3 ap. Mansi XVIII. 221.

3509 *Ecclesiae Gradensi privilegium dat. Vide Iohan. XIX. bullam d. m. Dec. 1024 ap. Ughelli It. sacr. V. 1110, Migne 141 p. 1140.

Apr. Mai. — Moritur. Bonifatius VI. quem tum Annales Fuldenses 896 in MG. SS. I. 412, tum Flodoardi versus l. l., tum catalogi docent ecclesiae per dies 15 praefuisse, aut exeunte m. Aprili aut m. Maio ineunte vitam edidit.

---

## STEPHANUS VI. 896—897.

In altera huius pontificis bulla (3511) anni Arnulphi imperatoris leguntur, in altera (3514) Lamberti.

Scriptae sunt per manum
Nicolai scriniarii S. R. E. (3511)
Samuelis notarii et scriniarii S. R. E. (3514).
Datae p. m.
Stephani episcopi s. ecclesiae Nepesinae, arcarii s. sed. apost. (3511)
Samuelis notarii et scriniarii S. R. E. (3514).

**896.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, imp. Arnulpho a. 1.)*

c. Mai. — Consecratur. Vide supra. Ad pontificatum ante d. 11. m. Iunii accessisse Stephanum, liquet ex tabula ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 94: „an. pont. dom. Stephani 1, imp. Lamberto a. 4 (l. 5), die 11. m. Iun. ind. 14"; cf. Koepke De vita et scriptis Liudprandi p. 164.

Iun. Iul. — 3510 (2696) *Fulconis, archiepiscopi Remensis, de omisso adhuc Romam itinere se purgantis, excusationem non accipit, eumque ad synodum, „per mensem Septembrem imminentis indictionis quintae decimae" celebrandam, venire sub poena canonica iubet. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 4 in MG. SS. XIII. 562, cf. Mansi XVIII. 178.

Aug. 20. — 3511 (2697) Ecclesiae Narbonensis possessiones et privilegia, petente Arnusto archiepiscopo, confirmat. Labbe N. B. M. I. 804, Bouquet IX. 204, Mansi XVIII. 175, Cocqu. I. 231, Migne 129 p. 855. — „Convenit apostolico moderamini".

3512 (2698) *Fulconi, archiepiscopo Remensi, permittit, ut ad tempus domi remaneat; mandatque, ut Honoratum Bellovacensem et Rodulfum Laudunensem episcopos ad synodum, Ravennae celebrandam, mittat. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 6. p. 571.

**896. 897.**

3513 (2699) *Argrinum, episcopum Lingonensem, a munere submovet. Vide Iohannis IX. epistolam, m. Maio a. 899 datam ap. Mansi XVIII. 202, Bouquet IX. 208, Migne 131 p. 31.

**897.** *(Ind. 15, imp. Lamberto.)*

Ian. 23. Romae — 3514 (2700) Monasterii Vizeliacensis privilegia confirmat. D'Achery Spicil. II. 503, Bouquet IX. 205, Cocqu. I. 232, Migne 129 p. 858. — „Quotiens illa tribui".

c. Ian. — Synodus, in qua Formosus e sepulcro erutus violatur et anathematizatur eiusque acta rescinduntur. Invectiva in Romam ap. Dümmler Gesta Bereng. p. 139, (ap. Anast.

**897.** *(Ind. 15, imp. Lamberto.)*

Bibl. ed. Bianchini IV. Proleg. p. LXX, ap. Migne 129 p. 825): „eius cadaver iamque per novem menses sepultum per pedes de sepulchro extraxisti et in synodum sedere fecisti, ... mortuum iudicio iudicabas"; Dümmler l. l. p. 141 seq. (Anast. Bibl. l. l. p. LXXI, Migne l. l. p. 827. 828): „manum abscidisti in Tiberique proiecisti; ... dicit etiam (inimicus): „„non licuit ei post depositionem ministrare, et si ministravit, non licebat de civitate in civitatem migrare"", ... quid de summo pontifice, qui nec vivus reprehendendus erat, et a sepulchro evulsus anathematizari putatus est". Auxilii Tractatus c. 30 ap. Mabillon Vet. Anal. p. 50, Migne 129 p. 1098: „Stephanus Formosum adeo reprobum esse iudicavit, ut cadaver de tumulo extrahi et in concilium pertrahi faceret, ibique eum pristinis vestibus denudantes, laico amictu velaverunt, in quodam peregrinorum tumulo sepelierunt nec multo post in Tiberim fluvium praecipitarunt". Auxilii in defens. Formosi Lib. I. c. 10 ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 71: „corpus Formosi in conventum afferri praecipit, ut quia vivo nihil nocere poterat, saltem ex putrido cadavere, cui iam (adde: nonus) inerat mensis, suam satiaret feritatem.... Tunc exuentes illum apostolicis amictibus usque ad cilicium, ... induerunt laicis indumentis et amputatis duobus dexterae digitis iussit eum inter peregrinorum tumulos sepeliri". Chron. S. Benedicti in MG. SS. III. 204: „Stephanus Formosum ex sepulchro abiecerat, irritam faciens cunctam ipsius ordinationem". Annal. Alamann. cont. Sangall. tertia 896 ibid. I. 53: „Formosum de sepulcro eiecit et in apostolica sede locavit et diaconum pro eo constituit ad respondendum et apostolicam exuit vestem et traxit per basilicam; et sanguis de ore eius fluebat et in flumen proiectus est". Annal. Fuldens. 896 ibid. I. 412: „Stephanus ... Formosum inaudito more de tumulo eiectum, et per advocatum suae responsionis depositum, foras extra solitum sepulturae apostolicis locum, sepeliri praecepit". Acta concilii Iohannis IX. ap. Mansi XVIII. 223 can. I: „Synodum tempore piae recordationis sexti Stephani papae celebratum, in quam venerabile corpus Formosi, venerandi papae, de sepultura violata per terram tractum est et quasi ad iudicium deductum iudicari et damnari praesumtum est"; p. 225 can. IX.: „Violatores et corruptores sacri tumuli Formosi papae, qui sub foedere conspirationis ad capiendum thesaurum corpus illius trahentes in fluvium Tiberim iactare non timuerunt"; p. 221: „Legatur synodus facta a Stephano contra Formosum. Quod et factum est. Cumque venisset, ubi Paschalis, Petrus et Sylvester contra Formosum dixerunt accusationem periurii et laicae communionis". Cf. Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 606, ap. Migne 135 p. 829. Hanc synodum per tres dies habitam esse, colligere licet ex verbis Eugenii Vulg. ap. Dümmler Aux. und Vulg. p. 119: „o triduum perditum" cet.

c. Iul. — Deiicitur pontificatu. Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon l. l., ap. Migne l. l.

„Visus abhinc meritis dignam incurrisse ruinam
„Captus et ipse sacraque abiectus sede —".

Titulus sepulcralis in Baronii Annal. 900, Mai Spicileg. IX. 356, Watterich I. 84:

„Captus et a sede pulsus ad ima fuit".

Stephano in catalogis ascribuntur a. 1 m. 1 d. 20 (al. 18. 19), remotus igitur est c. m. Iulium.

In carcere — necatur. Flodoardi versus l. l.:

— — „tenebris
„Carceris iniicitur vinclisque innectitur atris,
„Et suffocatum crudo premit ultio leto".

Titulus sepulcralis l. l.:

„Carceris interea vinclis constrictus et uno
„Strangulatus nerbo exuit et hominem".

Pro „uno" legendum censet „imo" Gregorovius Geschichte der St. Rom III. 229. Vide Auxilii in defens. Formosi Lib. I. c. 10. ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 72.

# ROMANUS. 897.

Romani bullae sunt scriptae per manum
Gregorii scriniarii S. R. E. (3515)
Sergii „ „ (3516).
Datae p. m.
Stephani nomenculatoris s. sed. apost. (3515).

**897.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, imp. Lamberto a. 6, post cons. eius 6.)*

c. Iul. | Consecratur. Vide supra. (Iam ante d. 20. m. Augusti initum a Romano pontificatum esse apparet ex corruptiore quidem tabula ap. Galletti Del primic. p. 191, Muratori Ant. It. V. 772: „anno sexto domni Romani ... papae, imperii vero domni Lamberti ..., ind. 15 (i. e. an. 897), mense Augusto die 20"; ubi legendum esse: „anno (primo) — Romani, imp. Lamberti sexto" cet., facile dederis.)

Oct. 15. | (Romae) | 3515 (2701) Ecclesiae Elenensis (Rossilionensis) possessiones, petente Riculfo episcopo, confirmat. Bouquet IX. 206, Marca Marca Hisp. p. 833, Mansi XVIII. 185, Cocqu. I. 232, Migne 129 p. 859. — „Quotiens illa".

„ | „ | 3516 (2702) Ecclesiae Gerundensis bona rogatu Servi-dei episcopi confirmat. Bouquet IX. 207, Marca Marca Hisp. p. 834, Mansi XVIII. 188, Coqu. I. 233, Marini I papiri p. 29, Migne 129 p. 861. — „Sicut per donum".

3517 *Ecclesiae Gradensi privilegium dat. Vide bullam Iohannis XIX. d. m. Dec. 1024 ap. Ughelli It. sacr. V. 1110, Migne 141 p. 1140.

c. Nov. | Moritur. Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 606, ap. Migne 135 p. 830:

„Quatuor haud plenos tractans is culmina menses".

Catalogi Romano tribuunt m. 3 (al. 4) d. 20 (al. 22. 23). Cf. Koepke de Liudprando p. 199.

---

# THEODORUS II. 897.

**897.**

c. Nov. | Creatur pontifex. Vide supra.

Nov. Dec. | Synodus, in qua clerici sacris a Formoso initiati, quos Stephanus VI. deiecerat, in pristinum restituuntur. Auxilii tractatus c. 4 ap. Mabillon Vet. anal. p. 43, ap. Migne 129 p. 1081: „Eos namque, quos papa Stephanus secum in ecclesia vestiri prohibuit, papa Theodorus ... et vestiri et secum agere officium praecepit". Acta concilii Iohannis IX. ap. Mansi XVIII. 221: „Vult dominus papa, ut legatur synodus acta a Theodoro papa. Et factum est. Tunc Amolo (ep. Taurinensis) dixit: Canonicum est, ut qui iniuste damnatus est, restituatur et canonica servetur de exspoliatis sententia". Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. III. P. II. 606, ap. Migne 135 p. 830:

„Hic populum docuit connectere vincula pacis,
„Atque sacerdotes concordi ubi iunxit honore,
„Dum propriis revocat dissectos sedibus —".

3518 *Ecclesiae Gradensi privilegium tribuit. Vide Iohannis XIX. bullam d. m. Dec. 1024 ap. Ughelli V. 1110, Migne 141 p. 1140.

„ „ | In basilicam S. Petri | corpus Formosi papae transfert una cum clero populoque Romano. Auxilii in defens. Form. lib. I. c. 11 ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 72: „... Theodoro papa iubente clerus ac populus ... in magna gloria reduxerunt eum (sc. Formosum) in urbem et induentes eum apostolicis amictibus, adhuc enim integer existebat, una cum eodem papa Theodoro detulerunt illum in basilicam apostolorum principis, ad ipsam scilicet confessionem (i. e. altare) ibique immolata pro eo dominica hostia efferentes eum inter apostolicas tumbas suo restituerunt sepulcro." Cf. Auxilii tractatum c. 4 ap. Mabillon Vet. Anal. p. 43, Migne 129 p. 1081: „... eiusque corpusculum ad apostolicam tumbam reduxit".

„ „ | Moritur, cum sedisset dies 20, ut Flodoardi versus l. l. et catalogi testantur.

# IOHANNES IX. 898—900.

Iohannis IX. litterae sunt scriptae per manum
Leonis scriniarii S. R. E. (3519)
Samuelis notarii et scriniarii S. R. E. (3520. 3521).

**898.**

Apr. — Consecratur, pulso Sergio, qui electus post Theodori mortem erat; vide infra Sergii III. regesta. Si mortem Iohannis IX., cui in melioribus catalogis a. 2 d. 15 assignantur, ad m. Maium a. 900 recte retulimus, initia eius in m. Aprilem a. 898 referri necesse est. (Ex tabula ap. Marini I papiri p. 9 de consecrationis tempore confici nihil debet, quippe quae sit in commenticiis numeranda.)

In basilica b. Petri apostoli — Synodus, in qua 1) Stephani VI. de Formoso concilium improbatur; 2) sociis eiusdem concilii datur venia; 3) interdictum mutandarum sedum episcopalium confirmatur; 4) qui, consecratione a Formoso accepta, orbati muneribus erant, restituuntur; 5) episcopis, „sine canonicae auctoritatis publica censura eiectis", dari successores vetantur; 6) confirmato Lamberto imperatore, „unctio illa barbarica (Arnulfi) per surreptionem extorta", exploditur (cf. Dümmler Auxil. und Vulgar. p. 13. n. 5); 7) acta concilii a Stephano VI. habiti igni damnantur; 8) qui Sergium, Benedictum, Marinum, quondam presbyteros, et Leonem, Paschalem, Iohannem, quondam diaconos ecclesiae Romanae, damnatos reduci studuerint, anathematizantur; 9) „violatores tumuli Formosi papae, qui sub foedere conspirationis ad capiendum thesaurum, corpus illius trahentes, in fluvium Tiberim iactare non timuerunt, nisi resipuerint", excommunicantur; 10) Stephani IV. de electione Romani pontificis statutum (supra p. 316, quod equidem signo crucis non signassem; cf. Nicolai I. conc. a. 862, supra p. 344) corroboratur; 11) ius spolii damnatur; 12) statuitur de episcoporum iurisdictione a publicis iudicibus non imminuenda. Mansi XVIII. 221, cf. ibid. p. 231 can. IV; Mabillon Mus. Ital. I. II. 86—89.

Ravennae — Synodus a Iohanne papa et Lamberto imperatore celebratur, in qua statuunt 1) de decimis ecclesiasticis; de Romanorum iure et adeundi et appellandi imperatoris; 3) et 4) de servandis tum privilegiis ecclesiae Romanae tum decretis synodi, in ecclesia b. Petri pro Formoso habitae; 5) de possessionibus ecclesiae Romanae ab iniuriis tuendis; 6) de „pacto, quod a . . . Widone et Lamberto iuxta praecedentem consuetudinem factum est", conservando (cf. Sickel Das Privil. Otto I. f. d. röm. Kirche p. 164); 7) de inducendis praeceptis, contra idem pactum datis; 8) de reddendis patrimoniis, suburbanis, massis, colonitiis, civitatibus, ecclesiae Romanae ablatis; 9) de prohibendis „illicitis coniunctionibus Romanorum et Langobardorum et Francorum ... in territoriis b. Petri"; 10) „de ecclesia domini salvatoris, quae Constantiniana vocatur", reficienda et de ecclesiae Romanae paupertate levanda. Mansi XVIII. 229. Vide Auxilii in defens. Form. libr. ap. Dümmler Auxilius und Vulg. p. 69, Eugenii Vulg. lib. ibid. p. 118. — Huic synodo 73 episcopos interfuisse, traditur in Appendice ad Auxilii libr. ap. Dümmler l. l. p. 95.

**899.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3.)*

Mart. — 3519 (2703) *Monasterii Casinensis privilegia confirmat. Vide Leonis chron. mon. Casin. in MG. SS. VII. 613, et ibid. annot. 42.

Mai. — 3520 (2704) Clero et populo Lingonensi respondet, se eorum litteras „una cum dilecti filii sui Berengarii regis apicibus" libenter accepisse. Eorum ecclesiae mala deplorat. Nunciat, se „cum collegio fratrum suorum episcoporum (et) reliquorum ordinum officio", ut Argrinus, pristinus eorum episcopus restitueretur, decrevisse, „non sententia praedecessoris sui Stephani papae reprehensa, sed utilitatis causa commutata". Mansi XVIII. 202, Bouquet IX. 208, Migne 131 p. 30. — „Tantam a domino".

„ 11. — 3521 (2705) Carolo (Simplici) regi scribit, Argrino episcopo ecclesiam Lingonensem restitutam esse, „sententia praedecessoris Stephani papae (VI.) causa necessitatis in melius commutata". Hortatur, ut eum adiuvet, ubicunque expediat. Mansi XVIII. 202, Bouquet IX. 208, Migne 131 p. 31. — „Quia te".

**c. 899.**

3522 (2706) Styliani, metropolitae Neocaesariensis, fidem singularem laudat. De Ignatio, Photio, Stephano et Antonio, sacerdotibusque per illos consecratis, decreta decessorum suorum Nicolai, Iohannis (VIII.) et „sexti" Stephani, servari iubet. Haec addit: „Tuum vero chirographum, quod nobis fecisti, quamvis multum quaesierimus, invenire tamen minime potuimus". (Fragmenta.) Mansi XVI. 456 et XVIII. 201, Migne 131 p. 29. — „Ἀξίας χάριτας" („Gratias quas") „Eas quas".

3523 *Dominis de Frusinone castrum eiusdem loci in feudum concedit. Vide Innoc. III. bullam ap. Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 40.

Ian. 13. †3524 (CCCLIII) Monasterii S. Silvestri Nonantulani privilegia „a praesenti XIV. indictione" confirmat, petente Benedicto abbate. („Scriptum p. m. Sergii S. R. E. scriniarii. Ego Sergius p. m. Anastasii primicerii defensoris s. sed. ap.") Marini I papiri p. 9, Epist. Innocent. III. ed. Baluzius II. 777, Migne 216 p. 862. — „Salvatoris nostri".

†3525 Monasterii Nonantulani possessiones et iura confirmat, bulla Leonardo (lege: Leopardo) abbati directa. (Tabula certe commenticia, quippe cum Leopardus, successor Benedicti in praecedenti bulla memorati, sub Iohanne IX. nondum abbatiae regimen gesserit. Vide abbatum catalog. ap. Muratori Ant. It. V. 673, et notam ap. Marini I papiri p. 218.) v. Pflugk-Harttung Iter p. 181. — „Quae ad laudem".

**900.**

Mai. Moritur, ut apparet ex Benedicti IV. initiis. (Eum, ut docet Pagius, post d. 6. m. Iulii adhuc in vivis fuisse, colligi minime potest ex epistola Iohannis papae ad Heriveum, archiepiscopum Remensem, quippe quae non Iohanni IX. sed huius nominis X. attribuenda sit; vide infra num. 3537.)

---

## BENEDICTUS IV. 900—903.

Huius tabulae sunt scriptae per manum
Sergii scriniarii S. R. E. (3527. 3528)
Leonis „ „ (3529).
Datae p. m.
Leonis Dei pietate primicerii s. sed. apost. (3527)
Anastasii primicerii defensor(is) s. sed. apost. (3529).

**900.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1, post obitum Lamberti imp. a. 2.)*

Mai. Consecratur. Benedictum IV. cum sciamus c. mensem Augustum e vita discessisse et catalogus, qui probabilis videtur, Musei Britan. saec. XI. in MG. SS. XXIV. 83, annos 3 mens. 2 dies 15 ei assignet, consecratio eius in mensem Maium referenda videtur. (In vetustissimo catalogo ap. Puccinelli Ambros. Mediolan. basil. mon. notantur: a. 3 m. 2 d. 6, ut testatur Duret in Kopp Geschichtsbl. aus der Schweiz II. 287; Puccinellii librum frustra pervolvi.)

3526 *Episcopis cunctarum provinciarum (Galliae) praecipit, ut Winedmarum, interfectorem Fulconis, archiepiscopi Remensis, excommunicatum denuntient. Vide Folcwini Gest. abb. S. Bert. c. 98 in MG. SS. XIII. 624.

Aug. 31. (In Lateranensi palatio) 3527 (2708) Synodo convocata, Argrinum, episcopum Lingonensem, a Iohanne IX. restitutum, („quemadmodum in scrinio s. Rom. ecclesiae plenius habetur") sancit, eique usum pallii, a Formoso concessum, asserit. Mansi XVIII. 234, Bouquet IX. 211, Migne 131 p. 39. — „Quanta pietatis".

„ 31. 3528 (2709) Clerum et plebem Lingonensem, ut Argrino episcopo honorem obedientiamque habeant, hortatur. Mansi XVIII. 236, Bouquet IX. 212, Migne 131 p. 42. — „Apostolica nos".

**901.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, imp. Ludovico a. 1.)*

p. Febr. 12. Romae Ludovico (Caeco) imponit diadema imperatorium. Vide Muratori Ann. d'It. 901. 902.

**901.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, imp. Ludovico a. 1.)*

Febr. — In palacio — quod est fundatum iuxta basilicam beatiss. Petri principis apostolorum in laubia magiore, cum Ludovico (Caeco) imperatore „in iudicio residet". Vide tabulam ap. Ughelli It. I. sacr. I. 799, Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., documenti p. 16, Mansi XVIII. 239.

Mart. 2. — Romae — Vide diploma Ludovici imperatoris ap. Muratori Ant. It. II. 49.

Mai. 18. — 3529 (2710) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia, rogante Huogge abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. 298, Migne 131 p. 43, (Cf. Harttung Dipl.-Hist. Forschung. 386.) — „Summam gerentes sollicitudinem".

**900—903.**

3530 (2711) Omnibus episcopis seu archiepiscopis, necnon abbatibus atque comitibus seu iudicibus, verum etiam et universis orthodoxis christianae fidei cultoribus commendat Malacenum, „episcopum Hierosolymitanae ecclesiae" (immo episcopum „ex sede S. Basilii regionis Iberorum" i. e. Amasiae in Cappadocia), a Sarracenis pulsum, quem „benigne suscipiant et de civitate in civitatem salvum transmittant". Mabillon Vet. anal. p. 428, Migne 131 p. 43. — „Sanctitati seu omnium".

3531 *Privilegio monasterio S. Anthimi dato statuit, „ut in plebe S. Salvatoris, in plebe S. Iohannis seu etiam in aliis ecclesiis ad monasterium pertinentibus, si id necessitatis exegerit, baptismus debeat celebrari". Vide Anastasii IV. bullam d. d. 31. Oct. 1153 ap. Ughelli It. sacr. I. 993, Migne 188 p. 994.

**903.**

c. Aug. — Moritur post d. 26. m. Iulii a. 903, ut docet tabula ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 102: „an. pont. Benedicti 4, imp. Ludovico a. 3, die 26. m. Iulii ind. 6". Discimus ex sequentium pontificum chronologia, Benedictum IV. non ita multo post illum diem abiisse e vita censendum esse. Catalogi ei assignant: a. 3 m. 2; a. 3 m. 5; a. 3 m. 6 d. 15; a. 4 m. 6 d. 15 cet. Cf. Duret ap. Kopp. Geschichtsbl. aus d. Schweiz II. 286.

---

## LEO V. 903.

**903.**

c. Aug. — Consecratur. Vide supra.

Aug. Sept. — In carcerem deiicitur a Christophoro, „dum per triginta dies ecclesiae gubernacula administrasset". Auxilii in defens. Formosi Lib. I. c. 1 ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 60. Cf. Eugenii Vulg. libelli cap. 14 ap. Dümmler l. l. p. 134.

c. Sept. — Moritur. „Diro martyrio finit", Eugenii Vulg. libellus l. l. — Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. III. P. II. 606, ap. Migne 135 p. 831:

„Emigrat ante suum quam luna bis impleat orbem".

Catalogi praebent dies 40; m. 1 d. 26; m. 1 d. 27; m. 2.

---

## CHRISTOPHORUS. 903—904.

Christophori bulla (3532) scripta est per manum Sergii scriniarii S. R. E.

**903.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, imp. Ludovico.)*

c. Oct. — Consecratur. Recte videntur Christophoro assignari m. 4 in Herimanni Aug. chron. 904 in MG. SS. V. 111, licet in Flodoardi versibus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 606, ap. Migne 135 p. 831 sic legatur:

„Dimidio ulteriusque parum dispensat in anno",

et catalogi partim m. 6, partim m. 7 ei tribuant. Cf. Koepke de vita et scriptis Liudprandi p. 200.

**903.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, imp. Ludovico.)*

Dec. 26. 3532 (2712) Monasterii Corbeiensis (dioec. Ambianensis) privilegia, Francone abbate per Otgarium, episcopum (Ambianensem), petente, confirmat. D'Achery Spic. III. 348, Cocqu. I. 236, (Mansi XVIII. 247, Migne 131 p. 46). — „Cum Romanae".

**904.**

Ian. „Deiicitur et monachus fit", Herimanni Aug. chron. 904 l. l. „Comprehenditur ac recluditur", Auxilii in defens. Formosi Lib. I. c. 1 ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 60. In carcere eum necatum esse tradit Eugenius Vulg. in lib. de causa Form. c. 14 ap. Dümmler l. l. p. 135. Mensis ex Sergii III. regestis liquet.

---

## SERGIUS III. 904—911.

Sergii III. bullae sunt scriptae per manum
Leonis scriniarii S. R. E. (3533)
Malchisedech protoscriniarii s. sed. apost. (3535. 3538)
Sergii scriniarii S. R. E. (3544)
Iohannis scriniarii S. R. E. (3545. 3549).
Datae p. m.
Nicolai episcopi S. Sutrinae ecclesiae et bibliothecarii s. sed. apost. (3533)
Theophilacti sacellarii (al. perperam: cancellarii) s. sed. apost. (3535. 3549)
Theodori archicancellarii (an Theophilacti sacellarii?) s. sed. apost. (3538)
Stephani primicerii, defensoris s. sed. apost. (3542. 3544).

**897.**

Nov. Dec. Eligitur post obitum Theodori II. Vide epitaphium Sergii in Pagii crit. ad Baronii annal. 910, ap. Watterich I. 85, Hefele IV. 577:
„Culmen apostolicae sedis is iure paterno
„Electus tenuit, ut Theodorus obit".

**898.**

Apr. Roma pellitur a Iohanne IX. Epitaphium Sergii l. l.:
„Pellitur urbe pater, pervadit sacra Iohannes
„Romuleosque greges dissipat ille (al. ipse) lupus".
Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 606, ap. Migne 135 p. 831:
„Iohannes subit hinc, qui fulsit in ordine nonus,
„Pellitur electus patria quo Sergius urbe
„Romulidumque gregum quidam traduntur abacti".
Cf. supra Iohannis IX. regesta.

**904.** *(Ind 7. — 1. Sept. — 8, imp. Ludovico a. 4, post cons. eius a. 4.)*

Ian. 29. Romae Consecratur post diem 25. m. Ianuarii et ante d. 1. m. Februarii, duabus tabulis docentibus ap. Muratori Ant. It. V. 773: „anno 7 Sergii papae III. die 25. Ianuarii ind. 14" (i. e. a. 911), et ap. Amadesium in antist. Rav. chron. II. 235: „anno pont. Sergii 4 d. 1. m. Febr. ind. 10" (i. e. a. 907). Itaque ad unum, qui interfuit, dominicum diem 29. m. Ianuarii revocari consecrationem necesse est, eamque Romae factam esse, tradit Auxilius in defens. Form. L. I. c. 1 ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 60.

Synodus, in qua de Formosi papae ordinationibus constituitur. Auxilius in defens. Form. Lib. II. c. 1 ap. Dümmler Auxilius und Vulgarius p. 78: „consentanea facta est synodus, quae magis conventiculum, quam synodus appellari potest"; cf. ibid. L. I. c. 1. p. 60. (Hefele Conciliengesch. ed. sec. IV. 577 ex Auxilii verbis duas synodos statuendas censet.)

Febr. 22. (Romae) 3533 (2713) Monasterii S. Galli privilegia, petente Salomone, episcopo Constantiensi et S. Galli abbate, confirmat. Neugart C. D. A. I. 533, Zapf Mon. anecd. p. 35, Wartmann Urk. v. S. Gallen II. 336, Migne 131 p. 971. — „Cognoscat amabilis".

**c. 904.**

3534 (2714) Amelium, episcopum Uceticensem, reprehendit, quod Formosum, damnatum ecclesiae Romanae invasorem, in epistola appellaverit „sacerdotem". Addit, pensionem residuam cum sibi miserit, fore ut monasterium S. Aegidii ei restituatur. Ménard Hist. d. Nism. I. Preuv. p. 16, Bouquet IX. 213, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 20, Migne 131 p. 972. — „Cum universus".

**905.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1. — 29. Ian. — 2.)*

Mai. 23. 3535 (2715) Ecclesiam Silvae-candidae, a Sarracenis vastatam, bonis quibusdam, Hildebrando episcopo petente, „praesenti octava indictione" donat. Marini I papiri p. 32, (Ughelli It. sacr. I. 91, Coquel. I. 237 et Migne 131 p. 973 habent: „Dat. kal. Iuniis", Marini: „Dat. X. kal. Iun." Pro „pont. a. 3" legendum est: „2"). — „Convenit apostolico".

Iul. 17. †3536 (CCCLIV) Parthenonem S. Sixti Romanum variis bonis muneratur. („Script. p. m. Antonii scriniarii S. R. E.; Dat. p. m. Stephani arcarii s. sed. apost.") Marini I papiri p. 30, cf. ibid. p. 223. — „Convenit apostolico moderamini".

**c. 905.**

Febr. 1. †3537 (2716) Adalgario, archiepiscopo Hamburgensi, illatas iniurias dolet. „Quicquid iniquo consensu Formosi papae et Arnulphi regis et machinatione Herimanni, archiepiscopi (Coloniensis), in ecclesia Hammaburgensi temere perpetratum est, sub anathemate contradicit et omnino destruit". Privilegia, a Nicolao I. ecclesiae eius concessa, confirmat, ut habeat „archiepiscopalem potestatem in regna Danorum, Noruenorum, Suenorum et omnium septentrionalium nacionum". Herimanno Coloniensi et Haddano Moguntino archiepiscopis, ob violata Triburiae privilegia Hamburgensia, sacris ad tempus interdictum esse. Addit, se Wichbertum (Verdensem), Bernardum (Mindensem), Sigmundum (Halberstadensem), Bernardum (Osnabrugensem), Bisonem (Paderbornensem) episcopos admonuisse, ut eum adiuvarent „ad eum convenientes ordinare episcopos, in quibus canonice invenerit locis". („Data per m. Petri, cancellarii s. Rom. ecclesiae, V. nonas Februarias, ind. III." Bullam adulterinam esse docent Koppmann in Zeitschr. des Hamb. Gesch. Ver. V. 541 et Dehio Gesch. v. Hamb.-Bremen I. kritisch. Ausführung. X et XIV.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 36, Liljegren Dipl. Suec. I. 18, Diplomatarium Islandicum p. 41, Migne 131 p. 974. — „Susceptis tuae".

**907.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 3. — 29. Ian. — 4.)*

Mai. 7. 3538 (2717) Capituli Astensis possessiones, rogante Audace episcopo, confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 113, Ughelli It. sacr. IV. 343, Migne 131 p. 976. — „Cum divina".

**c. 907.**

3539 (2718) Leopardum, abbatem Nonantulanum, gaudet ecclesiam a barbaris combustam denuo aedificasse; quam nisi a Iohanne Papiensi, aut Widone Placentino, aut Elbungo Parmensi episcopo consecrari vetat. Monasterii privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. II. 205, Muratori Ant. Ital. I. 23, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. V. 114, Migne 131 p. 977. — „Visis humilitatis".

3540 *Iohanni, archiepiscopo Ravennati, possessiones quasdam asserit. Vide Sergii III. litteras ap. Ceriani et Porro Il rotolo opistografo del princ. Ant. Pio di Savoja p. 26, ubi sic legitur: „. . . nec in rebus S. Petri, quas ei (Iohanni sc.) per praeceptum concessimus".

3541 *Albuinum comitem (Istriae) hortatur, ut ab iniuriis in „res et familias" Iohannis, archiepiscopi Ravennatis, desistat. Vide Sergii III. litt. l. l.

**908.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a 4. — 29. Ian. — 5.)*

Mai. 18. 3542 Monasterii Vizeliacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Eudone abbate. Bull. de la soc. de l'Yonne XVI. 464. — „Ad augmentum et stabilitatem".

» †3543 (CCCLV) Monasterii S. Martini Turonensis privilegia confirmat. („Scriptum p. m. Leonis archiscriniarii S. R. E.") Launoii Opp. III. II. 36, Bibl. de l'éc. des chartes VI série V. 449, Migne 131 p. 980. — „Arcanum divinae".

**908.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 4. — 29. Ian. — 5.)*

Iun. 18. 3544 (2719) Ecclesiae Viennensis, septem provinciarum metropolitanae, privilegia et possessiones confirmat, eique nominatim Maurianensem et Segusianam ecclesias asserit, petente Alexandro archiepiscopo. Bosco Fl. Bibl. laev. xyst. 57, Migne 131 p. 978. — „Cum magna nobis".

**910.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 6. — 29. Ian. — 7.)*

Mai. 3545 Ecclesiae Lugdunensis possessiones, petente Austerio archiepiscopo, confirmat. Decernit, ut „quando metropolita obierit, liceat ecclesiae et suffraganeis eius ex ipsa ecclesia eligere et canonice sibi ordinare antistitem; similiter et de suffraganeis statuit, ut eorum quolibet defuncto, qui a metropolita et a viduata ecclesia electus fuerit, canonice ordinetur". Chevalier Doc. inéd. rel. à l'égl. de Lyon p. 4. — „Quotiens ea nos".

3546 Iohanni, episcopo Polensi, scribit, Albuinum comitem iam pridem commonitum, ut ab infestandis Iohannis, archiepiscopi Ravennatis, rebus et hominibus desistat, iniuriis non cessare. Mandat, hortetur eum, ut archiepiscopo satisfaciat ablataque sine mora restituat; alioquin fore, ut excommunicationis vinculo innodetur. Addit haec: „Insuper Berengarius rex non accipiet a nobis coronam donec promittat, ut tollat Albuino ipsam marcam (Istriae) et det eam alteri meliori quam ipse est". Ceriani et Porro Il rotolo opistografo del princ. Ant. Pio di Savoja p. 26. — „Iampridem per nostras".

**904—911.**

3547 (2720) *Monasterii Casinensis privilegia confirmat. Vide Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 615, cf. ibid. not. 52.

3548 Archiepiscopis, episcopis, cunctisque sacerdotibus per cunctas Galliae provincias commorantibus scribit, sese christianissimam viduam Ildelindem, vere confitentem, a „facinoribus" absolvisse et Burchardum, (quondam) eius maritum, eorumque filios peccatis liberasse. Pro quibus ut orent, hortatur. Anzeiger f. Kunde d. Vorzeit XXII. 38. — „Apostolicum benignissimum culmen".

Synodus, in qua Guillelmus, episcopus Taurinensis tribus annis ab officio suspenditur. Chron. Novaliciense L. IV. c. 26 in MG. SS. VII. 109. Cf. Mansi XVIII. 251. Hefele IV. 577.

**911.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 7. — 29. Ian. — 8.)*

Iun. 1. †3549 (2721) Hogero, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit. (In hac bulla adulteranda falsarius Hamburgensium tabularum inexplicabilibus fere posteritatem irretivit ambagibus. Dum enim quae speciem archetypi praebet, his verbis finitur: „Scriptum per manum Stephani scriniarii S. R. E. in mense Maio et ind. VI", in veteribus apographis non solum melius legitur: „Scriptum p. m. Iohannis scriniarii S. R. E. in mense Maio et ind. XIV.", sed etiam addita haec sunt: „Data in (an III?) kalendis Iuniis per manum Theophylacti, sacellarii s. sed. apost. anno deo propitio pontificatus domni Sergii, summi pont. et univers. papae in sacratissima sede b. Petri apostoli VIII., ind. XIV." Quae verba cum nequierint nisi ex vera tabula depromi, unde factum est, ut in ipsa clausula, qua fides tabularum potissimum intelligitur, ab ea recederetur? Cf. etiam ea, quae annotavit Koppmann in Zeitschr. d. Hamb. Gesch. Ver. V. 552, Dümmler Gesch. d. ostfr. Reich. II. 598.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 37, Liljegren Dipl. Suec. I. 19, Migne 131 p. 980, (vide Forsch. z. d. Gesch. XXIII. 201). — „Si pastores ovium".

c. Iun. Moritur. Sergium III. circa m. Iunium e vita abiisse, et sequentium pontificum chronologia et catalogi docent, qui a. 7 m. 4 (al. a. 7 m. 3 d. 16) ei assignant; falso igitur Benedictus mon. S. Andreae c. 29 (in MG. SS. III. 714), cui in adornando paparum ordine nulla est tribuenda auctoritas, eum die: „IX. kal. Maias" mortuum esse narrat. — Sergii III. finem si recte constituimus, corrigenda est tabula ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 108: „anno pont. Sergii 8, die 4. m. Sept., ind. 14", quae Sergium post d. 4. m. Sept. e vita discessisse probaret. Pro „Sept." fortasse legendum est: „Febr." Cf. Duret ap. Kopp Geschichtsblätter aus d. Schweiz II. 283.

# ANASTASIUS III. 911—913.

Bulla huius pontificis, quae superest, scripta est per manum
Iohannis scriniarii S. R. E. (3550).
Data p. m.
Theophilacti sacellarii s. sed. apost. (3550).

**911.**

c. Iun. Consecratur. Vide supra. Sed ex tabula apud Amadesium II. 227: „Anno pont. Anastasii pp. I, pridie kal. Sept., ind. XV." i. e. 912, consecrationem post diem 31. m. Aug. factam esse collegeris; apud Fantuzzi vero, Mon. Rav. II. 364, eadem tabula die 1. Sept., pont. a. 1, ind. XV. i. e. 911 data dicitur.

**912.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — c. Iun. — 2.)*

Febr. 10. 3550 (2722) Ragemberto, episcopo Vercellensi, pallii usum concedit. Attonis Opp. I. Praef. p. IX, Arch. st. It. IV. ser. VI. 4, Migne 131 p. 1183. — „Si pastores ovium".

**911—913.**

Ian. †3551 (2723) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, petente Hogero archiepiscopo, confirmat, in his ut „episcopi in omnibus gentibus Sueonum seu Danorum, Noruuegorum, Island, Scrideuinnun, Gronlandon et universarum septentrionalium nationum, necnon etiam in illis partibus Sclavorum, quae sunt a flumine Pene usque ad fluvium Egidore ... sub archiepiscoporum maneant potestate". Hogero pallii mitraeque usum concedit. („Data p. m. Adriani scriniarii S. R. E. in mense Ian., ind. VIII." — In simulatarum numerum relegenda est bulla, non obstante nomine „Adriani scriniarii", qui sub Iohanne X. re vera functus hoc munere est. Vide Koppmann in Zeitschr. d. Hamb. Gesch. Ver. V. 531.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 38, Diplomatarium Island. p. 43, Migne 131 p. 1183. (Cf. Wigger Mecklenburgische Annalen p. 132. not., Forsch. z. d. Gesch. XXIII. 201.) — „Convenit apostolico".

3552 *Ecclesiae Gradensi privilegium dat. Vide bullam Iohannis XIX. d. m. Dec. 1024 ap. Ughelli V. 1110, Migne 141 p. 1140.

**913.**

c. Aug. Moritur, cum catalogis testibus sedisset a. 2 m. 2 (al. a. 2 m. 1 d. 22).

---

# LANDO. 913—914.

**913.**

c. Aug. Consecratur. Vide supra.

**914.**

c. Mart. Moritur, moderatus ecclesiam per m. 6 d. 11, testante Flodoardo in vers. de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 607 ap. Migne 135 p. 831, ubi pro:

„Quando dein summam Petri subit ordine sedem,
Mensibus hanc coluit sex ut denisque diebus"

legendum est:

„Lando dein summam etc.,
Mensibus hanc coluit sex undenisque diebus",

ut recte opinati sunt Jaffé in Reg. Pont. Rom. ed. pr. p. 309 et Duret ap. Kopp Gesch. aus d. Schweiz II. 291. — Landonem die 5. Febr. adhuc in vivis fuisse, docet tabula ap. Amadesium Ant. Rav. II. 229 et Fantuzzi Mon. Rav. V. 160, in qua sic legitur: „Anno pont. d. Landonis papae I. die 5. m. Febr., ind. II." i. e. 914.

---

# IOHANNES X. 914—928.

Iohannis X. bullae sunt scriptae per manum
Iohannis protoscriniarii s. sed. apost. (3558)
Epiphanii notarii S. R. E. (3539)
Iohannis scriniarii „ (3561)
Adriani (notarii regionarii et) scriniarii S. R. E. (3560. 3569).
Datae p. m.
Stephani secundicerii s. sed. apost. (3558)
Petri Ortensis episcopi (3559)
Demetrii arcarii s. sed. apost. (3569).

**914.**

c. Mart. — Consecratur. Iam mense Aprili eum in cathedra S. Petri sedisse, docet tabula apud Muratori R. It. Scr. II. II. 455, ubi sic legitur: „Anno 5 domni Berengarii, seu domni Iohannis summi pont. a. VII, in mense Aprili, ind. VIII. (i. e. a. 920)". — Cave colligas ex diplomate ap. Muratori Antiqu. It. II. 969 Iohannem post d. 9. m. Maii iniisse pontificatum, (ut fecerant Koepke de Liudprando p. 201 et Jaffé in priore regestorum editione) quippe quod nec suspicione nec vitiis careat; cf. Duret ap. Kopp Geschichtsbl. aus d. Schweiz II. 292. (Bulla, a Gregorovio Gesch. d. St. Rom. III. 259 ex cod. Sessoriano citata, auctorem habet Iohannem XII. et data est d. 10. Mai. 958, vide infra eius regesta.) — Chronica S. Benedicti in MG. SS. Langob. p. 484: „Iohannes archiepiscopus Ravennatis ecclesiae, invitatus a primatibus Romanae urbis, contra instituta canonum agens, Romanae ecclesiae invasor factus...". Liudprandi Antapodosis L. II. c. 47 in MG. SS. III. 297: „Hic autem tam nefario scelere contra ius fasque pontificii culmen ita obtinuit"; cap. 48: . . . „Theodorae autem glycerii mens perversa ... Ravennate hunc archipraesulatum coegit deserere, Romanumque, pro nefas, summum pontificium usurpare". Leonis Chron. mon. Cas. L. I. c. 52 ibid. VII. 616: „Iohannes decimus, qui ex episcopatu Ravennate Romanam sedem invaserat".

**c. 914.**

3553 (2707) Heriveo, archiepiscopo Remensi, respondet „moerens de tantis calamitatibus, tantisque pressuris atque angustiis non solum paganorum, verum etiam Christianorum in eius partibus accidentibus". Northmannos ad fidem Christi conversos esse gaudet. Monet, ne quid gravius de iis consulatur, qui „fuerint baptizati et rebaptizati; et post baptismum gentiliter vixerint et paganorum more Christianos interfecerint, sacerdotes trucidaverint, atque simulacris immolantes, idolothyta comederint". De munere misso gratias agit. Mansi XVIII. 189, Bouquet IX. 209, Migne 131 p. 27. (Hanc epistolam non Iohanni IX., ut fieri solet, sed Ioh. X. ascribendam esse, demonstrat Duret ap. Kopp. Geschichtsbl. aus d. Schweiz II. 287; cf. Dümmler Auxil. und Vulgar. p. 14 n. 3.) — „Vestrae fraternitatis".

3554 (2724) Reginaldum Biterrensem, Armanum Tolosensem, Riculfum Elenensem, Guimeram Carcassonensem, Wigonem Gerundensem, Gerardum Agathensem, Theudericum Lutevensem, Hubertum Nemausensem, Theudericum Barcinonensem, Georgium Ausonensem, Rudolphum Urgellensem episcopos, admonitos iam per litteras, Eminio archiepiscopo (Vesontionensi) datas, iterum hortatur, ut, spreto Geraldo, qui falsis litteris apostolicis usus ecclesiam Narbonensem invaserit, Agium archiepiscopum sequantur; cui pallium missum nunciat. Gall. Chr. IV. Instr. 14, Bouquet IX. 214, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 53, nov. ed. V. p. 88, Mansi XVIII. 322, Migne 132 p. 799. — „Sanctitatis vestrae".

**915.**

Nov. 26. aut Dec. 3. — Romae apud S. Petrum — Berengario imposuit insigne imperatorium inter diem 22. m. Nov. (vide Muratori Antiqu. ital. V. 550: „Anno imper. Berengar. 5, X. kal. Dec., ind. 9" i. e. a. 920) et 8. Dec. (vide tabulam in Forsch. z. d. Gesch. X. 290: „VI. id. Dec., a. dom. inc. 915, dom. Bereng. regis 28, imp. 1, ind. 4." — Cf. Lupi Cod. dipl. Bergom. II. 104). Itaque ad dominicos, qui intersunt dies 26. m. Nov. aut 3. m. Dec. revocari sollemnia necesse est. Vide Dümmler Gest. Bereng. p. 10 not. 2. — Locum probant Gesta (Panegyricus) Berengarii in MG. SS. IV. 209, ap. Dümmler l. l. p. 131.

**916.**

3555 (2725) *Episcopos Germaniae „monet, arguit et instruit de omnibus ad veram religionem christianae fidei pertinentibus". Iubet synodum, praesente Petro, episcopo Ortensi, apocrisiario et misso suo, celebrari. Riquinum, nisi se de invasa ecclesia Argentoratensi Herigero, archiepiscopo Moguntino, purgaverit, Romam venire iubet. Addit de Arnoldo et Berahdoldo sociisque, nisi resipuerint, excommunicandis. Vide acta synodi Altheimensis in MG. Leg. II. 555, cf. cap. 29 et 35 p. 557.

Aug. — Iuxta Garelianum — adiuvante Alberico, Camerinorum marchione et Spoletinorum duce, depellit Saracenos „triennio" post susceptum pontificatum „mense Augusto". Leonis chron. mon. Cas. L. I. c. 52 l. l. p. 616 et 617; Liudprandi Antapodosis L. II. c. 52 p. 298. Cf. Annal. Benevent. 916 in MG. SS. III. 175, Benedicti S. Andreae monachi chron. ibid. p. 714. Vide etiam epistolam sequentem.

3556 Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, de Beringero quodam fratricida quaerenti, respondet, ut, si vere poeniteat, ei indulgentiam porrigat. Scribit praeterea, „Saracenos, qui sexaginta iam annis terram Romanam vastassent et quasi propriam possedissent, dissipatos esse, se ipsum corpusque suum opponendo et secunda vice per se ipsum proelium ineundo". Floss Papstwahl Urk. p. 103. — „Vestrae sanctitatis mellifluas".

**914—917.**

3557 Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, scribit, sese inter Radbodonem, episcopum Ultraiectensem, ad sese accedentem, et Megunthardum, comitem Flandrensem, pacem fecisse. Respondet de duobus fratribus, „cum una nefaria femina pollutis", de marito, qui „cum nepte, i. e. avunculi vel patrui filia, fornicatus sit", de parricidis ac fratricidis. Floss Papstwahl Urk. p. 107. — „Litterae fraternitatis vestrae".

**917.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 3. — c. Mart. — 4, imp. Berengario a. 2, et patric. a. 2.)*

Mai. 19. — 3558 (2726) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia, petente Haichone abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 308, (Aliud huius bullae exemplum depravatum ap. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 388). — „Summam gerentes sollicitudinem" („Quoniam concedenda sunt").

**919.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, imp. Berengario a. 4. — c. 1. Dec. — 5.)*

Febr. 22. — 3559 (2728) Monasterii S. Galli privilegia, petentibus legatis a Salomone, episcopo Constantiensi et monasterii abbate, „cum licentia senioris sui Chuonradi regis" missis, confirmat. „Per auctoritatem apostolatus nostri" inquit „certum conscriptum fecimus; ... in hoc etiam petitionibus religiosi episcopi, venerabilibus legatis hoc subnixe supplicantibus, ut contra consuetudinem nostram, carta Romana cum scriptis notariis permutatis, conscribi haec in pergameno, quod secum detulerant, concessimus; et ut non dubitaretur de ipsis, quae scripta sunt, annulo nostro subtus sigillari iussimus". (Tabula non est a suspicione remota. — Videtur haec verborum vis esse, bullam vivo Chuonrado rege in charta papyracea scriptam, postea translatam esse in pergamenam. Pro „VIII. Mart." legendum est „VIII. kal. Mart.", cum „mense Februario" scripta sit. Pro „Ind. VIII." pone „VII.". Duret ap. Kopp Geschichtsbl. aus d. Schweiz I. 311 pro genuina, Wattenbach Schriftwesen ed. 2 p. 90 et Dümmler Gesch. d. ostfr. Reich. II. 616 pro commenticia bullam habent.) Neugart Cod. dipl. Alem. II. 11, Wartmann Urk. von S. Gallen II. 377, Migne 132 p. 803. — „Religiositati vestrae".

Nov. — 3560 (2727) Ecclesiae Augustodunensis possessiones, Heriveo episcopo petente, confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. 70, Bouquet Rec. IX. 214, Charmasse Cartul. de l'égl. d'Autun p. 78, Migne 132 p. 801. — „Oportet nos".

**920.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9.)*

Mai. — 3561 (2729) Paulo, episcopo Adriensi, possessiones quasdam largitur, castrique in curte Rodigio exstruendi copiam facit „ad servandum populum tam a paganis quam a perfidis Christianis". Bronziero Ist. del Polesine di Rovigo p. 88. 110, (Nicolio Hist. di Rovigo p. 56, Ughelli It. sacr. II. 401, Migne 132 p. 804. Verba: „Qualiter nobis" ap. v. Pflugk-Harttung Iter p. 93 non sunt huius bullae prima. Cf. Bronziero l. l.). — „Visis more solario" („Quia petistis" „Quia petiisti").

**920.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9.)*

Oct. 29. †3562 (CCCLVII) Wenni, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit, et privilegia Hamburgensia confirmat. („Dat. p. m. Leonis S. R. E. cancellarii".) Lappenberg Hamb. Urk. I. 39, cf. ibid. p. 797, Liljegren Dipl. Suec. I. 21, Diplomatar. Island. 46, Migne 132 p. 813. (Cf. Forsch. z. d. Gesch. XXIII. 201.) — „Convenit apostolico moderamini".

**921.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 7. — c. Mart. — 8, imp. Berengario.)*

Mart. Rome Lateranense 3563 (2730) Honesto, archiepiscopo Ravennati, possessiones quasdam donat. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 34, Amadesius Ant. Rav. chronot. II. 241, Migne 132 p. 805. — „Quia nobis".

3564 (2731) Herimannum, archiepiscopum Coloniensem, reprehendit, quod non Richerum „a clero (Tungrensi seu Leodiensi) electum et a populo expetitum", sed Hilduvinum „absque clericorum electione et laicorum acclamatione, Gisleberti metu" consecraverit, „cum prisca consuetudo vigeat, qualiter nullus alicui clerico episcopatum conferre debeat, nisi rex". Praecipit, ut cum Richero et Hilduvino „mediante Octobrio", aut „si forsitan pro paganorum metu tunc venire non valeat, in kalendis Aprilis (922)" Romam adeat; „quia nos" inquit „Caroli (Simplicis) regis decus nullo modo auferre volumus, sed pro vigore atque dilectione vel consanguinitate nostri dilecti filii Berengarii, gloriosissimi imperatoris, eum inconcussam dominationem obtinere delectamur, et sicut priores suos antecessores, nostrorum antecessorum auctoritate, episcopum per unamquamque parochiam ordinare statutum est, ita, ut Carolus rex faciat, confirmando iubemus". Interim „Leogis episcopatum in Herimanni manere potestate", Hilduvinumque procurandis sacris abstinere iubet. Mansi XVIII. 320, Bouquet Rec. IX. 215, Migne 132 p. 806. — „Cum simus".

3565 (2732) Carolo (Simplici) regi significat, quid Herimanno archiepiscopo Coloniensi mandaverit post acceptas Berengarii imperatoris litteras de Richero „a vobis electo in Leodio atque a cuncto clero et populo". Iniurias Gisleberti dolet, „eo quod prisca consuetudo et regni nobilitas censuit, ut nullus episcopum ordinare debuisset absque regis iussione". Hubertum, qui, neglectis et suis et imperatoris admonitionibus, „depraedationes atque incendia in ecclesia Romana commissas emendare" noluerit, cum sociis excommunicatum et anathematizatum nunciat. Mansi XVIII. 321, Bouquet Rec. IX. 216, Migne 132 p. 807. — „Cum sincera".

**922.**

3566 (2733) *Richero, episcopo Leodiensi a sese consecrato, concedit, ut „archiepiscopali pallio et equo, apostolico more ad procedendum strato", utatur. Vide Folcuini Gesta abb. Lobiens. in MG. SS. IV. 63.

**923.**

3567 (2734) *Seulfo, archiepiscopo Remensi, pallii usum permittit. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 18 in MG. SS. XIII. 578, et Annal. 923 ibidem III. 373.

**914—925.**

3568 Herimanni, archiepiscopi Coloniensis, devotionem erga sedem apostolicam laudat. Exposcenti ei, ut omnibus diebus festis pallio uti sibi liceat, concedere hoc non audet. De presbytero, qui homicidium perpetraverit, respondet, „cum post actam penitentiam ad sacrum ordinem redire" debere, mandatque, ut „post triennium manum pietatis ei porrigat et misericordiam praebere non deneget". Floss Papstwahl Urk. p. 109. — „Vestrae magnae piacque".

**926.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 12. — c. Mart. — 13.)*

Ian. 18. 3569 Monasterii S. Benedicti Sublacensis, rogatu Leonis abbatis, possessiones confirmat et auget, ea tamen lege, ut fratres „expleta matutinali synaxi pro animae suae redemptione omni tempore centum Kyrie eleyson et totidem Christe eleyson persolvant". Liverani Opere IV. 73. (In clausula ap. v. Pflugk-Harttung Iter p. 182 non est notatum, per cuius manum data sit bulla.) — „Apostolicae namque dignitati".

**926.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 12. — c. Mart. — 13.)*

3570 (2735) Hugonem, Heriberti comitis filium annorum quinque, electum archiepiscopum Remensem confirmat, Abbonique, episcopo Suessionensi, Heriberti comitis legato, „episcopium Remense delegat, quae sint episcopalis ministerii ab ipso tractanda atque finienda decernens". (Rodulfus enim rex „Remensem episcopatum commiserat Heriberto, aequitatis censura disponendum atque regendum".) Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 20 in MG. SS. XIII. 578.

p. Iul. 9. — Mantuae — cum Hugone, Italiae rege foedus facit. Liudprandi Antapodosis L. III. c. 17 in MG. SS. III. 306.

**914—928.**

3571 (2736) Iohannem, archiepiscopum Salonitanum (Spalatinum), et eius suffraganeos de Romana sede tamdiu neglecta obiurgat, eosque Methodii doctrinam sequi dolet. Hortatur, ut consilio Iohannis Anconitani et Leonis Praenestini episcoporum usi, vitia corrigant, videantque potissimum, „ut secundum mores Romanae ecclesiae ministerium sacrificii peragatur, in Latina scilicet lingua, non autem in extranea". Farlatus Ill. sacr. III. 93, Mon. Hung. hist. I. xi. 11. — „Cum religio".

3572 (2737) Tamislaum, „regem" Croatorum, Michaelem, ducem Chulmorum, Iohannem, archiepiscopum Spalatinum, et eius suffraganeos, omnes zupanos, cunctos sacerdotes, universum populum Sclavoniae et Dalmatiae hortatur, „ut tenerrimos pueros a cunabulis in studio litterarum Deo offerant", neve „in barbara, seu Slavonica lingua Deo sacrificium offerri" sinant. Saxonum proponit exemplum, qui „a Gregorio papa doctrinam pariter et litterarum studia in ea lingua perceperint, in qua apostolica ecclesia infulata manebat". Monet, ut Iohannis Anconitani et Leonis Praenestini episcoporum praecepta sequantur. Farlatus Ill. sacr. III. 94, Mon. Hung. hist. I. xi. 9. — „Divina omnipotentis".

3573 (2738) Iohannem, archiepiscopum Spalatinum, iubet una cum Gregorio (episcopo Nonensi) ad se venire componendae litis causa, praesentibus legatis suis ortae. Farlatus Ill. sacr. III. 101, Mon. hung. hist. I. xi. 15. — „Quia in vobis".

3574 (2739) Monachis S. Launomari, per paganos fugatis, possessiones a Willelmo comite Arvernensi donatas confirmat, petentibus huius legatis, Adalelmo episcopo, et Ocberto et Calseo, nobilibus viris. (Bulla haec Iohanni VIII. perperam tribuitur.) Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. II. 254, Mon. pont. Arverniae p. 8, Migne 132 p. 809. — „Quoniam ex successorum".

3575 *Ecclesiae S. Petri Romanae canonicorum in monasterio S. Martini constitutorum possessiones et privilegia confirmat. Vide Leonis IX. bullam d. d. 21. Mart. 1053 in Bull. Vatic. I. 22, Migne 143 p. 704.

3576 *Ecclesiae b. Petri Romanae canonicorum in monasterio S. Stephani maioris constitutorum possessiones et privilegia confirmat. Vide Leonis IX. bullam d. d. 24. Mart. 1053 in Bull. Vatic. I. 29, Migne 143 p. 717.

**928.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2.)*

3577 (2740) Ecclesiae Narbonensis possessiones „a praesenti prima indictione" confirmat litteris ad Aimericum archiepiscopum. Gall. Chr. VI. Instr. 16, Bouquet Rec. IX. 217, Migne 132 p. 811. — „Litteras ab".

3578 (2741) Rodulfo, regi Francorum, et Widoni, archiepiscopo Lugdunensi, et Statco (Cabilonensi), Bernonique (Matisconensi) episcopis, et Hugoni ac Gisleberto comitibus commendat monasterium Cluniacense; cui donatas a Bernone abbate res monasterii Gigniacensis, quas Wido abbas abstulerit, restitui iubet. Mabillon Ann. ord. Ben. III. 393, et Acta SS. o. Ben. saec. V. 73, Bouquet Rec. IX. 217, Bullar. Clun. p. 2, (ubi bulla Iohanni XI. tribuitur), Migne 132 p. 812. — „Auditum nostris".

Iun. — In palatio Lateranensi — comprehenditur a Widonis, Tusciae marchionis, uxorisque Marociae militibus. Liudprandi Antapodosis L. III. c. 43 in MG. SS. III. 312. Cf. Benedicti chron. ibid. p. 714.

„ — In carcerem — coniicitur pontificatu demotus. Flodoardi Annales 928 in MG. SS. III. 378, Liudprandi Antapod. III. c. 43 l. l. Cf. Chron. S. Benedicti p. 199 ibid. SS. Lang. p. 484: „vivus depositus est". Si fides catalogis tribuenda est, quorum alii annos 14 m. 2 d. 3, alii dies 15 Iohanni assignant, deiectus est ineunte mense Iunio.

**929.**

In carcere Moritur. Flodoardi Annal. 929: „Iohannes papa, dum a quadam potenti femina cognomine Marocia principatu privatus sub custodia detineretur, ut quidam, vi, ut plures astruunt, actus angore, defungitur". Liudprandi Antapodosis L. III. c. 43: „in qua (custodia) non multo post est defunctus; aiunt enim, quod cervical super os eius inponerent, sicque eum pessime suffocarent".

## LEO VI. 928—929.

**928.**

c. Iun. Consecratur, deiecto Iohanne X. De mense vide supra.

3579 (2742) Forminum Iaderensem et Gregorium Nonensem ceterosque Dalmatiae episcopos hortatur, ut Iohanni, archiepiscopo Spalatino, pallium adepto, pareant. Iubet finibus suis quemque episcopum, nominatimque Absorensem, Arbensem, Ragusanum, contentum esse, Gregoriumque, Croatorum episcopum, in administranda ecclesia Scardonitana acquiescere. Farlatus Ill. sacr. III. 106, Mon. Hung. hist. I. xi. 18, Ughelli It. sacr. V. 1421, Migne 132 p. 813. — „Quia gratuita" („Quis gratiosa").

**929.**

c. Febr. Moritur, cum sedisset m. 7 d. 15, ut docent meliores catalogi; m. 7 d. 5, ut testantur Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 607, ap. Migne 135 p. 832.

## STEPHANUS VII. 929—931.

Stephani VII. bulla 3581 scripta est per manum Andreae scriniarii S. R. E., data p. m. Stephani primicerii.

**929.**

c. Febr. Consecratur, mortuo Leone VI. Vide de mense supra. Cf. Herim. Aug. chron. 929 in MG. SS. V. 113.

**929—930.**

Apr. 27. †3580 (CCCLVIII) Monasterii S. Mariae Broniensis privilegia confirmat, petente Gerardo abbate. (Subscripserunt episcopi 19. „Ego Castorius notarius regionarius et scriniarius S. R. E. recognovi". ... „Actum Romae".) Bulletin de l'acad. roy. de Belgique 2 sér. XLVII. 271, (Croonendael Cronique de Namur II. 616, Mansi XVIII. 382, Migne 132 p. 1053). — „Notum cupimus".

**930.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — c. Febr. — 2.)*

Sept. 3581 (2743) Monasterii S. Vincentii Vulturnensis possessiones et privilegia confirmat, petente Rambaldo abbate. Muratori R. It. SS. I. ii. 422, Cocqu. I. 242, Migne 132 p. 1051, (ubi clausula corrupta est ipsamque bullam in falsitatis suspicionem vocaverat, praesertim cum monasterium Vulturnense falsariis minime caruisse constaret; vide Regestorum priorem editionem. Genuinam vero clausulam praebet v. Pflugk-Harttung Iter p. 182. Pro pont. a. „III." legendum est „II.") — „Pia sollecitudine".

**929—931.**

3582 Monasterium Psalmodiense, cum Iuncellensi unitum, Romanae sedis iurisdictioni subiicit eiusque possessiones alienari vetat. (Inscriptio bullae haec est: „Steph. ... Uuitardo religioso presbytero et abbati coenobii S. Petri Psalmodiensis et (Iuncellensis)

**929—931.**

monasterii, in ipsa insula est aedificatus Psalmodius, et Iuncellis est situs in territorio Biterrensis castri Lunatis ecclesiae S. Mariae et S. Petri, Iohannis apostoli, Marcelli papae et (Felicis) martyris et per te in eiusdem monasteriis venerabiles. Cum etc.") Copia s. x. in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 398. n. 2, (Cop. s. XVII ibid. t. 46. f. 189). — „Cum summae apostolicae".

3583 *Privilegio monasterio S. Anthimi dato statuit, „ut in plebe S. Salvatoris, in plebe S. Iohannis seu etiam in aliis ecclesiis ad monasterium pertinentibus, si id necessitas exegerit, baptismus debeat celebrari". Vide Anastasii IV. bullam d. d. 31. Oct. 1153 ap. Ughelli It. sacr. I. 993, Migne 188 p. 994. (v. Pflugk-Harttung Iter p. 181 perperam hanc bullam a. 896—897 i. e. Stephano VI. ascribit.)

**931.**

c. Mart. — Moritur, cum per annos 2 m. 1 d. 12 pontificatum tenuisset secundum Flodoardi versus de pont. Rom. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 607, ap. Migne 135 p. 832. Cf. Koepke De Liudprando p. 201.

---

## IOHANNES XI. 931—936.

Iohannis XI. bullae sunt scriptae per manum
Andreae scriniarii S. R. E. (3584. 3589)
Theodori „ „ (3585. 3588. 3590).
Datae p. m.
Ursi primicerii s. sed. apost. (3588)
Gregorii Deo amabilis sacellarii s. sed. apost. (3589).

**931.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5.)*

c. Mart. — Consecratur; vide supra. Cf. Herimanni Aug. chron. 931 in MG. SS. V. 113, Liudprandi Antapodosis L. II. c. 48, L. III. c. 43 ibid. III. 297. 312.

Mart. — 3584 (2744) Monasterii Cluniacensis libertatem bonaque, petente Odone abbate, confirmat, et privilegia instituit ea lege, „ut dentur per quinquennium decem solidi". Bullar. Cluniac. p. 1, Migne 132 p. 1055. — „Convenit apostolico moderamini".

„ — 3585 Monasterii Dolensis (dioec. Bituric.) libertatem, privilegia, possessiones confirmat, petente Oddone abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12820. sec. XVII. f. 16ᵇ. — „Convenit apostolico moderamini".

3586 (2745) *Hilduino, archiepiscopo Mediolanensi, „privilegium cum archiepiscopali pallio" mittit. Vide Ratherii epistolam V, Opp. p. 538, ap. Migne 136 p. 658.

3587 (2746) *Hugonem, Italiae regem, rogat, ut ecclesiae Veronensi Ratherius episcopus praeponatur. Vide Ratherii epist. V. l. l.

**932.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 1. — c. Mart. — 2.)*

Iun. 25. — 3588 (2747) Odoni, abbati Cluniacensi, rogatu Hugonis gloriosissimi regis monasterium Carum-locum concedit, „salva videlicet pensione S. Romanae ecclesiae". (Pro „7. kal. Ianuarias" legendum est: „7. kal. Iulias".) Bullar. Cluniac. p. 2, Migne 132 p. 1058. — „Convenit apostolico moderamini".

**933.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 2. — c. Mart. — 3.)*

Ian. 8. — 3589 (2748) Monasterii Vizeliacensis bona et privilegia confirmat sub censu unius librae argenti annuatim persolvendo. (Pro: „anno III. pont." haud dubie legendum: „a. II. p.") D'Achery Spicil. II. 504, Bouquet IX. 218, Migne 132 p. 1059. — „Quotiens illa tribui".

Mart. — 3590 (2749) Ecclesiae Augustodunensi asserit ius episcopi libere eligendi. Baluzii Capitularia II. 1496, Plancher Hist. de Bourgogne I. Pr. p. 23, Charmasse Cartul. de l'égl. d'Autun p. 72, Migne 126 p. 964, 132 p. 1061. — „Auditum est nostris".

In carcere — habetur a fratre suo, Alberico patricio. Flodoardi Annal. 933 in MG. SS. III. 381, Hist. Rem. L. IV. c. 24 ibid. XIII. 580.

3591 (2750) *Artoldo, archiepiscopo Remensi, pallium mittit. Vide Flodoardi Hist. Rem. l. l. et Annales 933 l. l.

**931—936.**

3592 (2751) Monasterii S. Mariae et S. Martini Pictaviensis iura, Frotherio episcopo per legatos petente, confirmat. (Haec bulla non est a suspicione remota.) Bouquet IX. 218, Archives hist. du Poitou III. 1, Migne 132 p. 1062. — „Notificamus omnibus“ „Notescimus omnibus“.

3593 Silvionem confessum, monasterii Romanensis combustionis se esse auctorem, piaculares poenas luere et ecclesiam reaedificare iubet. Monasterium apostolicae sedi submittit. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuv. p. 1. (Cf. Gallia Christ. XVI. 166, ubi bullam Iohanni XII. tribuendam esse coniicitur.) — „Noscant omnes homines“.

3594 Wigfrido, Coloniensi archiepiscopo, significat, sese ad petitionem abbatissae Landsuid sub apostolica protectione suscepisse monasterium virginum, „quod est situm prope civitatem Coloniensem, quod Herimannus archiepiscopus reparavit in honore sanctae Dei genetricis semperque virginis Mariae et undecim milia (sic) virginum“. (Haud constat, utrum haec bulla Iohannis XI. an Iohannis X. sit.) Ex apogr. saec. X. Titres de S. Ursule de Cologne, ms. lat. 9285 in bibl. nat Paris. Misit Delisle. — „Pastorali moderamini“.

3595 *Petro, abbati Montis-abbatis, monasterium S. Mariae Corbinianense, quod dicitur Vallis-pontis, asserit. (Verba: „1040 . . . Mart.“ aliena videntur.) v. Pflugk-Harttung Iter p. 182.

**936.**

Ian. Moritur, cum testantibus catalogis sedisset annos 4 m. 10. Cf. Flodoardi Annal. 936 in MG. SS. III. 383, Pagii crit. ad Baron. annal. 936, Koepke De Liudprando p. 202.

---

# LEO VII. 936—939.

Leonis VII. bullae sunt scriptae per manum
Leonis notarii et scriniarii S. R. E. (3596. 3597. 3601. 3605. 3608. 3609. 3615)
Theodori „ „ „ „ (3603. 3604. 3606. 3607).
Datae p. m.
Nicolai primicerii s. apost. sed. (3596. 3597. 3601. 3606. 3607. 3608. 3615).

**936.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1.)*

Ian. Consecratur ante d. 9. Ianuarii, ut ipsius bulla docet ap. Mabillon Ann. ord. Ben. III. 708, Migne 132 p. 1075: „Dat. V. id. Ian. pont. a. 3, ind. XI.“ (i. e. a. 938); cf. Koepke De Liudprando p. 202. Vide Flodoardi Annal. 936 in MG. SS. III. 383.

Mai. 13. 3596 (2752) Monasterii Salvatoris Fuldensis privilegia, petente Hadamaro abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 315, Migne 132 p. 1065. — „Summam gerentes sollicitudinem“.

Iul. 11. 3597 (2753) Monasterii Sublacensis bona et privilegia confirmat, petente „Alberico gloriosissimo principe atque omnium Romanorum senatore“. Liverani Opere IV. 474, (Fragmentum apud Muratori Ant. It. VI. 201, Migne 132 p. 1067, Regest. ap. v. Pflugk-Harttung Iter p. 182.) — „Quoniam (rectius: cum) magna“ („His, qui Deo“).

**937.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 2.)*

3598 (2754) Odoni, abbati Cluniacensi, et eius successoribus Escutiolae curtis possessionem „ista praesenti decima indictione“ asserit. Bullar. Cluniac. p. 3, Migne 132 p. 1068. (Cf. Bernard et Bruel Rec. des ch. de l'abb. de Cluny I. 464.) — „Desiderium, quod religioso“.

3599 (2755) Odoni, abbati Cluniacensi, et successoribus eius Cavinias curtem „ista decima indictione“ asserit. Bullar. Cluniac. p. 3, Migne 132 p. 1069. — „Desiderium, quod religioso“.

3600 (2764) Odoni, abbati Cluniacensi, et eius successoribus Saviniacum et Ambariacum curtes „ab ista decima indictione“ asserit, petente „Hugone glorioso rege una cum filio suo rege Lothario“. (Bulla haec Leoni VI. perperam ascribitur.) Bullarium

**937.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 2.)*

Cluniac. p. 2, Migne 132 p. 1082, (quorum textus corrigendus est ex not. 2 ap. Bernard et Bruel. Rec. I. 464). — „Desiderium, quod religioso“.

Aug. 2. — 3601 (2756) Monasterio Sublacensi asserit castrum Sublacense ab Alberico, principe Romanorum, donatum. Liverani Opere IV. 476, (Fragmentum praebet Georgius ex regesto Subl. ap. Baronium Annal. eccl. ed. Luc. T. XVI. 9. Cf. v. Pflugk-Harttung Iter p. 183. — „Cum magna“ („Cum magne“).

**c. 937.**

†3602 (2757) Gerhardo, archiepiscopo Laureacensi, ius pallii tribuit. Ludewig Scr. R. Germ. II. 352, Hund Metr. Sal. I. 353, Boczek C. D. M. I. 77, Mansi XVIII. 376, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 702, Migne 132 p. 1071. (De fide bullae cf. Dümmler Pilgrim v. Passau p. 22.) — „Si pastores ovium“.

**938.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 3.)*

Ian. 5. — 3603 Monasterii Dolensis (dioec. Bituric.) libertatem, possessiones, privilegia confirmat, petente Odone abbate. In Bibl. nat. Paris. ms. lat. 12820. saec. XVII. f. 23b. — „Apostolicae moderationi“.

„ — 3604 (2758) Gloriosum principem Francorum, Hugonem, monasterii S. Martini Turonensis abbatem, hortatur, ne monasterii ingrediendi facultatem feminis, nisi precandi causa, dari patiatur. (Postrema verba: „Ludovico Francorum rege“ haud dubie aliena sunt.) D'Achery Spic. III. 373, Bouquet Rec. IX. 219, Cocqu. I. 244, Mansi XVIII. 375, Migne 132 p. 1072. — „Conditor universitatis“.

„ — 3605 (2759) Monasterii Cluniacensis libertatem, privilegia, possessiones „pro dilectione filiorum suorum, videlicet regum Hugonis atque filii ipsius Lotharii“ confirmat, petente Odone abbate. Bullar. Cluniac. p. 4, Migne 132 p. 1074. — „Sicut pietati fidelium“.

„ 9. — 3606 (2760) Monasterii S. Benedicti Floriacensis et disciplinam, ab Odone abbate et Hugone, duce Francorum, restitutam, et possessiones et privilegia confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. III. 708, et Acta SS. o. Ben. saec. V. 907, Bouquet Rec. IX. 220, Cocqu. I. 245, Migne 132 p. 1075. — „Convenit apostolico“.

„ 9. — 3607 Ecclesiae S. Crucis Aurelianensis possessiones et privilegia confirmat, petente Anselmo episcopo. In Bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78. f. 5b. — „Convenit apostolico moderamini“.

Febr. 9. (Romae) — 3608 (2761) Leoni, monasterii S. Benedicti Sublacensis abbati, et eius successoribus, „interventu sui dilecti spiritualis filii Alberici, gloriosi principis et senatoris“, monasterium S. Erasmi in Caelio monte regendum tradit. Cocqu. I. 246, Migne 132 p. 1078. — „Creditae speculationis“.

Iun. — 3609 Monasterium Gorziense et eius possessiones, petente Agenaldo abbate, confirmat, fratribusque liberam eligendi abbatis facultatem concedit. Adalberoni, episcopo Mettensi, qui eis locum illum „ad reparandum ordinem monasticum“ tradiderat, gratias agit. Histoire de Metz III. Preuv. p. 61, v. Pflugk-Harttung Acta I. 6. — „Convenit apostolicae pietati“.

3610 (2762) Guidoni Lugdunensi, Tuteloni Turonensi, Geruneo Bituricensi, Gerlanno Senonensi, Artaldo Remensi archiepiscopis eorumque suffraganeis ita queritur: „in his nostris diebus tempora periculosa venerunt et, frigescente caritate, superabundat iniquitas ita, ut rerum ordo totus pene turbatus sit et nullus iam locus religioni restare videatur“. Monasterii Floriacensis disciplinam regularem ab Odone abbate reductam confirmat, possessionesque infestari vel alienari vetat. Archives hist. du dép. de la Gironde V. 152. (Fragment. ap. Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. V. 908, Bouquet Rec. IX. 221, Migne 132 p. 1077.) — „Sicut vestra fides“.

3611 (2763) Widoni Lugdunensi, Teotoloni Turonensi, Gerunconi Bituricensi, Gerlanno Senonensi, Artaldo Remensi, Aimerico Narbonensi archiepiscopis et Riculfo Elenensi, Godmaro Gerundensi, Willarano Barcinonensi, Wadamiro Ausonensi, Wisado Urgellensi episcopis monasterium S. Mariae et S. Petri Rivipullense commendat, cuius bona qui invaserit, cum anathematizari iubet. Marca Marca Hisp. p. 851, Bouquet IX. 222, Migne 132 p. 1080. — „Sicut vestra pietas“.

**936—939.**

3612 (2765) Adalgago, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 42, (Migne 132 p. 1083). Cf. Koppmann in Zeitschr. d. Hamb. Gesch. Ver. V. 551. — „Si pastores".

**937—939.**

3613 (2766) Fridericum, archiepiscopum Moguntinum, prodit „suum vicarium et missum in cunctis regionibus totius Germaniae, ut, ubicumque episcopos, presbyteros, diaconos vel monachos excessisse reperierit, illos corrigere et ad viam veritatis reducere non omittat". Permittit, ut Iudaeos, nisi Christianam fidem suscipiant, civitatibus expellat; invitos vero baptizari vetat. Jaffé Bibl. III. 336, (Epistolae S. Bonifatii ed. W. p. 373, Opp. ed. G. I. 282, Migne 132 p. 1083.) — „Fraternitatis amore".

†3614 (2767) Reges, duces, episcopos, abbates, comites et Egilolphum Salzburgensem, Isingrinum Ratisponensem, Lantbertum Frisingensem, Wisundum Sabionensem, ceterosque Galliae, Germaniae, Bawariae, Alemanniae episcopos (a Gerardo, archiepiscopo Laureacensi, Romae interrogatus) docet: 1) „de auguratoribus et incantatricibus et maleficis vario modo mortificatis a populo"; 2) episcopi quibus diebus pronunciare „Gloria in excelsis" et „Pax vobiscum" debeant, et quibus „Dominus vobiscum"; 3) in cibis benedicendis oratio dominica adhibeatur non oportere; 4) qui matrem filiamve spiritualem in matrimonium ducat, eum anathematizandum esse; 5) sacerdotum matrimonia esse illicita; 6) a chorepiscopis non debere ecclesias consecrari, nec presbyteros ordinari, nec chrisma consignari, nec manus imponi; 7) nuptias hominum quarto gradu coniunctorum vetari. Gerardo, vicario suo, eos obedire, opemque ab Eberhardo, Bavarorum duce, ferri iubet. Ludewig Scr. R. Germ. II. 354, Hund Metr. Sal. I. 49, Boczek C. D. M. I. 79, Mansi XVIII. 378, Urkundenb. d. Landes ob der Enns II. 704, Dümmler Pilgrim von Passau p. 117, cf. ibid. p. 22. — „Si instituta ecclesiastica".

**939.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 4.)*

Mai. 27. 3615 (2768) Monasterii Sublacensis bona confirmat, bulla ad Leonem abbatem directa. (Fragmentum.) Georgius ex regesto Subl. ap. Baronium Annal. eccl. ed. Luc. T. XVI. 9. Cf. v. Pflugk-Harttung Iter p. 183. — „Cum magna nobis".

c. Iul. Moritur, cum sedisset annos 3 m. 6 d. 10, ut catalogi docent.

---

## STEPHANUS VIII. 939—942.

Stephani VIII. bullae sunt scriptae p. m. Petri archiscriniarii S. R. E. (3616)
Stephani scriniarii „ (3617)
datae p. m. Nicolai primicerii apost. sed. (3617).

**939.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13.)*

c. Iul. Consecratur ante d. 19. Iulii, ut Georgius in Baronii Annal. ed. Luc. XVI. p. 25 docet e catal. pont. Rom. in cod. Vat. 1340, ubi post Leonem VII. sic legitur: „Stephanus sedit cet.; cuius tempore, sc. anno dom. inc. DCCCCXXXIV. (leg. DCCCCXXXIX.) obscuratus est sol, mense Iulii die 19. ind. 12". (Cf. tab. Sublac. ap. Muratori Ant. It. V. 773.)

Oct. 3616 (2769) Monasterii Tollensis iura confirmat, petente Ariberto abbate. Campi Hist. di Piac. I. 486, Cocqu. I. 395, Migne 132 p. 1089. — „Quamvis piorum".

**941.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — c. Iul. — 3.)*

Dec. 3617 (2770) Parthenonis S. Mariae Buxeriensis, a Gauzlino, episcopo Tullensi, conditi privilegia et possessiones confirmat. Bouquet Rec. IX. 224, Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 350, Migne 132 p. 1090. — „Quia omnipotens".

**942.**

3618 (2771) *Principes cunctosque habitatores Franciae et Burgundiae hortatur, „ut recipiant regem suum Ludovicum (Transmarinum); quod si neglexerint et eum am-

**942.**

plius hostili gladio persecuti fuerint", fore ut excommunicentur. „Damasum episcopum Romae ob hanc legationem peragendam ordinatum", mittit. Vide Flodoardi Ann. 942 in MG. SS. III. 389.

3619 (2772) *Hugoni, archiepiscopo Remensi, pallium mittit. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 29 in MG. SS. XIII. 582, et eiusdem Annales 942 ibid. III. 389.

3620 (2773) *Principibus Franciae sub excommunicationis poena iterum praecipit, ut Ludovicum (Transmarinum) regem recipiant, legatosque ante Christi natalitia Romam mittant. Vide Flodoardi Annal. 942 l. l., cf. Hist. Rem. L. IV. c. 29 l. l.

c. Oct. — Moritur. In catalogis enim ei assignantur a. 3 m. 4 d. 15. — Post d. 17. m. Augusti eum vita abiisse, docet tabula ap. Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. I. 878: „Anno IV. pontif. dom. Steph. VIII. ind. XV. (i. e. 942) mense Augusto die XVII."

---

# MARINUS II. 942—946.

Marini II. bullae sunt scriptae per manum
- Azzonis scriniarii S. R. E. (3621)
- Theodori notarii regionarii atque scriniarii S. R. E. (3622)
- Stephani scriniarii S. R. E. (3623)
- Leonis notarii et regionarii atque scriniarii S. R. E. (3624. 3626)
- Adriani scriniarii S. R. E. (3625).

Datae p. m.
- Benedicti episcopi s. Silvae-candidae ecclesiae et bibliothecarii s. sed. ap. (3621. 3624)
- Nicolai primicerii s. sed. ap. (3622. 3623)
- Stephani primicerii defensorum s. ap. sed. (3625)
- Gregorii (rectius: Georgii, vide tab. ap. Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. I. 878) dei providentia secundicerii s. sed. apost. (3626).

**942.**

c. Oct. — Consecratur ante d. 11. m. Novembris, teste bulla ap. Ughelli It. sacr. VIII. 50: „datum 3. id. Nov. anno pont. Marini 2, ind. 2(i. e. anno 943)". Cf. Herim. Aug. chron. 942 in MG. SS. V. 114.

**943.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 1. — c. Oct. — 2.)*

Febr. 4. — 3621 (2774) Monasterii Vizeliacensis possessiones confirmat, petente Guidone abbate. D'Achery Spic. II. 504, Bouquet IX. 225, Migne 133 p. 863. — „Quotiens illa tribui".

Mart. 27. — 3622 (2775) Monasterii S. Bonifatii Fuldensis privilegia, petente Hadamaro abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 318, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 146, Migne 133 p. 865. (Vide Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 394.) — „Quoniam semper sunt".

Nov. 11. — 3623 (2776) Ecclesiae Beneventanae possessiones, rogante Iohanne episcopo, confirmat. Vipera Chronologia p. 61, Ughelli It. sacr. VIII. 50, Migne 133 p. 866. — „Cum summae".

**944.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 2. — c. Oct. — 3.)*

Ian. 21. — 3624 (2777) Monasterii Casinensis possessiones ac privilegia, petente Balduino abbate, confirmat. Gattula Hist. Cas. p. 94, Migne 133 p. 867. — „Convenit apostolico moderamini".

Mart. — 3625 (2778) Monasterii S. Vincentii Vulturnensis possessiones tuendas suscipit privilegiaque confirmat, rogatu Leonis abbatis. Muratori R. It. Scr. I. II. 432, Cocqu. I. 249, Migne 133 p. 869. — „Quoniam pia solicitudine".

Mai. — 3626 (2779) Iohanni, episcopo Sabinensi, „concedit episcopatum Sabinensem, qui est ad honorem S. Mariae, qui ponitur in Foronovo". Eiusdem ecclesiae fines privilegiaque confirmat. Galletti Memorie di chiese di Rieti p. 154, Sperandio Sabina sagra p. 331, Migne 133 p. 872. — „Convenit apostolico moderamini".

Iun. 11. — †3627 (CCCLX) Ecclesiae Adriensis possessiones confirmat. („Scripta p. m. Gregorii scriniarii Rom. eccl.") Muratori Ant. It. I. 947, Gloria Cod. dipl. Padov. p. 57, Migne 133 p. 876. — „Convenit apostolico moderamini".

**942—946.**

3628 (2780) In Sicum, episcopum Capuanum, saecularium rerum studiosum invehitur, eique sub excommunicationis poena praecipit, ut, quam contra canones „imperito et indisciplinato diacono" contulerit, ecclesiam S. Angeli de monte monachis restituat. Tosti St. di Montec. I. 215, Migne 133 p. 873. — „Quamvis ab hac".

3629 (2781) *Archiepiscopo Ravennati, de parte comitatus Ferrariensis privilegium concedit. Vide tabulam ap. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 81—84.

†3630 (CCCLIX) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, petente Adaldago archiepiscopo, confirmat. („Scriptum p. m. Benedicti, cancellarii S. R. E.") Lappenberg Hamb. Urk. I. 43, Diplomatar. Island. p. 48, Migne 133 p. 875. — „Cum piae desiderium".

**946.**

3631 (2782) *Fridurico, archiepiscopo Moguntino, hoc privilegium concedit, „ut in partibus totius Germaniae Galliaeque provisor s. Moguntinae sedis vicarius missusque apostolici teneatur; ita ut, si quos invenerit viros a recto tramite iustitiae deviantes, cuiuscunque sint personae, ad se vocare, ubi loci velit, monere, corrigere, synodumque constiture, ubi velit, potestatem apostolici habeat". Vide Agapiti II. bullam ap. Jaffé III. 345, in Epistolis S. Bonifatii ed. W. p. 375, Opp. ed. G. I. 284.

c. Apr. Moritur. Etenim maior catalogorum pars ei a. 3 m. 6 d. 13 attribuit. — Vide Agapiti II. initia.

---

# AGAPITUS II. 946—955.

Agapiti bullae sunt scriptae per manum
- Leonis notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (3633. 3648. 3651. 3654. 3669. 3670)
- Azzonis „ „ „ „ „ (3641)
- Stephani „ „ „ „ „ (3642. 3643. 3655. 3656)
- Iohannis scriniarii S. R. E. (3649)
- Acritioneri (?) scriniarii S. R. E. (3671).

Datae p. m.
- Stephani primicerii s. apost. sed. (3633. 3636)
- Andreae divini respectus gratia arcarii s. sed. apost. (3641. 3642. 3671)
- Iohannis Miculazore (?, an: nomenculatoris) defensoris s. sed. apost. (3647)
- Marini episcopi s. Polimartiensis ecclesiae et bibliothecarii s. sed. ap. (3669).

**946.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 1.)*

Mai. 10. Consecratur post diem 8, ante d. 16. Maii, ut docent tabulae ap. Fantuzzi Mon. Rav. II. 365, V. 160 d. d. 8. Mai. „dom. Agapiti pp. anno II. ind. VI. (i. e. 948)" et ibid. II. 252 d. d. 16. Mai. „pont. a. III. ind. VI. (i. e. 948)". Ad dominicum igitur, qui interest, pentecostes d. 10. Maii revocetur consecratio necesse est. (Georgius in annotatione ad Baronii Annal. ed. Luc. T. XVI. 56 mense Aprili factam consecrationem esse, demonstrare conatur ex tabula registri Sublac. a. 947; sed cum vim verborum: „a die kalendarum Apriliarum", male intellexisset, in errorem incidit; illa enim verba terminum, a quo locatio incipiat, neque vero diem, quo scripta sit tabula, significare manifestum est.) — Cf. Flodoardi Annal. 946 in MG. SS. III. 393, Annal. Besuens. 946 ibid. II. 249.

3632 (2783) *Rotberto, archiepiscopo Trevirensi, per litteras, Friderico archiepiscopo Moguntino datas, mandat, ut Artoldum in archiepiscopatum Remensem restituat. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 34 in MG. SS. XIII. 585, Artoldi litteras ibid. c. 35, Flodoardi Annal. 948 ibid. III. 395, Richeri hist. L. II. c. 67 ibid. p. 602.

Oct. 26. 3633 (2784) Monasterii S. Salvatoris Fuldensis privilegia, Hadamaro abbate petente, confirmat. (Pro „a. pont. II." legendum puto: „a. p. I.") Schannat Dioec. Fuld. p. 241, Cocquel. I. 250, Migne 133 p. 889. De fide bullae dubitat Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 397. — „Summam gerentes sollicitudinem".

3634 (2785) Atenulfum (?), principem Beneventanum, hortatur, ut monasterium S. Sophiae monachis Casinensibus restituat. Gattula Hist. Cas. p. 53, Migne 133 p. 892. — „Officii nostri consuetudo".

c. 946.

3635 (2786) Parthenonis Asindensis (Essenensis) privilegia, Hathewiga abbatissa „per interventum domni et gloriosi regis Odtonis", petente, confirmat. Marini I papiri p. 35, Hoefer Zeitschrift I. 368, Lacomblet Urk. I. 55, Migne 133 p. 893. — „Tunc summae apostolicae".

947. *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 1. — 10. Mai. — 2.)*

3636 (2787) Leonem Triventinum et Benedictum Termulensem episcopos et simoniace electos, et contra privilegium Iohannis, episcopi Beneventani, „irrationabiliter a sese consecratos", qui evocati venire noluerint, excommunicat muneribusque orbat. Ughelli It. sacr. VIII. 51, Mansi XVIII. 412, Migne 133 p. 894. — „Misimus iam".

3637 (2788) *Hugoni restitui archiepiscopatum Remensem iubet litteris, Sigebaldo diacono, Hugonis legato, datis. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. c. 34 et 35 in MG. SS. XIII. 585, eiusd. Annales 948 ibid. III. 395, Richeri Hist. L. II. c. 67 et c. 78 ibid. p. 602 et 605.

3638 (2789) *Ludovici (Transmarini) regis hostes anathematizat. Vide Richeri Hist. L. II. c. 75 p. 604; cf. MG. Leg. II. 20.

3639 (2790) *Ludovici (Transmarini) regis amicos hortatur, ut in eius fide permaneant. Vide Richeri Hist. L. II. c. 75 l. l.; cf. MG. Leg. II. 20.

3640 (2791) *„Quedlinburgensi congregationique S. Servatii privilegium" mittit. Vide Annales Quedlinb. 947 in MG. SS. III. 56.

948. *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 2. — 10. Mai. — 3.)*

Ian. 2. 3641 (2792) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, Adalgario archiepiscopo per Hadumarum, abbatem Fuldensem, petente, confirmat, in his metropolitanum archiepiscoporum imperium in episcopos „Danorum, Noruenorum, Suonum (leg. Sueonum) necnon omnium septentrionalium parcium". Adalgario pallii usum concedit, eumque iubet a Bernardo Halberstadensi et Thidardo Hildesheimensi episcopis adiuvari. (Koppmann in Zeitschrift d. Hamb. Gesch. Ver. V. 530 pro genuina, Dehio Gesch. v. Hamb.-Bremen I. Anm. p. 21 pro interpolata bullam habet.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 43, Liljegren Dipl. Suec. I. 22, Mansi XVIII. 409, Diplomatarium Island. p. 49, Rydberg Sverg. Traktater I. 33, Migne 133 p. 895. — „Convenit apostolicae moderationi".

„ 2. 3642 (2793) Parthenonem Gandersheimensem, Windilgarda abbatissa per Hathumarum abbatem (Fuldensem) petente, sedis Romanae iurisdictioni subiungit privilegiisque auget, et possessiones eius confirmat. (Bulla interpolata.) Leibnitii Scr. Brunsv. II. 373, Marini I papiri p. 34, Cocqu. I. 251, Leuckfeld Antiqu. Gandersh. p. 428, Harenberg Hist. eccl. Gandersh. 57, Migne 133 p. 896. (De fide bullae cf. Koepke Hrosuit v. Gandersh. p. 259, Koepke u. Dümmler Otto d. Grosse p. 161, Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 142.) — „Quoniam semper".

„ 2. 3643 (2794) Monasterii Fuldensis, „noviter renovati" privilegia, petente Hadamaro abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 320, Migne 133 p. 897. (Vide infra †3650.) — „Quoniam semper".

†3644 (2795) Gerardo, archiepiscopo Laureacensi, scribit, ex Hadamaro, abbate Fuldensi, cognovisse se de contentione inter eum et Heroldum, archiepiscopum Salzburgensem, orta „pro utrinque suscepta in una provincia pallii auctoritate". Statuit, „ut, divisis duabus Noricae regionis provinciis, Heroldo occidentalis, Gerardo orientalis Pannonia regioque Avarorum atque Marahavorum sed et Schlavorum" obveniant. Ludewig Scr. R. Germ. II. 358, Hund Metr. Sal. I. 52 et 352, Boczek C. D. M. I. 83, Fejér C. D. H. I. 253, Mansi XVIII. 406, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 708; cf. Dümmler Piligrim von Passau p. 24. — „Petitiones tuas".

3645 (2796) *Episcopos Germaniae in „charta legationis" Marino, episcopo Polymartino, data „pro debitae reverentiae dono Romano pontifici exhibendo commonet, ut universalis ecclesiae puppis exoptatae tranquillitatis portui secura succedat, seque procelloso tribulationum turbine vexari diutius non timeat". Significat, Marinum „tali tenore in Germaniam directum fuisse, quo in omni ecclesiasticarum legum discussioni ipsius existens vicarius, quaecunque liganda essent, apostolica auctoritate ligaret; et quae solvenda viderentur, parili solveret potestate". Vide acta synodi Ingelheim. in MG. Leg. II. 25.

**948.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 2. — 10. Mai. — 3.)*

3646 (2797) *Artoldo, archiepiscopo Remensi, eiusque suffraganeis significat, se Marinum, episcopum Polymartinum, misisse „ad Othonem regem propter evocandam et aggregandam generalem synodum", in qua interesse eos iubet. Vide Flodoardi Hist. Rem. L. IV. 34. 35 in MG. SS. XIII. 585; cf. Synodum Ingelheim. in MG. Leg. II. 21.

Dec. 29. 3647 Tresmiro abbati seu Huguobaldo monacho atque Iohanni monacho seu Sancio monacho sive cunctis primatibus et fratribus et servitoribus monasterii S. Iohannis Baptistae, quod vocatur Castrum Malasti, monasterium cum omnibus pertinentiis „a praesentium septima indictione detinendum concedit". (Bulla non est a suspicione remota.) Mahul Cartul. de Carcass. I. 78 (ubi clausula haec est: „IV. kal. Ian. p. m. Iohannis Miculazore defensor s. sed. ap., anno pont. domini nostri Agapiti summi pontif. . . . in sacratissima sede b. Petri apostoli . . ."; melior vero copia, Baluzii manu exarata, exstat in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 269. f. 68 cum hac clausula: „IV. kal. Ian. p. m. Iohannis . . . defensoris etc. Agapiti summi pontificis et universalis iunioris papae in sacrat. sed. b. Petri ap. IV. (leg. III.) mense et ind. suprascripta septima"). — „. . . quia postulastis a nobis".

**949.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8.)*

Mart. 3648 (2798) Monasterii SS. Petri et Pauli Cluniacensis privilegia et possessiones, petente Aymardo abbate, confirmat, atque ita addit: „sane ad recognoscendum, quod praedictum coenobium s. apostolicae sedi ad tuendum atque fovendum pertineat, dentur per quinquennium X. solidi". Bibl. Clun. p. 273, Bullar. Clun. p. 5, Bouquet Rec. IX. 226, Mansi XVIII. 408, Cocqu. I. 251, Migne 133 p. 901. — „Convenit apostolico".

Apud S. Petrum — Synodus, in qua Agapitus „damnationem Hugonis episcopi (Remensis) apud Ingulenheim factam confirmat, excommunicans etiam Hugonem principem, donec Ludovico (Transmarino) regi satisfaciat". Flodoardi Annales 949 in MG. SS. III. 399.

**950.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9.)*

Febr. 28. 3649 (2799) Monasterii S. Maximini, a Ruodberto archiepiscopo Trevirensi vexati, privilegium ab Ottone rege constitutum confirmat, „ut sub regia tantum potestate permaneat, neve unquam ulli alteri personae subiaceat, excepto abbati" a monachis electo. (Ottonis diploma hic memoratum, cum sit certe genuinum, vide MG. DO. 169, bullam Agapiti ab omni falsitatis suscipione removet, in quam ob illud diploma inciderat.) Zyllesius Def. p. 18, Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 355, Beyer M. U. I. 257, (Hontheim Hist. Trev. I. 284, Migne 133 p. 902). — „Nuntios vestrae".

Oct. 1. †3650 Monasterii Fuldensis privilegia confirmat, petente Hiltebrando abbate. („Dat. p. m. Leonis cancellarii.") Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 390 — „Quoniam concedenda sunt".

Dec. 3651 (2800) Monasterii SS. Germani et Michaelis Cuxanensis possessiones „a praesenti nona indictione" confirmat, petente Gondefredo abbate. Marca Marca Hisp. p. 864, Bouquet Rec. IX. 227, Cocqu. I. 252, Migne 133 p. 903. — „Cum magna nobis".

**c. 950.**

3652 (2801) *Einoldum, abbatem Gorziensem, rogat, mittat sibi „aliquos religiosos, quos in monasterio b. Pauli, ad monasticum ordinem transferendo cum auxilio regis Albrici collocet". Vide Vit. Iohannis Gorziensis in MG. SS. IV. 352.

3653 (2802) *Permittit, ut Milo, Milonis comitis nepos, episcopus Veronensis ordinetur. Vide Ratherii epist. ad Iohannem (rectius: ad Agapitum) papam, in Ratherii Opp. p. 543, cf. ibid. p. LXXII, ap. Migne 136 p. 662, cf. ibid. p. 62.

**951.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10.)*

Dec. 3654 (2803) Ecclesiae Urgellensis privilegia, petente Wisado episcopo, „ex praesenti anno incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCCLI, decima indictione" confirmat. Marca Marca Hisp. p. 866, Bouquet Rec. IX. 230, Cocqu. I. 253, Migne 133 p. 905. — „Convenit apostolico".

» 3655 (2804) Monasterii S. Mariae Rivipullensis possessiones iuraque „a praesenti decima indictione" confirmat, petente Arnulfo abbate. Marca Marca Hisp. p. 867, Bouquet Rec. IX. 229, Cocqu. I. 254, Migne 133 p. 907. — „Convenit apostolico".

**951.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10.)*

Dec. 3656 (2805) Monasterii S. Mariae Crassensis bona iuraque confirmat, rogatu Suniarii abbatis. Gall. Chr. VI. Instr. 424, Bouquet Rec. IX. 231, Mahul Cart. de Carcass. II. 224, Marini I papiri p. 36, Migne 133 p. 908. — „Convenit apostolico".

**946—954.**

3657 (2806) Ecclesiae S. Vincentii Matisconensis canonicorum privilegia et possessiones rogatu Maimbodi episcopi confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. 278, Bouquet Rec. IX. 228, Severtii chronol. hist. II. 66, Mansi XVIII. 411, Migne 133 p. 910. — „Cum omnium sanctarum".

**954.**

3658 (2807) *Brunoni, archiepiscopo Coloniensi, per Hadamarum abbatem Fuldensem mittit pallium et reliquias S. Pantaleonis, conceditque, ut „pallio praeter consuetudinem, quotiens velit, induatur". Vide Ruotgeri vitam Brunonis in MG. SS. IV. 265.

Sept. 27. †3659 (CCCLXII) Regibus, principibus et ducibus, nec non universis aliis aquilonaria regna inhabitantibus suscepta sacra Christiana gratulatur. Amundi Upsaliensis conregis et Sveinotto proregis Daciae „de primatu ac regnorum terminis" pactum confirmat, „cuius formulam" inquit „more eorum patrio vernaculoque sermone exaratam, nobisque transmissam, a verbo ad verbum genere scribendi curiae nostrae Romanae usitato hic allegamus". („Dat. Romae . . . ind. XII, p. a. IX.") Liljegren Dipl. Suec. I. 24. — „Quantum ad regnorum".

**946—955.**

3660 (2808) *Coenobii Magdeburgensis iura confirmat. Vide Willihelmi archiep. Moguntini epist. ad Agapitum in S. Bonifatii epist. ed. W. p. 378, Opp. ed. G. I. 287.

3661 (2809) *Ecclesiae Halberstadensi concedit, ut eius episcopi „in celebratione missarum sollemnibus diebus utantur logio, i. e. rationali, quod est indicium doctrinae et veritatis". Vide Sigeberti Vit. Deoderici I. in MG. SS. IV. 468.

3662 (2810) Omnes in Arvernico habitantes hortatur de tuendis fratribus rebusque monasterii Celsiniacensis; cui qui iniuriam intulerint, eos iubet a Stephano, episcopo Arvernensi, excommunicari. Bouquet Rec. IX. 232, Doniol Cart. de Sauxillanges p. 51, Mon. pont. Arverniae p. 13, Migne 133 p. 912. — „Immensa suspendimur".

3663 (2811) *Episcopos Burgundiae litteris, Rodmundo episcopo Augustodunensi datis, hortatur, anathematizent Isuardum sociosque, nisi S. Symphoriani possessiones, in Provincia sitas, restituerint. Vide „Commonitorium episcoporum" ap. Mansi XVIII. 446.

3664 (2812) Landulfum, principem Capuanum, monet, ne monasterii Capuani libertatem offendat, utque monachos, qui a disciplina monastica desciverint, in monasterium Casinense remittat, exceptis duobus aut, cum plurimum, tribus senibus. Gattula Hist. Cas. p. 90, Migne 133 p. 913. — „Audivimus, quod".

3665 (2813) *Archiepiscopi Ravennatis de parte comitatus Ferrariensis privilegium confirmat. Vide tabulam ap. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 81—84.

3666 (2814) *Cuidam „locat Waldum, qui dicitur Catilianum cum castello suo Civitella et turre sua et ecclesia S. Laurentii, ... et portum fluminis Tiberis" cet. Deusdedit Coll. can. L. III. c. 149 ed. Martin. p. 321, (ap. Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. p. 8).

**948—955.**

3667 *Aldenburgensem episcopatum confirmatum et ecclesiae Hamaburgensi subditum esse bulla ab Agapito data, probat Koppmann in Zeitschr. d. Hamb. Gesch.-Ver. V. 534.

**955.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 9. — 10. Mai. — 10.)*

3668 (2815) Willihelmo, archiepiscopo Moguntino, idem privilegium tribuit, quod Marinus Fridurico concesserat (vide supra tab. 3631). Haec addit: „Sanctae etiam Mogontinae sedi privilegium conscribimus, ut si quis eam, cuiuscunque sit personae, aliquo (h)on(o)re hu(c) habito velit depraedari, ipse depredetur, et, nisi resipiscat, aeterno vinculo anathematis ... mancipetur". Jaffé Bibl. III. 345, Epistolae S. Bonifatii ed. W. p. 375, Opp. ed. G. I. 284, Migne 133 p. 914. — „Fraternitatis amore".

**955.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 9. — 10. Mai. — 10.)*

Mart. 25. 3669 (2816) Monasterii SS. Stephani et Dionysii et Silvestri Romani bona permulta confirmat, rogatu Leonis abbatis. Addit de annua pensione sibi solvenda. Marini I papiri p. 38, Migne 133 p. 916. — „Convenit apostolico".

Oct. 3670 (2817) Monasterii S. Martini Lenensis possessiones, petente Segario abbate, hac lege confirmat, „ut singulis quibusque indictionibus pensus nomine rationibus ecclesiasticis decem argenti solidi anno (?) denarios duodecim persolvatur; nullaque ad dandum annuo pensus mora proveniat, sed ultro accionariis s. nostre ecclesie apto tempore persolvatur". Gall. Chr. VI. Instr. 104: „indictione quarta decima"; Hist. de Languedoc II. Pr. p. 95, nov. ed. V. 218, Bouquet Rec. IX. 233, Migne 133 p. 928: „indictione XIII." — „Cum magna nobis".

„ 16. 3671 (2818) Balduino, abbati Casinensi, eiusque successoribus monasterium S. Stephani in territorio Terracinensi situm concedit. Tosti St. di Montec. I. 219, Migne 133 p. 929. — „Convenit apostolico".

3672 (2819) Cellam S. Mariae et S. Hunnegundis Humolariensem a „nemine unquam saecularium possideri" iubet, eiusque possessiones confirmat, Lothario rege Francorum, „gloriosae indolis puero", per legatos petente. Colliette Mém. du Vermandois I. 563, Migne 133 p. 930. — „Si sanctis petitionibus".

3673 (2820) *Mittit „epistolas habentes: apostolica maiestate licitum fore regi (Ottoni I.), episcopia ita ordinare, quo sibi placeat". Vide Willihelmi, archiep. Mogunt. epistolam ad Agapitum in Epp. S. Bonifatii ed. Würdtw. p. 378, Opp. eiusd. ed. G. I. 286, Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. I. 880, Jaffé Bibl. III. 347.

Dec. Moritur. Qui catalogi Agapito a. 9 m. 7 d. 10 assignant, eos proxime a vero abesse, ex Iohannis XII. initiis facile intelligitur.

---

# IOHANNES XII. 955—964.

Iohannis XII. bullae sunt scriptae per manum
- Leonis scriniarii s. sed. apost. (3675. 3676. 3680. 3682. 3684. 3687. 3688. 3690. 3691. 3692. 3694)
- Stephani notarii et regionarii atque scriniarii s. sed. apost. (3689).

Datae p. m.
- Georgii secundicerii s. sed. apost. (3675. 3690)
- Marini episcopi s. Polimartiensis ecclesiae et bibliothecarii s. sed. ap. (3676. 3680. 3684)
- Leonis nomenculatoris s. sed. apost. (3682)
- Iohannis episcopi et bibliothecarii s. sed. apost. (3688. 3691. 3692)
- Andreae arcarii s. sed. apost. (3689. 3694).

**955.**

Dec. 16. Consecratur. Qui probabilis videtur catalogus Laurent. ap. Watterich I. 45 Iohannem XII. pp. „ind. XIIII. dominica de gaudete" in cathedram S. Petri ascendisse testatur; bulla vero 3680, in qua legitur: „XVIII. kal. Ian., ind. XV (i. e. 956), p. a. 2", ante d. 15. m. Dec. factam consecrationem esse probaret; quare, cum sit fide dignissima, pro „XVIII. kal. Ian." corrigendum videtur: „XIIII. kal. Ian." — E chronologicis notis variarum tabularum non papalium varia Iohannis XII. initia constituta a viris doctis sunt.

3674 (2821) Willihelmo, archiepiscopo Moguntino, significat, litteras eius Agapito inscriptas sibi redditas esse. Miserias eius, hominumque insidias dolet; quorum conatibus se obstiturum affirmat, curaeque sibi fore, ut „unicuique proprius maneat honor". Hortatur ad oppugnandos eos, „qui contumaces et inique vivere velint et ecclesias Domini devastare satagant". De omnibus, „quae in Galliarum atque Germaniae partibus agantur", certior fieri vult. Jaffé III. 350, Epistolae S. Bonifatii ed. W. p. 376, Opp. ed. G. I. 288, Migne 133 p. 1014. — „Litteras, quas".

**956.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 1. — 16. Dec. — 2.)*

Ian. 2. 3675 (2822) Monasterii S. Mariae Humolariensis privilegia possessionesque, „gloriosae indolis puero sc. Lothario rege Francorum“ per legatos petente, confirmat. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. II. 1025, Colliette Mém. du Vermand. I. 556, Bouquet Rec. IX. 234, Cocqu. I. 257, Migne 133 p. 1015. — „Si iustis petitionibus“.

„ 9. 3676 (2823) Monasterii S. Vitoni privilegia et possessiones, petente Berengario episcopo Virdunensi, confirmat. (Haec bulla Iohanni XIII. perperam tribuitur; nam Berengarius ep. iam a. 959 obiit. Eam optime edidit Calmet, apud quem haec est clausula: „Scriptum p. m. Leonis scrin. s. s. ap. in m. Ian. per ind. 14; dat. 5 id. Ian. p. m. Marini ep. et s. sed. ap. biblioth., a. pont. domni Iohannis summi p. et universalis duodecimi papae in s. s. b. Petri apostoli septimo primo, in mense et ind. 14.“ Quod inter „apostoli“ et „primo“ positum est: „septimo“, pro quo in MG. SS. et ap. Labbe legitur: „decimo“ et ap. Bouquet: „IV.“, falsa nescio qua lectione arbitror additum esse, verbumque „primo“ cum „anno pontificatus“ non cum: „in mense“ cohaerere.) Calmet H. de Lorr. I. Pr. p. 369, Bouquet Rec. IX. 238, MG. SS. VIII. 366, Labbe B. M. I. 135, Mansi XVIII. 484, Cocqu. I. 268, Migne 133 p. 1016, (Duvivier Recherches p. 341). — „Convenit apostolico“.

Mart. 21. †3677 Rodoaldo, patriarchae Aquileiensi, ecclesiam S. Mauri Parentinam, rogatu Ottonis imperatoris Romanorum, consecrandam committit. („Dat. Romae“ etc.) Ughelli It. sacr. V. 399, Riccardi Stor. dei vesc. Vicentini p. 23, Cod. dipl. Istriano ad a. 956—61. — „Accedens ad praesentiam“.

Apr. 22. †3678 (CCCLXV) Aedredum regem monet, ut veterrimi Angliae monasterii SS. Petri et Pauli Cantuariensis privilegia tueatur. Wilkins Conc. I. 223, Mansi XVIII. 455, Migne 133 p. 1041. — „Studio divini“.

†3679 (CCCLXVI) Monasterii SS. Petri et Pauli privilegia, petente Aedredo rege, confirmat, eaque ab Odone, archiepiscopo Cantuariensi, conservari iubet. Wilkins Conc. I. 224, Mansi XVIII. 456, Migne 133 p. 1042. — „Inter praeclaras“.

Dec. 19. 3680 (2824) Ecclesiae Beneventanae possessiones, rogante Landulpho episcopo, confirmat. (Pro „XVIII. kal. Ian.“ legendum videtur: „XIIII. kal. Ian.“; vide supra ad 16. Dec. 955.) Vipera Chronologia p. 64, Ughelli It. sacr. VIII. 57, Cocqu. I. 256, (Migne 133 p. 1017). — „Cum summae“.

†3681 *Ecclesiam S. Maximi Forconensem (Aquilanam) dignitate episcopali ornat, tutelam eius suscipit, omniaque quae Otto imperator ei „concesserat et determinaverat“ (vide Stumpf n. 243) confirmat. Vide Legendam S. Maximi ap. Coppola Dissert. sopra S. Massimo p. 81, Acta SS. Oct. VIII. 408, Ughelli It. sacr. I. 375, Muratori Ant. It. VI. 489.

**957.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1. pont. a. 2. — 16. Dec. — 3.)*

Ian. 8. 3682 (2825) H(einrico), archiepiscopo Trevirensi, pallii usum concedit, eumque ad vitam honeste agendam adhortatur. Beyer M. U. I. 262, (Fragm. ap. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 127. not. I, Migne 133 p. 1019). — „Si pastores ovium“.

Nov. 28. †3683 (CCCLXIII) Iohanni archipresbytero et Iohanni secundo atque Iohanni tertio presbyteris, eorumque successoribus „concedit et confirmat, ecclesiam S. Triphonis esse tutam et liberam ab omni condicione cum omnibus, que ad eam pertinent; que per Crescentium nobilissimum Romane urbis prefectum, seu per ceteros eiusdem ecclesiae vicinos, a noviter est constructa“. („Scripta p. m. Petri scrinii notarii atque regionarii S. R. E. Dat. p. m. Gregorii episcopi S. Ostiensis E. et bibl. s. ap. sedis“.) Marini Dipl. Pontif. p. 65, Arch. della soc. Rom. di stor. patr. I. 161, (Migne 133 p. 1037.) — „Convenit apostolico“.

**958.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 3. — 16. Dec. — 4.)*

Mai. — In monasterio Sublacensi — Vide Leonis abbatis tabulam ap. Muratori Ant. It. VI. 203, Migne 133 p. 1019.

„ 10. 3684 (2826) Monasterii S. Benedicti et S. Scolasticae Sublacensis possessiones, petente Leone abbate, confirmat, ea lege „ut cotidianis diebus sacerdotes et monachi pro remedio animae nostrae nostrorumque successorum clament ... centum Kirie eleyson et centum Christe eleyson et sacerdotes sacras oblationes in missarum solemniis

**958.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 3. — 16. Dec. — 4.)*

tribus vicibus per singulas hebdomadas pro absolutione nostrae animae nostrorumque successorum pontificum omnipotenti Deo offerant". Muratori Ant. It. V. 461, Migne 133 p. 1020. — „Cum pie desiderium".

**959.**

3685 (2827) Artaldo Remensi, et Amblardo Lugdunensi archiepiscopis, et Rodmundo Augustodunensi, Achardo Lingonensi, Frotgario Cabilonensi, Natrano Nivernensi, Richardo Autissiodorensi episcopis, Isuardum et eius socios, quod possessiones S. Symphoriani invasissent, excommunicatos esse, nunciat. Fragmentis duobus ap. Mansi XVIII. 450. 451 et Migne 133 p. 1025, quorum alterum „Transmissio excommunicationis", alterum „Excommunicatio" inscriptum est, haec continetur epistola, ab iis disiungenda litteris, quae tum ap. Mansi XVIII. 450 tum ap. Bouquet Rec. IX. 235 Iohanni XII. non recte adscribuntur; sunt enim Iohannis XIII., quoniam rogatu Girardi ep. Augustodunensis, qui a. 968 successit Rodmundo, datae sunt. — „Auctoritate patris".

**c. 960.**

Capuam — cum exercitu properat. Chron. Salernit. c. 166 in MG. SS. III. 553.
In Romanos — fines redit. Chron. Salern. l. l.
Per marinum — iter se Terracinam confert. Chron. Salern. l. l.
Terracinae — cum Gisulfo principe foedus init. Chron. Salern. l. l.

**960.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 5. — 16. Dec. — 6.)*

3686 (2828) *Ottonem I. regem missis per Iohannem diaconum cardinalem et Azonem scriniarium litteris hortatur, ut „se sibique commissam sanctam Romanam ecclesiam ex Berengarii et Adalberti faucibus liberet, ac saluti et libertati pristinae restituat". Vide Liudprandi Hist. Ottonis c. 1 in MG. SS. III. 340; cf. Continuat. Reginonis 960 ibid. I. 624.

Oct. — 3687 (2829) Dunstani, archiepiscopi Cantuariensis, primatum confirmat et pallii usum ei concedit. (Signa chronologica sunt corrupta.) Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. V. 658, Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 96, Willelmi Malmesb. Gesta pont. Angl. L. I. c. 39 ed. Hamilton p. 61, (ap. Savile R. A. Scr. p. 116[b]), Mansi XVIII. 449, Migne 133 p. 1025. — „Si pastores ovium".

**961.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 6. — 16. Dec. — 7.)*

Dec. 10. — 3688 (2830) Monasterii S. Salvatoris et S. Bonifatii Fuldensis privilegia, petente Attone abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 328, Migne 133 p. 1026. (Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 398.) — „Quoniam semper sunt".

**962.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 7. — 16. Dec. — 8, imp. Ottone a. 1.)*

Ian. 31. Romae — Ottonem regem honorifice excipit. Lib. pontif. ap. Watterich I. 46. Die 31. m. Ian. hoc factum esse, tradidit catal. pont. in cod. Vatic. 1340 ap. Watterich I. 45, (in MG. SS. III. 718 n. 18).

Febr. 2. Romae in cathedra S. Petri — Ottonem I. imperatorem et Adelheidam imperatricem coronat „in purificatione S. Mariae, die dominico", Annal. Sangall. maiores 962 in MG. SS. I. 79, „4. non. Febr." Annal. Magdeburg. 961 ibid. XVI. 147; „in cathedra S. Petri", Vita Mathildis reginae ibid. IV. 297. Cf. Continuat. Reginon. 962 ibid. I. 625.

„ 7. — 3689 (2831) Ecclesiae Salzburgensis privilegia et possessiones confirmat. Friderico archiepiscopo pallium, petente Ottone imperatore, concedit. Heroldum caecatum deiectumque archiepiscopum, nisi procurare sacra desistat, anathematizatum iri denunciat. Apogr. saec. XII. tabul. Vindob. Ex schedis societ. Mon. Germ.: „Data VII. id. Februarii p. m. Andreae arcarii s. sed. ap." cet. Cf. Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XI. 67. (Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang p. 208.) — „Si sacerdotum".

„ 12. Romae in ecclesia S. Petri — 3690 (2832) Ab Ottone I. imperatore in synodo in ecclesia b. Petri rogatus, decernit, ut monasterium Magdeburgense in archiepiscopatum, et Merseburgense in episcopatum Magdeburgensis ecclesiae suffraganeum commutetur. Annal. Saxo 962 in MG. SS. VI. 616, Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 92, Martene et Dur. Vet. script. I. 317, Mabillon

**962.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 7. — 16. Dec. — 8, imp. Ottone a. 1.)*

Acta SS. o. Ben. saec. V. 575, Mansi XVIII. 461, Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 239, II. Hauptth. I. 1, Migne 133 p. 1027, (Cocqu. I. 260). — „Quociens ad profectum".

Febr. 12. — 3691 (2833) Enrico, archiepiscopo Trevirensi, usum pallii iterum concedit, „licet fidem in epistolis breviter ascriptam latius explanare debuisset". v. Pflugk-Harttung Acta I. 7, (Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 127 not. 1, Migne 133 p. 1029.) — „Si pastores ovium".

Mart. 8. — 3692 (2834) Monasterii SS. Stephani et Dionysii et Silvestri Romani possessiones confirmat, petente Theophylacto abbate. Marini I papiri p. 45, Migne 133 p. 1029. — „Convenit apostolico"

Romae — Synodus, in qua Hugo, quondam archiepiscopus Remensis, excommunicatur. Flodoardi Annal. 962 in MG. SS. III. 406. — Sunt qui hanc synodum iam mense Februario celebratam esse contendant, ut Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. I. 833 et Hefele Conciliengesch. IV. 607; sed ex Flodoardi verbis eam post Ottonis discessum actam esse cum Jafféo colligam. Dümmleri vero interpretationem in: Jahrbücher Ottos d. Gr. p. 339 n. 2 non adoptaverim.

3693 (2835) *Ratherium in episcopatum Veronensem restitui iubet. De hoc „praecepto apostolici" vide Ratherii Itinerarium in eius Opp. p. 442, cf. ibid. p. CVII; ap. Migne 136 p. 584, cf. ibid. p. 90.

**963.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 8. — 16. Dec. — 9, imp. Ottone a. 1. — 2. Febr. — 2.)*

Apr. 25. — 3694 (2836) Monasterium SS. Petri, Iohannis, Viti, Stephani et Agathae Bivorense, a Billingo comite conditum, unius sedis apostolicae iurisdictioni subiicit, bonaque eius confirmat, ea lege, „ut sibi suisque successoribus singulis quibusque indictionibus pensi nomine rationabiliter una libra argenti super altare S. Petri conferatur". (Pro „pont. a. VII." leg. „VIII.") Orig. Guelf. IV. 556. — „Cum summae apostolicae".

Leonem episcopum et Iohannem, cardinalem diaconum, „ob iniuriam" Ottonis imperatoris Constantinopolim mittit. Vide Liudprandi Hist. Ottonis c. 6 in MG. SS. III. 341.

3695 (2837) *Ungaros per Saleccum („natione Bulgarium, educatione Ungarium") et Zachaeum, episcopum (Gentianum), per litterasque „plumbo signatas" hortatur, „ut super Ottonem imperatorem irruant". Vide Liudprandi Hist. Ottonis c. 6. l. l.

Iul. — †3696 (CCCLXIV) Monasterii S. Vincentii Vulturnensis possessiones et privilegia confirmat, petente Paulo abbate. („Scriptum p. m. Benedicti scriniarii S. R. E." Hanc bullam a Ioh. XV. anno 992 datam esse, putat v. Pflugk-Harttung Iter p. 92; quo vero tempore non Paulum, sed Roffredum munere abbatis functum esse constat.) Muratori R. It. Scr. I. II. 447, Cocqu. I. 258, Migne 133 p. 1039. — „Cum magna nobis".

c. Iul. — Romae — agit cum Landwardo Mindensi et Liudprando Cremonensi episcopis, Ottonis I. imperatoris legatis. Vide Liudprandi Hist. Otton. c. 7 p. 341. 342.

» — » — Adelbertum (quondam Italiae regem) honorifice suscipit. Liudprandi Hist. Ottonis c. 7 p. 342, Continuator Reginonis 963 in MG. SS. I. 625, Ann. Altah. 963 ib. XX. 786.

Oct. — Roma — aufugit, dum „iuxta urbem castrametatur imperator". Liudprandi Hist. Otton. c. 8. l. l., Continuator Reginonis 963 l. l.

Nov. 2. — „Exercitui imperatoris ense accinctus, clipeo, galea et lorica indutus occurrit; solus Tiberis, qui interfluit, ne sic ornatus ab exercitu capiatur, impedit". Id „ante quinque dies" accidisse, in synodo d. 6. m. Nov. celebrata Romani narrant; vide Liudprandi Hist. Ottonis c. 11 p. 343.

» — 3697 (2838) Omnibus episcopis (synodi Romanae) haec respondet: „Nos audivimus dicere, quia vos vultis alium papam facere; si hoc facitis, excommunico vos da Deum omnipotentem, ut non habeatis licentiam nullum ordinare et missam celebrare". Liudprandi Hist. Ottonis c. 13 p. 344; MG. Leg. II. 30. — „Nos audivimus".

Tiberi (Tibure) — commoratur. Vide Liudprandi Hist Otton. c. 14 in MG. SS. III. 344.

Dec. 4. — absens deiicitur in synodo Ottonis imperatoris. Liudprandi Hist. Otton. c. 15. 16. De die vide infra concilium d. 26. m. Febr. a. 964.

**955—964.**

3698 (2839) *Archiepiscopi Ravennatis, de parte comitatus Ferrariensis privilegium confirmat. Vide tabulam ap. Mittarelli Ann. Cam. I. append. 81—84.

| | | |
|---|---|---|
| | | **955—964.** |
| | | 3699 (2840) *Cuidam „locat fundum Fauriscum, situm in territorio Utriculano cum omnibus suis pertinentiis, qui praestat annue V solidos auri". Deusdedit Coll. can. L. III. c. 149 ed. Martin. p. 321, (ap. Borgia Breve ist. del dom. temp. append. p. 8). |
| | | **964.** |
| | InCampaniae | partibus latitat. Lib. pontif. ap. Watterich I. 47; cf. Benedicti S. Andreae monachi chron. c. 36 in MG. SS. III. 718. |
| c. Febr. | Romam | revenit. Liudprandi Hist. Otton. c. 18 p. 345, Continuator Reginon. 964 p. 626. |
| Febr. 26. | In ecclesia b. Petri | Concilii episcoporum 16 actio prima, in qua synodus, ab Ottone imperatore die 4. m. Decembris celebrata, damnatur; Leoni VIII. absenti „omni sacerdotali honore et nomine, et omni clericatus officio" sub excommunicationis anathematisque poena interdicitur; quique ab eo ordinati sint, deiiciuntur. |
| „ 27. | „ | Concilii actio secunda, in qua Benedictus Portuensis et Gregorius Albanensis episcopi „qui super Leonem orationes dederant", se peccasse confitentur; qui Leoni „pretium accomodaverint ad tuendam gratiam Dei", episcopi et presbyteri deiiciuntur, monachi et laici anathematizantur. |
| „ | „ | Concilii actio tertia, in qua Siconi, episcopo Ostiensi, qui „Leonem, curialem et neophytum, iam ostiarium, lectorem, acolytum, subdiaconum, diaconum, atque subito presbyterum ordinaverit, eumque in apostolica sede consecraverit", omni ministerio sacerdotali sub anathematis poena interdicitur. Mansi XVIII. 471, (Watterich I. 677). |
| c. Mai. 7. | Extra Romam | „quadam nocte, dum se cum viri cuiusdam uxore oblectaret, in timporibus adeo a diabolo est percussus (i. e. apoplexia correptus, v. Koepke De vita et scriptis Liudprandi p. 27 n. 3), ut infra dierum octo spacium eodem sit vulnere mortuus". Liudprandi Hist. Otton. c. 19 p. 346. |
| Mai. 14. | | Moritur „II. id. Maii". Continuat. Reginon. 964 l. l. |

## LEO VIII. 963—965.

Leonis VIII. bulla 3702 annum incarnationis continet.
Bullae eius sunt scriptae per manum
Stephani notarii regionarii et scriniarii s. sed. apost. (3700)
Leonis notarii et scriniarii s. sed. apost. (3702).
Datae per cuius manum sint, nisi semel non est traditum
p. m. Iohannis episcopi et bibliothecarii s. sed. apost. (3700).

| | | |
|---|---|---|
| | | **963.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 1, imp. Ottone a. 1. — 2. Febr. — 2.)* |
| Dec. 4. | In ecclesia S. Petri | Eligitur in synodo Ottonis I. imperatoris, deiecto Iohanne XII. Liudprandi Hist. Otton. c. 15 in MG. SS. III. 345, Continuator Reginonis 963 ibid. I. 625. De die vide supra concilium Iohannis XII. die 26. m. Febr. a. 964 celebratum. |
| „ 4. | Ad Lateranense palatium | „cum laudibus ducitur". Liudprandi Hist. Otton. l. l. |
| „ 6. | In ecclesia S. Petri | Consecratur, Liudprandi Hist. Otton. l. l. „Mense Decembrio in Lateranensi patriarchio" (al. palatio"). Vit. pont. ap. Muratori R. It. Scr. III. ii. 328, ap. Watterich I. 47. Proximus post d. 4. m. Dec. dominicus dies fuit 6. m. Dec., ad quem igitur referenda consecratio est. |
| „ 9. | | 3700 Friderico, archiepiscopo Salzburgensi, eiusque successoribus tres curtes Winheringa, Antesna, Wolimbach ea conditione asserit, ut LX solidi argentei Romanae ecclesiae annuatim persolvantur. (Clausula videtur in hunc modum corrigenda: „Dat. p. m. Iohannis ep. et bibl. s. s. ap., anno pontificatus domini cet. Leonis papae VII. [leg. VIII.] in s. sede b. Petri apostoli primo, imperante cet." Ceterum huic bullae parvam habemus fidem, praesertim cum tres illae curtes ecclesiae Bambergensi collatae dicantur in privilegio Heinrici II. Benedicto VIII. concesso, MG. Leg. II[b]. 174, Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 7, Deusdedit Coll. can. III. c. 154; cf. etiam Stumpf 1699.) Neues Archiv VII. 86. — „Convenit apostolico moderamine". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **963.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 1, imp. Ottone a. 1. — 2. Febr. — 2.)* |
| Dec. 13. | In sacratissima aede Petri apostoli | 3701 (2841) Rodoaldo, patriarchae Aquileiensi, pallium mittit; et „privilegium illud antiquum, S. Hermagorae, b. Marci evangelistae successori, a b. Petro contraditum, verum a paganorum saevitia concrematum“, confirmat, „ut inter omnes Italicas ecclesias sedes prima post Romanam Aquileiensis habeatur“. Ughelli It. sacr. V. 44, Migne 134 p. 989. — „Si pastores ovium“. |
| „ | | 3702 (2843) Monasterii S. Petri Montismaioris possessiones confirmat, imposita monachis solidorum quatuor pensione annua, ecclesiae Romanae „pro luminariis“ solvenda. Privilegia iis concedit „pro voto et amore dilectissimi et carissimi filii sui imperatoris, cum summa reverentia nominandi, Ottonis et Adalaisae carissimae imperatricis, coniugis eius, filiae carissimae suae spiritualis“. (Clausula bullae: „Script. p. m. Leonis cet. a. 963, in mense Decembri, ind. VII.“ praebetur in bibl. nat. Paris. ms. lat. 12762. f. 313.) Baluzii Misc. III. 5, Migne 134 p. 994. — „Si semper sunt“. |
| | | **964.** |
| Ian. 4. | In ecclesia S. Petri | fuisse videtur, cum „Romani sub iureiurando fidelitatem (Ottoni) imperatori et (Leoni) papae promiserunt“. Continuator Reginonis 964 p. 626. |
| c. Febr. | Roma | fugit ad Ottonem imperatorem. Liudprandi Hist. Otton. c. 18 p. 345, Continuator Reginon. 964 l. l. Cf. Vit. pont. l. l. |
| | Prope Spoletum | pervenit ad imperatorem „in partibus Spoletiae“. Vit. pont. l. l. Cf. Herim. Aug. chron. 964. p. 115. |
| Apr. 3. | In Camerino ducatu | „Pascha“ cum Ottone imperatore celebrat. Contin. Reginon. 964 l. l. |
| Iun. 13. | | †3703 Monasterii, quod vocatur Aula regia, bona confirmat. (Dat. „in ecclesia Lateranensi“.) Wiener Sitzungsber. XCIV. 697 et 703. (Memorat etiam hanc bullam index tabularum, in archivio Arcis S. Angeli asservatarum, ap. v. Pflugk-Harttung Iter p. 87.) — „In nomine patris“. |
| „ 23. | Romae | „In sedem apostolicam restituitur“ a Romanis. Contin. Reginon. 964. |
| „ | In ecclesia Lateranensi | Synodus, praesente Ottone I. imperatore, in qua Benedictus V. et pontificatu et presbyteratu orbatur, diaconi vero munere, petente imperatore, fungi in exsilio ei permittitur. Liudprandi Hist. Ottonis c. 22. p. 346, cf. MG. Leg. II. 32. |
| | In patriarchio Lateranensi in ecclesia S. Salvatoris | †3704 (2842) Synodo convocata, „ad exemplum b. Adriani sedis apostolice episcopi, qui eiusmodi sanctam synodum constituit et domno Karolo, victoriosissimo regi Francorum ac Langobardorum ac patricio Romanorum, patriciatus dignitatem ac ordinationem apostolicae sedis et episcopatuum concessit, Ottoni primo, Teutonico regi, eiusque successoribus huius regni Italie“ concedit „tam sibi facultatem successorem eligendi, quam summe sedis apostolice pontificem ordinandi, ac per hoc archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi tamen ab eo investituram suscipiant et consecrationem recipiant undecumque pertinuerit, exceptis his, quos imperator pontifici et archiepiscopis concessit; ita demum asserit, ut nemo deinceps eligendi regem vel patricium sive pontificem summe sedis apostolice, aut quemcumque episcoporum vel ordinandi habeat facultatem, sed soli regi Romani imperii hanc reverentie tribuit facultatem, absque omni pecunia hec omnia superius disponenda; et ut ipse sit rex et patricius. Quod si a clero et populo quis eligatur episcopus, nisi a supradicto rege laudetur et investiatur, a nemine consecretur“. MG. Leg. II. 167, Watterich I. 675, Migne 134 p. 992, (Fragm. in Ivonis panorm. VIII. c. 136, Gratiani decr. I. D. 63 c. 23). — „Convenit apostolico“. |
| | In palatio Lateranensi in ecclesia S. Salvatoris | †3705 In synodo, rogatu Ottonis imperatoris, congregata statuit, ut „populus Romanus neque usum electionis apostolicae sedis neque patriciatus vel regiae potestatis expetat, sed solus rex Romani imperii summe sedis apostolicae pontificem eligendi ac ordinandi facultatem habeat, consecrationem tamen ab episcopis iuxta canonicam consuetudinem (papa) suscipiat. Insuper episcopos in provinciis eligendi et ordinandi habeat potestatem, ut si quis episcopatum desiderat, ab eo reverenter anulum ac pastoralem suscipiat virgam. Sed si a cuncto populo et clero quis eligatur episcopus, nisi primum ante conspectum principis ducatur et ab eo laudetur et investituram susceperit, non consecretur. Sibimet quoque et quemcunque voluerit, eligat successorem“. Floss Papstwahl Urk. p. 147. (Sat est revocare ad ea, quae de hac |

**964.**

bulla disputaverunt Giesebrecht I. 834, Hefele IV. 622, Bernheim in Forsch. z. d. Gesch. XV. 618.) — „Convenit apostolico moderamine".

In patriarchio Lateranensi. †3706 (CCCLXIX) Ottoni imperatori et Adeleidae coniugi eius et eorum successoribus omnia in perpetuum restituit, quae „domnus Karolus rex Francorum ac Longobardorum et patricius Romanorum, nec non Pipinus pater eius de regalibus rebus huius regni Italiae tribuerunt in sancta Romana ecclesia b. Petri apostoli, sive per instrumenta quae scripta fuerunt per Etherium notarium suum, sive per sacramenta vel per donationem, seu per alios modos, sive obvenerunt per donationes de Iustiniano imperatore et de Ariperto rege". (In quibusdam codd. additur: „Scr. p. m. Gregorii archinotarii nostri; Dat. in patriarchio Lateranensi III. kal. Maii" cet.) MG. Leg. II. 168, Watterich I. 679, (Migne 134 p. 996). — „Quod domnus".

Nov. 10. Iuxta altare. †3707 (CCCLXVII) Monasterii Schutterani de presbyterorum beneficiis privilegium confirmat, praefatus Widonem, episcopum Albanensem, cum „ad sanctam Magdeburgensem ecclesiam ex apostolica auctoritate sublimandam" missus esset, redeuntem in monasterium venisse abbatemque Romam secum duxisse. (Scripta bulla est „per manum Petri notarii ac scriniarii S. R. E. coram domino Ottone imperatore, filio quoque eius Ottone, atque imperatrice Adelheida, ac Hattone S. Moguntinensis ecclesiae et Brunone Coloniensis eccles. archiepiscopis, Annone Wormatiensi, Othwino Hildensi, Okkero Argentinensi, Conrado Constantiensi, Hartperto Curiensi episcopis" cet.) Grandidier Hist. d'Alsace I. Pièces just. p. 132, Marian Gesch. der österr. Clerisey II. 408. — „Quoniam vicarium".

„ 11. Iuxta altare S. Petri. †3708 (CCCLXVIII) Cellae Meginradi consecrationem divinitus factam, ratam habet praesente Ottone imperatore filioque Ottone atque Adelheida imperatrice, petente Cunrado, episcopo Constantiensi, suadentibus Hattone Moguntino, Brunone Coloniensi archiepiscopis, Annone Wormatiensi, Ottuino Hildesheimensi, Okkone Mindensi, Erkenbaldo Argentinensi, Hartberto Curiensi episcopis. („Script. p. m. Petri notarii et scriniarii S. R. E.") Hartmann Annal. Her. p. 71, Orig. Guelf. II. 249. — „Convenit apostolico".

**963—965.**

3709 (2844) *Archiepiscopi Ravennatis de parte comitatus Ferrariensis privilegium confirmat. Vide tab. ap. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 81—84, (v. Pflugk-Harttung Iter p. 183).

**965.**

c. Mart. Moritur inter diem 20. m. Febr. et 13. m. Apr., ut liquet ex tabulis ap. Muratori Ant. It. V. 769: „tempore Leonis VII. (lege: VIII.) et a. 4. imp. Ottonis, ind. 8, m. Febr. d. 20", et ap. Georgium in Baronii Annal. ed. Luc. XVI. 156: „anno 4. imp. Ottonis m. Aprili d. 13, ind. 8, post discessum Leonis sanctissimi et VIII. papae". Cf. tab. ap. Galletti Del primic. p. 210: „a. 4. imp. Ottonis, post excessum domni Leonis papae adhuc in sede b. Petri nullus advocatus sedebat pontifex mense Iulio die 8, ind. 8". Continuator Reginon. 965 in MG. SS. I. 627: „Eodem anno dominus Leo papa obiit".

## BENEDICTUS V. 964.

**964.**

Mai. Romae. Eligitur a Romanis, mortuo Iohanne XII. Contin. Reginon. 964 in MG. SS. I. 626, Liudprandi Hist. Otton. c. 20 ibid. III. 346, Gerberti Acta conc. Remens. ibid. 672, Benedicti S. Andreae monachi chron. ibid. 718, Herim. Aug. chron. 964 ibid. V. 115. Cf. Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 328, ap. Watterich I. 48: „sine consensu et voluntate domni imperatoris Benedictum (diaconum) elegerunt".

„ „ Consecratur „nolente imperatore". Continuator Reginon. 964 l. l., Herim. Aug. chron. 964 in MG. SS. V. 115.

Iun. Urbis muros „ascendit, imperatori (Romam oppugnanti) suisque fidelibus excommunicationem comminans". Cont. Reginon. 964 l. l.

**946.**

| | | |
|---|---|---|
| Iun. 23. | Romae | traditur imperatori a Romanis „in vigilia praecursoris, IX. kal. Iulii“. Continuat. Reginon. 964 l. l. Cf. Liudprandi Hist. Otton. c. 20 l. l., Benedicti S. Andreae monachi chron. c. 37 p. 718, Vit. pont. l. l. |
| „ | In ecclesia Lateranensi | in synodo Leonis VIII. et Ottonis I. imperatoris, et pontificatu et presbyteratu orbatur, sed diaconi muneris in exsilio fungendi veniam accipit. Liudprandi Hist. Otton. c. 22 p. 346, Continuator Reginon. 964. |

**965.**

| | | |
|---|---|---|
| | In Franciam | perductus, Adaldago archiepiscopo Hamburgensi custodiendus ab Ottone imperatore traditur. Contin. Reginon. 965 p. 627. Cf. Annal. Hildesh. 963 in MG. SS. III. 60 et Adami Gest. Hamb. eccl. pont. L. II. c. 10 ibid. VII. 308, Flodoardi Annal. 965 ibid. III. 407, Gerberti Acta conc. Remens. ibid. p. 672, Benedicti S. Andreae monachi chron. c. 37 ibid. p. 718. |
| | Hamburgi | „magno cum honore detinetur usque ad obitum“. Adami Gest. Hamb. eccl. pont. l. l., cf. Annal. Hild. 963, Thietmari chron. L. II. c. 18, L. IV. c. 12 in MG. SS. III. 752. 772. |

**966.**

| | | |
|---|---|---|
| Iul. 4. | Hamburgi | Moritur „IV. nonas Iulii“. Adami Gest. Hamb. eccl. pont. l. l. Necr. Weissenb. ap. Böhmer Fontes IV. 312, Diptychon Bremense in Vaterl. Archiv f. Niedersachsen 1835 p. 296. — Quo anno obierit Benedictus, non est traditum; sed cum in catal. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1639 anni 2 diesque 2 ei ascribantur et Annales Altah. 964 in MG. SS. XX. 787 eum „paullo“ postquam Adaldago, archiepiscopo Hamburgensi, committeretur, e vita discessisse narrent, mortem eius ad a. 966 referendam esse puto. Cf. etiam Watterich I. 63 n. 1. Ossa eius inter a. 983 et 988 a Razone translata Romam sunt, Thietmari chron. L. IV. c. 40 p. 785; cf. Giesebrecht Wendische Geschichten I. 195. |

---

# IOHANNES XIII. 965—972.

Praeter indictiones et annos tum pontificatus tum imperatorum in nonnullis Iohannis XIII. tabulis (3728. 3738. 3741) incarnationis dominicae quoque anni leguntur.

Scriptae bullae sunt per manum
- Leonis scriniarii S. R. E. (3710)
- Stephani notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (3714. 3715. 3716. 3717. 3721. 3722. 3723. 3724. 3728. 3731. 3735. 3738. 3739. 3741. 3742. 3754. 3760. 3762. 3763. 3764. 3765)
- Theodori notarii S. R. E. (3725)
- Leonis notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (3734. 3761)
- Georgii notarii et scriniarii S. R. E. (3746. 3747. 3749).

Datae p. m.
- Widonis s. Silvae-candidae episcopi et bibliothecarii s. ap. sed. (3710. 3713. 3714. 3716. 3721. 3723. 3724. 3728. 3738. 3739. 3741. 3742. 3754. 3760. 3764)
- Sicconis episcopi (3722; sed supplenda videntur verba: „S. Bleranae ecclesiae cet.“, ut in linea subsequenti)
- Sicconis episcopi s. Bleranae ecclesiae ad vicem Widonis ep. et bibl. s. sed. ap. (3736)
- Andreae episcopi s. Amerinae ecclesiae (3761. 3762. 3763).

**965.**

| | | |
|---|---|---|
| c. Sept. | Romae | Eligitur. Continuat. Reginon. 965 in MG. SS. I. 627: „Leo papa obiit. Tunc legati Romanorum, Azo videlicet protoscriniarius et Marinus Sutriensis eccclesiae episcopus, imperatorem, pro instituendo quem vellet Romano pontifice, in Saxonia adeuntes, honorifice suscipiuntur et remittuntur. Et Otgarus, Spirensis episcopus, et Liuzo, Cremonensis episcopus, cum eisdem Romam ab imperatore diriguntur. Tunc ab omni plebe Romana Iohannes, Narniensis ecclesiae episcopus, eligitur“. Ratherii Itinerarium in Opp. p. 440, ap. Migne 136 p. 582: „imperatorem, qui . . . Iohannem episcopum, . . . ad idem opus electum, Romuleae quidem urbi papam instituit dignissimum“. Vit. pont. e cod. Est. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 329: „omnes Romani a minimo usque ad maximum elegerunt domnum Iohannem“. |

**965.**

| | | |
|---|---|---|
| Oct. 1. | Romae | Consecratur inter d. 29. m. Sept. et d. 18. m. Oct., ut ex ipsius Iohannis bullis colligere licet in MG. SS. IV. 471: „data 3. kal. Oct. a. pont. 5, imp. Ottonis maioris a. 9, minoris 3, ind. 14, a. inc. 970", et ap. Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 95: „dat. 15. kal. Nov. a. pont. 4, imp. Ottone a. 7. filioque eius a. 1, ind. 12, an. inc. 968". Probandi sunt igitur a. 6 m. 11 d. 5, qui in nonnullis catalogis Iohanni assignantur; quos si a supremo Iohannis die 6. m. Sept. a. 972 computamus, consecratio ad dominicum diem 1. Oct. 965 revocetur necesse est. |
| Dec. 16. | E palatio Lateranensi | eiicitur. Benedicti S. Andreae mon. chron. c. 39 in MG. SS. III. 719: „Romani vero secundum consuetudinem illorum malignam eiectus papa de Lateranensis palatio, alii percutiebant caput eius, alii alapas in facies eius percutiebant, alii nautes nutis cruciabantur". Contin. Reginon. 965 p. 628: „Qui (Iohannes) statim maiores Romanorum elatiore animo, quam oporteret, insequitur, quo in brevi inimicissimos et infestos patitur. Nam ab Urbis praefecto et quodam Rotfredo comprehenditur et urbe expulsus . . .". Catal. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1639: „Sed postquam sedit menses 2 d. 16, comprehensus est a Rodfredo comite et Petro praefecto cum populo Romano". Cf. Vit. pont. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 330, Watterich I. 64. 684. |
| „ | In castello S. Angeli | „recluditur". Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 330, Watterich I. 64. 684; Heriman. Aug. chron. 969 in MG. SS. V. 116. |
| „ | In Campania | „custodiae mancipatur", Contin. Regin. 965. Benedicti S. Andr. mon. chron. c. 39: „in Campaniae finibus inclusus". Vit. pont. l. l. „Exinde illum extrahentes mandaverunt Campaniam in exilium". |

**966.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 1. Oct. — 2, imp. Ottone a. 4. — 2. Febr. — 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| | E custodia | liberatur. Contin. Regin. 966: „Imperator Italiam intravit. Tunc Romani . . . a custodia, qua tenebatur, Iohannem apostolicum absolvunt". Benedicti S. Andreae mon. chron. c. 39: „Iohannes papa fugatus de custodia in Marsorum regione . . .". |
| | Capuae | Leonis chron. mon. Cas. L. II in MG. SS. VII. 635: „Huius abbatis (Aligerni) nono decimo (al. octavo decimo) anno Iohannes papa de Roma exiliatus venit Capuam et rogatus a principe Pandulfo, tunc primum in eadem civitate archiepiscopatum constituit, Iohanne eiusdem principis fratre inibi consecrato". |
| | Sabinensem | agrum „ostiliter ingreditur". Benedicti S. Andreae mon. chron. l. l. |
| | In Tusciae | finibus. Bened. S. Andreae mon. chron. l. l. |
| Nov. 14. | Romam | revenit, cum „mansisset in exilio m. 10 d. 28 (al. 26)", Vit. pont. l. l., Catal. papar. l. l. Benedicti S. Andr. mon. chron. l. l.: „ad Roma est reversus, et clero et populo Romano cum ymnis et laudibus obviam ei precesserunt". Cf. Contin. Reg. 966. |
| „ („) | Ap. S. Petrum | sacra procurat. Bened. S. Andr. mon. chron. l. l. |
| „ („) | In palatium | (Lateranense) ingreditur. Bened. S. Andr. mon. chron. l. l. |
| Nov. 16. | | 3710 Monasterii Gerensis, rogatu Attonis abbatis, possessiones confirmat, idque sedis apostolicae ditioni subiungit. Anal. iur. pont. X. 311. — „Convenit apostolico moderamini". |

**966. 967.**

†3711 Monasterium S. Bartholomaei extra muros Ferrarienses tuendum suscipit possessionesque eius et iura confirmat. Abbatis Godefridi electionem ratam habet. v. Pflugk-Harttung Iter p. 183. — „Apostolicam sedem".

**967.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 2. — 1. Oct. — 3, imp. Ottone a. 5. — 2. Febr. — 6.)*

| | | |
|---|---|---|
| c. Ian. 11. | Romae ap. S. Petrum | Synodus. Vide Ottonis I. imperatoris diploma, die 11. Ian. Romae datum, in quo sic legitur: „in gremio basilice S. Petri apostoli, ubi cum domno Iohanne XIII. papa sancte synodo pro utilitate eiusdem ecclesiae et venerabilium locorum intereramus, circumsedentibus cum Ravennate archiepiscopo plurimis episcopis e Romano territorio atque Italie et ultramontano regno" cet. Muratori Ant. It. V. 465. |
| Ian. 24. | Ravennae | 3712 Edgardo, Anglorum rege, petente, monasterii S. Petri (Westmonasteriensis) „ab antiquis Angliae regibus a potestate episcopi Londiniensis erepti" libertatem confirmat eiusque fratribus liberam abbatis eligendi facultatem concedit. (Bulla, Edgardi regis tabulae inserta, non est a suspicione remota). Mon. Anglic. nov. ed. I. 292. — „Quia litteris". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **967.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 2. — 1. Oct. — 3, imp. Ottone a. 5. — 2. Febr. — 6.)* |
| Febr. 27. | | 3713 (2845) „Ariberto archiepiscopo“ (Petro Ravennati) curtem Firminianam concedit. (Vitia multa, quae insunt in hac bulla, quamvis emendare arduum sit, tamen falsam eam non putaverim). Amadesius Ant. Rav. chronot. II. 328. — „Quotiens illa“. |
| Mart. 31. | Ravennae | cum Ottone I. imperatore „pascha celebrat“. Continuat. Regin. 967 p. 628. |
| Apr. 7. | „ | „prope S. Severum infra civ(itatem) dudum Classis“ una cum Ottone imperatore residet. Vide tab. ap. Fantuzzi Mon. Ravennat. II. 27, (ubi pro „die septimo de mense Apr.“ fortasse legendum est „die septimo decimo mens. Apr.“). |
| „ | „ | Concilium, in quo Otto I. imperator „multa ad utilitatem sanctae ecclesiae adinvenit et apostolico Iohanni urbem et terram Ravennatium, aliaque complura, multis retro temporibus Romanis pontificibus ablata, reddidit“. Continuat. Regin. 967 l. l. In hoc concilio „mediante Aprili“ celebrato de „mulierositate relinquenda“ statutum esse, prodit Ratherius in ep. 12, Opp. p. 561, ap. Migne 136 p. 679; cf. ibid. Ratherii Vitam § 18. |
| „ 15. | „ | 3714 (2846) In concilio canonicorum Bononiensium immunitatem confirmat. (Integram huius bullae clausulam ex autographo in tab. capit. Bonon. asservato praebet v. Pflugk-Harttung Iter p. 183.) Sigonius De episc. Bonon. p. 51, Ughelli It. sacr. II. 13, Mansi XVIII. 509, Cocqu. I. 261, Migne 135 p. 951, (Savioli Ann. Bol. I. II. 45, Vesi documenti I. 288). — „Cum ego“. |
| „ 20. | „ in ecclesia S. Severi | 3715 (2847) In concilio ecclesiam Magdeburgensem, Ottone I. imperatore postulante, metropolim Brandenburgensis et Havelbergensis episcopatuum constituit, eiusdemque archiepiscopis dat „potestatem per congrua loca, ubi per illorum praedicationem Christianitas creverit, episcopos ordinare, nominatim nunc et praesentialiter Merseburg, Cici et Misni“. Boysen Allg. hist. Mag. I. 122, Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 94, L uckfeld Ant. Halb. p. 647, Mansi XVIII. 509, Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 242, II. Hauptth. I. 3, Migne 135 p. 952. — „Notum esse“. |
| „ 23. | („) | 3716 (2848) In concilio parthenonem Quedlinburgensem, rogatu Mathildis abbatissae, tuendum suscipit, bonaque eius confirmat, imposito ei librae argenti tributo annuo. (Inter „Iohanne“ et „Spirense“ verba quaedam excidisse videntur.) Erath Cod. dipl. Quedl. p. 13, (ibid. tab. VI. specimen scripturae praebetur), Migne 135 p. 972. — „Quia per beatum“. |
| „ 25. | „ | 3717 (2849) In concilio Heroldum, quondam archiepiscopum Salzburgensem, oculis privatum, qui a superioribus pontificibus Romanis deiectus, sacra facere pallioque uti non destiterit, damnat, et Fridericum, successorem eius, comprobat. (Subscripserunt praeter Ottonem imperatorem episcopi 59.) Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang p. 183, Ludewig Rer. Germ. Scr. II. 347, Hund Metr. Sal. I. 51, Mansi XVIII. 499, Cocqu. I. 261, Gloria Cod. dipl. Pad. p. 73, Migne 135 p. 954. — „Sanctitati et“ „Sanctitati ac“. |
| („) | „ infra basilicam b. Apollinaris | 3718 (2850) „In generali placito cum Ottone imperatore“ ecclesiae Ferrariensis privilegia et possessiones, petente Martino episcopo, confirmat. (Tabula suspecta. Cf. Koepke und Dümmler Otto d. Grosse p. 417.) Mansi XIX. 1, Migne 135 p. 956. — „Denunciantes mandamus“. |
| | | 3719 (2851) *Ottoni II. regi „literas invitatorias mittit, ut ad natalem Domini (25. Dec.) Romae celebrandum festinet“. Vide Continuat. Reginon. 976 p. 629. |
| (Mai.) | Romam | revertitur. Continuat. Reginon. 967 l. l. |
| Sept. 7. | Beneventi | Annales Beneventani 967 in MG. SS. III. 176. (Muratori Ant. It. I. 255.) |
| Dec. 21. | Romae | „In gradibus b. Petri residens“ Ottonem I. imperatorem et Ottonem II. regem honorifice suscipit „12. kal. Ianuarii“. Annalista Saxo 967 in MG. SS. VI. 620. |
| „ 25. | Romae in ecclesia b. Petri | Ottoni II. imperatoriam coronam imponit, praesente Ottone I. Vide epist. Ottonis I. in Widukindi rer. gest. Saxon. L. III. c. 70 in MG. SS. III. 465: „in nativitate Domini“; Annal. Saxo 967: „sequenti die (deesse videtur: nativitatis dominicae) ante confessionem b. Petri“ . . . ; cf. Marian. Scot. 968 (990): „Otto, filius Ottonis imp., a Iohanne papa ante altare s. Petri cum patre suo coronatus est“. |
| „ | „ | Synodus praesentibus Ottone I. et II. imperatoribus, quam inter d. 25. et 31. Dec. medio tempore habitam esse, liquet ex iis, quae sequuntur, bullis. |
| | | †3720 (CCCLXX) Bolezlao (Bohemorum duci) permittit, ut „ad ecclesiam SS. Viti et Wenceзlai (Pragensem) fiat sedes episcopalis; ad ecclesiam vero S. Georgii congregatio sanctimonialium, verumtamen non secundum ritus aut sectam Bulgarie gentis, vel |

**967.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 2. — 1. Oct. — 3, imp. Ottone a. 5. — 2. Febr. — 6.)*
Ruziae aut Sclavonicae linguae, sed magis sequens instituta et decreta apostolica". (Huius bullae fides non satis est explorata. Jaffé inter spurias eam posuerat, Wattenbach Die slav. Lit. in Böhmen, Abh. d. hist. phil. Ges. in Breslau I. 226 pro genuina habet. Cf. infra ep. 3778.) Cosmae Chron. 967 in MG. SS. IX. 49, Annalista Saxo 967 ibid. VI. 619, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. V. 833, Boczek C. D. M. I. 86, Cocqu. I. 267, Migne 135 p. 997. — „Iustum est".

**968.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 3. — 1. Oct. — 4, imp. Ottone a. 6. — 2. Febr. — 7, et filio a. 1.)*

Ian. 1. 3721 (2852) Parthenonem Gandersheimensem tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, ab Ottone maiore et minore imperatoribus rogatus „in synodo, quae apud corpus b. Petri apostolorum principis acta est in mense Decembris et indictione undecima". Leuckfeld Ant. Gandersh. p. 79, Mansi XVIII. 529, Marini I papiri p. 50, Bréquigny Dipl. et chart. II. 684, Harenberg Hist. eccl. Gand. p. 620, Pflugk-Harttung Acta I. 8, Migne 135 p. 959, 215 p. 599. — „Si piis votis".

„ 2. 3722 (2853) Monasterii S. Maximini Trevirensis privilegia, petente Thietfrido abbate, confirmat, in his ut „perenniter sub mundiburdio regum vel imperatorum permaneat". („Lectum in synodo Romae habita, assidentibus divis imperatoribus Ottone magno filioque eius aequivoco, anno imperii maioris sexto, iunioris primo".) Zyllesius Defensio p. 23, Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 379, Mansi XVIII. 531, Beyer M. U. I. 286, Migne 135 p. 960. (Bulla male descripta; cf. Koepke und Dümmler Otto d. Gr. p. 432 n. 1.) — „Congruit apostolico".

„ 2. 3723 Monasterium Hersfeldense sedis Romanae iurisdictioni submittit, eiusque liberam abbatis eligendi facultatem ac possessiones confirmat, rogatus ab Ailulfo abbate in synodo Romae in ecclesia b. Petri, praesentibus Ottone I. et II. imperatoribus habita. (Praeter duos Ottones subscripserunt 39 episcopi.) Stumpf Acta imp. ined. p. 16. — „Si semper sunt concedenda".

„ 2. 3724 (2854) Monasterium b. Iohannis evangelistae Misnense sub ecclesiae Romanae iurisdictionem subiungit, finesque episcopatus confirmat, rogatus ab Ottonibus imperatoribus in synodo „Romae in ecclesia b. Petri, principis apostolorum" habita. (Subscripserunt praeter Ottonem II. imperatorem episcopi 37. Bulla sine dubio interpolata, sed pro ficta non est habenda.) Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 243, II. Hauptth. I. 5, (Mader Antiqu. Brunsvic. p. 188, Calles Ser. ep. Misn p. 17, Mansi XVIII. 532, Migne 135 p. 961); de fide bullae disseruerunt Büdinger Oesterr. Gesch. I. 314. n. 4, Koepke und Dümmler Otto d. Gr. p. 433, Posse in Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 170. — „Si semper sunt".

„ 3725 (2855) Monasterii Dolensis (dioec. Bituric.) possessiones privilegiaque confirmat, petente Ramnulpho abbate. Gall. Chr. II. Instr. p. 44, Bouquet Rec. IX. 236, Migne 135 p. 965. — „Apostolicae moderationi".

3726 (2856) *Ratherio, episcopo Veronensi, et eius successoribus sub anathematis poena praecipit, ne „clericorum se inframitterent rebus". Vide Ratherii Librum apologeticum, in Opp. p. 507, ap. Migne 136 p. 639; cf. ibid. Rath. Vitam § XIX.

3727 (2857) *Nicephorum, imperatorem Graecorum, rogat, „ut parentelam firmamque amicitiam faciat cum dilecto spiritualique filio suo, Ottone Romanorum imperatore augusto". Vide Liudprandi Legationem, c. 47. 49. 50 in MG. SS. III. 357. 358.

Oct. 18. 3728 (2858) Adelberto, archiepiscopo Magdeburgensi, pallium tribuit. Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 95, Boysen Allg. hist. Mag. I. 134, Leuckfeld Ant. Halb. p. 653, (Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 246, II. Hauptth. I. 8). — „Si pastores ovium".

„ †3729 (2859) Adalberto, archiepiscopo Magdeburgensi, eiusque successoribus, „omnium ecclesiarum archiepiscoporum et episcoporum, qui in Germania sunt ordinati, in sedendo, in iudicando, in confirmando, in subscribendo, in sententiis dandis, omnique ecclesiastico ordine primatum" concedit. Ita addit: „Eorum vero, qui sunt in Gallia, id est Moguntiensis, Treverensis et Coloniensis ecclesiae in omnibus parem honorem et similem vigorem praesenti privilegio confirmamus". Alia privilegia adiicit. („Script. p. m. Stephani scrin. s. sed. apost.") Forsch. z. d. Gesch. XVII. 236, (Boysen Allg. hist. Mag. I. 128, Leuckfeld Ant. Halb. p. 653, Mansi XIX. 5, Migne 135 p. 966). De fide bullae vide Grosfeld De archiep. Magd. orig. p. 48 sq. — „Si ea loca".

**968.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 3. — 1. Oct. — 4, imp. Ottone a. 6. — 2. Febr. — 7, et filio a. 1.)*

(Oct.) — †3730 Adelberto, archiepiscopo Magdeburgensi, eiusque successoribus Germaniae primatum similemque honorem asserit, quo in Gallia Coloniensis, Moguntiensis et Treverensis ecclesiae perfruantur. Magdeburgensem „more Romanae ecclesiae 12 presbyteros, 7 diacones, 24 subdiacones cardinales, qui sandaliis et lisinis utantur", habere vult. Forsch. z. d. Gesch. XVII. 235. — „Igitur quia sedem".

„ — 3731 (2860) Adalberti, archiepiscopi Magdeburgensis, arbitrio permittit, „qualiter episcopis Magdeburgensi sedi subiectis parochias rationabiliter et caute dividat et distribuat". (Clausula vitiosa est.) Boysen Allg. hist. Mag. I. 136, Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 98, Mansi XIX. 6, Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 248, II. Hauptth. I. 9, Migne 135 p. 967. — „Ita te, frater".

„ — 3732 (2861) *Ottonem imperatorem „nuntiis ac litteris multimode rogat, ac Dei sanctique Petri apostolorum principis iussu commonet, ut, quando Magdeburgense novum archiepiscopium inter gentiles et christianae fidei dogmate iam nonperfecte excultos situm videatur, abbatia quadam, Wuizzenburg vocata, inter veros et christianae fidei perfectos sita, eandem ecclesiam illuc proprie tradendo sublevet". Vide Sybel und Sickel Kaiserurk. in Abbild. Lief. III. T. 28 et explicationem tab., MG. DDO. 365, (Stumpf 459).

„ — 3733 *Monasterium S. Galli nulli nisi regiae potestati subditum esse vult. Schweizer Urkundenreg. I. 249 no. 1090. (Huius, ut videtur, privilegii mentionem facit Innocentii II. bulla d. 12. Apr. 1139 data; in schedis Jafféi sequentem notitiam invenio: „Ioh. XIII. pro mon. S. Galli 10. Nov. 964?", ex fonte nescio quo.)

Dec. — 3734 (2862) Monasterium Arulense tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, et privilegia constituit, Oliba comite petente. Marca Marca Hisp. p. 893, Bouquet Rec. IX. 237, Cocqu. I. 263. (Gall. Chr. VI. Instr. p. 480, et Bouquet IX. 178, ubi bulla Ioanni VIII. perperam ascribitur, Migne 135 p. 967.) — „Si semper concedenda".

„ — 3735 (2863) Monasterii SS. Germani et Michaelis Cuxanensis bona, petente Oliva comite, confirmat. Marini I papiri p. 52. (Haec bulla Ioanni XV. tribuitur ap. Marcam Marca Hisp. p. 934, Bouquet IX. 250, Cocqu. I. 284. De fide eius dubitandum esse, propter verba: „Dat. Viterbii" aliaque, mira cum incuria contendit Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 402; clausulam enim illam pertinere ad bullam Clementis IV, cui tabula Iohannis inserta est, non vidit.) — „Cum magne (an magna?) nobis".

**969.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 4. — 1. Oct. — 5, imp. Ottone a. 7. — 2. Febr. — 8, et filio a. 2.)*

Ian. 22. — 3736 (2864) Ecclesiae Trevirensis privilegia, petente Theodorico archiepiscopo, confirmat, in his, ut praesul Trevirensis in Galliae Germaniaeque synodis proximus a legatis apostolicis sedeat, „similiter post imperatorem sive regem sedendi, sententiam edicendi et synodale iudicium canonice promulgandi primatum habeat; utpote in illis partibus vicarius sedis apostolicae constitutus". Gesta Trev. ed. Wyttenbach et Müller I. 107, Brower et Masen Ant. et Ann. Tr. I. 472, Hontheim Hist. Trev. I. 305, Cocqu. I. 264, Beyer M. U. I. 288, Migne 135 p. 974. — „Quia licet indigni".

3737 (2865) Theodericum, archiepiscopum Trevirensem, pallio donat, quibusque temporibus eo utatur, significat. Haec addit: „Verum etiam pro inestimabili amore dilectissimi filii nostri domni Ottonis, semper benedicti imperatoris, insuper largimur in natale beatissimi Laurentii (10. Aug.), quo idem gloriosus augustus dimicando suorum hostium meruit victor existere". (Fragmentum.) Beyer M. U. I. 280, (Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 127 not. 1). — „Si pastores ovium".

Mai. 26. — Ante confessionem b. Petri — 3738 (2866) In synodo Landulfum, episcopum Beneventanum et Sipontinum, pallio donat, metropolitanque episcopatuum decem constituit, praesente hortanteque Ottone imperatore, ac petentibus Pandulpho, „Beneventanae et Capuanae urbium principe seu Spoleti et Camerini ducatus marchione et duce, et Landulfo principe, filio eius". (Subscripsit Otto imp. et episcopi 23. Non est cur de fide bullae dubitemus. Cf. Koepke und Dümmler Otto d. Gr. p. 462 n. 3.) Vipera Chronologia p. 70, Ughelli It. sacr. VIII. 61, Cocqu. I. 265, Mansi XIX. 19, Cappelletti Chiese d'It. III. 59, Migne 135 p. 976. — „Cum certum sit".

**969.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 4. — 1. Oct. — 5, imp. Ottone a. 7. — 2. Febr. — 8, et filio a. 2.)*

Nov. 8. 3739 (2867) Monasterii Fuldensis privilegia confirmat augetque, Werinhario abbate „per interventum Ottonis imperatoris" petente. (Pro „a. pont. 4" leg. „5". De fide bullae non dubitaverim; aliter Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 402; cf. Stumpf Reichsk. n. 475 et infra num. †3745.) Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 330, Migne 135 p. 979, (Schannat Dioec. Fuld. p. 243, Cocqu. I. 263). — „Desiderium, quod ad".

**965—970.**

3740 (2868) *Petri, archiepiscopi Ravennatis, privilegium de parte comitatus Ferrariensis confirmat. Vide tab. ap. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 81—84, Ottonis III. dipl. ap. Giesebrecht Gesch. d. d. K. I. 886, (Stumpf 1208).

**970.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 6. — 1. Oct. — 6, imp. Ottone a. 8. — 2. Febr. — 9, et filio a. 3.)*

Sept. 29. 3741 (2869) Monasterii S. Vincentii privilegia et possessiones, petente Deoderico episcopo Metensi, confirmat, abbatique dalmaticam et sandalia mittit. MG. SS. IV. 471, Leibnitii SS. Br. I. 301, Hist. de Metz III. Pr. p. 80, Cocqu. I. 266, Migne 135 p. 980. — „Cum in exarandis".

Dec. 17. 3742 (2870) Stefaniae senatrici eiusque filiis ac nepotibus, dum vivant, civitatem Praenestinam ea lege concedit, ut singulis annis decem auri solidos persolvant. Muratori Ant. It. III. 235, Petrini Mem. Prenest. p. 394, Marini I papiri p. 54, Migne 135 p. 982, Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 6. — „Quotiens illa".

**c. 970.**

†3743 (CCCLXXI) Yterio Arelatensi, Thethbaldo Viennensi, Aymerico Primae Narbonensis, Sylverio Secundae Narbonensis archiepiscopis et Lauderio, Theoderico, Ayrando, Honorato, Pontio et Humberto episcopis, scribit, se vehementer dolere, „quia Primas Arelatensium, quae principatum et caput obtineat caeterarum ecclesiarum, secunda a Romana sede, multimodis lacerationibus eviscerata iaceat". Archiepiscopo Arelatensi datam licentiam esse „abominandi, gladio quoque excommunicationis feriendi eos, qui ei contrario obstiterint". Ecclesiae eius inimicos devovet. Bouche L'Hist. de Provence II. 36, Migne 135 p. 998. — „Scitote vos rectores".

**968—971.**

3744 (2880) Hicterio Arelatensi, Amblardo Lugdunensi, Theutbaldo Viennensi, Stephano Claromontensi, Aimoni Valentinensi, Widoni Vesontionensi, Adoni Matisconensi Frotgario Cabilonensi, Widoni Vellavensi, Landrico Avenionensi, Geraldo Genevensi, Magnerio Lausannensi, Luboino Lurensi (? al. Iurensi), Rostagno Vivariensi episcopis Maiolum, abbatem Cluniacensem, eiusque monasteria commendat. Stephano episcopo (Claromontensi) mandat, ut terram quandam monasterio Celsiniacensi restitui ab Amblardo cogat. Bullar. Clun. p. 5, Mon. pont. Arverniae p. 16, Migne 135 p. 990. Cf. Bernard et Bruel Rec. d. chartes de Cluny II. 333. — Laetemur valde in".

Dec. †3745 Monasterii Fuldensis privilegia confirmat et auget, petente Werinhario abbate. („Scriptum p. m. Leonis secundicerii sed. apostolicae.") Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 408. — „Quia semper sunt".

**971.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 6. — 1. Oct. — 7, imp. Ottone a. 9. — 2. Febr. — 10, et filio a. 4.)*

Ian. 3746 (2871) Ecclesiam Ausonensem archiepiscopalem, episcopumque Othonem archiepiscopum rogatu Borelli comitis (Barcinonensis) constituit ob Tarraconam a Saracenis captam praesuleque orbatam. Martene et Dur. Vet. script. I. 323, Florez Esp. sagr. XXV. 102, Diago Hist. de Barcel. p. 77[b], Puiades Cronica VII. 172, Mansi XVIII. 489, Cocqu. I. 267, Migne 135 p. 983. — „Dilectionem et fraternitatem".

» 3747 Attoni, archiepiscopo Ausonensi, pallii usum concedit. Villanueva Viage literario VI. 277. — „Si pastores ovium".

(„) 3748 (2872) Guisado Urgellensi, Petro Barcinonensi, Sonario Elenensi episcopis significat, se ecclesiam Tarraconensem Ausonensi subiunxisse, Attonemque archiepiscopum con-

**971.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 6. — 1. Oct. — 7, imp. Ottone a. 9. — 2. Febr. — 10, et filio a. 4.)*

secrasse ac pallio donasse. Cui ut obediant, hortatur. Florez Esp. sagr. XXVIII. 96, Puiades Cronica VII. 174, Migne 132 p. 984. — „Comperiat fraternitas".

Ian. — 3749 Sunario episcopo (Elenensi) et „Gaucefredo comiti, genitori eius", et cunctae plebi atque archidiacono et ceteris canonicis ecclesiae Gerundensis significat, sese „Tarraconensem ecclesiam ecclesiae Ausonensi univisse", Attonemque archiepiscopum pallio donasse. Haec addit: „et quod eum ad hoc agendum idoneum reperimus, eundem Gerundensis vestrae ecclesiae provisorem concedimus et ordinamus"; cui ut pareant, praecipit. Villanueva Viage literario VI. 276, Anal. iur. pont. X. 313. — „Nec vos latere".

(„) — 3750 (2878) „Gloriosissimo" (comiti Barcinonensi) significat, quia „neophitus" Gerundensi ecclesiae contra canones praefectus episcopus esset (Miro), Attonem archiepiscopum (Ausonensem) eiusdem ecclesiae, „provisorem et gubernatorem" a sese constitum esse. Florez Esp. sagr. XXVIII. 242, Migne 135 p. 988. — „Agnovimus qualiter".

(Romae) — 3751 (2873) In generali synodo monasterium S. Mariae Glastoniense, rogatu Edgari Anglorum regis Dunstanique archiepiscopi Cantuariensis, tuendum suscipit et eius bona privilegiaque confirmat. Willelmi Malmesbir. De antiqu. Glast. eccl. ap. Gale H. Br. SS. I. 321, Gest. reg. Angl. L. II. ed. Savile 31$^{b}$, ed. Hardy I. 241, Mansi XIX. 24 et 27, Wilkins Conc. I. 257, Monast. Anglic. nov. ed. I. 43, Cocqu. I. 269, Migne 135 p. 984. — „Noverit cunctorum".

3752 (2874) Aluricum (al. Aelfricum) ducem hortatur, ut desinat monasterio S. Mariae Glastoniensi iniurias iniungere. Willelmi Malmesbir. Gest. reg. Angl. L. II. ed. Hardy I. 246, Wilkins Conc. I. 257, Mon. Anglic. nov. ed. I. 63, Mansi XIX. 27. — „Relatione quorumdam".

3753 (2875) Edgaro regi, per Dunstanum archiepiscopum (Cantuariensem) petenti, concedit, ut e monasterio S. Trinitatis et SS. Petri et Pauli Wintonensi clerici eiciantur, et monachi per Ethewaldum episcopum in illorum locum substituantur. Mansi XVIII. 483, Cocqu. I. 262, Migne 135 p. 985. — „Quoniam semper".

Dec. 25. — „ — „In die natalitia domini". Richeri Hist. L. III. c. 25 in MG. SS. III. 614.

„ 25. — 3754 (2876) Monasterium S. Mariae (Thangmarsfeldense), a Gerone, archiepiscopo Coloniensi, et eius fratre Thietmaro marchione conditum, confirmat, privilegiisque ditat, petente Gerone archiepiscopo. Knaut Ant. pag. Anhalt. p. 32, Eccard Hist. gen. pr. Sax. sup. p. 145, Heinemann Cod. dipl. Anhalt. I. 38, Migne 135 p. 986, (Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 251, cf. ibid. p. 11 n. 31). — „Creditae speculationis".

**c. 971.**

3755 (2877) Girardo, episcopo Augustodunensi, petente, invasores possessionum S. Symphoriani excommunicat et anathematizat. (Cf. supra 3685.) Mansi XVIII. 450, Bouquet IX. 235, Migne 135 p. 987. — „Ego in dei".

**965—972.**

3756 (2879) Universos episcopos proceresque „citerioris Britanniae", proposita excommunicatione, hortatur, ut ad Arduini, archiepiscopi Turonensis, auctoritatem revertantur. Mansi XVII. 258, ubi Iohanni VIII. non recte ascribitur epistola, et XVIII. 482, Bouquet Rec. IX. 238, Martene Thes. III. 868, Morice Mém. de Bret. I. 347, Migne 135 p. 989. — „Quia vice beati".

3757 Fratrum monasterii S. Michaelis (de Periculo-maris) disciplinam confirmat eisque abbatis eligendi facultatem concedit rogatu Lotharii, Francorum regis, Hugonis, archiepiscopi Rotomagensis, et Richardi, Normannorum marchisi. (Suspecta. In Annalibus Mont. S. Mich. ap. Delisle Chronique de Rob. de Torigny II. 217. 235 modo a. 960, modo 965 ascribitur.) Huynes Hist. du Mont-St.-Michel I. 216. — „Noverit cunctorum".

3758 *Bulla fratribus S. Anthimi data statuit, „ut in plebe S. Salvatoris, in plebe S. Iohannis seu etiam in aliis ecclesiis ad monasterium pertinentibus, si id necessitas exegerit, baptismus debeat celebrari". Vide Anastasii IV. bullam d. d. 31. Oct. 1153 ap. Ughelli It. sacr. I. 993, Migne 188 p. 994.

3759 *Episcopum Albensem „ob raritatem plebis" ecclesiae Astensi subiicit. Vide v. Pflugk-Harttung Iter p. 183.

| | | |
|---|---|---|
| | | **972.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 7, imp. Ottone a. 10. — 2. Febr. — 11, et filio a. 5.)* |
| Apr. 14. | Romae in ecclesia S. Petri | Theophanu, Ottoni II. imperatori nuptam, „18. kal. Mai, die dominica prima post resurrectionem Domini, apostolica benedictione dignificat“. Annal. Altahens. 972 in MG. SS. XX. 787; Benedicti S. Andr. monachi chron. c. 38 ibid. III. 718: „in ecclesia apostolorum principis“. Cf. Annales Lobienses 972 ibid. III. 211. |
| „ 20. | Laterani | 3760 (2881) Parthenonis S. Mariae et S. Martini prope Papiam siti tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, rogante „Hepiphania“ imperatrice. (Archetypum huius bullae cum non habeamus, verane sit an falsa dicere arduum est, eamque librarii vitio depravatam esse putem. Aliter sentit Dümmler in Jahrb. Otto's d. Gr. p. 485.) Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Lang. p. 1275. Cf. Robolini Notizie II. 283. 284. — „Cum concedenda sunt, quae“. |
| „ 21. | | 3761 (2882) Monasterii b. Petri Bremetensis libertatem, privilegia, possessiones, rogante Theodorico Metensi episcopo, confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 228, Malaspina Sulla patr. del. chr. Nov. p. 92. — „Si semper“. |
| „ 23. | | 3762 (2883) Monasterii Mosomensis bona, petente Adalberone archiepiscopo Remensi, confirmat. D'Achery Spic. II. 570, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. V. 358, Bouquet Rec. IX. 239, Marlot Metr. Rem. II. 7, Cocqu. I. 269, Marini I papiri p. 55, Mansi XIX. 31, MG. SS. XIV. 614, Migne 135 p. 991. — „Si ecclesias longe“. |
| „ 23. | | 3763 (2884) „Archimonasterii“ S. Remigii possessiones, Adalberonis archiepiscopi Remensis rogatu, confirmat. Mansi XVIII. 485, Bouquet Rec. IX. 240, Cocqu. I. 269, Migne 135 p. 992. (Iterata in Innoc. IV. confirm. ap. Berger Rég. d'Innoc. IV. I. 67, Potth. 11223.) Cf. scripturae specimen ap. Mabillon De re dipl. p. 445. — „Convenit apostolatui“. |
| „ 24. | | 3764 (2885) Monasterii S. Salvatoris Papiensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia constituit, petente Adelheida imperatrice. Margarini Bull. Cas. II. 46, Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Langob. p. 1277, Migne 135 p. 994. — „Quoniam concedenda“ „Quum concedenda“. |
| | | 3765 (2886) Petro, episcopo Papiensi, significat, quibus privilegiis monasterium S. Salvatoris a sese ornatum sit. Margarini Bull. Cas. II. 47, Cocqu. I. 270, Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Langob. 1281. — „Cum piae desiderium“. |
| Mai. 25. | Ravennae | Vide chartam Ottonum imperatorum in MG. DDO. 410, (Stumpf 506), in qua sic est: „Cuius (i. e. Honesti archiep. Rav.) dignis petitionibus adsensum (praebere) volentes, consensum (leg. consensu) domni Iohannis summi pontificis nostrique spiritualis patris . . . concedimus“ cet. |
| | | 3766 (2887) *Monasterii Laubiensis immunitatem confirmat. Vide Annal. Laub. 972 in MG. SS. IV. 17. |
| Sept. 6. | | Moritur „VIII. id. Sept. ab inc. dom. a. 972“. Titulus sepulcralis ap. Baronium Annal. 872, ap. Watterich I. 86. |

## BENEDICTUS VI. 972—974.

Benedicti VI. bullae sunt scriptae per manum
Stephani notarii regionarii et scriniarii s. sed. apost. (3768. 3770. 3776. 3777)
Benedicti scriniarii s. summae et apost. sed. (3769).
Datae p. m.
Widonis episcopi et bibliothecarii s. sed. apost. (3768. 3776)
Iohannis Deo amabilis primicerii s. ap. sed. (3769)
Iohannis episcopi et bibliothecarii s. sed. apost. (3770).

| | | |
|---|---|---|
| | | **972.** |
| Sept. Dec. | | Eligitur. Vit. Pont. e cod. Est. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 332, ap. Watterich I. 65: „Hic fuit electus V anno regis Ottonis, ind. prima“. |
| | | **973.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 1, imp. Ottone a. 11. — 2. Febr. — 12, et filio a. 6.)* |
| Ian. 19. | | Consecratur. Vit. pont. e cod. Est. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 332, ap. Watterich I. 65: Benedictus ingressus est mense Ianuario die 19“. |

**973.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 1, imp. Ottone a. 11. — 2. Febr. — 12, et filio a. 6.)*

3767 (2888) Fridericum, archiepiscopum Salzburgensem, et eius successores „in tota Norica provincia et in tota Pannonia, superiori videlicet et inferiori", vicarios apostolicos constituit. (Bulla nec vitiis nec suspicione caret; quae fides ei sit adhibenda, inter doctissimos haud constat, Büdinger enim Oesterr. Gesch. I. 278 et Dümmler Piligrim von Passau p. 51 pro genuina, Blumberger in Arch. f. österr. Gesch. XLVI. 23 pro suspecta, Zahn Urk. f. Steierm. I. 31 pro ficta eam habent. — Verba: „Divina favente gratia cet.", ob quae Giesebrecht Gesch. d. d. Kais. 1. Ausg. I. 768 bullam Benedicto V. ascripserat, etiam a Benedicto VI. auctore proficisci potuisse, demonstrat Büdinger in Zeitschr. f. österr. Gymnasien VII. (1856) p. 59.) Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang p. 189, Hansizii Germ. sacr. II. 159, Ludewig SS. R. Germ. II. 350, Hund Metr. Sal. I. 54, Fejér C. D. H. I. 258, Boczek C. D. M. I. 87, Cocqu. I. 272, Mansi XIX. 38, Zahn Urk. des Herz. Steierm. I. 31, Migne 135 p. 1081. — „Protoplasto".

Ian. 27. (Romae) 3768 (2889) Theodorico archiepiscopo per legatos petente, ecclesiae Trevirensis privilegia et possessiones confirmat. Gesta Trev. ed. Wyttenbach et Müller I. 103, Mansi XIX. 45, Migne 135 p. 1082. — „Quia licet".

Nov. 26. 3769 (2890) Monasterii S. Benedicti et S. Scholasticae Sublacensis bona confirmat, bulla Petro abbati inscripta. Muratori Ant. It. V. 774, Migne 135 p. 1084. Cf. v. Pflugk-Harttung Iter p. 184. — „Cum pie".

„ 28. 3770 (2891) Monasterii Vizeliacensis privilegia et possessiones, rogatu Eldradi abbatis, confirmat, eique ecclesiarum quatuor decimas, concessas a Gerardo, episcopo Augustodunensi, asserit. („Script. p. m. Stephani Nolani episcopi et scriniarii"; leg. „Stephani notarii regionarii et scr.") D'Achery Spic. II. 504, Bouquet IX. 232, Cocqu. I. 273, Migne 135 p. 1085. — „Quotiens illa".

†3771 (2893) Hrodberto Moguntino, Diotrico Trevirensi, Adalberto Magdeburgensi, Gereoni Coloniensi, Friderico Salzburgensi, Adaldago Bremensi archiepiscopis, Ottoni imperatori, Henrico Bavarorum duci nunciat, Piligrinum Laureacensem archiepiscopum constitutum pallioque donatum esse. Decernit, ut „Salzburgensis ecclesia superioris Pannoniae episcopos habeat suffraganeos, Laureacensis ecclesia in inferioris Pannoniae atque Moesiae regiones, quarum provinciae sunt Avaria atque Maravia, archiepiscopalem deinceps potestatem". Urkundenb. d. Landes ob der Enns II. 715, Dümmler Piligrim v. Passau p. 122, cf. ibid. p. 51. (Ludewig SS. R. Germ. II. 370, Boczek C. D. M. I. 93, Fejér C. D. H. I. 266, Cocqu. I. 277, Mansi XIX. 52, Migne 137 315.) — „Oportet iustis".

**972—974.**

3772 Miloni, episcopo Veronensi, salutem apostolicam „si mereatur" demandat. Praecipit, ne ipse vel successores eius in res ecclesiae sese intromittant, sed archidiaconi et archipresbyteri curae eas derelinquant. (Utrum Benedicto VI. an VII. ascribenda sit, non satis constat.) Ughelli It. sacr. V. 751, (quem perperam epistolam Benedicto VIII. adiudicare, recte monent Ballerinii in Dissert. de privil. cap. Veron. p. 58). — „Quia ad hoc".

3773 Patriarchae Gradensi scribit, licere Iohanni cuidam, alteram filiam matrimonio coniungere cum Stephano, cui desponsa altera filia mortua sit; solis enim sponsalibus non effici consanguinitatem. (Benedicto I. merito abiudicatur haec epistola propter titulum: „Benedictus servus servorum dei Gradensi patriarchae"; cui vero Benedictorum attribuenda sit, me ignorare confiteor. De fide eius non dubito.) Mansi IX. 863, Decr. Grat. C. XXVII. qu. 2. c. 18, Migne 72 p. 683, cf. supra ep. †1046. — „Lex divinae constitutionis".

Dec. 16. †3774 (CCCLXXII) Monasterii S. Caeciliae Montisserrati privilegia possessionesque confirmat, petente Caesario abbate. („Script. p. m. Petri diac. S. R. E. et cancellarii sacri palatii.") Marca Marca Hisp. p. 895, Bouquet IX. 241, Cocqu. I. 271, Migne 135 p. 1090. — „Quoniam concedenda".

„ 16. †3775 Monasterium Portellense, rogatu Caesarii abbatis, nulli nisi sedi Romanae subditum esse iubet eique annuam „trium byzantiorum optimorum" pensionem iniungit. („Script. p. m. Petri diac. S. R. E. et cancellarii sacri palatii".) Anal. iur. pont. X. 313. — „Convenit apostolico moderamini".

**974.** *(Ind. 2. – 1. Sept. – 3.)*

Ian. 19. — 3776 Monasterii Blandiniensis, inter confluentiam Scaldis et Legiae siti, tutelam suscipit ac possessiones confirmat, Lothario, Francorum rege eiusque coniuge per Adalberonem, archiepiscopum Remensem, petentibus. (Bulla haec perperam Benedicto VII. tribuitur.) Lokeren St.-Pierre à Gand p. 52. — „Cum pie desiderium".

Apr. — 3777 (2892) Monasterii S. Petri Rodensis possessiones, petente Hildesindo abbate, confirmat. Marca Marca Hisp. p. 906, Bouquet IX. 242, Cocqu. I. 274, Migne 135 p. 1086. — „Quoniam concedenda".

†3778 *Sedem episcopalem in ecclesia Pragensi institutam confirmat. Vide Cosmae Chron. L. I. c. 22, L. II. c. 37 in MG. SS. IX. 49. 92. Cf. Dümmler Piligrim v. Passau p. 174, Mittheil. des Inst. f. österr. Geschichtsforsch. II. 26.

c. Iun. — in castello S. Angeli — custodiae mandatur. Herim. Aug. chron. 974 in MG. SS. V. 116: „Romae Benedictus papa criminatus a Romanis et a Crescentio, Theodorae filio, in castello S. Angeli custodiae mancipatus". Vit. pont. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 332, ap. Watterich I. 66: „Iste comprehensus est a quodam C(resc)encio, Theodorae filio, et in castellum S. Angeli retrusus". Cf. infra Bonifatii VII. regesta.

Iul. — „ — Necatur, cum sedisset a. 1 m. 6 Vit. pont. l. l.: „ibique strangulatus est propter Bonifatium diaconum". Catal. Pap. ap. Eccard. Corp. hist. II. 1640: „Iohannes VI. (leg. Benedictus VI.) . . . de consilio Malifacii (i. e. Bonifatii VII.) strangulatus est". Gerberti Acta conc. Rem. in MG. SS. III. 672: „Bonefatius . . . prioris pontificis sanguine cruentus".

---

Quem alii censent in locum Ioannis XIII., alii in Benedicti VI. subrogatum esse, DONUM (seu DOMNUM, BONUM) eximi de paparum serie oportere, perfecte demonstravit W. Giesebrecht, Jahrbücher des deutschen Reichs unter Otto II. p. 141. E tabulis enim ceterisque indiciis fidis, quorum auctoritate confecta horum pontificum chronologia est, satis apparet intervallum anni 1 et mensium 6, qui recentioribus in catalogis Dono tribuuntur, fuisse neque inter Ioannis XIII. et Benedicti VI., neque inter Benedicti VI. et VII. gubernationes. Accedit, quod iam „vivente" Benedicto VI. involasse in ecclesiam constat Bonifatium VII. (vide huius regesta infra), ut illi succedere Donus minime potuerit. Postremo illud maxime notandum est, vetustissimos optimosque catalogos de Dono tradidisse nihil. Sic enim in iis de Benedicto VI. reperitur:

| In cod. Est. ap. Murat. III. II. 332 not. o. p.: | In cod. Vat. ap. Murat. III. II. 332: | In cat. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1640: |
|---|---|---|
| „Benedictus VI. diaconus de regione VIII. sub capitolio ex patre Ildebrando monacho ingressus est mense Ianuario die 19. Hic fuit electus V anno regis Ottonis ind. prima. Domnus sedit a. 1 m. 6. Iste strangulatus est". | „Benedictus VI. natione Romanus ex patre Hildibrando sedit a. 1 m. 6. Iste comprehensus est a quodam C(resc)encio, Theodorae filio, et in castellum S. Angelli retrusus ibique strangulatus est propter Bonifatium diaconum, quem miserunt vivente eo papa". | „Iohannes (l. Benedictus) VI. nat. Rom. ex patre Hildebrando sedit a. 1 m. 6 et de consilio Malifacii strangulatus est in castello S. Angeli". |

Ex tribus igitur his catalogis, quos a communi manasse fonte manifestum est, unus cod. Est. vocem „Domnus" continet. Quae vero cum in catalogis pro „papa" haud raro collocetur, neque hoc loco referri nisi ad ipsum Benedictum VI. queat, quivis concedet facile, falsa transscribentium interpretatione Donum illum una cum tantodem anni 1 mensiumque 6 pontificatu, quantum fuisse Benedicti VI. scimus, in posteriores catalogos irrepsisse.

---

# BENEDICTUS VII. 974—983.

Benedicti VII. bulla 3798 annos trabeationis Domini continet.

Scriptae bullae eius sunt per manum

- Stephani notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (3779. 3780. 3781. 3782. 3783. 3784. 3787. 3788. 3789. 3791. 3796. 3798. 3808. 3811. 3812. 3820)
- Bonifatii notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (3786. 3817)
- Liutulphi „ „ „ „ (3792)
- Iohannis „ „ „ „ (3794. 3806. 3810. 3818)
- Bonizi (Bonizzonis) not. reg. et scriniarii S. R. E. (3797. 3799. 3805. 3807).

Datae p. m.
Widonis episcopi et bibliothecarii s. sed. apost. (3779. 3780. 3781. 3782. 3783. 3787)
Iohannis episcopi Salernitanae ecclesiae (3786. 3796. 3800)
Iohannis episcopi et bibliothecarii s. sed. apost. (3803)
Stephani episcopi s. Narniensis ecclesiae et bibliothecarii s. sed. apost. (3788. 3789. 3799. 3805. 3906. 3809. 3810. 3817. 3818. 3820)
Stephani nomenculatoris s. sed. apost. (3791)
Gregorii episcopi et bibliothecarii s. apost. sed. (3794)
Stephani dei providentia primicerii s. sed. apost. (3811).

**974.**

Oct. — Consecratur inter d. 2 et 28 m. Octobris, ut liquet ex ipsius bullis 3810: „Dat. 6. non. Oct. a. pont. 8, ind. 11“ (i. e. a. 982), et 3788. 3789: „Dat. 5. kal. Nov. a. pont. 3, imp. Ottone a. 9, ind. 5 (i. e. a. 976)“. Cf. Giesebrecht Jahrb. des deutsch. Reichs unter Otto II. p. 143.

(Romae) — Synodus, in qua Bonifatius VII. damnatur. Vide epistolam Adalberonis archiepiscopi Remensis ap. Mansi XIX. 59, et acta concilii Remensis ibid. p. 132.

**975.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — Oct. — 2, imp. Ottone a. 8.)*

Ian. 18. — 3779 (2894) Theodorico, archiepiscopo Trevirensi, eiusque successoribus cellam Quatuor-Coronatorum „gratuito sacerdotum, clericorum, totiusque Romanae plebis assensu“ condonat. Brower et Masen I. 476, Hontheim Hist. Trev. I. 314, Gesta Trev. ed. Wyttenbach et Müller I. 109, Cocqu. I. 276, Mansi XIX. 57, Beyer M. U. I. 303, Migne 137 p. 318. — „Quia licet indigni“.

„ 18. — 3780 (2895) Monasterium S. Martini Trevirense, a Theodorico archiepiscopo refectum, „per huius apostolici nostri privilegii atque sanctae Romanae synodi validissimam constitutionem“ confirmat, privilegiisque auget. Hontheim Hist. Trev. I. 316, Gall. Chr. XIII. Instr. 325, Migne 137 p. 319. — „Quia licet indigni“.

„ 18. — 3781 Abbatis S. Magnerici et eius successorum privilegia, petente Theoderico, archiepiscopo Trevirensi, „per huius apostolici nostri privilegii atque sanctae Romanae synodi validissimam constitutionem“ constituit, in his, ut „privilegium infularum ad vicem episcopi perpetuo obtineant“. Acta SS. Iul. T. VI. 176. — „Quia licet indigni“.

„ 18. — 3782 Monasterium S. Mariae ad Martyres Trevirense, a Theodorico archiepiscopo restitutum, confirmat eisque de eligendo abbate privilegium concedit. (Tabula interpolata videtur.) Beyer M. U. I. 304. — „Quia licet indigni“.

„ 18. — 3783 (2896) Theodorico, archiepiscopo Trevirensi, confirmatis privilegiis veteribus, concedit, ut, sicut Ravennas archiepiscopus, cum nacco equitandi crucisque praeferendae potestatem habeat, et eo sacra procurante cardinales presbyteri Trevirenses dalmaticis, diaconi et presbyteri sandaliis utantur; ebdomadariis quoque presbyteris sacra facientibus uti dalmaticis liceat. Hontheim Hist. Trev. I. 312, Beyer M. U. I. 302, Migne 137 p. 320. — „Quia licet indigni“.

Mart. — 3784 (2897) Wilgiso, archiepiscopo Moguntino, pallium mittit, privilegiumque asserit, „quo in tota Germania et Gallia post summum culmen pontificis in omnibus ecclesiasticis negotiis, id est in rege consecrando et synodo habenda ceteris omnibus tam archiepiscopis quam episcopis praeemineat“. Gudeni Cod. dipl. I. 9. Cf. Böhmer-Will Reg. arch. Mag. p. 118. — „Si pastores ovium“.

Sept. 27. — †3785 Calstoni monacho et abbati monasterii S. Salvatoris Figiacensis eiusque successoribus asserit ecclesiam Fontensem et terram, a Ramnulfo quodam et Stephano episcopo (Cadurcensi) concessam. („Scriptum p. m. Iohannis notarii regionarii atque scriniarii; Datum apud monasterium SS. Cosmae et Damiani, die natalis eorundem, anno inc. DCCCCLVIIII (sic!), ind. II. p. a. II.“) In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 269 f. 70. — „Convenit apostolico moderamini“.

Dec. 12. — 3786 (2898) Monasterii Vizeliacensis privilegia confirmat, petente Eldrado abbate. D'Achery Spicil. II. 504, Bouquet Rec. IX. 245, Migne 137 p. 323. — „Quotiens illa“.

„ 29. — 3787 (2899) Ecclesiam SS. Apollonii et Ursicini Canusinam, ab Adelberto comite conditam, confirmat. Muratori Ant. It. V. 207, Tiraboschi Mem. Mod. I. 140, Migne 137 p. 325. — „Omnibus sanctae“.

**976.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 2. — Oct. — 3, imp. Ottone a. 9.)*

Oct. 28. 3788 (2900) Monasterii S. Pantaleonis Coloniensis possessiones et privilegia confirmat. „Ob amorem imperatoris et petitionem imperatricis nec non et propter iocunditatem Guarini archiepiscopi" permittit, ut Christianus abbas dalmatica et sandaliis utatur. Würdtwein Nova subs. dipl. IV. 29, Ennen und Eckertz Quellen I. 468. — „Convenit apostolico moderamini".

„ 28. 3789 Monasterii S. Mariae Walciodorensis possessiones confirmat et privilegia statuit, „pro iocunditate domni imperatoris (Ottonis) et dilectione Deoderici Metensis episcopi et petitione Foranani episcopi (Scotorum) et abbatis". Anal. iur. pont. X. 315, Croonendael Cronique de Namur II. 622. — „Convenit apostolico moderamini".

**977.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 3. — Oct. — 4, imp. Ottone a. 10.)*

Jan. 10. 3790 (2901) *Aligerno, abbati Casinensi, curtes quasdam in comitatu Aprutii concedit. Vide Leonis Chron. mon. Cas. L. II. c. 6 in MG. SS. VII. 631, cf. ibid. not. 41.

Mai. 30. 3791 (2902) Monasterium Casinense eiusque cellas sedis Romanae iurisdictioni subiungit, privilegiisque donat, petente Aligerno abbate. Gattula Hist. Cas. p. 840, Migne 137 p. 326. — „Quoniam semper".

Dec. 3792 (2903) Monasterii S. Petri Perusini possessiones confirmat, petente Petro abbate. (Benedicto VIII. ascribendam esse bullam hanc, contendit v. Pflugk-Harttung Iter p. 71; qua ratione nescio.) Margarini Bull. Cas. II. 52, Migne 137 p. 328. — „Convenit apostolico".

„ 21. †3793 (CCCLXXIV) Ecclesiae Tiburtinae bona, petente Iohanne episcopo, confirmat. („Script. p. m. Iohannis scriniarii S. R. E.; Dat. p. m. Iohannis episcopi s. Laviranensis ecclesiae et biblioth. s. apost. sed.") Marini I papiri p. 229, Migne 137 p. 350. — „Cum magna nobis".

**978.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 4. — Oct. — 5, imp. Ottone a. 11.)*

Febr. 25. 3794 (2904) Ecclesiae Ausonensis possessiones, petente Fruia episcopo, confirmat. Florez Esp. sagr. XXVIII. 254, Migne 137 p. 329. — „Cum summae apostolicae".

3795 (2905) „Omnibus maioribus et minoribus totius Provinciae, Ausoniae et Barcinoniae atque Gerundensis sive Urgelitensis" sub excommunicationis poena interdicit, ne ecclesiae Ausonensis possessiones acquisitas a Froja episcopo invadant. Florez Esp. sagr. XXVIII. 102, Villanueva Viage lit. VI. 280, Migne 137 p. 331. — „Notum esse".

Apr. 22. 3796 (2906) Mayolo, abbati Cluniacensi, insulam Lerinensem et monasterium Arlucense ea lege donat, ut „ad sepulchrum B. Petri quinque solidos argenteos" quotannis persolvat. Gall. Chr. III. Instr. 191, Hist. Patr. Mon. Script. II. 301, Bouquet Rec. IX. 245, Bullar. Cluniac. p. 6, Migne 137 p. 332. (Cum scripta sit bulla „in mense Maio" et data „X. kal. Maias", legendum esse censet „X. kal. Iun." L. Delisle in Notice sur Orderic Vital. p. LXII, in eius Opp. V; neque vero adoptem correcturam illam, quia nonnumquam a scriptoribus litterarum pontificiarum post idus mensis currentis, omissa dierum significatione, solummodo nomen sequentis mensis annotatum esse, probavit Ficker Beitr. z. Urkundenl. § 311. Minus placent ea, quae suspicatur Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 417 not. — Copia saec. XI. bibl. nat. Paris. in clausula perperam praebet: „Dat. p. m. Ioh. ep. Falaritanae eccl." Delisle Notice l. l. p. LXIII. n. 1.) — „Quia monasterium".

„ 3797 Ecclesiae Ferrariensis possessiones et iura confirmat. (Bullam aut falsam aut interpolatam esse, contendit v. Pflugk-Harttung. Verba autem: „Script. p. m. Benizo notarii regis (leg. regionarii) et scriniarius (leg. scriniarii)", quae nisi ex vera tabula depromi nequiverunt, bullam interpolatam aut transscribentis vitio depravatam esse probare videntur. Eam Ferrariae datam esse, falso est additum.) v. Pflugk-Harttung Iter p. 184. — „Noverint omnes".

**979.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 5. — Oct. — 6, imp. Ottone a. 12.)*

Apr. 3798 (2907) Monasterii S. Petri Rodensis privilegia et possessiones, petente Hildesindo episcopo (Elenensi) et abbate Rodensi, confirmat. Marca Marca Hisp. p. 921, Bouquet Rec. IX. 246, Cocqu. I. 278, (Migne 137 p. 333). — „Quoniam gratissimum".

| | | |
|---|---|---|
| | | **979.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 5. — Oct. — 6, imp. Ottone a. 12.)* |
| Apr. 15. | | 3799 (2908) Monasterium Elwangense sedis apostolicae iurisdictioni subiungit, possessionesque eius confirmat. (Sunt, qui hanc bullam spuriam iudicent.) Wirtemb. Urkundenb. I. 224, Khamm Hier. Aug. II. (Auct. Part. I. Cath.) 20. — „Cum summae". |
| Mai. 8. | | 3800 (2909) Monasterium S. Petri Bisuldunense tuendum suscipit bonaque eius et iura confirmat, imposito abbatibus solidorum quinque tributo annuo. Marini I papiri p. 56, (Martene et Dur. Vet. script. I. 328, Aguirre Conc. IV. 384, Puiades Cronica VII. 228, Mansi XIX. 71, Cocqu. I. 279, Migne 137 p. 334). — „Cum constet". |
| Dec. 4. | Sublaquei | ecclesiam S. Scholasticae consecrat. Titulus apud Maium Scr. vet. nov. coll. V. 131: „Edificatio uius ecclesie s. Scolastice tempore domni Benedicti VII. PP., ab ipso PPa dedicata Q. D. S. an. ab incarnatione domini CCCCCCCCCLXXXI. (videtur legendum: CCCCCCCCCLXXIX.) M. decemb., D. IIII., indictione VIII. ID." — Gregorovius Gesch. d. St. Rom III. 382 pro: „Ind. VIII." legi vult „VIIII.", quae vero indictio m. Sept. 980 (non 981) inchoabat. |
| | | **974—980.** |
| | | 3801 Ecclesiae S. Crucis Aurelianensis possessiones et privilegia confirmat, petente Arnulfo episcopo. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78 f. 9. — „Convenit apostolico moderamini". |
| | | **980.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 6. — Oct. — 7, imp. Ottone a. 13.)* |
| Aug. 22. | Ravennae | 3802 (2910) Abbatiae S. Ruphillii Foropopulensis possessiones confirmat. (Bulla more Ravennate conscripta licet a ceterarum pontificiarum litterarum forma abhorreat, tamen commenticiam eam non iudicaverim.) Ughelli It. sacr. II. 599, Migne 137 p. 335. — „Casum generis". |
| Nov. 8. | | 3803 Monasterii Floriacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Richardo abbate. Arch. hist. de la Gironde V. 176. — „Convenit apostolico moderamini". |
| | | **981.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 7. — Oct. — 8, imp. Ottone a. 14.)* |
| | Romam | redit. Vide Annal. Colon. 981 in MG. SS. I. 98: „Apostolicus in sedem receptus est". |
| Mart. | In ecclesia sancta Lateranensi | Concilium, praesente Ottone II. imperatore, in quo Honestus, archiepiscopus Ravennas, Leoni, episcopo Ferrariensi, massam Quartisianam restituit. Mansi XIX. 73. |
| c. Mart. | In ecclesia b. Petri | Concilium, praesente Ottone II. imperatore, in quo simonia damnatur. Vide epistolam subsequentem. |
| „ | | 3804 (2911) Omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, regibus, ducibus, comitibus per Mironem episcopum (Gerundensem) significat, simoniam in synodo damnatam esse. Mansi XIX. 77, Migne 137 p. 336. — „Notum esse". |
| Apr. 1. | | 3805 (2912) Monasterium S. Walarici, petente conditore Hugone comite, iurisdictioni ecclesiae Romanae subiungit, possessionesque eius confirmat. (Signa temporis vitiosa sunt.) Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 685, Bouquet IX. 248, Cocqu. I. 279, Migne 137 p. 338. — „Cum magna nobis". |
| „ 2. | | 3806 (2913) Monasterium Corbeiense (dioec. Paderborn.) ecclesiae Romanae iurisdictioni subiungit, eiusque bona confirmat, et abbatibus dalmaticae sandaliorumque usum concedit, petente Liudolpho abbate. (Clausula vitiosa est.) Schaten Ann. Paderb. I. 323, Falke Cod. Trad. Corb. p. 739, Mansi XIX. 55, Migne 137 p. 340. — „Cum summae". |
| „ | | 3807 (2914) *Monasterii S. Vincentii Metensis privilegia, petente Deoderico episcopo, confirmat. Vide Sigeberti Vit. Deoder. in MG. SS. IV. 480. |
| Sept. 9. | In basilica Salvatoris Constantiniana | Synodus, in qua, sublato episcopatu Merseburgensi, ea paroeciae pars, quae quondam Halberstadensis ecclesiae fuerat, huic episcopatui restituitur, quaeque ultra Salam est sita, inter Cicensem et Misnensem ecclesias dividitur; Gisilharius, Magdeburgensis archiepiscopus ex episcopo Merseburgensi factus, sancitur; de monasterio S. Laurentii Merseburgensi instituendo decernitur. |
| „ 10. | In ecclesia b. Petri | Synodus, in qua superioris diei decreta confirmantur. Boysen Allg. hist. Mag. I. 197, Dreyhaupt Pagus Neletici I. 21, Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 264, II. Hauptth. I. 14, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halberst. I. 31. Cf. Benedicti bullam subsequentem, et Thietmari Chron. L. III. c. 8 in MG. SS. III. 763. |

**981.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 7. — Oct. — 8, imp. Ottone a. 14.)*

(Sept.) 3808 (2915) Omnibus episcopis Galliae Germaniaeque, in synodis quid actum sit, significat. Privilegia ecclesiae Magdeburgensis confirmat et auget. Addit haec: „Hoc autem praesens privilegium per nostri secretarii legatos episcopis Galliae et Germaniae dirigimus confirmandum". Boysen Allg. hist. Mag. I. 194, Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 262, II. Hauptth. I. 12, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halberst. I. 34. — „Concessae nobis".

**980—982.**

Dec. 30. 3809 (2916) Ecclesiae Parisiensis bona, rogante Elysiardo episcopo, confirmat. Gall. Chr. VII. Instr. p. 20, Migne 137 p. 341. — „Convenit apostolico".

**982.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 8. — Oct. — 9, imp. Ottone a. 15.)*

Oct. 2. 3810 (2917) Monasterii S. Vincentii Vulturnensis privilegia et possessiones confirmat, petente Iohanne abbate. Muratori R. It. SS. I. II. 464, Cocqu. I. 280, Migne 137 p. 344. — „Cum magna".

„ 19. 3810a Unionem ecclesiae Albensis cum Astensi factam confirmat. v. Pflugk-Harttung Iter p. 184. — „Quia comperimus".

Dec. 30. 3811 (2918) Monasterium Laureshamense, petente Ottone II. imperatore, tuendum suscipit, privilegiaque eius constituit. Chronicon Laureshamense in MG. SS. XXI. 396. — „Quoniam concedenda".

**974—983.**

(Romae) 3812 (2919) Monasterii S. Hilarii bona iuraque confirmat, rogatu Rodgarii comitis et Adalaicae, coniugis eius, ac Benedicti abbatis, „ad limina apostolorum" venientium. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 687, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 136, nov. ed. V. p. 295, Bouquet IX. 249, Cocqu. I. 280, Gall. Chr. VI. Instr. p. 427, Migne 137 p. 344. — „Notum sit omnibus".

3813 (2920) *Iacobum sacerdotem, a clero et populo Carthaginiensi electum, archiepiscopum consecrat et „cum privilegio ad propria remittit". Vide Leonis legati epistolam in MG. SS. III. 689.

3814 *Monasterii Hasteriensis libertatem confirmat. (Suspecta.) Huius argumenti bullam „sigillo Benedicti papae VII. confirmatam" exstitisse, patet ex spuria tabula Clementis III. d. d. 4. Iun. 1189 in Miraei Opp. dipl. III. 368, (Migne 204 p. 1478, ubi pro „Ben. p. VIII." legendum est „VII.").

**975—983.**

3815 Monasterii S. Salvatoris Carofensis patrocinium suscipit, privilegiaque confirmat, litteris ad Gislebertum, episcopum Pictaviensem. Anal. iur. pont. X. 314. — „Omnium fidelium".

Mai. 26. †3816 (CCCLXXIII) Nobili Petro, Bonicollo dicto, militi, terraeque Mudanae in suburbio Gandavensi Comarcho per Balduinum, „abbatiae S. Bavonis in pago prope Gandam, Boerheim dicto, monachum", mittit „cum praesenti bulla tria ossicula SS. Marcellini, Maximini et Quirini, de quibus disponere liceat pro ecclesiis nempe S. Bavonis, S. Iohannis, necnon aulae S. Pharahildis in ipsa civitate Gandensi". (Dat. „Romae".) Messager des sciences de la Belgique (Gand 1837) p. 491. — „Nos insigne necnon".

**983.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 9. — Oct. — 10, imp. Ottone a. 16.)*

Mart. 25. 3817 (2921) Monasterii S. Salvatoris et S. Petri Gemblacensis privilegia et possessiones confirmat. MG. SS. VIII. 527, Miraei Opp. dipl. I. 507, Mabillon Acta SS. o. Ben. saec. V. 300, Cocqu. I. 281, Migne 137 p. 345. — „Cum magna nobis".

Apr. — Romae in basilica b. Petri — („Intro Ospitale, in eo usualis est nominati papae dormiendum".) Monasterii B. Benedicti et S. Scholasticae Sublacensis et monasterii SS. Cosmae et Damiani Cavensis de possessionibus quibusdam controversiam secundum prius decernit. Vide tabulam ap. Muratori Ant. It. I. 379, Migne 137 p. 346.

„ 26. 3818 (2922) Monasterio S. Mariae Nienburgensi, rogatu „dilecti ac spiritualis filii sui, sanctae sedis apostolicae dignissimi advocati, Ottonis imperatoris semper Augusti limina apostolorum digna devotione visitantis ac secum plurima de statu s. religionis

| | | |
|---|---|---|
| | | **983.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 9. — Oct. — 10, imp. Ottone a. 16.)* |
| | | tractantis", concedit, „ut idem locus tali iustitia ac libertate perfruatur, qualem alia monasteria habent, quae sua tutela suoque privilegio roborata illis partibus sunt ac mundiburdio domini sui imperatoris videntur esse subiecta". Privilegia quaedam addit. Knaut Gründliche Fürstellung p. 13, Heinemann Cod. dipl. Anhalt. I. 55. — „Creditae speculationis". |
| (Apr.) | | 3819 (2923) Monasterio S. Mariae et S. Thomae Arneburgensi, petente Ottone imperatore concedit, „ut tali iustitia ac libertate deinceps perfruatur, qualem alia tenent monasteria, quae in illis partibus suo privilegio roborata iuri ac mundiburdio domini sui imperatoris videntur esse subiecta". Riedel Cod. dipl. Brand. I. VI. 184. — „Creditae speculationis". |
| „ 27. | | 3820 (2924) Gisilario, archiepiscopo Magdeburgensi, eiusque successoribus abbatis monachorumque in monasterio Merseburgensi constituendorum ius concedit. Boysen Allg. hist. Mag. I. 202. — „Si ecclesias". |
| | | †3821 *Monasterii S. Petri Gandavensis possessiones confirmat. („Dat. p. m. Adalberonis Remorum archiepiscopi et Guidonis abbatis".) Sanderus Flandria illustr. I. 280. |
| Oct. | | Moritur. Catalogi enim ei a. 9 assignant, quibus dies 5 addit catal. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1640. In epitaphio ap. Baronium Ann. 984, ap. Watterich I. 86, supremus Benedicti VII. dies 10. m. Iulii perperam notatus est. Cf. Giesebrecht Jahrb. d. deutsch. Reichs unter Otto II. p. 143. |

## IOHANNES XIV. 983—984.

Una, quae superest, genuina Iohannis XIV. bulla (3822) est scripta p. m. Leonis notarii regionarii S. R. E., data p. m. Iohannis episcopi et bibliothecarii s. sedis apostolicae.

| | | |
|---|---|---|
| | | **983.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)* |
| Nov. Dec. | Romae | Praeficitur ecclesiae Romanae ab Ottone II. imperatore. Annalista Saxo 983 in MG. SS. VI. 640. Id m. Novembri aut inito m. Decembri factum esse, liquet ex Ottonis II. itinerario in diplomatibus niso. Vide Giesebrecht Jahrb. des deutschen Reichs unter Otto II. p. 91. 123, Stumpf Reichsk. p. 74. 75. |
| Dec. 6. | | 3822 (2925) Alonem, Beneventanae et Sipontinae ecclesiarum archiepiscopum, et episcopatuum tredecim metropolitam, pallio donat. Ughelli It. sacr. VIII. 69, Migne 137 p. 357. — „Si pastores ovium". |
| „ 7. | „ | Ottoni II. imperatori morienti „optatam remissionem" tribuit „VII. idus Decembris". Thietmari Chron. L. III. c. 14 in MG. SS. III. 767. |
| | | **983. 984.** |
| | | †3823 Adelberti, archiepiscopi Magdeburgensis, privilegia confirmat. (A quonam papa auctore profecta sit bulla, falsarius non indicavit.) Riedel Cod. dipl. Bran. I. VIII. 96; Grosfeld De archiep. Magdeb. origin. p. 74 Benedicto VII. eam ascribit; Cod. dipl. Saxon. reg. I. Hauptth. I. 179, II. Hauptth. I. 17 et Schmidt Urk. des Hochstifts Halberst. I. 24 bullam Iohanni XIV. attribuunt. Cf. Zeitschr. f. preuss. Gesch. und Landesk. X. 455. — „Quoniam a domino". |
| | | **984.** |
| Apr. | In castello S. Angeli | includitur a Bonifatio VII., Constantinopoli reverso, idque mensibus quatuor ante obitum. Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 334, ap. Watterich I. 66: „Quem Bonifatius . . . comprehendit ac deposuit et in castellum S. Angeli in custodiam misit. Ibique infirmitatem et famis inopiam per quatuor menses aciter sustinuit et mortuus est, et ut fertur occisus est". Cat. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1640: „Quem Bonifatius . . . comprehensum et . . . per quatuor menses inedia attritum iussit occidi". Gerberti Acta conc. Rem. in MG. SS. III. 672: „Bonefatius . . . virum apostolicum . . ., data sacramentorum fide, ab arce Urbis deiecit, deponit, squalore carceris affectum perimit". Cf. Herim. Aug. Chron. 884 in MG. SS. V. 117. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **984.** |
| Aug. 20. | In castello S. Angeli | Necatur. In sepulcrali Iohannis XIV. titulo ap. Baronium Annal. 985, ap. Watterich I. 87, de cuius fide non est quod dubitemus, sic legitur: „Defunctus est Iohannes papa mense Augusto die 20". Quare qui catalogi ei menses 9 assignant, ii a vero proxime absunt. Vide de eius caede supra. |

---

# BONIFATIUS VII. 974. 984—985.

Bonifatii VII. bulla 3824
Scripta est per manum . . . . notarii regionarii et scriniarii S. R. E.
Data p. m. Iohannis episcopi et bibliothecarii s. apost. sedis.

| | | |
|---|---|---|
| | | **974.** |
| c. Iun. | Romae | Consecratur. Iam mense Iunio Bonifatium ecclesiam moderatum esse, colligi debet ex Registri Sublacensis tabula, cuius clausulam affert Ferrucci Investigaz. stor.-crit. su Bonif. VII. p. 60: „Anno pont. 12, mens. Iun., ind. 13" i. e. 985. — Intruditur „vivente" Benedicto VI. Herimanni Aug. Chron. 974 in MG. SS. V. 116, Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 332, ap. Watterich I. 66. Cf. supra Benedicti VI. regesta. |
| Iul. | | Benedicto VI. necando auctor est. Vide supra Benedicti VI. regesta. |
| „ | Roma | expellitur „post unum mensem". Herim. Aug. Chron. 974. In catalogis reperiuntur m. 1 d. 12. |
| | Constantinopolim | petit. Herim. Aug. Chron. 974. |
| | | **984.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13.)* |
| | Romam | Constantinopoli redit. Vit. pont. e cod. Vat. et Est. l. l., Catal. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1640, Herim. Aug. Chron. 984 p. 117. |
| Apr. | Romae | Iohannem XIV in castellum S. Angeli concludit. Vide supra Iohannis XIV. regesta. |
| Aug. 20. | „ | Iohannem XIV. interfici iubet. Vide supra huius regesta. |
| | | 3824 *„Pluribus de Castello Gallicani sua constitutione permittit novae ecclesiae ad honorem s. p. Benedicti excitatae consecrationem". (Ex ms. reg. Sublac. f. 209.) Ferrucci Investigaz. stor.-crit. su Bonif. VII. p. 60. |
| | | **974. 984—985.** |
| | | 3825 (2926) *Cuidam „locat castellum Petrapertusa cum omnibus ei pertinentibus, cum placito et districto eorum et glandatico et herbatico, tam de eodem castello, quam de villis ad se pertinentibus, situm in territorio Silvae candidae, quod praestat annue X auri solidos". Deusdedit Coll. can. III. c. 149 ed. Martin. p. 317, (ap. Borgia Breve ist. del dom. temp. append. p. 6.) |
| | | **985.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14.)* |
| Iul. | | Moritur. Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 332, ap. Watterich I. 66: „Qui ipse Bonifatius post mortem eius (Iohannis XIV.) sedit menses 11; qui repentina morte interiit, et in tantum eum odio habuerunt sui, ut post mortem eum caederent et lanceis vulnerarent atque per pedes traherent, nudato corpore usque in Campum et ante Caballum Constantini proiecerunt atque dimiserunt. Ubi mane venientes clerici et videntes eum ita turpiter et dedecore iacentem, caesum et lanceatum collegerunt et sepelierunt". Cf. catal. papar. ap. Eccard Corp. hist. II. 1640 et Herimanni Aug. Chron. 985 p. 117. |

---

# IOHANNES XV. 985—996.

Incarnationis anni consignati sunt in Iohannis XV. bullis (3827. 3835. 3849. 3856. 3857).
Scriptae bullae sunt per manum
Theophili Latini (Theophilacti?) notarii et regionarii et scriniarii S. R. E. (3827)
Stephani notarii regionarii et scriniarii (al. primiscrinei) sacri (Lateranensis) palatii (3828. 3829. 3832. 3833. 3834. 3835. 3836. 3837. 3838. 3843. 3844. 3847. 3848. 3849)
Iohannis notarii et regionarii et scriniarii sacri Lateranensis palatii (3831)
Benedicti notarii et scriniarii (al. archiscriniarii) S. R. E. (3850. 3851. 3852)
Georgii scriniarii et notarii S. R. E. (3853).
Datae p. m.
Iohannis episcopi s. Nepesinae ecclesiae et bibliothecarii s. apost. sed. (3826. 3827. 3828. 3832. 3834. 3836. 3837. 3843. 3848)
Gregorii episcopi s. Portuensis ecclesiae et bibliothecarii s. apost. sed. (3831. 3833. 3835. 3852)
Dominici episcopi Sabinensis (3849)
Iohannis episcopi s. Albanensis (et Ariciensis 3856) ecclesiae et bibliothecarii s. sed. apost. (3847. 3853. 3856. 3858).

**985.**

Aug. Consecratur inter d. 6. m. Augusti et 5. m. Sept., ut intelligitur ex tabulis ap. Ughelli It. sacr. I. 1306, Marini I papiri p. 255: „a. pont. Iohannis XV. papae quinto, m. Aug. die 6, per ind. 3 (i. e. a. 990)“ et in Diss. d. pontif. accad. Rom. XV. 199: „Dat. a. pont. 5, ind. 3 (i. e. a. 989) m. Sept. d. 5“; cumque in d. 1—5. Sept. nullus dominicus dies inciderit, ad m. Augustum revocetur consecratio necesse est. Itaque cum Iohannem constet ineunte m. Aprili a. 996 obiisse, probandi sunt a. 10 m. 7, qui in Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 335, in cat. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1640, in Herim. Aug. Chron. 986 in MG. SS. V. 117 Iohanni tribuuntur; accuratius ei cat. ap. Watterich I. 66 a. 10 m. 7 d. 10 assignat. Cf. Wilmans Jahrb. d. deutsch. R. unter Otto III. p. 208 et 212, ubi Iohannes ille Roberti filius, quem invitis catalogis scriptoribusque veteribus inter Bonifatium VII. et Iohannem XV. per menses 4 sedisse posteriores volunt, e pontificum numero recte eiicitur.

**986.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 1. — Aug. — 2.)*

Ian. 25. 3826 (2928) Monasterii Coeli-aurei Papiensis possessiones ac privilegia confirmat, Petroque abbati „concedit usum dalmaticae, sandaliorum pedulum et chirothecarum ac facultatem in itinere deferendi tintinnabulum in capella et quidem ad honorem sancti Petri nec non sanctissimi Augustini“. Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Langob. p. 1450, (Mabillon Ann. ord. Bened. IV. 35, Migne 137 p. 827). — „Desiderium quod“.

**987.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. 2. — Aug. — 3.)*

Ian. 7. 3827 (2929) Monasterii S. Maximini Trevirensis privilegia confirmat, petente Ogone abbate. Zyllesius Defensio p. 26, Beyer M. U. I. 315, (Hontheim Hist. Trev. I. 326, Migne 137 p. 827). — „Convenit apostolico“.

Apr. 2. 3828 (2930) Widoni, episcopo Papiensi, nunciat, Azzonem abbatem S. Petri Coeli-aurei a sese ordinatum esse; praecipit, ne ipse aut canonici eius „locum illum sive consecrationem abbatum seu praedia vel servos atque ancillas ad abbatiam pertinentes invadant“. Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Langob. p. 1461, (Robolini Notizie II. 81.) — „Ad hoc Deus“.

**988.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 3. — Aug. — 4.)*

Mai. „In sede S. Ierusalem“ 3829 (2931) Petente Lyndulpho, episcopo Noviomorum, Tornacensium et Flandrensium, ecclesiae eius privilegia varia concedit. Colliette Mém. du Vermandois I. 577, Migne 137 p. 828, (Du Plessis Hist. de Coucy p. 127). — „Noverit omnium fidelium“.

3830 (2932) *Arnulfo, archiepiscopo Remensi, pallium mittit. Vide Richeri Hist. L. III. c. 31 in MG. SS. III. 638.

**989.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 4. — Aug. — 5.)*

Apr. 25. 3831 (2933) Monasterium S. Gregorii (Petershusanum), petente Gebehardo episcopo Constantiensi, tuendum suscipit, privilegiisque auget. Ussermann Germ. Sacr. Podr.

**989.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 4. — Aug. — 5.)*

I. 311, Mone Quellensammlung I. 124, Cocqu. I. 285, Marini I papiri p. 58, Mansi XIX. 85, MG. SS. X. 587, ibid. XX. 633, Migne 137 p. 830. (De fide bullae dubitat Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 181.) — „Notum esse".

Iul. 1. 3832 (2934) Monasterii Corbeiensis (dioec. Paderb.) et parthenonis Hervordensis privilegia, Thetmaro abbate per Hildibrandum episcopum Mutinensem petente, confirmat. (Bulla non est a suspicione remota; sed falsam eam esse, mihi non persuasit Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 153.) Schaten Ann. Pad. I. 335, Mansi XIX. 83, Migne 137 p. 831. — „Convenit episcopali".

„ 12. 3833 Ecclesiae Salernitanae iura metropolitana confirmat. Statuit, ut post discessum (Amati) archiepiscopi eius successores ad sedem apostolicam causa consecrationis palliique recipiendi accedant, sed si papa consecrare noluerit, ab episcopis eorum suffraganeis benedictionem accipiant. (Initium bullae deest.) In bibl. nat. Florent. cod. II. IV. 495. saec. XVI—XVII, (v. Pflugk-Harttung Iter p. 184.) — „. . . vobis ab antecessoribus".

Oct. 19. 3834 (2935) Monasterii S. Nazarii Laureshamensis privilegia et possessiones „pro amore . . . Ottonis tertii imperatoris (sic) et dilectae matris suae Theophanu et dominae Adelheidae aviae suae" confirmat, petente Salemanno abbate. Chron. Laureshamense in MG. SS. XXI. 399, Udalr. Bab. cod. c. 12 ap. Eccard Corp. hist. II. 29, (Mansi XIX. 419, Migne 137 p. 834). — „Convenit apostolico".

Nov. 8. 3835 (2936) Ecclesiae Hamburgensis privilegia confirmat, et Lianizoni archiepiscopo pallii usum concedit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 58, Liljegren Dipl. Suec. I. 31, Rydberg Sverg. Trakt. I. 36, Migne 137 p. 837. — „Convenit apostolico".

„ 11. 3836 (2937) Monasterii Casinensis possessiones confirmat iuraque auget. Tosti St. di Montec. I. 233. — „Convenit apostolico".

**990.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 5. — Aug. — 6.)*

Febr. 1. 3837 Notgero, episcopo Leodiensi vel Tungrensi, et Fulcuino, abbati Lobiensi, significat, se ad Theophaniae imperatricis et Hugonis, episcopi Vithburgensis (leg. Wirzeburgensis) petitiones monasterii Lobiensis immunitatem, privilegia et possessiones confirmare. Abbati praeterea anuli, sandaliorum, tunicarum subdiaconalium usum concedit. (Pro „Dat. p. m. Iohannis ep. sanctae eccl." legendum puto „ep. s. Nepesinae ecclesiae"). Vos Lobbes I. 436. — „Cum constet post".

„ 3838 (2938) Monasterii S. Petri Rodensis privilegia et possessiones, petente Hildesindo episcopo (Elenensi) et abbate Rodensi, confirmat. Marca Marca Hisp. p. 941, (Cocqu. I. 286, Migne 137 p. 839). — „Quoniam concedenda".

**985—990.**

Romae 3839 (2939) *Seguinum, archiepiscopum Senonensem, suum per Gallias vicarium constituit. Vide Gerberti Acta conc. Causeiensis in MG. SS. III. 693.

**991.**

3840 (2940) Omnibus fidelibus nunciat, cum de concordia inter Ethelredum, Saxonum occidentalium regem, et Richardum marchionem (ducem Nortmanniae) concilianda „quemdam apocrisiarium suum Leonem, videlicet episcopum S. Treverensis ecclesiae" misisset, pacem die 1. Martii a. 991 Rotomagi convenisse; quam confirmat. Willelmi Malmesbir. Gest. reg. Angl. L. II. ed. Savile p. 35[b], ed. Hardy I. 269, Wilkins Conc. I. 264, Mansi XIX. 81, Migne 137 p. 845. — „Noverint omnes".

3841 (2941) *Galliarum episcopos interesse iubet synodo, Aquisgrani praesente Leone, monasterii S. Bonifatii Romani abbate, ecclesiae Remensis causa celebrandae. Vide Acta conc. Mosom. in MG. SS. III. 690, Mansi XIX. 193.

**992.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 7. — Aug. — 8.)*

Mai. 3842 Monasterium SS. Anthimi et Sebastiani, in territorio Clusino situm, ab episcopali potestate eximit iuraque eius constituit, petente Bosone abbate. v. Pflugk-Harttung Iter p. 185. — „Quoniam semper".

Iun. 25. 3843 (2942) Gregorio, episcopo Portuensi, per palatii Lateranensis agros „a flumine recto iuxta murum Portuensis civitatis" ad lacum Traianum perducendae fossae licen-

**992.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 7. — Aug. — 8.)*

tiam ea lege dat, ut singulis annis denarii sex ab episcopis Portuensibus ecclesiae Romanae solvantur. Ughelli It. sacr. I. 114, Marini I papiri p. 59, Cocqu. I. 287, Migne 137 p. 843. — „Quoniam semper".

Iun.? — 3844 (2943) Monasterii Anianensis bona confirmat et iura auget, petente Rainaldo abbate. (Clausula vitiosa est: „Rescriptum in mense I. in die quinto"; pro quo legendum videtur: „. . . in mense I. indict. quinta". Minus placet Bouquetii lectio: „in mense Iulio in mense quinto"). Gall. Chr. VI. Instr. 345, Bouquet IX. 252, Migne 137 p. 835. — „Convenit apostolico moderamini".

3845 (2944) Episcopos Galliarum ecclesiae Remensis gratia Romam invitat. Vide Acta conc. Mosom. in MG. SS. III. 690, Mansi XIX. 193.

Oct. 6. — †3846 Monasterii Fuldensis privilegia confirmat et auget; Attoni abbati dalmaticam et sandalia asserit. („Scriptum p. m. Gregorii scriniarii et regionarii S. R. E., in mense Oct. VIII. idus. Ind. VI.") Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 418. — „Desiderium quod ad".

**993.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 8. — Aug. — 9.)*

Ian. 10. — 3847 Monasterii Blandiniensis disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, „iuxta expostulationem praecellentissimi filii sui Hugonis, regis Francorum, et filii eius Roberti". (Tabula non est a suspicione libera.) Lokeren St.-Pierre à Gand p. 61. — „Cum status sancte".

„ 31. In palatio (Lateranensi). Vide bullam subsequentem.

Febr. 3. — 3848 (2945) Archiepiscopis, episcopis et abbatibus Galliae et Germaniae nunciat, Udalricum, quondam episcopum Augustensem, petente Luitolfo episcopo, „cum conventus esset factus in palatio Lateranensi pridie kalendas Februarias", in numerum sanctorum relatum esse. (Recte Velserus in clausula pro „tertio Kalend. Febr." legendum „nonas" esse censet. Cf. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 82.) MG. SS. IV. 378, Velseri Opera hist. p. 587, Cocqu. I. 288, Mansi XIX. 169, Migne 137 p. 845. — „Cum conventus".

Mai. 31. Reati — 3849 (2946) Monasterium SS. Benedicti, Bonifatii et Alexii Brevnowiense, conditum ab Adalberto episcopo Pragensi, tuendum suscipit, et amplis privilegiis ornat, abbatique mitrae, chirothecarum, sandaliorum, mappillae, balteique usum tribuit. Boczek C. D. M. I. 104, Migne 137 p. 847, (Ludewig Rel. VI. 53). — „Solet sedes".

Iun. — 3850 (2947) Abbatiarum pontificiarum quinque, Garino abbati Lesatensi subiectarum, possessiones iuraque confirmat. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 149, (Marca Marca Hisp. p. 966, Cocqu. I. 307, ubi Iohanni XVIII. bulla tribuitur). — „Summam gerentes".

Nov. — 3851 (2948) Hartwigo, archiepiscopo Salzburgensi, pallii usum concedit, ecclesiaeque eius possessiones confirmat. (In textu: „indictio VII.", in clausula: „ind. VI.") Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang p. 211. — „Si pastores ovium".

**994.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 9. — Aug. — 10.)*

Romae — In synodo Adalbertus episcopus Pragensis redire domum iubetur. Iohannis Canaparii Vita S. Adalb. in MG. SS. IV. 589, Brunonis Vit. S. Adalb. ibid. p. 602.

Mart. 25. — 3852 (2949) Grimoaldum, archiepiscopum Salernitanum, pallio donatum, Paestani, Acherontini, Nolani, Bisinianensis, Maluttanensis, Consentini episcopatuum metropolitam sancit. Ughelli It. sacr. VII. 377, Cocqu. I. 289, Migne 137 p. 848. — „Quia vestri".

Oct. 31. — 3853 (2950) Monasterii Fuldensis privilegia confirmat, et Hattoni abbati dalmaticae sandaliorumque usum concedit. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 339, Schannat Hist. Fuld. Cod. Pr. p. 151, Migne 137 p. 849. (Quae Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 412 contra fidem huius bullae profert, non magni ad persuadendum momenti est.) — „Desiderium, quod ad".

**988—995.**

Iun. — †3854 (CCCLXXV) Ecclesiae Hamburgensis privilegia, petente Liuezone archiepiscopo, corroborat. („Scriptum p. m. Iohannis S. R. E. cancellarii".) Lappenberg Hamb. Urk. I. 60, Liljegren Dipl. Suec. I. 33, Diplomat. Island. p. 51. (Cf. Forsch. z. d. Gesch. XXIII. 202.) — „Cum piae desiderium".

**995.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9.)*

3855 (2951) *Episcopos Galliarum hortatur, ut se conferant ad concilium in provincia Remensi celebrandum, in quo legatus ipsius, Leo S. Bonifatii abbas, Arnulfi deiecti archiepiscopi Remensis et Gerberti, in illius locum substituti, causam cognoscat. Vide Acta conc. Mosom. in MG. SS. III. 690, Mansi XIX. 193.

Mart. 31. 3856 Parthenonem Pergin (Bergensem) cum omnibus pertinentiis sub „immunitatis defensione" suscipit, sororibusque concedit et abbatissam et advocatum eligendi liberam facultatem. („Ind. VIII. an. dom. inc. DCCCCLXXXVIII." Aut falsa bulla aut interpolata, ut contendit v. Pflugk-Harttung in) Neues Archiv VII. 86. — „Quapropter omni".

Apr. 4. Sutriae 3857 (2952) Monasterii Selsensis privilegia, petente Adelheida imperatrice, confirmat. (Suspecta.) Schöpflin Als dipl. I. 139, Grandidier Hist. d'Als. I. 177, Würdtwein Nova subs. dipl. V. 373, MG. Ep. Reg. Pont. I. 499. — „Quia dominus noster".

Mai. 26. 3858 Guillelmo, abbati S. Benigni Divionensis, monasterium Besuense, in Atuensi comitatu situm, administrandum committit. (Fragmenta, quorum imago arte heliotypica expressa exstat ap. Delisle l. l. Atlas tab. III.) Delisle Mél. de paléogr. p. 50, (v. Pflugk-Harttung Acta I. 10; cf. notam meam in Hist. Jahrb. II. 100).

**985—996.**

3859 *Bullam edit de ecclesia S. Salvatoris „in fundo ecclesiae S. Chrysogoni Romanae sub censu annuo constituta". Vide Calixti II. bullam d. d. 17. Apr. 1121 in Monsignani Bullario Carmelit. I. 517.

3860 *Privilegio monasterio S. Anthimi dato statuit, „ut in plebe S. Salvatoris, in plebe S. Iohannis seu etiam in aliis ecclesiis ad monasterium pertinentibus, si id necessitas exegerit, baptismus debeat celebrari". (Cf. supra ep. 3842.) Vide Anast. IV. bullam d. d. 31. Oct. 1153 ap. Ughelli It. sacr. I. 993, Migne 188 p. 994. (v. Pflugk-Harttung Iter p. 185.)

**991—996.**

3861 (2953) Arnulfum et Balduinum comites, Gozbertum vicecomitem, et Iliardam hortatur, ut monasterio S. Richarii erepta restituant. D'Achery Spicil. II. 326, Bouquet Rec. X. 429, Mansi XIX. 82, Migne 137 p. 850. — „Monemus vos".

3862 (2954) Guidonem (Suessionensem), Fulconem Ambianensem, Balduinum Tarvanensem episcopos de tuendo monasterio S. Richarii hortatur. D'Achery Spicil. II. 326, Bouquet Rec. X. 429, Mansi XIX. 82, Migne 137 p. 851. — „Si sospitatis".

**996.**

Apr. Moritur ineunte mense Aprili. Ottonem III. enim regem, qui secundum Annal. Quedlinb. 996 in MG. SS. III. 73 „dominicam resurrectionem" (d. 12. m. Apr.) Papiae egit, in eadem urbe certiorem de Iohannis morte factum esse, docet Iohannis Chron. Venet. ibid. VII. 30. Cf. Wilmans Jahrb. p. 88. 207.

---

# GREGORIUS V. 996—999.

Anni incarnationis dominicae comparent in Gregorii V. bullis 3863. 3867. 3873. 3874. 3875.
Scriptae bullae sunt per manum
Petri regionarii notarii et scriniarii S. R. E. (3863. 3864. 3866. 3867. 3870. 3871. 3873. 3874. 3878. 3882. 3883. 3885. 3886. 3888)
Benedicti scriniarii S. R. E. (3877. 3898)
Antonii notarii scriniarii S. R. E. (3884)
Anacleti notarii ac scriniarii S. R. E. (3887).
Datae p. m.
Iohannis episcopi s. Albanensis ecclesiae et bibliothecarii s. apost. sed. (3864. 3867. 3870. 3871. 3873. 3874. 3875. 3877. 3878. 3882. 3883).

| | | |
|---|---|---|
| | | **996.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1, imp. Ottone a. 1.)* |
| Apr. | Ravennae | Romanorum nunciis ab Ottone III. rege Bruno commendatur pontifex. Iohannis Canaparii Vit. S. Adalberti in MG. SS. IV. 590: „Rex Otto . . . iuxta sacram urbem Ravennam regalia castra metatus est. Ibi in eius occursum veniunt epistolae cum nuntiis, quas mittunt Romani proceres et senatorius ordo; . . . in morte domni apostolici (Iohannis XV.) tam sibi quam illis non minimam invectam esse partem incommodorum annunciant et, quem pro eo ponerent, regalem exquirunt sententiam. Erat item in capella regis quidam clericus, nomine Bruno. . . . Hunc, quia regi placuit, a maioribus electum Moguntinus archipraesul Willigisus et suus collega Hildebaldus episcopus (Wormatiensis) adduxerunt Romam". |
| „ | Romae | „A Romanis honorifice suscipitur", Ioh. Canap. vit. S. Adalb. l. l. Cf. Annal. Quedlinburg. 996 in MG. SS. III. 73: „non solum cleri sed et omnium Romanorum unanimi voto civium pontificem electum". Annal. Hildesh. 996 ibid. p. 91: „imperator... publico consensu et electione fecit in apostolicum ordinari suum nepotem dominum Brunonem". |
| Mai. 3. | „ | Consecratur inter diem 28. m. Apr. et 9. m. Maii, ut apparet ex bullis ap. Ughelli It. sacr. II. 353 et IV. 98: „Dat. 4. kal. Mai., a. pont. 2, imp. Ottone a. 2, ind. 11 (i. e. an. 998)" et ap. Florez Esp. sagr. XXVIII. 257: „7. id. Mai. . . . an. pont. 3. imp. Ottone a. 2, ind. 11 (i. e. ann. 998)". Idcirco ad dominicum diem 3. m. Mai. revocanda consecratio est. Cf. Wilmans Jahrbücher d. deutschen Reichs unter Otto III. p. 212. |
| „ 21. | „ | Ottonem III. imperatorem consecrat „12. cal. Iunii in ipsa ascensionis Christi festivitate". Annales Quedlinburg. 996 l. l., Thietmari Chron. L. IV. c. 18 ibid. p. 775, (Auctarium Ekkeh. Altah. 996 ibid. XVII. 363). — Diem pentecostes (31. Maii) perperam praebent Annal. Hildesheim. 996 l. l. |
| „ 22. | „ | Vide diploma Ottonis III. imp. ap. Meichelbeck Hist. Fris. I. I. 192, Hund I. 139, (Stumpf 1067), in quo ita legitur: „Consensu et consilio episcoporum atque laicorum astantium, ipsius quoque summi apostolici Gregorii". |
| „ 24. | „ | 3863 (2955) Parthenonem SS. Cornelii et Cypriani Vilichensem, „regiae domni Ottonis III., modo imperatoris, potestati atque munificentiae, praesentibus avia videlicet sua Adalheida et matre sua Theophanu imperatricibus augustis, Anternaco traditum", privilegiis auget, petentibus Hildibaldo Wormatiensi et Notgero Leodiensi episcopis. (Subscripserunt, praeter Ottonem III. imp., episcopi 10. Frustra huius bullae, librarii vitio depravatae, fidem aggreditur Harttung in Dipl.-hist. Forsch. p. 175.) Hoefer Zeitschrift I. 536, Lacomblet Urk. I. 77. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 25. | In ecclesia b. Petri | Synodus. Vide tabulam Ottonis III. imp. ap. Ughelli It. sacr. IV. 982, (Stumpf 1072): „Venientibus nobis in synodo in ecclesia b. Petri apostoli cum summo pontifice Gregorio, spirituali patre, pro definiendis rebus ecclesiasticis". De synodo cf. Iohanni Canaparii Vit. S. Adalb. p. 591 et Brunonis Vit. S. Adalberti ibid. p. 604. |
| „ 27. | | 3864 (2956) Monasterii S. Salvatoris, in monte Amiato siti, libertatem, possessiones, privilegia petente Winizone abbate, confirmat, „ob hoc praecipue, ut in eodem monasterio pro stabilitate regni gloriosissimi imperatoris Ottonis tertii et pro nostra anima . . . sine intermissione fiat oratio". Ughelli It. sacr. III. 618, Cocqu. I. 291. — „Quoniam semper". |
| („) | | 3865 *Monasterio SS. Bonifatii et Alexii Romano possessiones quasdam asserit. Vide Ottonis III. dipl. ap. Nerini De templo SS. Bon. et Alex. p. 372, cf. Stumpf Reichskanzler n. 1079. |
| „ | (Romae) | 3866 (2957) In synodo Herluinum, episcopum Cameracensem, consecrat, quod „interveniente hac re, quae inter Arnulfum Remensis ecclesiae archipraesulem et Gerbertum invasorem eius excrevit, idem Herluinus Remis canonico more consecrari nequivit". Ecclesiae Cameracensis possessiones confirmat, episcoporumque et ceterorum sacerdotum hereditates diripi vetat. (Clausula est vitiosa.) Gesta pont. Camerac. L. I. c. 111 in MG. SS. VII. 449, Bouquet X. 430, Mansi XIX. 218, Migne 137 p. 904. — „Curae pastoralis". |
| Iun. 2. | | 3867 Stabulensis et Malmundariensis monasteriorum possessiones confirmat, deque modo abbatis eligendi constituit, petente Ravengero abbate. Rieger Der Codex Stabul. der k. Bibl. zu Bamberg p. 9. (Cf. Dedicat. eccl. Stabul. in MG. SS. XI. 308 not., ubi huius bullae mentio fit.) — „Cum summae apostolicae". |

**996.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1, imp. Ottone a. 1.)*

Iun. 2. †3868 (2958) Aliud bullae praecedentis exemplar, directum Werenfrido abbati et „scriptum p. m. Iohannis not. regionarii, atramentarii S. R. E." exstat ap. Martene Coll. II. 52, Cocqu. I. 292, Migne 137 p. 906; quod falsum esse, demonstrat Rieger l. l. p. 9. — „Tum summae apostolicae".

Iul. 3869 (2959) *„Iudicatum litis inter Theodoram, abbatissam monasterii S. Blasii civitatis Nepesinae, quod quidem monasterium subiectum erat monasterio monialium S. Ciriaci in Urbe, et alios collitigatores, cui ipsemet Gregorius pontifex subscribit". Georgius in Baron. Annal. ed. Luc. XVI. 349.

Sept. 29. 3870 (2960) Monasterii S. Martini Turonensis privilegia a Deodato et Nicolao pontificibus instituta confirmat, in his, „ut liceat ibidem habere episcopum". Mabillon De re diplom. p. 639, Migne 137 p. 907. — „Innotuit satis".

3871 (2977) Monasterii S. Petri Coeli-aurei Papiensis possessiones ac privilegia confirmat, Azzonique abbati „usum dalmaticae, mitrae, sandaliorum, cyrothecarum, et in itinerandum insigne tintinnabuli" concedit. Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Langob. p. 1618. — „Desiderium quod".

Roma. expellitur a Iohanne Crescentio. Annales Hildesheim. 996 in MG. III. 91: „Crescentius dominum apostolicum, nudum omnium rerum, Urbe expulit". Vita pont. e cod. Est. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 337: „Et foras eum eiecerunt". Cf. in Lantberti Vit. Heriberti in MG. SS. IV. 742 quae addit Rupertus: „De isto (Gregorio V.) qualiter a Romanis, imperatori rebellantibus, primo expulsus sit"; Vit. S. Nili ibid. p. 616: „σὺν τῷ ἐκδιωχθέντι προέδρῳ".

In finibus Spoletanorum. Vide Abbonis Floriacensis vitam ap. Bouquet Rec. X. 334, et eiusdem epistolam ibid. 437.

3872 (2961) *Monasterii Floriacensis privilegia, petente Abbone abbate, confirmat, in his: „ut episcopus Aurelianensis, nisi invitatus, Floriacum nequaquam adeat coenobium, neve unquam quilibet pontificum monasterio divinum interdicat officium, etiam si tota Gallia . . . anathematis feriatur vindicta a sede apostolica". Vide Abbonis Vitam ap. Bouquet Rec. X. 335, et eiusdem epistolam ibid. p. 439. (Cf. Vie de Gauzlin ed. Delisle p. 28, ed. Ewald in Neues Archiv III. 357.)

**997.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 1. — 3. Mai. — 2, imp. Ottone a. 1. — 21. Mai. — 2.)*

Ian. 24. Regii. Titulus ecclesiae S. Prosperi Reginae ap. Ughelli It. sacr. II. 270, Migne 137 p. 909:

„Teuzo praesentem fundavit episcopus aedem,
  Ad decus et sancti instituit Prosperi,
Cuius ad hanc semper veneranda transtulit ossa
  Cum papa quinto nomine Gregorio,
Forte Ticinensem qui tunc pergebat ad urbem
  Concilii sacri causam habiturus ibi.
Pontificem . . . . . multaque turba secuta,
  Suscepit Teuzo quos pater hospitio;
Venerat antistes iunior et ipse Iohannes
  Sede Ravennali dexter abiturus ibi. (Cf. bullam subsequentem.)
Cum quibus a dicto primo Teuzone rogatus
  Hoc per se templum reddidit ipse sacrum,
Tot simul ac tantis domus sacrata patronis
  Corpus est positum hic, Prosper alme, tuum,
Cum quo Venerii simul ossa levata beati
  Huius in ecclesiae condita sunt latere.
Sunt haec, dante Deo dum tertius imperat Otho
  Atque kalendarum facta nova (leg. nona) Februi.

„ 28. 3873 (2962) Ecclesiae Ravennatis bona et privilegia, rogante Iohanne archiepiscopo, confirmat. Dissertatio hist. de summo ap. sed. imp. in urb. Comacli. app. p. 2, Bertoldi Mem. stor. d'Argenta II. 133, Fantuzzi Mon. Rav. V. 264, Vesi documenti I. 420, Cocqu. I. 292, Migne 137 p. 909. — „Quoniam omnium".

Febr. 7. 3874 (2963) Hattoni, abbati Fuldensi, dalmaticae et sandaliorum usum asserit. (De fide bullae non est cur dubitemus; aliter sentit Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 420.)

**997.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 1. — 3. Mai. — 2, imp. Ottone a. 1. — 21. Mai. — 2.)*

Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 340, Migne 137 p. 912. — „Omnium fidelium praesentium“.

Febr. 8. — 3875 (2964) Ottoni, Romanorum imperatori augusto, concedit, ut in ecclesia palatii Aquisgranensis „septem cardinales diaconi et presbyteri septem cardinales deserviant, ea videlicet ratione, ut nullius dignitatis persona supra sacrum altare Dei genitricis Mariae ibidem constitutum missam celebret, praeterquam supradicti septem cardinales presbyteri et archiepiscopus huius loci (i. e.) Coloniensis, et episcopus Leodiensis“. Ecclesiae bona confirmat, ea lege, „ut singulis quibusque annis sine aliqua mora aut dilatione optimi auri libra una Romanae ecclesiae apto tempore persolvatur“. Quix Cod. dipl. Aqu. I. 36, (Miraei Opp. dipl. III. 563, Migne 137 p. 912). — „Equum igitur et“.

Papiae — Synodus, in qua 1) episcopi, qui ob deiectum Arnulfum, archiepiscopum Remensem, vocati ad synodum non venerint, laicumque nuncium miserint, „ab episcopi officio suspenduntur“; 2) Adalbero, episcopus Laudunensis, qui Arnulfum „apprehenderit et tradiderit“, eadem poena afficitur; 3) Roberto regi, „qui consanguineam suam (Bertham) in coniugium duxerit“, episcopisque, qui eas nuptias probaverint, nisi satisfaciant, excommunicatio proponitur; 4) invasori ecclesiae Neapolitanae, nisi satisfaciat, anathema denunciatur; 5) constituitur, „ut si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolume aut eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pictationem (pitacium) promittere, aut sacramentum praebere temptaverit, aut aliquod certe suffragium pollicitus fuerit, loci sui dignitate et omnium fidelium communione privetur et anathematizetur.“ (Cf. Symmachi syn. 1. Mart. 499); 6) Gisilhario, qui, relicta ecclesia Merseburgensi, Magdeburgensem invaserit, nisi die 25. m. Decembris Romam rationis reddendae causa venerit, sacerdotii privatio intentatur; 7) Crescentius, „ecclesiae Romanae invasor et depraedator“, excommunicatur. Vide Gregorii epistolam ap. Jaffé Bibl. III. 351, MG. SS. III. 694, Wasserschleben Beitr. z. Gesch. d. vorgrat. Kirchenrechtsqu. p. 189, (Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 24).

3876 (2965) Will(egisum, Moguntinum) archiepiscopum, vicarium suum, de decretis synodi Papiensis certiorem facit. (Subscripserunt episcopi 13.) MG. SS. III. 694, Wasserschleben Beitr. z. G. d. vorgrat. Kirchenrechtsqu. p. 189, Höfler Die deutsch. Päpste I. 318, Migne 137 p. 913. — „Decreta enim“.

Iun. 28. — 3877 (2966) Monasterii S. Benedicti et S. Scholasticae Sublacensis possessiones confirmat, petente Petro abbate. (Signa temporis corrupta sunt; cf. Georgii Annot. in Baron. Annal. ed. Luc. T. XVI. 349.) Muratori Ant. It. I. 943, Cocquelines I. 172, Migne 137 p. 915. — „Si semper ea“ „Si semper sunt“.

Iul. 7. — 3878 (2967) Iohanni, archiepiscopo Ravennati, eiusque successoribus, et Placentinum episcopatum suffraganeum restituit et Monteferetranum subiicit. Ughelli It. sacr. II. 352, Amadesius Ant. Rav. chron. II. 294, Cocqu. I. 294, Mansi XIX. 200, Migne 137 p. 919. — „Divinae remunerationis“.

3879 (2968) Abboni, abbati Floriacensi, mandat, mittat R. fratrem, qui sibi „de regis promissione, de Cantuariorum archiepiscopi incolumitate renuntiet“. Petit, ut „ex missalibus libris optimum“ sibi mittat. Mabillon Ann. Ben. IV. 107, Bouquet X. 431, Migne 137 p. 920. — „Quia litterarum“.

**998.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 2. — 3. Mai. — 3, imp. Ottone a. 2. — 21. Mai. — 3.)*

Ian. — Papiae — cum Ottone III. imperatore. Vide Annal. Quedlinb. 998 in MG. SS. III. 74, Ottonis III. itinerarium ap. Stumpf p. 95.

Febr. — Romam — cum Ottone III. imperatore pervenit. Annal. Quedlinb. 998 l. l. Ottonem imp. iam d. 22. Febr. 998 versatum Romae esse, docet eius charta ap. Muratori R. It. SS. II. II. 492. Stumpf n. 1146 hanc chartam non „VIII. kal. Martii“ sed „VIII. kal. Maii“ datam esse censet.

c. Mart. — Romae — Concilium, in quo Iohannes (XVI.) antipapa deiicitur. Vide infra huius regesta.

Apr. 5. — In basilica b. Petri — Otto III. imperator, praesente Gregorio, exercet iudicium inter presbyteros ecclesiae S. Eustathii et Hugonem, abbatem monasterii Farfensis, cui dat „indutias a tertia feria usque in VI. feriam“. Quibus verbis dies 5. et 8. m. Aprilis significantur;

**998.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 2. — 3. Mai. — 3, imp. Ottone a. 2. — 21. Mai. — 3.)*

circumacto enim indutiarum tempore, scriptae de ea re tabulae sunt sabbato die 9. m. Aprilis. Galletti Del primic. p. 219, Muratori R. It. SS. II. II. 505.

Apr. 22. Romae — 3880 (2969) *Alavico, abbati Augiae-divitis, et eius successoribus, petente Ottone imperatore, concedit, „ut episcopali more sacrentur, missas celebrent cum dalmatica et sandaliis secundum usum unius Romanae abbatiae, et a solo papa debeant sacrari abbates". Vide Würdtwein Nov. subs. dipl. VI. 147, Deusdedit Coll. can. L. III. c. 149 ed. Martin. p. 321, ap. Borgia Breve ist. append. p. 8, ubi Gregorii V. nomen omittitur. Cf. Herim. Aug. Chron. 997 in MG. SS. V. 118.

(„) („) — 3881 *Monasterium Augiae-divitis „cum omnibus sibi pertinentiis ditioni et tuitioni sedis apostolicae subdit, interventu Ottonis imperatoris". (Ad Gregorium V. referenda esse haec verba, dubitari nequit.) Deusdedit Coll. can. L. III. c. 149 ed. Martin. p. 321, (apud Borgia Breve istor. append. p. 8). Cf. eam quae praecedit bullam.

„ 28. — 3882 (2970) Monasterii S. Ambrosii Mediolanensis possessiones confirmat. Puricelli Ambr. bas. mon. p. 315, Ughelli It. sacr. IV. 98, Marini I papiri p. 60, Cocqu. I. 294, Mansi XIX. 203, Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Langob. p. 1636 (male descripta) et 1062, Migne 137 p. 920. — „Postquam beato Petro".

„ 28. — 3883 (2971) Gerberto, archiepiscopo Ravennati, pallii usum concedit, eique et ecclesiae eius donat „post mortem Adeleidae imperatricis districtum Ravennatis urbis, ripam integram, monetam, teloneum, mercatum, muros et omnes portas civitatis", itemque „Comaclensem comitatum post mortem Adeleidae imperatricis". Privilegia ecclesiae Ravennatis confirmat, in his „praeceptum de Regiensi episcopatu a venerabili Othone Augusto attributum". Ughelli It. sacr. II. 353, Cocqu. I. 295, Mansi XIX. 201, Olleris Oeuv. de Gerbert p. 547, Migne 137 p. 921, (Rubei Hist. Rav. p. 273). — „Quoniam apostolicae".

„ — 3884 (2972) Ecclesiae Beneventanae iura metropolitana, petente Ottone III. imperatore, confirmat. Alphanum archiepiscopum pallio donat. Ita addit: „Concedimus autem Alphano clerico, vestro nepoti, integrum ipsum archiepiscopatum post decessum tuum habendum". (Fragmentum.) Ughelli It. sacr. VIII. 72, (qui miratur, unde Vipera Chronologia p. 76 integram retulerit bullam, cum ultima textus verba in ms. haud legi possint), Cocqu. I. 296, Migne 137 p. 923. — „Cum summae".

„ — 3885 (2973) Monasterii S. Genesii possessiones, petente Bernardo comite Bisuldunensi, confirmat, et privilegia constituit, imposito monachis duorum solidorum tributo annuo. Marca Marca Hisp. p. 952, Cocqu. I. 296, Migne 137 p. 924. — „Creditae nobis".

„ — 3886 (2974) Monasterii S. Mariae et S. Petri Montismaioris, ab Ismidone b. Petro oblati, possessiones confirmat, eique privilegia ea lege concedit, ut „infra quinque annos tres libras olibani monachi ad altare S. Petri persolvant". Baluzii Misc. III. 6, Cocqu. I. 297, Migne 137 p. 927. — „Convenit apostolico".

„ — 3887 (2975) Monasterium S. Nazarii Laureshamense, Ottonis III. imperatoris rogatu, tuendum suscipit, iuraque eius corroborat. Chron. Laureshamense in MG. SS. XXI. 400. — „Quoniam concedenda".

Mai. 9. In basilica b. Petri — Synodus, praesente Ottone III. imperatore, in qua deiecto Guadaldone, ecclesiae Ausonensis invasore, Arnulphus episcopus sancitur. Vide Gregorii bullam ap. Florez Esp. sagr. XXVIII. 257, Baluzii Misc. II. 117, Mansi XIX. 227, Migne 137 p. 928.

„ — 3888 (2976) Arnulphum, episcopum Ausonensem, ex synodi sententia sancit, ecclesiaeque eius possessiones confirmat. (Subscripsit praeter alios Otto III. imperator.) Florez Esp. sagr. XXVIII. 257, Baluzii Misc. II. 117, Mansi XIX. 227, Migne 137 p. 928. — „Divina nobis".

†3889 (2978) Monasterium Fabariense tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, et iura auget „ob amorem b. Benedicti ac dilectissimorum filiorum Adelhaidis augustae". Eichhorn Episc. Cur. C. Pr. p. 33, cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 172. — „Regularem vitam".

3890 (2979) Ad Constantiam reginam (Roberti, Francorum regis, coniugem) Petrum episcopum „mense Novembri praesentis anni, II. (leg. XII?) indictionis", mittit, ut synodum convocet, qua spoliatores villarum Iuliani episcopi plectantur. (Haec epistola videtur Gregorio V. perperam tribui.) Mansi XIX. 204, Bouquet Rec. X. 431, Migne 137 p. 931, (Decr. Grat. C. XII. qu. 2. c. 8. 9, cf. ibid. ea, quae annotavit Friedberg, Ivonis decr. XIII. 36). — „Cum devotissimam" „Cum dominam".

**996—999.**

3891 (2982) *Wideroldo, episcopo Argentoratensi, abbatiam Andlaviensem tuendam reficiendamque committit. Vide Silvestri II. bullam ap. Grandidier Hist. d'Als. I. Pièces just. p. 187, Olleris Oeuv. de Gerbert p. 159.

3892 (2983) *Monasterii S. Petri Perusini privilegia confirmat. Vide acta synodi, a Silvestro II. die 3. Dec. 1102 celebratae, ap. Ughelli It. sacr. I. 1158, Mansi XIX. 275.

3893 *Ecclesiam S. Petri Guastallensem „in plebem de capella promotam esse" a Gregorio V. testatur Eugenii III. bulla d. d. 14. Iun. 1145 ap. Affò Ist. di Guast. I. 338, Migne 180 p. 1048.

**998—999.**

3894 (2981) (Arduinum), „Christianae fidei expugnatorem", hortatur, ut vexare ecclesiam Eporediensem desistat, alioquin eum „in pascha domini" a sese anathematizatum iri ostendit. (Aut exeunte a. 998 aut inito a. 999 ep. data est. Cf. Giesebrecht G. d. d. K. I. 861.) Provana Studi critici p. 343. — „Christianae fidei".

3895 (3136) Monasterii Cluniacensis libertatem et possessiones, in his „eas res, quae per regale praeceptum a Chonrado rege (Burgundiae) collatae sunt, id est Romanummonasterium", petente Odilone abbate, confirmat, ea lege ut „dentur per quinquennium decem solidi ad urnam b. Petri". (Quae solet perperam Gregorio VI. ascribi, bullam Gregorio V. tribuendam esse probavit Steindorff Jahrb. I. 490.) Mém. et docum. de la société de la Suisse Rom. III. 425. — „Convenit apostolico moderamini".

3896 (2980) Monasterii Cluniacensis possessiones et privilegia „ob interventum domni piissimi et pii Ottonis imperatoris Augusti" confirmat, petente Odilone abbate. Bullar. Cluniac. p. 10, Mon. pont. Arverniae p. 18, Migne 137 p. 932. — „Desiderium, quod religiosorum".

Romae in basilica b. Petri — Concilium generale, praesente Ottone III. imperatore, ubi 1) Roberto regi, nisi, Bertha e matrimonio dimissa, annorum septem poenitentiam susceperit, anathema denunciatur; 2) Erchembaldus, archiepiscopus Turonensis, ceterique episcopi, quibus assentientibus nuptiae illae effectae sint, excommunicantur, donec Romam venerint; 3) Episcopatus Merseburgensis restituitur; 4) statuitur, ut Gisilharius aut maneat archiepiscopus Magdeburgensis, aut ad ecclesiam Merseburgensem redeat, aut omnino deiiciatur, prout probari possit, eum aut „populi et cleri invitatione", aut sine illorum „invitatione et electione", aut „per ambitionem et avaritiam" ad ecclesiam Magdeburgensem transiisse; 5) Stephanus, ecclesiae Aniciensis invasor, deiicitur; 6) Dagobertus, archiepiscopus Bituricensis, et Rodenus, episcopus Nivernensis, qui Stephanum consecraverint, quoad Romam veniant, excommunicantur; 7) decernitur, ut in Stephani locum successor a clero et populo Aniciensi eligatur, a papa consecrandus; 8) Robertus rex deiecto Stephano ferre opem vetatur. (Subscripserunt episcopi 27.) D'Achery Spicil. I. 603, Mansi XIX. 225, qui p. 237, hoc concilium aut exeunte a. 998 aut inito a. 999 celebratum esse, recte iudicat. Quibus mensibus Otto III. Romae hoc tempore fuerit, docet itinerarium eius in diplomatibus nisum ap. Stumpf p. 98.

3897 (2984) Monasterium Petershusanum, petentibus Ottone III. imperatore et Lamperto episcopo Constantiensi, protegendum suscipit, possessionesque et iura eius confirmat. (Frustra huic bullae fidem derogat Harttung in Dipl.-hist. Forsch. p. 179.) Ussermann Germ. sacr. Prodr. I. 324, Mone Quellensammlung I. 130, Herrgott Gen. Habsb. II. 94, MG. SS. XX. 640, Mansi XIX. 205, Migne 137 p. 935, cf. Neugart Cod. dipl. Al. I. 648. — „Desiderium, quod".

**999.** *(Ind. 12, pont. a. 3, imp. Ottone a. 3.)*

Ian. — 3898 (2985) Monasterium S. Andreae Avenionense confirmat, privilegiisque ditat, petente Martino abbate. Hist. de Languedoc. II. Pr. p. 155, ed. nov. V. 335, Migne 137 p. 937. — „Cum summus apostolicae".

Febr. — Moritur. In sepulcrali Gregorii titulo ap. Baronium Annal. p. 999, ap. Watterich I. 88 supremus eius dies 18. m. Februarii praebetur; in Thietmari Chron. L. IV. c. 27

**999.** *(Ind. 12, pont. a. 3, imp. Ottone a. 3.)* in MG. SS. III. 780: d. 4. m. Febr.; in Necrol. Fuldens. ibid. XIII. 208: d. 12. Febr.; in Vit. Meinwerci c. 7 ibid. XI. 110: d. 12. m. Mart. (Interfectum Gregorium esse tradit Vita S. Nili ibid. IV. 617 et Rupertus in addit. ad Lantberti Vit. Herib. ibid. p. 742.)

---

## IOHANNES (XVI., Calabritanus, Philagathus) antipapa. 997—998.

**997.**

c. Mai. — Romae — A Iohanne Crescentio papa constituitur Iohannes, archiepiscopus Placentinus, Constantinopoli reversus. Annales Quedlinb. 997 in MG. SS. III. 71, Annal. Hildesheim. 997 ibid. p. 91, Thietmari Chron. L. IV. c. 21 ibid. p. 776, Iohannis Chron. Venet. ibid. VII. 30; Bonizonis Decret. IV. c. 108 ap. Mai. Nov. bibl. patr. VII. III. 45: „. . . a Constantinopoli rediens, dum Romam causa orationis veniret, a Crescentio et a Romanis capitur, tenetur et licet invitus papa tamen infelix ordinatur Romanus"; cf. Arnulfi Gest. archiep. Med. L. I. c. 11 ibid. VIII. 9. Circiter mense Maio coepisse Iohannem censet Pagius in crit. ad Baron. Annal. p. 998, quod, qui circ. m. Martio a. 998 deiectus sit, ei menses 10 tribuantur in catalogis.

„ — Nuncios Ottonis imperatoris „diligenti custodiae tradi" iubet. Thietmari Chron. L. IV. c. 21 l. l.

**998.**

Febr. — Roma — fugit. Annales Quedlinb. p. 998 l. l. Thietmari Chron. L. IV. c. 21 l. l.

„ — Procul a Roma — „inexpugnabilem turrim intrat". Iohannis Chron. Venet. l. l. p. 31.

c. Mart. — „Ab Ottonis (imperatoris) vassore Birthilone correptus, amputatis naribus et lingua, effossis quoque oculis . . . ductus est", Catal. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1640. „Gregorius . . . apprehendere fecit illum scelestum invasorem et fecit ei oculos eruere et nasum cum lingua abscindere", Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 334, ap. Watterich I. 68. „Ab eius (imperatoris) militibus captus, proiectis oculis auribusque praecisis, nares etiam et linguam amisit", Iohannis Chron. Venet. l. l. „Tunc quidam insequentes Iohannem comprehenderunt eum et timentes, ne si eum ad Augustum destinarent, impunitus abiret, linguam ei et nares pariter absciderunt oculosque illi penitus eruerunt", Annal. Quedlinburg. p. 998 l. l. „A fidelibus Christi et Caesaris captus, linguam cum oculis ac naribus amisit", Thietmari Chron. L. IV. c. 21 l. l. „Orbatus enim per ipsos (Ottonem et Gregorium) maxime necessariis membris, oculis inquam lingua et naso", Vita S. Nili in MG. SS. IV. 616. „Pseudopapa vero Graecus effossis oculis, abscisis naso et auribus . . .", Arnulfi Gest. archiep. Med. L. I. c. 12 in MG. SS. VIII. 9.

„ — Romae in monasterium quoddam — includitur. Iohannis Chron. Venet. l. l.: „et capitis deturpatus decoritate Romam in quodam monasterio delatus est". Vita S. Nili l. l.: „coniectusque in carcerem plenus miseriarum et omni spe destitutus iacebat".

„ — Romae — in concilio Gregorii V. deiicitur. Iohannis Chron. Venet. l. l.: „a sacro concilio depositionis sententiam sustinens, sacerdotale officium perdidit, et a Romanis impositus deformis aselli tergo, versa facie ad caudam sub praeconi voce per Romanas regiones ducebatur". Vita S. Nili l. l.: . . . „quadragesimale enim agebatur ieiunium" (a d. 2. Mart. ad 10. Apr.); p. 617: „Verum papa ille (Gregorius) non expletus malis, quibus Philagathum affecerat, produxit illum et sacerdotali habitu super ipsum disciso circumduxit per totam urbem". Arnulfi Gest. archiep. Med. L. I c. 12 l. l.: „dorso asinae retroversus manu tenens caudam, totam distrahitur per hurbem". Bonizonis Decret. IV. c. 108 ap. Mai. Nov. bibl. patr. VII. III. 46: „ipsum vero pontificem . . . per plateas Leoninae civitatis circumduci iussit (Otto III.)".

**1013.**

Apr. 2. — Moritur. Etenim in Ann. necrol. Fuld. 1013, MG. SS. XIII. 210 legitur: „IV. non. Apr. Grecus Iohannes viam universae carnis ingressus est"; quae verba non nisi ad Iohannem XVI. antipapam referenda videntur.

---

# SILVESTER II. 999—1003.

Anni dominicae incarnationis reperiuntur in Silvestri bullis 3900 et 3904.
Subscriptio papae per notas tironianas manu propria, ut videtur, exarata apparet in bullis
3096 Gerbertus qui et Silvester p(apa? episcopus?)
3925. 3927 Silvester Gerbertus Romanus episcopus.
Scriptae bullae sunt per manum
Petri notarii et scriniarii S. R. E. (3900. 3902. 3904. 3905. 3906. 3910. 3924. 3926. 3927. 3940).
Antonii regionarii notarii et scriniarii S. R. E. (3901. 3907)
Iohannis scriniarii S. R. E. (3912. 3925).
Datae p. m.
Iohannis episcopi s. Albanensis ecclesiae et bibliothecarii s. sed. apost. (3901. 3904. 3906. 3907. 3912).

**999.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1, imp. Ottone a. 3. — 21. Mai. — 4.)*

Apr. — Consecratur ineunte m. Aprili. Etenim quem constat m. Maio a. 1003 decessisse, ei in Vit. pont. e cod. Est. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 337, ap. Watterich I. 68: a. 4 m. 1 d. 8, in Annal. Cav. min. 999 in MG. SS. III. 189 et in cat. pont. ap. Vignolium lib. pont. I.: a. 4 m. 1 d. 9 tribuuntur. (Ceteri perperam dant a. 5; a. 4 m. 7 d. 12; a. 4 m. 6 cet.) — Thietmari Chron. L. VI. c. 61 in MG. SS. III. 835: „is (Silvester) gratia imperatoris eidem (Gregorio V.) successit".

„ 15. Romae — Vide tabulam Ottonis III. imperatoris ap. Tiraboschi Mem. Mod. I. 161, (Stumpf 1183): „per interventum et petitionem domni Silvestri summi pontificis".

„ 18. — 3900 (2986) Monasterium S. Lamberti Seonense, petentibus fundatore Aribone comite et Ottone III. imperatore, confirmat iuribusque ornat, ea lege, ut singulis annis denarii XII. sedi Romanae solvantur a monachis. Mon. Boic. II. 123, Olleris Oeuv. de Gerbert p. 155, Migne 139 p. 269. — „Si loca vel".

„ 19. — 3901 (2987) Monasterii S. Salvatoris et S. Benedicti Lenensis possessiones et privilegia, petente Liuzone abbate, confirmat. Zaccaria Della badia di Leno p. 80, Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Langob. p. 1691, Olleris p. 156. — „Quoniam semper concedenda".

„ — 3902 (2988) Parthenonis SS. Petri et Seruatii Quedlinburgensis privilegia, rogatu Ottonis imperatoris eiusque sororis Adelheidae abbatissae, confirmat. (Perperam hanc bullam in suspicionem vocat Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 163. Copiam in tab. reg. Magdeburgensi asservatam ex autographo notis tironianis ornato factam esse, docet Sickel in Geschichtsbl. f. Magdeb. XIII. 202, idemque probat Ewald in Neues Archiv IX. 349. Cf. notarum specimen ap. Erath tab. IX et Neues Archiv IX.) Erath Cod. dipl. Quedl. p. 27, Kettner Ant. Quedl. p. 42. — „Quia postulant".

Apr. Mai. „ — In synodo, praesente Ottone III. imperatore, Arduinus, marchio Eporediensis, ob interfectum Petrum, episcopum Vercellensem, damnatur. Vide tabulam ap. Provana Studi critici p. 345. Cf. Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. I. 862.

(„) („) „ — Ad hanc synodum referenda videtur Gisilharii, archiepiscopi Magdeburgensis, suspensio, de qua narrat Thietmarus in Chron. L. IV. c. 28, MG. SS. III. 780.

Mai. 7. „ — Vide diploma Ottonis III. imp. in Hist. Patr. Mon. Chart. I. 326, (Stumpf 1191): „supplicante domno papa Silvestro".

(„) — 3903 (2989) Ecclesiae Vercellensi donatum ab Ottone III. imp. (die 7. m. Maii) S. Agathae comitatum asserit. (Bulla, licet vitiis non careat, in simulatarum numerum non est releganda. Aliter Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 184.) Hist. Patr. Mon. Chart. I. 327, Provana Studi critici p. 353, Olleris p. 158. — „Clareat cunctis".

„ — 3904 (2990) Ecclesiae Argentoratensi possessionem abbatiae Andlaviensis asserit. Grandidier Hist. d'Als. I. 187, Würdtwein Nov. subs. dipl. VI. 143, Olleris p. 159, (Schöpflin Als. dipl. I. 142). — „Divina nobis".

**999.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1, imp. Ottone a. 3. — 21. Mai. — 4.)*

Jul. 9. Beneventi — cum Ottone III. imperatore. Lantberti vit. Heriberti in MG. SS. IV. 744: „praesente papa, Heribertus Agrippinae Coloniae creatur episcopus". Rupertus addit: „Et quidem Beneventi pontificalis ei honor datus est 7. idus Iulii".

a. Sept. 22. Farfae — „Eodem praesenti anno christianissimus imperatur Otto cum domno papa Silvestro... ad monasterium S. Mariae in Pharpha pervenit"; haec leguntur in tabula quadam, scripta Romae die 2. Dec. 999, ap. Galletti Del primic. p. 229, Muratori R. It. SS. II. II. 499, not. 7, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 129. Iam die 22. Sept. 999 Ottonem Farfae versatum esse, docet eius tabula ap. Stumpf Acta imp. n. 253.

Oct. 23. Romae — Vide diploma Ottonis III. ap. Resch Ann. Sabion. III. 643, Sinnacher Beitr. z. Gesch. v. Säb. u. Brix. II. 171, (Stumpf 1200): „Ob interventum domni Silvestri papae universalis patrisque spiritualis".

„ — 3905 (2991) Monasterii Laureshamensis privilegia, petentibus Ottone III. imperatore et Willigiso, archiepiscopo Moguntino, et Francone Wormatiensi Berneharioque Verdensi episcopis, confirmat. Chron. Laureshamense in MG. SS. XXI. 392, (Olleris p. 161). — „Notum fieri".

Nov. 3. „ — Vide tabulam Ottonis III. imperatoris ap. Ughelli It. sacr. IV. 975, Margarini Bull. Cas. II. 60, (Stumpf 1202).

„ 23. — 3906 (2994) Theotardum, episcopum Aniciensem, Stephani, a Gregorio V. in synodo Romana damnati, successorem sancit, et ecclesiae possessiones confirmat. A quolibet eum vel locum eius excommunicari vetat. (Imaginem huius papyri arte phototypica expressam praebent Bibl. de l'éc. d. ch. XXXVII et Recueil de facs. n. 32. Notas bullae tiron. explicat Ewald in Neues Archiv IX. 323.) Bibl. de l'école des chartes XXXVII. p. 109, cf. Neues Archiv IX. 329; (Gall. Chr. II. 226, Mansi XIX. 244, Olleris p. 146, Migne 139 p. 274). — „Quotiescumque ecclesiae quaestiones" („Quotiens quaestiones").

Dec. 31. — 3907 (2992) Monasterii Fuldensis privilegia, petente Erkanbaldo abbate, confirmat. (Quatuor bullae Silvestrinae exempla, plus minusve a communi literarum pontificiarum forma recedentia nobis sunt tradita; quorum duo, quae ap. Dronke p. 341 et ap. Harttung p. 425 edita sunt, ex genuina Silvestri bulla manasse manifestum est. Ac si ex textu ap. Harttung l. l. verba ad monasterium S. Andreae Romanum pertinentia eieceris, difficile dictu est, utra forma utri praeferenda sit.) Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 341, Olleris p. 161, Migne 139 p. 272; Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 425; (Schannat Dioec. Fuld. p. 245, Cocqu. I. 399. Silvestri bullam ap. Harttung l. l. p. 423 ex tabula Marini II., supra 3622, confectam esse recte opinatur Harttung ibid. p. 429. Cf. Hirsch.-Bresslau Jahrb. III. 164). — „Pontificii nostri".

3908 (2993) Arnulfo Remensi, „quibusdam excessibus pontificali honore privato . . . , quia eius abdicatio Romano assensu caruerit", concedit, ut, recepto baculo et anulo, „archiepiscopali officio fungatur, et omnibus insignibus solito more perfruatur, pallio utatur et benedictionem regum Francorum et subiectorum episcoporum obtineat". Ecclesiae Remensis privilegia confirmat. (Non est, cur hae litterae Silvestro abiudicentur. Arnulfum mense Decembr. a. 999 apud papam fuisse, liquet ex tabula ap. Galletti Del primic. p. 229, Muratori R. It. SS. II. II. 499 not. 7, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 129, ubi subscriptio haec legitur: „Arnulfus . . . ecclesiae interfui et subscripsi"; quibus verbis significari Arnulfum Remensem, iure colligit Giesebrecht Gesch. d. d. K. I. 862.) Duchesne H. Fr. SS. II. 843, Marlot Metr. Rem. II. 56, Bouquet X. 425, Cocqu. I. 303, Mansi XIX. 242, Gall. Chr. X. Instr. p. 20, Olleris p. 145, Migne 139 p. 273. — „Apostolici culminis".

**1000.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — Apr. — 2, imp. Ottone a. 4. — 21. Mai. — 5.)*

Mart. 27. — †3909 (2995) Stephano, Hungarorum duci, quod regnum gentemque per Astricum, episcopum Colocensem, b. Petro obtulerit, gratias agit. Utrumque ea lege restituit, ut eius successores, per optimates electi, a pontificibus Romanis approbentur. Coronam, Polonorum duci ante destinatam, ei mittit, nomenque regis et ecclesiarum sua vice ordinandarum potestatem concedit. („Data Romae." Bullam hanc s. XVII. fabricatam esse, cum Kollario putat Wattenbach in MG. SS. XI. 233. n. 35; fidem eius defendit Olleris p. 554 sequ.) Fejér C. D. H. I. 274, Cocqu. I. 399, Olleris p. 147, Migne 139 p. 274. — „Legati nobilitatis".

## 1000. (*Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — Apr. — 2, imp. Ottone a. 4. — 21. Mai. — 5.*)

| | | |
|---|---|---|
| Mai. | | 3910 Monasterio cuidam (civ. Aretinae?) ius Romanum, possessiones et consuetudines concedit. Hoc regestum ap. v. Pflugk-Harttung Iter p. 185. |
| Oct. | Romae | Ottonem III. imperatorem „magnis laudibus suscipit". Thietmari Chron. L. IV. c. 29. in MG. SS. III. 781. — Imperatorem iam die 1. m. Nov. fuisse Romae liquet ex eius diplomate ap. Ughelli It. sacr. IV. 773, (Stumpf 1242). |
| | | 3911 P(etrum) episcopum Astensem vehementissime increpat, quod saepius ad synodum vocatus non venerit et „discussionem canonum vitaverit". Praecipit ut (ad synodum) „in octava proximae epiphaniae" i. e. 13. Jan. (celebrandam accedat). Neues Archiv IX. 357, (v. Pflugk-Harttung Iter p. 185). — „Iam epistolae nostrae". |
| Dec. 26. | | 3912 (2996) Darferio comiti eiusque filiis et nepotibus, „maxime ob militare obsequium" sibi promissum, tribuit „nomine beneficii civitatem superiorem et inferiorem, quae vocatur Terracina, cum omni districtione sua atque comitatu Terracinensi". „Et quoniam" inquit „sanctae Romanae ecclesiae pontifices nomine pensionis per certas indictiones haec et alia nonnulla attribuisse nonnullis indifferenter constat, cum lucris operam darent et sub parvissimo censu maximas res ecclesiae perderent, id genus doni totum in melius commutamus, uti (per) ea, quae per hanc nostrae praeceptionis paginam concedimus sub nomine beneficii, et stipendia militaria sunt; hoc quippe genus pensionis dignum ducimus, et (an ut?) milites in pace obsequio, in bello armis pro honore et salute s. R. ecclesiae decertent. Sed ne res ecclesiasticae in possessionem vel proprietatem alicuius transire possint, sub nomine pensionis ab hac praesenti quarta decima indictione constituimus, ut actionariis s. R. ecclesiae tres auri solidi persolvantur, id est in mense Ianuario". Contator Hist. Terrac. p. 41. — „Quoties illa a nobis". |

## 999—1001.

| | | |
|---|---|---|
| Iun. 12. | | 3913 (2997) Ottoni III. imperatori scribit, se ei rumores allatos per Gregorium Tusculanum nunciasse. Propter inimicorum seditionem se Orta urbe excessisse. Petit, ut ecclesiae Romanae bona, in Sabino sita, restitui sibi iubeat. Höfler Die deutsch. Päpste I. 330, Olleris p. 150. — „Multa vobis". |

## 1001?

| | | |
|---|---|---|
| | | 3914 (2998) Azelinum, episcopum Laudunensem, variis de criminibus a Roberto rege accusatum, „in hac proxima paschali ebdomada Romae adesse et generaliter ibi habendae synodo repraesentare se", iubet. Duchesne H. Fr. SS. II. 843, Bouquet Rec. X. 428, Mansi XIX. 241, Olleris p. 151, Migne 139 p. 277. — „Super salute" |

## 1001. (*Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — Apr. — 3, imp. Ottone a. 5. — 21. Mai. — 6.*)

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 1. | Romae | 3915 (2999) *Ecclesiae Paderbornensis bona et iura, Rethario episcopo per nuntios petente, confirmat. Vita Meinwerci c. 7 in MG. SS. XI. 110. |
| „ 5. | Romae in palatio imperatoris | Otto III. imperator et Silvester papa Bernwardum, episcopum Hildeshemensem, suscipiunt. Vide Thangmari Vitam Bernwardi in MG. SS. IV. 767: „mane vero". |
| Ian. 13? | In palare in ecclesia S. Sebastiani | Synodus episcoporum 20, praesente Ottone III. imperatore, in qua Gandershemensis synodi a Willegiso archiepiscopo Moguntino habitae acta rescinduntur; monasterium Gandershemense Bernwardo, episcopo Hildeshemensi, restituitur; synodus Palithi in Saxonia die 21. m. Iunii habenda, indicitur. Vide Thangmari Vit. S. Bernwardi p. 768. Cf. Annal. Hildesheim. 1001 in MG. SS. III. 92. — Ad hanc synodum, cum una et sola sit, quam Silvestrum II. aut mense Ian. aut ineunte mens. Februario egisse comperimus ex Thangmari Vita S. Bernw. l. l., referenda epistola 3911 videtur, qua in d. 13. Ian. indictam esse synodum docemur. (Dies 1. Febr. non satis accurate notatur ap. Hefele IV. 657.) |
| Febr. 16. | Tiburi | una cum Bernwardo, episcopo Hildeshemensi, Tiburtinorum animos Ottoni imperatori conciliat. Vide Thangmari Vit. Bernw. p. 769. |
| „ 20. | Prope Romam | „Egressi itaque papa et imperator dominica Exurge quare . . . non longe ab Urbe castra ponunt". Thangmari Vit. Bernw. p. 770. |

**1001.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — Apr. — 3, imp. Ottone a. 5. — 21. Mai. — 6.)*

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 20. | In secunda mansione imperatoris a Roma | „Bernwardus episcopus (Hildeshemensis) . . . imperatorem ad duas mansiones comitatus, quinta feria eiusdem septimanae ab eo dimissus est; . . . apostolico convocato, magistrum dimittunt". Vide Thangmari Vit. Bernw. p. 770. 771. |
| Mart. 7. | Perusiae | Vide diploma Ottonis III. imp. ap. Muratori Ant. It. V. 489, Mittarelli Ann. Cam. I. app. 157, (Stumpf 1250): „per interventum domni spiritualis patris nostri Silvestri secundi pape . . . concedimus". |
| Apr. 4. | In monasterio S. Appolinaris in Classe | „dum resideret domn. Silvester summus pont. et univers. papa, una cum eo domn. Otto serenissimus Rom. imp. aug." Tabula ap. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 160, Fantuzzi Mon. Rav. III. 13, Vesi Documenti I. 435. |
| | | 3916 (3000) *Episcopis et ceteris principibus (Germaniae) commendat Fridericum, cardinalem presbyterum, synodi Palithensis celebrandae causa missum. Vide Thangmari Vit. Bernwardi p. 771. |
| | | 3917 (3001) *Willegisum, archiepiscopum Moguntinum, „aperte corripit, et de fraterna concordia (cum Bernwardo episcopo Hildeshemensi) et obedientia admonet". Vide Thangmari Vit. Bernw. p. 771. |
| Mai. | | 3918 (3002) Ecclesiae Urgellensis bona, rogante Sala episcopo, confirmat. Marca Marca Hisp. p. 957, Cocqu. I. 301, Olleris p. 163, Migne 139 p. 278. Cf. Neues Archiv IX. 334. — „Desiderium, quod". |
| | | 3919 (3003) *„Universos Theotiscos episcopos circa natale domini ad synodum" venire iubet. Vide Thangmari Vit. Bernw. p. 772. |
| | | 3920 (3004) Monasterii Vizeliacensis privilegia et possessiones „a praesentis XIV. indictionis tempore" confirmat, petente Roberto abbate. D'Achery Spicil. II. 504, Cocqu. I. 302, Mansi XIX. 243, Olleris p. 165, Migne 139 p. 279. — „Quotiens illa". |
| | Caesenam | obsidet (a. 1001?). Petri Damiani Vita S. Mauri c. 3, Opp. ed. Caiet. II. 204, ed. Migne 144 p. 950: „Papa Gerbertus iuxta Caesenam castrametatus erat, eiusque oppidum circumfusi exercitus obsidione vallabat". |
| Dec. 25. | Tuderti | cum Ottone III. imperatore „natale domini celebrat". Vide Thangmari Vit. Bernw. p. 774, Annal. Hildesheim. 1002 p. 92. |
| „ 27. | „ | Concilium, praesente Ottone imperatore, in quo de monasterio Gandershemensi agitur. Thangmari Vit. Bernwardi p. 774: „in festivitate S. Iohannis evangelistae". |
| | | 3921 *„Immunitates imperatorum Ludovici, Arnulfi ceterorumque ecclesiae Hildeshemensi donatas" confirmat, Ottone III. imperatore et Bernwardo episcopo petentibus. Vide bullam Bened. VIII. ap. Lüntzel Die ält. Dioec. Hildesh. p. 351. |

**999—1002.**

| | | |
|---|---|---|
| Iun. 1. | | 3922 (3005) „Insignia portarum b. Michaelis archangeli in Adriano" nuper ablata ante „apostolorum natalem" (29. Iunii) sub anathematis poena reddi iubet. (Fragmentum hoc a. 1000 ascribi solet, cf. Olleris p. CLXXIX, Baxmann Pol. d. Päpste II. 169.) Höfler Die deutschen Päpste I. 330, (Olleris p. 152). — „. . . et cum nuper". |
| | | 3923 (3006) *Andreae, episcopo Parentino, parocciam Ruviniensem, a Iohanne patriarcha Aquileiensi invasam, duoque castella adiudicat, intercessione Heinrici Baiuariorum ducis frustra invocata. Vide Sergii IV. tabulam ap. Ughelli It. sacr. V. 402, Migne 139 p. 1499. |

**1002.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 3. — Apr. — 4.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. | | 3924 (3007) Monasterium Helmershusense iisdem privilegiis donat, quibus Corbeiense fruatur. (Pro „ind. XII." leg. „ind. XV.") Wenck Hess. Landesg. II. Urk. p. 39. — „Si loca vel". |
| Nov. | | 3925 Monasterio S. Salvatoris Montis Amiati ecclesiam S. Cassiani et Silvae Senatulae et Caioli asserit. v. Pflugk-Harttung Acta II. 56 teste Ewald in Neues Archiv IX. 330. 342. — „Superne miserationis". |
| Dec. 3. | In palatio Lateranensi | Synodus, in qua Conon episcopus monasterium S. Petri Perusinum ecclesiae Romanae restituit. Acta ap. Ughelli It. sacr. I. 1158, Margarini Bull. Cas. II. 66, Mansi XIX. 275, Olleris p. 265, Migne 139 p. 199. |
| „ | | 3926 (3008) Ecclesiae Gerundensis possessiones privilegiaque, Odonis episcopi rogatu, |

**1002.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 3. — Apr. — 4.)*

confirmat. Marca Marca Hisp. p. 958, Merino Esp. sagr. XLIII. 419, Cocqu. I. 301, Olleris p. 169, Migne 139 p. 281. — „Desiderium, quod".

Dec. 3927 Monasterii S. Cucuphatis Octavianensis possessiones et privilegia confirmat, petente Odone abbate. Neues Archiv VI. 392, IX. 327, ubi notarum tiron. specimen praebetur. — „Quoniam concedenda".

**999—1003.**

3928 (3009) Monasteria Stabulense et Malmundariense, petente Notgero episcopo Leodiensi, tuenda suscipit, deque modo abbatis eligendi constituit. (Bullam genuinam esse patet ex comparatione eius cum bulla Gregorii V. ap. Rieger Der Codex Stabul. p. 9, supra 3867. Fidem eius frustra addubitat Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 183.) Martene Coll. II. 54, Cocqu. I. 300, Olleris p. 170, Migne 139 p. 282. — „Cum constat post".

3929 (3010) Odiloni, abbati Cluniacensi, respondet, ratae maneant ordinationes, ab episcopo quodam post sumptam vestem monachicam „coepiscoporum licentia et sui abbatis" factae; sed „ipse iam dictus episcopus posthac similia non praesumat". Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 134, Bullar. Cluniac. p. 11, Bouquet X. 427, Olleris p. 152, Migne 139 p. 283. — „Vestris nos".

3930 (3011) Abbati cuidam ita scribit: „De hoc, unde nos consuluisti, ideo respondere tibi distulimus, quoniam auctoritatem in Romanis voluminibus non habemus; illos autem libros, in quibus specialem sententiam legimus, in Gallia relictos recolimus". Addit, episcopos „per pecuniam promotos" in biennium minuendos pontificatu esse. Bouquet Rec. X. 427, Theineri disqu. crit. p. 518, Olleris p. 153, Migne 139 p. 284. — „De hoc, unde".

3931 (3012) Ecclesiae SS. Gervasii et Prothasii, in comitatu Gabalitano a Stephano vicecomite et Angelmoda coniuge constructae, beatoque Petro oblatae protectionem suscipit. (Fragmentum.) Hist. de Langued. II. Pr. p. 154, nov. ed. V. 332, Olleris p. 171, Migne 139 p. 284. Cf. Neues Archiv IX. 335. — „Notum esse volumus".

3932 Arnulfo, archiepiscopo Remensi, scribit, nuntiatum sibi esse, eucharistiam negari morientibus, qui in cimiterio antiquo S. Remigii extra urbem sepeliri desiderarent. Vetat hoc fieri, cum secundum canones solummodo excommunicatis et satisfacere nolentibus viaticum sit negandum. Neues Archiv VIII. 364. — „Nuper nobis ad".

3933 *Ecclesiae Gradensi privilegium tribuit. Vide Iohannis XIX. bullam d. m. Dec. 1024 ap. Ughelli It. sacr. V. 1110, Migne 141 p. 1140.

3934 *Monasterium S. Mariae Vangadiciense, ab Ugone marchione conditum, libertate donat. Vide Innoc. II. bullam ap. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 379, Migne 179 p. 419.

3935 *Monasterio S. Iuliani Turonensi privilegium dat, impetrante Gauzberto abbate. Brevis hist. S. Iul. Turon. ap. Salmon Rec. de Chron. de Touraine p. 229.

3936 *Monasterii S. Pauli Romani possessiones confirmat. Vide Anacleti antip. bullam d. d. 27. Mart. 1130 ap. Margarini Bull. Cas. p. 139, ap. Migne 179 p. 692.

3937 *Bullam abbatiae Arelatensi datam se vidisse testatur Martene Voyage littéraire I. II. 61, cf. Neues Archiv IX. 335.

†3938 Christifideles implorat, ut ecclesiae Hierosolymitanae, a paganis subversae, opitulentur. (In dictaminum fictorum numerum relegare has litteras non dubito. Cf. Harttung in Forsch. z. d. Gesch. XVII. 391 et comitis Riant commentationem in Archives de l'or. lat. I. 31. Aliter Sybel Gesch. d. erst. Kreuzzug. ed. 2 p. 458.) Bouquet X. 426, Olleris p. 149, Watterich I. 696, Migne 139 p. 208. — „Cum bene vigeas".

**1001—1003.**

†3939 (CCCLXXVI) Ottoni imperatori significat, se Widoni, episcopo Papiensi, parthenonem S. Mariae commendasse „non ad dominium per subiectionem, sed ad solam consecrationem et defensionem". Rogat, ut constitutionem hanc confirmet. („Script. p. m. Petri script. S. R. E.; confirmatum p. m. Gregorii chartarii s. ap. sed.; actum Romae.") Muratori Ant. It. V. 991, Olleris p. 167, Migne 139 p. 285. — „Pastorali cura".

**1003.** *(Ind. 1, pont. a. 4. — Apr. — 5.)*

Mart. 3940 (3013) Monasterium S. Trinitatis et S. Petri Burguliense, ab Emma comitissa Pictaviensi conditum, privilegiis ornat. (Hanc bullam „in mense marcio ind. 1“ datam esse, nos docet Delisle ex bibl. nat. Paris. chartul. Burgul. ms. lat. 17127 p. 245.) Gall. Christ. ed. 1. T. IV. 202, Olleris p. 172, Migne 139 p. 285. — „Innotuisti auribus“.

Mai. 12. Moritur. Titulus sepulcralis in Baron. Annal. 1003, ap. Forcella Iscrizioni VIII. 9, ap. Watterich I. 88: „obiit anno inc. 1003, ind. 1, m. Maio die 12“. Necrol. Weissenburg. ap. Böhmer Fontes IV. 311, Necrol. Salzburg. ibid. p. 579 „IIII. id. maii“. (Annal. Blandin. 1002 in MG. SS. V. 25 praebent: „2. non. Mai.“ i. e. d. 6. m. Maii).

# IOHANNES XVII. 1003.

**1003.**

Iun. 13. Consecratur, cum sedes teste catalogo VIII. ap. Pagium vacasset dies 33.

Dec. 7. Moritur, ecclesiam per m. 5 d. 25 moderatus. Vide Vit. pont. e cod. Est. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 341: „Iohannes, qui dicebatur Sicco, sed. m. 5 d. 25“, cat. pont. in Vignolii lib. pont. I, (ap. Watterich I. 69), cet.

# IOHANNES XVIII. 1003—1009.

Iohannis bullae sunt scriptae per manum
- Georgii notarii ac scriniarii S. R. E. (3941)
- Petri „ „ „ „ (3942. 3946. 3954. 3957)
- Benedicti regionarii notarii ac scriniarii S. R. E. (3944. 3945. [3956])
- Stephani notarii et scriniarii sacri Lateranensis palatii (3955)
- Ingilonis (Iohannis?) scriniarii s. ap. sed. (3950).

Datae p. m.
- Gregorii episcopi s. Ostiensis ecclesiae et bibliothecarii s. sed. ap. (3944. 3945)
- Petri abbatis et cancellarii sacri Lateranensis palatii (3949. 3951. 3952).

Datae et scriptae p. m.
- Petri abbatis et cancellarii sacri Lateranensis palatii (3947. 3953).

**1003.**

Dec. 25. Consecratur, si fidus est catalogus VIII. ap. Pagium, in quo ecclesia legitur post superiorem Iohannem vacua per dies 19 fuisse. Revera Iohannem XVIII. post diem 15. m. Dec. in cathedram S. Petri ascendisse, patet ex tabula ap. Fantuzzi Mon. Raven. V. 162 data d. 15. Dec. „pont. a. 4, dom. Heinrici (II.) regis IV. (lege: VI), ind. VI“ i. e. a. 1007. Cf. etiam tabulam in Dissert. della pontif. accad. Romana XV. 205 datam: „anno d. Iohannis XVIII pape 5, mense Dec., ind. 7.“

**1004.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 1. — 25. Dec. — 2.)*

Apr. 3941 (3014) Monasterii S. Florentii Salmuriensis privilegia et possessiones confirmat, petente Rodberto abbate. Martene Vet. Scr. V. 1104, Cocq. I. 305, Marchegay et Mabille Chron. des égl. d'Anjou p. 254, Migne 139 p. 1477. — „Convenit apostolico“.

Oct. 3942 (3015) Ecclesiae S. Mariae Aeserniensis, a Landinolfo comite, filio comitis Landolfi Greci, refectae, privilegia confirmat. (Non merito hanc bullam a Paoli Del papiro p. 65 adiudicari alii Iohanni saeculo X. viventi, iam liquet ex nomine „Petri notarii ac scriniarii“ quem, sub Iohanne XVIII. hoc munere functum esse constat.) Marini I papiri p. 238, (ibid. N. XL. tab. I specimen scripturae exhibetur), Migne 139 p. 1480. — „Officii nostri“.

**c. 1004.**

3943 (3016) *„Ecclesiam Merseburgensem renovatam privilegii auctoritate roborat". Vide Thietmari Chron. L. VI. c. 61 in MG. SS. III. 835; cf. L. V. c. 26, L. VI. c. 1 p. 803. 804 et Chron. epp. Merseburg. ibid. X. 172.

**1005.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 2. — 25. Dec. — 3.)*

Mart. 29. — 3944 (3017) Monasterii SS. Cosmae et Damiani ad Micam-auream possessiones confirmat et privilegia tribuit, bulla Andreae abbati directa. (Fragmentum.) Dissert. d. pontif. accad. Rom. XV. 205, (Ughelli It. sacr. I. 57, Migne 139 p. 1481). Cf. Wiener Sitzungsber. XCIV. 640. n. 3, v. Pflugk-Harttung Iter p. 185. — „Supernae dispensationis".

Iul. 21. — 3945 (3018) *Monasterii SS. Benedicti et Scholasticae Sublacensis privilegia confirmat. Georgius in Baron. Annal. ed. Luc. XVI. 431, (Migne 139 p. 1481).

„ — 3946 (3019) Benedicto, episcopo Portuensi, dimidium campi Stagnelli-maledicti „a praesenti tertia indictione" concedit. (Iohanni XIX. perperam tributa.) Ughelli It. sacr. I. 119, Marini I papiri p. 70, Migne 139 p. 1482. — „Quotiens illa".

Dec. — 3947 (3020) Ecclesiae Paderbornensis possessiones et privilegia, rogatu Ratarii episcopi, confirmat. (Primam, quam novimus, esse bullam hanc, quae a scriptoribus cancellariae pontificiae in pergameno exarata sit, recte ut mihi videtur ostendit Diekamp in Mittheil. f. österr. Gesch. III. 566; cf. etiam Löher Arch. Zeitschr. III. 36; opinioni eius repugnavit Ewald in Neues Archiv IX. 332.) Schaten Annal. Pad. I. 375, Erhard Regesta I. cod. dipl. p. 61, Migne 139 p. 1482. — „Sacrosancta apostolica".

**1006.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 3. — 25. Dec. — 4.)*

Nov. — 3948 Monasterii S. Eugenii possessiones confirmat, petente Giralberto (?) abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 186. — „Quotiens illa".

Dec. 2. — 3949 (3021) Ecclesiae S. Mariae Parisiensi collatum a Regenoldo episcopo alodum Largum-Campum asserit. Gall. Chr. VII. Instr. p. 26, Mansi XIX. 291, Migne 139 p. 1483. — „Imperiosae rationis".

„ 2. — 3950 (3022) Monasterium S. Benigni Fructuariense, petente Walterio episcopo Augustodunensi, tuendum suscipit, bonaque eius confirmat. Gall. Christ. ed. 1. T. IV. 163, Migne 139 p. 1485. — „Quoniam concedenda".

„ 3. — 3951 Raginaldi, episcopi Parisiensis, tabulam, qua canonicis S. Mariae Parisiensibus donatur „medietas hospitalis S. Christophori", confirmat. Collection des cartulaires IV. 225. — „Clara illustrisque".

„ — 3952 Monasterium Fossatense privilegiis ditat, petente Rainoldo, (Parisiensi) episcopo. (Tabula non est a suspicione remota.) Anal. iur. pont. X. 316. — „Que digna, recta".

**1007.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 4. — 25. Dec. — 5.)*

Mai. — 3953 (3023) Ecclesiae Pisanae canonicorum possessiones confirmat; „ut autem verius credatur" inquit „et ab omnibus conservetur perpetualiter, nostris propriis articulis confirmavimus hoc privilegium, insuper nostram papalem bullam subter imponi iussimus". (Tabulam hanc Iohanni XVIII. tribuendam esse clausula docet.) Tronci Mem. di Pisa p. 16, Ughelli It. sacr. III. 356, Cocqu. I. 340, Migne 139 p. 1486. — „Nostro quidem".

c. Iun. — In S. Petri basilica — Synodus, in qua Bambergensis episcopatus confirmatur. Vide acta concilii Francofurtensis ap. Mansi XIX. 286, MG. SS. IV. 795, not. 11.

Iun. — 3954 (3024) Episcopatum Bambergensem, ab Heinrico II. rege constitutum, confirmat, privilegiisque auget, ut „sit episcopatus liber et ab omni extranea potestate securus, Romano tantummodo mundiburdio subditus". Adalberti Vita Heinrici in MG. SS. IV. 796, Heyberger Landeshoheit Bambergs über Fürth Prob. dipl. N. 4, Udalr. Bab. Cod. c. 79 ap. Eccard Corp. hist. II. 76, Ussermann Ep. Bamb. Cod. Pr. p. 12, Mansi XIX. 286 et 420, Cocqu. I. 306, Migne 139 p. 1487; cf. Hirsch Jahrbücher II. 63. — „Officii nostri".

3955 (3025) Ecclesiae Tolosanae possessiones, petente Raymundo episcopo, confirmat. (Modo Iohanni VIII. modo XI. perperam tributa.) Catel Mém. du Langued. p. 853, Cocqu. I. 243, Migne 139 p. 1489. — „Convenit apostolico".

**1007.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 4. — 25. Dec. — 5.)*

Nov. 3956 Monasterii S. Cucuphatis Octavianensis possessiones et privilegia confirmat, petente Odone abbate. (Bullam scriptam esse per man. „Benedicti", cuius nomen in clausula non est notatum, opinatur Ewald in) Neues Archiv VI. 392, IX. 328 not., ubi clausula bullae affertur. — „Quoniam concedenda".

**1008.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 5. — 25. Dec. — 6.)*

Oct. 3957 (3026) Meingaudo, archiepiscopo Trevirensi, pallii usum concedit. Hoefer Zeitschrift II. 142, Beyer M. U. I. 338. — „Officium sacerdotis".

**c. 1008.**

3958 (3027) Roberto, Francorum regi, queritur, quod sedes Romana coram eo et legato apostolico (Petro), episcopo Pipernensi, despecta sit tum per Letericum, pseudoarchiepiscopum Senonensem, tum per Fulchonem, episcopum Aurelianensem, Gauzlino, abbati monasterii S. Benedicti (Floriacensis), ut in ignem tabulas apostolicas coniiceret, praecipientem. Episcopi si paschate proximo ad sese non venerint, fore ut excommunicentur. Ipsum regem, ut obediat, monet, ne totum regnum afficiatur anathemate. Vie de Gauzlin ed. Delisle p. 28, ed. Ewald in Neues Archiv III. 357, (Gall. Chr. VIII. Instr. p. 409, Migne 139 p. 1490). — „Olim fama vulgante".

3959 Leterico, „episcopo" Senonensi, qui „privilegia sanctorum patrum contempserit et igne cremare voluerit", sub excommunicationis poena praecipit, ut paschate proximo ad sese veniat. Vie de Gauzlin ed. Delisle p. 30, ed. Ewald in Neues Archiv III. 358, (Anal. iur. pont. X. 319). — „Comperimus in tuo".

3960 Fulconem, episcopum (Aurelianensem), qui „monasterio S. Benedicti (Floriacensi) olim indulta privilegia ardere et destruere voluerit", paschate proximo accedere ad sese iubet. Quodsi non venerit, fore ut excommunicetur. Vie de Gauzlin ed. Delisle p. 30, ed. Ewald l. l. p. 358, (Anal. iur. pont. X. 319). — „Quia Romanam ecclesiam".

3961 Gauzlinum, abbatem Floriacensem, de defensa auctorite ecclesiae Romanae laudat, proximoque paschate Romae esse vult. Vie de Gauzlin ed. Delisle p. 30, ed. Ewald l. l. p. 358, (Anal. iur. pont. X. 319). — „Quia auctoritatem Romanae".

**1004—1009.**

3962 (3028) Monasterii Bellilocensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit. Gall. Christ. ed. 1. T. IV. 151, Migne 139 p. 1491. — „Sancta apostolica sedes".

3963 (3029) Monasterii S. Victoris Massiliensis privilegia, petente Gifredo abbate, confirmat. Coll. des cartulaires VIII. 5, Marini I papiri p. 64, Migne 139 p. 1492. — „Consuetudo fuit".

3964 *Dioecesis Theanensis fines constituit, privilegio Sandrario episcopo indulto. Vide Coel. III. bullam d. d. 29. Sept. 1193 ap. Ughelli It. sacr. VI. 557, Migne 206 p. 1013.

3965 *Monasterii S. Bartholomaei protectionem suscipit privilegiaque instituit. Dominico (abbati), monasterii fundatori, indulget, ut „si forte in alium vellet transmigrare locum", abbatem inibi ordinet. Vita et mirac. S. Dominici Sorani auct. Iohanne c. 15 in Analect. Bollandian. I. 288. (Hanc bullam Iohanni XVIII. ascribendam esse, liquet ex eo quod quae cap. 22. Vitae S. Domin. l. l. narrantur, ante tempora Iohannis XIX. evenisse manifestum est.)

**1009.**

Iun. Moritur. Catal. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1640, (ap. Watterich I. 69): „Phasianus cardinalis S. Petri, qui et Iohannes post a. 5 et dimidium in S. Paulo monachus discessit".

# SERGIUS IV. 1009—1012.

Sergii IV. bullae sunt scriptae per manum
Benedicti notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (3966. 3973. 3974. 3975. 3976. 3977. 3985. 3986)
Iohannis scriniarii S. R. E. (3988).
Datae p. m.
Gregorii S. R. E. cardinalis presbyteri (3967)
Petri episcopi s. Praenestinae ecclesiae et bibliothecarii s. sed. apost. (3971. 3985)
Gregorii episcopi et bibliothecarii s. sed. apost. (3988).

**1009.**

c. Iul. — Conceratur post d. 20. m. Iunii (vide tab. ap. Mittarelli Ann. Cam. I. app. p. 196: „a. Sergii 2, ind. 9 — i. e. a. 1011 — m. Iun. d. 20"; cf. Sergii bullam ap. Ughelli It. sacr. VII. 377, Migne 139 p. 1528: „a. pont. 3, ind. 10 . . . i. e. a. 1012 . . . m. Iun. d. 16") et ante d. 24. m. Augusti (vide tab. ap. Muratori Ant. It. V. 774: „a. 2 Sergii, die 24. Aug. ind. 8" i. e. a. 1010). Thietmari Chron. L. VI. c. 61 in MG. SS. III. 835: „succedebat Sergius, qui vocabatur bucca porci".

**1010.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1. — c. Iul. — 2.)*

Mart. — 3966 (3030) Andreae, episcopo Parentino, possessionem parochiae Ruviniensis castellorumque duorum asserit. Ughelli It. sacr. V. 402, Migne 139 p. 1499. — „Congruum valde".

„ 30. Laterani — 3967 (3031) Castrum Scuriense, „temporibus papae Silvestri regia munificentia b. Petro collatum", a Vedianoque, castri domino, „nunc per innovationem sub censu anno decem solidorum Raimundensis monetae oblatum", heredibus eiusdem Vediani in perpetuum concedit. Muratori Ant. It. I. 941, Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 6, Migne 139 p. 1501. — „Manifestum est".

Mai. 16. — †3968 Omnibus „hanc chartam legentibus" significat, sese, Archimirico abbate per monachum Tebetum postulante, tertiam poenitentiae (partem) aliaque eis indulgere, qui in loco de Correcho et in coenobio S. Petri Montis-maioris in die consecrationis fuerint. (Verba: „Datum Laterani per manus Iohannis S. R. E. diac. card." falsarius sine dubio ex bulla Paschalis II. deprompsit.) Pflugk-Harttung Acta I. 4, (ubi perperam bulla Sergio II. ascribitur). — „Beato Petro apostolo".

(„) — †3969 (3038) Amalrico (Aquensi) et Pontio (Arelatensi) archiepiscopis et Eldiberto (Avenionensi), Iocelino, Almerardo (Rejensi), Frodoni (Sistaricensi) episcopis nunciat, se Archinrico monasterii Montis-maioris abbati permisisse, ut ecclesia S. Mariae a Stephano episcopo consecraretur. Qui poenitentes consecrationi affuerint, iis tertiam poenitentiae susceptae partem remittit et alia quaedam concedit. („Datum Laterani per manus Iohannis S. R. E. diac. card. anno inc. dom. DCCCCXX." In orbiculo falsarius sententiam Nicolai II. praebet: „Confirma hoc Deus" cet.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12762. f. 300, (Gall. Chr. I. Instr. p. 104, Migne 139 p. 1520). — „Mandare studemus" („Notum omnibus" „Sciatis quod").

**1011.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 2. — c. Iul. — 3.)*

Ian. 21. — 3970 *Alphano, archiepiscopo Beneventano, pallium concedit ecclesiaeque eius iura metropolitana confirmat. Vipera Chronologia p. 81, Ughelli It. sacr. VIII. 74.

Mai. 27. — 3971 (3032) Ecclesiam S. Michaelis conditam a Rodulfo, abbate Nonantulano, confirmat. Muratori Ant. It. V. 341, Migne 139 p. 1502. — „Apostolatus nostri".

†3972 Omnibus catholicis, regibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, presbyteris, diaconibus, subdiaconibus omnibusque „in cleros" constitutis, ducibus, marchionibus, comitibus, maioribus ac minoribus, significat, sibi per nuntios ex Oriente venientes de sepulcro Domini a paganis destructo nuntiatum esse. Quod ad restaurandum sese „cunctosque Italiae pariter seu Venetiae et cives Genuae cum mercede et adiutorio de omni populo, in isto anno, mille velle instruere naves, cum quibus eant in Syriae partes". Hortatur ut aut ipsi societatem belli ineant, aut per manus Iohannis episcopi subsidia transmittant. Bibl. de l'éc. des chartes IV. sér. III. (1857) 249. Cf. Forsch. z. d. Gesch. XVII. 393, Archives de l'or. latin. I. 40. — „Cum nos precioso".

**1011.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 2. — c. Iul. — 3.)*

Nov. 3973 (3033) Monasterii SS. Michaelis et Germani Cuxanensis possessiones et privilegia corroborat, petente Oliva abbate. Marca Marca Hisp. p. 978, Cocqu. I. 310, Migne 139 p. 1504. — „Cum constet".

„ 3974 (3034) Monasterii S. Mariae Rivipullensis bona iuraque, rogatu Olivae abbatis, confirmat. Marca Marca Hisp. p. 983, Cocqu. I. 312, Migne 139 p. 1509. — „Cum constet".

„ 3975 (3035) Monasterium S. Petri in comitatu Feniliotensi, petente fundatore Bernardo comite, tuendum suscipit, bonaque eius confirmat. (Copia in bibl. nat. Paris. ms. lat. 12761. f. 436 prima verba praebet haec: „Per donum excellentissimae".) Marca Marca Hisp. p. 987, Cocqu. I. 314, Migne 139 p. 1514. — „Si domus" „Per donum".

„ 3976 (3036) Guifredo comiti ecclesiam S. Martini (Canigonensem) concedit, ubi monasterium constituatur, cuius bona iam confirmat. (Autograph. papyr. asservatur in bibl. publ. Perpiniacensi.) Marca Marca Hisp. p. 988, Société agricole des Pyrénées-orient. XXIV. 298, (Cocqu. I. 315, Migne 139 p. 1516). — „Quoniam divina".

„ 3977 (3037) Monasterium S. Mariae Arulense, rogatu Gauzberti abbatis, tuendum suscipit, et eius bona ac iura confirmat, monachisque annuum bizantiorum duorum tributum imponit. (In clausula videtur „Novembri" excidisse). Marca Marca Hisp. p. 989, Cocqu. I. 316. — „Tunc summae".

**1009—1012.**

3978 (3039) Archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus mandat, ut Amalricum, archiepiscopum Aquensem, aliosque ad reparanda damna, monasterio Montis-maioris illata, sub excommunicationis poena adhortentur. Gall. Chr. I. Instr. p. 63, Migne 139 p. 1521. — „Nobis clamor".

3979 (3040) Gratiano abbati et omnibus habitantibus in castello et civitate Gorgnito praecipit, ut ecclesias S. Peregrini et S. Michaelis Guidoni, abbati Farfensi, restituant. Chron. Farf. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 555, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 206, Migne 139 p. 1521. — „Nostra cura".

3980 (3041) *Ecclesiae Bambergensi privilegia tribuit. Vide litteras Benedicti VIII. ap. Ussermann Ep. Bamb. Cod. Prob. p. 21, Migne 139 p. 1585.

3981 *Ecclesiae Gradensi privilegium dat. Vide Iohannis XIX. bullam d. m. Dec. 1024 ap. Ughelli V. 1110, Migne 141 p. 1140.

3982 *Monasterii SS. Gervasii et Protasii Fossensis possessiones confirmat. Vide Innoc. II. bullam d. d. 11. Sept. 1130 in bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. f. 36, (Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 192, Migne 179 p. 62).

3983 *Ecclesiae Merseburgensi „scripta confirmationis" tribuit. Vide Chron. epp. Merseburg. in MG. SS. X. 176.

3984 *Fulconi, comiti Andegavensi (Hierosolymam eunti), litteras tradit imperatori Constantinopolitano directas. Vide Chron. consul. Andegav. ap. Marchegay et Salmon Chroniques d'Anjou I. 101.

**1012.** *(Ind. 10, pont. a. 3.)*

Febr. 25. 3985 (3042) Monasterii S. Vincentii Vulturnensis possessiones et privilegia, petente Hilario abbate, confirmat. Muratori R. It. SS. I. II. 495, Ughelli It. sacr. VI. 390, Cocqu. I. 308, Migne 139 p. 1522. — „Cum magna nobis".

Apr. 14. 3986 (3043) Monasterium Bellilocense, ab Hugone, archiepiscopo Turonensi, sedi apostolicae restitutum, Petro episcopo Vipernensi consecrandum committit. Gall. Christ. ed. 1. I. 756, Migne 139 p. 1525. — „Quia mens humana".

3987 (3044) Monasterium (Bellilocense), a „suo suffraganeo episcopo" (Petro Vipernensi) consecrandum, iniuriis affici sub excommunicationis anathematisque poena vetat. Gall. Chr. ed. 1. T. IV. 150, Migne 139 p. 1527. — „Notum esse volumus".

Iun. 17. 3988 (3045) Michaelis, archiepiscopi Salernitani, iura metropolitana confirmat. („Dat. XV. kal. Iul.") Ughelli It. sacr. VII. 377, Cocqu. I. 309, Paesano Mem. d. chiesa Salern. I. 92, Migne 139 p. 1528. — „Quia vestri accepti".

„ Moritur inter d. 17. et 22. m. Iunii, ut e bulla praecedente et Benedicti VIII. initiis intelligi licet. meurt avant 20 avril 1012. (Hartmann)

# BENEDICTUS VIII. 1012—1024.

Benedicti VIII. bullae sunt scriptae per manum
- Benedicti notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (3989. 3990. 3993. 3997. 3999. 4001. 4004. 4011. 4016. 4017. 4018. 4019)
- Herardi (al. Berardi) scriniarii S. R. E. (3996)
- Sergii notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (4000. 4032)
- Leonis „ „ „ „ „ (4002)
- Stephani „ „ „ „ „ (4003. 4026. 4027. 4028. 4037. 4047. 4059)
- Petri „ „ „ „ „ (4006. 4021)
- Georgii „ „ „ „ „ (4024)
- Raphonis „ „ „ „ „ (4030)
- Stephani notarii et primiscriniarii (al. protoscriniarii) S. R. E. (4033. 4041. 4045. 4056)
- Gregorii Ypocancellarii domini Benedicti octavi papae (4042)
- Iohannis diaconi, S. R. E. scriniarii (4051).

Datae p. m.
- Petri episcopi s. Praenestinae ecclesiae et bibliothecarii s. sed. ap. (3989. 3992. 4011)
- Benedicti episcopi Portuensis et bibliothecarii S. R. E. (3996. 4026. 4027. 4030)
- Benedicti Dei gratia episcopi s. Silvae-candidae ecclesiae et bibliothecarii s. apost. sed. (3997. 3999)
- Azzonis episcopi s. Ostiensis ecclesiae et bibliothecarii s. apost. sed. (4000)
- Bosonis episcopi s. Tiburtinae ecclesiae et bibliothecarii s. apost. sed. (4003. 4006. 4016. 4017. 4021. 4024. 4045)
- Benedicti episcopi, apostolicae sedis legati (4010)
- Petri episcopi Ostiensis et bibliothecarii s. sed. apost. (4033. 4056)
- Piligrimi Coloniensis archiepiscopi et bibliothecarii s. sed. apost., qui vicem Benedicto commisit episcopo (4057)
- Benedicti episcopi Portuensis vice Pelegrini archiepiscopi Coloniensis et bibliothecarii s. ap. sed. (4058).

du 20 avril 1012 au 9 avril 1024.

**1012.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 1.)*

Iun. 22. Consecratur, superato Gregorio competitore (vide infra huius regesta), post d. 17. Iunii (vide supra bullam 3988, quae omnino videtur suspicione carere,) ante d. 29. Iunii (vide chronologica bullae Benedicti signa ap. Gattulam Hist. Cas. p. 56: „Dat. anno 1023, pont. Bened. a. XII., ind. 6, m. Iunio die vigesima nona"; cf. bullam in Federici Rer. Pomp. hist. I. 458 cet.) Unde sequitur, ut ad dominicum d. 22. m. Iunii revocari consecratio Benedicti debeat. — Sed ex tabulis in Cod. Sessorian. CCXVII. p. 263 („Dat. a. 5 pont. Bened. VIII., Ind. 14 i. e. a. 1016, m. Madio d. 21") et in Reg. Farfensi n. 670 („Dat. pont. Bened. a. 2, ind. XI, i. e. 1013, m. Maii d. 23") Benedicti consecrationem ante d. 21. m. Maii factam esse coegeris. Cf. Gregorovius Gesch. d. St. Rom im M. A. IV. 15.

Aug. 18. 3989 (3046) Waltherdo, archiepiscopo Magdeburgensi, pallium mittit, vexillique crucis praeferendi ius concedit. Permittit, ut in ecclesia eius 12 presbyteri cardinales et 7 diaconi cardinales constituantur, qui dalmaticis sandaliisque utantur. Eum in numerum cardinalium ecclesiae Romanae episcoporum asciscit, „et per omnia archiepiscopis Trevirensi, (Coloniensi), Moguncicnsi aequalem esse" vult. (Bullae fides non satis explorata videtur. Cf. etiam Grosfeld De archiepisc. Magd. originibus p. 54, Hirsch Jahrb. I. 278 et II. 333.) Boysen Allg. hist. Mag. I. 271, Dreyhaupt Pagus Neletici p. 24. — „Si pastores ovium".

Oct. 3990 (3047) Geroni, archiepiscopo Magdeburgensi, pallii crucisque praeferendae ius attribuit. Boysen Allg. hist. Mag. I. 276. — „Quia circa".

Nov. 30. 3991 (3048) Brunoni, episcopo Lingonensi, commendat monasterium S. Benigni (Divionense), cuius privilegia confirmat. Pérard Recueil p. 172, Migne 139 p. 1579. — „Monasterii martyris".

Dec. 1. 3992 (3049) Monasterii (S. Benigni) Divionensis protectionem suscipit, iuraque confirmat, petente Willelmo abbate. Pérard Recueil p. 173, Migne 139 p. 1581. — „Ex iniuncto nobis".

„ 3993 (3050) Ecclesiae Urgellensis possessiones et privilegia, petente Ermengaudo episcopo, „ex praesenti anno incarnationis domini nostri I. Chr. MXIII. (lege: MXII), indictione XI." confirmat. (Subscripserunt episcopi 14.) Marca Marca Hisp. p. 992, Cocqu. I. 319, Migne 129 p. 1582. — „Apostolatus nostri".

**c. 1013.**

(Romae) 3994 * Gauzlino, archiepiscopo Bituricensi, pallium tribuit. Vide Vie de Gauzlin ed. Delisle p. 31, ed. Ewald in Neues Archiv III. 359.

In ecclesia b. Petri — Gauzfredum, vicecomitem Bituricensium, qui Gauzlino archiepiscopo aditum sedis Bituricensis denegaverat, anathematizat, „nisi satisfactione congrua absolvatur". Vide Vie de Gauzlin ed. Delisle p. 31, ed. Ewald l. l. p. 359.

(Romae) 3995 Gosfrido, vicecomiti Bituricensi, scribit, nisi Gauzlinum archiepiscopum pulsum „usque ad proximum S. Iohannis festum" receperit, eum excommunicatum iri. Vie de Gauzlin ed. Delisle p. 31, ed. Ewald l. l. p. 359, (Anal. iur. pont. X. 319). — „Gauzlinum archiepiscopum".

**1013.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1. — 22. Iun. — 2.)*

Ian. 21. — 3996 (3051) Ecclesiae Bambergensis privilegia, petentibus Heinrico rege et Eberhardo episcopo, confirmat. (In clausula pro „Scriptum in mense Iun(io)" legendum esse, ut vult Giesebrecht II. 599, „Ian(uario)" haud dubium videtur.) Ussermann Ep. Bamb. Cod. Prob. p. 21, Udalrici Bab. cod. c. 78 ap. Eccard Corp. hist. II. 74, Adalberti Vit. Heinrici in MG. SS. IV. 808, Cocqu. I. 318, Mansi XIX. 328, Migne 139 p. 1585. — „Inter omnia".

Apr. 24. — 3997 (3052) Monasterio Farfensi ecclesiam S. Mariae Formellensem concedit, omniaque bona asserit, a pontificibus Romanis concessa. Galletti Del vestarario p. 18, (Chron. Farf. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 557, Coqu. I. 319, Migne 139 p. 1586). — „Cum magna nobis" („Igitur quia").

Iun. 2. — 3998 (3053) Monasterio Farfensi possessiones quasdam „ex propria substantia" donat. Muratori Ant. It. IV. 799, Migne 139 p. 1587. — „Dum pro adipiscendis".

Iul. 6. — 3999 (3054) Widoni, abbati monasterii S. Mariae Pomposiani, et eius successoribus quasdam ecclesiae Romanae possessiones concedit, „ita sane ut singulis quibusque annis pensionis nomine rationibus s. R. ecclesiae tres argentei solidi difficultate postposita persolvantur omnemque, quam indigent melioracionem seu de suis indiff. vel sine dubio curante, efficiatur". Federici Rer. Pomp. hist. I. 458, Vesi Documenti I. 468, Morbio St. dei munic. I. 55. — „Cum magna nobis".

Dec. — 4000 (3055) Monasterio S. Sepulcri et SS. quatuor evangelistarum, in castro Felicitatis in loco Noceati sito, possessiones quasdam largitur, ea lege, ut abbates „singulis quibusque in indictionibus pensionem auctionarii(s) s. Romane ecclesie duos aureos solidos difficultate postposita persolvant". Mittarelli Ann. Cam. I. app. 212, Migne 139 p. 1589. — „Quoniam si quid".

**1014.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 2. — 22. Iun. — 3, imp. Heinrico a. 1.)*

(Ian.) Ravennae — Synodus, in qua una cum Heinrico II. rege interfuisse Benedictum docent 1) Annal. Quedlinburg. 1014 in MG. SS. III. 82: „Rex Ravenna(m) properans, habita sinodo Arnoldum fratrem suum, episcopali dignitate prius donatum et quorundam vi redire coactum, auctoritate papae et cuncti senatus consilio revocat, archipraesulem digno honore stabilivit, aliisque ibidem rite ordinatis discedens, Romam pervenit"; 2) Thietmari Chron. L. VII. c. 2 ibid. p. 837: „In Ravenna duos et Romae (post imperatoris consecrationem) totidem sinodali iudicio papa deposuit, ab archiepiscopo (Ravennate) Leone consecratos". (Thietmari verba haud recte interpretatus est Pabst ap. Hirsch Jahrb. II. 418, cui Benedictum Romae hoc tempore mansisse neque synodo Ravennati adstitisse probabile est.)

Febr. 14. Romae in ecclesia b. Petri — Heinricum imperatorem et Cunigundam imperatricem coronat „secundo mense ac ebdomada tertia, die dominica, 16. kal. Marcii". Thietmari Chron. L. VII. c. 1 p. 836, Vita Heinrici II. e cod. Monacensi in MG. SS. IV. 791, Annal. Altahens. 1014 ibidem XX. 790. — Annales Hildesh. 1014 ibid. III. 94: „6. kal. Mart." Cod. Ambros. regum et imp. catal. ibid. p. 217: 8. kal. Mart." Cod. Vatic. reg. et imp. cat. ibid. p. 218; „a. 1014 ind. 12, 16. kal. Mar .... Anricus Romam veniens, eodem anno 5. kal. Mar. coronatus".

» 14. Ad Lateranis — imperatori et imperatrici „eodem die cenam facit copiosam". Thietmari Chron. l. l.

» Romae — Synodus. Thietmari Chron. L. VII. c. 2 l. l.: „Arnulfum fratrem suum, quem Ravennati antea prefecit ecclesiae, cesar denuo inthronizatum ab apostolico ibidem consecrari precepit. Subplantatorem Aethelbertum autem eius ibi diu sedentem, primo

| | | |
|---|---|---|
| | | **1014.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 2. — 22. Iun. — 3, imp. Heinrico a. 1.)* |
| | | voluit degradare; sed . . . alteri prefecit ecclesiae, nomine Aricia. In Ravenna duos et Romae totidem sinodali iudicio papa deposuit, ab archiepiscopo Leone iam muto (corr.: Neonemuto) consecratos. Sanctorum instituta patrum, in sanctis ordinibus diu neglecta, cum excommunicatione redintegrata renovavit; prohibent namque canones, ut ante 25 annos diaconus, presbiter autem et episcopus ante 30 annos nequaquam ordinetur". |
| Febr. | | 4001 (3056) Heinrico imperatori tradit Hollembah (Hollenbach), Antesna, Wineringa, cortes tres in ducatu Bavariae sitas, pro quibus Colle-calvum, regalem curtem in comitatu Spoletano sitam, accipit. (Specimen scripturae ap. Jäck Alphab. u. Schriftmuster d. Bibl. zu Bamberg, Heft I; descriptio archetypi in Neues Archiv IX. 331.) Fink Die geöffn. Archive Baierns III. 497, (Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 28, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 77, Mansi XIX. 329, Udalr. Bab. cod. c. 80 ap. Eccard Corp. hist. II. 77, Migne 139 p. 1590). — „Quamquam rei commutatio". |
| „ | | 4002 (3057) Monasterii b. Petri Bremetensis libertatem et possessiones confirmat, petente Gottifredo abbate. (Bethmannus b. m., qui hanc bullam in archiep. tabul. Taurinensi excussit, cum sit manu saec. XII. exarata, eam aut transscriptam aut simulatam esse censet.) Hist. Patr. Mon. Chart. I. 399, Ughelli It. sacr. IV. 1024, Orig. Guelf. I. 257, Cocqu. I. 321, Migne 139 p. 1591. — „Si semper sunt concedenda". |
| Mart. 5. | (Romae) | Gerardi et Sergii, nobilium virorum, chartae subscribit. Mittarelli Ann. Cam. I. app. 214. |
| „ 13. | | 4003 (3058) Monasterii Casinensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Athenulpho abbate. Tosti St. di Montec. I. 246; cf. Gattula Hist. Cas. p. 56, Migne 139 p. 1592. — „Convenit apostolico". |
| „ | | 4004 (3059) Ecclesiae Paderbornensis possessiones, petente Meinwerco episcopo, confirmat. Schaten Ann. Pad. I. 407, Vita Meinwerci c. 25 in MG. SS. XI. 117, Cocqu. I. 321, Migne 139 p. 1595. — „Desiderium, quod". |
| „ | | 4005 *Alphano, archiepiscopo Beneventano, pallium concedit ecclesiaeque eius iura metropolitana confirmat. Vipera Chronologia p. 81, Ughelli It. sacr. VIII. 75. |
| c. Iul. | Ante castellum Buckinianum | Reverso in Germaniam Heinrico imperatore, Benedictus „cum multitudine hominum supra illud" castellum, monasterii Farfensis heredium, a Crescentio, Benedicti comitis filio, invasum, „abiit et eum possidere (obsidere) procuravit". Deinde vigesima dies constituitur, qua Crescentius in iudicium veniat „ante castellum, quod dicitur Tribucum in monte, ubi stare videtur arbor pirus". Vide tabulam ap. Galletti Del primic. p. 247, Muratori R. It. SS. II. II. 519, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 704, Archivio stor. ital. III. ser. XIII. 28. |
| „ | Romae | Vide eandem tabulam l. l. |
| Aug. 2. | Ante castell. Tribucum | Monasterio Farfensi castellum Buckinianum adiudicatur. Vide eand. tabulam l. l. |
| „ 18. | | 4006 (3060) Monasterio S. Mariae Farfensi castelli Buckiniani, nuper recuperati, „massam" asserit. (Videtur pro: „Dat. XV. Cal. August." legendum esse: „Septembris"). Muratori R. It. SS. II. II. 518, Cocqu. I. 322, Migne 139 p. 1596. — „Convenit apostolico". |
| | | **1015.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 3. — 22. Iun. — 4, imp. Heinrico a. 1. — 14. Febr. — 2.)* |
| Ian. 3. | Intra basilicam Lateranensem | 4007 (3061) Synodus episcoporum 45, in qua privilegia monasterii Fructuariensis confirmantur. (Episcoporum subscribentium duos tunc temporis nondum in cathedra episcopali sedisse, me docet Henr. Bresslau; Aribertum enim Mediolanensem a. 1018, et Landulfum Ianuensem post m. Iun. a. 1019 episcopatum iniisse constat. Bullam vero, cum omnino suspicione careat, librarii cuiusdam culpa depravatam esse putem, qui nomina episcoporum illorum, causa nescio qua, legere nequivit eaque ex suo ingenio aut addidit aut mutavit, nisi ea nomina postea addita esse mavis.) Ughelli I. 157, (Mansi XIX. 362, Migne 137 p. 1597). — „In nomine" „Anno qui". |
| Dec. 4. | In Lateranensi palatio | Romanus, consul et dux et omnium Romanorum senator, frater Benedicti papae, auctore ipso pontifice, monasterio Farfensi ereptas possessiones quasdam restituit. Vide tabulam ap. Muratori R. It. SS. II. II. 523. |

**1012—1016.**

4008 *Ecclesiae Ravennati privilegium dat. Vide tabulam dat. d. 15. Febr. 1017 ap. Fantuzzi Mon. Rav. III. 19. Cf. Hirsch Jahrb. II. 420.

**1016.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 4. — 22. Iun. — 5, imp. Heinrico a. 2. — 14. Febr. — 3.)*

Ian. 3. †4009 Omnibus fidelibus, qui parthenonem Neuburgensem certis quibusdam terminis visitaverint vel divinis inibi celebratis interfuerint aut bonis eum ditaverint „50 karrinas et tres annos criminalium et sex annos venialium peccatorum" de iniuncta penitentia relaxat. („Scripta p. m. Benedicti Portuensis episcopi et bibl. S. R. E." In adulteranda hac tabula, haud secus ac in aliis Clementis II. et Leonis IX., falsarium bullas ecclesiae Bambergensi concessas ante oculos habuisse, facile cognitu est.) Blätter f. d. bayer. Gymnas.- u. Realschulw. XVI. 199. — „Quoniam sancta Romana".

Apr. 8. 4010 (3062) Popponi, archiepiscopo Trevirensi, pallium mittit, crucisque praeferendae licentiam concedit. Gest. Trev. in MG. SS. VIII. 175, Beyer M. U. I. 340, (Hontheim Hist. Trev. I. 352, Migne 139 p. 1599). — „Apostolicae solicitudini".

„ 25. 4011 (3063) Benedictum, electum archiepiscopum Salernitanum, ecclesiaeque eius iura metropolitana confirmat. Pallii usum concedit. In bibl. nat. Florent. cod. II. IV. 495 saec. XVI—XVII. (Baronii Annal. 1012 n. IV, Ughelli It. sacr. VII. 378, Migne 139 p. 1600, Pflugk-Harttung Iter p. 186.) — „Quia vestri accepti".

„ 25. †4012 Alia bulla Benedicto, archiepiscopo Salernitano, directa eiusdem argumenti ac 4011 adulterina esse dicitur ap. Pflugk-Harttung Iter p. 186. — „Quia vestri".

Sept. 1. 4013 (3064) Omnibus episcopis per Burgundiam, Aquitaniam et Provinciam constitutis, Burchardo Lugdunensi, Burchardo Viennensi, Walterio Vesontionensi archiepiscopis et Walterio Augustodunensi, Stephano Arvernensi, Fredeloni Aniciensi, Gaufredo Cabilonensi, Lamberto Lingonensi, Gauslino Matisconensi, Wigoni Valentinensi, Harmanno Vivariensi episcopis, Pontio Arelatensi archiepiscopo, Aribaldo Uceticensi, Odulrico Trecensi, Geraldo Vapincensi, Petro Vasionensi, Eldeberto Avenionensi, Stephano Carpentoractensi, Almerado Reiensi episcopis significat, de iniuriis monasterio Cluniacensi illatis sibi „in praesentia Deo devoti domni Roberti regis Francorum" nunciatum esse. Hortatur, ut invasores bonorum monasterii, nisi ablata ante festum b. Michaelis restituerint, excommunicent. Duchesne H. Fr. SS. IV. 169, Bouquet X. 432, Cocqu. I. 332, Mansi XIX. 324, Migne 139 p. 1601, (Bullar. Clun. p. 6). — „Liquidum est".

Ex urbe Luna Saracenos fugat. De qua tradit Thietmarus L. VII. c. 31. p. 850, expeditioni ipsum interfuisse Benedictum, cognoscitur ex verbis his: „Quod cum domno apostolico fama deferret, omnes congregans, rogat et praecipit, ut inimicos Christi secum irrumperent; . . . insuper ineffabilem navium multitudinem premisit; . . . tunc regina eorum (Saracenorum) capta, . . . aurum capitale, eiusdem ornamentum, papa sibi prae ceteris vendicavit".

Dec. 16. 4014 *Monasterii S. Benedicti Baiensis possessiones confirmat, petente Raimundo abbate. Villanueva Viage literario VII. 214.

„ 25. †4015 Richardo comiti, quem nomine „ducis Normannorum" ornat, scribit, non omnia, quae voluisset, sed quae valuisset, a sese expleta esse. Patrocinium eius suscipit statuitque ne quis episcoporum excommunicationi eum subiiciat. Anal. iur. pont. X. 321, Pflugk-Harttung Acta I. 10. — „Gratias maximas".

**1017.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 5. — 22. Iun. — 6, imp. Heinrico a. 3. — 14. Febr. — 4.)*

Ian. 26. 4016 (3065) Bernardo, comiti Bisuldunensi, eiusque filio Guillermo et fratri Guifredo concedit novi episcopatus constituendi potestatem. Condendae ecclesiae praesulem Guifredum consecrat, a cuius successoribus, per pontifices Romanos consecrandis, „non pro consecratione, sed pro debita obedientia post sacrationem unam libram auri ecclesiae Romanae offerri iubet". (Subscripserunt episcopi 8.) Marca Marca Hisp. p. 1009, Diago Hist. de Barcelona p. 152[b], Cocqu. I. 327, Migne 139 p. 1604. — „Desiderium, quod".

„ 26. 4017 (3066) Ecclesiam S. Salvatoris et SS. Genesii et Michaelis Bisuldunensem, rogante Bernardo comite, tuendam suscipit, eiusque bona confirmat et iura constituit, ea

**1017.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 5. — 22. Iun. — 6, imp. Heinrico a. 3. — 14. Febr. — 4.)*

lege, ut „bini solidi omni anno ad altare S. Petri pro pensione persolvantur et Mironi Gerundensi episcopo et eius successoribus hospitium annuatim de septem equitaturis et totidem sociis". (Subscripserunt episcopi 6.) Marca Marca Hisp. p. 1005, Cocqu. I. 326, Migne 139 p. 1606. — „Desiderium, quod".

Ian. 26. — 4018 (3067) Monasterii S. Stephani Balneolensis bona privilegiaque confirmat, petente Bonifilio abbate. Marca Marca Hisp. p. 998, Cocqu. I. 323, Migne 139 p. 1608. — „Cum constet".

„ — 4019 (3068) Monasterii S. Petri Campi-rotundi possessiones et iura corroborat, rogatu Bonifilii abbatis. Marca Marca Hisp. p. 1002, Cocqu. I. 325, Migne 139 p. 1613. — „Cum constet".

Mart. 23. — 4020 Ecclesiae Noviomensi asserit ecclesiam de Hombleus cet. Ex chart. capit. Noviom. f. 51 in Arch. dép. de l'Oise à Beauvais. Misit Delisle. — „Potissimum divinae".

Iun. 23. — 4021 (3069) Monasterio Farfensi possessionem monasterii S. Laurentii in Macri comitatu Campanino asserit. (Pro „IX. kal. Iunii" legendum videtur „IX. kal. Iulii"). Chron. Farf. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 521, Cocqu. I. 328, Migne 139 p. 1616. — „Quoties illa".

4022 (3070) *„Legatum episcopum Ostiensem ad civitatem Pisanam mittit, ut Mugettum de Sardinia expellant; quam totam cum privilegio et vexillo S. Petri Pisanae civitati firmat". Chron. Pisan. 1017 ap. Muratori R. It. SS. VI. 167.

**1018.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 6. — 22. Iun. — 7, imp. Heinrico a. 4. — 14. Febr. — 5.)*

Apr. 13. — †4023 (CCCLXXX) Monasterii S. Petri Luxoviensis privilegia, Heinrico, imperatore Romanorum, per literas petente, renovat. („Scriptum p. m. Benedicti not. S. R. E., in mense Apr., ind. I.") Teulet Layettes du trés. des chart. I. 15. (Bulla memoratur ap. Mabillon Annal. ord. Ben. IV. 256 cum hac clausula: „Dat. Romae, idibus mens. Apr., ind. I.") — „Quamquam prisce regule".

Aug. 1. — 4024 (3071) Ecclesiae Portuensis privilegia possessionesque, petente Benedicto episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 116, Marini I papiri p. 65, Cocqu. I. 329, Migne 139 p. 1617. — „Quotiens illa".

**1012—1019.**

4025 *Ecclesiae Merseburgensi „scripta confirmationis" tribuit, petente Thietmaro episcopo. Vide Chron. epp. Merseburg. in MG. SS. X. 176.

**1019.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 7. — 22. Iun. — 8, imp. Heinrico a. 5. — 14. Febr. — 6.)*

Iun. 13. — 4026 (3072) Monasterii S. Salvatoris et S. Benedicti Leonensis privilegia ac possessiones, petente Ottone abbate, confirmat. Zaccaria Della badia di Leno p. 90. — „Convenit apostolico moderamini".

Dec. 27. — 4027 (3073) Amatum, electum archiepiscopum Salernitanum, et ecclesiae eius iura metropolitana confirmat. Pallio eum ornat. In bibl. nat. Florent. cod. II. IV. 495, saec. XVI—XVII. (Baronii Anal. 1012 n. V, Ughelli It. sacr. VII. 378, Migne 139 p. 1623, Pflugk-Harttung Iter p. 186). — „Convenit apostolico moderamini".

**1020.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 8. — 22. Iun. — 9, imp. Heinrico a. 6. — 14. Febr. — 7.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. | Alamanniam | „in Aprili intrat". Adalberti Vita Heinrici in MG. SS. IV. 807. |
| „ 14. | Bambergam | „venit 5 feria maioris ebdomadae, et suscipitur gloriosissime ab imperatore", Adalberti Vita Heinrici l. l. „Coena dominica", Annal. Quedlinb. 1020 in MG. III. 85, Epist. Bebonis ap. Jaffé Bibl. V. 492. |
| „ 14. | Bambergae | officium celebrat „quinta et |
| „ 15. | „ | sexta feria". Ep. Bebonis ap. Jaffé Bibl. V. 494. |
| „ | „ | Synodus, in qua „multa utilia, multa honesta decreta sunt". Ruperti Chron. S. Laurentii Leod. c. 19 in MG. SS. VIII. 268. |
| „ 17. | „ | „In sancta dominica paschae". Adalberti Vit. Heinrici l. l., Annal. Quedlinb. 1020 l. l. „In matutinis laudibus dominicae resurrectionis lectionem tertiam legit". Ep. Bebonis ap. Jaffé Bibl. V. 494. |
| „ 23. | „ | Vide tabulam Heinrici II. ap. Erhard Cod. dipl. Westf. I. 79, (Stumpf 1742): „per interventum spiritalis patris nostri, domni videlicet Papae Benedicti". |

**1020.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 8. — 22. Iun. — 9, imp. Heinrico a. 6. — 14. Febr. — 7.)*

Apr. 24. Bambergae. Ecclesiam S. Stephani consecrat „8. kal. Maii", Adalberti Vit. Heinr. l. l. Cf. etiam diploma Heinrici imp. ap. Sinnacher Beitr. z. Gesch. v. Säben u. Brixen II. 368: „interventu ac petitione venerabilis Benedicti papae", licet fides eius non satis constet, vide Stumpf 1743 et ibidem additamenta p. 522.

„ 4028 (3074) Parthenonem S. Mariae et S. Andreae Gossensem Cunigundae abbatissae eiusque successoribus, rogatu Heinrici imperatoris, ea lege asserit, „ut singulis quibusque indictionibus pensionis nomine unus aureus solidus sanctae Rom. ecclesiae persolvatur". Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 31, Zahn Urkundenb. d. Herzog. Steiermark I. 717, (Mansi XIX. 330, Migne 139 p. 1623). — „Convenit apostolico".

„ †4029 Monasterii Fuldensis privilegia et possessiones confirmat. Richardo abbati eiusque successoribus monasterium S. Andreae apostoli, situm Romae iuxta ecclesiam S. Mariae ad Presepe, asserit. (Cf. infra 4057. In codice nomen „Benedictus" male erasum et in loco eius „Silvester" positum est. Scripta bulla est „p. m. Stephani not. region. et scrin. S. R. E.") Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 433. — „Pontificii nostri".

Mai. 1. Vuldae. Vide diploma Heinrici imperatoris ap. Pusch et Froelich Diplomataria I. 11, Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frid. sec. III. 191, (Stumpf 1747): „Venerabili papa Benedicto praesente et confirmante". Cf. Annal. necrolog. Fuldens. 1020 in MG. SS. XIII. 210.

Mai. 1. 4030 (3075) Episcopatum Bambergensem, ecclesiae Romanae et sibi ipsi Bambergae moranti ab Heinrico imperatore oblatum, Eberhardo episcopo et eius successoribus ea lege concedit, „ut singulis quibusque indictionibus sub nomine pensionis equum unum album . . . persolvant cum sella conveniente Romano pontifici". (Signa chronologica exhibet Lang Regesta I. 71, cuius fidem immerito addubitat Hirsch Jahrb. II. 91.) Adalberti Vit. Heinrici p. 809, Udalr. Bab. cod. c. 77 ap. Eccard Corp. hist. II. 73, Ussermann Ep. Bamb. Cod. Pr. p. 29, Mansi XIX. 327, Migne 139 p. 1624. (Vide Hirsch-Bresslau Jahrb. III. 165.) — „Quandocumque nostrae".

**1012—1021.**

4031 *Arialdo, episcopo Clusino, praecipit, ut ecclesias quasdam monasterii S. Salvatoris de Monte Amiato conservare non differat. Vide Benedicti bullam apud Ughelli It. sacr. III. 622; cf. infra ep. 4054.

**1021.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 9. — 22. Iun. — 10, imp. Heinrico a. 7. — 14. Febr. — 8.)*

Mart. 4032 Ecclesiae Salernitanae privilegia confirmat, rogatu Amati archiepiscopi. In bibl. nat. Florent. cod. II. iv. 495 sec. XVI—XVII, (Pflugk-Harttung Iter p. 186.) — „Quia vestri accepti".

Nov. 27. 4033 Monasterii b. Vedasti possessiones, petente Richardo abbate, confirmat, in his ea, quae Balduinus, Flandrensium comes, „pro remedio animae suae, et Lantumus, vir illuster, „soluto cingulo militiae secularis monachus effectus", b. Vedasto tradiderunt. Guimann Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 56, Duvivier Recherches p. 374. — „Convenit apostolico moderamini".

4034 (3076) *Comitibus quibusdam sub excommunicationis poena praecipit, ut monasterio S. Petri Rodensi (dioec. Ausonensis in Hisp.) ablata restituant. Vide Petri abbatis ad Benedictum litteras ap. Mansi XIX. 407.

4035 (3077) *Episcopis quibusdam praecipit, „ut conciliabula agant et monasterium S. Petri Rodense in pristinum statum informent et exhortationibus comites eorumque subditos cogant, ut nihil sibi de praedicto loco retineant". Vide Petri abbatis ad Benedictum litteras ap. Mansi XIX. 408.

**1020—1022.**

4036 (3089) Ecclesiae Hildesheimensis privilegia, petente Bernardo episcopo, confirmat, et „mandat cum consensu atque consultu magnifici domni Heinrici imperatoris, Romanique senatus, . . . ut nullus terminos parrochiae Hildesheimensis ecclesiae ab antiqua dimensione per Astfalos disterminatos irritare praesumat; praecipue novam S. Michaelis archangeli ecclesiam extra muros constructam infestari vetat". (Tempus liquet ex tabula Bernardi ap. Döbner Urk. d. St. Hild. p. 2 n. 5 et ex morte eius a. 1022.) Lüntzel Die ält. Dioec. Hildesh. p. 351, cf. Neues Archiv IX. 329 n. 2. — „Cunctis catholicae" („Omnibus Christianae").

| | | |
|---|---|---|
| | | **1022.** *(Ind. 5. - 1. Sept. — 6, pont. a. 10. — 22. Iun. — 11, imp. Heinrico a. 8. — 14. Febr. — 9.)* |
| Mart. 3. | Beneventum | „3 die intrante mense Martio" venit cum Heinrico imperatore. Annales Beneventani 1022 in MG. SS. III. 178. |
| „ | | 4037 (3078) Monasterii S. Sophiae Beneventani, e monasterii Casinensis potestate exempti solique sedi Romanae subiecti, possessiones et privilegia confirmat, petente Gregorio abbate. Anecdota Ughelliana p. 489, Migne 139 p. 1625. — „Convenit apostolico moderamini". |
| (Apr.) | Troiam | venit cum Heinrico imperatore. Romoaldi Annal. 1022 in MG. SS. XIX. 403. De mense vide Hirsch-Bresslau Jahrb. III. 200. |
| „ | | †4038 (CCCLXXVII) Unwanno, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit, eique successoribusque eius „legationem et archiepiscopalem potestatem in omnia regna Septentrionalia, Danorum scilicet, Suenorum, Noruenorum, Hislandicorum, et omnium insularum his regnis adiacentium" in perpetuum concedit. („Dat p. m. Petri cancell. sanctae ecclesiae". Huic bullae fidem non esse adhibendam, docent Koppmann in Zeitschr. d. Hamb. Gesch. Ver. V. 547 et Dehio Gesch. v. Hamb.-Brem. I. Anm. p. 26. Vide etiam Forsch. z. d. Gesch. XXIII. 202.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 66, Diplomatarium Island. p. 52, Migne 139 p. 1635. — „Si pastores ovium". |
| Iun. 28. | In monasterio Casinensi | cum Heinrico imperatore. Leonis Chron. mon. Cas. L. II. c. 42 in MG. SS. VII. 655. |
| „ 29. | „ | „Die altera, festo apostolorum Petri et Pauli" consecrat Theobaldum, abbatem Casinensem. Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ 29. | | †4039 (CCCLXXVII) „Constitutum praedecessoribus (leg. successoribus) suis hoc facit: ut numquam de consecratione Casinensis abbatis, (quam hodie a serenissimo filio nostro Henrico imperatore suscepimus), praetium aut censum aut dationem requirant aut exigant." Tosti Stor. di Montec. I, 255, Migne 139 p. 1636. — „Constitutum praedecessoribus". |
| „ 28. | | †4040 (CCCLXXIX) Heinrico imperatori sanitatem a S. Benedicto restitutam esse testatur, monasterioque Casinensi asserit dona ab imperatore delata. Margarini Bull. Cas. I. 7, Tosti Stor. di Montec. I. 251, Migne 139 p. 1636. — „Notum volumus". |
| Iul. | | 4041 (3079) Petente Widone, monasterii S. Mariae Pomposiani abbate, constituit, „ut nunquam locus ipse aut res ad ipsum pertinentes, praeter Deo et regi, alicui submitti possint". Muratori Ant. It. V. 1051, Frederici Rer. Pomp. hist. I. 490, Morbio Stor. dei municip. I. 63, Migne 139 p. 1626. — „Quoniam semper". |
| Aug. 1. | Papiae | Synodus praesente Heinrico imperatore, in qua haec decreta faciunt: 1) „nullus in clero uxorem aut concubinam admittat"; 2) „episcopus cum nulla (femina) penitus habitet"; 3) „filii et filiae omnium clericorum servi proprii sint ecclesiae"; 4) „quicumque filios clericorum liberos esse iudicaverit, anathema sit"; 5) „nulli servorum ecclesiae liceat comparare aut ullo modo adquirere per manus aut nomen alicuius liberi hominis"; 6) „Ille autem liber, per cuius manus servus ecclesiae, quidquid fuerit, adquisivit, aut ecclesiae totam faciat securitatem, aut maledictus habeatur"; 7) „Iudex vero, aut tabellio, qui tam illicitas chartas scripserint, anathemate feriantur". Mansi XIX. 343, MG. Leg. II. 561. De anno, quo celebrata est synodus haec, vide Hirsch-Bresslau Jahrb. III. 342 et dissertationem meam, quae inscribitur: Leo von Vercelli, Goettingen 1877, p. 48. Giesebrecht II. 621 vero a. 1018 eam ascribendam esse putat; quod si rectum esset, non dubito, quin bulla d. 1. Aug. 1018 data, supra n. 4024, aut invocationem: „In nomine" cet. praebuisset aut in alia eius parte concilii celebrati mentionem fecisset. |
| Sept. 27. | | 4042 (3080) Vitali, archiepiscopo Epitabritano (Ragusino), pallium tribuit. (Imaginem huius bullae phototypicam praebet) Sickel Mon. graph. X. 4, (Farlatus Ill. sacr. VI. 42). — „Si pastores ovium". |
| | | **1012—1023.** |
| | | 4043 *Arnulfo, episcopo Halberstadensi, dat „privilegium super terminos episcopatus, et pagos Hardengowe, Derlingowe, Northuringon, Belkishem, Sueviam et Hasigowe ... et omnia, que Lodewicus imperator ecclesiae concessit, auctoritate apostolici privilegii confirmat". Chron. epp. Halberst. in MG. SS. XIII. 91. Cf. Schmidt Urk. d. Hochstifts Halberst. I. 50. |

**1023.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 11. — 22. Iun. — 12, imp. Heinrico a. 9. — 14. Febr. — 10.)*

4044 *Fratribus S. Maximini Trevirensis privilegium dat, quo eis sedem apostolicam appellandi liberam facultatem tribuit. Vide diplomata Heinrici II. imperatoris apud Beyer I. 349, II. 19, (Stumpf 1815. 1817).

Iun. 29. — 4045 (3081) Monasterii Casinensis privilegia confirmat, petente Theobaldo abbate. (Veram bullae huius clausulam, chronologica signa continentem, affert Gattula Hist. Cas. p. 56.) Margarini Bull. Cas. II. 75, Migne 139 p. 1627. — „Si petita".

4046 (3082) Dominico, Paulo, Iohanni cet., „qui sunt in massa Fiscalia et plebe S. Vitalis", asserit „a praesenti sexta indictione omnem antiquam consuetudinem, id est omnem donationem seu functionem publicam", ea lege „ut singulis quibusque indictionibus pensionis nomine dent s. R. ecclesiae boum par unum, vel solidos denariorum numero viginti, quales ibidem currunt et in nativitate domini spatulas de porcis numero sexaginta". Dissertatio de summo ap. sedis imp. in Comaclum. app. p. 6; Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 9, ubi perperam bulla Benedicto X. ascribitur. — „Quotiens illa a nobis".

Dec. 25. (Romae) „ipso na(tali domini)". Vide epistolam Aribonis ap. Giesebrecht II. 694, (Jaffé Bibl. III. 361), cf. Hirsch-Bresslau Jahrb. III. 278, Müller Erzb. Aribo v. Mainz p. 29. (Aliter Harttung in Forsch. z. d. Gesch. XVI. 596.)

**1012—1024.**

4047 (3087) Monasterium S. Hilarii confirmat, eiusque possessiones et iura instituit, Rogerio comite Carcassonensi et coniuge eius Adhalaice et Benedicto abbate petentibus. Besse Hist. des comtes de Carcassonne p. 81, Castillon Hist. du com. de Foix I. 451. — „Notum sit omnibus".

4048 (3083) Stephano, episcopo Arvernensi, monasterium Cluniacense commendat. Iubet Tetardum et Girbertum, filios Stephani, qui alodum b. Petro subtraxerint, excommunicari. Bullar. Cluniac. p. 7, Mon. pont. Arverniae p. 21, Migne 139 p. 1628. — „Vobis notum est".

4049 (4084) W(illelmo) abbati S. Benigni Divionensis praecipit, ne impediat Benignum quondam episcopum, nunc monachum, quominus monasterii adversarios anathemate afficiat. Pérard Recueil p. 173, Migne 139 p. 1629. — „Audita vigilantia".

4050 (3085) Olibae, abbati Rivipullensi, permittit, ut in eius monasterio die festo Hypapanti (i. e. purificationis S. Mariae, 2. Febr.) cantetur „Alleluia" et „Gloria in excelsis Deo". Marca Marca Hisp. p. 994, Cocqu. I. 318, Migne 139 p. 1630. — „Quoniam omnis".

4051 (3086) Guillelmo comiti et eius matri Adalaidi invasores bonorum monasterii S. Aegidii excommunicatos nunciat. Ménard Hist. de Nismes I. Pr. p. 20, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 21, (ubi litterae nescio qua ratione Benedicto VIII. abiudicantur), Migne 139 p. 1630. — „Inauditum facinus".

4052 (3088) Monasterii S. Savini possessiones, petentibus Sigefrido episcopo Placentino et Wimperto abbate, confirmat. Ughelli It. sacr. II. 207, Migne 139 p. 1632. — „Apostolicae sedis".

4053 *Monasterii S. Cucuphatis Octavianensis possessiones confirmat. (Utrum Benedicto VIII. an IX. adscribenda sit bulla, non satis constat.) Vide Calixti II. bullam ap. Marca Marca Hisp. p. 1253, Migne 163 p. 1159.

**1015—1024.**

4054 Nuntiat, ecclesias monasterii S. Salvatoris de monte Amiato, sese iubente, a Petro episcopo consecratas esse, cum Arialdus episcopus Clusinus, in cuius parochia sitae essent, ordinare eas per tres annos renuisset. Clericos ecclesiarum, a Petro episcopo benedictos, a quoquam excommunicari vetat. (Bulla perperam Benedicto IX. tribuitur.) Ughelli It. sacr. III. 622. — „Apostolica scripta".

**1017—1024.**

4055 (3090) Bonifatio marchioni concedit, ut „in honore Simeonis (monachi Padilironensis) nuper sanctificati" ecclesiam condat. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. I. 168, Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Doc. p. 77, Cocqu. I. 322, Migne 139 p. 1633. — „Requisistis iudicium".

**1022—1024.**

Mart. 22. — 4056 Monasterii b. Vedasti possessiones, petente Leduino abbate, confirmat, in his locum Hasprensem, ab abbate Theoderico et fratribus Gemeticensibus cum consensu Richardi Normanorum comitis, Roberti, archiepiscopi Rotomagensis, et Balduini Flandrorum marchionis, pro villa Angilcurt commutatum. (Temporis significatio est corrupta.) Guimann Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 59. — „Debita exigit ratio".

**1024.** *(Ind. 7, pont. a. 12, imp. Heinrico a. 10.—14. Febr.—11.)*

Febr. 8. — 4057 (3091) Richardo, abbati Fuldensi, et eius successoribus monasterium S. Andreae (Romanum), „situm iuxta ecclesiam S. Mariae a presepe", donat. (Scripturae specimen ap. Schannat Vindiciae tab. I, Nouveau traité V. Cf. descriptionem archetypi ap. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 439.) Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 347, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 155, Migne 139 p. 1633. — „Convenit apostolico moderamini".

Mart. 7. — 4058 (3092) Humfrido, archiepiscopo Magdeburgensi, pallii usum dat, et ecclesiae eius privilegia corroborat. Boysen Allg. hist. Mag. I. 283. — „Ad apostolatum".

„ — 4059 (3093) Monasterii S. Mariae Nienburgensis possessiones et privilegia confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta.) Knaut Gründliche Fürstellung p. 15, Heinemann C. d. Anhalt. I. 83. — „Credite speculationis".

Iun. (11). — Moritur. Ex initiis Iohannis XIX., qui Benedicto „plane mox ut obierit" successisse traditur in Petri Damiani Vita Odilon., Opp. II. 198, ap. Migne 144 p. 937, apparet Benedictum c. mensem Iunium e vita abiisse. Itaque probandi sunt anni XI. m. XI. diesque XXI in melioribus catalogis ei assignati; quos si ad consecrationis diem 22. Iun. 1012 adnumeramus, supremus Benedicti dies ad 11. Iun. 1024 revocetur necesse est. Cf. Bresslau ap. Hirsch Jahrb. Heinrichs II. Bd. III. 291. — (Annal. necrolog. Fuldens. in MG. SS. XIII. 211, Necrol. S. Mariae Fuld. ibid. IV. 45, ubi Benedicti mors legitur ad „VII. id. Apr." et Necrolog. Weissenburg. ibid. IV. 311, quod praebet: „VI. id. Apr." (corr. „VII. id. Apr.") ex communi fonte manasse manifestum est. Marianum vero Scotum, MG. SS. V. 556 ad. a. 1024 (1046), in condendo chronico et Annales et Necrologium Fuldense adhibuisse facile perspicitur.)

fin du pontificat: avant 1024. (Hartmann)

## GREGORIUS antipapa. 1012.

**1012.**

Iun. — Romae — Eligitur. Thietmari Chron. L. VI. c. 61 in MG. SS. III. 835: „papa Benedictus Gregorio quodam (cuidam) in electione praevaluit". De tempore vide supra Benedicti VIII. regesta.

Roma — expellitur. Vide ea, quae sequuntur.

Dec. 25. — In Palithi — „Ad nativitatem dominicam ad regem (Heinricum II.) venit cum omni paratu apostolico, expulsionem suam omnibus lamentando innotescens; huius crucem rex in suam suscepit custodiam, et a caeteris abstinere (Annal. Saxo 1012: abstineri) precepit, promittens sibi, cum ipse illuc veniret, haec secundum morem Romanum diligenter finiri". Thietmari Chron. L. VI. c. 61 l. l.

## IOHANNES XIX. 1024—1033.

Iohannis XIX. bullae sunt scriptae per manum
Georgii notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (4063. 4070. 4075. 4076. 4087)
Sergii „ „ „ „ „ (4067. 4089. 4090. 4098)
Rogerii „ „ „ „ „ (4068)
Iohannis cardinalis et cancellarii vice Petri diaconi (4071. 4085); cf. testes bullae 4063 ap. Ughelli It. sacr. V. 1110 cet. Corrigenda sunt ea, quae profert Philipps Kirchenrecht VI. 374.

Datae p. m.

Benedicti Portuensis episcopi et bibliothecarii s. sed. apost. (4074. 4088)

Benedicti „ „ vice Peregrini Coloniensis archiepiscopi, bibliothecarii s. apost. sed. (4076)

Bosonis episcopi s. Tyburtinae ecclesiae et bibliothecarii s. ap. sed. (4071. 4075. 4085)

Petri episcopi Praenestinae ecclesiae et bibliothecarii s. ap. sed. (4079).

d'un dimanche entre le 12 avril & le 10 mai 1024. — à 6 nov. 1032 (Hartmann)

**1024.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8.)*

Iun. Iul. — Consecratur inter d. 24. Iunii et 15. Iulii. Vide tabb. ap. Fantuzzi Mon. Rav. I. 392: „Iunii 24., D. Io. Pp. 5, D. Conradi imp. in Italia 3, ind. 12 (i. e. a. 1029)“, et ap. Galletti Del primic. p. 266: „a. Iohannis XVIIII. papae 7, imp. Chuonradi 4, ind. 13 (i. e. a. 1030) m. Iul. d. 15“. — Herim. Aug. chron. 1024 in MG. SS. V. 120: „Romae defuncto Benedicto, frater eius ex laico ordinatus sedit“. Glaber Rod. L. IV. c. 1 in Bouquet X. 44, MG. SS. VII. 67: „Iohannes ... largitione pecuniae repente ex laicali ordine neophitus constitutus praesul“. Bonithonis Lib. ad amic. L. V ap. Jaffé Bibl. II. 625: „... Iohanne, Benedicti papae fratre, qui uno eodemque die et praefectus fuit et papa“. Bonithonis Decret. L. IV. c. 108 ap. Mai Nov. patr. bibl. VII. III. 46: „... eius (sc. Benedicti) fratre Iohanne, qui uno eodemque die et laicus fuit et pontifex“.

4060 Popponi, patriarchae Aquileiensi, insulam Gradensem cum pertinentiis asserit, „sicut, inquit, iuste et canonice per antiqua privilegia vobis et ecclesiae vestrae pertinere dinoscitur et sicut tu ipse iuste probare omni tempore potes et promittis, ita ut secundum Deum tibi eam ordinare liceat“. (Fragmentum.) Vide bullam Iohannis ap. Ughelli It. sacr. V. 1110, Mansi XIX. 491, Cocqu. I. 338, Migne 141 p. 1140. — „Praeterea confirmamus“.

4061 (3106) *Ursonem, patriarcham Gradensem, ad synodum vocat. Vide Iohannis bullam ap. Ughelli It. sacr. V. 1110 cet. ut supra.

4062 (3107) *Popponem, patriarcham Aquileiensem, venire ad synodum iubet. Vide Iohannis bullam ap. Ughelli It. sacr. V. 1110 cet. ut supra.

Dec. — In ecclesia b. Sylvestri infra palatium (Lateranense) — 4063 (3108) In synodo patriarchatum Gradensem, sub potestatem Popponis patriarchae Aquileiensis contra ius fasque redactum, Ursoni patriarchae Gradensi restituit. (Hanc bullam infra VIII., non, ut perperam corrigi solet, XIII. indictionem datam esse, docet autographum in tab. Veneto asservatum. Cf. etiam Bresslau Jahrb. I. 456.) Ughelli It. sacr. V. 1110, Mansi XIX. 491, Cocqu. I. 338, Migne 141 p. 1140. — „Si mortalibus“.

(„) — 4064 *Popponi, patriarchae Aquileiensi, „epistolam dirigit, ut cuncta ablata sub trium personarum sacramento Gradensi patriarchae restituat“. Vide bullam Benedicti IX. ap. Ughelli It. sacr. V. 1113, Mansi XIX. 606, Cocqu. I. 350, Migne 141 p. 1362.

4065 Monasterii Cluniacensis possessiones et privilegia, „ob interventum Heinrici imperatoris“, confirmat. (Verba virgulis inclusa bullam in suspicionem vocant.) Bull. Clun. p. 8, Anal. iur. pont. X. 323, Migne 141 p. 1135. — „Cum omnium fidelium“.

†4066 Loci Brunwillarensis, in quo Ezzo comes Palatinus et Mathildis, eius coniux, „catervam nigrorum monachorum instituere intendunt“, possessiones et libertatem confirmat. Pertz Archiv XII. 129. — „Qui ministri Christi“.

**1025.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1. — Iun. Iul. — 2.)*

Mai. — 4067 (3094) Ecclesiae Portuensis privilegia et bona rogatu Benedicti episcopi confirmat. Marini I papiri p. 70, Migne 141 p. 1115. — „Quoniam semper“.

Iun. — 4068 (3095) Bisantio, archiepiscopo Canusino (i. e. Barensi), pallium concedit, iuraque eius confirmat. Ughelli It. sacr. VII. 601, Tortora Rel. stat. eccl. Can. p. 243, Migne 141 p. 1123. — „Convenit apostolico“.

Aug. 12. — 4069 Ecclesiam S. Mariae castri Lucanensis (Bellilocensem), a Gaufrido, Andegavorum comite, fundatam, confirmat et a cuiusvis praeterquam Romani pontificis potestate eximit. (Rectene hanc bullam, a suspicione non remotam, Iohanni XIX. ascripserim, nescio, cum inc. anni „MXI“ mendum contineant. Data est anno pont. secundo.) In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 38. f. 67[b], Coll. Anjou et Touraine I. n. 187 saec. XVII. (Cf. Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV. 28 et 50.) — „Quotiens qui filii“ „Quotiens filii sancte“.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1025.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1. — Iun. Iul. — 2.)* |
| Sept. | | 4070 Ecclesiae Gradensis bona confirmat, petente Ursone patriarcha. Misit Kaltenbrunner. Cf. Wiener Sitzungsber. XCIV. 650. — „Convenit apostolatui nostro". |
| „ | | 4071 (CCCLVI) Monasterium S. Mariae in Organo Veronense, ex episcopi Veronensis potestate exemptum, Popponi patriarchae Aquileiensi restituit, „ut fuit tempore Paulini et Eliae patriarcharum et Ferocis abbatis". Monasterii bona confirmat. (Pro „Datum p. m. Dodonis ep. et bibl." legendum puto „Dat. p. m. Bosonis cet.", quamquam inter testes bullae ap. Ughelli V. 1110: „Dodo episcopus Nucerensis" appareat. Pro „Ind. VIII." leg. „VIIII." Bulla certe genuina. A Iohanne XIX. auctore eam profectam esse, tum nominibus eorum, per quorum manus scripta et data est, probatur, tum expresse dicitur in bulla Alexandri III. confirmatoria ap. Biancolini l. l. p. 17.) Biancolini Not. stor. di Veron. V. I. 14, (Cocqu. I. 240, ubi bulla Ioh. X. perperam ascribitur et notae temporis corruptae sunt). — „Benedicto Veronensi". |
| | | **c. 1025.** |
| | | 4072 (3096) „Omnibus regibus, episcopis, ducibus, comitibus atque omnibus principibus, in quorum potestate Romanense coenobium videtur habere aliquas ecclesias", ipsum coenobium commendat; quod qui iniuriis affecerint, eos diris devovet. Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 429, Migne 141 p. 1124. — „Precor omnem in". |
| | | 4073 Ecclesiam b. Mariae Leziniacensem, ab Hugone, domino fundi, constructam, monasterio Nobiliacensi subiicit. Mém. de la soc. des antiqu. de l'ouest, année 1844, p. 399, Anal. iur. pont. X. 325. — „Sedis, cui Deo" „Sedi, cui Deo". |
| | | **1026.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 2. — Iun. Iul. — 3.)* |
| Iun. 21? | | 4074 (3073) Dietmaro, archiepiscopo Salzburgensi, ius pallii et crucis praeferendae, et „in stationibus festivis super nachum equitandi", aliaque privilegia concedit. (Clausula vitiosa est.) Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang p. 217. — „Ad apostolatum". |
| | Romae | Alfrico, archiepiscopo Eboracensi, pallium tribuit. Florent. Wigorn. chron. 1026 ap. Petrie et Sharpe M. H. Brit. I. 595, (ed. Thorpe I. 184). |
| Dec. 14. | In ecclesia S. Silvestri, quae est infra palatium Lateranense | 4075 (3098) In concilio Petrum, episcopum Silvae-candidae, „accepta virga, de universa tertia omnium ecclesiarum Galeriae" investit. Marini I papiri p. 71, Ughelli It. sacr. I. 98, Mansi XIX. 487, Migne 141 p. 1132. — „Ego Iohannes" „Sciens pene cuncta". |
| „ 17. | | 4076 (3099) Ecclesiae Silvae candidae possessiones episcoporumque privilegia, petente Petro episcopo, confirmat. „Similique modo" inquit „ad ungendum et consecrandum imperatorem primum vestram et vestrorum successorum episcoporum fraternitatem convocamus". (Ante vocem „similique" excidisse putem verba „Inthronizare" cet. usque ad „specialiter convocamus", quae apparent in eiusdem fere tenoris bulla Benedicti IX. num. 4110 signata.) Marini I papiri p. 73, Mabillon Mus. It. II. 154, Ughelli It. sacr. I. 93, Cocqu. I. 334, Migne 141 p. 1125, cf. Bull. Vatic. I. 17. — „Convenit apostolico". |
| | | 4077 *„Scholam Anglorum (Romae morantium) ab omni tributo et theloneo liberat, impetrante Canuto rege". (Vide supra 3396.) Florentii Wigorniens. chron. ap. Petrie et Sharpe M. H. Brit. I. 596, (ed. Thorpe I. 185), in MG. SS. XIII. 126. |
| | | **1027.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 3. — Iun. Iul. — 4.)* |
| Mart. 26. | Romae in basilica apostolorum | Conradum imperatorem consecrat „in die sancto paschae". Wiponis Gesta Chuonradi c. 16 in MG. SS. XI. 265, ed. Bresslau (Hannov. 1878) p. 27, Herimanni Aug. Chr. 1027 in MG. SS. V. 120, Annal. Ottenburani 1027 ibid. p. 5, Annales Hildesheim. 1027 ibid. III. 97, Annal. Augustani 1027 ibid. p. 125, Catalog. regum in MG. SS. R. Langobard. p. 516. — „In basilica apostolorum", v. „Commemorationem" in MG. SS. VIII. 12. n. 70. — Cf. Canuti regis epist. in Florentii Wigorniens. chron. ap. Petrie et Sharpe M. H. Brit. I. 596, (ed. Thorpe I. 185), in MG. SS. XIII. 126. |
| | | 4078 (3100) *Ursonem, patriarcham Gradensem, ad synodum Romanam vocat per Maionem, episcopum Concordiensem. Vide acta concilii Romani ap. Mansi XIX. 480. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1027.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 3. — Iun. Iul. — 4.)* |
| Mart. 28. | | 4079 (3101) Monasterii Cluniacensis privilegia confirmat, monachosque excommunicari ab episcopis vetat „in conventu Romae congregato, in praesentia Domini Conradi regis D. Augusti nuper in imperium Romani orbis electi et coronati". Bullar. Cluniac. p. 9. — „Coenobium Cluniacense". |
| („) | | 4080 Odiloni abbati et fratribus Cluniacensibus terrulam quandam „in regione, quae vocatur Camsaurus", a b. m. Guidone maiore b. Petro donatam, asserit „salvo eo censu, quod (leg. qui) annuatim in arca S. Petri defertur". (Clausulae verba: „Anno I consecrationis d. Conradi imp." utrum sint scripta in cancellaria pontificia, an aliena manu addita, non satis habeo exploratum. De hoc fragmento, rectius extracto bullae disserit Bresslau Jahrb. II. Exc. IV. § 1.) Anal. iur. pont. X. 325. — „Ex parte Dei". |
| („) | | 4081 (3110) Roberto, Francorum regi, scribit, dolere se de episcoporum Francicorum luxuria et avaritia. Odilonem abbatem et monasterium Cluniacense, privilegiis a sese ornatum, commendat. Bullar. Cluniac. p. 7, Migne 141 p. 1145. — „Quoniam o religiosissime". |
| („) | | 4082 (3111) Gausleno, episcopo Matisconensi, interdicit, ne contra privilegia apostolica Odilonem abbatem fratresque Cluniacenses iniuriis afficiat. Bullar. Cluniac. p. 8, Migne 141 p. 1146. — „Cui Deo auctore". |
| („) | | 4083 (3112) Borchardo, archiepiscopo Lugdunensi, mandat, „ut Gausleno, episcopo Matisconensi, interdicat, consecrationem, ordinationem vel aliquod ius in Cluniacensi monasterio quaerere". Bullar. Cluniac. p. 8, Migne 141 p. 1146. — „Gauslenum Matisconensem". |
| Apr. 4. | Romae | Vide diploma Conradi II. imperatoris ap. Ughelli It. sacr. III. 223, Bresslau Jahrbücher I. 484, (Stumpf 1928), „interventu ac petitione domni Iohannis summi pontificis". |
| „ 6. | In ecclesia Salvatoris Constantiniana | Synodus, praesente Conrado imperatore, in qua Popponi patriarchae Aquileiensi parochia Gradensis restituitur. Rubeis Mon. Aquil. p. 512, Mansi XIX. 479, vide emendationes ap. Bresslau Jahrb. I. 138. |
| „ 6. | „ | In eadem synodo constituunt: „ut in omnibus negotiis pontificalibus Ravennas nullo modo in aeternum se Mediolanensi archiepiscopo praeferat, et si forte praesumpserit, canonicae legi subiaceat". Commemoratio superbiae Ravennatis in MG. SS. VIII. 12 n. 70. De fide huius relationis vide Bresslau Jahrb. I. 149. |
| „ 7. | Romae | Vide Conradi imperatoris diploma datum „interventu Iohannis summi praesulis et universalis papae". Mem. e doc. V. III. 655, (Stumpf 1936). |
| | | 4084 (3102) Ecclesiae Magdeburgensis possessiones et privilegia, petente Humfrido archiepiscopo, „a praesenti decima indictione" confirmat. Boysen Allg. hist. Mag. I. 287. — „Apostolatus nostri". |
| Sept. | | 4085 (3103) Popponi, patriarchae Aquileiensi, pallii rationalisque usum concedit. Ecclesiae eius iura et possessiones confirmat, in his insulam Gradensem in synodo receptam. Ughelli It. sacr. V. 49, Cocqu. I. 337, Migne 141 p. 1137. — „Cum magna nobis". |
| | | **1024—1028.** |
| | | 4086 Stephano, episcopo Arvernensi, scribit, sese nescientem, Pontium comitem Arvernensem ab ipso excommunicatum esse, absolutionem ei indulsisse. Quam irritam esse vult. Bouquet Rec. X. 504, Mon. pont. Arverniae p. 29, (Gall. Christ. II. 259). — „Quod nescienter". |
| | | **1028.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 4. — Iun. Iul. — 5.)* |
| Dec. | | 4087 (3104) Ildewardo episcopo concedit, ut sedes episcopatus Cicensis transferatur Numburgum, „locum munitum et ab hoste remotum". Mittheilungen aus d. Geb. hist.-antiqu. Forsch. I. 42, Lepsius Kl. Schr. I. 26, Eccard Hist. gen. princ. Sax. sup. p. 220, (Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 291). Cf. Potthast Reg. 8277. — „Si extraneis". |
| | | **1029.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 5. — Iun. Iul. — 6.)* |
| Iun. 12. | | 4088 (3105) Ecclesiae Tiburtinae bona iuraque, petente Benedicto episcopo, confirmat. (Fragmentum.) Ughelli It. sacr. I. 1307, Migne 141 p. 1139. — „Imo etiam". |

**1030.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 6. — Iun. Iul. — 7.)*

Apr. 4089 (3109) Petro, episcopo Gerundensi, pallium „duodecim in anno vicibus gestandum“ concedit. Merino Esp. sagr. XLIII. 430, Marca Marca Hisp. p. 1044, Migne 141 p. 1143. — „Cum tui amoris“.

**1031.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 7. — Iun. Iul. — 8.)*

Mart. 4090 Monasterii Fuldensis possessiones, in his monasterium S. Andreae apostoli (Romanum) situm iuxta basilicam S. Mariae ad Presepe confirmat, petente Richardo abbate. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 441. — „Convenit apostolico moderamini“.

„ †4091 (3113) Monasterii Fuldensis privilegia, petente Richardo abbate, confirmat. („Scr. p. m. Sergii scrin. S. R. sedis.“ Bullam falsam esse docet Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 443.) Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 351, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 157, Migne 141 p. 1147. — „Congruit apostolico moderamini“.

4092 (3114) Iordano, episcopo (Lemovicensi), cunctisque Galliarum episcopis scribit, S. Martialem merito apostolis annumerandum esse. Cui altare in basilica S. Petri die 13. m. Maii a sese dedicatum nunciat. (Cf. tabulam Aymonis archiep. Bituricensis ap. Mansi XIX. 506.) Mon. pont. Arverniae p. 31, Mansi XIX. 417, Cocqu. I. 340, Migne 141 p. 1149. — „Ad pastoralem“.

Oct. 28. 4093 (3118) Monasterii Augiae-divitis privilegia confirmat et, quem rogatu Ottonis III. Gregorius papa V. Alavico, quondam abbati, concessit, usum dalmaticae sandaliorumque Bernoni abbati concedit. (Legitur tantum translata in dialectum alamannicam. Clausula corrupta.) Oeheims Chronik v. Reichenau p. 99: „V. kal. Nov., Ind. XV.“ Vide Herimanni Aug. Chron 1032 in MG. SS. V. 121. Cf. Tschudii Chron. Helvet. I. 12 ad annum 1032, qui hanc bullam dicit „VI. kal. Nov., Ind. XV.“ datam esse. — („Wir wellen sin zů wissen“ „Notum esse volumus“ „Notum esse cupimus“.)

4094 Bernoni, abbati Augiensi, scribit de itinere abbatum aliquot Augiensium (?) eorumque successu. (Fragmentum.) v. Pflugk-Harttung Iter p. 187. — „Ipse etiam abbas“.

**c. 1031.**

4095 (3115) Odilonem, abbatem (Cluniacensem), redarguit, quod delatum ad eum archiepiscopatum Lugdunensem recusaverit. Gaudfridum episcopum mandata sua ei expositurum esse. D'Achery Spic. III. 381, Mansi XIX. 418, Migne 141 p. 1150. — „Docente beatissimo“.

4096 *Ecclesiam Troianam soli sedi Romanae subiicit. Vide inscript. ap. Schulz Denkm. d. Kunst in Unterit. I. 184: „Dirigimus reliquias SS. XL et Sergii et Bachi et b. Sebastiani a s. Romana ecclesia, ita ut nulle sedi subiaceat nisi s. Romanae ecclesiae hec Troiana pleps et directe a dom. Iohanne pp. XVIIII. per manu Angli episcopi nostri (Troiani) dilecte fili signum cum sigillo plumbeo“.

**1025—1032.**

Mai. 1. 4097 (3119) Monasterium S. Iohannis Angeriacense „ab hac praesenti die kal. Maiarum“ conservari iubet. Gall. Chr. II. Instr. p. 466, Migne 141 p. 1154, (Besly Hist. des comtes de Poictou p. 299). — „Rogamus vos omnes“.

**1032.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 8. — Iun. Iul. — 9.)*

Ian. 4098 (3116) Bardoni, archiepiscopo Moguntino, pallii crucisque praeferendae usum concedit. Gudeni Cod. dipl. I. 15, Migne 141 p. 1152. — „Licet omnibus Christianis“.

Mart. †4099 (3117) Sedem episcopalem Ciza Numburgum translatam rogatu Hildiwardi episcopi confirmat. Decernit, ut in ecclesia Cizensi pro clericis monachi aut canonici substituantur. („Scr. p. m. Georgii notarii regionarii atque scriniarii s. ap. sedis“. Pergamenum litteris anglosaxonicis scriptum, quod asservatur in tabulario Numburgensi, nec in cancellaria pontificia ortum nec omnino fide dignum esse, demonstrabit Bresslau Jahrb. II. Excurs. II. contra Dickamp in Mitth. des Inst. f. österr. Gesch. III. 567.) Mittheilungen aus d. Geb. hist.-ant. Forsch. I. 43, Lepsius Kl. Schr. I. 27, Eccard Hist. gen. princ. Sax. sup. p. 222, (Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 296, Mansi XIX. 481, Migne 141 p. 1153). — „Convenit apostolico“.

**1024—1033.**

4100 (3120) Guillelmum comitem (Tolosanum), proposita excommunicatione, hortatur, ut monasterio S. Petri Moissiacensi ecclesias duas reddi ab Arnaldo-Oddone, vicecomite Gasconiae, iubeat. Hist. de Languedoc II. Pr. p. 185, ed. nov. V. p. 396, Migne 141 p. 1155. — „Mittimus ad tuam".

4101 (3121) Omnes „bonum facientes" excitat, ut in restituendam ecclesiam Magalonensem incumbant. Gariel Ser. I. 104, Labbe N. B. M. I. 797, Mansi XIX. 570, Migne 141 p. 1156. — „Dictam Magalonensem" „Supradictam Magalonensem".

4102 (3122) Hugoni, episcopo Autissiodorensi, peccata condonat. Mansi XIX. 419, Quantin Cart. gén. I. 165, Cocqu. I. 341, Migne 141 p. 1151. — „Nullum in".

4103 *Patriarchae Aquileiensi privilegium sedendi a dextro latere pontificis Romani concedit. Vide Clementis II. bullam d. m. Ian. 1047 ap. Ughelli It. sacr. II. 361, Migne 142 p. 581.

4104 *Ecclesiam S. Triphonis Romanam tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat. (Cui Iohanni attribuenda sit bulla, minime constat.) v. Pflugk-Harttung Iter p. 187.

4105 *Ecclesiae b. Petri Romanae canonicorum in monasterio S. Martini constitutorum possessiones et privilegia confirmat. Vide Leonis IX. bullam d. d. 21. Mart. 1053 in Bull. Vatic. I. 22, ap. Migne 143 p. 704.

4106 *Ecclesiae S. Petri Romanae canonicorum in monasterio S. Stephani maioris constitutorum possessiones ac privilegia confirmat. Vide Leonis IX. bullam d. d. 24. Mart. 1053 in Bull. Vatic. I. 29, Migne 143 p. 717.

**1028—1033.**

4107 Omnibus Christianis notum facit, Guidonem de Turri et Ingalsiam, uxorem eius, in comitatu Lemovicensi in pago Arnaco monasterium condidisse ac bonis ditavisse. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 4883A f. 67 man. s. XI, quae litteras bullarum papalium langobardicas imitari conata est, (copia s. XVII. ibid. Coll. Baluze 62 f. 315. De tempore vide Gall. Chr. II. 514.) — „Notum sit omnibus".

**1033.** meurt le 6 nov. 1032 (Hartmann)

Ian. Moritur. Cum Iohannis obitum ad a. 1033 revocet Heriman. Augiens. 1033 p. 121, Benedictumque IX. doceat (si fida est) tabula ap. Fantuzzi II. 369 („Ian. 27, Bened. a. 5, Conradi imp. a. 10, ind. 5", i. e. an. 1037) coepisse ante d. 27. m. Ianuarii, probabiles sunt a. 8 m. 6, qui in Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 341, ap. Watterich I. 70, Iohanni adscribuntur, ideoque mors eius accidisse m. Ianuario a. 1033 censenda est. (Ceteri catalogi praebent a. 7 m. 7; a. 9 m. 9; a. 10 m. 8.) — Sed ex tabula ap. Galletti Gabio antica p. 134 data: „a. pont. Benedicti VIII. (leg. VIIII) 4 et imperantis Conradi 8 (leg. 9), ind. 4 (i. e. 1035) mens. Nov. d. 15" colligi debuisset, Benedictum iam mense Nov. 1032 in cathedra S. Petri sedisse, nisi numerorum signa corrupta et pro „pont. a. IV" fortasse legendum esset „III". Quo vero anno, 1032 an 1033, data sit tabula ap. Fatteschi Mem. de' duchi di Spoleto p. 134: „mens. Nov. ind. I" in tanta notarum chronologicarum inopia disceptari nequit.

---

# BENEDICTUS IX. 1033—1048.

Scriptae sunt Benedicti IX. bullae per manum
Sergii scriniarii (al. archiscrivii) et notarii sacri nostri Lateranensis palatii (4108. 4110. 4111. 4114. 4115).
Datae per quorum manus sint, non est notatum.

**1033.** Du 12 novembre 1032 au 16 juillet 1048. (Hartmann)

Ian. Consecratur. De mense vide supra annot. ad m. Ian. 1033 in Iohannis XIX. regestis. Herim. Aug. chron. 1033 in MG. SS. V. 121: „Romae defuncto Iohanne,

| | | |
|---|---|---|
| | | **1033.** |
| | | Benedictus IX. ordinatus, licet indignis tanto ordine moribus et factis". Glaber Rod. L. IV. c. 5 ap. Bouquet Rec. X. 50, in MG. SS. VII. 68: „puer ferme decennis, intercedente thesaurorum pecunia, electus extitit a Romanis"; et L. V. c. 5: „Fuerat enim ordinatus puer circiter annorum XII contra ius fasque, quem scilicet sola pecunia auri et argenti plus commendavit, quam aetas et sanctitas". Desiderii dialog. L. III. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. II. 451: „Benedictus quidem nomine, non tamen opere, cuiusdam Alberici consulis filius, non parva a patre in populum profligata pecunia, summum sibi sacerdotium vindicavit". |
| | | **1036.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5.)* |
| Iun. 29. | Roma | expellitur. Glaber Rod. L. IV. c. 9 ap. Bouquet X. 52, MG. SS. VII. 69: „Die natale apostolorum in ecclesia b. Petri quidam de principibus Romanorum insurrexerunt in papam Romanum, cupientes illum interimere; sed minime valentes, a sede tamen propria expulerunt". (Hoc factum ad a. 1035 referri solet. Quae narrat Amalricus Augerius, ap. Muratori R. It. SS. III. II. 340, ad a. 1044—1047 pertinere videntur.) |
| Oct. | | 4108 (3123) Monasterii S. Mariae Solacensis possessiones confirmat, privilegiaque constituit, petente Gumbaldo, monasterii S. Crucis Burdigalensis abbate. Martene Thes. I. 156, Migne 141 p. 1343. — „Convenit apostolico". |
| Nov. 2. | | Concilium episcoporum 33, in quo Andreas, episcopus Perusinus, monasterium b. Petri Perusinum Benedicto iterum „refutat". Ughelli It. sacr. I. 1159, Mansi XIX. 579. (Cf. Ughelli III. 53.) |
| | | 4109 (3124) Ecclesiae Florentinae canonicorum bona confirmat, petente Rolando praeposito. Ughelli It. sacr. III. 56, Soldani Hist. mon. de Passiniano p. 256, Cocqu. I. 343, Migne 141 p. 1346. — „Si iustis". |
| „ | (Florentiae) | Attonis episcopi privilegio subscribit, Ughelli It. sacr. III. 53. Privilegium hoc Florentiae datum esse, verisimillimum est. |
| | | **1037.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6.)* |
| c. Iun. | Cremonae | apud Conradum imperatorem. Wiponis Gesta Chuonr. c. 36 in MG. SS. XI. 273, ed. Bresslau p. 43, Herimanni Aug. Chron. 1037 in MG. SS. V. 122. |
| | Romam | redit. Wiponis Gesta Chuonradi l. l. |
| Nov. | | 4110 (3125) Ecclesiae Silvae candidae bona, episcoporumque iura rogatu Petri episcopi confirmat. „Inthronizare et incathedrare" inquit „pontificem Romanum in apostolica sede vobis, qui cotidiani estis in servitio S. Petri, committimus, nec non ad benedicendam cum aliis vos specialiter convocamus; similique modo ad ungendum et consecrandum imperatorem primum vestram et vestrorum successorum episcoporum fraternitatem convocamus". Ita addit: „non solum te, sed omnes tuos successores episcopos bibliothecarios sedis nostrae esse perpetuo censemus". Ughelli It. sacr. I. 100, Cocqu. I. 344, Migne 141 p. 1347, (Marini I papiri p. 79). Cf. Bull. Vat. I. 20. — „Convenit apostolico". |
| | | **1038.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7.)* |
| Mart. 26. | In castello Spella | praesente Conrado imperatore, Heribertum archiepiscopum Mediolanensem, anathematizat. Annal. Hildeshem. 1038 in MG. SS. III. 102: „Pascha vero imperator in castello Spella pacifice feriavit; praedictus quoque Mediolanensium metropolitanus ab apostolico pontifice post iustas crebras ammoniciones communi episcoporum decreto in paschis anathematizatus est". Cf. Annal. Sax. 1038 ibid. VI. 681. |
| Iul. 1. | | 4111 (3126) Bona iuraque monasterii Casinensis confirmat, „cuius abbatis consecrationem" inquit „nuper ex dono piissimorum Henrici et Conradi imperatorum Romanorum suscepimus". (Clausulam editis bullae huius exemplis appositam a verbo „scriptum" usque ad „vigesima nona" ad Benedicti VIII. tab. supra 4045 pertinere, ex Petri reg. n. 18 monet Gattulla Hist. Cas. p. 119, quo teste ista Benedicti IX. charta his terminatur verbis: „Scriptum per manum Sergii scriniarii et notarii sacri nostri palatii kal. Iulii, indictione 6, Beneualete".) Margarini Bull. Cas. II. 79, Cocqu. I. 348, Migne 141 p. 1357. — „Si petita". |

**1039.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8.)*

Romae — Concilium, in quo papa decernit, ut Bracizlaus Bohemiae dux, qui iniussu apostolicae sedis corpus S. Adalberti Gnesna Pragam transtulerit, monasterium condat. Cosmae Chron. 1039 in MG. SS. IX. 71.

**1040.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9.)*

Oct. 15. Apud Massiliam (?) — Ecclesiam S. Victoris Massiliensem cum episcopis 23 dedicat. Vide acta in Gall. Chr. I. Instr. p. 110, Coll. des Cartulaires VIII. 14, Faillon Monum. inéd. sur Ste-Marie-Madelaine p. 629.

**1042.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11.)*

4112 (3127) „Archiepiscopis, episcopis, sacerdotibus et universo clero cunctisque populis tam regni Teutonici quam etiam quarumcunque nationum vel linguarum" nuntiat, „collecta Romani cleri splendida fraternitate, cum partus sacratissimae virginis annuo recursu per hunc orbem radiaret" (i. e. d. 25. Dec. 1041), Symeonem (Syracusanum) sanctorum ordinibus ascriptum esse, petente Poppone, archiepiscopo Trevirensi. (De tempore vide Steindorff Jahrb. I. 497.) Acta SS. Iun. T. I. 97, Hontheim H. Trev. I. 377, Cocqu. I. 349, Beyer M. U. I. 370, Migne 141 p. 1360. — „Divinae maiestatis".

†4113 (3128) Popponi, archiepiscopo Trevirensi, adiutorem mittit „ad iniquitates pravorum hominum debellandas ac spirituali gladio puniendas". Symeonem in sanctos relatum nunciat. (Bullam non esse a suspicione remotam, probat Hinschius Kirchenrecht II. 172. n. 3, falsam eam esse docebit Bresslau Jahrb. II. in excursu IX.) Gesta Trev. in MG. SS. VIII. 178, Acta SS. Iun. T. I. 96, Hontheim H. Tr. D. I. 376, Beyer M. U. I. 371, Migne 141 p. 1359. — „Sumptis reverentiae".

**1044.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13.)*

Apr. In Romana ecclesia — 4114 (3129) In synodo patriarchatus Gradensis integritatem libertatemque confirmat, Ursone patriarcha et Dominico Contareno, „duce Veneticorum sive Dalmaticorum", et populo Veneto per legatos petentibus. (Subscripserunt episcopi 17. De tempore vide Neues Archiv V. 200. n. 2.) Ughelli It. sacr. V. 1113, Mansi XIX. 606, Cocqu. I. 350, Migne 141 p. 1362. — „Sicut plurimum".

„ — 4115 (3130) Monasterium S. Miniatis Florentinum tuendum suscipit et eius bona violari vetat, petente Oberto abbate. Lami Eccl. Fl. M. I. 48, Ughelli It. sacr. III. 62, Cocqu. I. 350, Migne 141 p. 1367. — „Valde bonum".

4116 (3131) *Druhtmaro, abbati Corbeiensi, „epistolam mittit". Vide Annal. Corbeienses 1044 in MG. SS. III. 6.

Roma — eiicitur a Romanis ante d. 7. Ian. 1045, ut comperimus ex Annalibus Romanis in MG. SS. V. 468: „Anno ab inc. dom. 1046 (leg. 1045), ind. 13, presidente Benedicto VIIII. papa, anno eius 12 . . . mens. orta est in urbe Roma grandis seditio, ita ut omnes in unum coartati venirent, et eiecerunt eum de suo pontificatu; in ipso denique anno in festivitate s. Cecilie (d. 22. m. Nov.) obscuratum est sol (id quod constat a. 1044 evenisse); et factum est cum eiecissent pontificem ex suo pontificatu, orta est inter Romanos et Transtiberinos grandis seditio, ut in unum omnes congregatos Romanos ad obsidendam Transtiberim pergerent 7. die mensis Ianuarii (a. 1045, sequitur enim electio Silvestri, quam infra videbimus in huius regestis c. 21. Ian. a. 1045 factam esse). . . . Tunc omnes Romani in unum congregati elegerunt sibi pontificem Iohannem, Sabinensem episcopum, cui posuerunt nomen Silvester". — Herim. Aug. Chron. 1044 p. 125: „Romani Benedictum papam multis criminatum sede sua pellunt et Silvestrum quendam in locum eius statuunt". Desiderii Dial. L. III. l. l.: „cum rapinas, caedes, aliaque nefanda in Romanum populum ageret, congregati in unum populi eum a pontificatus cathedra exturbantes, Urbe pellunt, alterumque in loco eius Iohannem videlicet Sabinensem episcopum, non tamen vacua manu, canonica parvipendentes decreta substituerunt". — A vero procul discedit et Bonitho in Libro ad amic. ap. Jaffé Bibl. II. 626, qui post Gregorium VI. constitutum Silvestri creationem accidisse tradit („His ita gestis Gerardus de Saxo cum aliis capitaneis quendam Sabinorum episcopum sibi eligunt episcopum, quem vocaverunt Sylvestrum"), et Glaber Rod. L. V. c. 5. ap. Bouquet X. 63, in MG. SS. VII. 72, qui pulso a Romanis Benedicto Gregorium VI. subrogatum perhibet

**1039—1045.**

4117 (3132) Sauualoni „abbatiam ab eo constructam in villa Phalempin confirmat". Buzelini Gallo-Flandria p. 370. — „Quidquid divinitus".

**1043—1045.**

Ian. 21. — †4118 Monasterii Fuldensis possessiones confirmat. Rohingo abbati eiusque successoribus monasterium S. Andreae apostoli, situm Romae iuxta ecclesiam S. Mariae ad Presepe, concedit. („Script. p. m. Petri scriniarii S. R. E.; Datum p. m. Widonis episcopi et biblioth. s. sed. apost., a. pont. Benedicti VII. papae I" cet.) Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 444. — „Convenit apostolico moderamini".

**1044—1045.**

Mart. — †4119 (CCCLXXXI) Adelberto, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit ac „legationem et archiepiscopalem potestatem in omnia regna septentrionalia, regna Danorum scilicet, Suenorum, Noruenorum, Hislandicorum et omnium insularum his regnis adiacentium concedit". („Datum p. m. Leonis cancellarii S. R. E. in mense Martio ind. III.") Lappenberg Hamb. Urk. I. 71, Liljegren Dipl. Suec. I. 34, Dipl. Island. p. 55, Migne 141 p. 1368. Cf. Forsch. z. d. Gesch. XXIII. 202. — „Si pastores ovium".

**1045.**

c. Febr. — Silvestrum III. excommunicat. Herim. Aug. chron. 1044 l. l: „quem . . . excommunicatum depulit".

Mart. 11. — Romae — recuperat pontificatum, eiecto Silvestro. Dies apparet e cod. Vat. Vit. pont. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 341, Watterich I. 70, quo teste Benedictus post Silvestrum pulsum et ante pontificatum Gregorio VI. die 1. mensis Maii a. 1045 venditum denuo moderatus ecclesiam est per mensem 1 diesque 21. Annal. Romani l. l.: „quo (Silvestro) eiecto, Benedictum reduxerunt in sua sede". Desiderii Dial. l. l.: „Benedicto undique cum suis propinquis instante urbem, quia ex consulibus terrae ortus erat et in eis maxima virtus, urbe pulsus est (Silvester), Benedictus igitur quod amiserat sacerdotium recepit". (Errorem, in quem inciderat Jaffé in priore Regestorum editione, detexit G. Grandaur in Neues Archiv V. 200.)

Mai. 1. — Pontificatum vendit Gregorio VI. Annales Romani l. l.: „Tunc Benedictus non sufferens Romanum populum, eiusdem pontificatus sui honorem per cartulam refutavit Iohanni, archipresbytero S. Iohannis ad portam Latinam, suo patrino, in die kal. Maias (a. 1045, vide infra Gregorii VI. regesta ad 20. Dec. 1046); cui posuerunt nomen Gregorius". Vit. pont. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 341, ap. Watterich I. 70: „Et eum (pontificatum) vendidit . . . in die kal. Maias". Annal. Altah. 1046 in MG. SS. XX. 803: „. . . (Gregorio) illud regimen pretio vendidit". Desiderii Dial. L. III. l. l. p. 452: „Cumque se a clero simul et populo propter nequitias suas contemni respiceret, tandem reperto consilio . . . quia voluptati deditus ut Epicurus magis quam ut pontifex vivere malebat . . . cuidam Iohanni archipresbytero, qui tunc in Urbe religiosior ceteris clericis vivebat, non parva ab eo accepta pecunia, summum sacerdotium tradidit". Bonithonis Lib. ad amic. ap. Jaffé II. 626: „Benedictus post multa turpia adulteria et homicidia manibus suis perpetrata, postremo cum vellet consobrinam accipere coniugem, filiam sc. Girardi de Saxo, et ille diceret, nullo modo se daturum, ni renunciaret pontificatui, ad quemdam sacerdotem Iohannem, qui tunc magni meriti putabatur, se contulit, eiusque se consilio semetipsum damnavit, pontificatuique renuntiavit; . . . idem sacerdos (Iohannes), accepta hac occasione, nefando ambitu, seductus . . . per turpissimam venalitatem omnemque Romanum populum, pecuniis ingentibus datis, sibi iurare coegit, . . . quem Gregorium vocaverunt". (Huic Bonithonis narrationi cur fidem abiudicemus, non video; quod fecit Steindorff in Jahrb. Heinrichs III. T. I. 485. n. 1.) Cf. Annal. Altah. l. l.

In castellis suis — Desiderii Dial. L. III. l. l.: „ipse vero in propriis castellis se recipiens, Urbe cessit".

**1046.**

Dec. 20. — In synodo Sutrina etiam de Benedicto actum esse, colligo ex Ann. Roman. in MG. SS. V. 469, Herim. Chron. 1046 ibid. p. 126, et Bonithonis Libr. ad am. ap. Jaffé

**1046.**

Bibl. II. 627, quamquam auctor Ann. Corb., optime de hisce rebus instructus, nonnisi de Gregorio et Silvestro in hac synodo actum esse narrat; quem annalistam secuti sunt Giesebrecht II. 657, Steindorff Jahrb. I. 502, Hefele IV. 710. — De die synodi vide infra Gregorii VI. regesta.

Dec.23-24. In synodo Romana deponitur „feria 3 et 4, quae fuit nativitatis dominicae vigilia". Annal. Corb. 1046 in MG. SS. III. 6, ap. Jaffé Bibl. I. 39. Cf. Chron. Altinate in Arch. stor. ital. app. V. 59, MG. SS. XIV. 59, Ann. Weissenburg. 1047 in MG. SS. III. 70. Petrus Damian. de abdicat. ep. c. 11 in Opp. III. 220, ap. Migne 145 p. 441: „Super quibus, praesente Henrico imperatore, cum disceptaret postmodum synodale concilium, quia venalitas intervenerat, depositus est, qui suscepit, non excommunicatus est, qui deseruit".

†4119a Aronem, episcopum Cracoviensem, „pro amore Casimiri qui et Karoli, eiusque coniugis Mariae eorumque filii Boleslai" archiepiscopali dignitate pallioque ornat ac omnes Poloniae parochias ei subiicit. (In Chron. Polon. hoc factum modo Benedicto IX. 1046, modo Benedicto X. 1059, ascriptum est.) Bielowski Mon. Pol. hist. I. praef. p. XXV et 358, ibid. III. 340, Roepell Gesch. Polens I. 642. — „Pro reverentia principis".

**1047.**

Oct. Tusculi Mortuo d. 9. Oct. Clemente II. (vide infra), „Benedictus, cum esset in civitate, quae vocatur Tusculana, per premii cupiditatem divisit Romanum populum". Annal. Romani p. 469.

Nov. 8. Romae Pontificatum Romanum, adiutore Bonifatio, Tusciae marchione, denuo invadit. Vit. pont. e cod. Vatic. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 344, Watterich I. 71: „Benedictus IX. itaque iterum in pontificatum reversus est et tenuit eum menses 8 d. 9, id est a festivitate sanctorum quatuor coronatorum (8. Nov. 1047) usque in festum s. Alexii (16. Iul. 1048)". Annal. Romani p. 469: „et sic reinvasit s. sedis apostolicae pontificium" . . . „marchionem Bonifatium, cuius auxilio Benedictus receperat pontificium".

**1033—1048.**

4120 *In parthenone S. Iohannis („de las Abadesas"), iuxta Rivipullum, loco monialium male viventium canonicos regulares instituit. Neues Archiv VI. 301.

4121 *Comiti Bernardo permittit, ut in S. Iohannis Rivipullensi seu S. Pauli Finisterrae seu S. Salvatoris monasterio sedem episcopalem instituat, ubi fratrem eius Wifredum episcopum esse vult. Neues Archiv VI. 301.

4122 *In ecclesia Sipontina (a Beneventana disiuncta), sedem archiepiscopalem instituit. Vide Epist. Innoc. III. ed. Baluze I. 633, ap. Migne 214 p. 1000, Ughelli It. sacr. VII. 829, cf. ibid. p. 821.

**1048.**

Iul. 16. Roma pellitur iussu Heinrici imperatoris a Bonifatii, Tusciae marchionis, legato. Annal. Romani l. l.: „Videns itaque Bonifatius, quia nihil proficeret, per suum legatum Benedictum (lege: Benedictus, annotavit Pertz) eiectus est de pontificatu". De die vide supra ad 8. Nov. 1047.

## SILVESTER (III.) antipapa. 1045—1046.

**1045.**

c. Ian. 21. Pontifex constituitur a Romanis, exacto Benedicto IX. Vide supra Benedicti IX. regesta ad finem a. 1044. Quem scimus circiter d. 11. m. Mart. pulsum esse, Silvestrum III. ad ecclesiae gubernacula sedisse dies 49, reperimus tum in Annal. Roman. in MG. SS. V. 468, tum in Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 341, Watterich I. 70; unde eum coepisse c. 21. Ian. patet. — Desiderius in Dial. L. III. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. II. 451 Silvestrum scripsit „tribus non amplius mensibus Romanae usum esse cathedrae successione".

**1045.**

c.Mart. 11. | Roma | pellitur. Annales Romani l. l.: „quo eiecto“ . . . Vitae pont. e cod. Vat. l. l.: „et eiectus est inde“. Desiderii Dialogi L. III. l. l. p. 452: „urbe cum dedecore pulsus suum ad episcopatum (Sabinensem) reversus est“. Tempus liquet ex regestis Benedicti IX., qui pulso Silvestro die 11. m. Mart. recepit pontificatum.

Ad Sabinensem episcopatum revertitur. Vide supra.

Dec. 20. | In synodo Sutrina deponitur. Annal. Corbeiens. 1046 in MG. SS. III. 6, ap. Jaffé Bibl. I. 39, (vide infra regesta Greg. ad 20. Dec. 1046), Ann. Altah. 1046 in MG. SS. XX. 803. Cf. Ann. Rom. ibid. V. 469. (Bonithonis Libr. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 627: „. . . quaestione orta, de Sylvestro invasore ab omnibus iudicatur, episcopatu et presbiteratu nudatum in monasterio diebus vitae suae tradi“.) De die synodi vide Gregorii VI. regesta infra.

---

## GREGORIUS VI. 1045—1046.

Gregorii VI. bullae sunt
scriptae p. m. Iohannis scriniarii et notarii nostri Lateranensis palatii (4123. 4124. 4129. 4130)
datae p. m. Petri diaconi, bibliothecarii et cancellarii s. apost. sed. (al. sacri Later. pal.) (4129. 4130).

**1045.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1.)*

Mai. 1. Pontificatum emit a Benedicto IX. Vide supra huius regesta.

„ 4123 (3133) Monasterii S. Petri Perusini possessiones et privilegia, petente Bonizone abbate, confirmat. Margarini Bull. Cas. I. 6, ubi bulla Gregorio IV. perperam tribuitur, Cocqu. I. 354. — „Quoniam si quid“.

Nov. 4124 (3134) Lamberto diacono et Gaudiolo presbytero, Corbuloque notario ecclesiam S. Alexandri Lucensem donat. (Gregorio VII. non recte adscripta.) Memorie e docum. V. III. 674. — „Relatis supplicationibus“.

**1045—1046.**

Mai. 15. 4125. Monasterii Fuldensis possessiones, in his monasterium S. Andreae Romanum, situm iuxta ecclesiam S. Mariae ad Presepe, ac iura quaedam confirmat, petente Rohingo abbate. (Bulla non est a suspicione remota.) Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 448. — „Congruit apostolico moderamini“.

4126 (3135) Monasterii Farfensis privilegia confirmat, petente Almerico abbate. Chron. Farf. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 443, Cocqu. I. 355, Migne 142 p. 573. — „Notum sit“.

4127 Victori, archiepiscopo Neapolitano, scribit, ad consecrandam basilicam nuper fabricatam eum esse episcopum arcessendum, qui, antequam fundaretur, „incolas baptizaverit et ad cuius consignationem sub annua devotione concurrerint.“ (Fragmentum hoc videtur perperam Gregorio VI. ascribi. Capasso Mon. ad Neapolit. ducat. hist. pert. I. 230 censet, collectorem decretalium siglam G. male intellexisse, ac pro „Gregorius“ legendum esse „Gelasius“ I., cuius tempore etiam episcopus nomine Victor in cathedra Neapolitana sederit.) Compilatio I. L. III. t. 31. c. 1, Decr. Greg. L. III. t. 36. c. 1, (Ughelli It. sacr. VI. 89). — „Nunc autem ad“ „Nunc ad basilicam“.

4128 Monasterium Casinense tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat. (Mutila et suspecta.) Wiener Sitzungsber. XCIV. 650. — „Omnibus Christi fidelibus“.

**1046.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 1. — 1. Mai. — 2.)*

Febr. 18. 4129 (3138) Ecclesiae Florentinae canonicis ecclesiam S. Donnini ea lege donat, ut quotannis auri solidum Palatio (Lateranensi) pendant. Ughelli It. sacr. III. 65, Cocqu. I. 354, Migne 142 p. 575. — „Oportet bene merentibus“.

„ 26. 4130 (3139) Monasterii S. Quintini Montis possessiones, Henrico Francorum rege per nuncium petente, confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 734, Colliette Mém. du

| | | |
|---|---|---|
| | | **1046.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 1. — 1. Mai. — 2.)* |
| | | Vermand. I. 573, Gall. Chr. X. Instr. p. 363, Mansi XIX. 618, Cocqu. I. 353, Migne 142 p. 575. — „Si iustis petitionibus". |
| Nov. | Placentiae | apud Heinricum III. regem. Herimanni Aug. chron. 1046 in MG. SS. V. 126, Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 627, Arnulfi Gesta archiep. Mediol. L. III. c. 3 in MG. SS. VIII. 17. |
| Dec. 20. | Sutrii | Synodus Heinrici III. regis „in qua depositi sunt papae duo, medius et ultimus" (i. e. Silvester III. et Gregorius VI.) Annal. Corbeiens. 1046 in MG. SS. III. 6, ap. Jaffé Bibl. I. 39; Catalog. pap. ap. Eccard Corp. hist. II. 1640, ap. Watterich I. 70. Cf. Petri Damiani De abdicat. episc. c. 11 in Opp. III. 220, Migne 145 p. 441, Catal. pont. et imper. Tiburt. in MG. SS. XXII. 356, Herimanni Aug. chron. 1046 ibid. V. 126. (Nec Bonithoni in Libr. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 628 nec Desiderio in Dial. L. III. p. 452, qui sponte abdicasse Gregorium VI. perhibent, fidem adiungendam esse, demonstrant Jaffé Bibl. II. 594 et Steindorff in Jahrb. Heinrichs III. T. I. 500.) — Gregorius sedisse: „annum 1 et m. 8 minus dies 11" dicitur et in Annal. Roman. in MG. SS. V. 468 et in Vit. pont. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 441 (Desiderius in Dial. perperam praebet a. 2 m. 8); quare tum dies ille 1. m. Maii, quo emerat pontificatum Gregorius, ad annum 1045 pertinet, tum Sutrina haec synodus, quam „iuxta natalem domini" anni 1046 gestam esse tradit Herimannus Aug. in Chron. in MG. SS. V. 126, ad diem 20. m. Dec. revocanda est. |
| | | **1047.** |
| | In Germaniam | deducitur ab Heinrico imperatore. Bonithonis Lib. ad amic. ap. Jaffé Bibl. II. 630, Vit. pont. e cod. Est. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 441, e cod. Vat. ap. Watterich I. 70, Leonis Chron. mon. Cas. L. II. c. 78 in MG. SS. VII. 683. |
| | Coloniae | moratum esse Gregorium VI. colligere ex eo licet, quod Hildebrandus, post Gregorius VII., qui papam exulantem secutus est (vide Jaffé Bibl. II. 401. 603), tunc temporis in ecclesia Coloniensi se vixisse testatur in Reg. L. I. ep. 79, ap. Jaffé Bibl. II. 99. Cf. Floto Kaiser Heinrich d. Vierte I. 155. |
| | | **10 . .** |
| | Ad ripas Rheni | Moritur. Bonithonis Lib. ad amic. l. l.: „Non longo post tempore cum ad ripas Reni venisset, morbo correptus interiit". (Eum a. 1048 adhuc in vivis fuisse liquet ex Anselmi Gest. ep. Leod. c. 65 in MG. SS. VII. 228.) |

# CLEMENS II. 1046—1047.

Clementis II. bullae sunt
scriptae p. m. Iohannis scriniarii et notarii nostri sacri Lateranensis palatii (4133. 4134. 4135. 4141. 4143)
datae p. m. Petri diaconi, bibliothecarii et cancellarii s. apost. sed. (4133. 4134. 4143. 4145. 4146. 4147. 4148. 4149. 4150. 4151).

| | | |
|---|---|---|
| | | **1046.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 1.)* |
| Dec. 24. | Romae in basilica b. Petri | Eligitur in synodo, ab Heinrico III. rege convocata, „vigilia natalis domini". Annales Romani in MG. SS. V. 469, Annal. Corbeiens. 1046 ibid. III. 6, ap. Jaffé Bibl. I. 39. Cf. Desiderii Dial. L. III. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. II. 452, Benzonis ep. Alb. L. VII. c. 2 in MG. SS. XI. 670. |
| „ 25. | Romae (in ecclesia S. Petri) | Consecratur „in ipsa natalis domini die"; quo facto Heinricum imperatorem Agnetemque imperatricem coronat. Herimanni Aug. Chron. 1047 in MG. SS. V. 126, Lamberti Annal. 1047 ibid. p. 154. Annales Romani l. l., Annal. Corbeiens. 1046 l. l., Adalberti Vit. Heinrici II. imp. c. 16 ibid. IV. 799, Benzonis ep. Alb. L. VII. c. 2 ibid. XI. 670, Adami Gest. Hammab. eccl. pont. L. III. c. 7 ibid. VII. 338, Annal. Altah. 1047 ibid. XX. 803. |

**1046.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 1.)*

Dec. 25. | In palatium Lateranense | se confert cum imperatore et imperatrice. Vide Herimanni Aug. chron. 1047 l. l.

„ | †4131 (3140) *Heinrico imperatori et eius successoribus patriciatum asserit, ne aut Romani pontifices, aut qui regalia habeant episcopi ante acceptam investituram consecrentur. Annales Romani l. l.: „Itaque princebs, cernens Romanorum voluntatem, circulum, quod (quo?) ab antiquitus Romani coronabant patricios, in capite posuit suo; et ordinationem pontificum ei concesserunt et eorum episcoporum regaliam abentium: ut a nemine consecretur, nisi prius a rege investiatur. Almus pontifex una cum Romanis et religiosis patribus (sicut sanctus Adrianus papa et alii pontifices confirmaverunt per privilegiy detestationem) sic per privilegii detestationem in potestate regis Heinrici, qui in presentia habetur, et futurorum regum patriciatum et cetera, ut supradictum est, sancivit, confirmavit et posuit". Petri Damiani Disceptatio synodalis, Opp. III. 27, ap. Migne 145 p. 71: „Henricus imperator factus est patricius Romanorum, a quibus etiam accepit in electione semper ordinandi pontificis (Rom.) principatum". Cf. Bonithonis Lib. ad amic. ap. Jaffé Bibl. II. 630. De hoc privilegio disseruerunt Giesebrecht Gesch. d. d. K. II. 658, Weineck Der Patriciat Heinrichs III., dissert. Jenens. 1873, p. 34, Steindorff Jahrb. I. 471, Bernheim in Forsch. z. d. Gesch. XV. 635.

„ 29. | †4132 Corbeiense et Herfordense monasteria a potestate episcopi Paderbornensis eximit, bulla ad Ruthardum abbatem. (Signa chronologica, licet optime in a. 1046 conveniant, falsarium non prohibuerunt, quominus bullam a Iohanne papa, nescio quo, auctore proficisci faceret.) Löher Archiv. Zeitschr. III. 36. — „Omnibus sancte Dei".

„ 29. | 4133 (3141) Roingo, abbati monasterii S. Salvatoris Fuldensis, eiusque successoribus donat Romanum S. Andreae monasterium iuxta ecclesiam S. Mariae ad Praesepe. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 346, (Mansi XIX. 624, Migne 142 p. 577). Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 453. — „Convenit apostolico moderamini".

„ 31. | 4134 (3142) Monasterii Fuldensis privilegia confirmat. (Specimen scripturae ap. Schannat Vind. tab. I.) Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 357, Schannat Dioec. Fuld. p. 250, Cocqu. I. 356, Migne 142 p. 579. (Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 455 et ibid. p. 456 falsam Clementis II. bullam). — „Cura nos urget" („Pontificii nostri").

**1046—1047.**

4135 (3143) Monasterium Omnium sanctorum de Insula, a Rogero episcopo Catalaunensi conditum, tuendum suscipit, privilegiisque muneratur. Gall. Chr. X. Inst. p. 153. — „Illa, quae postulantur".

4136 (3144) Omnibus episcopis Galliae seu Aquitaniae, principibus et magnatibus monasterium Cluniacense ac possessiones eius commendat. Bullar. Clun. p. 12. — „Scitis fratres".

4137 (3145) Parthenonis Nivellensis, „miserrime perditi rabie indomitae gentis", possessiones confirmat. (Fragmentum.) Vide Leonis IX. litteras ap. Miraeum Opp. dipl. I. 661, Cocqu. I. 363, Migne 143 p. 611. (Bullam Clementis m. Ian. 1047 Romae datam esse, opinatur Steindorff Jahrb. I. 321.) — „Iuxta confinium".

4138 (3146) *Monachis S. Mariae Vallis-pontis concedit, „ut fotrum nemini conditionaliter praebeant praeter papae". Vide Leonis IX. bullam ap. Muratori Ant. It. VI. 333, Migne 143 p. 593.

4139 *Monasterii Fructuariensis libertatem confirmat. Vide Alex. II. bullam d. d. 23. Mart. 1063 ap. Cocqu. II. 2, Migne 146 p. 1288.

†4140 Omnibus fidelibus, qui ad parthenonem Neuburgensem certis quibusdam diebus accesserint vel officiis divinis ibi celebratis interfuerint aut bona ei contulerint „50 karrinas et tres annos criminalium et sex annos venialium peccatorum" de iniuncta penitentia relaxat. (Fragmentum. „Script. p. m. Raphonis not. region., scrin. S. R. E.", qui bullas sub Benedicto VIII. scripsit; vide annotationem meam ad 3. Ian. 1016.) Blätter f. d. bayer. Gymnas.- u. Realschulw. XVI. 201. — „Si forte, quod".

**1047.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1, imp. Henrico a. 1.)*

c. Ian. 5. | Romae | Synodus, in qua anathematizantur, qui „aut ecclesiarum consecrationem, aut clericatus ordinationem, aut archipresbyteratum, aut commendationes altarium, aut traditiones ecclesiarum, aut abbatias, aut praeposituras vendiderint", Mansi XIX. 627.

**1047.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1, imp. Henrico a. 1.)*

Praeterea Petrus Damianus in libro Gratissimo, c. 35, Opp. III. 68, Migne 145 p. 150, decrevisse Clementem testatur: „ut quicumque a simoniaco consecratus esset in ipso ordinationis suae tempore, non ignorans simoniacum (esse) cui se obtulerat promovendum, quadraginta nunc dierum poenitentiam ageret et sic in accepti ordinis officio ministraret". — De synodi die vide eam, quae sequitur, bullam.

Ian. — 4141 (3147. 3995) Ravennatis et Mediolanensis archiepiscoporum et patriarchae Aquileiensis litem testatur primo die synodi „circa nonas Ianuarias" celebratae eatenus decretam esse, ut archiepiscopi Ravennates, nisi imperator assit, ad dextram pontificis Romani sedeant. Ughelli It. sacr. II. 361, Mansi XIX. 625, Cocqu. I. 357, Migne 142 p. 581. (Haec bulla perperam Wiberto antipapae asscribitur ap. Muratori R. It. SS. I. II. 583, Mansi XX. 594, Migne 148 p. 828.) — „Quod propulsis".

4142 (3148) *Wiboradam „praesente Theodorico Constantiensi episcopo canonizat, et pro sancta haberi praecipit et anniversarium ipsius diem solempnizandum instituit". Casuum S. Galli cont. II. in MG. SS. II. 156.

Febr. 18. (Salerni) — 4143 (3149) Cum archiepiscopatum Salernitanum a clero populoque et Guaimaro principe ad Iohannem, antea episcopum Paestanum, sine simonia delatum fuisse, „Salerni manens" cognovisset, et pallium Iohanni tribuit et metropolitana eius privilegia confirmat. Baronii Annal. 1047, Ughelli It. sacr. VII. 378, Mansi XIX. 621, Cocqu. I. 357, Paesano Mem. della chies. Salernit. I. 107, Migne 142 p. 586. — „Quotiens ita contigit".

Febr. 22. — †4144 Monasterii Fuldensis possessiones confirmat, petente Sigewardo abbate. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 452. — „Convenit apostolico moderamini".

„ Beneventi — Leonis Chron. mon. Cas. L. II. c. 78 in MG. SS. VII. 683: „Beneventum contendens (Heinricus imperator), cum noluissent eum cives recipere, a Romano pontifice, qui cum illo tunc erat, civitatem eandem excommunicari fecit". Cf. Annales Benevent. 1047 ibid. III. 179. — Hoc mense Febr. factum esse, apparet ex Heinrici itinerario diplomatibus innixo, vide Stumpf p. 192.

Apr. 19. — 4145 (3150) Monasterii S. Michaelis Bambergensis bona confirmat, petente Adelhelmo abbate. Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 32, Cocqu. I. 358. — „Omne aedificium".

„ 24. — 4146 (3151) Ecclesiae Hamburgensis privilegia confirmat, et Adalberto archiepiscopo rogatu Heinrici imperatoris „super naccum equitandi licentiam" concedit. Lappenberg Hamb. Urk. I. 72, Liljegren Dipl. Suec. I. 35, Rydberg Sverg. Trakt. I. 42, Migne 142 p. 583. (Facsimile bullae ap. Rydberg in calce libri cit. Descriptionem, quam praebet Pflugk-Harttung in Forsch. z. d. Gesch. XXIII. 203, correxit Diekamp in Hist. Jahrb. IV. 364.) — „Convenit apostolico".

Iul. 1. — 4147 (3152) Monasterii S. Trinitatis Vindocinensis, a Goffredo Andegavorum comite conditi, tutelam suscipit, possessiones confirmat, iura constituit, ea lege, ut duodecim monetae Andegavensis solidi b. Petro quotannis praestentur. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 415, Ivonis Opp. II. 244, Migne 142 p. 584, (Launoii Opp. III. I. 346). — „Quotiens filii".

In monasterio S. Thomae — (iuxta fluvium Apoisellam, in comitatu Pisauriensi) „valido corporis languore corripitur". Vide bullam subsequentem.

Sept. 24. — 4148 (3153) Petro, abbati monasterii S. Thomae, iuxta fluvium Aposellam in comitatu Pisauriensi siti, et eius successoribus quandam S. Petri terram concedit. „Valido" inquit „corporis languore in vestro monasterio correptus, unde vix credo me evasurum, nisi Dei misericordia et intercessio sanctissimi Thomae apostoli mihi succurrat, intra me revolvere coepi, quid possem sancto loco offerre pro salute animae meae". Memorie della badia di S. Thom. in Foglia p. 135. — „Predestinatione Dei".

„ 24. — 4149 (3154) Ecclesiae Bambergensis bona confirmat, praefatus, „cum Romana sedes haeretico morbo laboraret et Heinrici imperatoris praesentia ad hoc invigilaret, ut huiusmodi aegritudinem propulsaret, explosis tribus illis, quibus nomen papatus rapina dedisset", se ex episcopo Bambergensi Romanum pontificem factum, „non tamen omnino a Bambergensi ecclesia separatum" esse. (Signa chronologica praebet Lang Regesta I. 83.) Adalberti Vit. Heinrici II. in MG. SS. IV. 799, Udalrici Bab. cod. c. 87 ap. Eccard Corp. hist. II. 81, Ussermann Ep. Bamb. cod. Prob. p. 34, Mansi XIX. 622, Cocqu. I. 359, Migne 142 p. 588. — „Dispensatio seculorum".

Oct. 1. — 4150 (3155) Monasterium SS. Stephani et Viti Tharisiense, a sese conditum, rogatu

**1047.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1, imp. Henrico a. 1.)* Iacobi abbatis tuendum suscipit et eius bona confirmat. (In clausula verbum „Romae“ aliena manu additum videtur, quippe cum huius temporis bullae, praeterquam in synodo datae, locum indicare non soleant. Ceterum aegrotantem papam per totum hoc tempus usque ad diem obitus in monasterio S. Thomae mansisse opinor. Aliam de hac re sententiam profert Steindorff Jahrb. II. 27.) Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 33 et Ep. Wirzeb. C. Pr. p. 19, Migne 142 p. 585. — „Apostolicae sedis“.

Oct. 1. 4151 (3156) Eberhardo, archiepiscopo Trevirensi, pallium mittit, ecclesiaeque eius privilegia confirmat. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 124, Beyer M. U. I. 381. — „Quod super oves“.

†4152 H(einrico) imperatori scribit, sese in extremis laborare ac quasi mortuum iam esse; „recipe“, inquit, „me nunc exanimatum, cui animato nuper dedisti papatum; invitissimus ad tantum culmen ascendi“. In patriam, unde venerit, corpus suum transferri ibique sepeliri vult. Fideles suos curae imperatoris commendat ac anulum ei donat, ut „quotiens illum viderit, Clementis recordetur“. (Hanc epistolam Wattenbach genuinam diiudicat; equidem vero in dictaminum fictorum numerum relegare eam non dubito, auctoremque eius fuisse clericum Bambergensem puto; vide etiam Pflugk-Harttung in Neues Archiv l. l. et Diekamp in Hist. Jahrb. IV. 230, quibus fides epistolae non satis constat.) Neues Archiv VI. 626. — „Karissime, karissime“.

„ 9. In monasterio S. Thomae. Moritur „VII. id. Oct.“, Bernoldi Necrol. in MG. SS. V. 392, Necrol. S. Mich. poster. ap. Jaffé Bibl. V. 576, Necrol. S. Mariae Fuld. ap. Böhmer Fontes IV. 454. Vide Leonis IX. bullas die 6. Nov. 1052 et 2. Ian. 1053 ecclesiae Bambergensi concessas, infra 4283. 4287, ubi festum S. Dionysii (9. Oct.) „anniversarius Clementis II. dies“ nominatur. Annales Rom. in MG. SS. V. 469 et Vitae pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 344, ap. Watterich I. 71, Clementi m. 9 d. 16 assignant. — Locum indicat Nicolaus II. in bulla monasterio S. Thomae iuxta fluvium Aposellam in comitatu Pisauriensi data ap. Mittarelli Ann. Cam. II. app. p. 173: „confirmamus praedicto monasterio omnem ipsam terram, quam domnus papa Clemens, qui ibi hobiit, obtulit“. Leonis bulla 4283 Clementem „e Romanis finitimis“ defunctum esse narrat; eademque videtur verborum vis esse apud Herimannum Aug. in Chron. 1047 p. 127, qui in „Romanis partibus“ papam cum vita commutasse mortem tradit. Cf. Steindorff Jahrb. II. 27. — Lupus Protosp. 1047 in MG. SS. V. 59: „in mense Iunio supradictus papa Benedictus (IX.) per poculum veneni occidit papam Clementem“.

---

# DAMASUS II. 1048.

**1047.**

Dec. 25. Polethe. Eligitur ab Heinrico imperatore. Anselmi Gesta ep. Leod. in MG. SS. VII. 228: „et quoniam condictum erat, hanc electionem apostolici pontificis in natale dominico futuram . . .“. Annales Altah. 1048 in MG. SS. XX. 804: „Natale Christi imperator feriavit Pholide. Eo venerunt Romanorum nuncii, episcopum Brixinae sibi papam petunt, qui mox eligitur, ut petivere, iuxta consensum totius senatus principum“. Lamberti Annales 1048 ibid. V. 154: „Imperator nativitatem domini Polethe celebravit; ibi legati aderant Romanorum . . . quibus imperator Bopponem Prisniensem (Brixinensem) episcopum assignavit“. Vide Bonithonis Libr. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 631, Annales Romanos in MG. SS. V. 469. Cf. Zoepffel Papstwahlen p. 81.

**1048.**

Ian. 25. Ulmae. cum Heinrico imperatore. Vide huius diploma ap. Sinnacher Beitr. z. G. d. bisch. K. Säb. u. Brix. II. 395, (Stumpf 2344): „ob petitionem et devotum servitium nostri fidelis ac dilecti Brixinensis episcopi Bobponis“. Cave ex his verbis colligas, Popponem tum nondum designatum papam fuisse; ante consecrationem enim apellari nomine papali non erat moris.

In Italiam pervenit ad Bonifatium, marchionem Tusciae, qui Romam perducere eum recusat. Annales Romani p. 469.

Germaniam repetit. Annales Romani p. 469.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1048.** |
| Iul. 16. 17. | Romam | perducitur a Bonifatio, Tusciae marchione, iussu Heinrici imperatoris. Annal. Romani l. l., Bonithonis Lib. ad amic. ap. Jaffé Bibl. II. 631. Cf. supra Benedicti IX. regesta. |
| „ 17. | Romae apud b. Petrum apostolum | Consecratur „die 17. mensis Iulii". Annales Romani p. 469, cf. Herimanni Aug. Chron. 1048. |
| Aug. 9. | Apud Praeneste | Moritur „V. id. Aug.", Necrol. Casin. ap. Muratori R. It. SS. VII. 944. Cf. Desiderii Dial. III. ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV. P. II. 452, Annales Romani l. l., Leonis Chron. mon. Cas. p. 683, Bonithonis Lib. ad amic. l. l. |

---

# LEO IX. 1048—1054.

In Leonis IX. bullis recepta haec sententia, duobus circulis inclusa, invenitur: „Misericordia domini plena est terra" (4165. 4169. 4170. 4175. 4177. 4192. 4194. 4207. 4215. 4227. 4248. 4254. 4255. 4268. 4274. 4283. 4290. 4292. 4293. 4294. 4298. 4316).

Scriptae per quorum manus sint bullae, appositum nisi quater non reperimus:
p. m. Petri scriniarii sacri palatii (4154)
p. m. Albini „ „ „ (4292. 4293)
p. m. Gregorii „ „ „ (4296).

Datae bullae sunt

a d. 26. Febr. 1049 ad d. 7. Sept. 1050:

p. m. Petri diaconi, bibliothecarii et cancellarii s. ap. sed. (4154. 4157. 4158. 4160. 4161. 4162. 4163. 4166. 4167. 4169. 4170. 4171. 4172. 4175. 4177. 4180. 4181. 4182. 4183. 4184. 4188. 4189. 4190. 4192. 4193. 4194. 4197. 4198. 4199. 4201. 4203. 4204. 4205. 4206. 4207. 4211. 4212. 4213. 4215. 4216. 4220. 4221. 4222. 4223. 4224. 4227. 4230. 4232. 4236. — (Petrus obiit Lingonibus m. Oct. a. 1050, vide Chron. S. Petri vivi ap. D'Achery Spicil. II. 424, in MG. SS. XXVI. 32).

a d. 22. Oct. 1050 ad d. 16. Ian. 1051:

p. m. Udonis Tullensis ecclesiae primicerii, cancellarii et bibliothecarii s. ap. sed. (4239. 4240. 4241. 4242. 4243. 4244. 4248. 4249. 4250. 4251).

a d. 12. Mart. 1051 ad d. 21. Dec. 1053:

p. m. Friderici diaconi et bibliothecarii ac cancellarii s. ap. sed. vice (domini) Herimanni archicancellarii et Coloniensis archiepiscopi (4254. 4258. 4259. 4262. 4263. 4264. 4266. 4267. 4268. 4270. 4271. 4272. 4273. 4274. 4276. 4278. 4279. 4281. 4283. 4287. 4288. 4289. 4290. 4291. 4292. 4293. 4294. 4296. 4298. 4299. 4301. 4303. 4306).

Febr. Apr. 1054:

p. m. archicancellarii et bibliothecarii s. sed. ap. Herimanni Coloniensis archiepiscopi (4334. 4335).

| | | |
|---|---|---|
| | | **1048.** |
| Dec. | Wormatiae | Eligitur ab Heinrico imperatore, praesentibus Romanorum legatis. Wiberti Vita Leonis L. II. c. 2, ap. Watterich I. 149, cf. Gesta ep. Tull. c. 41 in MG. SS. VIII. 645. |
| „ 25. | Tulli | „Celebratis ergo in sede civitatis Leucorum duobus dominicae nativitatis diebus (25., 26. Dec.), in tertio (27. Dec.) iter Romam aggreditur". Anselmi Hist. dedicationis eccl. S. Remigii Remensis ap. Marlot Metropol. Rem. II. 91, Migne 142 p. 1421, Watterich I. 114, cf. Wiberti Vit. Leonis L. II. c. 2. |
| „ 26. | „ | vide supra. |
| „ 27. | „ | proficiscitur Romam versus. Vide supra. |
| | | **1049.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 1.)* |
| Ian. | Vesontione | Bonithonis Liber ad amicum ap. Jaffé Bibl. II. 631: „Veniente itaque eo Vesuntium", Cf. Steindorff Jahrb. II. 70. |
| „ | Ap. urbem Augustam | (hodie: Aosta) Wiberti Vita Leonis L. II. c. 2. |
| | Populeii | Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 2. |
| „ | sup. Teronem | (fluvium) Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 2. |
| Febr. | Romae in ecclesia S. Petri | electio eius a clero populoque Romano confirmatur. Vide Bonithonis Libr. ad amic. ap. Jaffé Bibl. II. 632, Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 2. Cf. Zoepffel Papstwahlen p. 83. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1049.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 1.)* |
| Febr. 12. | In ecclesia S. Petri | Consecratur. Wiberti Vit. Leonis L. II. c. 2: „cunctis applaudentibus consecratur ac dominica quadragesimalis initii, pridie idus Februarii, apostolicae cathedrae inthronizatur". Bonithonis Libr. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 632: „cardinales et episcopi . . . beatorum apostolorum principis cathedrae eum intronizarunt". In errore versantur et Anselmus in Hist. dedicationis eccl. S. Remig. Rem. ap. Marlot M. R. II. 91, Migne 142 p. 1421, Watterich I. 114, ubi sic legitur: „apostolicae dignitatis infulis insignitus in Ypapanti domini (d. 2. m. Febr.) in cathedra b. Petri inthronizatur", et Anonymus in Vit. S. Leonis ap. Borgia Mem. ist. di Benevento II. 313, (Watterich I. p. VC), qui tradit „in epiphania domini" (d. 6. m. Ianuarii) factam papae consecrationem esse; nam die 3. Febr. Leonem consecratum nondum fuisse, docet et Wiberti testimonium et bulla papae in Memorie e doc. V. 661: „dat. III. non Febr. a. pont. 3, ind. 5 (i. e. a. 1052)". Cf. Zoepffel Papstwahlen p. 251. |
| „ | | 4153 (3157) *Halinardum, archiepiscopum Lugdunensem, omnesque Galliae episcopos vocat ad synodum Romae celebrandam. Vide Chron. S. Benigni Divion. in MG. SS. VII. 237, Analect. Divion. p. 191. |
| „ 26. | | 4154 (3158) Monasterii Farfensis possessiones et privilegia confirmat, petente Berardo abbate. Muratori R. It. SS. II. ɪɪ. 585, Margarini Bull. Cas. II. 83, Cocqu. I. 380, Migne 143 p. 591. — „Cum piae". |
| Mart. 12. | Ap. S. Petrum | „In dominica passionis". Vide infra bullam 4158. |
| „ | In monte Gargano | Leonis Chron. mon. Casinensis in MG. SS. VII. 683: „Eodem anno, quo ordinatus est, orationis gratia montem Garganum adiit". |
| Mart. 19. | In Casinensi | (monasterio) „in ipsa festivitate palmarum". Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ 20. | Ecclesiam S. Mauricii | (apud insulam, quae Limata vocatur) consecrat „die altero". Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ | Ecclesiam S. Salvatoris | (in territorio Atinensi) consecrat. Leonis Chron. mon. Cas. l. l. e cod. 2. |
| „ 26. | Romae | 4155 (3159) *Consecrato Oudalrico Augiae-divitis abbate, monasterii privilegia confirmat „in proximo pascha, VII. kal. Apr." Vide Herimanni Aug. Chron. 1049 in MG. SS. V. 128, (Oheim Chron. v. Reichenau p. 109). |
| | | †4156 Narrat, se assistentibus N (leg. Eberhardo) archiepiscopo Trevirensi, Adalberone episcopo Metensi, N. cancellario imperiali, Petro praefecto Romano, Petro apostolico cancellario aliisque episcopis et praelatis, multisque nobilibus Germaniae et Italiae diiudicasse controversiam inter Udalricum abbatem Augiae-divitis et Theodericum episcopum Constantiensem, abbatis consecrationem sibi vindicantem. Monasterium nisi sedi Romanae nulli subiacere vult. (Legitur tantum translata in linguam alamannicam.) Oheim Chron. v. Reichenau p. 109. 110. Cf. Steindorff Jahrb. II. 81. — („Das Wort, Mensch geworden.") |
| „ 26. | | 4157 (3160) Monasterii S. Mariae Vallis-pontis libertatem, possessiones, privilegia, petente Iohanne abbate, confirmat. Muratori Ant. It. VI. 333, Migne 143 p. 593. — „Quia ad hoc". |
| Apr. 9-15. | Romae in ecclesia S. Salvatoris | Synodum „in ebdomada post albas cum Italiae episcopis maxime contra simoniacam haeresim celebrat". Herimanni Aug. Chron. 1049; cf. Mansi XIX. 721, bullam 4163, Anonymi Vit. Leonis p. 314, Wiberti Vit. Leonis L. II. c. 4, Bonithonis Libr. ad am. ap. Jaffé II. 633; Goscelini Hist. transl. S. Aug. Cant. ap. Acta SS. Maii VI. 433. |
| „ 13. | Romae | 4158 (3161) „In synodo circa (d.) XVII. post paschalem diem" ecclesiae Trevirensis primatum Galliae Belgicae confirmat, praefatus, privilegia Trevirensia „in ecclesia S. Petri in dominica passionis (i. e. d. 12. Martii)" recitata, Eberhardumque archiepiscopum „pro investitura primatus" Romana mitra a sese ornatum esse. Constituit, ut archiepiscopus Romam et legatos quotannis mittat, et ipse tertio quoque anno accedat. (Subscripserunt episcopi 12. Non video, cur de fide bullae dubitemus.) Brower et Masen Ant. et Ann. Tr. I. 526, Hontheim H. Tr. I. 186, Beyer M. U. I. 383, (Migne 143 p. 594). — „Aeternum divinae". |
| „ 13. | Laterani | 4159 (3162) Catvallono, abbati Rotonensi, Bellam-insulam asserit. (De anno vide Chron. Kemperleg. 1049 ap. Baluze Misc. I. 265.) Morice Mém. pour servir à l'hist. de Bret. I. 396, Courson Cart. de l'abb. de Redon p. 333, Migne 143 p. 596. — „Suscepti nos officii". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1049.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 1.)* |
| Apr. 17. | | 4160 (3163) Eberhardo, archiepiscopo Trevirensi, asserit cellam Quatuor-Coronatorum archiepiscopis Trevirensibus a Benedicto VII. (vide supra 3779) collatam. Gesta Trev. ed. Wyttenbach et Müller I. 150, (Beyer M. U. I. 385). — „Quia licet indigni". |
| „ 17. | | 4161 Eberhardo, archiepiscopo Trevirensi, confirmatis privilegiis veteribus, concedit, ut, sicut Ravennas archiepiscopus, cum nacco equitandi crucisque praeferendae potestatem habeat, et, eo sacra procurante, cardinales presbyteri Trevirenses dalmaticis, diaconi et presbyteri sandaliis utantur; ebdomadariis quoque, presbyteris sacra facientibus, uti dalmaticis liceat. (Fragmentum.) Beyer M. U. I. 365. — „Quia licet indigni". |
| „ 18. | | 4162 (3164) Monasterii S. Salvatoris Septimiani libertatem et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Ughelli It. sacr. III. 68, Cocqu. I. 361, Migne 143 p. 597. — „Convenit apostolico". |
| „ 22. | | 4163 (3165) Iohannem, ex Tuscanensi factum episcopum Portuensem, testatur a synodo in ecclesia S. Salvatoris sancitum esse. Ecclesiae Portuensis bona confirmat. (Subscripserunt episcopi 16.) Ughelli It. sacr. I. 120, Marini I papiri p. 84, Mansi XIX. 680, Cocqu. I. 368, Migne 143 p. 598. — „Supplicantium desideriis". |
| | | 4164 (3166) *Richerio, abbati Casinensi, eiusque successoribus sandaliorum et dalmaticae chirothecarumque usum concedit, monasteriique privilegia confirmat. Vide Leonis Chron. mon. Cas. L. II. c. 79 p. 683, cf. ibid. not. 23. (Huius bullae fragmentum esse, quod edidit Tosti St. di Montec. I. 255, censebat Jaffé in priore Regestorum editione; eius opinioni iure, ut videtur, repugnavit Schum in Neues Archiv VI. 615.) |
| | | 4165 (3167) Richerio, abbati Casinensi, eiusque successoribus monasterium Ierusalem, quod dicitur S. Crucis, Romae situm, „praesenti secunda indictione" subiicit. Montfaucon Diar. Ital. p. 326, Gattula Hist. Cas. p. 252, Cocqu. I. 387, Migne 143 p. 605. — „Creditae speculationis". |
| Mai. 7. | | 4166 (3168) Ecclesiae Veronensis canonicorum possessiones et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. V. 761, Cocqu. I. 361, Migne 143 p. 606. — „Convenit apostolico". |
| „ 14-20. | Papiae | Synodus „in ebdomada pentecostes". Herimanni Aug. Chron. 1049. |
| „ 20. | | 4167 (3169) Monasterii S. Mariae Castellionensis bona confirmat, petente Romualdo abbate. Affò St. di Parma II. 322. — „Convenit apostolico". |
| | | 4168 (3170) Monasterio Nonantulano concessum ab Hadriano I. privilegium, eiusque possessiones ac iura confirmat, „ad preces Bonifatii marchionis eiusque coniugis Beatricis". (Aut falsa bulla aut interpolata.) Pflug-Harttung Iter p. 188; cf. Muratori Ant. It. V. 680, Tiraboschi St. di Non. I. 104. — „Ea que ad". |
| Mai. Iun. | Per montem Iovis | Vide Herimanni Aug. Chron. 1049. |
| Iun. 10. | | 4169 (3171) Monasterii Cluniacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Bibl. Cluniac. p. 1824, Bullar. Cluniac. p. 12, Mansi XIX. 683, Cocqu. I. 362, Migne 143 p. 607. — „Convenit apostolico". |
| „ 13. | | 4170 (3172) Monasterii Fuldensis possessiones et privilegia rogatu Echberti abbatis confirmat. (Specimen scripturae exstat ap. Schannat Vind. tab. II.) Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 163, (Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 359, Cocqu. I. 387, Migne 143 p. 609). Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 459. — „Convenit apostolico". |
| „ | In Saxoniam | pervenit ad Heinricum imperatorem. Anselmi Hist. dedicat. eccl. S. Remigii Remensis ap. Marlot M. R. II. 91, Migne 142 p. 1421, Watterich I. 114. Mense Iunio hoc factum esse, docent Heinrici diplomata ap. Stumpf 2368. 2369. |
| „ 29. | Coloniae | cum Heinrico imperatore „in apostolorum Petri et Pauli natalitio", Anselmi Hist. dedicationis eccl. S. Remigii Remensis ap. Marlot M. R. II. 91, Migne 142 p. 1422, Watterich I. 115, „Festum S. Petri", Annales Brunwillar. 1049 in MG. SS. I. 100. |
| Iul. 5. | „ | Diploma Heinrici imperatoris ap. Schoepflin Als. dipl. I. 162, (Stumpf 2370): „apostolico domino papa Leone, qui tunc temporis, ubi istud factum est, nobiscum fuerat Coloniae". |
| „ | Aquisgrani | cum Heinrico imperatore. Vide Herimanni Aug. Chron. 1049. |
| „ 27. | | 4171 (3173) Parthenonis Nivellensis possessiones et privilegia corroborat, petentibus Rikela abbatissa et Godescalco praeposito. Miraei Opp. dipl. I. 661, Cocqu. I. 363, Migne 143 p. 611. — „Noverint tam posteri". |
| (Aug.) | Leodii | Vide Laurentii Gest. epp. Virdun. c. 4 in MG. SS. X. 495. (Post concilium Remense papam venisse Leodium, falso narrat Laurentius; cf. Steindorff Jahrb. II. 84.) |

**1049.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Sept. 3. | | 4172 (3174) Monasteriorum Stabulensis et Malmundariensis possessiones iuraque confirmat, petente Theoderico abbate. Neues Archiv IV. 192 cum specimine scripturae phototypico. (Aliud huius bullae exemplar, quod exstat ap. Martene Coll. II. 67, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 735, Cocqu. I. 364, Migne 143 p. 611, Neues Archiv IV. 193 cet., a falsario depravatum esse, perfecte demonstrat Ewald in Neues Archiv IV. 184 sequ. In clausula praebet: „Dat. Maguntiae p. m. Petri diaconi, bibl. et cancellarii".) — „Cum summe apostolice" („Tunc summae"). |
| „ 7. | Treviris | Ecclesiam S. Paulini consecrat „a. inc. dom. 1049, pontif. a. 1, 7. id. Sept." Vide titulum ap. Brower et Masen Ant. Trev. I. 527, Schmitt Gesch. des heil. Paulinus bei Trier p. 360. — Ad hunc mensem (non ad Oct., ut fecit Steindorff Jahrb. II. 93) referenda videntur ea quae narrantur in Gestis Trevir. c. 32, MG. SS. VIII. 174. |
| („) | Tulli | reliquias Gerardi episcopi elevat. Vide Hist. fundat. S. Albani Namuc. in Neues Arch. VIII. 591. |
| „ 14. | „ | „In exaltatione dominicae s. crucis". Anselmi Hist. dedic. eccl. S. Remig. Rem. ap. Marlot M. R. II. 91, ap. Migne 142 p. 1422, Watterich I. 115. |
| („) | „ | 4173 (3175) Petente Milone, monasterii S. Bercharii Dervensis abbate, ecclesiae in vico Villa libertatem tribuit. (Sunt qui bullam falsam diiudicent, ut Pflugk-Harttung Acta I. 45 n. 3, Steindorff Jahrb. II. 86. Mentio eius fit in Alexandri II. tabula genuina in Anal. iur. pont. X. 408, Pflugk-Harttung Acta l. l.) Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 737, Cocqu. I. 360, Migne 143 p. 613. — „Ego Dei clementia". |
| („) | „ | 4174 (3176) *Episcopos abbatesque vocat ad synodum, in ecclesia S. Remigii Remensi gerendam. Vide Anselmi Hist. dedic. eccl. S. Rem. Rem. l. l. |
| „ 28. | In villa Curmolensi | „Vigilia festivitatis S. Michaelis". Anselmi Hist. dedic. eccl. S. Remigii Remensis ap. Marlot l. l. p. 92, ap. Migne l. l. p. 1424, Watterich I. 117. |
| „ 29. | Remis | (in ecclesia S. Remigii, deinde in templo Mariano, tum in maiori palatio) „die sequenti". Anselmi Hist. dedic. eccl. S. Rem. l. l. |
| Sept. 30. | Remis | (in ecclesia S. Remigii) „die subsequenti". Anselmi Hist. dedic. ap. Marlot l. l., ap. Migne l. l. p. 1425, ap. Watterich I. 118. |
| Oct. 1. | („) | 4175 (3177) Parthenonis S. Mariae Portus-suavis, a Bertholdo quondam episcopo Tullensi construi coepti, ab ipsoque perfecti, possessiones et privilegia confirmat. (Pro „a. pont. 2" leg. „1".) Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 432, Gall. Chr. XIII. Instr. p. 467, Migne 143 p. 614. — „Perspicue cognoscimus". |
| „ 1. | „ | in ecclesia S. Remigii, ubi sancti huius corpus elevatur. Anselmi Hist. dedic. ap. Marlot l. l. p. 94, ap. Migne l. l. p. 1426, Watterich I. 119: „Mane autem facto" cet. |
| „ 2. | „ | ecclesiam S. Remigii dedicat „sexto nonas Octobris". Anselmi Hist. dedic. ap. Marlot l. l. p. 95 et 102, ap. Migne 142 p. 1430 et 1438, Watterich I. 120. 124. |
| „ 2. | „ | 4176 (3178) *Diem dedicatae ecclesiae S. Remigii (2. Octobris) „celebrem esse praecipit per Remensis episcopii confinia". Vide Anselmi Hist. dedic. ap. Marlot l. l. p. 96, ap. Migne 142 p. 1429, Watterich I. 123. |
| „ 3. | „ in ecclesia S. Remigii | Synodus episcoporum 20, „quinto nonas Octobris". Agitur „de multis inlicitis, quae in Gallicis finibus exercebantur, i. e. de simoniaca haeresi, de ministeriis ecclesiasticis et altaribus, quae a laicis tenebantur, de pravis consuetudinibus, quae ab eis in atriis ecclesiarum accipiebantur, de incestis coniugiis, de monachis et clericis a sancto proposito et habitu recedentibus, de clericis mundali militiae studentibus, de rapinis pauperumque iniustis captionibus, de sodomitico vitio". Qui assunt episcopi, exceptis Widone archiepiscopo Remensi et Hugone Lingonensi, Hugone Nivernensi, Iosfrido Constantiensi, Pudico Namnetensi episcopis, se de simonia purgant. Abbas Pultariensis deiicitur. Declarant, „solum Romanae sedis pontificem universalis ecclesiae primatem esse et apostolicum". |
| „ 4. | „ | Synodi dies secundus. Wido, archiepiscopus Remensis, sui de simonia purgandi causa venire ad concilium, medio m. Aprili Romae celebrandum, iubetur; itemque „Dolensis episcopus Britanniae, qui se cum septem suffraganeis a Turonensi archiepiscopo subtraxerit, sibique archipraesulis nomen contra fas vendicaverit". |
| „ 5. | „ | Synodi dies tertius. Hugo Lingonensis episcopus excommunicatur, Pudicus Namnetensis episcopatu privatur; Hugo Nivernensis et Iosfridus Constantiensis episcopi confirmantur. Excommunicantur: Gelduinus archiepiscopus Senonensis et Bellovacensis et Ambianensis episcopi et abbas S. Medardi, qui sine licentia synodum reliquerint; |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | | **1049.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 1.)* |
| | | | et archiepiscopus S. Iacobi (Compostellanus), „quia contra fas sibi vindicaverit culmen apostolici nominis". — Canones tredecim sanciuntur. Synodi acta memoriae tradidit Anselmus in Hist. dedic. eccl. S. Rem. Rem. ap. Marlot M. R. p. 96—102, ap. Migne 142 p. 1430 sequ., Mansi XIX. 736. |
| Oct. | 5. | Remis in ecclesia S. Remigii | 4177 (3179) In synodo monasterium S. Remigii Remense privilegiis ornat. Marlot Metr. Rem. II. 107, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. I. 726, Migne 143 p. 617. (Specimen scripturae ap. Mabillon De re dipl. p. 445, Nouveau traité V.) — „Divinae bonitatis". |
| „ | | „ | 4178 (3180) *In synodo monasterii Ramesiensis iura et possessiones confirmat. Hist. Ramesiensis ap. Gale Hist. Brit. SS. I. 458. |
| „ | | „ | 4179 *In synodo interdicit, ne quis monasterii Corbeiensis (d. Ambian.) privilegia laedere moliatur. Vide Fulconis abb. litteras ap. Mansi XIX. 781, Migne 150 p. 1431. |
| „ | 5. | „ | 4180 (3181) Geldulfi, ecclesiae Stabulensis thesaurarii, eiusque successorum privilegia confirmat. (Pro „III. non. Decemb." leg. „III. non Octob."; nec reliqua temporis signa a vitiis pura sunt.) Martene Coll. II. 69, Migne 143 p. 618. — „Pastoralis curae vigilantia". |
| „ | 5. | („) | 4181 (3182) Monasterii S. Marculfi Corbiniacensis possessiones confirmat, interventu Herimari, abbatis S. Remigii Remensis. Pflugk-Harttung Acta I. 11, (Marlot Metr. Rem. II. 108, Migne 143 p. 619). — „Congruit apostolatui". |
| „ | 5. | („) | 4182 (3183) Monasterii S. Dionysii privilegia confirmat. (Fides bullae non est addubitanda. Aliter Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 118, cf. ibid. p. 531.) Doublet Hist. de St. Denys p. 461, Migne 143 p. 620. (Notare liceat, Alexandrum IV. hanc bullam confirmasse d. 17. Iun. 1260, Doublet p. 586.) — „Quoniam iustis". |
| „ | 5. | („) | 4183 (3184) Monasterium S. Mariae Britolense et eius possessiones confirmat. Louvet Hist. de Beauvaisis I. 568. — „Quia nos propitia". |
| „ | 6. | | 4184 Monasterii S. Petri Catalaunensis bona usurpari vetat, rogatu Odilardi abbatis. Pflugk-Harttung Acta I. 12. — „Petentium desideriis". |
| „ | 6. | Remis | digreditur „die subsequenti post expletionem synodicam". Anselmi Hist. dedic. eccl. S. Rem. ap. Marlot M. R. II. 102, Migne 142 p. 1438, Watterich I. 124. |
| | | | 4185 (3185) Fratres et filios catholicos per universum regnum Francorum, mentione facta et ecclesiae S. Remigii dedicatae et synodi Remensis, hortatur, ut diem S. Remigii (1. Octobris) festum habeant. Marlot Metr. Rem. II. 104, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. I. 726, D'Achery Spicil. III. 398, Bouquet Rec. XI. 491, Mansi XIX. 744, Cocqu. I. 374, Watterich I. 124, Migne 143 p. 616. — „Compertum caritati". |
| „ | | Virduni | ecclesiam S. Mariae Magdalenae Virdunensem consecrat „assistentibus tribus archiepiscopis Everardo Treverorum, Alinardo Lugdunensium, Hugone Crisopolitanorum, plurimis quoque episcopis". Laurentii Gesta epp. Virdun. in MG. SS. X. 493; Annales S. Vitoni 1049 ibid. 526. Cf. infra bullam 4192. |
| „ | | Metis | basilicam S. Arnulfi consecrat. Vide Wiberti Vit. Leonis L. II. c. 5 ap. Watterich I. 156, Gest. epp. Met. in MG. SS. X. 543. |
| „ | 11. | | †4186 (CCCLXXXII) Monasterium S. Arnulfi Metense consecrat, privilegiisque, assentiente Heinrico imperatore, donat. („Dat. Metis per man. Udonis" cet.) Meurisse Hist. de Metz p. 354, Gall. Chr. XIII. Instr. p. 394, Annales de la soc. des Vosges XIII. Cahier II. 248, Anal. iur. pont. X. 326, Migne 143 p. 781, (Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 442). — „Quamvis omnium". |
| „ | 11. | | †4187 Congregationis S. Stephani et S. Pauli Metensis privilegia quaedam confirmat. („Dat. per man. Udonis cet. in ecclesia S. Iohannis evang. et S. Arnulfi Metensis episcopi.") Pflugk-Harttung Acta I. 13. — „Cum pie desiderium". |
| „ | 19. | Moguntiae | 4188 (3187) In synodo episcoporum 40, praesente Heinrico imperatore, simoniacam haeresim damnat, repudiatoque Bertaldo, ecclesiae Vesontionensis invasore, Hugonem archiepiscopum sancit eique crucis palliique usum concedit. (Subscripserunt: „Henricus Dei gratia secundus Romanorum imperator augustus; Iohannes Portuensis ep.; Bardo Magontinensis archiep., Burchardus Alvestedensis ep., Albertus Spragensis ep., Ruod Padebrunnensis ep., Sibico Spirensis ep., Gebeardus Astetensis ep., Arnulfus Wormatiensis ep., Adalbero Wiziburgensis ep., Theodericus Constannensis ep., Heri- |

**1049.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | mannus de Castello-felicitatis ep.; Herimannus Coloniensis archiep., Benno Traiectensis ep., Bruno Mindensis ep., Albericus Osenbrungensis ep., Robertus Munigardevordensis ep., Tetuinus Leodiensis ep.; Hugo Crisopolitanus archiep., Theodericus Bisileensis ep.; Hebreardus Trevirensis archiep., Adalbero Metensis ep., Heescelo Strasburgensis ep., Henricus Augustensis ep., Ascelinus Bavenbergensis ep., Stephanus Antique-urbis ep., Ascelinus Eldmensensis ep.; Balduinus Salseburgensis archiep., Gebeardus Ratisponensis ep., Nizo Frisingensis ep., duo episcopi Leuticicorum, Theodericus Verdunensis ep.; Hunfredus Magdeburgensis ep., Bruno Smannensis (Misnensis?) ep., Uunaldus Meresburgensis ep., Tancoardus Brandeneburgensis ep., Ebbo Nuenburgensis ep., Albertus Bremensis archiep., Walo Iburgensis Danorum ep., Tetuinus Concordiensis ep. de Aquileia". Datum XIV. kal. Nov. cet.) Theineri disquisitiones crit. p. 203, Migne 143 p. 621. (Gall. Chr. XV. Instr. p. 9. Vide Steindorff Jahrb. II. 94, Dehio Gesch. d. Erzb. Hamb.-Bremen I. Krit. Ausf. p. 69.) — „Gratias agentes". |
| | | In synodo discordia inter Adalberonem episcopum Wirzeburgensem et Ecbertum, abbatem Fuldensem, terminatur. Vide Heinrici II. dipl. ap. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 361, (Stumpf 2377), ubi pro „XII. kal. Dec." legendum esse „XII. kal. Nov." recte opinatur Giesebrecht II. 663; de fide diplomatis cf. Steindorff Jahrb. II. 97, n. 1, Ficker Beitr. z. Urkundenlehre I. 230. |
| | | De hac synodo cf. Herimanni Aug. Chron. 1049, Lamberti Annal. 1050, Wiberti Vit. Leonis L. II. c. 5, Adami Gest. Hamb. eccl. pont. in MG. SS. VII. 346, Iocundi Transl. S. Servatii ibid. XII. 90. |
| Oct. 23. | | 4189 (3188) Monasterium Laureshamense, petente Heinrico imperatore, tuendum suscipit, bonaque eius confirmat. Chron. Lauresham. in MG. SS. XXI. 411. (Eccard C. H. II. 27, Mansi XIX. 691, Migne 143 p. 624.) — „Quoniam concedenda". |
| „ 24. | | 4190 (3189) Parthenonis S. Mauri Virdunensis possessiones et privilegia, petentibus Theodorico episcopo et Ava abbatissa, confirmat. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 424, Annales de la soc. des Vosges XIII. Cahier II. 252, Gall. Chr. XIII. Instr. p. 559, Migne 143 p. 626. — „Si devotis Dei". |
| „ 24. | | 4191 (3190) *Monasterii S. Vitoni Virdunensis privilegia confirmat. Vide Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 505. |
| „ 26. | | 4192 (3191) Ecclesiae S. Mariae Virdunensis canonicorum possessiones confirmat, ita praefatus: „Redeuntibus nobis a Remensi synodo contigit Virduni hospitari; respeximus crudele urbis excidium, etenim tyrannorum ingressa civitatem saevitia totam diruit per dira incendia, qui ignis nec ipsi ecclesiae S. Mariae pepercit; instrumenta etiam cartarum vestrarum praebendarum consumpta sunt". Mabillon De re dipl. Supplement. p. 99, Cocqu. I. 365, Migne 143 p. 628. — „Officii nostri est". |
| „ 26. | | 4193 (3192) Veteris monasterii Virdunensis S. Mariae Magdalenae a sese consecrati possessiones confirmat. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 423, Annales de la soc. des Vosges XIII. Cahier II. 252, Roussel Hist. de Verdun Pr. p. 5, Migne 143 p. 630. (Textum depravatum praebet Pflugk-Harttung Acta I. 14, ubi immerito, ut videtur, bulla pro falsa habetur.) — „Si devotis Dei". |
| „ 29. | | 4194 (3193) Ecclesiam SS. Simonis et Iudae Goslariensem, in synodo Moguntina concessam sibi ab Heinrico imperatore, tuendam suscipit, eiusque bona confirmat, advocatiamque et praepositorum instituendorum potestatem imperatori tribuit. (Sunt qui hanc bullam suspectam diiudicent.) Heineccii Ant. Goslar. p. 49, Leuckfeld Ant. Walk. p. 198, Vaterl. Arch. d. hist. Ver. f. Nieders. 1841 p. 147, Mansi XIX. 725, Heinemann C. D. Anhalt. I. 99, Migne 143 p. 631. — „Sancti propositi". |
| Oct. Nov. | In Altdorfensi | monasterio. Vide notitiam fund. abbatiae Altdorf. ap. Würdtwein Nova subs. dipl. V. 379, et infra bullam 4206. |
| „ „ | In S. Deodati | monasterio. Vide bullam 4197. |
| Nov. 10. | Andlaviae | Vide notitiam ap. Grandidier Hist. d'Als., pièces just. I. 260 not. c., et bullam 4195. Cf. Annal. Sax. 1048 in MG. SS. VI. 688. |
| | | 4195 (3194) Parthenonis Andlaviensis rogatu Mathildis abbatissae privilegia confirmat, in quo se, redeuntem a Moguntina synodo, dedicasse ecclesiam memorat. (De archetypo huius bullae, in tabul. civit. Argent. nuper detecto, disseret Diekamp in Mittheil. d. Inst. f. österr. Gesch. V.) Grandidier Hist. d'Als., pièces just. I. 259, Würdtwein Nov. subs. dipl. VI. 212, (Martene Thes. I. 170, Migne 143 p. 633). — „Praeclaris votis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1049.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 1.)* |
| | | 4196 *Parthenonis Othmarsheimensis, „sub censu annuo albae ac superhumeralis unius" b. Petro oblati, privilegia instituit. Vide Eugenii III. bullam d. d. 21. Mai. 1153 ap. Schoepflin Als. dipl. I. 480, Migne 180 p. 1597. |
| Nov. 16. | | 4197 (3195) Ecclesiae S. Deodati in Galilaea (quo se „redeuntem a synodo Moguntina" venisse scribit) privilegia concedit, et eius possessiones confirmat. Défense de l'église de Toul Pr. p. 4, Calmet Hist. de Lorraine I. Pr. p. 422, Annales de la soc. des Vosges XIII. Cahier II. 256, Martene Thes. I. 169. — „Tibi sancte Deodate" „Quia divinae". |
| „ 16. | | 4198 (3196) Ecclesiae S. Stephani Vesontionensis privilegia et bona confirmat, „sicut etiam continetur in mundiburdio serenissimi filii nostri Heinrici secundi, Romanorum imperatoris augusti". Chifflet Hist. de Tournus, Pr. p. 367. — „Convenit apostolico moderamini". |
| „ 16. | | 4199 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis possessiones et privilegia confirmat, petente Hugone archiepiscopo. Gall. Chr. XV. Instr. p. 12. — „Quoties pulsamur precibus". |
| „ 16. | | 4200 Canonicorum S. Stephani Vesontionensium privilegia quaedam ac bona confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 866. f. 416. — „Semper ea concedenda". |
| „ 18. | | 4201 (3197) Parthenonem S. Crucis Woffenheimensem, ab Hugone, suo patre, Heliwigdique matre conditum, sedi apostolicae subiicit, privilegiisque donat. Advocatiam tribuit Heinrico, nepoti suo, „castrum Egensheim (prope Colmariam) habenti". Statuit, ut abbatissa aut rosam auream pretii duarum unciarum Romanarum aut tantundem auri sedi apostolicae quotannis offerat octavo die ante dominicam Oculi mei, qua pontifices Romani portare rosam soleant. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 426, Grandidier Hist. d'Als. I. 252, Schöpflin Als dipl. I. 163, Migne 143 p. 635. — „O sancta et admirabilis". |
| „ 18. | | 4202 (3198) *H. abbati Luxoviensi „litteras apostolicae tuitionis et immunitatis concedit". Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 507. |
| „ 19. | | 4203 (3199) Hugonis, archiepiscopi Vesontionensis, iura confirmat. Gall. Chr. XV. Instr. p. 13, Mém. et doc. inéd. de la Franche-comté II. 307. — „Convenit apostolico moderamini". |
| „ 21. | | 4204 Theoderico episcopo petente, ecclesiae Basileensi asserit abbatiam S. Mariae sanctique Germani Grandivallensis et cellam S. Ursicini, „sicut Radulfus Burgundionum rex pagina concessionis sue tradidit eidem ecclesiae et filius noster dulcissimus Henricus imperator secundus sua pagina, cum adhuc rex esset, confirmavit". (Pro „a. pont. V." leg. „a. pont. I.") Trouillat Monuments de Bâle I. 181, Gall. Chr. XV. Instr. p. 196. — „Quotiens a nobis". |
| „ 23. | Inmonasterio | Augiae divitis „festo S. Clementis". Herimanni Aug. Chron. 1049. |
| „ 24. | In insula | Augiae divitis, in loco qui dicitur Egerden (Ergat) altare S. Adalberti consecrat „VIII. kal. Dec.". Vide titulum in Oheim Chron. v. Reichenau p. 34. |
| „ 26. | Inmonasterio | Augiae divitis „dominica ante adventum domini, VI. kal. Decemb." Herimanni Aug. Chron. 1049. |
| „ 26. | | 4205 (3200) Ecclesiae SS. Iohannis et Stephani Vesontionensis possessiones confirmat, bulla Hugoni archiepiscopo, Willelmo praeposito cet. directa. (Fragmentum.) Mém. et doc. inéd. de la Franche-comté II. 320. — („Confirmamus ecclesiae"). |
| „ 28. | | 4206 (3201) Monasterii Altorfiensis, a suis parentibus conditi, bona iuraque corroborat, ibique altare S. Stephani memorat a sese dedicatum esse. Grandidier Hist. d'Als. I. 255, Schöpflin Als. dipl. I. 164. — „Ad apostolatus". |
| Dec. 3. | (Werdae ad Danubium) | 4207 (3202) „A Moguntina synodo Romam versus rediens", dedicat privilegiisque auget monasterium S. Crucis (Donawerdense), a Manegoldo, Gunderadae primae abbatissae patre, fundatum „pro portione S. Crucis, decenter auro et gemmis ornata, tunc ab auctocratore Constantinopoleos, nomine Romano Argyro, dono data, cum ad eum missus esset ab imperatore Chuonrado, ut filiam suam nuptui daret eius filio". Gerbert Hist. Nigr. Silv. III. 24, Khamm Hier. Aug. V. (Pars III. regul.) 246, Mon. Boic. XVI. 11, Königsdorfer Gesch. d. Kl. z. h. Kr. I. 392, Petrus Suev. eccl. p. 287, Cocqu. I. 366, Migne 143 p. 637. — „Sacrae devotionis". |
| „ | Augustae | Herimanni Aug. Chron. 1049. |
| „ 25. | Veronae | „natalem domini colit". Herimanni Aug. Chron. 1049. |

**1049.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 1.)*

4208 (3203) Edwardo, Anglorum regi, praecipit, ut Leofricum episcopum „a Cridionensi villula ad civitatem Exoniam“ transferre sedem pontificalem patiatur. Mon. Anglic. I. 121, nov. ed. II. 526, Haddan and Stubbs Councils I. 691, Migne 143 p. 639. — „Si bene habes“.

4209 *Gaufrido, comiti Andegavensi, qui Gervasium episcopum Cenomanensem in captione posuerat, praecipit, ut aut ad Romanam aut ad Vercellensem synodum causam expositurus accedat. Eusebii ep. Andeg. epist. ap. Sudendorf Berengar. Turon. p. 203, cf. ibid. p. 121. (Sudendorf hanc epist. mense Iunio 1049 scriptam esse putat, sed videtur potius in fine huius anni data.)

**1049—1050.**

4210 (3274) Clerum et populum Auximanum docet, anathematizandos eos esse, qui sequantur illam „perversam et prorsus execrabilem quarumdam plebium consuetudinem: ut videlicet, suo defuncto episcopo, domum episcopi hostiliter irrumpentes invadant, facultates eius diripiant, praediorum domos incendant, vites insuper et arbusta, bestiali immaniores feritate, succidant“. Petri Damiani Opp. I. 73, Mansi XIX. 672, Cocqu. I. 378, Migne 144 p. 347. Cf. Neukirch Das Leben des Petr. Dam. p. 93. (In cod. Neapol. XIV. C. 19 iure nescio quo additum est: an. 1051, vide Pflugk-Harttung Iter p. 61.) — „Quia auctore“.

**1050.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — 12. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| (Feb. Mart.) | Capuae | Vide Leonis Chron. mon. Cas. e cod. 1b, MG. SS. VII. 683. Cf. Steindorff Jahrb. II. 454. |
| („ „) | Salerni | Vide Leonis Chron. mon. Casin. l. l. Aimé L'ystoire de li Normant L. III. c. 15 p. 79 synodum ibi congregatam esse narrat. |
| | Melfiae | Aimé L'ystoire de li Normant L. III. c. 16 p. 79. |
| Apr. 8. | | 4211 (3204) Monasterii S. Mariae Electensis possessiones iuraque confirmat, petente G(regorio, al. Girardo, al. Geraldo) abbate. (Pro „ind. IV.“ leg. „ind. III.“) Gall. Chr. VI. Instr. p. 106, Migne 143 p. 639. — „Quociens illa“. |
| Apr. | Beneventi | Wiberti Vit. Leonis L. II. c. 6; Annal. Benevent. 1050 in MG. SS. III. 179: „Mense Aprili in quadragesima transiens per Beneventum perrexit Montem Garganum“. |
| „ | In monte Gargano | Annal. Benevent. 1050 l. l.; vide Leonis Chron. mon. Casin. l. l. e cod. 1b. |
| „ | Siponti | Concilium, in quo archiepiscopi duo deiiciuntur. Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 6. (Steindorft Jahrb. II. 129 et 456 hunc locorum ordinem constituit: Salerni, Beneventi, Melfiae, Siponti, In monte Gargano. Jaffé vero in priore Regestorum editione concilium hoc c. m. Iun. celebratum esse scripsit, putans a Wiberto falso narrari, Gerardum Tullensem post concilium Sipontinum in sanctos relatum esse.) |
| „ 18. | | 4212 (3205) Monasterii Corbeiensis (dioec. Ambian.) privilegia possessionesque confirmat et Fulconi abbati dalmaticae sandaliorumque usum ea lege concedit, ut singulis annis nuncium Romam mittat. (Pro „ind. IV.“ leg. „ind. III.“) D'Achery Spic. III. 349, Mansi XIX. 684, Migne 143 p. 641. — „Convenit apostolico“. |
| „ 27. | | 4213 (3206) Monasterii Vizeliacensis privilegia confirmat, postulante Gaufrido abbate. D'Achery Spicil. II. 505, Migne 143 p. 642. — „Quoniam postulastis a“. |
| „ 29. | Romae in palatio Lateranensi | Synodus „quinto decimo die post dominicam resurrectionem“. Anselmi Hist. dedic. eccl. S. Remig. Rem. ap. Marlot M. R. II. 103, Migne 142 p. 1440, Watterich I. 126. (De anno 1050 agi apud Anselmum constat, tum quod Hugo episcopus Nivernensis, quem scribit huic synodo interfuisse, in testibus bullae 4219 reperitur, tum quod cuius mentionem facit, miraculum accidisse hoc anno dicitur in Wiberti Vit. Leonis L. II. c. 6.) Cf. bullam 4215. |
| | | Ad hanc synodum referenda videtur restitutio Hugonis, episcopi Lingonensis, in concilio Remensi excommunicati, de qua est mentio in Laurentii Gestis epp. Virdunensium in MG. SS. X. 493. |
| | | In eadem synodo edictum esse putem, ut „tam clerici quam laici abstineant se a fornicatorum sacerdotum et levitarum communione“. Bonithonis Liber ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 635, cf. Hefele IV. 747. |
| „ 30. | „ | 4215 Monasterium Ambroniacense iurisdictioni sedis Romanae subiicit et a malefactoribus defendit. Addit haec: „Et si quid ad utilitatem loci, quod adesse debeat, |

**1050.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — 12. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | defuit, nostra apostolica censura supradicto cenobio coram synodali conventu in sacro palatio Lateranensi auctorizamus". (Imaginem huius bullae phototypicam praebet) Marché Reproductions photograph. tab. 1. — „Ad nostras pervenit". |
| Mai. 1. | In capella Lateranensi | Wandelgero monasterii S. Bercarii Dervensis abbati consecrato suum nomen Brunoni indit. Vide clausulam bullae hoc die datae in Gall. Chr. IX. 917, Mabillon Ann. Bened. IV. 517, Pflugk-Harttung Acta I. 15, Migne 143 p. 644. |
| „ 1. | | 4216 (3208) Willelmo, comiti Nivernensi, sub excommunicationis poena praecipit, ut monasterio S. Bercarii Dervensi ablata restituat. Gall. Chr. IX. (in textu) 917, Mabillon Ann. Ben. IV. 517, Pflugk-Harttung Acta I. 15, Migne 143 p. 644. — „Mandamus et praecipimus". |
| („) | | 4217 Goffredum, fidelem suum, anathemate proposito hortatur, ut monasterio S. Bercarii (Dervensi) satisfaciat. Anal. iur. pont. X. 328, Pflugk-Harttung Acta I. 16. — „Mandamus atque praecipimus". |
| („) | | 4218 Hugoni, episcopo Nivernensi, mandat, curet, ut monasterio S. Bercarii (Dervensi) ablata a Willelmo comite (Nivernensi) et (Odone) abbate S. Germani (Autissiodorensi) restituantur. Anal. iur. pont. X. 329, Pflugk-Harttung Acta I. 16. — „Mandamus et praecipimus". |
| „ 2. | Romae in ecclesia Salvatoris | 4219 (3209) In synodo Gerardum, quondam episcopum Tullensem, numinibus ascribit, diemque 23. m. Aprilis coli iubet. (Subscripserunt episcopi 55.) MG. SS. IV. 506, Martene Thes. III. 1080, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 738, et Acta SS. ord. Ben. saec. V. 894, Mansi XIX. 769, Migne 143 p. 644. — „Virtus divinae". |
| „ 3. | „ | 4220 Halinardo, archiepiscopo Lugdunensi, Pontio episcopo Valentinensi, Guigoni comiti ceterisque fidelibus mandat, ut abbatiam Romanensem, a S. Barnardo conditore b. Petro donatam, ab invasoribus defendant clericosque in bonis recuperandis adiuvent. Scribit se mandasse Leudgario, archiepiscopo Viennensi, ut abbatiae S. Barnardi, quae antecessores eius abstulerint, bona restituat. („Actum Romae p. m. Petri, sacri palatii cancellarii, in ecclesia Salvatoris, que appellatur Constantiniana, in publica synodo LXXII pontificum, V. nonas Madii." Huius et sequentis epistolae protocollon, quod dicitur, librarii vitio depravatum videtur.) Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 4. — „Precipimus vobis". |
| „ 3. | „ | 4221 Abbatiae Romanensi, super fluvium Isaram sitae, libertatem et privilegia concedit. Fratres de superiore epistola certiores reddit eisque censum annuum sextarii amygdalarum Lateranensi palatio solvendum imponit. („Actum Romae" cet. ut supra.) Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 2. — „Vidimus litteras vestras". |
| „ 3. | („) | 4222 Monasterii S. Bercarii Dervensis tutelam suscipit et possessiones confirmat, fratribusque liberum abbatis eligendi arbitrium concedit. Anal. iur. pont. X. 329, Pflugk-Harttung Acta I. 17. — „Cum omnis iustitia". |
| „ 3. | („) | 4223 (3210) Monasterii S. Salvatoris Carofensis patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Hugone abbate. Anal. iur. pont. X. 330, Pflugk-Harttung Acta I. 16. — „Iam quia cunctis". |
| „ 12. | | 4224 (3211) Udone, primicerio congregationis S. Mariae et S. Stephani Tullensis, petente, statuit, „ut decanus et fratres electi electionem primicerii faciant, sive decani, cantoris, librarii atque custodis ecclesiae S. Stephani id est mansionarii". Scribit, sese „priusquam ad summi pontificatus culmen transferretur eiusdem ecclesiae Tullensis fratrem fuisse et episcopum, eiusdemque episcopatus protectionem, ob salutem et restaurationem ecclesiae auctoritate apostolica tuendae, sub suo regimine adhuc detinere". Benoit Hist. de Toul p. CXXIII. — „Cum piae desiderium". |
| | | 4225 (3212) Eudoni, Britonum principi, et Analo comiti et ceteris principibus episcopos Britanniae excommunicatos in synodo Romana nunciat, quod, cum in Remensi concilio et simoniae et inobedientiae erga archiepiscopum Turonensem accusati essent, Romam vocati non venissent. Qui si die 1. m. Septembris interesse concilio Vercellensi voluerint, se eorum excusationes auditurum. Morice Mém. de Bret. I. 395, Martene Thes. III. 869, Mansi XIX. 679, Migne 143 p. 648. — „In scriptis veterum". |
| | | 4226 (3213) *Berengarium, haereticum in synodo Romana excommunicatum „ad proximam synodum, in proximo Septembri Vercellis celebrandam" vocat. Vide Libellum de Berengarii damnatione ap. Mansi XIX. 757, cf. Lanfranci Opp. ed. D'Achery p. 234, ap. Migne 150 p. 413, et Berengarii Libr. de sacra coena p. 35. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1050.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — 12. Febr. — 2.)* |
| (Mai.) | (In territorio Beneventano) | Vide Herimanni Aug. Chron. 1050 in MG. SS. V. 129, ubi Romana synodo celebrata Leo dicitur „subsecuto tempore ultra Romam progrediens, nonnullos eo locorum principes et civitates subiecisse Beneventanosque adhuc rebellantes excommunicasse“. |
| „ 29. | | 4227 (3214) Monasterium S. Mariae (in Gradibus, dioec. Aretinae) tuendum suscipit eiusque bona confirmat, petente Albizone „religioso viro“. Muratori Ant. It. V. 1019, Mittarelli Ann. Cam. II. append. p. 133, Lami Delic. erudit. p. 183, Migne 143 p. 649. — „Sub multa“. |
| Iul. 11. | Florentiae | 4228 Monasterii S. Pontiani Lucensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Ioseph abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 187. — „Nostri sacri regiminis“. |
| „ 13. | „ | Vide tabulam Gerardi, episcopi Florentini, (ap. Lami Eccl. Fl. M. I. 97) de donatione, quam Leo sese praesente factam esse testatur in bulla 4230. |
| „ 15. | Faesulis | 4229 (3215) *Monasterii S. Bartholomaei Faesulani privilegia possessionesque confirmat. Vide Mittarelli Ann. Cam. II. 18. |
| „ 15. | | 4230 (3216) Ecclesiam Florentinam tuendam suscipit, canonicisque omnia a Gerardo episcopo, sese praesente, collata asserit. Lami Eccl. Fl. M. I. 98, Soldani Hist. mon. de Passin. p. 258. — „Si iustis“. |
| „ 19. | | 4231 Monasterium S. Salvatoris in Insula (Senensi) apud burgum novum tuendum suscipit eiusque bona et privilegia confirmat, petente Bonatto abbate. Wiener Sitzungsber. XCIV. 650, Pflugk-Harttung Iter p. 187. — „Convenit apostolico“. |
| Aug. 6. | | 4232 (3217) Monasterii S. Salvatoris, in monte Amiato siti, possessiones et privilegia confirmat, petente Teuzone abbate. (Pro „ind. IV.“ leg. „ind. III.“) Ughelli It. sacr. III. 626, Migne 143 p. 650. — „Quoniam semper“. |
| „ 26. | | 4233 (3218) Monasterii Coeli-aurei Papiensis possessiones et privilegia confirmat. Robolini Notizie II. 111, cf. Wiener Sitzungsber. XCIV. 634. — „Desiderium quod religiosorum“. |
| Sept. | Vercellis | Synodus, in qua Iohannis Scoti liber de eucharistia et Berengarii doctrina damnantur; Hunfridus, archiepiscopus Ravennas, ab administratione sacri muneris removetur; Ulfus episcopus Dorcestrensis ab officio „fere“ suspenditur. Cf. Herimanni Aug. Chron. 1050, Lanfranci Opp. ed. D'Achery p. 234, ap. Migne 150 p. 413, Berengarii Libr. de sacra coena p. 36 sqq., Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 7, Annal. Anglosaxon. in MG. SS. XIII. 113, Mansi XIX. 757 et 774 sqq. |
| Sept. | „ | 4234 (3219) *Guidonem, archiepiscopum Remensem, monet, ut monasterium Corbeiense (dioec. Ambian.) tueatur. Vide Fulconis abbatis litteras ap. Mansi XIX. 781. |
| „ | „ | 4235 (3220) *Fulconem, episcopum Ambianensem, hortatur, ne monasterii Corbeiensis privilegia laedat. Vide Fulconis abb. litteris ap. Mansi XIX. 781, Migne 150 p. 1431. |
| „ 7. | („) | 4236 (3221) Monasterium S. Victoris Massiliense, Petro abbate in synodo Vercellensi petente, tuendum suscipit, eique abbatiam S. Victoris Valentinensem concedit. Martene Thes. I. 171, Mansi XIX. 779, Coll. des Cartulaires VIII. 7, Migne 143 p. 652. — „Convenit apostolico“. |
| („) | („) | 4237 Monasterii S. Michaelis Clusini (dioec. Taur.) iura ac bona confirmat „cum consilio coepiscoporum in synodo Vercellensi“. Claretta Stor. dipl. di S. Michele p. 20 teste Pflugk-Harttung Iter p. 187. — „Ventum est“. |
| „ 22. | In Agaunensi | monasterio. Vide bullam 4246. |
| „ 26. | In Romanense | monasterium pervenit. Vide Chartularium Romani-monasterii in Mém. et doc. de la Suisse Romande III. 418. 437. Adventus diem sequentia indicant. |
| „ 27. | In Romanensi | monasterio. „In crastinum, quod fuit V. kal. Oct. super altare b. Petri missam celebrat“. Chartularium Romani-monasterii l. l. p. 437. |
| „ | | 4238 (3222) H(cinrico), imperatori Romanorum et regi Burgundionum, episcopis et principibus regionis illius, Romanum-monasterium commendat. (Hanc bullam a Leone auctore profectam esse, et argumentum docet et dicendi genus.) Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 419, Migne 143 p. 653. — „Volo scire dominationem“. |
| Oct. 3. | Vesontione | In bulla Hugoni archiepiscopo Vesontionensi d. 11. m. Ianuar. 1051 data, infra 4249, haec narrat Leo: „propriis oculis conspeximus S. Stephani os quassatum ictibus lapidantium Iudaeorum, illud recondidimus infra altare, quod“ Vesontione „consecravimus, te praesente, astantibus Halinardo Lugdunensi, Georgio Colociensis ecclesiae Ungrorum archiepiscopo, necnon Sutriensi episcopo Kilino (Azelino), Genevensi Fri- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1050.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — 12. Febr. — 2.)* |
| | | derico, Widone Cabilonensi, Waltero Matisconensi". Dies consecrationis, 3. m. Oct., legitur in narratione ap. Chifflet Hist. de Tournus p. 357 et in titulo basilicae S. Stephani ap. Chifflet Vesontio II. 205, quamquam a. 1048 perperam additus est. Cf. Chartularium Romani-monast. l. l. p. 437. |
| Oct. | Lingonibus | Arduinum Lingonensem et Frotmundum Trecensem episcopos consecrat. Chron. Besuense ap. D'Achery Spicil. II. 424, in Analect. Divion. p. 337; Chron. S. Petri Vivi ap. D'Achery II. 475, in MG. SS. XXVI. 32. Cf. Chron. S. Benigni Divion. ap. D'Achery II. 393, in MG. SS. VII. 237, in Analect. Divion. p. 191. |
| „ 21. | Tulli | S. Gerardi translationem administrat „nocturno tempore, quo XII. kalendas Novembris dies illucescebat dominicus". Transl. S. Gerardi in MG. SS. IV. 509. Cf. Hist. fund. S. Alb. Namuc. in Neues Arch. VIII. 591. (Delenda est supra p. 522 lin. 13.) |
| „ 22. | „ | Aram S. Gerardo consecrat „XI. kalendas Novembris". Translatio S. Gerardi l. l. |
| „ 22. | „ | 4239 (3223) (in maiori ecclesia) Monasterii S. Mansueti Tullensis immunitatem et possessiones confirmat, petente Dodone abbate. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 429, Annales de la soc. des Vosges XIII. Cahier II. 263, Gall. Chr. XIII. Instr. p. 466, Migne 143 p. 654. — „Sicut rationi contraria". |
| „ 22. | „ | 4240 (3224) (in maiori ecclesia) Ecclesiae S. Stephani Tullensis canonicorum bona ac privilegia confirmat. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 435, Migne 143 p. 656. — „Si utilitatibus". |
| „ 26. | („) | 4241 (3225) Monasterio Cluniacensi Raningas praedium aliaque bona, petente Hugone abbate, asserit. Bullar. Cluniac. p. 12, Migne 143 p. 658. — „Quoniam postulasti". |
| Nov. 2. | „ | 4242 (3226) Monasterii S. Vincentii Metensis possessiones iuraque, petente Adelberone episcopo, confirmat. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 437, Anal. iur. pont. X. 331, Migne 143 p. 659. — „Divino iure admonemur". |
| Dec. 6. | | 4243 (3227) Parthenonis SS. Bertarii et Ataleni in Brederici villa, a sese „dum in solo episcopatu Tullensi praefuerit" consecrati, possessiones confirmat iuraque constituit. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 427, Annales de la soc. des Vosges XIII. Cahier II. 268, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 740, Benoit Hist. de Toul. p. CXX („VII. id. Dec."), Cocqu. I. 373, Migne 143 p. 661. — „Ad apostolatus". |
| „ 17. | | 4244 (3228) Parthenonis S. Odiliae Hohenburgensis, a sese propter suos parentes ibi sepultos dedicati, iura possessionesque confirmat. Grandidier Hist. d'Als. I. 261, Schöpflin Als. dipl. I. 166, Gall. Chr. V. Instr. p. 471, Würdtwein Nov. subs. dipl. VI. 215, Migne 143 p. 663. — „Visitantibus nobis". |
| | | 4245 (3280) Parthenonis S. Mariae et SS. Martini et Laurentii Hessensis bona confirmat, et privilegia constituit „pro sanctorum veneratione et parentum suorum inibi quiescentium memoriali ac praecordiali devotione", petente Seberga abbatissa, nepti sua. (Hanc bullam eodem fere tempore, ac praecedentem, datam esse, recte opinatur Steindorff Jahrb. II. 135.) Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 736, Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 430, Migne 143 p. 740. — „Martinus hic pauper". |
| | | 4246 (3229) Monasterii Agaunensis privilegia, petente Heinrico imperatore, confirmat, praefatus, se in Gallias iter facientem, cum Agaunum pervenisset, die S. Mauritii et eius commilitonum (i. e. 22. Sept.) celebrato, Alinardo Lugdunensi, Hugoni Vesontionensi, Frederico Genevensi, Aymoni Sedunensi episcopis mandasse, ut Heinricum imperatorem, „nobis apud Coloniam obviaturum", ad levandas monasterii miserias hortarentur. (Bullam hanc, quae ad annum 1049 perperam referri solet, ex antiquis fidisque monasterii Agaunensis traditionibus fabricatam esse, censet Steindorff Jahrb. II. 133. n. 6; equidem vero inter commenticias non posuerim, cum in Leonis IX. privilegiis a communi tabularum apostolicarum forma nonnumquam recessum sit.) Gall. Chr. XII. Instr. p. 428, Guichenon Bibl. Sebus. p. 249, Hist. Patr. Mon. Chart. II. 148, Cocqu. I. 363, Migne 143 p. 665. — „Dominus noster". |
| | | 4247 (3230) *Ecclesiae Fanensis privilegia, petente Ardoino episcopo, confirmat. Vide Ughelli It. sacr. I. 662. |
| | | **1051.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 2. — 12. Febr. — 3.)* |
| Ian. 10. | | 4248 (3231) Ecclesiae SS. Martini et Agerici Virdunensis possessiones, petente Theoderico episcopo, confirmat. (Pro „a. pont. 3" leg. „a. pont. 2".) Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 441, Migne 143 p. 667, (Gall. Chr. XIII. Instr. p. 561). — „Convenit apostolico moderamini". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1051.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 2. — 12. Febr. — 3.)* |
| Ian. 11. | | 4249 (3232) Ecclesiae Vesontionensis bona, rogante Hugone archiepiscopo, confirmat, eique privilegia quaedam concedit. Chifflet Hist. de Tournus p. 361, Cocqu. I. 374, Dunod Hist. de Besançon I. Pr. p. 36, Migne 143 p. 668. — „Gratias agimus". |
| „ 15. | | 4250 Monasterii Gorziensis possessiones confirmat, petente Sigefrido abbate. Hist. de Metz III. Preuves p. 88, Pflugk-Harttung Acta I. 18. — „Ad apostolatus culmen". |
| „ 16. | | 4251 (3233) Monasterii S. Maximini Trevirensis possessiones rogatu Heinrici imperatoris confirmat. (Quod dicitur, autographum, in bibl. Trever. asservatum, saec. XII. initio scriptum esse, me docet Henr. Bresslau.) Zyllesius Def. p. 37, Hontheim Hist. Tr. I. 387, Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 434, Beyer M. U. I. 386, Migne 143 p. 669. Cf. Steindorff Jahrb. II. 137. — „Sacri apostolatus". |
| „ 21. | Treviris | Vide diploma Heinrici imperatoris ap. Martene et Dur. Vet. script. I. 426, Beyer M. U. I. 388, (Stumpf 2396): „ob interventum spiritualis patris nostri, domini videlicet Leonis, s. Rom. ecclesiae summi pontificis et universalis papae". |
| „ 25. | | †4252 (CCCLXXXIII) Udonem, episcopum Tullensem, hortatur, ut libertatem praebendae canonicorum S. Deodati a sese confirmatam conservet. Ecclesiae Tullensi privilegia quaedam asserit. („Dat. Romae . . . p. m. Petri diaconi, cancellarii et bibl. s. ap. sed.") Défense de l'église de Toul Pr. p. 122, Gravier Hist. de St.-Dié p. 342, Calmet Hist. de Lorr. 2 éd. II. Pr. p. 295, Ann. de la soc. des Vosges XIII. Cahier II. 272. Cf. Stumpf Reichsk. Nachtrag 2515b. — „Dominus noster Iesus". |
| Febr. 2. | ap. Augustam Vindelicam | Purificationem S. Mariae celebrat cum Heinrico imperatore multisque episcopis ac principibus. Herimanni Aug. Chron. 1051; cf. Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 7. |
| Mart. 9. | | 4253 Hospitale prope Lucam, in praedio Benedicti et Lamberti situm, tuendum suscipit et confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 187. — „Quoniam frangere". |
| „ 12. | | 4254 (3234) Maioris ecclesiae Lucensis canonicorum bona confirmat. Addit haec: „si Deus ecclesiam vestram ab uxoratis presbyteris liberaverit, pro incestis casti restituantur et bona, quae habent ecclesiastica, quae illi luxoriose vivendo dissipant, in communem usum canonice cohabitantium redigantur". Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Documenti p. 28, Mem. e doc. V. III. 662, Ughelli It. sacr. I. 805, Mansi XIX. 691, Migne 143 p. 671. — „Cum ad bona". |
| Mart. 25. | Romae | 4255 (3235) Ecclesiae Tullensis possessiones quasdam, petente Udone episcopo, confirmat. (Notae temporis sunt corruptae.) Défense de l'église de Toul Pr. p. 12, Benoit Hist. de Toul p. CXXVI, Migne 143 p. 672. — „Si utilitatibus". |
| „ 31. | „ | (in ecclesia S. Laurentii). Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 8: „dum paschalibus solemniis apud S. Laurentium esset celebraturus". |
| Apr. | „ | Synodus „post pascha", in qua Gregorius, episcopus Vercellensis, excommunicatur. Herimanni Aug. Chron. 1051, cf. Mansi XIX. 795, (Migne 143 p. 909), Petri Damiani libr. „Gratissimum" in Opp. III. 42, ap. Migne 145 p. 99. |
| | | 4256 *Gislerio, episcopo Auximano, mandat, ut qui in eius partibus monachica veste abiecta „ad seculum relapsi sint, conveniat et ad suum propositum revocet"; rebelles vero anathematizet. Vide Petri Damiani ep. in Opp. III. 180, ap. Migne 145 p. 365; cf. Neukirch Das Leben des Petr. Dam. p. 56. |
| | | 4257 (3236) Edwardum, Anglorum regem, ob seditiosum regni statum voto liberat Romam eundi, et ei praecipit, ut pecunias ad iter decretas pauperibus dividat et in novum b. Petri monasterium condendum aut vetustum reficiendum insumat. Ailredi Riev. Vit. Edw. conf. ap. Twysden H. A. SS. I. 381, ap. Migne 195 p. 752, Wilkins Conc. I. 317, Monast. Angl. I. 60, ed. nov. I. 293, Mansi XIX. 1050, Migne 143 p. 674. — „Quoniam voluntatem". |
| Iun. 22. | | 4258 (3237) Ecclesiae S. Trinitatis Piscariensis bona confirmat, petente Dominico abbate. Anecdota Ughelliana p. 407, Muratori R. It. SS. II. II. 860, Cocqu. I. 376, Migne 143 p. 675. — „Convenit apostolatui". |
| „ 28. | In Casinensi | monasterio „in vigiliis S. Petri". Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 684; vide Annal. Benevent. 1051 ibid. III. 179. (Quae Leo Ostiens. in L. II. c. 81 narrat, ea ad a. 1051 referenda esse, probavit Steindorff Jahrb. II. 454. |
| „ 29. | „ | „die sequenti". Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ 30. | „ | „et (die) altero . . . cumque die illo sabbatum esset". Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |
| Iul. 5. | Beneventum | venit „quinto die intrante mense Iulio". Annales Benevent. 1051 l. l. Cf. Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |

**1051.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 2. — 12. Febr. — 3.)*

| | | |
|---|---|---|
| Iul. 22. | | 4259 (3238) Ecclesiae Salernitanae possessiones ac iura metropolitana, petente Iohanne archiepiscopo, confirmat. Baronii Annal. 1051, Ughelli It. sacr. VII. 379, Mansi XIX. 673, Cocqu. I. 376, Migne 143 p. 676, (Paesano Mem. d. chiesa Salern. I. 110). — „Officium sacerdotale". |
| Aug. 8. | Benevento | Salernum proficiscitur „8. die intrante mense Augusto". Annales Benevent. 1051 l. l. (Steindorff, qui huius itineris chronologiam in ordinem coegit T. II. 452, in textu sui operis p. 164 papam, Salerni moratum, rursus Beneventum indeque in montem Garganum migrasse, perperam narrat.) |
| „ 15. | Salerni | missam celebrat „die assumptionis S. Mariae". Aimé L'ystoire de li Normant L. III. c. 20. p. 81. Cf. Annal. Benevent. 1051 in MG. SS. III. 179. |
| | „ | 4260 *Monasterii Cavensis privilegia confirmat. D'Avino Cenni storici p. 186. |
| Oct. 4. | | †4261 (CCCLXXXVII) Monasterio Besuensi privilegia tribuit, petente Olgerio abbate. („Dat. p. m. Petri diac., bibl. et cancell. S. A. S.") D'Achery Spicil. II. 425, Analecta Divionensia p. 338, Migne 143 p. 788. — „Convenit apostolico moderamini". |
| „ 16. | | 4262 (3239) Monasterii S. Mariae in Gorgona insula siti privilegia confirmat et auget, petente Bono abbate. Ughelli It. sacr. III. 358, Mittarelli Ann. Cam. II. append. p. 137, Migne 143 p. 677, (Cocqu. I. 372). — „Convenit apostolico". |
| („) | In monasterio Sublacensi | Attone abbate deiecto, Umbertum consecrat; „Sublacenses ad se convocat in monasterio, quorum et requirens monumenta chartarum notat falsissima et ex magna parte ante se igne cremari facit; pontificali itaque praecepto reconfirmat monasterio Sublacum et totam abbatiam, terram et cuncta acquisita". Chronicon Sublacense ap. Muratori Ant. It. IV. 1041, et R. It. SS. XXIV. 932. |
| „ 31. | | 4263 (3240) Monasterii Sublacensis possessiones omnes confirmat. (Fragmentum.) Chron. Sublacense l. l. p. 1062, et p. 954, (Migne 143 p. 678). Vide Pflugk-Harttung Iter p. 188. — „Ut servitoribus". |
| Dec. 11. | | 4264 (3241) Monasterii S. Mariae Farfensis privilegia et possessiones confirmat, petente Berardo abbate. Chron. Farf. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 583, Margarini Bull. Cas. II. 88, Cocqu. I. 379, Migne 143 p. 678. — „Initium sapientiae". |
| Dec. 25. | Ap. Narniam | „Dominicum celebrat natalitium". Wiberti Vit. Leonis L. II. c. 8. |
| | | 4265 (3242) Stephano, episcopo Aniciensi, eiusque successoribus ius pallii ea lege concedit, ut a pontifice Romano ordinentur. (Fragmentum.) Gall. Chr. II. Instr. p. 228, Migne 143 p. 681. Cf. Bibl. de l'éc. des chartes XXXVII. (1876) p. 109. — „Si pastores ovium". |

**1052.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 3. — 12. Febr. — 4.)*

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 3. | | 4266 (3243) Clericis ordinariis ecclesiae S. Martini Lucensis asserit bona a Iohanne episcopo donata. Memorie e doc. V. III. 661. — „Declinare a malo". |
| Mart. 9. | | 4267 (3244) Monasterii S. Petri Perusini possessiones privilegiaque confirmat, bulla Bonizoni abbati directa. Margarini Bull. Cas. II. 84, Migne 143 p. 681. — „Cum universalis". |
| „ 18. | | 4268 (3245) Monasterii S. Mariae Pomposiani, rogatu Mainardi abbatis, bona confirmat, „ita sane, ut singulis quibusque annis pensionis nomine s. ecclesiae Romanae tres argenti solidi, difficultate postposita, persolvantur actionariis". Muratori Ant. It. V. 337, Morbio St. dei munic. I. 69, Migne 143 p. 683. — „Regina coelorum". |
| „ 31. | Auximi | ecclesiam cathedralem consecrat. Vide notitiam ap. Compagnoni Memor. istor.-crit. di Osimo I. 144, Talleoni Ist. di Osimo I. 113: „Cathedralis ecclesia dicata est Leopardo pontifici et confessori, dicatorem habuit Leonem papam IX. secundo kal. Aprilis". Verba quae sequuntur: „in annis domini circa MLX" certe additicia sunt. |
| Apr. 20. | Romae | 4269 (3246) Episcopis Italiae (al. Omnibus fidelibus per Italiam, al. Dardaniam) scribit, qui monachorum vitam capessant, ne ii res omnes monasterio, sed dimidium ei, ad quam pertineant, ecclesiae concedant. Mansi XIX. 670, Migne 143 p. 685, cf. Mansi annotationem p. 691; Deusdedit Coll. can. L. III. c. 59, Ivonis Decr. VII. c. 150, Panorm. II. c. 29, Compilatio I. L. III. t. 24. c. 4, Decr. Greg. L. III. t. 28. c. 2. — „Relatum est" „Relatum nobis". |
| Mai. 2. | Ginon (?) | 4270 (3247) Monasterii Casae-Dei protectionem suscipit, petente Roberto abbate. Lupi Ferrariensis Opp. p. 527, Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVII. 84, Mon. pont. Arverniae p. 34, Migne 143 p. 686. — „Convenit apostolico". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1052.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 3. — 12. Febr. — 4.)* |
| Mai. 7. | | 4271 (3248) Hermanno, archiepiscopo Coloniensi, crucis, pallii, nacci usum, et ecclesiae Romanae cancellaturam una cum ecclesia S. Iohannis evangelistae ante portam Latinam asserit. Concedit, ut duo altaria ecclesiae Coloniensis procurentur per septem presbyteros cardinales, dalmaticis indutos, totidemque diaconos et subdiaconos, qui sandaliis utantur cet. Ecclesiae bona confirmat. (Huius bullae verba, quibus archiepiscopo regum intra Coloniensem dioecesim consecrandorum potestas tribuitur, certe interpolata sunt; alia vero genuina videntur. Böhmer ap. Hennes Herm. II. von Cöln p. VIII et Hegel in Chron. der deutsch. Städte, Cöln III. p. CCXLVI, falsam eam iudicant. Cf. etiam Steindorff Jahrb. II. 141.) Lacomblet Urk. I. 119, Miraei Opp. dipl. II. 1131, Cocqu. I. 380, Migne 143 p. 687. — „Gratias agimus". |
| „ 7. | | 4272 (3249) Herimanno, archiepiscopo Coloniensi, monasterium Brunwillarense asserit. Acta acad. Theod.-Palat. III. 152, Fundat. mon. Brunw. in MG. SS. XI. 405, ap. Lacomblet Arch. f. d. Gesch. d. Niederrh. IV. 204, ap. Pertz Archiv XII. 182, Pflugk-Harttung Acta I. 19. — „Convenit apostolico". |
| „ 7. | | 4273 (3250) Monasterii Altorfiensis bona iuraque denuo confirmat, bulla Ingilberto abbati directa. Schöpflin Als. dipl. I. 168, Gall. Chr. V. Instr. p. 472, Migne 143 p. 689. — „Quoniam quidem apostolicae". |
| „ 20. | (Apud S. Germanum) | 4274 (3251) Richerio, abbati Casinensi, et eius successoribus ecclesiam et monasterium S. Stephani prope Terracinam restituit. Gattula Hist. Cas. p. 117, Migne 143 p. 690. (In bibl. nat. Paris. Ms. lat. 12664 s. XVII ex. f. 181 exstat huius bullae copia, cuius prima ac ultima verba, quamvis mendosa, annotare hoc loco operae pretium videtur; incipit: „Quandoquidem apostolicae", explicit: „Dat. p. m. Friderici cet. XII. kal. Iunii, dom. Leonis VIII. [corr. VIIII.] Capue [corr. pape] anno IIII. ind. V.") — „Quoniam quidem apostolicae". |
| | | 4275 (3252) Iohanni episcopo et omnibus Terracinae positis ecclesiam et monasterium S. Stephani monasterio Casinensi a sese restituta nunciat. Gattula Hist. Cas. p. 118, Migne 143 p. 691. — „Noverit dilectio". |
| „ 21. | | 4276 (3253) Monasterii S. Sophiae Beneventani possessiones et privilegia confirmat, petente Sigenolfo abbate. Mansi XIX. 687, Cocqu. I. 381, Anecdota Ughelliana p. 490, Migne 143 p. 692. (Cf. Pflugk-Harttung Iter p. 126 ex cod. Vatican. 4939. f. 140.) — „Ad hoc in sacerdotali" „Ad hoc a domino". |
| Mai. | In Casinensi | monasterio. Chron. S. Benigni Divion. in MG. SS. VII. 237, Analect. Divion. p. 191. Cf. Steindorff Jahrb. II. 456. |
| | | 4277 *Monasterii S. Stephani protomartyris ad Rivum maris protectionem suscipit possessionesque et privilegia confirmat. (Eademne sit haec bulla ac 4298a nescio.) Annal. S. Stephani 1052 ap. Saraceni La cronaca di S. Stefano p. 25. |
| „ | Capuae | Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 684. Vide Chron. S. Benigni Divion. l. l. |
| („) | Neapoli | Aimé L'ystoire de li Normant L. III. c. 25. p. 85. |
| Iul. 1. | Beneventi | 4278 (3254) Ecclesiae Asculanae possessiones et privilegia, petente Bernardo episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 499, Andreantonelli Hist. Asculan. p. 245, Migne 143 p. 693, Cocqu. I. 382. — „Quia divina largitate". |
| „ | Salerni | Leonis Chron. mon. Cas. l. l. (Etiam hoc anno Leonem IX. in Montem Garganum pervenisse, falso, ut videtur, narrat auctor Chron. S. Benigni Divion. l. l.) |
| „ | | „Ad colloquium imperatoris, qui tum forte erat in finibus Ungariae, properat" ante d. 29. m. Iulii. Chron. S. Ben. Div. in MG. SS. VII. 237. 238, Anal. Div. p. 191 sq. |
| „ 27. | | 4279 Ecclesiae S. Petri Mantuanae possessiones confirmat; „nefandum vitium quod archipresbyter et archidiaconus contra decretum et voluntatem episcopi (Martiani) canonica beneficia largiantur non solum extraneis, sed etiam, quod nefas est dicere, propriis filiis, penitus evellit, exstirpat, eradicat". Ex archetypo in tabul. episc. Mantuano dedit Bresslau. (Pflugk-Harttung Iter p. 188.) — „Dignis nos decet". |
| Iul. Aug. | Avellanae? | Avellanam transiturus papa dicebatur, ut refert Petrus Damiani in ep. ad Henricum Ravennatem arch. Opp. III. 42, Migne 145 p. 99. Vide Neukirch Das Leben des Petr. Dam. p. 95. |
| „ „ | Patavii | In ecclesia S. Iustinae sacra procurat. Brunatii Chartarum coenobii S. Iustinae explicatio, Patavii 1763, p. 109 ex duobus mss.: „accidit ut beatissimus papa Leo per Pataviensem civitatem in servicium S. Petri apostoli ad subiugandum, non hostiliter |

**1052.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 3. — 12. Febr. — 4.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | videlicet sed illorum sponte, Ungaricum sibi regnum, iter arriperet . . .". (Spuria est bulla „Dat. Patavii — 4. non. Aug." infra 4300.) |
| Aug. Sept. | Ante Brezisburg | apud Heinricum imperatorem. Herimanni Aug. Chron. 1052, cf. Wiberti Vit. Leonis L. II. c. 8, Chron. S. Ben. Divion l. l. |
| Oct. 7. | Ratisponae | „reliquias b. Dionisii martyris, de quibus diu dubitatum est, an ibi haberentur, praesentibus Parisiorum legatis perspexit, ibique teneri probavit; sanctum quoque Wolfkangum, eiusdem urbis episcopum, de tumulo levavit". Ekkehardi Chron. univers. 1052 in MG. SS. VI. 196. Cf. Adalberti Vit. Heinrici II. imp. c. 18 ibid. IV. 802, Annal. Ratisponens. 1052 ibid. XVII. 584. — Dies apparet ex Necrol. S. Emmerammi ms. verbis, quae praebet Jaffé in MG. SS. XVII. 572. n. 29. |
| „ 7. | | †4280 (CCCLXXXVIII) Regi Francorum significat, corpore b. Wolfgangi Ratisponae translato, se et testimoniis scriptis et prodigiis cognovisse, verum b. Dionysii Areopagitae corpus in ecclesia b. Emmerammi quiescere. („Datum et actum Ratisponae per man. Friderici diac. bibl. et cancell. S. R. E. catholicae et apostolicae".) Dubois Hist. eccl. Paris. I. 651, Mansi XIX. 674, Migne 143 p. 791. Cf. Steindorff Jahrb. II. 184. n. 2, 185 n. 5. — „Deus omnipotens". |
| „ 18. | Bambergae | cum Heinrico imperatore. Vide infra bullam 4283. |
| „ 18. | | 4281 (3255) Liuthbaldo, archiepiscopo Moguntino pallii cuphiaeque usum et „super nattum equitandi" licentiam concedit. Gudeni Cod. dipl. I. 17, Migne 143 p. 695. — „Si pastores ovium". |
| „ 25. | In monasterio Laureshamensi | „Hic (Arnoldus abbas) ecclesiam, quae dicitur Varia, per Leonem papam, . . . consecrari impetravit VIII. kal. Novemb. anno dom. inc. MLIII. (leg. MLII)". Chronic. Laureshamense in MG. SS. XXI. 412. Cf. Kalend. Lauresh. in Falk Gesch. d. Kl. Lorsch p. 122. In Necrol. Lauresham. ap. Böhmer Fontes III. 146 consecratio haec ad diem „XVIIII. kal. Nov." revocatur; quae verba sine dubio mendum continent. (Circa hoc tempus papam Maguntiae synodum celebrasse, falso narrari in Chron. Laureshamensi, probat Falk l. l. In eodem errore versatur auctor Annal. Weissenb. 1052 in MG. SS. III. 70.) |
| („) | | 4282 *Interdicit „ut nullus exceptis fratribus Laureshamensibus ad medium altare (in ecclesia Varia) missam canat, nisi prius licentiam ab abbate vel decano acceperit". (Quae verba ex bulla Leonis deperdita assumpta mihi videntur.) Necrolog. Laureshamense ap. Böhmer Fontes III. 146. |
| Nov. 6. | Triburi | 4283 (3256) Hartwigi Bambergensis et Adelberonis Wirzeburgensis episcoporum lite, praesente Heinrico imperatore „in die natali b. Lucae evangelistae" (18. Octobr.) Bambergae composita, ecclesiae Bambergensis possessiones et privilegia corroborat, et fratribus, qui ad Clementis II. ex Italia Bambergam translati sepulcrum ministerio fungantur, mitrarum usum concedit. Heyberger Landeshoheit Bambergs über Fürth, Prob. dipl. N. 53, Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 36, Mansi XIX. 687 et 693, (Adalberti Vita Heinrici imp. in MG. SS. IV. 802, Udalr. Bab. c. cod. 100 ap. Eccard Corp. Hist. II. 91, Cocqu. I. 384, Migne 143 p. 697. — „Cum exigente". |
| | | †4284 Omnibus fidelibus, qui ad parthenonem Neuburgensem accesserint certis quibusdam terminis, vel officiis inibi celebratis adstiterint vel bonis eum ditaverint, „50 karrinas et tres annos criminalium et sex annos venialium peccatorum" de iniuncta penitentia relaxat. (Fragmentum. „Data p. man. Friderici dyaconi, bibl. et canc. s. Rom. catholicae et apost. ecclesiae"; vide annotationem meam ad 3. Ian. 1016.) Blätter f. bayer. Gymnas.- und Realschulw. XVI. 201. — „Qui autem huius". |
| „ 22. | Schafhusae | „10. kal. Dec. altare in honore dominicae resurrectionis consecrat". Annales Scafhusenses 1052 in MG. SS. V. 388. |
| Dec. 25. | Wormatiae | cum imperatore. Annal. Augustani 1053 in MG. SS. III. 126, Ekkehardi Chron. univ. 1052 ibid. VI. 196, Herimanni Aug. Chron. 1053. |
| „ 26. | „ | „insequenti die". Ekkehardi Chron. univ. 1053 l. l. |

**1049—1053.**

| | | |
|---|---|---|
| Mai. 11. | | †4285 (CCCXXXIV) Leodegario, archiepiscopo Viennensi, parere „Galliarum per VII provincias episcopos" iubet. Ecclesiae Viennensis privilegia a Silvestro I. et eius successoribus instituta confirmat. („Data p. m. Petri sacri Later. pal. cancellarii.") Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. p. 68, Migne 143 p. 786. — „Privilegia ecclesiae". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1049—1053.** |
| Iun. 8. | | †4286 (CCCLXXXV) In synodo, parthenonis S. Gratae possessiones et privilegia, petente Conrado imperatore, confirmat. („Data . . . in patriarchio Lateranensi . . . Ego Stephanus notarius . . . scripsi".) Mansi XIX. 727, (Migne 143 p. 785). — „Ego Leo". |
| | | **1053.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 4. — 12. Febr. — 5.)* |
| Ian. 2. | | 4287 (3257) Hartwigo, episcopo Bambergensi, rogatu Heinrici imperatoris mittit pallium ter in anno utendum, „salva auctoritate metropolitanae Moguntinae ecclesiae". Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 38, Cocqu. I. 385, Udal. Bab. cod. c. 99 ap. Eccard Corp. hist. II. 90, (Adalberti Vita Heinrici imp. in MG. SS. IV. 801, Migne 143 p. 700). — „Si pastores ovium". |
| „ 2. | | 4288 Monasterii S. Vitoni Virdunensis bona iuraque, rogatu Theodorici episcopi, confirmat. Anal. iur. pont. X. 333, Pflugk-Harttung Acta I. 20; cf. ea, quae annotavi in Histor. Jahrbuch II. 110 ad n. 25. — „Apostolicae auctoritatis est". |
| „ 2. | | 4289 Monasterii S. Vitoni Virdunensis possessiones, a Theoderico eiusdem urbis episcopo aliisque collatas, petente Valeranno abbate, confirmat. Anal. iur. pont. X. 335, Pflugk-Harttung Acta I. 21, (Duvivier Recherches p. 389). — „Apostolicae auctoritatis est". |
| „ 6. | | 4290 (3258) Ecclesiae Hamburgensis privilegia confirmat, et Adalberto archiepiscopo pallii mitraeque usum tribuit. (Tabula in archivo Hannov. asservata non est autographum, sed ad instar autographi facta; vide Pflugk-Harttung in Forsch. z. D. G. XXIII. 203. 206, Ewald in Neues Archiv IV. 185 n. 1. Fides huius bullae addubitari non solebat; cf. Koppmann Zeitschr. d. Hamb. Gesch. Ver. V. 544. 554, Dehio Gesch. d. Erz. Hamb.-Brem. II. Anm. p. 40, Steindorff Jahrb. II. 195. Primus quoad video eam aggressus est Diekamp in Hist. Jahrb. IV. 364 n. 1. Verba: „Norwechorum . . . nationum" et quae ad usum mitrae pertinent, in suspicionem interpolationis bullam vocare, sane negari nequit.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 74, Diplomatarium Island. p. 57, Rydberg Sverges Trakt. I. 56, Migne 143 p. 701. — „Convenit apostolico". |
| Febr. 2. | Augustae | „purificationem S. Mariae agit". Annales Augustani 1053 in MG. SS. III. 126, Herimanni Aug. Chron. 1053. |
| „ 21. | Mantuae | Concilium celebrari coeptum interrumpitur. Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 8. „Mantuaeque Quinquagesima acta", Herimanni Aug. Chron. 1053. Vide tab. ap. Mansi XIX. 916. |
| Mart. 13. | | 4291 (3259) Ecclesiae Olivolensis et Dominici episcopi possessiones libertatemque confirmat. Ughelli It. sacr. V. 1217, Migne 143 p. 704. — „Convenit apostolico". |
| „ 13. | Ravennae | Petrum, electum Aniciensem, ab Umberto cardinali, ecclesiae S. Rufinae episcopo, consecrari presbyterum iubet „anno inc. dom. 1053, ind. VI., III. id. Martii, feria VI. (leg. VII.)". Vide narrationem ap. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 742. |
| „ 14. | Apud Ariminum | Petrum, electum Aniciensem, „alia die . . . cum Heinrico Ravennatis ecclesiae electo . . . manu propria consecrat episcopum". Vide narrationem ap. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 743. |
| „ 21. | (Romae) | 4292 (3260) Ecclesiae b. Petri Romanae canonicorum in monasterio S. Martini constitutorum privilegia et possessiones confirmat, in his ecclesiam Salvatoris, quae vocatur Schola Francorum. Addit haec: „si de ultramontanis partibus fuerint peregrini et advenae, divites et pauperes, nobiles vel ignobiles, quoscumque mori contigerit in hac alma urbe Roma vel in circuitu eius, sicuti ab Alba usque Sutrium, omnes in iam dicta ecclesia Salvatoris sepeliantur, praeter Anglos, venientes de Anglia, qui, si in scola Saxiae infirmantur et ibi moriuntur, ibi sepeliantur. Frises etiam, qui infirmantur, extra scolam Frisonum, quae vocatur S. Michaelis, in ecclesia S. Salvatoris sepeliantur. Exceptamus etiam omnes peregrinos et advenas Latinos, quotquot moriuntur in civitate Leonina et extra ad tria milliaria, quos sepeliri concedimus in ecclesia S. Iustini, quae vocatur scola Langobardorum". Bull. Vatic. I. 22, Van den Bergh Oorkondenb. van Holland I. 1. 52, Migne 143 p. 704. — „Convenit apostolico". |
| Mart. 24. | | 4293 (3261) Ecclesiae b. Petri Romanae canonicorum, in monasterio S. Stephani maioris constitutorum, possessiones ac privilegia confirmat. Bull. Vatic. I. 29, Migne 143 p. 717. — „Convenit apostolico". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1053.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 4. — 12. Febr. — 5.)* |
| Apr. 1. | | 4294 (3262) Ecclesiae S. Petri Romanae possessiones quasdam confirmat. Bull. Vatic. I. 33, Migne 143 p. 723. — „Convenit apostolico". |
| p. Apr. 11. | Romae | Synodus „post pascha". Herimanni Aug. Chron. 1053. |
| (Apr.) | („) | 4295 (3263) Episcopis Venetiae et Istriae significat, synodum Romanam „hac in praesenti indictione sexta", confirmatis Dominici patriarchae Gradensis privilegiis, decrevisse: „ut nova Aquileia (Gradus) totius Venetiae et Istriae caput et metropolis perpetuo haberetur; Foroiuliensis (Aquileiensis) vero antistes tantummodo finibus Longobardorum esset contentus". Mansi XIX. 657, Cocqu. I. 386, Migne 143 p. 727; cf. Alex. IV. bullam d. d. 14. Iul. 1256 in Font. Rer. Austr. XIV. 19. — „Noverit vestra". |
| „ 13. | | 4296 Monasterii Blandiniensis bona et privilegia, rogatu Heinrici, regis (Francorum), confirmat. Lokeren St.-Pierre à Gand p. 93. — „Quando ad ea". |
| | | 4297 (3287) Petro, episcopo Antiocheno, susceptam dignitatem gratulatur, eiusque in sedem Romanam studium laudat. De tuendis ecclesiae Antiochenae privilegiis hortatur, suamque opem promittit. Probat orthodoxam eius professionem, quidque ipse de rebus divinis sentiat, explicat. Will Acta et scripta p. 168, (Mansi XIX. 660, Migne 143 p. 769). — „Congratulamur vehementer". |
| Mai. | In Casinensi | monasterio. Leonis Chron. mon. Casin. in MG. SS. VII. 685. |
| „ 29. | | 4298 (3264) Richerio, abbati Casinensi, eiusque successoribus concedit, ut „una navis monasterii, in usum fratrum necessaria deferens, cum nauclero et nauticis suis ab omni pensionis conditione libera nullum telloneum ex omnibus, quae attulerit, alicui persolvat" (in portu Romano, vide Leonis Chron. mon. Cas. L. II. c. 84. p. 685). Gattula Hist. Cass. p. 144, Tosti St. di Montec. I. 257, Margarini Bull. Cas. II. 85, Migne 143 p. 731. — „Divinae pietatis". |
| („) | ap. S. Germanum | Leonis Chron. mon. Casin. L. II. c. 84 in MG. SS. VII. 685. |
| Iun. | Beneventi | Leonis Chron. mon. Cas. L. III. c. 7 in MG. SS. VII. 701; Chron. Amalfit. in Raccolta di chron. di Napoli V. II. 153, ubi pro „Iulii" legendum esse „Iunii" apparet ex hisce verbis: „Venit Beneventum . . . qui movens inde gressum . . . apud Urbem civitatem . . . acriter pugnavit", quod die 18. m. Iunii evenisse constat. |
| „ 10. | In loco Sale | („iuxta Bifernum fluvium") commoratur cum Humberto episcopo Silvae-candidae, Petro archiepiscopo Amalfitano, Amalguino episcopo Cenetensi, Huoldarico electo Beneventano, Federico diacono s. Romanae sedis bibliothecario et cancellario, Adenolfo duce Caietano, Lando comite de Aquino, Landulfo comite de Tiano, Oderisio Burelli filio, Roffrido de Guardia, Roffrido de Lusensa „et aliis multis maioribus et minoribus". „Anno Leonis papae II. (leg. V), ind. VI, mense Iunio die X". Tabula, cui ipse Leo subscripsit, ap. Muratori R. It. Scr. I. II. 513. (Alium locorum ordinem constituit Steindorff Jahrb. II. 241, cum papam Benevento in castrum Guardia indeque in locum Sale pervenisse putaret.) |
| Iun. 16. | | 4298a Monasterii S. Stephani (in com. Theatino) possessiones et iura confirmat. (Eademne sit haec bulla ac 4277 nescio, cum anno 1053 eam attribuit) Pflugk-Harttung Iter p. 188. — „Convenit apostolico". |
| „ | In castro | Guardia Lombardorum. „Cum Normannis praeliaturus sanguinem minuit, et per aliquot dies ibi requiescit". Petri Chron. mon. Casin. in MG. SS. VII. 820. Cf. Steindorff Jahrb. II. 242. |
| „ 18. | Civitate | moratur, dum exercitus eius vincitur a Normannis. (De loco vide Giesebrecht II. 667.) Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 11: „opidum Civitatula cognominatum" („Civitatula" deminutivum est vocis „Civitas"); Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 686: „iuxta Civitatem"; Annales Romani ibid. V. 470: „Pontifex vero superatus secessit in Civitate"; Guill. Apul. ibid. IX. 259: „sed cives papam non excepere decenter"; Herimanni Aug. Chron. 1053: „14. kalend. Iul." Lupus Protospat. 1053 ibid. V. 59: „in feria 6. de mense Iunii Normanni fecerunt bellum cum Alamannis, quos papa Leo conduxerat, et vicerunt". |
| „ 23. | Beneventi | „in vigilia S. Iohannis baptistae", Leonis Chron. mon. Cas. l. l. — „9. kal. Iulii", Annal. Benevent. 1053 p. 180. (Mansit Beneventi usque ad d. 12. m. Martii a. 1054, teste Leonis Chron. l. l. Cf. etiam Delarc Les Normands en Italie p. 240.) |
| Iul. 12. | („) | 4299 (3265) Uldaricum, archiepiscopum Beneventanum, pallio donat, privilegia eius |

**1053.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 4. — 12. Febr. — 5.)*

statuit et possessiones confirmat, in his ecclesiam S. Michaelis in Monte Gargano et ecclesiam Sipontinam. Vipera Chronologia p. 86, (Ughelli It. sacr. VIII. 78, Migne 143 p. 732). — „Cum summae apostolicae".

Aug. 2. — †4300 (CCCLXXXVI) Iohanni, abbati monasterii S. Iustinae Patavini, sandaliorum, dalmaticae et mitrae chirothecarumque usum concedit. („Data Patavii p. m. Bernardi vice Petri cancellarii.") Pez Thes. anecd. VI. 244, Gloria Cod. dipl. Padov. p. 198, Migne 143 p. 787. — „Ex principalitate sedis".

Sept. 2. (Beneventi) — 4301 (3266) Monasterio S. Trinitatis Barensi asserit ecclesiam S. Nicolai, a Nicolao episcopo concessam. Muratori Ant. It. VI. 213, Guillaume Ess. hist. sur l'abbaye de Cava Append. p. 14, Migne 143 p. 733. — „Omnium iustis".

(„) — 4302 (3286) Michaeli Constantinopolitano et Leoni Achridano episcopis de servanda ecclesiae pace scribit. Invehitur in eos, quod ecclesiam Latinam „de azymis commemorationem dominicae passionis celebrantem" damnaverint. De ecclesiae Romanae auctoritate privilegiisque a Constantino concessis explicat. Hortatur, ut iniuriarum finem faciant. Will Acta et scripta p. 65, (Mansi XIX. 635, Migne 143 p. 744). Cf. Hefele IV. 773. — „In terra pax".

Nov. 9. („) — 4303 Ecclesiae S. Mariae Tremitensis bona et privilegia confirmat, petente Quisinolpho abbate. Pennotti Ord. cleric. canon. hist. ed. Rom. p. 591, ed. Colon. p. 609, (Pflugk-Harttung Iter p. 188). — „Omnium sanctorum".

Dec. 17. („) — 4304 (3267) Thomae episcopo (Carthaginiensi) respondet. Dolet de episcoporum Africanorum numero tantopere imminuto, ut cum quondam ducenti quinque interfuerint concilio Carthaginiensi, hoc tempore vix quinque reperiantur. Docet, episcopum Carthaginiensem totius Africae „maximum metropolitanum" esse, neque licere Gummitano: consecrare deiicereve episcopos aut provincialia concilia convocare. Addit, „non debere praeter sententiam Romani pontificis universale concilium celebrari aut episcopos damnari vel deponi". Mansi XIX. 657, Cocqu. I. 385, Migne 143 p. 728. — „Cum ex venerabilium".

(„) („) — 4305 (3268) Petrum et Iohannem episcopos laudat, quod iussu suo et concilium de rebus ecclesiasticis celebraverint, et iura archiepiscopi Carthaginiensis contra Gummitanum episcopum defenderint. De „sacerdotum ordine bipartito" exponit. Mansi XIX. 658, Migne 143 p. 729, (Pflugk-Harttung Iter p. 108). — „Decus ecclesiarum" „Decus Africanarum".

„ 21. „ — 4306 (3269) Dominicum ex monacho episcopum Valvensem a sese factum confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1361, Migne 143 p. 734. — „Etsi iubemur".

**1049—1054.**

4307 (3270) Henrico, Francorum regi, haec scribit: „Pater tuus Robertus laude et consultu episcoporum regni tui Bertam, matrem Odonis comitis, sibi duxit uxorem; ob quam rem, quoniam sibi erat carnis affinitate coniuncta, ab antecessore nostro cum episcopis, qui placito interfuerunt, excommunicati, post ad sedem apostolicam venientes cum satisfactione, sumpta poenitentia, redierunt ad propria". (Fragmentum.) Ivonis decr. VIII. c. 8, Duchesne H. Fr. Scr. IV. 145, Bouquet Rec. X. 492, Migne 143 p. 736. — „Pater tuus Robertus".

4308 (3271) De clericorum castimonia scribit contra epistolam Nicaetae, abbatis monasterii Studii. (Fragmenta.) Mansi XIX. 696, Migne 143 p. 781, (Ivonis Decr. IV. c. 105, Panorm. II. c. 124, III. c. 90. 107. 115, Gratiani Decr. I. D. 16. c. 3). — „Clementis librum" („Apud nos nec" „Seriatim et aperte" „Omnino confitemur").

4309 (3272) B. Petro decimam oblationum partem dicat „ad constructionem et resartionem ipsius tui sacri templi in aedificiis, parietibus, picturis, tignis, tectis, imbricibus et praeterea luminariorum concinnationibus assiduis, olei ac cerae, nec non lampadibus vitreis et cicindelis atque thimiamati". Bull. Vatic. p. 35, Mansi XIX. 671, Cocqu. I. 367, Migne 143 p. 736. — „Beate Petre".

4310 (3273) W(iberto), episcopo Mutinensi, mandat, ut ecclesiae b. Simeoni (Padilironensi) ab episcopo Mantuano consecrandae intersit. Mabillon Acta SS. ord. Ben. sacc. VI. P. I. 168, Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Doc. p. 78, Migne 143 p. 739. — „Mirabilis Deus".

**1049—1054.**

4311 (3275) Petri Damiani librum (Gomorrhianum) „contra quadrimodam carnalis contagionis pollutionem“ collaudat. Petri Damiani Opp. ed. Caietani III. 73, ed. Migne 145 p. 159, Mittarelli Ann. Cam. II. app. 129, Mansi XIX. 685. — „Ad splendidum nitentis“.

4312 (3276) Petri Damiani eremum, „quae dicitur Ocri, in Saxena videlicet territorio constitutam“ privilegiis donat. Petri Damiani Opp. ed. Caiet. III. p. VII, ed. Migne 145 p. 15, Mittarelli Ann. Cam. II. append. 131, Mansi XIX. 686, Cocqu. I. 387. — „Apostolicae sedis“.

4313 (3277) *Monachis Silvae-mundanis dat novi coenobii aedificandi licentiam. Vide Innocentii II. bullam ap. Mittarelli Ann. Cam. III. 242, Migne 179 p. 225.

4314 (3278) *Comiti Anconitano „locat comitatum Ariminensem et quasdam eius ecclesias et castrum Concha et fundum, qui dicitur Sala, qui est iuxta plebem S. Iohannis, quae dicitur in Rufio“. Deusdedit Coll. can. L. III. c. 149 ed. Martin. p. 318, (ap. Borgia Breve ist. del dom. temp. p. 6).

4315 (3279) Berardo, abbati Farfensi, permittit, ut episcopum deligat, a quo ecclesia Farfensis consecretur. Chron. Farf. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 620, Migne 143 p. 740. — „Petitiones tuas“.

4316 (3281) Parthenonem S. Mariae et S. Petri Gernrodensem iurisdictioni ecclesiae Romanae subiicit, et eius possessiones confirmat. Beckmann Hist. v. Anhalt. I. 172, (Leoni VIII. perperam tribuit), Heinemann C. D. Anhalt. I. 100. — „Quia summae apostolicae“.

4317 (3282) Ecclesiae S. Iohannis Florinensis possessiones confirmat, petente Gonisone abbate. Miraei Opp. dipl. IV. 4, Migne 143 p. 742. — „Convenit apostolico regimini“.

4318 (3283) Raimundum (?), archiepiscopum Ausciensem, hortatur, ne monachis S. Orientii de coemeterio iniuriam offerat. Bullar. Cluniac. p. 13, Migne 143 p. 743. — „Pervenit ad aures“.

4319 (3284) Parthenonem S. Mariae Santonensem, a Goffrido comite Andegavensi conditum, confirmat tuendumque suscipit. Gall. Chr. II. Instr. p. 481, Grasillier Cart. inéd. de la Saintonge II. 8, Migne 143 p. 745. — „Innotescat volo“.

4320 Canonicorum Lateranensium bona confirmat. (Fragmentum bullae ex cod. Vatic. 8034 edidit Coppi in) Dissert. della pont. acad. Rom. XV. 207, (ex eodemque codice praebet regestum Kaltenbrunner in) Wiener Sitzungsber. XCIV. 650. — „Officii nostri est“.

4321 Abbatiam Romanensem „a dignitatis culmine prorutam“ dolet. Clericis mandat, ut auxilio Leodegarii, archiepiscopi Viennensis, quatuor ex conventu eligant, qui „universa congregationis necessaria fideliter procurent“. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 6. — „Gravi dolore cordis“.

4322 Leodegario, archiepiscopo Viennensi, gratiam cum apostolica benedictione largitur, quod abbatiam Romanensem optime rexerit. Mandat, ut ordini canonico inibi instituendo operam det. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 6. — „Nosti, frater amantissime“.

4323 Landricum quendam hortatur, ne ecclesiam Romanensem iniuriis afficiat. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 8. — „Precipimus tibi“.

4324 Monasterii S. Pontiani Lucensis iura ac possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 189. — „Si sanctarum ecclesiarum“.

4325 *Monasterii Fructuariensis libertatem confirmat. Vide Alex. II. bullam d. d. 23. Mart. 1063 ap. Cocqu. II. 2, Migne 146 p. 1288.

4326 *Aversanam ecclesiam in solius pontificis Romani subiectione permanere iubet. Vide Calixti II. bullam d. d. 24. Sept. 1120 ap. Ughelli It. sacr. I. 486, Migne 163 p. 1183.

4327 *Monasterii S. Pauli Romani possessiones confirmat. Vide Anacleti antipapae bullam d. d. 27. Mart. 1130 ap. Margarini Bull. Cas. p. 139, Migne 179 p. 692.

†4328 Vobis (leg.: Omnibus) in Christo credentibus et cuncto populo catholico scribit de passione S. Jacobi Zebedei et de corpore eius a partibus Hierosolimitanis in Hispaniam translato. (Huius epistolae certe commenticiae duae recensiones exstant; cui vero Leoni ascribenda sit, inter doctissimos haud constat. Leonis IX. regestis

| | | |
|---|---|---|
| | | **1049—1054.** |
| | | eam inseruimus, quia eius temporibus confecta videtur.) Fidel Fita y Fernandez-Guerra, Recuerdos de un viaje a Santiago de Galicia p. 120, (La Fuente Hist. eccl. de Esp. I. 294, ubi Leoni III. epistola ascribitur. Cf. Florez Esp. sagr. III. 411.) — „Notescimus vobis" „Noscat fraternitas". |
| | | **1052—1054.** |
| | | 4329 Compositionem inter L(eodegarium) archiepiscopum Viennensem et Ismidonem militem et canonicos Romanenses factam disrumpi vetat. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 7. — „Audivimus legalem notitiam". |
| | | 4330 Monasterii Casinensis libertatem ac possessiones, rogatu Richerii abbatis, confirmat, fratribusque liberam abbatis eligendi facultatem dat. (Fragmentum hoc, in priore Regestorum editione sub n. 3166 a. 1049 ascriptum, hic ponendum est propter sigillum, quo ultimis pontificatus annis Leonem IX. usum esse probarunt Ewald et Schum in Neues Archiv IV. 186, VI. 615; cf. supra 4164.) Tosti St. di Montec. I. 255, (Migne 143 p. 604). — „Convenit apostolico moderamini". |
| | | 4331 *(Provinciae Cantuariensis episcopis) interdicit, ne quis ad Stigandum archiepiscopum, ecclesiae Cantuariensis invasorem, ordinandi causa accedat. Vide Remigii professionem in Giraldi Cambr. opp. ed. Dimock VII. 152. |
| | | **1054.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 5. — 12. Febr. — 6.)* |
| Ian. | (Beneventi) | 4332 (3285) Michaelem, archiepiscopum Constantinopolitanum, laudat de concordiae ecclesiasticae studio sibi significato; sed reprehendit, „quod neophytus et non gradatim prosiluerit ad episcopale fastigium", quod Alexandrinum et Antiochenum patriarchas subiicere sibi conetur, quod „universalis patriarchae" nomine utatur, et quod cum ecclesiae Romanae iniuria anathematizaverit omnes, „qui participentur sacramentorum ex azymis". Addit de auctoritate ecclesiae Romanae ac de nunciis suis. Will Acta et scripta p. 89, (Mansi XIX. 663, Migne 143 p. 773). — „Scripta tuae". |
| („) | („) | 4333 (3288) Constantino (Monomacho) imperatori laudem tribuit, quod redire ad ecclesiae Romanae pacem statuerit. Significat, cum propter iniurias, a Northmannis ecclesiae illatas, „gloriosi ducis et magistri Argyroi colloquium et consilium expetendum censuisset", Northmannos in comitatum suum impetum fecisse; „sed eos adhuc de victoria sua potius tristari quam laetari". Opem poscit, additque, Heinrici imperatoris adventum a sese quotidie exspectari. De restituendis ecclesiae Romanae patrimoniis hortatur. Queritur Michaelis, archiepiscopi Constantinopolitani, arrogantiam. Legatos suos commendat. Episcopum Amalphitanum suspicione expedit. Will Acta et scripta p. 85, (Mansi XIX. 667, Migne 143 p. 777). — „Quantas gratias". |
| Febr. 12. | " | „Ordinationis suae die anniversario missarum celebrat sollemnia". Wiberti Vit. Leon. L. II. c. 14. |
| Mart. 12. | Benevento | Romam proficiscitur „festivitate S. Gregorii papae". Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 686. Cf. Aimé L'ystoire de li Norm. L. III. c. 30. p. 94. |
| " | Capuae | dies 12 moratur. Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |
| Febr.-Apr. | | 4334 (3289) Monasterii S. Salvatoris et S. Mariae Nienburgensis possessiones et privilegia, rogante Albuino abbate „pro Dei amore et petitione fidelis sui Richerii abbatis (Casinensis) atque interventione Egberti Fuldensis abbatis" confirmat. Knaut Gründliche Fürstellung p. 17, Heinemann C. D. Anhalt. I. 104. — „Si semper sunt concedenda". |
| („ „) | | 4335 (3290) Albuvino, abbati S. Mariae Nienburgensis, et eius successoribus „pro petitione Richeri Cassinensis montis abbatis" (cf. Leonis Chron. mon. Cas. p. 686) concedit, ut in procurandis sacris utantur dalmatiis et sandaliis. (Verba: „Incarn. dom. a. MXLVIII" manu s. XII in autographo addita esse, probat Schum in Neues Archiv VI. 616; ceterum pro „MXLVIII" corrigendum esse „MLIIII" docent a. pont. 6. et ind. 7.) Beckmann Hist. v. Anh. I. 442, Heinemann C. D. Anhalt. I. 105; cf. emendationes ibid. V. 399. — „Si pastores ovium". |
| a. Apr. 3. | Romam | pervenit „instante paschali tempore". Herimanni Aug. Chron. 1054. |
| Apr. 19. | Romae in basilica b. Petri | Moritur „XIII. kal. Maias". De obitu S. Leonis ap. Mabillon Act. SS. saec. VI. P. II. 81, ap. Watterich I. 170; Necrol. Weissenburgense ap. Böhmer Fontes IV. 311; Epitaphium in Neues Archiv I. 175, Catal. pap. e cod. Vat. ap. Watterich I. 94; |

**1054.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 5. — 12. Febr. — 6.)*
Lamberti Annal. 1054, Annales Romani p. 470, Brunonis Sign. Vita Leonis ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 352, cet., Gundechari Lib. pont. Eichstet. in MG. SS. VII. 248, cet. — Herimannus Aug. in Chron. 1053 praebet „XVI. kal. Maias", Necrol. Lauresham. ap. Böhmer Fontes IV. 146: „XIIII. kal. Maii". Cf. Steindorff Jahrb. II. 267.

---

# VICTOR II. 1054—1057.

Sigillis, quae Victoris bullae 4363. 4364. 4368 impressa in plumbo exhibent, hoc dictum continetur: „Tu pro me navem liquisti, suscipe clavem". (Cf. bullam 4341.) Imaginem sigilli praebet Schannat Vindiciae p. 38, Mabillon De re dipl. p. 641.

In orbiculo Victoris II. verba haec, duobus circulis inclusa, reperiuntur: „Victoris II. sancte Romane et apostolice sedis pape" (4354. 4363. 4364). Cf. Mabillon De re dipl. p. 641.

Episcoporum cardinaliumque sedis Romanae subscriptiones, quae superiorum pontificum bullis non sunt nisi rarissime appositae, iam frequentius addi sub Victore II. coeptae sunt; in cuius tabulis leguntur:
Bonifatius, Albanensis episcopus (4367)
Humbertus, dictus cardinalis et episcopus s. ecclesiae Silvae-candidae (4367. 4368. 4369)
Hildebrandus, S. R. E. subdiaconus (4367. 4368)
Fridericus, cardinalis S. Chrysogoni (4369).
Scriptae bullae sunt per manum
Gregorii notarii ac scriniarii S. R. E. (4365. 4366. 4367).
Datae p. m.
Hildebrandi S. R. E. cardinalis subdiaconi (4336. 4337. 4338. 4340. 4346)
Hildebrandi S. R. E. subdiaconi vice Hermanni apost. sed. archicancellarii (4343)
cancellarii et bibliothecarii s. sed. apost. Hermanni Coloniensis archiepiscopi (4344)
Friderici S. R. E. cancellarii (4339. Cf. bullam 4370)
Aribonis diaconi vice Annonis archicancellarii S. R. E., Coloniensis archiepiscopi (4363. 4364. 4365. 4370)
Aribonis diaconi (4366. 4367. 4369).

**1054.**

Sept. — Moguntiae — Eligitur ab Heinrico imperatore, petentibus Romanorum legatis. Bertholdi Annales 1054 in MG. SS. V. 269, Anonymus Haserensis ibid. VII. 265. Cf. Annal. Roman. ibid. V. 470. Iam m. Sept. Heinricum III. Moguntiae moratum esse, liquet ex eius diplomatibus ap. Stumpf 2461. 2462.

**1055.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9 [cf. infra n. 4339], pont. a. 1.)*

Mart. — Ratisponae — Heinrico imperatori de suscipiendo pontificatu assentitur. Anonymus Haserensis l. l., Annal. Altahens. 1055 in MG. SS. XX. 807. De mense vide Regesta ap. Stumpf Reichskanzler p. 203.

Apr. 13. — Romae in ecclesia b. Petri — Consecratur, „in coena domini". Bertholdi Annales p. 269. (Bonithonis Liber ad amic. ap. Jaffé Bibl. II. 636: „Cumque in ecclesia b. Petri secundum morem antiquum clerus elegisset populusque laudasset, statim cardinales, ut moris est, cum intronizantes . ." Quae vis insit in his Bonithonis verbis, demonstrat Zoepffel Papstwahlen p. 84.)

Mai. 27. — Florentiae — cum Heinrico imperatore. Vide huius diploma ap. Ughelli It. sacr. I. 447 (Stumpf 2473): „interventu D. Victoris PP."

Iun. 4. — „ — Concilium „die pentecostes", praesente Heinrico imperatore. Bertholdi Annal. 1055, Annal. Altahens. 1055, Bonithonis Liber ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 637, cf. Damiani ep. L. IV. ep. 12, Opp. ed. Caietani I. 60, ap. Migne 144 p. 322; tabulam ap. Mansi XIX. 916. Vide Hefele IV. 784.

In eodem concilio (ut videtur) Wifredus, archiepiscopus Narbonensis, anathematizatur. Vide Berengarii vicecom. litteras ap. Mansi XIX. 853, Migne 143 p. 843, ubi Wifredus „a papa Victore cum 120 episcopis anathematizatus" narratur; quae verba ad hoc concilium referenda sunt, nisi Victorem II. etiam a. 1056 tempore paschali synodum celebrasse putaveris, cuius nusquam in Annalibus vel tabulis mentio exstat. Cf. Steindorff Jahrb. II. 305.

**1055.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9 [cf. infra n. 4339], pont. a. 1.)*

Iun. 11. — 4336 (3291) Monasterii Cluniacensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Bullar. Cluniac. p. 13, Migne 143 p. 803. — „Desiderium, quod religiosorum".

„ 14. — 4337 (3293) Ecclesiam Bononiensem tuendam suscipit et eius bona, petente Adelfredo episcopo, confirmat. Savioli Ann. Bol. I. II. 92, Migne 143 p. 809: „. . . kal. Iul." Fragm. ap. Sigonium De episc. Bonon. p. 64, ubi in clausula: „XVIII. kal. Iul." legitur. — „Si iustis servorum".

„ 26. — 4338 (3292) Canonicos Ferrarienses tuendos suscipit, eorumque bona confirmat. Ughelli It. sacr. II. 533, Cocqu. I. 389, Migne 143 p. 808. — „Si iustis servorum".

Oct. 29. — 4339 (3295) Adalberto, archiepiscopo Hamburgensi, pallii mitraeque usum tribuit, et privilegia ecclesiae eius corroborat. (De fide huius tabulae idem fere dicendum est ac de Leonis IX. bulla 4290. Exstitisse sane Victoris II. privilegium pro ecclesia Hamburgensi genuinum, probat „indictio VIII" in litteris apostolicis, a d. 1. Sept. 1055 ad d. 1. Sept. 1056 datis, loco indictionis IX. posita, cf. n. 4340. 4343. 4347.) Lappenberg Hamb. Urk. I. 77, Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 24, Liljegren Dipl. Suec. I. 37, Diplomatarium Island. p. 60, Rydberg Sverges Trakt. I. 60, Migne 143 p. 811. — „Convenit apostolico".

Nov. 2. — 4340 (3294) Heinrici imperatoris praeceptum de possessionibus Molianensis monasterii non invadendis confirmat. (De „ind. VIII." vide bullam 4339. Pro „IV. non. Oct." legendum videtur „IV. non. Nov.", cf. Steindorff Jahrb. II. 325.) Ughelli It. sacr. V. 514, Migne 143 p. 810. — „Praeceptum nostri".

Nov. Dec. — Anconae — Vide Leonis Chron. Cas. in MG. SS. VII. 688.

4341 (3296) Canonicos ecclesiae S. Mariae Pisanae tuendos suscipit et eorum bona confirmat. Ughelli It. sacr. III. 359, Migne 143 p. 812, (Cocqu. I. 394). — „Iustis et rationabilibus".

**1055—1056.**

4342 (4015) A (leg. Theodoram) imperatricem augustam obsecrat, „ut ab oratoribus et visitatoribus sancti et gloriosi sepulchri faciat cessare gravissimum et importabile tributum; ut enim alia" inquit „quae ubivis locorum imperii tui patiuntur, taceamus, in duobus tantum locis adeo angariantur, ut pro singulis equis tres aurei, et ex binis peditibus totidem tollantur; insuper equos eorumdem oratorum violenter ablatos quandiu volunt, angariant et vexant". Hortatur, „ut Romanae ecclesiae, scilicet primae et propriae matris suae recordetur, eamque semper veneretur". (Quae solet perperam Victori III. attribui, epistolam Victori II. ascribendam esse, probat comes Riant in Archives de l'orient latin. I 50.) Mabillon Ann. ord. Ben. V. 647, Migne 149 p. 961. — „Apostolicae sedis debito".

**1056.** *(Ind. [8, cf. supra 4339; rectius] 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 13. Apr. — 2.)*

Ian. 2. — Romae — 4343 (3297) Episcopatus Asculani bona rogatu Bernardi episcopi confirmat. (Excerptum; de „ind. VIII." vide supra n. 4339.) Andreantonelli Hist. Ascul. p. 247, Ughelli It. sacr. I. 450, (Migne 143 p. 813). — („Quia divina".)

4344 (3298) Monasterii Nienburgensis privilegia confirmat, petente Albuino abbate. Knaut Gründliche Fürstellung p. 18, Heinemann C. D. Anhalt. I. 107. — „Plenum pietatis".

4345 (3299) *Monachos Casinenses per binas litteras, „blanditiis primum, demum vero redargutionibus plenas", reprehendit, quod se inconsulto ac sine voluntate imperatoris Petrum praepropere abbatem creaverint. Vide Leonis Chron. mon. Cas. p. 690.

4346 *Ordinem Vallumbrosanum, a Iohanne Galberto constitutum, confirmat. Franchi Hist. di Giovan Gualberto p. 291. Cf. Innoc. II. bullam ap. Cocqu. II. 203, Migne 179 p. 57.

Apr. 26. — 4347 Abbatiam Romanensem tuendam suscipit, bonaque, libertatem, privilegia, petente Leodegario archiepiscopo Viennensi, confirmat, ea tamen lege, ut census annuus sextarii amygdalarum Lateranensi palatio persolvatur. (De „ind. VIII" vide supra n. 4339.) Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 9. — „Convenit apostolicae sedis".

**1056.** *(Ind. [8, cf. supra 4339; rectius] 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 13. Apr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Iul. | In Aprutio | 4348 (3300) Petrum, episcopum Aprutinum, de castro de la Vitice, invaso a Teutone et eius filiis, investit, et „facit mittere bandum de parte regis Enrici et de sua parte, ut si qui rebellis aut contemptor estiterit, sciat, se compositurus ad partem camerae regiae libras 50 et ad partem camerae suae alias 50 libras et dicto episcopo per similiter libras 50“. Vide tabulam ap. Ughelli It. sacr. I. 352, Palma Stor. di Teramo I. 121. |
| | | „Pergit ad imperatorem, ut eiiciat Agarenos“, Annales Romani in MG. SS. V. 470. — „Victore, qui pro causis papatus per Romanos male tractatus apud ipsum (imperatorem) conquesturus venerat“, ex Radulphi Vit. S. Lietberti ap. Bouquet Rec. XI. 481. |
| Sept. 8. | Goslariae | ab Heinrico imperatore recipitur „in nativitate S. Mariae“. Lamberti Annales 1056 in MG. SS. V. 157, cf. Anonymum Haserensem p. 265, Ann. Laub. 1056 ibid. IV. 20. (Papam Wormatiae imperatori obviam venisse, in Annal. Altahens. 1056, MG. SS. XX. 808, male narrari manifestum est.) |
| „ 21. | Botfeldae | cum Heinrico imperatore. Vide huius diploma in Mon. Boic. XXIX. I. 131, (Stumpf 2507): „ob interventum papae Victoris II.“ |
| Oct. 5. | „ | morienti Heinrico imperatori adest. Bertholdi Annales 1056, Lamberti Annales 1056, Anonymus Haserensis p. 265. 266. |
| „ 28. | Spirae, in ecclesia S. Mariae | „die natalitio apostolorum Simonis et Iudae“ corpus Heinrici II. imperatoris in sepulcro condit. Lamberti Annales 1056, Bertholdi Annales 1056, Anonymus Haserensis p. 266, Annales Augustani 1056 in MG. SS. III. 127. |
| Nov. | Aquisgrani | Henricum IV. „in sede regali collocat“. Annal. Altah. 1056 in MG. SS. XX. 808. (Iam mense Nov. hoc factum esse, ex eo liquet, quod rex diebus 5. et 6. m. Dec. Coloniae diplomata concessit, vide Stumpf 2528. 2529.) |
| Dec. | Coloniae | Balduinum, comitem Flandriae, et Godefridum, Lotharingiae ducem, in gratiam Heinrici IV. regis restituit. Sigeberti Chron. 1057, cf. Stenzel Geschichte Deutschlands unter den Fränkischen Kaisern II. 237. |
| „ 25. | Ratisponae | cum Heinrico IV. rege. Lamberti Annales 1057. |

**1055—1057.**

4349 (3301) Parthenonis Andlaviensis privilegia corroborat, petente Mathilde abbatissa. Grandidier Hist. d'Als. I. 271, Würdtwein Nova subs. dipl. VI. 223, Migne 143 p. 815. — „Congruis et iustis“.

4350 (3302) Monasterii Elyensis privilegia litteris ad Edwardum, Anglorum regem, confirmat. Monast. Anglic. I. 94, Monast. Anglic. nov. ed. I. 477, Hist. Eliensis ap. Gale Hist. Brit. Scr. I. 511, Migne 143 p. 816. — „Privilegium apostolicum“.

4351 (3303) Ecclesiae Ferrariensis bona, petente Rulando episcopo, confirmat, „denuncians, ut quidquid Gregorius, dissipator potius quam rector ipsius ecclesiae, cartis aut superscriptionibus composuit, vel scribi rogavit, nihil in eternum valeat“. Muratori Ant. It. VI. 223, Migne 143 p. 817. — „Notum sit“.

4352 (3305) Monasterii Vindocinensis patrocinium suscipit, et possessiones iuraque confirmat, Gaufrido comite Andegavensi et Agnete eius uxore petentibus. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 417, Migne 143 p. 819. — „Omnibus votis“.

4353 (3304) Tebaldo comiti Brunonem, abbatem Dervensem, commendat, laudemque tribuit, quod „eidem monasterio profuerit obsecrando et arguendo fratres, et in villas et ecclesias reddendo, et etiam in reconstruendo pontes ad idem coenobium pertinentes, super quibus plures laetentur, maxime maris insulas habitantes, scilicet Scoti et Angli“. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 557, Migne 143 p. 818. — „Confidentes, quod“.

4354 Monasterii S. Bercarii (Dervensis) possessiones et privilegia, in his liberum abbatis eligendi arbitrium corroborat. (De fide bullae vide notam meam in Histor. Jahrb. II. 111 ad n. 27.) Anal. iur. pont. X. 385, Pflugk-Harttung Acta I. 23. — „Credita nobis sollicitudine“.

4355 Parthenonis S. Viti Heltenensis possessiones et privilegia, petente Riclinda abbatissa, confirmat, ea tamen lege, ut sicut Wichmannus comes, fundator loci, constituerit, quotannis libra argenti Romam deferatur. Sloet Oorkondenboek III. Append. p. 168 bis. — „Credita nobis ecclesiarum“.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1055—1057.** |
| | | 4356 Leudegario, archiepiscopo Viennensi, canonicos Romanenses tuendos committit. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 85. — „Quoniam tuam devotionem“. |
| | | 4357 *(Provinciae Cantuariensis episcopis) interdicit, ne ad Stigandum archiepiscopum, ecclesiae Cantuariensis invasorem, ordinationis causa accedant. Vide Remigii professionem in Giraldi Cambr. Opp. ed. Dimock VII. 152. |
| | | 4358 *Ecclesiae S. Donati Aretinae protectionem suscipit bonaque confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 189. |
| | | 4359 *Statuit, ut ecclesia Arausicana cum Tricastina unita sit. Vide Pasch. II. bullam d. d. 11. Apr. 1100 in Gall. Christ. I. Instr. p. 120, Migne 163 p. 38. |
| Iun. 13. | | †4360 Monasterii Fuldensis privilegia confirmat, petente Bobbone abbate. (Fragmenta. „Datum p. m. Petri cancellarii“.) Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 468. — „Pontificii nostri“. |
| | | **1056—1057.** |
| | | 4361 Wifredo, archiepiscopo Narbonensi, et omni provinciae populo, maioribus et minoribus, ac Rudolfo, abbati S. Mariae Crassensi, significat, se monasterii Crassensis privilegia et possessiones confirmare. (Mutila.) In bibl. nat. Paris. Coll. Doat 66 f. 145, Coll. Baluze 81 f. 55, (cf. Mahul Cart. de Carcassonne II. 231, et supra ad 4. Iun. 1055.) — „Convenit apostolico moderamini“. |
| | | **1057.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11. pont. a. 2. — 13. Apr. —3.)* |
| | | 4362 (3306) *Waltero, abbati Stirpensi, „auctoritatem iudicandi de omnibus . . . confert“. Vide Chron. Willelmi Godelli 1057 ap. Bouquet XI. 283. |
| Ian. 9. | | 4363 (3307) Ecclesiam SS. Simonis et Iudae Goslariensem sedis Romanae ditioni subiungit, privilegiisque donat, ac possessiones eius confirmat. Heineccii Ant. Gosl. p. 63, Mader Antiqu. Brunsv. p. 224, Heinemann C. D. Anhalt. I. 108, Pflugk-Harttung Acta I. 24, Migne 143 p. 822. Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 470. — „Sancti propositi“. |
| Febr. 9. | | 4364 (3308) Monasterii Fuldensis privilegia, postulante Echberto abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 364, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 166, Migne 143 p. 824. Archetypum describit Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 470. — „Convenit apostolico moderamini“. |
| c.Febr. 12. | E Germania | in Italiam versus proficiscitur „incipiente quadragesima“. Chron. Wirziburg. in MG. SS. VI. 31. |
| c. Mart. | In Tuscia | Vide Leonis Chron. Mon. Cas. p. 690. |
| Apr. 18. | In basilica Constantiniana | Concilium generale, in quo Marsorum episcopatus, a „Theophylacto dicto papa“, (Benedicto IX.) in duas partes divisus, in integrum restituitur „14. kal. Mai. Ind. X“. Vide bullam Stephani IX. ap. Ughelli It. sacr. I. 889, Mansi XIX. 863, Migne 143 p. 875. |
| | | In eadem synodo („in ecclesia S. Salvatoris“) causa ecclesiae Senensis cum Aretina tractari coepta est. Vide Victoris bullam ap. Cappelletti Chiese d'Ital. XVII. 428 (infra 4370). |
| Apr. 25. | | 4365 (3309) Ecclesiae Trevirensis privilegia, petente Eberhardo archiepiscopo, confirmat. Gest. Trev. ed. Wyttenbach et Müller I. 151, Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 134, Beyer M. U. I. 407, Migne 143 p. 826. — „Iustis ac Deo“ „Iustis ac Domino“. |
| „ 27. | Laterani | in capella S. Laurentii „dominica quarta post pascha“. Vide Victoris bullam ap. Gattula Hist. Cas. p. 146. |
| Mai. 8. | | 4366 (3310) Humberto, episcopo Silvae-candidae, eiusque successoribus concessum a suis decessoribus privilegium confirmat, ut certis diebus, quorum numerum ipse auget, percipiant, „quidquid auri, argenti, pallii, seu cerae vel quarumcumque rerum omnino iactatum vel positum fuerit vel oblatum in toto altari maiori S. Petri, sive in eius venerabili confessione“. Ughelli It. sacr. I. 109, Bull. Vatic. I. 37, Marini I papiri p. 86, Mansi XIX. 835, Cocqu. I. 394, Migne 143 p. 828. — „Officii nostri“. |
| „ 13. | | 4367 (3311) Monasterii S. Bertini Sithiensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat, petente Bovone abbate. Collect. des Cartulaires III. 180, Migne 143 p. 829. — „Convenit apostolico moderamini“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1057.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 2. — 13. Apr. — 3.)* |
| Mai. Iun. | In Senensi | comitatu. Vide Victoris bullam ap. Cappelletti Chiese d'Ital. XVII. 428 (infra 4370): „Euntibus nobis Florentiam contigit ire per ipsam parochiam (comitatus Senensis) ibique per octo dies morati sumus". |
| „ „ | Florentiae | Vide Victoris bullam l. l. |
| Iun. 14. | In Tuscia | „sabbato in ieiunio Iunii mensis" Fridericum, electum monasterii Casinensis abbatem, ordinat presbyterum cardinalem tit. S. Chrysogoni. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 692. |
| „ 24. | „ | „in nativitate S. Iohannis" Fridericum abbatem Casinensem consecrat. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 692. |
| („) | | 4368 (3312) Fridericum, in locum Petri suffectum abbatem Casinensem sancit, sandaliorumque et dalmaticae usum ei concedit. Monasterii bona et privilegia confirmat „praesenti decima indictione". Gattula Hist. Cas. p. 145, Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 744, Cocqu. I. 390, Migne 143 p. 831. — „Pastoralis sollicitudinis". |
| Iul. 7. | Ast | 4369 (3313) Winimannum, archiepiscopum Ebredunensem, consecrat et pallio crucisque vexillo donat, atque iura eius confirmat. (Praeter cardinales duos subscripserunt episcopi 13.) Hist. Patr. Mon. Script. II. 333—339. (Gall. Chr. III. Instr. p. 177, Bouche L'hist. de Prov. II. 74, Mansi XIX. 858, Cocqu. I. 393, Migne 143 p. 834). — „Sanctae Romanae". |
| „ 23. | In palatio S. Donati iuxta civ. Aretinam | 4370 In synodo controversia inter Arnaldum Aretinum et Iohannem Senensem episcopos super parochia quadam terminatur et Aretinae ecclesiae possessiones privilegiaque confirmantur. (Interfuerunt Ubertus Perusinus, Gerardus Florentinus, Ogerius [Iporegiensis], Ermannus Castri Felicitatis, Eginardus Urbinas, Atinolfus Fesulanus aliique Tusciae episcopi, Hildebrandus provisor monasterii S. Pauli, Fredericus cancellarius Romanae ecclesiae, nunc vero abbas S. Benedicti in Monte Casino cet. — Re vera Fredericum abbatem Casinensem usque ad „festum S. Apollinaris" i. e. 23. Iul. apud papam fuisse, probat etiam Leonis Chron. Mon. Cas. p. 692.) Cappelletti Chiese d'Ital. XVII. 428, ubi clausula corrigenda est ex regesto, quod praebet Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 651. — „Convenit apostolico moderamini". |
| „ 28. | apud Aritium Tusciae civitatem | Moritur „5. kal. Augusti". Gundechari Lib. pont. Eichst. in MG. SS. VII. 245, Anonymus Haserensis p. 266, Lamberti Annal. 1057, Bernoldi Necrol. ibid. V. 392, Mariani Scotti Chron. 1057 (1079) ibid. p. 558. |

## STEPHANUS IX. 1057—1058.

Stephanus IX. in bullis hac sententia usus est: „Ipse est pax nostra" (4373. 4375. 4376. 4377. 4384).

Scriptae bullae eius sunt per manum

Gregorii notarii et scriniarii S. Rom. et apostolicae sedis (4373. 4374. 4375. 4376. 4384. 4385).

Datae p. m.

Humberti s. ecclesiae Silvae-candidae episcopi, et bibliothecarii sanctae Romanae et apostolicae sedis (4373. 4374. 4375. 4376. 4377. 4384. 4385. 4386).

| | | |
|---|---|---|
| | | **1057.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 1.)* |
| Aug. 2. | In basilica b. Petri ad vincula | Eligitur, „festo S. Stephani". Leonis Chron. Mon. Cas. in MG. SS. VII. 693. Cf. Annal. Roman. ibid. V. 470, Ekkehardi Chron. Wirzib. ibid. VI. 31 et Sigeberti Chron. 1059. |
| „ 2. | Ad Lateranense | patriarchium deducitur. Leonis Chron. Mon. Cas. l. l. |
| „ 3. | In basilica b. Petri (Romae) | Consecratur „die altera". Leonis Chron. Mon. Cas. l. l. Cf. Bonithonis Libr. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 638. |
| „ | | 4371 (3314) *Praepositum monasterii Casinensis cum monachis 12 venire ad sese iubet. Vide Leonis Chron. Mon. Cas. l. l. |
| Sept. Oct. | | 4372 (3315) Gervasio, archiepiscopo Remensi, de pontificatu gratulanti respondet. „De concilio Remis habendo" inquit „quid aliud dicendum, nisi quod b. m. dominus Victor Dei iudicio hinc est raptus, et quod tu, sicut inter nos convenit, non remandasti, an |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1057.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 1.)* |
| | | in hoc esset regis consensus". De archiepiscopo Bituricensi se reverso Hildebrando acturum. Hortatur, ut adversariorum iniurias „pro fidelitate s. Rom. ecclesiae immo pro sanctorum canonum defensione" patienter ferat. Opem pollicetur. Ad synodum „quinto decimo die post s. pascha" (d. 3. Maii a. 1058) Romae celebrandam cum una cum suffraganeis accedere iubet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 198, Bouquet Rec. XI. 491, Mansi XIX. 862, Migne 143 p. 869. — „Promotioni nostrae". |
| Oct. 18. | Romae | 4373 (3316) Clero episcopatus Lucensis, rogatu episcoporum quorundam et Hildebrandi Rom. ecclesiae subdiaconi, concedit: „ut deinceps a nulla magna parvaque persona hominum ad saecularia iudicia pertrahantur" cet. Possessionibus eorum immunitatem tribuit, statuitque, „ut eorum advocatus non aliter nisi solus iuret sine ulla contradictione, sicut in sancta Romana ecclesia agatur" cet. Privilegium apostolicum qui violaverit, ei poenam decem auri librarum, quarum medietas Lateranensi palatio, medietas clero persolvatur, imponit. Muratori Ant. It. V. 973, Mansi XIX. 865, Migne 143 p. 871. — „Si erga fidelium". |
| Nov. 2. | „ | 4374 (3317) Monasterii S. Petri Perusini possessiones et privilegia confirmat, bulla Bonizoni abbati directa. Margarini Bull. Cas. II. 89, Cocqu. I. 396, Migne 143 p. 872: „anno I pontificatus" cet.; sed in archetypo apud S. Petrum Perus. asservato lacunam esse inter „anno" et „pontif.", mecum communicavit H. Bresslau. — „Cum universalis". |
| „ 22. | „ | 4375 (3318) Canonicorum Aretinorum bona, petente Arnaldo episcopo, confirmat. Lami Eccl. Fl. M. I. 693, Ughelli It. sacr. I. 416, Cocqu. I. 397, Cappelletti Chiese d'It. XVIII. 100, Migne 143 p. 874. — „Convenit apostolico". |
| Aug. Nov. | „ | „frequentibus synodis clerum Urbis populumque convenit, maxime pro coniugiis clericorum ac sacerdotum, nec non et consanguinearum copulationibus destruendis nimio zelo decertans". Leonis Chron. Mon. Cas. p. 693, cf. Petri Damiani opusc. XVIII. in Opp. III. 203, ap. Migne 145 p. 409. |
| | | Ad has synodos referendum videtur Stephani decretum, de quo sic est mentio in Gratiani Decr. I. D. 31. c. 14: „Stephanus papa ait in prima actione sinodi, ab ipso in basilica Lateranensi congregatae: Aliter se habet orientalium ecclesiarum traditio, aliter huius sanctae Rom. ecclesiae. Nam eorum sacerdotes, diaconi atque subdiaconi matrimonio copulantur; istius autem ecclesiae vel occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono usque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi". Cf. ea, quae annotavit Friedberg in editione sua Gratiani I. I. |
| Nov. 30. | In monasterio Casinensi | „in festivitate s. Andreae"; manet ibi usque ad diem 10. m. Febr. a. 1058. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 693. |
| Dec. 4. | In castro Casino | 4376 (3320) Monasterii S. Prosperi Regini disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Landulpho abbate. Affarosi Mem. di S. Prosp. di Reggio I. 51, (Margarini Bull. Casin. II. 90, Migne 143 p. 876). — „Quemadmodum regi". |
| „ 9. | „ | 4377 (3319) Episcopatus Marsorum, a Victore II. in pristinum restituti, fines possessionesque, petente Pandulpho episcopo, confirmat. Phoebonii Hist. Marsorum p. 214, Ughelli It. sacr. I. 889, Mansi XIX. 863, Cocqu. I. 397, Migne 143 p. 875. — „In specula". |
| | | 4378 (3321) *Populum Mediolanensem, ab Arialdo et Landulfo in clericos coniugatos et simoniacos incitatum, „quiescere, et (Widonem) archiepiscopum super hac re synodum congregare apostolicis iubet apicibus". Arnulfi Gesta archiep. Med. L. III. 12, in MG. SS. VIII. 20. |
| | | 4379 Clero populoque Faesulano nuntiat, sese quam citissime ad eos venturum esse. Praecipit, ut „bona ecclesiae quae supersint, custodiantur, quae male dispertita sint recolligantur, nullum sibi pontificem, antequam ipse venerit eligant neque ab aliquo electum suscipiant". Si venire nequierit, nuntios idoneos se missurum esse. Galletti Ragionam. della bad. Fiorent. p. 144, Cappelletti Chiese d'It. XVII. 39, Neues Archiv IV. 401. — „Laudamus studium". |
| | | **1057—1058.** |
| | | Synodus, in qua Lando clericus et cives Capuani excommunicantur. Vide Chron. S. Vincentii Vulturnens. ap. Muratori R. It. SS. I. II. 514, (Mansi XIX. 865). |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1057—1058.** |
| | | 4380 *Monasterii S. Pauli Romani possessiones confirmat. Vide Anacleti antipapae bullam d. d. 27. Mart. 1130 ap. Margarini Bull. Cas. p. 139, Migne 179 p. 692. |
| | | 4381 *(Provinciae Cantuariensis episcopis) interdicit, ne ad Stigandum archiepiscopum, ecclesiae Cantuariensis invasorem, ordinationis causa accedant. Vide Remigii professionem in Giraldi Cambr. opp. ed. Dimock VII, 152. |
| | | **1058.** *(Ind. 11, pont. a. 1.)* |
| | (In monasterio Casinensi) | 4382 (3322) *Ad imperatorem (Graecorum) cum litteris mittit Stephanum cardinalem et Mainardum et Desiderium, electum monasterii Casinensis abbatem. Vide Leonis Chron. mon. Cas. p. 703. |
| Ian. 24. | In monte Casino | 4383 *Udalrico, archiepiscopo Beneventano, pallii usum concedit et ecclesiae eius iura metropolitana confirmat et auget. D'Avino Cenni storici p. 493, Vipera Chronologia p. 89, Ughelli It. sacr. IX. 174, (Spruner Atlas Einleit. p. 15 spuriis hanc bullam admisceri vult, rationibus non indicatis. Fecit autem, ut opinor, propterea quod Troiana ecclesia, quam temporibus Iohannis XIX. (cf. supra ep. 4096) et Alexandri II. (vide infra ep. 4727) sub ipsa sede Romana fuisse constat, inter metropolis Beneventanae suffraganeas apparet). |
| Febr. 7. | In castro Casino | 4384 Monasterii S. Mariae Caleniensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Odone abbate. Regii Neapolitani archivi monum. V. 16. — „Iustis petitionibus et". |
| „ 10. | (In monasterio Casinensi) | „Festivitate S. Scolasticae". Leonis Chron. mon. Cas. p. 693. |
| Mart. 6. | Romae | 4385 (3323) (in palatio Lateranensi). Monasterii Cluniacensis possessiones iuraque, petente Hugone abbate, confirmat. Bullar. Cluniac. p. 15, Migne 143 p. 879. — „Ad hoc Deo auctore". |
| „ | „ | Alfanum, ecclesiae Salernitanae electum, presbyterum consecrat „in ieiuniis Martii". Leonis Chron. mon. Cas. p. 694. |
| „ 8? | „ | Alfanum archiepiscopum Salernitanum consecrat „sequenti dominica". Leonis Chron. mon. Cas. p. 694. |
| „ 24. | „ | 4386 Ecclesiae Salernitanae possessiones et iura metropolitana confirmat. Alphano archiepiscopo usum pallii aliaque privilegia concedit. (Pro „Ind. 4" leg. „Ind. 11".) Racioppi L'agiografia di S. Laverio p. 151, Pflugk-Harttung Acta II. 82. — „Officium sacerdotale". |
| „ | | 4387 (3324) *(Iohanni) praeposito Casinensi mandat, „ut omnem ecclesiae thesaurum, in auro dumtaxat atque argento, festinanter sibi et quam possit latenter per se ipsum deferat; multo potiora his in brevi se retransmissurum promittens". Vide Leonis Chron. mon. Cas. p. 694. |
| „ | „ | (Synodus.) „Congregatis intra ecclesiam episcopis, civibus Romanis, clero et populo, hoc sub districti anathematis excommunicatione statuit, ut, si eum de hoc saeculo migrare contingat, antequam Hildebrandus, Romanae ecclesiae subdiaconus, ab imperatrice redeat, papam nullus eligat". Petri Damiani ep. L. III. 4, in Opp. I. 45, Migne 144 p. 292, Leonis Chron. mon. Cas. p. 694, cf. Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. SS. III. II. 357, Bonithonis Libr. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 641. Vide Wattendorff Papst Stephan IX. in Münster. Beiträge III. 188. |
| („) | | 4388 (3325) Monachis Cluniacensibus scribit de sua erga eos benevolentia. Addit haec: „Nostrum autem dilectissimum filium (Hugonem abbatem) charitative nobiscum usque ad synodum retinuimus". Bullar. Cluniac. p. 16, Migne 143 p. 879. — „Quamvis pro nostrae". |
| „ | In Tusciam | proficiscitur ad fratrem, Gotfridum ducem. Leonis Chron. mon. Cas. p. 694: „disponebat autem fratri suo Gotfrido apud Tusciam in colloquium iungi, eique, ut ferebatur, imperialem coronam largiri; demum vero ad Normannos Italia expellendos una cum eo reverti; . . . dehinc ipse in Tusciam properans . . .". Annal. Romani ibid. V. 470: „Thesaurum, quod ipse a Constantinopolim conduxit, per vim Romani illum abstulerunt; unde in ira commotus de Roma egressus est; cepit iter, ut notificaret suo germano; tunc Romani perterriti metu, direxerunt post eum Braczutum Transtiberinum nomine S . . . . em, qui in dicto itinere ut fertur venenum dedisse; et mortuus est". |

**1058.** *(Ind. 11, pont. a. 1.)*

Mart. 29. | Florentiae | Moritur IV. kal. Aprilis. Titulus sepulcralis ap. Watterich I. 202, Revue des quest. hist. XX. 74, (quem audacius quam felicius corrigit Wattendorff Papst Stephan IX. l. l. p. 135 not.); Necrolog. Fuldense ap. Böhmer Fontes IV. 452. Leonis Chron. Mon. Cas. p. 694, Necrol. Cas. ap. Muratori R. It. Scr. VII. 941, Lamberti Annales 1058, Bernoldi Necrol. in MG. SS. V. 391. Cf. Vitas S. Hugonis in Bibl. Cluniac. p. 418. 439.

## BENEDICTUS X. 1058—1060.

Benedictus X. in orbiculo haec verba recepit: „Pax omnibus Christi fidelibus. Domni Benedicti decimi papae" (4391)

Eius bulla 4390 est scripta p. m. Octaviani scriniarii et notarii S. R. E.

Bulla 4391 est data p. m. Lietbuini s. et apost. sedis cancellarii et bibliothecarii sacri Lateranensis palatii.

**1058.** *(Ind. 11.)*

Apr. 5. | Romae | Eligitur et inthronizatur „nocturno tempore" a Gregorio de Alberico comite Tusculanensi, Girardo Rainerii filio comite Galeriae, filiisque Crescentii de Monticelly. Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 695, Annales Romani ibid. V. 470, Lamberti Annal. 1058 ibid. 159, Annal. Altahens. 1058 ibid. XX. 809, Bonithonis Lib. ad amic. ap. Jaffé Bibl. II. 642. — Benedicto cum in Vit. pont. e cod. Vat. ap. Muratori R. It. Scr. III. II. 357, ap. Watterich I. 203 aliisque catalogis m. 9. d. 20 attribuantur, et Nicolaum II. sciamus d. 24. Ian. 1059 consecratum esse, Benedicti inthronizatio ipso dominico die 5. Aprilis a. 1058 accidisse censenda est.

4398 (3326) *Stigando archiepiscopo Cantuariensi, pallium mittit. Annal. Anglosaxon. 1058 ap. Liebermann Anglo-norm. Gesch. p. 4, Willelmi Malmesbir. Gest. reg. Angl. L. II. ed. Hardy I. 341, ed. Savile p. 46, et Gesta pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. Scr. p. 116ᵇ, ed. Hamilton p. 36.

4390 Nobilibus quibusdam castrum Montis S. Petri aliaque in Auximano comitatu sita ea lege concedit, ut „singulis quibusque indictionibus pensionis nomine rationibus ecclesiasticis duodecim denarios Papienses" actionariis Romanae ecclesiae persolvant. Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 8. — „Quotiens a nobis".

4391 Parthenonem S. Mauritii Hildeshemensem confirmat bonaque eius alienari vetat, petente Hezelone episcopo. Kratz Der Dom zu Hildesh. III. 89, Pflugk-Harttung Acta I. 26, (Doebner Urk. d. St. Hildesheim p. 4). — „Convenit apostolico moderamini".

**1059.**

c. Ian. 24. | Patriarchio | Lateranensi egreditur paulo ante Nicolai consecrationem. Annales Romani p. 471.

Ian. Febr. | In castro | Passarani, apud Regem (lege: Regetellum), filium Crescentii praefecti. Annales Romani p. 471; cf. Gregorovius Gesch. d. St. Rom IV. 109 n. 2.

„ „ | Galeriam | se confert ad Gerardum comitem, Rainerii filium. Annales Romani p. 471.

Mai.-Iun. | Galeriae | obsidetur a Nicolao II. Annales Romani p. 471, vide infra regesta Nicolai.

Iul.-Aug. | „ | „iterum" obsidetur. „Triginta vero ex nobilibus Romanis et securitatis sacramenta fecerunt de vita, de membris, de mala captione, et ut securus in Urbe viveret ipse cum suis rebus". Annales Romani p. 471, vide infra regesta Nicolai.

„Exuit se pontificalibus vestimentis". Annal. Romani p. 471.

**1060.**

Mart. | Romae | Annales Romani l. l.: „Reversus est Romam in domum suam; et ibi mansit diebus triginta".

Apr. | In basilica Constantiniana, in ecclesia Salvatoris | in synodo Nicolai deiicitur. Annales Romani p. 471: „Postea vero Ildibrandus archidiaconus per vim eum apprendit et secum duxit in basilica Constantiniana in ecclesia salvatoris, ubi concilium ordinatum est ante pontifice Nykolao. Dictus vero Benedictus cum ante dictum pontificem Nykolaum venisset ante altare expoliavit eum

**1060.**

sacerdotalibus vestimentis et nudus in medio conventus, posuit scriptum in manus suas, ubi erant scripta omnia crimina et peccata, que iniqui homines agunt; . . . et tunc deposuerunt eum".

In hospitio ecclesiae b. Agnetis — „miserabiliter vivit; et privaverunt eum omni divino officio, ita ut non esset ausus in previterio ingredi ad laudes et obsequia Deo retdendas. . . . Vixit autem usque ad pontificatum Ildibrandi, qui Gregorius (VII.) nominatus est". Annal. Romani p. 472. Cf. Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 705: „Qui (Nicolaus II.) invasorem cum omnibus suis fautoribus excommunicans, tandem illum in communionem recepit atque apud ecclesiam S. Mariae, quae a Romanis Maior vocatur, sacerdotali privatum officio manere constituit".

# NICOLAUS II. 1059—1061.

In bullis anni 1060 Nicolaus Florentinum calculum secutus initium anni a die 25. m. Martii cepit, ut quae ante eum diem scriptae sunt, eae annum inc. dom. 1059 praebeant (4425. 4426. 4427. 4428. 4429. 4430).

Sententiam in bullis eius reperimus hanc: „Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis" (4422. 4429. 4431. 4433. 4457. 4459. 4464. 4465. 4467).

Testes subscripserunt:

Bonifatius, Albanensis episcopus (4425. 4426. 4429. 4468)
Bonifatius. Gabinensis episcopus (4426)
Petrus, Gabinensis episcopus (4433)
Petrus, Lavicanensis episcopus (4425. 4429. 4468)
Petrus, dictus Ostiensis episcopus (al. peccator monachus) (4413. 4425. 4426. 4429. 4433)
Iohannes, Portuensis episcopus (4425. 4426. 4429. 4433)
Bruno, Praenestinus episcopus (4425. 4426. 4429. 4433)
Humbertus, dictus s. ecclesiae Silvae-candidae episcopus (4413)
Mainardus s. ecclesiae Silvae-candidae episcopus (4468)
Desiderius presbyter cardinalis R. E. ex tit. S. Caeciliae (4426. 4429)
Stephanus „ „ tit. S. Chrysogoni (4426. 4433)
Hildebrandus S. R. E. archidiaconus (4413. 4426. 4428. 4429).

Scriptae bullae sunt per manum

Octaviani (al. Octavii) scriniarii et notarii S. R. E. (al. sacri palatii, al. s. apost. sedis) (4395. 4396. 4397. 4398. 4400. 4408. 4433. 4435. 4436. 4455. 4458. 4460. 4468)
Crescentii notarii et scriniarii S. R. E. (4403)
Iohannis scriniarii S. R. E. (4433).

Datae p. m.

Humberti dicti episcopi ecclesiae Silvae-candidae et bibliothecarii S. R. et apost. sed. (4393. 4393a. 4395. 4396. 4397. 4398. 4400. 4401. 4402. 4403. 4408. 4414. 4415. 4417. 4418. 4419. 4420. 4421. 4422. 4425. 4426. 4427. 4428. 4429. 4431. 4432. 4433. 4435. 4436. 4448. 4455. 4456. 4457. 4458. 4459. 4460)
Mainardi monachi vice domni Humberti, sanctae ecclesiae Silvae-candidae episcopi et apost. sedis bibliothecarii (4416)
Bernardi episcopi s. Prenestinae ecclesiae (4461. 4464. 4465)
Geraldi monachi fungentis officio bibliothecarii S. R. E. (4467)
Bernardi gerentis officium bibliothecarii sacri palatii, cardinalis episcopi (4468).

**1058.**

Dec. — Senae — Eligitur. Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 642, Benzonis ep. Alb. L. VII. c. 2 in MG. SS. XI. 671. Vide inscriptionem ap. Cappelletti Chiese d'It. XVII. 432: „Nicolaus II. in concilio . . . . Senis acto, expulso Benedicto, . . . . . creatur". Iam anno 1058 electum esse Nicolaum, docet notitia ap. Galletti Ragion. della bad. Fiorent. p. 145, Neues Archiv IV. 402. Mensis Decembris plerisque viris doctis probabilis videtur. (In errore versatur Pagius in Crit. ad Baron. Annal. 1058, qui Nicolai electionem diei 28. Dec. illigat.)

In monasterio S. Hilarii (?) — (dioc. Faesulanae) Iulittam, filiam Ugonis marchionis, abbatissam consecrat. Vide notitiam ap. Galletti l. l., Neues Archiv l. l.

4392 *Statuit „ne aliquando aliquis Florentinus episcopus pro praedicta consecratione (abbatissae) monasterium S. Hilarii ecclesiae suae vindicare audeat." Vide notitiam ap. Galletti l. l., Neues Archiv l. l.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1059.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)* |
| (Ian.) | Sutrii | Synodus, in qua de Benedicto X. „periuro et invasore tractatur". Bonithonis Lib. ad am. l. l. |
| „ | Transtiberi | Vide Annales Romanos p. 471; cf. Leonis Chron. mon. Cas. p. 705: „Romam mense iam Ianuario venit". |
| „ | In Lycaonia | insula. Vide Annales Romanos p. 471. |
| „ | In patriarchium Lateranense | deducitur. Vide Annales Romanos l. l. |
| „ 24. | in ecclesia b. Petri | Consecratur post 20, ante 29. m. Ian. 1059, ut docent bullae 4429: „Dat. 13. kal. Febr., a. inc. 1059 (nobis 1060), a. pont. 1. ind. 13" et 4393: „Dat. 4. kal. Febr. p. a. 1, ind. 12" i. e. 1059. Dominico igitur, qui interfuit, diei 24. Ianuarii illiganda Nicolai consecratio est. Ceterum quem constat naturae die 27. m. Iulii a. 1061 concessisse, ei in Vit. pont. e cod. Vat. et Est. ap. Muratori R. It. SS. III. ii. 357 anni 2. m. 6 d. 1 (rectius opinor: d. 3) assignantur; cf. catt. Pagian. 4 et 6. — Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 642: „. . . sine aliqua congressione Nicolaus victor Romam intravit et ab omni clero et populo honorifice susceptus est et a cardinalibus in b. Petri inthronizatus est sede"; cf. Zoepffel Papstwahlen p. 245. |
| „ 29. | Romae | 4393 Canonicorum ecclesiae Reginae possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 91, ubi nota 2 deleatur; vide bullam subsequentem. — „Apostolico moderamine accepto". |
| „ 29. | „ | 4393a (3359) Parthenonis S. Thomae Regini possessiones quasdam confirmat, bulla Liuzae abbatissae directa. Tiraboschi Mem. Mod. II. 45. (Quam omiserat Tiraboschi, clausulam praebet Kaltenbrunner in Wiener Sitzungb. XCIV. 639 n. 8, sed pro „XIII. kal. Febr." legendum videtur, ut in bulla praecedenti, „III. kal. Febr." et pro „ind. XI" corrigendum esse „ind. XII", docet „annus pont. I". De fide bullae dubitari nequit. Delenda sunt ea, quae annotavit Pflugk-Harttung Iter p. 78 et Acta II. 91 n. 2. cum bullam pro parthenone S. Thomae diversam esse a privilegio canonicae Reginae indulto non videret.) — „Apostolico moderamine accepto". |
| | | 4394 (3327) *Arnaldum, episcopum Aretinum, vocat ad synodum Romae celebrandam. Vide tabulam ap. Mansi XIX. 917, Pflugk-Harttung II. 84. |
| Febr. 17. | „ | 4395 (3328) Monasterii S. Petri Perusini possessiones ac privilegia confirmat, bulla Bonizoni abbati directa. (In autographo, apud S. Petrum Perus. asservato, legi: „XIII.", non „VIII. kal. Mart.", me docet Henr. Bresslau.) Margarini Bull. Cas. II. 92, Migne 143 p. 1301. — „Cum universalis sancta". |
| „ | Farfae | Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 705. |
| Mart. 2. | Spoleti | 4396 (3329) Monasterii S. Vincentii Vulturnensis privilegia possessionesque confirmat, petente Iohanne abbate. Muratori R. It. SS. I. ii. 514, Cocqu. I. 401, Migne 143 p. 1304. — „Etsi omnibus". |
| „ 6. | Auximi | „secundo quadragesimae sabbato, pridie nonas Martii" Desiderium, electum abbatem Casinensem, ordinat cardinalem presbyterum. Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ 7. | „ | „sequenti dominica" Desiderium abbatem Casinensem consecrat. Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ 8. | „ | 4397 (3330) Monasterii Casinensis possessiones ac iura confirmat, Desiderioque abbati varia privilegia tribuit. Gattula Hist. Cas. p. 147 et Access. p. 159, Tosti St. di Montec. I. 395, Cocqu. I. 401, Migne 143 p. 1305. — „Pastoralis solicitudinis". |
| „ 25. | „ | 4398 (3331) Monasterii SS. Petri et Pauli Ariminensis possessiones et privilegia, petente Iohanne abbate, confirmat et auget ea lege, ut denarii XII quotannis actionariis apostolicae sedis persolvantur. Tonini Rimini II. 527, (Fantuzzi Mon. Rav. VI. 241). — „Iustis petitionibus". |
| Apr. 4. | Romae | „pascha". Leonis Chron. mon. Cas. p. 705. |
| „ 13. | in basilica Lateranensis patriarchii Constantiniana | Synodus episcoporum 113, in qua haec constituit: „ut, obeunte huius Romanae universalis ecclesiae pontifice, imprimis cardinales episcopi diligentissima simul consideratione tractantes, mox sibi clericos cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus et populus ad consensum novae electionis accedant; ut . . . nimirum ne venalitatis morbus qualibet occasione surripiat, . . . religiosi viri praeduces sint in promovendi pontificis electione, reliqui autem sequaces. Eligant autem de ipsius ecclesiae gremio, si reperitur idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia assumatur; salvo debito honore et reverentia Heinrici, qui in praesentiarum rex habetur et futurus imperator |

**1059.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)*

Deo concedente speratur, sicut iam sibi concessimus et successoribus illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint. Quodsi pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura sincera atque gratuita electio fieri in Urbe non possit, cardinales episcopi cum religiosis clericis catholicisque laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant eligere ap. sedis pontificem, ubi congruentius iudicaverint. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, ut is qui electus est, in apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut papa auctoritatem obtineat regendi s. Rom. ecclesiam et disponendi omnes facultates illius.“ Scheffer-Boichorst Die Neuordnung der Papstw. p. 14, qui doctissimorum virorum de hac lege controversias perfecte disceptavit; cf. etiam Grauerti commentationem in Hist. Jahrb. I. 502. (Decreti textus, quem exhibent MG. LL. II. app. p. 177, Watterich I. 229, Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé V. 41, Scheffer-Boichorst l. l. p. 27 ab Heinrici regis fautoribus confectus est. Udalr. Bab. l. l. synodum die 13. m. Aprilis celebratam esse tradit. In variis tabulis et scriptis varii episcoporum, qui concilio affuerunt, numeri memoriae traduntur. Etenim recensioni decreti papali subscripserunt episcopi 79 (al. 125), in recensione imperiali nomina sedesque 78 leguntur, quibus quatuor aliunde adiecit Scheffer-Boichorst l. l. p. 34; Tractatus de papatu Rom. l. l. p. 140. 141 de concilio episcop. 125 loquitur; melius placet numerus 113, quippe qui et in Lanfranci Libro de corp. et sang. dom., Opp. p. 232, ap. Migne 150 p. 409, et in tabula ap. Mansi XIX. 916, Pflugk-Harttung Acta II. 84 reperiatur.)

In eadem synodo statuit: 1) de mortuorum episcoporum facultatibus non invadendis; 2) de sacris per presbyteros, qui concubinam habeant, non procurandis; 3) ut sacerdotes casti „iuxta ecclesias, quibus ordinati sint, simul manducent et dormiant, et, quidquid eis ab ecclesiis venerit, communiter habeant“; 4) de decimis et primitiis; 5) de ecclesiis per laicos non deferendis; 6) „ut nullus habitum monachi suscipiat, spem aut promissionem habens, ut abbas fiat“; 7) „ne aliquis presbyter duas ecclesias simul habeat“; 8) de simonia vitanda; 9) de clericis per laicos non iudicandis; 10) de matrimoniis consanguineorum; 11) de maritis, qui concubinam habeant, communione privandis; 12) „ut nullus laicus ad quemlibet gradum ecclesiasticum repente promoveatur“; 13) ut clerici, qui a clericatu, ac monachi, qui a proposito recesserint, excommunicentur; 14) ut peregrinorum, „oratorum cuiuscunque sancti“, clericorum, monachorum, feminarum, pauperum depraedatores anathematizentur; 15) ut coemeteriorum violatores communione priventur. Vide Nicolai epistolas ap. Mansi XIX. 897. 907. 873, Migne 143 p. 1314. 1315. 1317.

In eadem synodo: „Berengarium cogit ad eiurandam haeresim librosque perversi dogmatis“ in ignem coniiciendos; vide Lanfranci Librum de corp. et sang. dom. in Opp. p. 232 sqq. et p. 235, ap. Migne 150 p. 409 sqq. et p. 414, De Berengarii damnatione ap. Mansi XIX. 758, cf. Berengarii librum de sacra coena p. 71 sqq. — In eadem synodo Iohannem, episcopum Senensem, de quibusdam bonis, occupatis ab Arnaldo, episcopo Aretino, investit; v. tabulam ap. Mansi XIX. 916, Pflugk-Harttung Acta II. 84.

Mai. 1. | In basilica sacri palatii Lateranensis Leonina Romae | Synodus, in qua de clericis agitur, qui communem vitam professi ad praesumptionem peculiaritatis redeant. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 748.

„ 1. | 4400 (3333) Ecclesiam S. Mariae ad gradus Coloniensem, ab Annone archiepiscopo constructam, tuendam suscipit, bonaque eius confirmat. (Huius bullae fidem frustra aggreditur Pflugk-Harttung in Forsch. z. d. Gesch. XXI. 236.) Lacomblet Urk. I. 125, Miraei Opp. dipl. IV. 3, Migne 143. p. 1309. — „Pontificii apostolatus nostri“.

„ 1. | „ | 4401 Ecclesiae S. Georgii martyris extra muros Coloniensis, ab Annone archiepiscopo aedificatae, tutelam suscipit possessionesque confirmat. Forsch. z. d. Gesch. XXI. 234. — „Pontificii apostolatus nostri“.

„ 2. | „ | 4402 (3334) Ecclesiae Pennensis bona, petente Iohanne episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1116, Cocqu. I. 403, Migne 143. p. 1311. — „Officii nostri“.

„ 2. | „ | 4403 (3335) Ecclesiae Teatinae possessiones finesque rogatu Actonis episcopi confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 676, Cocqu. I. 403, Migne 143. p. 1312. — „Etsi iubemur“.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1059.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)* |
| Mai. | Romae | 4404 (3336) Archiepiscopos, episcopos, abbates, clericos, laicos fideles per omnes Gallias commorantes, immo Aquitanicos et Vascones, de nonnullis synodi decretis certiores facit. Mansi XIX. 873, Bouquet Rec. XI. 652, Migne 143. p. 1314. (Fragm. exiguum in Ivonis Decr. III. 104, Panorm. II. 81, Gratiani Decr. C. XVII. qu. 4. c. 6.) — „Anno dominicae" („De confiniis" „Sicut antiquitus"). |
| „ | | 4405 (3337) Omnibus episcopis cunctoque clero et populo decreta synodi perscribit. Mansi XIX. 897, Migne 143. p. 315. — „Vigilantia universalis". |
| „ | | 4406 (3338) Omnibus episcopis Amalphitanae ecclesiae suffraganeis cunctoque clero et populo decreta synodi significat. Mansi XIX. 907, Migne 143 p. 1317. — „Vigilantia universalis". |
| „ | | 4407 *Aulae regiae (Henrici IV) „apostolicas litteras et mysterium (i. e. decretum) concilii" per Stephanum presbyterum cardinalem mittit. Vid. Petri Damiani Discept. synod. in Opp. III. 31, ap. Migne 145 p. 80. Cf. Hefele IV. 847, Scheffer-Boichorst Die Neuordnung der Papstw. p. 119. |
| Mai. Iun. | Romae | Annal. Romani in MG. SS. V. 471: „Tunc dictus princeps (Robertus) misit tres comites suos cum nominato archidiacono (Ildebrando) Romae cum 300 militibus Agarenorum in auxilium Nicolai pontifici". |
| „ „ | Galeriam | obsidet. Vide Ann. Roman. l. l.: „Tunc dictus Nicolaus cum ipsis (Normannis) et cum Romano exercitu, qui ei fidelitatem fecerant, perrexit Galeriae, ad obsidenda ac expugnandam eam . . . . Galeria vero quia erat fortissima, nil agere potuerunt; ad ultimum reversi sunt unusquisque ad propria". (Hanc expeditionem post concilium Melfitanum factam esse, falso narrant Annales Romani.) |
| Iun. 24. | In Casinensi | monasterio, „ipsa b. Johannis nativitate". Leonis Chron. mon. Cas. l. l. |
| (Iul.) | Romae | Annal. Romani p. 471: „Tempore vero messis iterum dicti Agareni Romam venerunt ad dictum pontificem Nicolaum". (In cod. Vatic. Ann. Rom. legitur: „tempore vero . . . sis", quod Pertzius recte, ut videtur, supplevit: „messis". Giesebrecht III. 1085 legendum putat: „tempore mensis"; eius coniecturam reiecit Scheffer-Boichorst Die Neuordnung der Papstw. p. 50.) |
| „ | Galeriam | pergit. Annal. Romani l. l. |
| Iul. Aug. | Romam | redit. Annal. Romani l. l.: „Nicolaus pontifex cum suo exercitu Romam est reversus". |
| (Aug.) | Lavelli | ecclesiam S. Mariae consecrat, praesentibus 6 cardinalibus et 18 episcopis. Vide D'Avino Cenni storici p. 746. |
| Aug. 17. | Venusii | ecclesiam S. Trinitatis dedicat. „XVI Kal. Sept." Muratori R. It. SS. VII. 949. Annum 1059 docet inscriptio ap. Schulz Denkmäler I. 322. Vide infra bullam 4408. |
| „ 23. | Melfiae | Concilium. Leonis Chron. mon. Cas. p. 705; cf. Mansi XIX. 919, Gattulae Access. p. 169; Diem indicat tabula ap. Pflugk-Harttung Iter p. 190. — Guill. Apul. in MG. SS. IX. 261: „Concilium celebrans ibi papa, faventibus illi<br>Praesulibus centum, ius ad sinodale vocatis,<br>Ferre sacerdotes monet altarisque ministros<br>Arma pudicitiae; — — — — —<br>— — — Sic extirpavit ab illis<br>Partibus uxores omnino presbyterorum,<br>Spretores minitans anathemate percutiendos". |
| | | In concilio „Montis Pilusani episcopus de simoniaca haeresi et adulterio comprobatus damnatur, et Tricarinensis episcopus, eo quod sit neophitus, spoliatur, et Godano, archiepiscopo Acheruntino, atque Arnulfo, archiepiscopo Consentino, sanctae Romanae ecclesiae vicario, praecipitur, ut praefatis ecclesiis citius de pastore congruo provideant, quinimo pro loci vicinitate, ut unus sit in utraque ecclesia dispensator". Vide tabulam ap. D'Avino Cenni storici p. 682, in qua pro MIX lege MLX |
| | | In concilio Iohannes episcopus Tranensis deponitur. Vide Petri Damiani opusc. 31 in Opp. III. 275, ap. Migne 145 p. 538: „. . . . baculi qui ab Esculano atque Tranensi gestabantur episcopis. Uterque tamen, alter in Apulis finibus Nicolao praesidente . . . sunt deiecti". Quae verba sine dubio ad hanc synodum referenda sunt. Cf. Baronii Annal. ad a. 1059 et Hefele IV. 832. |
| | | In concilio Adam, abbas S. Mariae Tremitensis, defendit libertatem monasterii sui contra abbatem Casinensem. Vide tab. ap. Pflugk-Harttung Iter p. 190. |

**1059.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Aug. | Melfiae | Guill. Apul. l. l. p. 262: „Finita sinodo, multorum papa rogatu<br>Robertum (Wiscardum) donat Nicholaus honore ducali.<br>Hic comitum solus, concesso iure ducatus,<br>Est papae factus iurando iure fidelis“.<br>(Iuramentum Roberti memoriae tradidit Deusdedit Coll. can. L. III. c. 156. 157 ed. Martin. p. 339. 340, ap. Watterich I. 233. 234. Cf. etiam Bonithonis Libr. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 642, ubi ordo rerum chronologicus confunditur; Giesebrecht III. 1087.) |
| „ 25. | „ | 4408 Monasterium S. Trinitatis Venusinum, a Dregone (Drogone?) comite conditum et die „XVI. kal. Sept.“ a sese dedicatum, uni sedi Romanae subiicit, eiusque possessiones confirmat ac privilegia instituit, Ingilberto abbate et Morando, episcopo Venusino, petentibus. Monachis unius unciae aureae pensionem annuam imponit. Privilegium apostolicum qui violaverit, eum poena 100 librarum auri optimi partim Lateranensi palatio, partim monasterio solvendarum multatum iri minatur. Pflugk-Harttung Acta II. 86. — „Cum divinitatis“. |
| „ | Apud Beneventum | (extra ipsam civitatem, intra ecclesiam b. Petri iuxta fluvium Sabbati.) Synodus, in qua cella S. Mariae Castanietensis Iohanni, abbati monasterii S. Vincentii Vulturnensis, adiudicatur. Muratori R. It. Scr. I. II. 515, Mansi XIX. 921, Ughelli It. sacr. VI. 90, VIII. 80. Cf. Annal. Benevent. 1059 in MG. SS. III. 180. |
| | | 4409 (3339) *Burchardo, episcopo Halberstadensi, praecipit, „ne statutos patrum terminos transgrediatur, neu monasterium Hersfeldense superfluis concertationibus inquietet; si pergat molestus esse, necessario se apostolicae auctoritatis virga usurum adversus eius inobedientiam, praesertim cum, monasterium sub iurisdictione esse Romani pontificis, tot privilegia testentur“. Vide Lamberti Annal. 1059 in MG. SS. V. 160. |
| | | 4410 (3340) *Meginhero, abbati Hersfeldensi, „propter decimationes Saxoniae interpellanti epistolam scribit verbis consolatoriis“. Vide Lamberti Annal. 1059 l. l. |
| | | 4411 (3341) *I., Dolensis ecclesiae „dictum archiepiscopum“, per legatos litterasque vocat ad synodum, post pascha (post d. 26. m. Martii a. 1060) Romae habendam. Vide Stephani cardinalis epistolam ap. Mansi XIX. 928, Migne 143 p. 1411. |
| | | 4412 (3342) Gervasio, archiepiscopo Remensi, mandat, ut (Guilbertum) episcopum Bellovacensem invito eo consecratum ab administrando munere removeat, donec ad synodum „in tertia septimana post pascha“ (9.—15. Apr. 1060) Romae celebrandam accesserit. Quem si constet simonia quoque se obstrinxisse, iubet clericos laicosque Bellovacenses obedientia erga eum solvi, et episcopo Silvanectensi, consecratori eius, episcopale officium interdici. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 199, Bouquet Rec. XI. 493, Mansi XIX. 869, Migne 143 p. 1324. — „Audivimus relatione“. |
| Oct. 14. | | 4413 (3343) Monasterio S. Petri Perusino decumas quasdam concedit. Margarini Bull. Cas. II. 94, Migne 143 p. 1324. — „Devotione seu“. |
| Nov. 7. | Florentiae | ecclesiam S. Felicitatis dedicat „VII. Id. Novembr., quae fuit dies Dominica post fest. omn. sanct.“. Vide inscriptionem anno 1500 confectam ap. Ughelli It. sacr. III. 72. |
| „ 14. | „ | 4414 (3344) Monasterii b. Stephani possessiones, donatas ab Henrico episcopo Eporediensi, confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 593. — „Bonis desideriis“. |
| „ 24. | „ | 4415 Ecclesiae S. Petri in Quarto possessiones, rogatu Nitidi rectoris, confirmat eamque a cuiusvis, praeterquam episcopi Florentini, potestate eximit. (Cur hanc bullam falsam diiudicemus, non video.) Pflugk-Harttung Acta II. 87. Cf. Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 651. — „Licet ex universalitate“ „Licet ex universitate“. |
| Dec. 1. | „ | Vide tabulam ap. Muratori Ant. It. VI. 227. |
| „ 6. | „ | 4416 Capitulum ecclesiae b. Mariae Pisanae tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat. Pflug-Harttung Acta II. 88. — „Cum divinitatis“. |
| „ 11. | „ | 4417 (3345) Ecclesiae S. Andreae Empulensis privilegia et possessiones confirmat. Lami Eccl. Fl. M. IV. 104, Migne 143 p. 1325. — „Licet ex universalitate“. |
| „ 11. | „ | 4418 Ecclesiae S. Hippolyti possessiones, rogatu Petri (rectoris), confirmat eamque a cuiusvis, praeterquam episcopi Florentini, potestate eximit. (Non intellego, cur fidem huic bullae abroget) Pflugk-Harttung Acta II. 89. Cf. Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 651. — „Licet ex universalitate“ „Licet ex universitate“. |
| „ 26. | „ | 4419 (3346) Canonicos Faventinos eorumque bona tuendos suscipit. Tonduzzi Hist. di Faenza p. 157. — „Sicut iniusta“. |

**1059.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Dec. 29. | Florentiae | 4420 (3347) Monasterio S. Martini Augustodunensi concedit, „ut in nullo alicui nisi tantum apostolicae ecclesiae respondere teneatur et ab omni alia iurisdictione et subiectione liberum sit et exemptum". Bona monasterii confirmat et privilegia instituit, petente Gregorio abbate. (Notae chronologicae sunt vitiosae). Bulliot Essai hist. II. 30, Migne 143 p. 1327. — „Quotiens a nobis illa". |
| „ 29. | „ | 4421 Monasterii S. Victoris Nivernensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Belino, monasterii rectore. Collection des Cartulaires IX. 544. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 30. | „ | 4422 (3348) Parthenonem S. Thomae Busianensem tuendum suscipit et bona eius confirmat, atque ut abbatissae ex ipso monasterio eligantur, statuit. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 594. — „Pie postulatio". |

**1059—1060.**

4423 (3362) Annam, reginam Galliae, hortatur, ut regem (Heinricum † Aug. 1060) „ad pietatis aequitatisque gubernacula moderanda statumque ecclesiae retinendum" incitet. Petri Damiani ep. L. VII. 9 in Opp. I. p. 124, ap. Migne 144 p. 447, Bouquet Rec. XI. 653, Mansi XIX. 872. — „Bonae voluntatis".

4424 Mediolanensibus scribit, eum, „qui Romanae ecclesiae privilegium, ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum, auferre conetur, in heresim labi". Deusdedit Coll. can. L. I. c. 136, (Pflugk-Harttung Acta II. 93): „Nicolaus iunior"; Gratiani decret. I. D. 22. c. 1 cum hac inscriptione: „Nicolaus papa scribit Mediolanensibus". (Huius fragmenti verba leguntur in oratione a Petro Damiani in conventu Mediolanensi a. 1059—1060 habita, Petri Dam. opusc. V. in Opp. III. 38, ap. Migne 145 p. 91, Watterich I. 220.) — „Quae autem provincia" „Omnes sive patriarchae".

**1060.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 24. Ian. — 2, a. inc. 1059 — 25. Mart. — 1060.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 8. | Florentiae | 4425 (3349) Parthenonis S. Felicitatis Florentini a sese (die 7. Nov. 1059) dedicati possessiones, libertatem, privilegia confirmat, bulla Teibergae abbatissae directa. Ughelli It. sacr. III. 70, Richa Notizie IX. 268, Mansi XIX. 870, Cocqu. I. 399, Migne 143 p. 1328. — „Quoniam omnipotentis". |
| „ 16. | „ | 4426 (3350) Ecclesiae S. Michaelis et S. Eusebii Poiensi, a Perusino et Rossellano episcopis consecratae, omnium bonorum „investituras apostolicas offert", et privilegia quaedam concedit. Lami Eccl. Fl. Mon. II. 946, Richa Notizie VI. praef. p. XV, Migne 143 p. 1330. — „Quoniam omnipotentis". |
| „ 17. | „ | 4427 Monasterium S. Salvatoris in Insula (Senense) apud burgum novum situm, tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 90. — „Convenit apostolico moderamini". |
| „ 18. | (Mussiani) | 4428 (3351) Ecclesiae S. Andreae Mussianensis bona ac privilegia confirmat, petente Iohanne praeposito. (Pro „ind. XII." lege „ind. XIII.") Ughelli It. sacr. III. 63, Cocqu. I. 399, Lami Eccl. Fl. M. II. 1309, Migne 143 p. 1332. — „Quoniam omnipotentis". |
| „ 20. | Florentiae | 4429 (3352) Ecclesiae S. Laurentii Florentinae, „episcoporum aggregato coetu, propriis manibus" a sese dedicatae, omnium possessionum „investituram apostolicam offert", immunitatemque tribuit. Cianfogni Mem. ist. p. 199, Mittarelli Ann. Cam. II. append. p. 164, Lami Eccl. Fl. Mon. II. 934, Richa Notizie V. 19, Migne 143 p. 1334. — „Quoniam omnipotentis". |
| | „ | 4430 *Iohanni, Romanorum praefecto, mandat, mittat ad Crescentium eiusque filios, ne monasterio S. Mariae Farfensi molestias inferant, sed si quid adversus (Berardum) abbatem habeant, ad sedem apostolicam iudicii causa accedant. Vide tabulam ap. Ficker Forsch. z. Reichs- und Rechtsgesch. It. IV. 91. |
| Febr. 19. | Fani | 4431 (3353) Canonicos Pisaurenses tuendos suscipit, eorumque bona, petente Ursone praeposito, confirmat. Olivieri Mem. per la st. d. chiesa Pes. p. 124, Cappelletti Chiese d'It. III. 348, Migne 143 p. 1336. — „Debitum commisse". |
| Apr. | Romae in camera Lateranensis palatii | Synodus. „Consedentibus et astantibus coram papa domno Nicolao quam plurimis episcopis, religiosis abbatibus, ac reliquorum ordinum clericis", decumae curtis de Monte longo, a Guidone episcopo Lunensi affectatae, Guenzeloni abbati Lenensi adiudicantur. Acta exstant ap. Zaccaria Della badia di Leno p. 104. Cf. etiam supra epp. 4411. 4412. |

**1060.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 24. Ian. — 2, a. inc. 1059 — 25. Mart. — 1060.)*

In eadem synodo Benedictum X. „deponit". Annal. Romani in MG. SS. V. 471, cf. Scheffer-Boichorst Die Neuordnung der Papstw. p. 50.

4431a Ad hanc synodum referendum videtur (quod solet perperam synodo Romanae a. 1059 attribui) decretum, quo „erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernit, sed eos, qui usque modo gratis sint a simoniacis consecrati, in acceptis ordinibus manere permittit", his additis: „De caetero autem si quis hinc in posterum ab eo, quem simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, et consecrator et consecratus uterque depositus poenitentiam agat et privatus a propria dignitate persistat". Mansi XIX. 899. (Ivonis Decr. V. c. 79, Gratiani Decr. C. I. qu. 1. c. 109. 110, Mansi XIX. 906, Vide Bonithonis librum ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 643.) Cf. Hefele IV. 838, Scheffer-Boichorst Die Neuordnung der Papstw. p. 47 et 52. — „De cetero statuimus" „Erga simoniacos".

Apr. 15. Romae — 4432 (3354) Ecclesiae S. Petri Agerensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. (Subscripserunt episcopi 7.) Marca Marca Hisp. p. 1145, Villanueva Viage lit. IX. 252, Cocqu. I. 404, Migne 143 p. 1337. — „Quia in commissa".

„ 19. „ — 4433 (3355) Monasterii S. Thomae, in comitatu Pisaurensi iuxta fluvium Aposellam siti, possessiones privilegiaque „per intercessionem Petri Damiani, Ostiensis episcopi, et Petri, monasterii abbatis", confirmat, ea lege, ut abbates „annualiter persolvant pensionem auri bisantum unum actionariis certis S. R. ecclesiae". Memorie della badia di S. Tommaso in Foglia p. 136, Sarti De episc. Eugubin. p. 40, Mittarelli Ann. Cam. II. app. 173, Migne 143 p. 1339. — „Tanta est sedis".

„ 28. „ — (Berardum) abbatem S. Mariae Farfensem investit de castris quibusdam, a Crescentio eiusque filiis invasis. Vide tabul. ap. Ficker Forsch. z. R. u. Rechtsgesch. Ital. IV. 91.

„ 30. („) — 4434 *Crescentio, monasterii Farfensis invasori, mittit „litteras bulla sua impressas, ut veniat et legem (Berardo) abbati faciat". Vide tabulam ap. Ficker l. l.

Mai. 5. „ — 4435 (3356) Parthenonis S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensis privilegia et possessiones, petente Otta abbatissa, confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 95, Migne 143 p. 1341. — „Quoniam semper sunt".

„ 16. „ — 4436 (3357) Parthenonis S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensis privilegia et possessiones iterum confirmat, petente Hermengarda abbatissa. Margarini Bull. Cas. II. 96, Migne 143 p. 1343. — „Quoniam semper sunt".

„ — 4437 Ecclesiae Classensis bona quaedam, in territorio Forocorneliensi sita, confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 191.

Iul. 6. Farfae — ecclesiae altaria consecrat. Vide relationem ap. Muratori Ant. It. V. 1039.

„ — 4438 (3357a) Qui monasterii Farfensis bona abripuerint, eos excommunicat et anathematizat. Muratori Ant. It. V. 1039, Migne 143 p. 1345. — „Ob reverentiam".

†4439 Testatur sese d. 15. m. Aug. ad ecclesiam S. Mariae (Nucceriensem), quae dedicaretur, venisse „ad petitionem Henrici imperatoris et Henrici, filii eius". (Epistola fide omnino indigna.) Pflugk-Harttung Acta II. 90. — „Veni ad dedicandam".

4440 (3358) R., comitem Rutenensem, hortatur, ut ecclesias pauperesque tueatur, monasterioque S. Petri Virdunensi ablata restituat. Hugonis Flav. Chron. in MG. SS. VIII. 409, Mansi XIX. 874, Migne 143 p. 1346. — „Cognoscentes tui".

4441 O. abbati S. Miniatis et Iohanni vicedomino mandat, ut inter canonicos S. Iohannis et S. Laurentii Florentinos super „Campo Regis" controversiam diiudicent. Ficker Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Ital. IV. 94. — „Auctoritate apostolica".

**1059 - 1061.**

4442 (3360) Clero et fidelibus Sistaricensibus significat, quem H(ugo), abbas Cluniacensis, una cum archiepiscopo Arelatensi, et Avenionensi, Cabilonensi, Aptensi, Vasionensi, Digniensi, Diensi episcopis Sistaricensem episcopum elegissent, Gerardum a sese ordinatum esse; eique praescriptum: „ne ordinationes praesumat in eum, qui virginem non sit sortitus uxorem, neque inliteratum, vel qualibet corporis parte vitiatum, ad sacros ordines permittat accedere; Afros passim ad ecclesiasticos ordines praetendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichaei, aliqui rebaptizati saepius sint probati". Gall. Chr. I. Instr. p. 89, Bouche L'hist. de Prov. II. 78, Bouquet Rec. XI. 494, Migne 143 p. 1346. — „Cum nostri sit".

**1059—1061.**

4443 (3361) Gervasio, archiepiscopo Remensi, affirmat, se malis de eo rumoribus credere nolle. Hortatur, ut lapsae Francorum ecclesiae subveniat, moneatque regem, ne sacris canonibus beatoque Petro resistat. Memorat de (Galterio) episcopo Matisconensi. Gotifridum ducem ei Romam venturo non impedimento, imo adiumento fore. Cardinalium episcoporum et Hildebrandi verbis salutem ei nunciat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 198, Mansi XIX. 868, Bouquet Rec. XI. 492, Migne 143 p. 1347. — „Licet de vestra".

4444 (3363) Gervasio, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut damna ecclesiae Virdunensi illata reconcinnet. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 199, Bouquet Rec. XI. 493, Mansi XIX. 869, Migne 143 p. 1348. — „Quoniam nobis".

4445 (3364) Gervasii, archiepiscopi Remensis, erga se fidelitatem laudat. De episcopo Silvanectensi postulata concedit. De suo in Franciam itinere nihil certi addit. Monet, ut cum „duce" pacem faciat. Duchesne Hist. Fr. Scr. IV. 199, Bouquet Rec. XI. 494, Mansi XIX. 870, Migne 143 p. 1349. — „Quia referente".

4446 (3365) Fratrem Lanfrancum ad sese venire cupit. Haec addit: „hos nostrae dilectionis filios, imperatorios capellanos et nostros, dialectica et rhetorica arte caritati vestrae mittimus edocendos, ut sicut te singularem in hoc bivio audivimus, sic istos singulares tecum quam cito poteris Romae, vel forte cum apud vos cito venero videamus". Hortatur, ut comitem, amicum suum, „ita custodiat, ut hic et in Christo valere possit". Theineri disqu. crit. p. 206, Migne 143 p. 1349. — „Satis desideratam".

4447 (2027) Episcopis Galliae significat, se tum (Eberhardum) archiepiscopum Trevirensem, tum eius praepositum aliosque a iuramentis in custodia praestitis absolvisse, quin etiam archiepiscopo „filiisque Treverensis ecclesiae illiusque defensoribus haec in mandatis dedisse, ut spirituali simul et materiali gladio tamdiu malignos illos eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones revocentur". (Epistolam hanc non, ut perperam solet, Nicolao I., sed Nicolao II ascribendam esse, demonstrant Coustant in Anal. iur. pont. X. 395, Hinschius Pseudo-Is. p. CCVI. n. 2, Kunstmann in Das Neue Sion 1845 p. 249 teste Sdralek De S. Nicol. epist. codicibus, Wratisl. 1882 p. 40.) Gratiani decr. C. XV. qu. 6 c. 2, Hontheim Hist. Trev. I. 197, Migne 119 p. 782. — „Auctoritatem venerabilium".

Romae — 4448 Omnibus fidelibus Albiensis comitatus significat, sese monasterium S. Petri „Securus" tuendum suscepisse. (Bulla non est a suspicione remota.) Pflugk-Harttung Acta I. 29. — „Notum vobis fieri".

4449 *Monasterio S. Vitoni Virdunensi „quaedam privilegia facit". Laurentii Gesta epp. Vird. in MG. SS. X. 493. (Praeter spurias Nicolai II. bullas nobis traditas, infra n. 4453. 4454, quin etiam genuinae monasterio S. Vitoni indultae exstiterint, quibus Laurentius in condendo opere usus sit, mihi non est dubium.)

4450 *Episcopo Anagnino curam ecclesiae Trevensis committit. Vide Urbani II. bullam d. d. 23. Aug. 1088 ap. Cappelletti Chiese d'It. VI. 325, Pflugk-Harttung Acta II. 141.

4451 *(Provinciae Cantuariensis episcopos) prohibet, quominus ad Stigandum archiepiscopum, ecclesiae Cantuariensis invasorem, ordinandi accedant. Vide Remigii professionem in Giraldi Cambr. Opp. ed. Dimock VII. 152.

4452 *Speciocneo, duci Boemiae, licentiam portandi mitram concedit (sub censu annuo 100 librarum argenti). Deusdedit Coll. can. L. III. c. 150 ed. Martin. p. 333: ex „quodam tumulo (lege tomulo) Laterani". (De hoc capite 150, quomodo sit recte dividendum, vide Sickel Das Priv. Otto I. für d. röm. Kirche p. 64.)

**1060—1061.**

Apr. 13. — †4453 Monasterio S. Vitoni Virdunensi donatas ab episcopis eiusdem urbis possessiones confirmat, petente Walceranno abbate. („Dat. p. m. Petri Damiani S. R. E. bibl. et cancellarii ... Romae in basilica S. Iohannis Lateranensis".) Anal. iur. pont. X. 388, Pflugk-Harttung Acta I. 27. (Cf. supra n. 4449.) — „Convenit apostolico moderamini".

„ 25. — †4454 Monasterii S. Vitoni Virdunensis possessiones confirmat, petente Theoderico episcopo. De iure advocati statuit. („Dat. p. m. Petri Damiani cet. . . . in basilica S. Petri apostoli".) Anal. iur. pont. X. 389, Pflugk-Harttung Acta I. 30. (Cf. supra n. 4449. — „Apostolici iuris est".

| | | **1061.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 8. — 24. Ian. — 3.)* |
|---|---|---|
| Febr. | Alipergum | obsidet „mense Februario". Annales Benevent. 1061 in MG. SS. III. 180. |
| Apr. | In Lateranensi palatio | Concilium. Vide Ailredi Riev. Vit. Edwardi confessoris ap. Twysden Hist. Angl. Scr. I. 387, ap. Migne 195 p. 758. Concilium mense Aprili celebratum esse liquet ex Historia de primordiis episcopatus Somerset. in Hunter Ecclesiastical documents p. 16. Vide infra ad 15. Apr. |
| | | In eodem concilio controversiam inter canonicos S. Albini Andegavenses et monachos Vindocinenses super cella Credonensi diiudicat. Vide epistolas ap. Mansi XIX. 900. 901, Migne 146 p. 1435, ibid. 147 p. 1213. (Ad hunc annum propter bullam 4458 rem referendam esse, recte monet Scheffer-Boichorst Die Neuordnung der Papstw. p. 2 not.) |
| „ 15. | In basilica patriarchii | Gisonem, episcopum Wellensem, consecrat „die paschali, XVII. kal. Maii, post peractam ibi synodum". Hist. de primordiis episcopat. Somerset. in Hunter Ecclesiastical documents p. 16. Cfr. infra bullam 4457. |
| „ 18. | Romae | 4455 (3366) Grimaldo Iohanni presbytero, Benedicto iudici, Martino filio Sabini, Riccho de Raynerio, Iohanni de Abizza, Martino de Iohanne, Petro de Urso, Leoni de Lupo, Petro de Hendo, Homo de Martino et heredibus eorum concedit castellum Roccam de antiquo, ea lege, „ut eam" inquit „cum appendiciis eius domibus reedificetis, et habitatores ibi quantos poteritis advocetis, a vobis et singulis vestrum per domos et familias quique secundum quantitatem possibilitatis suae annualiter persolvatis pensionis nomine in pascha resurrectionis domini b. Petro et nobis ac successoribus nostris vos et heredes ac successores vestri, maiores scilicet: denarios 12, inferiores autem retrogradu: 8 denarios, tertio: denarios 6, quarto: denarios 2; nec non et fodrum faciatis et placita fideliter observetis nobis et successoribus et nunciis nostris". Sperandio Sabina sagra p. 373, Migne 143 p. 1350. (Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. in praefat. p. V, ubi inscriptio haec est: „Grimaldo Iohanni presbytero, Benedicto Lupo presbytero, Uberto presbytero, Benedicto dativo iudici, Martino filio Sabini, Hitto de Raynerio, Iohanni de Albiza, Martino de Iohanne, Petro de Urso, Leoni de Lupo, Petro de Erlo, Omo de Martino cet.". Notae chronologicae, quas praebet Theineri textus, sine dubio mendosae sunt, nam bulla scripta „in mense Aprilis, ind. XIIII" certe non est data d. „XIIII. kal. Martii, ind. XIII.") — „Cum officii nostri". |
| „ 18. | In Lateranensi basilica | 4456 (3367) Monasterio S. Dionysii abbatiolam Lebracensem asserit. (Pro „ind. XII." leg. „ind. XIV.".) Doublet Hist. de St. Denys p. 464, Migne 143 p. 1351; Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 531. — „Petitionibus congruis". |
| „ 25. | Romae | 4457 Petente Gisone, episcopo Wellensi, „per ministerium humilitatis suae episcopalem consecrationem adepto in ipsa basilica patriarchii sui", ecclesiae Wellensis possessiones confirmat. Facsimile bullae in Hickesii Linguarum veterum septentr. thesaurus I. in tabula aenea ad p. 177, (Nouveau traité V.). — „Pontificii nostri est." |
| „ 27. | „ | 4458 (3368) Monasterii S. Trinitatis Vindocinensis libertatem et possessiones ac privilegia, rogatu Oderici abbatis, confirmat, imposito monachis solidorum 12 censu annuo. Launoii Opp. III. I. 354, Migne 143 p. 1352. — „Iustis petitionibus". |
| „ 27. | | 4459 (3369) Canonicam S. Petri Suanensem, rogante Anselmo episcopo, tuendam suscipit et eius possessiones confirmat. Muratori Ant. It. V. 253, Ughelli It. sacr. III. 734, Cocqu. I. 405, Migne 143 p. 1355. — „Quoniam omnipotentis". |
| „ 30. | „ | 4460 Parthenonis S. Mariae Santonensis iura ac possessiones a Goffredo, comite Andegavensi, et Agnete eius uxore oblatas, confirmat, petente Constancia abbatissa. Grasillier Cart. inéd. de la Saintonge II. 8. Pflugk-Harttung Acta I. 32. — „Omnibus votis que". |
| Mai. 3. | | 4461 (3370) Ecclesiae Dorcastrensis possessiones et privilegia, Wilwino episcopo per Edwardi regis legatos petente, confirmat. Wilkins Conc. I. 315, (Mansi XIX. 875, Migne 143 p. 1356.) — „Cum magna nobis". |
| | | 4462 (3371) Edwardi, Anglorum regis, pietatem in b. Petrum laudat, monasteriique b. Petri (Westmonasteriensis) privilegia et possessiones confirmat. Ailredi Riev. Vit. Edw. conf. ap. Twysden H. A. Scr. I. 387, ap. Migne 195 p. 758, Monast. Angl. nov. ed. I. 295, Wilkins Conc. I. 319, Mansi XIX. 1054, Cocqu. I. 406, Migne 143 p. 1358. — „Omnipotenti Deo". |
| | | 4463 (3372) Aldredo, archiepiscopo Eboracensi, pallium tribuit, atque permittit, ut |

**1061.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — 24. Ian. — 3.)*

Wigorniensi ecclesiae episcopum praeficiat. (Fragmentum.) Stubbs Act. pont. Ebor. ap. Twysden H. A. Scr. I. 1701. — „Quia divinitatis“.

Mai. 3. — 4464 Monasterii Montis maioris possessiones confirmat, petente Rolando abbate. Hist. Montis-maior. auctore Claudio Chantelou, ms. lat. 13915. f. 97 in bibl. nat. Paris. — „Creditae speculationis impellimur“.

„ 3. — 4465 Monasterii S. Bercarii Dervensis possessiones et privilegia, in his ius abbatis eligendi, confirmat, petente Brunone abbate. Anal. iur. pont. X. 392, Pflugk-Harttung Acta I. 33, (Lalore Collection IV. 171.) — „Credita nobis sollicitudine“.

„ 4. Romae — 4466 Monasterii Anianensis rogatu Pontii abbatis possessiones et privilegia confirmat, statuitque „ne in loco Gellonensi quispiam episcopus abbatem benedicere praesumat, quia iuris sit Anianensis coenobii“. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12777. f. 82, ms. lat. 13816. f. 67. (Fragm. in Mém. de la soc. archéol. de Montpellier VI. 512 et 576.) — „Convenit apostolico moderamini“.

„ 16. — 4467 Monasterium Auriliacense iurisdictioni sedis Romanae subiungit, eiusque possessiones confirmat ac privilegia instituit, ea tamen lege, ut fratres singulis annis Lateranensi palatio „nomine pensionis decem solidos persolvant, qui simul fiunt centum viginti denarii“. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVII. 89, Mon. pont. Arverniae p. 39, Anal. iur. pont. X. 393, Pflugk-Harttung Acta I. 34. — „Convenit apostolico moderamini“.

„ — 4468 Monasterii S. Mariae Tremitensis possessiones et privilegia confirmat, petente Ada abbate. Privilegii sui violatoribus penam centum librarum aurearum imponit, quarum medietas ecclesiae Romanae et medietas monasterio persolvatur. (Praeter cardinales subscripserunt episcopi 2.) Pflugk-Harttung Acta II. 93, (Pennotti Ord. cleric. canonic. hist. ed. Rom. p. 595, ed. Colon. p. 613). — „Omnium sanctorum“.

Iul. 27. Florentiae — Moritur „VI. kal. Aug.“, Bernoldi Chron. 1061. (Necrol. Casin. ap. Muratori R. It. VII. 944 perperam praebet „XIV. kal. Aug.“) Leonis chron. mon. Cas. p. 711: „defuncto apud Florentiam apostolico . . .“. (Obiisse papam in Perusino episcopatu et Perusii sepultum esse, falso narrat Heimonis lib. V. ap. Jaffé bibl. V. 547.)

---

# ALEXANDER II. 1061—1073.

Alexandrini registri, quod amissum est, haud spernenda fragmenta memoriae tradidit collectio canonum Britannica, in cod. Musei Brit. addit. 8873 asservata (cf. supra p. 83); auctorem eius nonnisi primos sex libros registri ad annos pontificatus (al. indictiones) digesti ante oculos habuisse probat Ewald in Neues Archiv V. 327 sequ.

In Alexandri II. bullis (quarum signa chronologica haud raro sunt depravata) hae insunt sententiae: „Magnus dominus noster et magna virtus eius“; „Deus nostrum refugium et virtus“; „Exaltavit me Deus in virtute bracchii sui“ (4497. 4498. 4512. 4565. 4596. 4628. 4629. 4630. 4634. 4654. 4664. 4665. 4670. 4679. 4680. 4686. 4708. 4769).

Testes subscripserunt: Bonifatius episcopus Albanensis (4494. 4565. 4630. 4651)
Petrus Damianus episcopus Hostiensis (4565. 4630. 4651)
Iohannes episcopus Lavicanensis (4651)
Iohannes episcopus Portuensis (4494. 4565. 4569. 4651)
Leopertus episcopus Praenestinus (4630. 4651)
Mainardus S. Rufinae (Silvae-candidae) episcopus (4494. 4565. 4651)
Hubaldus episcopus Sabinensis (4494. 4565. 4630. 4651)
Iohannes episcopus Tusculanensis (4565. 4635)
Desiderius presb. card. Rom. eccl. et abbas S. Benedicti (4565)
Bernardus „ „ tit. SS. Apostolorum (4651)
Iohannes „ „ „ S. Ciriaci (4651)
Ugo „ „ „ S. Clementis (4651)
Leo „ „ „ S. Laurentii in Lucina (4651)
Iohannes, qui et Minutus, card. tit. S. Mariae trans Tiberim (4630)
Iohannes presb. card. tit. S. Sixti (4651)
Stephanus vocatus cardinalis (4494. 4630)
Hildebrandus S. R. E. archidiaconus (4494. 4565. 4569. 4630)
Hildebrandus S. R. E. diaconus (an corr. archidiaconus?) (4635).

Scriptae bullae sunt per manum
Rainerii scriniarii et notarii sacri palatii (4512. 4594. 4648. 4706)
Guinizonis scriniarii et notarii sacri palatii sanctaeque R. E. (4515. 4564)
Stephani notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (4569)
Octaviani scriniarii et notarii sacri palatii (4630. 4632. 4633)
Iohannis notarii et regionarii ac scriniarii s. sed. apost. (4646. 4647. [4666.] 4667).

Datae

a m. Novembri 1062 ad Ianuarium 1063:

p. m. Mainardi s. ecclesiae Silvae-candidae episcopi et apost. sed. bibliothecarii (4489. 4490. 4493. 4498)
Ildeberti vice cancellarii s. sed. apost. (4491)

a Ianuario 1063 ad Ianuarium 1069:

p. m. Petri bibliothecarii (4497. 4563. 4564. 4569)
Petri bibliothecarii S. R. E. acholyti vice domini Annonis Coloniensis archiepiscopi et ipsius S. R. E. archicancellarii (4499)
Petri S. R. E. subdiaconi et cancellarii vice domini Annonis Coloniensis archiepiscopi et sed. apost. archicancellarii (4512. 4513. 4514. 4557. 4593. 4594. 4628. 4630)
Petri S. R. E. subdiaconi atque bibliothecarii (4555. 4562. 4565. 4592. 4595a. 4596. 4597. 4631. 4634. 4636. 4645. 4647. 4648. 4653. 4654. 4655)
Rembaldi subdiaconi (4629)
Petri clerici fungentis vice Petri S. R. E. subdiaconi et bibliothecarii (4649. 4650. 4656. 4657. 4660. 4661. 4662)

d. 7. Apr. 1069:

p. m. Petri subdiaconi et cancellarii s. sed. apost. (4663)

a d. 13. April. ad Maium 1069:

p. m. Petri S. R. E. diaconi et bibliothecarii (4664. 4665. 4666. 4667)

die 13. Ian. 1070:

p. m. Petri presbyteri cardinalis et cancellarii atque bibliothecarii s. apost. sedis (4670)

a. d. 28. Ianuario ad Iunium 1070:

p. m. Petri clerici fungentis vice Petri S. R. E. cardinalis et bibliothecarii (4671. 4672. 4673. 4674. 4676)

ab Aug. 1070 ad Aprilem 1073:

p. m. Petri S. R. E. cardinalis presbyteri ac bibliothecarii (4677. 4678. 4679. 4680. 4681. 4685. 4686. 4687. 4691. 4692. 4700. 4702. 4705. 4707. 4708. 4767. 4769. 4770).

**1061.** *(Ind. 15, pont. a. 1.)*

Oct. 1. | Romae | Eligitur et consecratur. Vide Petri Damiani discept. synod., Opp. ed. Cajet. III. 31, ed. Migne 145 p. 79: „kalend. Octobr.". — Quomodo electus ac inthronizatus sit Alexander II. tradidit Benzo L. VII. c. 2 in MG. SS. XI. 672: „. . . conatus est Richardus (de Capua) Lucensem hereticum deducere ad vincula S. Petri, sed Romani bellicis armis restiterunt ei . . . .; et sic clauditur dies. Richardus vero adiutus noctis caligine nigra, adgreditur alia via (ecclesiam S. Petri ad vincula) et manibus sanguineis nocturnum papam inthronizavit et ad Laterani palatium asportavit". Cf. Zoepffel Papstwahlen p. 249. Guillelmi Gesta Wilhelmi Pict. ap. Duchesne Hist. Norm. Scr. p. 197, in MG. SS. XXVI. 3: „. . . violento plurimorum consensu, quorum apud Romanos tunc praecellebat auctoritas, ingenti concilio assentiente, in eo locatus est primatu" cet. Vide Annal. Altah. 1061 in MG. SS. XX. 811. (Sunt qui Alexandri II. electionem diei 30. m. Sept. illigandam esse putent.)

„ 2. | In aula Lateranensis palatii | iuramentum fidelitatis a Richardo principe Capuano recipit. Vide iusiurandum in Deusdedit Coll. can. L. III. c. 159 ed. Martin. p. 341, (ap. Borgia Breve ist. del dom. temp. append. p. 21). Cf. Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 706.

4469 (3373) Omnibus Mediolanensibus delatum ad sese pontificatum nunciat, eosque ad colendam virtutem hortatur. Petri Damiani Opp. ed. Cajet. I. 74, ed. Migne 144 p. 348, Mansi XIX. 941, Migne 146 p. 1279. — „Divini iudicii".

4470 (3484) Guillelmo Petrocoriensi et Duranno Tolosensi episcopis Hugonique abbati scribit de poenitentia ei iniungenda, qui fratris occidendi occasionem invitus praebuerit. Coll. Brit. Al. ep. 1, Ivonis decr. X. c. 177, Mansi XIX. 963, Migne 146 p. 1386. — „Praesentium portitor".

**c. 1061.**

4471 (3375) Haroldum, Nordmannorum regem, hortatur, ne episcopos regni in Anglia et Gallia cum iniuria Adelberti, archiepiscopi Hamburgensis, vicarii sui, ordinari

**c. 1061.**

patiatur. Adami Gest. Hamb. in MG. SS. VII. 342, Lappenberg Hamb. Urk. I. 84, Mansi XIX. 942, Migne 146 p. 1281. — „Quia adhuc rudes".

4472 Suein, regi Danorum, praecipit, ne ipse vel populus eius cum Edberto, episcopo Farriensi, communicet, donec ante (Adelbertum) archiepiscopum Hamburgensem, apost. sedis vicarium, a quo per triennium frustra ad synodum evocatus sit, poenitentiam egerit. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 2. — „Caritative invitando".

4473 (3376) Episcopis Daniae praecipit, ut Edbertum, episcopum Farriensem, ab Adelberto, archiepiscopo Hamburgensi, vicario suo, per triennium ad synodum vocatum, inducere ad inobedientiam desistant. Adami Gest. Hamb. in MG. SS. VII. 365, Lappenberg Hamb. Urk. I. 84, Migne 146 p. 1281. — „Adalbertus Hammaburgensis".

4474 Omnibus episcopis Danorum scribit, „neminem archiepiscoporum neque patriarcharum episcopum posse deponere canonice, nisi prius data fuerit sententia sedis apostolicae". (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 3. — „Fraternitatem denique".

**1062.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — 1. Oct. — 2.)*

Febr. 22. — 4475 *Gebehardum, archiepiscopum Salzburgensem, „pallii insignibus et privilegio singularis pre ceteris coepiscopis principatus per Wezilinum prepositum 8. kal. Marcii honorat". Vita Gebehardi in MG. SS. XI. 35.

p. Apr. 14. — In Capitolii monasterium pervenit, suis a Cadali antipapae exercitu die 14. m. Apr. (vide infra Cadali regesta) victis. Annal. Romani p. 472.

Mai. 21. — 4476 (3377) Monasterio Rivipullensi adempta bona restitui iubet. (Pro 1063 leg. 1062.) Marca Marca Hisp. p. 1122, Aguirre Conc. IV. 425, Cocqu. II. 4, Migne 146 p. 1282. — „Quoniam divina".

4477 (3509. 3510. 3521) Regi et episcopis Dalmatiarum significat, „omnia capitula, per Mainardum collateralem episcopum suum et Iohannem archipraesulem in Spalato aliisque civitatibus statuta", in synodo Romana a Nicolao II. confirmata esse. Repetit et statuit: 1) de electione et consecratione episcoporum, 2) de ordinationibus illicite factis, 3) ut episcopus, presbyter, diaconus, qui „feminam acceperit vel acceptam retinuerit", deiiciatur, 4) ut clerici, „qui barbam vel comam nutrierint", in ecclesiam non intrent, 5) ut qui episcopum non canonice damnatum, comprehenderit aut percusserit aut expulerit, anathematizetur bonaque eius ecclesiae tradantur, 6) ut „Sclavi, nisi latinas litteras didicerint, ad sacros ordines non promoveantur, et clericus, cuiuscunque sit gradus, laicali servituti vel mundiali fisco non subiugetur", 7) de matrimoniis consanguineorum. Coll. Brit. Al. epp. 4, Starine XII. 221, (Fragmenta in Ivonis decr. IV. c. 139, panorm. III. c. 139, Gratiani decr. I. D. 81. c. 16, C. XVII. qu. 4. c. 22, Mansi XIX. 977 et 982, Migne 1046 p. 1407 et 1412). — „Notificamus omnia" („Si quis a modo" „Si quis deinceps").

4478 Orrico, abbati Abbendonensi, scribit, quamquam utiles personas de canonica vel monasterio eligere sibi liceat, Alivetum tamen sese „vix multifaria excusatione retinere valuisse". (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 5. — „Licet nostre auctoritatis".

4479 Goifrido, episcopo Constantiensi (in Normannia), nuntiat, sese „praesentium portitori, qui filium suum sine baptismate in lecto suo noctu iuxta se mortuum repererit", quinquennalis poenitentiae duos annos remisisse. Coll. Brit. Al. ep. 6. — „Praesentium portitor".

4480 (3513) Wifredo, episcopo Constantiensi (in Normannia), significat, se quosdam, quod homicidio casu affuissent, exsilio affectos, poena levasse. Coll. Brit. Al. ep. 7, Ivonis decr. X. c. 30, Mansi XIX. 980, Migne 146 p. 1408. — „Dicebant, se".

4481 Petro, episcopo Alomensi (leg. Aniciensi?) indicat, Fulconem episcopum Cadurcensem, simoniae accusatum, ante altare S. Petri sese expurgasse et muneri suo restitutum esse. Coll. Brit. Al. ep. 8. — „Fulconem Ca(r)turcensem".

4482 Clero et populo Cadurcensi nuntiat, Fulconem episcopum, simoniae accusatum et ab Hugone, apostolicae sedis legato, officio privatum, crimine diluto, „per anulum et virgam" in pristinum munus rediisse. Coll. Brit. Al. ep. 9. — „Qualiter per apostolica".

4483 Dominico, patriarchae Gradensi, scribit, relatum sibi esse a Rainbaldo, praedecessoris sui legato, ecclesiam S. Mariae, a Michaele iure hereditario vindicatam, Iohannem avunculum eius cuidam Petro subdiacono concessisse, quam, quia secundum

**1062.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 1. — 1. Oct. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | „canones et leges rei litigiosae alienatio fieri non posset", eidem subdiacono iam Nicolaus II. interdixisset. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 10. — „Retulit nobis". |
| | | 4484 (3502) Clero Vulturnensi (al. Vuiltinensi) significat, Theoderico parricidae poenitentiam septem annorum a sese impositam esse. Coll. Brit. Al. ep. 11, Ivonis decr. X. c. 178, Mansi XIX. 966, Migne 146 p. 1405. — „Diligentia vestra". |
| | | 4485 Tegrino, episcopo Massano, mandat, ut Hugonem, Radulfi comitis filium, qui Dodonem, episcopum Rosellanum, ceperit triduoque in captione retinuerit, a divinis officiis summoveat et ecclesias eius interdicat. Coll. Brit. Al. ep. 12. — „Audivimus Hugonem". |
| | Lucam | se confert, monente Godefrido duce. Vide Benzonis ep. Alb. L. II. c. 13 in MG. SS. XI. 617. |
| Oct. 11. | Lucae | Vide tabulam in Memorie e docum. V. III. 664. |
| „ 19. | „ | 4486 Lamberto, notario imperatoris, eiusque heredibus petiam terrae infra civitatem Lucensem sitam, sub censu sex denariorum annuatim mense Octobri sibi suisque successoribus (sc. Lucensibus) persolvendo, dat. Pflugk-Harttung Acta II. 94. |
| Nov. 2. | („) | 4487 De castro Anchiani et aliis bonis episcopatus Lucensis cartam facit. Pflugk-Harttung Iter p. 192. |
| „ 22. | „ | 4488 (3378) Rodulfo et Iohanni et Bonitio presbyteris ecclesiam S. Michaelis prope rivum, qui dicitur Vinclana, concedit. Memorie e doc. IV. II. 141. |
| „ 24. | „ | 4489 Florentinae ecclesiae tutelam suscipit, canonicorumque possessiones confirmat, petente Martino praeposito. („Dat. anno dom. inc. MLXIII, pont. a. 2, ind. 1".) Pflugk-Harttung Acta II. 98. — „Si iustis servorum". |
| | „ | 4490 (3381) G. (al. G. Ver.) canonici ecclesiae S. Mariae Pisanae patrocinium suscipit eiusque canonicam et omnia ad eam pertinentia confirmat. Privilegium apostolicum qui violaverit, ei poena 20 librarum aurearum, partim Lateranensi palatio, partim canonico praestandarum iniungatur. (Bullam hanc exeunte anno 1062 datam esse, cum locus signaque chronologica: „a. inc. 1063, ind. 1", etiam in bullis 4489. 4493 notata, tum nomen Mainardi ep. Silvae-Candidae et bibliothecarii probat, quem nisi ante Ian. 1063 privilegia non dedisse, supra p. 567 demonstravimus. Ideoque apud Pflugk-Harttung verba: „Id.? Iul.?" delenda sunt; rectius Ughelli ceterique praebent: „Dat. Lucae per man." cet.) Pflugk-Harttung Acta II. 100, Ughelli It. sacr. III. 359, Cocqu. II. 4, Migne 146 p. 1284. — „Ad apostolicae". |
| Dec. 12. | „ in ecclesia S. Martini | Synodus, in qua Eritthae, abbatissae monasterii S. Iustinae Lucensis, accusatrices damnantur. Vide tabulam ap. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Documenti p. 29, Mansi XIX. 1022. |
| „ 19. | | 4491 Gaudii, presbyteri et cantoris ecclesiae Lucensis, possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 95. — „Quotiens a nostra". |
| „ 27. | | †4492 (CCCXCIV) Monasterium S. Severi Classense tuendum suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat. („Dat. Anagniae." Tabula ex bulla Alexandri III. fabricata.) Mittarelli Ann. Cam. II. append. p. 179, Migne 146 p. 1426. — „Quotiens a nobis". |
| „ 31. | Insulae in claustro monasterii S. Salvatoris | 4493 Monasterii S. Salvatoris in Insula (Senensi) apud burgum novum protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat et auget, petente Iohanne abbate. („Dat. a. 1063, pont. a. 2, ind. 1".) Pflugk-Harttung Acta II. 96. — „Convenit apostolico moderamini". |
| | | 4494 Monasterium S. Bartholomaei de Campo-regio (seu Camporizano) a cuiusvis, praeterquam Romani pontificis potestate eximit, praecipitque, ut „a caritate eremi Fontis-Avellani aliquatenus non recedat". (De fide bullae non videtur dubitandum, tabula enim confirmatoria non ad Gregorium VII., sed IX. pertinet omnique suspicione caret.) Pflugk-Harttung Acta II. 117. Cf. Wiener Sitzungsber. XCIV. 652 et 704, Mittarelli Ann. Cam. II. 261. — „Timetis dilectissimi". |

**1062—1063.**

4495 (3379) Suein, regem Danorum, de regni censu sibi suisque successoribus mittendo hortatur; „ita tamen, ut non sicut oblatio super altare ponatur, sed tam sibi quam successoribus suis praesentialiter offeratur". (Fragmentum.) Deusdedit Coll. can. L. III. c. 150 ed. Martin. p. 328, ap. Borgia Breve ist. del dom. temporale append. p. 13, Muratori Ant. It. V. 838, Mansi XIX. 943, Migne 146 p. 1283. — „Quapropter prudentiam".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1062—1063.** |
| | | 4496 (3380) Gervasio (archiepiscopo Remensi) mandat, ut monasterium Corbeiense a Guidonis, episcopi Ambianensis, iniuriis tueatur. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 623, Bouquet Rec. XIV. 536, Migne 146 p. 1283. — „Clamor ad aures“. |
| | | **1063.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 2. — 1. Oct. — 3.)* |
| Ian. 7. | In comitatu Senensi | 4497 (3382) Clericis ordinariis ecclesiae S. Donati Lucensis possessiones quasdam dono dat. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat. Documenti p. 38, Mem. e doc. IV. II. app. 106, Migne 146 p. 1284. — „Quotiens a nostra“. |
| „ 13. | Burgo S. Quirici | 4498 (3383) Burchardo, episcopo Halberstadensi, pallium „salva tamen auctoritate Moguntinae ecclesiae“, mitramque concedit, et ecclesiae eius privilegia ac possessiones confirmat, haec praefatus: „opus ministerii tui . . . ad iussionem dilectissimi nostri filii Henrici IV. regis, scilicet ut ecclesiasticae pacis inquietudinem regius advocatus propulsares, cum omni gaudio suscepisti, atque post susceptum legationis obsequium semper sincera affectione pro nobis ac Romana ecclesia nobiscum sollicitus fuisti“. Pflugk-Harttung Acta I. 38, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halberst. I. 59, (Gesta epp. Halberst. in MG. SS. XXIII. 97, Leuckfeld Ant. Halb. p. 680, Mansi XIX. 983, Migne 146 p. 1286). — „Inter multa, quae“. |
| Mart. 23. | In sacro Lateranensi palatio | 4499 (3384) Monasterium Fructuariense tuendum suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Alberto abbate. Cocqu. II. 2, Migne 146 p. 1288. — „Cognoscentes, quod“. |
| p. Apr. 20. | Romae | Synodus, „post pascha“ in qua Cadalus excommunicatur. Annal. Altahenses in MG. SS. XX. 812. |
| | „ | 4500 (3476) Episcopis clericis et iudicibus Italiae significat, „in synodo habita in Lateranensi consistorio“ quid actum sit de „novo et inaudito errore“ eorum, qui, „affirmantes, quod germani fratres vel sorores inter se sint in secunda generatione, filii eorum vel filiae in quarta, nepotes vel neptes eorum in sexta, dicant, deinceps viros ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere“. (Ad hanc synodum referatur epistola necesse est, quippe quae memoretur infra in ep. 4506.) Gratiani Decr. C. XXXV. qu. 5. c. 2, Mansi XIX. 966, Cocqu. II. 2, Migne 146 p. 1379. — „Ad sedem“. |
| | („) | 4501 (3385) Omnibus episcopis catholicis cunctoque clero et populo scribit, in „Constantiniana synodo“ amplius centum episcoporum nuper celebrata statutum esse: 1) ut „erga simoniacos nulla misericordia in dignitate conservanda habenda sit“: 2) qui a simoniacis gratis ordinati sint, in acceptis ordinibus maneant. „Ne aliquis“ inquit „successorum nostrorum ex hac nostra permissione regulam sibi vel alicui praesumat, quia non hanc antiquorum patrum auctoritas iubendo aut concedendo promulgavit, sed turpis et nimia necessitas permittendo a nobis extorsit“; 3) si quis ab eo, quem simoniacum esse sciat, se consecrari siverit, et consecrator et consecratus officio privetur; 4) ne missa audiatur presbyteri, qui „concubinam vel subintroductam mulierem“ habeat; 5) et 6) de vita clericorum communi ac de oblationibus laicorum; 7) ne clericus ecclesiam a laico gratis vel pretio accipiat; 8) ne presbyter duas ecclesias obtineat; 9) ut simoniace ordinatus vel promotus officio suspendatur; 10) „nullus monachilem habitum suscipiat, spem aut promissionem habens, ut abbas fiat“; 11) ne quis laicus ad gradum ecclesiasticum promoveatur, nisi mutato habitu saeculari „diutina conversatione inter clericos fuerit comprobatus“. (Epistola haec rectene ascribatur anno 1063, non satis constat.) Udal. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 48; textum paulo diversum cum 12 canonibus praebent Mansi XIX. 1023 et Migne 146 p. 1289, (Fragmenta in Gratiani decr. I. D. 32. c. 6, C. XVI. qu. 7. c. 20). Cf. supra p. 559 similes Nicolai II. canones in synodo a. 1059 sancitos. — „Vigilantia universalis“ („Praeter hoc autem“ „Per laicos“). |
| | | 4502 (3374) Landulfo et Arialdo clericis scribit haec: „Possumus in periurio aliquo crimine lapsis misericordiae manum porrigere, sed non debemus ad futurae perditionis (prohibitionis) exemplum licentiam dare“. (Fragmentum. Rectene ad hunc annum referatur epistola, dubitari potest.) Coll. Brit. Al. ep. 46, Ivonis decr. XII. c. 24, Mansi XIX. 980, Migne 146 p. 1281. — „Possumus in“. |
| | | 4503 Rumulfo episcopo (Constantiensi) significat, non probare se iudicium, „quo tamquam homicidii reus damnatus sit abbas iste“. (Hoc fragmentum videtur pertinere |

**1063.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 2. — 1. Oct. — 3.)*

ad eam, quam infra n. 4511 notavimus, epistolam.) Coll. Brit. Al. ep. 47. — „Iudicium quo tamquam".

4504 Ravengero, electo Aquileiensi, indicat, licet olim pallia absentibus metropolitanis, promotione eorum per responsales Romanae ecclesiae investigata, concessa sint, nunc ob evitandam simoniam, („quam in quibusdam regionibus nunc praevalere cognoverit"), praesentibus tantum dari. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 48. — „Licet antiquis temporibus".

4505 (3507) Rainaldo, episcopo Comensi, mandat, ut in Gissandum (al. Guillandum, Guislandum) presbyterum de decessoris eius nece suspectum quaestionem ponat; neque vero ferventem frigidamve aquam, aut ignitum ferrum adhiberi vult. Coll. Brit. Al. ep. 49, Ivonis decr. X. c. 15, pan. V. c. 7, (Gratiani decr. C. II. qu. 5. c. 11), Mansi XIX. 983, Migne 146 p. 1406. — „Super causas".

4506 (3498) Clericos Neapolitanos edocet, errore vagari eos, qui „ita generationes a duobus fratribus altrinsecus prodeuntes enumerent, ut eorum invicem filios quartam, nepotes sextam, pronepotes octavam generationem esse perhibeant, itaque hoc modo unumquemque generationis gradum, qui unus procul dubio dicendus sit, diviserint atque imperite numerando progeniem desecare contendant". Exempla profert memoratque, sese „super hac ambiguitate prolixiori stilo dictatum descripsisse". (Supra ep. 4500.) Ex Polycarpo edidit Hüffer Beitr. z. Gesch. d. Quellen des Kirchenr. p. 119, (Coll. Brit. Al. ep. 50, Ivonis decr. IX. c. 6, panorm. VII. c. 55, Mansi XIX. 961, Migne 146 p. 1402). — „De parentele gradibus".

4507 Annoni, archiepiscopo Coloniensi, scribit, „nuper omnino a Romanis pontificibus caute institutum esse, pallium nulli transmitti absenti personae". (Fragmentum. Vide supra ep. 4504.) Coll. Brit. Al. ep. 51. — „Nuper omnino".

4508 Rainaldo, episcopo Comensi, significat, diaconum fornicationis crimine maculatum, nisi post longam et condignam poenitentiam ministrare non debere. Coll. Brit. Al. ep. 52. — „Diaconum de quo".

4509 Dominicum ducem edocet, Romani pontificis iudicium nec annullari nec a quoquam mortalium immutari posse. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 53. — „Iniustum est, ut".

4510 (3441) Rumoldo, episcopo Constantiensi, mandat, ut qui, praetermisso subdiaconatu, diaconatum presbyteratumque susceperit, eum „ab officio sacerdotali prohibeat, donec proximo quatuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium ei rite imponat et sic deinceps ad maiora officia eum redire concedat". (Vide infra ep. 4584.) Coll. Brit. Al. ep. 54, Ivonis decr. VI. c. 409, Gratiani decr. I. D. 52. c. 1, Mansi XIX. 963. 983, Migne 146 p. 1350. — „Solicitudo dilectionis".

4511 (3440) Rumoldo, episcopo Constantiensi, respondet, abbatem, qui servum ita ceciderit, ut moreretur sex post mensibus, annua poenitentia perlata in integrum restituendum esse. (Vide supra ep. 4503.) Coll. Brit. Al. ep. 55, Ivonis decr. X. c. 21, Mansi XIX. 963, Migne 146 p. 1349. — „Intelleximus in".

Mai. 8. | Laterani | 4512 (3386) Monasterii S. Trinitatis Vindocinensis possessiones et privilegia rogatu Oderici abbatis confirmat, duodecim solidorum tributo annuo monachis iniuncto. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 752, Launoii Opp. III. i. 360, Mansi XIX. 970, Anal. iur. pont. X. 396, Migne 146 p. 1291. — „Omnibus votis, quae" „Omnibus, qui de".

„ 10. | In Lateranensi palatio | 4513 (3387) Monasterii Cluniacensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat. Bull. Cluniac. p. 17, (Bibl. Clun. p. 507, Mansi XIX. 973, Cocqu. II. 7, Migne 146 p. 1293). — „Cum omnium fidelium".

„ 15? | 4514 Ecclesiae Tranensis possessiones confirmat ac Bisantio archiepiscopo pallii honorem concedit. (Clausulae verba: „XV die mensis maggi" corrupta ac pro „pont. a. III." legendum videtur „II.") Prologo Le carte di Trani p. 55, cf. Beltrani Docum. Langob. e Greci p. LIX, ubi bulla die 11. m. Maii data dicitur. — „Si pastores ovium".

„ | 4515 Ecclesiae Canusinae possessiones confirmat et Andreae archiepiscopo pallii usum concedit. (Non est a suspicione libera.) Pflugk-Harttung Acta II. 97. — „Convenit apostolico moderamini".

4516 (3388) Gervasio Remensi, Richerio Senonensi, Bartholomaeo Turonensi, M. (Aimoni) Bituricensi, T. (Ioscelino) Burdigalensi archiepiscopis commendat Petrum Damianum, episcopum Ostiensem, legatum suum, „qui" inquit „et noster est oculus, et apostolicae

**1063.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 2. — 1. Oct. — 3,)*
sedis immobile firmamentum". Cui ut obediant, praecipit. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 204, Petri Damiani Opp. ed. Cajetani III. 459, ed. Migne 145 p. 857, (Bouquet Rec. XIV. 534, Mansi XIX. 958, Migne 146 p. 1295). — „Non ignorat".

4517 (3389) Gervasio, archiepiscopo Remensi, scribit, qui episcopos omnes promiscue consecrent archiepiscopi, ab iis simoniae faveri. Iosselinum simoniacum ne episcopum Suessionensem consecret, interdicit. Episcopum Bellovacensem ob res ecclesiae disperditas, et episcopum Ambianensem ob illatas abbati Corbeiensi iniurias coerceri vult. Coll. Brit. Al. ep. 15, Duchesne H. Fr. Scr. p. 203, Bouquet Rec. IV. 537, Mansi XIX. 956, Migne 146 p. 1296. — „Pestem simoniacam".

4518 (3391) Widoni, episcopo Ambianensi, sub excommunicationis poena praecipit, ut vexandi monasterii Corbeiensis finem faciat. De negotio archiepiscopo Remensi mandato addit. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 623, Bouquet Rec. XIV. 536, Mansi XIX. 973, Migne 146 p. 1297. — „Miramur fraternitatem".

4519 (3390) Ioscelinum, qui et archidiaconatum Parisiensem „non modo pecunia, verum etiam homicidio", et episcopatum Suessionensem simoniace invaserit, ante consecrari vetat, quam aut ipse ad sese venerit aut per legatum noxam purgaverit. Coll. Brit. Al. ep. 13, Mansi XIX. 978, Migne 146 p. 1297. — „Litteris ad".

4520 (3497) Landulfum in Corsica monet, ne invita uxore monachicam vestem sumat. Coll. Brit. Al. ep. 14, Ivonis decr. VIII. c. 220, pan. VI. c. 85, (Gratiani decr. C. XXXIII. qu. 5. c. 2), Mansi XIX. 951, Migne 146 p. 1402. — „Notificasti te".

4521 Cuniberto, episcopo Taurinensi, haec scribit: „De treua Dei noviter inventa specialem penitentiam iniungere nolumus, quia in canonibus non habetur". (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 16. — „De treua Dei".

4522 Monachis et civibus Perusinis nuntiat, sese Bonizoni abbati, ut monasterii regimine liberaretur, petenti annuisse et Rainerium, filium eius (spiritualem?), successorem substituisse. Coll. Brit. Al. ep. 17. — „Notum vobis sit".

4523 (3506) Mangiso, episcopo Venetensi, respondet, „orationibus, ieiuniis, ac hereditatis et eleemosynarum largitione" non posse effici, quin consanguineorum nuptiae dirimantur. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 18, Ivonis decr. IX. c. 9, Mansi XIX. 979, Migne 146 p. 1406. — „Huius viri".

4524 (3488) Guilielmo de Monasteriolo (al. perperam: Monstrolio) praecipit, ne uxorem dimittat, priusquam ab episcoporum concilio consanguinitas cognoscatur. Coll. Brit. Al. ep. 19, Ivonis decr. IX. c. 32, pan. VII. c. 83, Gratiani decr. C. XXXV. qu. 6. c. 10, Mansi XIX. 980, Migne 146 p. 1387. — „Multorum relatione".

4525 (3479) Philippo, regi Francorum, scribit, sedis apostolicae decreta eodem loco cum canonibus habenda esse. Addit Leonis magni sententiam de potestate eius, qui „clavigerum regni celestis habeat tutorem et patronum". (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 20, (Ivonis decr. V. c. 31, Mansi XIX. 979, Migne 146 p. 1303). — „Ignorant miseri".

4526 (3512) Berengario, episcopo Basileensi, significat, se cuidam ob corruptam patrui filiam quatuordecim annorum poenitentiam imposuisse. Coll. Brit. Al. ep. 21, Ivonis decr. IX. c. 10, Mansi XIX. 979, Migne 146 p. 1408. — „Iste poenitens".

4527 (3392) Gervasii, archiepiscopi Remensis, consilium ad se veniendi laudat. Cadaloum nunciat „ad reparandam pecuniam, a fautoribus suis distributam, cuiusdam turris praesidio gemebundum servari". Mandat, ut una cum archiepiscopo Senonensi de simoniaco episcopo Aurelianensi iudicium faciat. Excommunicatum abbatem S. Medardi eiici vult. Hortatur, ut in Amelricum secundum „apertas litteras" suas consulat. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 202, Bouquet Rec. XIV. 539, Mansi XIX. 945, Migne 146 p. 1298. — „Visis fraternitatis tuae litteris, evidenter".

4528 (3485) Omnes episcopos Hispaniae (al. Galliae) laudat, quod Iudaeos defenderint, „ne interimerentur ab illis, qui contra Saracenos in Hispaniam proficiscebantur". Coll. Brit. Al. ep. 56, Ivonis decr. XIII. c. 114, (pan. VIII. c. 29, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 8. c. 11), Mansi XIX. 964, Migne 146 p. 1386. — „Placuit nobis" („Dispar nimirum").

4529 Hugoni, abbati Cluniacensi, nuntiat, Richerium archiepiscopum Senonensem pallium petiisse; quod concedi non potuisse, cum absentibus non daretur. Coll. Brit. Al. ep. 57. — „Frater noster Richerius".

**1063.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 2. — 4. Oct. — 3.)*

4530 Clero Vulturnensi significat, se eis, qui in Hispaniam (contra Sarracenos) profecturi sint, remissionem peccatorum indulgere. Coll. Brit. Al. ep. 58. — „Eos, qui in Hispaniam".

4531 (3501) Clerum Vulturnensem de annorum decem poenitentia interfectori armati presbyteri imposita certiorem facit. Coll. Brit. Al. ep. 59, Ivonis decr. X. c. 16, Mansi XIX. 962, Migne 146 p. 1404. — „Poenitens praesentium".

4532 (3486) Berengarium, vicecomitem Narbonensem, qui occidi Iudaeos non siverit, laudat. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 60, Ivonis decr. XIII. c. 115, Bouquet Rec. XIV. 538, Mansi XIX. 980, Migne 146 p. 1387. — „Noverit prudentia".

4533 (3487) Wifredo, archiepiscopo Narbonensi, scribit, „omnes leges, tam ecclesiasticas, quam saeculares, effusionem humani sanguinis prohibere, nisi forte commissa crimina aliquem iudicio puniant vel forte, ut de Sarracenis, hostilis exacerbatio incumbat". Laudat eum, quod Iudaeos aggravari passus non sit. Coll. Brit. Al. ep. 61, (Ivonis decr. XIII. c. 115, Mansi XIX. 980, Migne 146 p. 1387). — „Omnes leges".

4534 Episcopis Corsicae scribit, qui ordinandus sit episcopus, eum electionem probare debere. Praecipit, ut electum Iohannem presbyterum cum testibus et litteris, quibus ecclesiae voluntas cognoscatur, ordinationis causa ad sese mittant. (Fragmenta.) Coll. Brit. Al. ep. 62. — „Ille qui ordinandus".

4535 Alberto marchioni (Tusciae) significat: „Nullus debet ordinari episcopus, nisi prius a clero et populo fuerit electus et si ipsius electio per idoneos testes cleri et populi fuerit approbata". (Fragm.) Coll. Brit. Al. ep. 64. — „Nullus debet ordinari".

4536 Clero et populo Wapincensi nuntiat, Ribertum invasorem excommunicatum totamque parochiam interdictam esse, donec eum eiecerint alterumque elegerint. Coll. Brit. Al. ep. 65. — „Sciatis nos Ribertum".

4537 Raibaldum, archiepiscopum Arelatensem, de excommunicato Riberto, ecclesiae Vapincensis invasore, a praedecessoribus iam deposito, ac de parochia eius interdicta certiorem facit. Coll. Brit. Al. ep. 66. — „Noveritis nos Ribertum".

4538 (3418) Ernolfum, simoniacum episcopum Santonensem, et Landum Nucerinum, qui sacra contra interdictum procurasset, in synodo deiectos ac Michaelem Pisaurensem ob res ecclesiae dilapidatas „sententia episcoporum" depositum esse, nuntiat. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 67, (Mansi XIX. 978, Migne 146 p. 1320). — „Ernolfus Santonensis".

4539 Helinandum, episcopum Laudunensem, edocet, canonibus statutum esse, ut „nullus sine legali iudicio spoliatus nisi prius ea, quae exspoliatus sit, sibi restituantur, iudicio cogatur repraesentari". (Fragm.) Coll. Brit. Al. ep. 68. — „Claret intelligentiae".

4540 Ecclesiae Florentinae praeposito scribit, audivisse se, (Petrum) episcopum cum quibusdam canonicis regiam curiam adiisse, ut „ibi introitus et vita eius examinaretur"; „quod", inquit „cum nulli regum vel imperatorum ecclesiastica negotia liceat tractare, ad apostolicae sedis contemptum videtur factum fuisse". Coll. Brit. Al. ep. 69. — „Audivimus episcopum".

4541 Egelsino, abbati S. Augustini Cantuariensi, usum mitrae sandaliorumque concedit. (Fragmentum.) Goscelini Hist. transl. S. Aug. Lib. II. ap. Acta SS. Maii VI. 433, Migne 155 p. 33. (Anno 1063 datum privilegium esse traditur in Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. Ser. II. 1785.) — „Hunc apicem".

**1063?**

Apr. 19. †4542 (cccxc) Parthenonis S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensis privilegia possessionesque confirmat, petente Alda abbatissa. („Scriptum p. m. Antonii reg. not. et scrin.; Datum p. m. Iohannis ep. s. Alban. eccl. et biblioth. S. R. E.") Margarini Bull. Cas. II. 98, Migne 146 p. 1420. — „Convenit apostolico".

4543 (3394) Edwardi, regis Anglorum, litteras gaudio fuisse sibi scribit. Monasterium S. Mariae Coventrense, a Leofrico duce aedificatum, privilegiis ornat. (Pro „a. 1043" videtur legendum: „a. 1063"). Monast. Angl. I. 304, nov. ed. III. 191, Cocqu. II. 4, Migne 146 p. 1299. — „Scriptorum vestrorum".

**1064?**

4544 Mainardo, S. Rufinae episcopo, ita scribit: „Quia vetus consuetudo est, ut in libris Teutonicorum sicut in nostris invenitur, cum imperialis corona quaeritur, prius

**1064?**

securitatem a prioribus curiae regis in papam et a legatis Romanis a papa in regem de vita et membris, honore et captura fieri, oportet necessario, ut huius securitatis firmitas ex utraque parte ad alterutrum procedat.“ (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 22. — „Quia vetus consuetudo“.

4545 Hariberto, episcopo Mutinensi, significat, secundum canones „episcopi promotionem renitente ecclesia nullo modo posse fieri“. Coll. Brit. Al. ep. 23. — „Noscit fraternitas tua“.

**c. 1064.**

4546 B(erengario Turonensi) presbytero respondet, se „calamitati et miseriae eius debitam compassionem exhibere“. Hortatur, ut animo aequo persecutiones toleret. Ex Mus. Brit. cod. Harleian. 3023 edidit Bishop in Hist. Jahrb. I. 273. — „Visis dilectionis tuae“.

4547 G(aufredum) comitem Andegavensem legationi suae non obedire miratur. Praecipit, persequi cesset Berengarium, qui et conversatione et vita sua probaverit, „veram in eo regnare caritatem“, quique „tanta assiduitate elemosinarum polleat, ut vix quivis episcopus equari sibi possit in hoc opere“. Ex Mus. Brit. cod. laud. edidit Bishop in Hist. Jahrb. I. 273. — „Miramur valde“.

**1064.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 3. — 1. Oct. — 4.)*

4548 (3395) Gervasio, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis definite praecipit, ne Reginaldum, simoniacum S. Medardi abbatem, damnatum a Petro, episcopo Ostiensi, eiicere diutius cunctentur. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 205, Bouquet Rec. XIV. 540, Mansi XIX. 958, Migne 146 p. 1300. — „Si quod officii“.

p. Apr. 4. 4549 Goifrido, archiepiscopo Narbonensi, nuntiat, sese Froterio episcopatum Nemausensem, quem sponte coram Hugone, Nicolai II. legato, deposuisset, in die palmarum (d. 4. Apr.) reddidisse, cum „adeptum se esse episcopatum infra legitimos annos, extra suam conscientiam a patre pro eodem data pecunia, protulisset“. Coll. Brit. Al. ep. 24. — „Praesentium lator“.

4550 „Quibusdam religiosis Mediolanensibus“, quid sibi de sacerdotibus a Widone archiepiscopo depositis videatur, consulentibus respondet, ut sic ei obedire studeant, quemadmodum ipse Romanae ecclesiae obediat. Coll. Brit. Al. ep. 25. — „Inquisitum est a“.

4551 Girardo (Tricastinensi et Arausicano) episcopo scribit, presbyterum, „qui patris thorum nefanda fornicatione foedaverit“, a sacris ordinibus removendum, sed ad minores gradus admittendum nec communione privandum esse. „Semper enim“ inquit „reminisci debemus fragilitatem, qua trahimur, carnis“. Coll. Brit. Al. ep. 26. — „Presbyterum quem“.

4552 (3505) Clero et populo Florentino scribit, debere monachos „intra claustrum morari, non vicos, castella, civitates peragrare, a populorum praedicatione omnino cessare“. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 27, Ivonis decr. VII. c. 151, Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 11, Mansi XIX. 979, Migne 146 p. 1406. — „Iuxta Chalcedonensis“.

Mai. 31. Mantuae Concilium, in quo Alexandri electio probatur Cadalusque absens anathematizatur, „feria secunda pentecostes“. Annales Altahenses 1064 in MG. SS. XX. 814. Vide infra ep. 4558. (Anno 1064 celebratam esse synodum hanc, perfecte demonstrant Lindner in dissertatione sua: De conc. Mant., Berolin. 1865, et in Forsch. z. d. Gesch. VI. 497, Giesebrecht III. 1099, Hefele IV. 859.)

Iun. 1. „ Concilii dies altera. Annal. Altah. 1064 l. l.

„ 2. „ Annal. Altah. 1064 l. l. p. 815: „Sicque reliquis duobus diebus cum pace ordinatis, quae ordinanda erant, Alexander papa Romam regreditur“.

„ 3. „ Vide supra.

4553 Helisaco episcopo, archidiacono et subarchidiacono ecclesiae Mantuanae, eiusque successoribus usum mitrae concedit, Annone archiepiscopo Coloniensi et Beatrice comitissa petentibus. Coll. Brit. Al. ep. 28. De tempore vide Ewald in Neues Archiv V. 334 n. 1. — „Anno dilectissimus“.

**1064.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 3. — 1. Oct. — 4.)*

Aug. 31. — Lucae — 4554 Paganoni, Rolando et Ildebrando fratribus octavam portionem de casa et curte in loco Porcari concedit, imposito eis censu annuo 12 denariorum Lucensium mense Maio episcopis Lucensibus persolvendo. Pflugk-Harttung Acta II. 100.

Sept. 20. — ap. monasterium Campi Leonis — 4555 Canonicorum Aretinorum bona confirmat, „interventu Stephani cardinalis et caritate Constantini, Aretini episcopi, seu Iocundi archidiaconi et praepositi". Pflugk-Harttung Acta II. 101. — „Convenit apostolico moderamini".

Oct. — „ — 4556 *Monasterii Campileonensis bona et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 193.

4557 (3397) Monasterii Salvatoris et S. Bonifatii Fuldensis privilegia, petente Widerato abbate, confirmat. (Specimen scripturae ap. Schannat Vind. tab. II.) Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 370, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 167, Migne 146 p. 1301. Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 474. — „Convenit apostolico moderamini".

4558 Rainaldum, episcopum Comensem, vituperat, quod in episcopatu eius annualis pecunia pro chrismate exigatur; scribit, iam in synodo Mantuana se eum admonuisse, ne talem haeresim fieri patiatur. Coll. Brit. Al. ep. 63. — „Relatum apostolicae sedi".

**1063—1065.**

4559 Clero Mediolanensi scribit, permisisse se Lanfranco „fratri suo" (episcopo Bellunensi?), ut „ante praesentiam suam simplici sacramento ab obiectione criminis se defendat". Coll. Brit. Al. ep. 45. — „Nos de infamia".

**1064—1065.**

4560 Heriberto, episcopo Mutinensi, mandat, ut clericum quendam, qui morte imminente in monasterium S. Bartholomaei receptus sit, monachicam vestem assumere permoneat; cogi autem eum, si recusaverit, vetat. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 30. — „Prefatum clericum".

**1065.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 4. — 1. Oct. — 5.)*

Ian. 27. — Lateranis — 4561 *Ecclesiam S. Petri de Burgo Valentinensi tuendam suscipit, eiusque possessiones confirmat, ac privilegia instituit. („Dat. Laterani VI. kal. Febr., pont. sui anno IV". Clausula haec, quae potius Alexandri IV. quam II. tempora indicat, sine dubio ab eo, qui regestum in cartulario scripsit, ex longiore eaque genuina abbreviata est; bullam ad Alexandrum II. pertinere, probat) Chevalier Coll. de cart. Dauphin. VI. I. 6.

Febr. 7. — „ — 4562 Canonicos S. Mariae Pisanos privilegio donat. Ughelli It. sacr. III. 360, Pflugk-Harttung Iter p. 193. — „Iustis et rationabilibus".

Apr. 16. — „ — 4563 (3398) Monasterium S. Miniatis Florentinum tuendum suscipit et eius bona confirmat, petente Oberto abbate. Lami Eccl. Fl. M. II. 1184, Migne 146 p. 1303. — — „Nostre intentionis".

„ 17. — „ — 4564 (3399) Monasterii S. Petri Perusini privilegia possessionesque confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 99, Migne 146 p. 1304. — „Cum universalis".

Mai. 6. — „ — 4565 (3400) In concilio (cf. epist. subsequentem) monasterii S. Dionysii privilegia confirmat. (Dat. „a. pont. 4, ind. 4". Praeter cardinales subscripserunt episcopi 43. Autographum huius bullae in tab. nat. Paris. L. 222 asservatum non exhibet testes, qui leguntur ap. Doublet l. c. Exstat vero bullae copia saec. XIII. ibidem in cartul. LL. 1156 fol. 77, subscriptionibus ornata, quas praebet Doublet. Ideoque quin duo autographa, alterum testibus ornatum, alterum destitutum exstiterint non dubito, praesertim cum Doublet l. l. affirmet, sese ex originali tabulam descripsisse. Cf. etiam Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 531.) Doublet Hist. de St. Denys p. 466, Migne 146 p. 1306. — „Quoniam iustis".

(„) — („) — 4566 (3401) Gervasio, archiepiscopo Remensi, significat, monasterii S. Dionysii, ex episcopi Parisiensis potestate exempti, privilegia in concilio confirmata esse. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 204, Doublet Hist. de St. Denys p. 469, Bouquet Rec. XIV. 541, Mansi XIX. 957, Migne 146 p. 1309. (Fragmentum huius epistolae, quod exstat in bibl. nat. Paris. Cart. S. Dion. s. XI. ms. lat. nouv. acqu. 326. f. 25[b], praebet hoc initium: „Karitati tuae".) — „Devotioni tuae" „Karitati tuae".

(„) — („) — 4567 (Philippum) Francorum regem et comitem B. de eadem re certiores facit. In tab. nat. Paris. Cartul. de St. Denys saec. XIII. LL. 1156. f. 77[b]. — „Nobilitati vestrae notum".

**1065.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 4. — 1. Oct. — 5.)*

(Mai.) (Lateranis) 4568 *R(icherio) Senonensi et M(aurilio) Rotomagensi archiepiscopis eadem, quae superiore epistola 4566 significat. In tab. nat. Paris. Cartul. de St. Denys l. l. f. 78.

Iun. 11. Romae 4569 (3402) Archipresbyteris et presbyteris Velitrensibus rogatu Petri Damiani episcopi concedit, „ut nullus ex eis quodlibet servitium atque angariam faciant, foderum non dent, hostem minime faciant, neque bandum, neque ullam dationem, aut quoquo modo promissionem; dent solum episcopalis (an episcopis?) redituum, scilicet tertiam partem testamentorum et tertiam partem oblationis trium missarum et quarta pars decimarum“. (Hoc et Urbani II. privilegium, n. 4037 ed. 1., falsum esse, argumentis nimis levibus probare conatus est Pflugk-Harttung Acta II. 145. Urbani II. bullam genuinam esse, affatim et argumentum docet et Gregorii IX. confirmatio in MG. Epp. saec. XIII. T. I. 507 exhibita, ex Urbanique bulla colligere licet, etiam Alexandri II. tabulam nil suspecti habere.) Borgia Ist. di Velletri p. 183, Mittarelli Ann. Cam. II. append. p. 200, Migne 146 p. 1309. — „Si extraneis“.

4570 (3403) Richerio, archiepiscopo Senonensi, et Hugoni Trecensi Rogeroque Catalaunensi episcopis monasterium Dervense impense commendat. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 665, Bouquet Rec. XIV. 542, Migne 146 p. 1310, (Lalore Collection IV. 172). — „Quoniam quidem omnium“.

4571 *Ecclesiae Bononiensi concessa ab Adelfredo quondam episcopo bona confirmat. Sigonius De episc. Bonon. p. 66.

4572 (3500) Amalgerio, episcopo Civitatensi (dioc. Benevent.) significat, se cuidam presbytero homicidae annorum 14 poenitentiam iniunxisse. Coll. Brit. Al. ep. 31, Ivonis decr. X. c. 14, Mansi XIX. 962, Migne 146 p. 1404. — „Fratri huic“.

4573 Gervasio, archiepiscopo Remensi, mandat, moneat (Philippum) regem et principes Francorum, ut (Hildegarium) ecclesiae Carnotensis invasorem eiiciant; „quod si ad hoc exequendum minus exarserint, non solum (archi)episcopatus, verum etiam suffraganeorum episcoporum clericis cuiuscunque ordinis omne divinum officium praeter baptismum et consignationem puerorum interdicere non differat“. Coll. Brit. Al. ep. n. 32. — „Monemus fraternitatem tuam“.

4574 Rigero, archiepiscopo Senonensi, eadem ac superiore epistola mandat. Coll. Brit. l. l. — „Monemus fraternitatem tuam“.

4575 (3503) Dominico, patriarchae Gradensi, scribit de presbyteris, diaconis, subdiaconis, qui „mulierculas non abiecerint“, removendis. Scriptum, quo „Amurianensem plebem episcopatum fieri“ concesserit, cassat. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 33. (Gratiani decr. I. D. 32. c. 11, ubi haec epistola perperam Urbano II. tribuitur, Mansi XIX. 977, Migne 146 p. 1405.) — „Erubescant impii“.

4576 Arnulfum, archiepiscopum Cosentinum, monasterium a Roberto duce „ob facinorum remissionem“ praecipiente Nicolao II. in Calabria aedificatum, consecrare iubet. Coll. Brit. Al. ep. 34. — „Litteris suis significavit“.

4577 Sigifrido, archiepiscopo Maguntino, scribit, non esse christianum, „quicunque suarum rerum Deo eiusque sacerdotibus decimas, quae sibi pro baptismatis exhibitione iure competant, annuatim noluerit reddere“. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 35. (Deusdedit Coll. can. III. c. 58.) — „Quicunque suarum“ („Quicumque decimas“).

4578 Clero et populo Ravennati Heinricum archiepiscopum munere privatum et excommunicatum denuntiat, quia multis adversus sedem Romanam iniuriis „illud addere non dubitaverit, quod nemo imperatorum vel ducum nullaque secularis vel alicuius dignitatis persona praesumpsisse probetur, videlicet cardinalem sanctae Rom. ecclesiae alicui captioni dedisse“. Coll. Brit. Al. ep. 36. — „Hainricus archiepiscopus“.

4579 Clero Mediolanensi significat, sese Azzonem et Albertum, monasteriorum S. Celsi sanctique Vincentii invasores, qui „ex canonicis prius abbates dicti sint quam monachi“, deponere et abbatum nomine privare; qui ne ulterius in illis monasteriis abbates sint, statuit. (Ad haec, ni fallor, referenda sunt, quae Arnulfus in Gest. aep. Med. III. c. 17, MG. SS. VIII. 22, narrat.) Coll. Brit. Al. ep. 37. — „Iudicio sancti spiritus“.

4580 Engelberto, episcopo Tursano (prov. Acherontinae), praecipit, ne diaconum suum „secularibus legibus pro crimine maleficii impetat, sed canonicam ab eo purificationem recipiat“. Coll. Brit. Al. ep. 38. (Engelbertus Tursanus apparet etiam inter testes bullae 4651.) — „Non parum miramur“.

4581 Landulfum, principem Beneventanum, hortatur, ne violentia Iudaeos ad Christia-

**1065.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 4. — 1. Oct. — 5.)*

nam fidem adducat. Gregorii I. de hac re sententiam profert. Coll. Brit. Al. ep. 39. — „Licet ex devotionis".

4582 Torcatorii (an Porcatorii?) iudicis coniunctionem cum „consanguinea in tertio gradu" detestabilem esse, et „si filius inde fuerit, nec heredem legitimum recipi nec in episcopalem cathedram vel iudicis dignitatem eum promoveri debere" scribit. Coll. Brit. Al. ep. 40. — „Crimen istud quod".

4583 Ane (lege: Adae) confesso, se per ebrietatem ecclesiam incendisse, poenitentiam quinque annorum iniungit. Coll. Brit. Al. ep. 41. — „Confessus es, te".

4584 Gervasio, archiepiscopo Remensi, („sicut olim super eodem negotio Rumoldo, episcopo Constantiensi", cf. supra ep. 4510) consilium dat, ut qui omisso subdiaconatu ad diaconii et presbyterii honorem ascenderit, „officio suspendatur, donec subdiaconatus benedictionem accipiat, et sic in priore ordinatione diaconus et presbyter teneatur". Coll. Brit. Al. ep. 42. — „Consuluit parvitatem nostram".

4585 Rodulfo et Theobaldo presbyteris permittit, ut, episcopo non prohibente, confitentibus poenitentiam inponant. Addit de barba radenda ac de missis in claustris celebrandis. Coll. Brit. Al. ep. 43. — „Super quibus nos".

4586 (3396) Gervasio, archiepiscopo Remensi, gratias agit, quod Philippo, Francorum regi, suaserit, ut in locum Hi., Carnotensis ecclesiae invasoris ob simoniam a sese excommunicati, successor substitueretur. Mandat, adiuvet archiepiscopum Senonensem in damnando ecclesiae Aurelianensis invasore simoniaco, qui in synodo Cabilonensi, praesente Petro, episcopo Ostiensi, periurium fecerit. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 205, Bouquet Rec. XIV. 541, Mansi XIX. 959, Migne 146 p. 1300. De tempore vide supra ep. 4573 et Neukirch Das Leben des Petr. Dam. p. 104. — „Debitas fraternitati".

4587 Ab Hugone (legendum videtur: Hildegario), episcopo Carnotensi, factas ordinationes et dedicationes cassat. Qui, ut bona canonicorum alienaret, ei consiliati sint, vel qui officia ecclesiastica de manu eius post interdictum apostolicum susceperint, eos anathematizat. (Fragmentum. Utrum anno 1065 an 1063 ascribenda sit epistola, non satis constat.) Coll. Brit. Al. ep. 44. — „Ordinationes et".

**c. 1065.**

4588 B(artholomaeo) archiepiscopo Turonensi et (Eusebio) episcopo Andegavensi scribit, nuntiatum sibi esse, G(aufredum) comitem Andegavensem „quasi sub defensione fidei" tanto odio in Berengarium sacerdotem exarsisse, ut hic, minis comitis perterritus, archidiaconatus munus in ecclesia Andegavensi implere non auderet. Mandat, hortentur Gaufredum, ne Berengarium ulterius inquietet. Ex cod. mus. Brit. Harleian. 3023 edidit Bishop in Hist. Jahrb. I. 274. — „Relatum nobis est".

**1063—1066.**

4589 (4091) Alberto (Adalberoni), episcopo Metensi, suadet, ut in sacerdotem quendam, dignitatem simoniace adeptum, mansuetudine utatur, „ita tamen" inquit „ut, si ecclesia illa, cui deservit sacerdotum penuriam non patitur, suspensus a sacerdotali officio permaneat; quod si fortasse ecclesiae utilitas exegerit, ut curam regiminis assumat, liceat ei ex concessione sui episcopi fratrumque obedientia sacerdotali officio fungi". Coll. Brit. Al. ep. 70; Gratiani decr. C. I. qu. 5. c. 3, Migne 151 p. 358, ubi epistola Urbano II. perperam ascribitur. — „Praesentium portitorem".

4590 Autido episcopo scribit, Bernardum episcopum conquestum esse, se ab Hugone cardinali pro eo, quod a simoniaco ordinatus fuisset, depositum esse; mandat, causam investiget, et si ita sit, in integrum eum restituat. Coll. Brit. Al. ep. 71. — „Conquestus est Bernardus".

**1066.** *(Ind, 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 5. — 1. Oct. — 6.)*

Romae 4591 (3404) *Widonem, archiepiscopum Mediolanensem, excommunicat. Arnulfi Gesta archiep. Med. L. III. c. 20 in MG. SS. VIII. 23.

Mart. 9. „ 4592 (3405) Monasterium Gellonense, flammis absumptum, petente Rostagno episcopo Lutevensi, tuendum suscipit, bonaque eius confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. p. 273, Migne 146 p. 1311. — „Quia divina clementia".

**1066.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 5. — 1. Oct. — 6.)*

Mai. 15. | Lateranis | 4593 (3406) Monasterium S. Michaelis Siegburgense, ab Annone, archiepiscopo Coloniensi, aedificari coeptum, confirmat. Lacomblet Urk. I. 134, Würdtwein Nova subs. dipl. IV. 41, Migne 146 p. 1312. Textum corrigit Giesebrecht Gesch. d. d. K. III. 1104. — „Quod a nobis".

Iul. 1. | „ | 4594 (3407) De ecclesia S. Prisci in monte Aventino quae inter Odricum, abbatem Vindocinensem, et „Heldiprandum, archidiaconum atque coenobii S. Pauli oeconomum", convenerant, ea confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 755, Cocqu. II. 6, Migne 146 p. 1313. — „Convenit apostolico".

Ian.-Aug. | | 4595 Bernardo, episcopo Populoniensi, eiusque successoribus, interventu Ubaldi, episcopi Sabinensis, Iohannis, ecclesiae S. Petri apostoli cardinalis, Petri cancellarii aliorumque clericorum, oblationes, primitias ac decimas frugum, quadrupedum omniumque metallorum in eius dioecesi, praesertim in insula Elba, erutorum asserit. Pflugk-Harttung Acta II. 102. — „Quotiescumque a nostre".

Aug. 18. | Lucae (?) | 4595a Canonicorum Bononiensium tutelam suscipit, possessionesque confirmat et ab omni saeculari potestate liberat, petente Leone archipresbytero. (Bullam non esse a suspicione remotam, recte iudicat Diekamp in Hist. Jahrb. IV. 227.) Pflugk-Harttung Acta II. 116, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 652), ubi perperam bulla a. 1071 ascribitur. — „Condecet culmen nostri".

Oct. 30. | Laterani | 4596 Ecclesiae Cremonensis possessiones et iura, petente Ubaldo episcopo, confirmat. (Pro „pont. a. 7" haud dubie legendum: „pont. a. 6".) Sanclementii Ser. p. 242, Zacharias Cremon. ep. ser. p. 99 (Ughelli It. sacr. IV. 597, Cocqu. II. 6, Migne 146 p. 1314.) — „Pastorali sollicitudine".

Nov. 7. | „ | 4597 (3409) Monasterii Anianensis, petente Emenonio abbate, possessiones et privilegia confirmat, eique Gellonensis cellae dispositionem asserit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12770. f. 238 et ms. lat. 13816. f. 68. (Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 679. Notae temporis corruptae.) — „Convenit apostolico moderamini".

4598 Petente Ph(ilippo), Francorum rege, monasterii S. Dionysii libertatem, „sicut in praeterito anno" (cf. supra n. 4565—4567) confirmat. In tab. nat. Paris. Cartul. de St. Denys s. XIII. LL. 1156. f. 78b. — „Quia devotionis tuae".

4599 (3411) Gervasium archiepiscopum, de Remensis ecclesiae damnis querentem, consolatur. Ita addit: „Siquidem antiqui hostis invidia, antichristum egerens de sentina, tantis, eo ingruente, Romanam ecclesiam per quinquennium oppressit periculis, ut intestina nostrae specialis ecclesiae negotia vix possemus ventilare, nedum longinqua ad plenum extricare; verum post longam tempestatem et crebras procellas sereno, nube expulsa Deo iubente, reddito, forensibus iam occurrere valemus". Adversarios eius evocatum iri nunciat; eumque accedere iubet ad synodum, „quinto decimo die post proximum pascha" (d. 22. April. 1067) celebrandam. Petrum, ecclesiae Romanae subdiaconum et cancellarium, „pro responsis ecclesiasticis" missum, commendat. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 200, Bouquet Rec. XIV. 543, Mansi XIX. 952, Migne 146 p. 1316. — „Dilectionis tuae".

4600 (3412) Gervasio, archiepiscopo Remensi, respondet. Ecclesiae eius calamitatem dolet. Auxilium promittit. Legatum nunciat a sese missum iri. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 202, Bouquet Rec. XIV. 542, Mansi XIX. 955, Migne 146 p. 1317. — „Visis fraternitatis tuae".

**c. 1066.**

4601 G(aufredum) comitem Andegavensem, „saepius admonitum" denuo sub anathematis interminatione hortatur, ut ab iniuriis in Berengarium (Turonensem) desistat. Ex cod. mus. Brit. Harl. 3023 edidit Bishop in Hist. Jahrb. I. 274. — „Sepius admonitum".

4602 In F(roterium) episcopum Nemausensem invehitur, quod monasterium S. Aegidii eiusque abbatem Beraldum excommunicaverit, qui, „consecrationis gratia ab eo (sc. Froterio) invide obstricta", a sede apostolica eam accepisset. Circa festum S. Martini (Nov. 11.) utramque partem ad sese venire iubet. Pflugk-Harttung Acta I. 36 (ad a. c. 1061), Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 24 (ad a. 1062—1066). — „Temeritatis tuae".

**1061—1067.**

4603 (3413) Gervasium, archiepiscopum Remensem, miratur causam Manassis et Amalrici clericorum iam per biennium produxisse. In quos ut tandem iustitia utatur, monet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 201, Bouquet Rec. XIV. 544, Mansi XIX. 953, Migne 146 p. 1318. — „Miramur diligentiam".

4604 (3414) *Elinando, episcopo Laudunensi, de restituenda monasterii S. Iohannis abbatissa scribit. Vide Alexandri litteras ap. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 203, Mansi XIX. 955. Migne 146. p. 1319.

4605 (3415) Gervasio, archiepiscopo Remensi, mandat, ut una cum Elinando, episcopo Laudunensi, expulsae monasterii S. Iohannis Laudunensis abbatissae causam cognoscat et diiudicet. Quam iubet ante iudicium restitui. Suadet pacem Gotifredi ducis. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 203, Bouquet Rec. XIV. 538, Mansi XIX. 955, Migne 146 p. 1319. — „Proclamatio delata".

4606 (3416) Gervasio, archiepiscopo Remensi, et archiepiscopo Senonensi, eorumque suffraganeis mandat, ut a Radulfo comite, si iniuste dimissa uxor sit, recipi eam cogant. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 205, Bouquet Rec. XIV. 539, Mansi XIX. 959, Migne 146 p. 1320. — „Mulier ista".

4607 (3417) Gervasio, archiepiscopo Remensi, mandat, agat, ut episcopus Catalaunensis ecclesiae S. Mennii, quod abstulerit, corpus sancti eiusdem reddat, et illata damna rependat. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 206. Bouquet Rec. XIV. 545, Mansi XIX. 960, Migne 146 p. 1320. — „Quoniam ad".

**1064—1067.**

4608 (3419) Gervasium, archiepiscopum Remensem, reprehendit, quod Carnotensium causam neglexerit. Hortatur, ut abbatem quendam tueatur et Everelmum, monasterii Blandiniensis invasorem, excommunicet. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 201, Bouquet Rec. XIV. 540, Mansi XIX. 954, Lokeren St.-Pierre à Gand I. 98, Migne 146 p. 1321. — „Licet Carnotensium".

4609 (3420) Gervasio, archiepiscopo Remensi, nunciat, privilegia monasterii Corbeiensis a sese confirmata, controversiamque inter abbatem et episcopum Ambianensem in concilio compositam esse. De tuendo monasterio addit. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 203, Bouquet Rec. XIV. 537, Mansi XIX. 957, Migne 146 p. 1321. (Incipit in Cart. Corbei. saec. XI. bibl. nat. Paris. ms. lat. 17763. f. 67[b]: „Privilegia Corbeiensis coenobii".) — „Privilegia coenobii" „Privilegia Corbeiensis".

**1066—1067.**

4610 Bartholomaeo, archiepiscopo Turonensi, scribit, se (Arnaldum) electum Cenomanensem, quamquam filius sit sacerdotis, ob „ceteras virtutes" confirmare. (Arnaldi electio a. 1066 vel 1067 facta est, vide Piolin Hist. de l'égl. du Mans III. 270, et infra ep. 4642.) Coll. Brit. Al. ep. 72; Ivonis Pan. III. 53, Gratiani decr. I. D. 56. c. 13, ubi epistola falso Urbano II. ascribitur. — „Cenomannensem electum".

4611 (3518) Quendam, „ab ecclesia electum, altero digniorem", quamvis sacerdotis filius sit consecrari tamen iubet. (Fragmentum.) Gratiani decr. I. D. 56. c. 12, Mansi XIX. 980, Migne 146 p. 1410. (Cf. Neues Archiv V. 341. n. 6.) — „Apostolica auctoritate".

4612 (3458, 3477) Clero Mediolanensi ita scribit: „archiepiscopum vestrum (Widonem) simoniacum fuisse (al. se fecisse), nullus vestrum ignorat". Addit decretum in synodo Romana esse, „a simoniacis et fornicatoribus officium celebrari non debere, nec aliquem Christianum id ab iis audire". (Fragmenta.) Coll. Brit. Al. ep. 73, Mansi XIX. 978. 979, Migne 146 p. 1362. 1383 (Ivonis pan. III. c. 139. 140, Gratiani decr. I. D. 81. c. 17. 18). — „Archiepiscopum vestrum" „Noveritis, nos" „Si quis sacerdotum" „Eos etiam qui".

4613 (3478) Populo Mediolanensi nunciat, synodum Romanam decrevisse, „ut a presbytero simoniaco seu concubinam habente, missa a nullo fidelium audiatur". (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 74, Mansi XIX. 978, Migne 146 p. 1383. — „Sciat nobilitas".

4614 Stephano, episcopo Alvernensi, significat, „misericordiae gratiam, quae nulla lege concludatur, nullo temporis spatio coerceatur, pie poenitentibus non esse denegandam". Coll. Brit. Al. ep. 75. — „Quae in canonibus".

**1066—1067.**

4615 Ordinationes ab Eustachio, episcopo Oritano, non legaliter in ecclesia Neapolitana factas, post restitutionem Leonis episcopi irritas esse decernit. Coll. Brit. Al. ep. 76. — „Ordinationes ab".

4616 Odolrico episcopo (Paduano) respondet super poenitentia Albizonis presbyteri, qui „cum matre sua fornicatus sit". Coll. Brit. Al. ep. 77. — „Rogabas, ut presbytero".

4617 (3499) Constantino, episcopo Aretino, respondet, qui „concubinae suae in quarta linea consanguineam, alterius desponsatam, pro coniuge duxerit", eum trium criminum obnoxium esse. Iubet sponsam sponso reddi. (Fragmenta.) Coll. Brit. Al. ep. 78, Ivonis decr. IX. c. 37, Mansi XIX. 961, Migne 146 p. 1403. — „Scripsisti quemdam".

4618 Adelaisiae comitissae nuntiat, Widonem Mediolanensem in synodo ab officio episcopali suspensum esse. Astensem electum, a Widone „minime benedictum, sed potius maledictum" inter episcopos non esse numerandum. Coll. Brit. Al. ep. 79. — „Wido Mediolanensis".

4619 Helinandum, episcopum Laudunensem, edocet, patriarcham Cpolitanum „nolentem volentem" b. Gregorii iudicium sustinuisse. (Fragmentum. Cf. supra ep. 1257.) Coll. Brit. Al. ep. 80. — „Ut plenius in".

4620 Gervasio, archiepiscopo Remensi, scribit, iniustum esse, excommunicare aliquem, nisi prius „missa synodica ad respondendum vocetur". Coll. Brit. Al. ep. 81, Ivonis decr. XIV. c. 41. — „Iuste non potest".

4621 (3511) Gebehardo, archiepiscopo Iuvavensi (al. Vivariensi, al. Viennensi), respondet, sacra procurare clerico non licere, si comitiali morbo frequenter corripiatur. Coll. Brit. Al. ep. 82, Ivonis decr. VI. c. 405, Gratiani decr. C. VII. qu. 2. c. 1, Mansi XIX. 965, Migne 146 p. 1407. — „Hic clericus" „In tuis litteris".

4622 Bemanno (leg. Altmanno), episcopo Pataviensi, nuntiat, Raimpuldum monachum, qui claustrum, ubi subdiaconatu fungeretur, relinquens „evangelium, cuius officium nondum suscepisset, ad missas per ignota loca per aliqua tempora falsa ostentatione legisset", condignam poenitentiam egisse itaque ad ceteros gradus sublimari posse. Coll. Brit. Al. ep. 83. — „Presentium lator".

4623 (3522) Adelardo, episcopo Suessionensi, haec scribit: „Quod in XXX. annorum longitudinem homicidii, in treva Dei facti, poenitentiam extendistis, constitutioni huic auctoritatem non damus, quia in sacris hoc canonibus non invenimus; tamen quoniam a prudentibus et religiosis viris treva Dei pro conservanda in populo pace est constituta, omnino non reprobamus". (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 84, Ivonis decr. X. c. 31, Mansi XIX. 989, Migne 146 p. 1413. — „Quod in XXX."

4624 (3442) Willelmum marchionem (al. Valerianum episcopum) ab Henrico, excommunicato archiepiscopo Ravennate, excommunicatum absolvit. (Fragmentum.) Coll. Brit. Al. ep. 85, Ivonis decr. XIV. c. 57, Gratiani decr. C. XXIV. qu. 1. c. 4, Mansi XIX. 977, Migne 146 p. 1350. — „Audivimus, quod".

4625 (3525) Udoni, archiepiscopo Trevirensi, et Theodorico, episcopo Virdunensi, scribit, Cosaldo presbytero, qui capessendi monasterii consilium in morbo captum recreatus abiecerit, beneficia altariaque, ablata per Richerium diaconum, restituenda esse. Coll. Brit. Al. ep. 86, Ivonis decr. VI. c. 428, Hontheim Hist. Tr. I. 417, Mansi XIX. 960, Migne 146 p. 1414. (Gratiani decr. C. XVII. qu. 2. c. 1.) — „Praesentium lator" „Cosaldus presbyter".

**1067.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 6. — 1. Oct. — 7.)*

4626 *M(anassi) et R(adulfo) comitibus praecipit, ut aut ante legatos apostolicos illata ecclesiae Remensi damna rependerent aut ad synodum accedant; nisi obedierint, se „officium suum adimplere non omissurum esse". Vide Alexandri litteras subsequentes.

4627 (3421) Gervasio, archiepiscopo Remensi, praecipit, ut convocatis suffraganeis adhibitoque episcopo Laudunensi coram P(etro) ecclesiae Romanae bibliothecario et V. cardinali presbytero, legatis suis, cum Manasse et Amalrico clericis transigat. Ad synodum eum iterum invitat. De litteris ad M(anassem) et R(adulfum) comites certiorem eum reddit. Legatos suos commendat. Duchesne H. Fr. Scr. IV. 200, Bouquet Rec. XIV. 544, Mansi XIX. 953, Migne 146 p. 1322. — „Si sacerdotale".

**1067.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 6. — 1. Oct. — 7.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 18. | Romae | 4628 (3422) Petro, archiepiscopo Antibarensi, pallii gestandi crucisque in Dalmatia et Slavonia praeferendae potestatem tribuit, et ecclesiae possessiones ac privilegia metropolitana confirmat. (Confusa clausulae verba sic disponenda sunt: „Dat. Romae XV. kal. Apr. p. m. Petri canc. v. dom. Annonis Colon. archiep. anno sexto pont. d. Alexandri pap. II., ind. XII.“ Ind. XII. manifesto falsa est, quippe quae in Alexandri pontificatum omnino non inciderit.) Baronii Annal. 1062, Farlatus Ill. sacr. VII. 17, Migne 146 p. 1323. — „Si pastores ovium“. |
| Apr. 8. | Romae | 4629 (3423) Ecclesiae S. Petri Insulensis, a Balduino Flandriae comite conditae, privilegia per Balduinum episcopum Noviomensem instituta confirmat. (Animi adhuc pendeo, veramne bullam an falsam iudicem; si vera deprendatur, certe male transscripta est.) Buzelini Gallo-Flandria p. 310, Pflugk-Harttung Acta I. 41, Migne 146 p. 1325, (Roisin Franchises de Lille p. 222). — „Quia ex auctoritate“. |
| Mai. 10. | Lateranis | 4630 (3424) Monasterii Casinensis privilegia possessionesque confirmat, petente Desiderio abbate. Tosti St. di Montec. I. 422, Migne 146 p. 1325. — „Pastoralis sollicitudinis“. |
| „ 22. | „ | 4631 (3425) Parthenonem S. Petri Florentinum, a Petro episcopo constitutum et dotatum, confirmat. Ughelli It. sacr. III. 76, Lami Eccl. Fl. M. II. 1092, Cocq. II. 8, Migne 146 p. 1330. — „Pia postulatio“. |
| | | 4632 (3426) Monasterium SS. Dionysii Rustici et Eleutherii Remense privilegiis ditat, eiusque possessiones confirmat, petente Gervasio archiepiscopo. (Bulla haud dubie sincera est, et Alexandro II. tribuenda; sed verba: „Datum Lugduni“ cet. aliena manu sunt addita.) Marlot Metr. Rem. II. 142, Migne 146 p. 1330. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| | | 4633 (3427) Monasterii S. Nicasii privilegia confirmat, petente Gervasio archiepiscopo. Varin Archives admin. de Reims I. I. 213 (Migne 146 p. 1332). — „Pie postulatio voluntatis“. |
| Iul. 9. | Luce | 4634 (3428) Monasterii S. Silvestri Nonantulani bona, privilegia legesque confirmat, petente Landulpho abbate. Tiraboschi St. di Non. II. 196, (Migne 146 p. 1333). — „Quecumque ad laudem“. |
| Aug. 1. | Ap. Melphim in ecclesia b. Petri | Synodus, „sexto pontificatus anno, die kalendarum Augustarum celebrata“, in qua Guilelmus, Tancredi filius, ob invasas ecclesiae Salernitanae possessiones excommunicatur et anathematizatur. Vide Alexandri bullam ap. Ughelli It. sacr. VII. 383, Coqu. II. 10, Mansi XIX. 1063, Migne 146 p. 1335. |
| | Salerni | 4635 (3429) Ecclesiae Salernitanae bona, a Guilelmo filio Tancredi in „episcoporum et abbatum et aliorum fidelium conventu“ restituta, confirmat. Ughelli It. sacr. VII. 383, Cocqu. II. 10, Mansi XIX. 1063, Migne 146 p. 1335. (Araneo Notizie stor. di Melfi p. 321 praebet „Dat. Capuae“ cet. ut in clausula bullae sequentis.) — „Notum sit omnibus“. |
| Oct. 12. | Capuae | 4636 (3430) Ecclesiae Salernitanae iura possessionesque, Alphani archiepiscopi rogatu, confirmat. (Signa chronologica vitiosa emendanda sunt ex Pflugk-Harttung Iter p. 128.) Ughelli It. sacr. VII. 382, Migne 146 p. 1337. — „Ex consideratione“. |
| | | 4637 (3410) Clericos laicosque Cremonenses, ad destruendam simoniam accensos, laudat. Praecipit, „ut tam subdiaconi quam diaconi, sed et permaxime sacerdotes, qui mulieribus carnali commercio admisceantur vel simoniaca sorde polluti sint, et ecclesiasticis careant beneficiis, et perceptae priventur officio dignitatis“. „Caeteros autem clericos, qui videlicet inferioribus potiantur officiis, si legalibus coniugiis sint obligati, in suis gradibus manere“ vult. Ad synodum gerendam „post proximum pascha“ (i. e. post Mart. 23; vide infra ad 30. Mart. 1068) mitti legatos iubet. (Hefele IV. 879 licet recte epistolam hanc anno 1067 ascribendam esse demonstret, synodum inibi memoratam diei 22. Apr. perperam illigat, certe deceptus ep. 4599, quae in priore Regestorum editione illam secuta est.) Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé bibl. II. 649, Watterich I. 264, (Migne 146 p. 1315.) — „Inspiratori omnium“. |
| | | 4638 Annoni, archiepiscopo Coloniensi, interdicit, ne monasterium S. Remacli Malmundariense iniuriis afficiat. (Fragmentum.) Triumphus S. Remacli c. 19 in MG. SS. XI. 447. — „Multa ex te“. |
| | | 4639 *Monasterii S. Remacli Malmundariensis privilegia „auctorizat“. Triumphus S. Remacli c. 21 in MG. SS. XI. 447. |

**1067?**

Siponti — Synodus. Vide epistolas subsequentes.

(„) — 4640 (3504) Lancium, Nucerinum episcopum, ob fornicationem et simoniam, Landolfum Tortibulensem simoniacum, Benedictum Bicariensem, qui a Nicolao II. interdictus officia celebrare praesumpserit, E. (?) episcopum, ab uno tantum episcopo consecratum nullique ecclesiae designatum, deiectos nuntiat. Coll. Brit. Al. ep. 87, (Mansi XIX. 978, Migne 146 p. 1406.) — „Lancium Nucerinum".

(„) — 4640a Pagano de Biccaro „strenuo militi" nuntiat, sese Stephano, Troiano episcopo, locum „Biccari" restituisse; cui ut obediat, praecipit. Addit Benedictum depositum, „si ulterius de ipso episcopatu se intromiserit", anathematizatum iri. (Superaddita sunt verba haec: „Epistola Alexandri papae ad Paganum de Biccari quando apud Sipontum Benedictum, Biccarensem episcopum, in synodo deposuit et Stephanum, Troiae episcopum, restituit".) Pflugk-Harttung Acta II. 103, ubi lin. 8 legendum est „scias". — „Sciat prudentia tua".

**1061—1068.**

4641 Monasterii S. Nicolai Pictaviensis tutelam suscipit, possessionesque et disciplinam confirmat, Agnete, Aquitanorum ducissa, eiusque filia, Romana imperatrice, petentibus. Archives hist. du Poitou I. 10, Anal. iur. pont. X. 399, Pflugk-Harttung Acta I. 36. — „Religiosis desideriis dignum".

**1067—1068.**

4642 B(artholomaeo) Turonensi archiepiscopo eiusque suffraganeis et G(aufrido) comiti Andegavensi scribit, sese cleri et populi Cenomanensis querimoniae de electione (Arnaldi) episcopi graviter condolere. Praecipit archiepiscopo, ut electum consecret, „quia pro illata calumnia, quod sacerdotis filius dicatur, sancta cum Romana ecclesia non repellat, sed patienter pro meritis suis inter ceteros coepiscopos recipiat". Si autem pro timore alicuius hominis benedicere eum noluerit, ipsum et electum ante festum S. Martini (Nov. 11.) ad sese venire iubet. (Cf. supra ep. 4610. 4611.) Neues Archiv VII. 160. — „Quoniam de electione".

**1068.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 7. — 1. Oct. — 8.)*

4643 (3431) Iohanni, episcopo Abrincensi, scribit, se ex episcopo Sedunensi et Lanfranco abbate (Cadomensi) cognovisse, eum „ex electione Guillelmi regis Anglorum ad maiorem sedem (Rotomagensem) promovendum, si ex auctoritate sedis apostolicae fuerit assensus". Praecipit, ut oblatum munus suscipiat. (Cf. Vit. Lanfranci, Opp. ed. d'Achery p. 7, ed. Migne 150 p. 40, ubi pallium legimus per Lanfrancum Iohanni missum esse.) Acta archiep. Rotom. ap. Mabillon Vet. anal. p. 224, Bessin Conc. Rot. I. 52, Bouquet Rec. XIV. 545, Migne 146 p. 1339. — „Destituta Rotomagensi".

4644 (3393. 3432) Monasterium S. Stephani Cadomense, conditum „a Willelmo, principe Normannorum ac victoriosissimo rege Anglorum", tuendum suscipit, privilegiisque donat, Lanfranco abbate petente. (In bibl. nat. Paris. ms. lat. nouv. acqu. 1406 addita verba sunt: „Dat. Lateranis 19. kal. Febr. p. a. VI". Clausula haec aut additicia aut, si ad bullam pertinet, certe mutilata est.) Lanfranci Opp. p. 27, Migne 146 p. 1339, (Fragm. ap. Mabillon Ann. ord. Ben. IV. 643, Migne 146 p. 1299.) — „Quisquis divina".

Mart. 7. — †4644a Monasterii Sextensis possessiones et iura confirmat, petente Benedicto abbate. (Verba: „Dat. Romae Lateranis . . . p. m. Chononis primiscrinii" orbiculique sententia a genuinis recedens in falsitatis suspicionem bullam vocant, ut recte monet Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 697. 704, licet nomen „Cononis presb. cardinalis" in duabus Gregorii VII. tabulis appareat nostraque bulla nisi in copia, ad instar autographi facta, asservata non sit. Annotare libet, „Ba....s Sabin. ep." non „Ba(siliu)s", sed „(Hu)ba(ldu)s" supplendum esse.) Pflugk-Harttung Acta II. 104. — „Si beatissimi Petri".

„ 19. Laterani — 4645 (3433) Monasterium Gellonense tuendum suscipit, libertatemque eius et privilegia ac possessiones, petente (Petro) abbate, confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. p. 274, Migne 146 p. 1341. — „Licet generali sollicitudine".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1068.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 7. — 1. Oct. — 8.)* |
| Mart. 30. | Romae | Concilium „post albas", in quo episcopus Dertonensis, homicidii reus, absolvitur; Petrus, episcopus Florentinus, simoniae noxius, deponitur; Udo, archiepiscopus Trevirensis, simoniam diluit. Annal. Altahenses 1068 in MG. SS. XX. 819. Verbis „post albas" significari diem dominicum post hebdomadam, quae pascha subsequitur, suspicatur Weiland in translatione Ann. Altah. germanica p. 76. |
| | | In eodem concilio episcopus Clusinus simoniae accusatur. Vide infra bullam 4657. |
| | | In eodem concilio Gratianus ep. Ferrariensis consecratur et Samuel invasor excommunicatur. Vide bullam 4651. |
| | | 4646 (3434) U(doni), archiepiscopo Trevirensi, pallii usum concedit. Erhard und Rosenkranz Zeitschr. X. 310, Beyer M. U. I. 422, Migne 146 p. 1342. — „Si pastores ovium". |
| Apr. 13. | Laterani | 4647 (3435) Arnoldo, archiepiscopo Acherontino, pallii usum tribuit. Ughelli It. sacr. VII. 25, Migne 146 p. 1343. — „Convenit apostolico". |
| „ 13. | „ | 4648 (3436) Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Virdunensis protectionem suscipit, bonaque et pactum cum Godefrido duce de advocatione cortis Macrae factum confirmat, petente Ermenfrido presbytero, ecclesiae fundatore ac praeposito. (Notae temporis corruptae.) Anal. iur. pont. X. 401, Pflugk-Harttung Acta I. 42. (Calmet. Hist. de Lorr. I. Pr. p. 462, Migne 146 p. 1344.) — „Ex consideratione". |
| Mai. 14. | | 4649 Monasterium Auriliacense ditioni sedis Romanae subiicit, eiusque privilegia ac possessiones, rogatu Emilii abbatis, confirmat, iniuncto fratribus tributo annuo decem solidorum, „qui simul fiunt centum viginti denarii". Anal. iur. pont. X. 402, Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVII. 92, Pflugk-Harttung Acta I. 43, Mon. pont. Arverniae p. 42. — „Convenit apostolico moderamini". |
| Iun. 20. | | 4650 (3437) Canonicorum Ferrariensium patrocinium suscipit et possessiones confirmat, Everardo archipresbytero, Romano archidiacono et reliquis ecclesiae canonicis petentibus. Ughelli It. sacr. II. 534, Cocqu. II. 8, Migne 146 p. 1345. — „Si iustis servorum". |
| | | 4651 Omnibus Christi fidelibus significat, in concilio Gratianum (sive Graziosum) episcopum Ferrariensem consecratum et Samuelem, eiusdem ecclesiae invasorem, anathematizatum esse. (Praeter cardinales subscripserunt episcopi 44.) Cappelletti Chiese d'It. IV. 47. — „Notum sit cunctis". |
| Iul. 11. | Lucae | Vide tabulam in Memorie e doc. IV. II. 143. |
| Sept. 7. | „ | 4652 Cigoni, filio b. m. Mariae Hebraeae, petiam terrae in Cerbaiolo ea conditione dat, ut sibi suisque successoribus, episcopis Lucensibus, triginta sex denarii Lucenses mense Novembri quotannis praestentur. Pflugk-Harttung Acta II. 105. |
| „ 13. | „ | Vide tabulam in Memorie e doc. V. III. 669. |
| „ 23. | „ | 4653 Bartholomaeo abbati et fratribus S. Martini Maioris-monasterii (Turonensis) asserit locum Guingualvei, a Gervasio de Castro Ledi oblatum. Anal. iur. pont. X. 403. — „Omnibus sancti Petri". |
| Oct. 13. | „ | 4654 (3438) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones maritimas tuendas suscipit. Memorie e doc. IV. II. 144, Bullar. Lateran. p. 1, Migne 146 p. 1346. — „Quotiens a nostris". |
| „ 29. | „ | Vide tabulam in Memorie e doc. V. III. 669. |
| Nov. 1. | „ | 4655 Monasterii S. Michaelis Marturiensis, in comitatu Florentino siti, possessiones et iura confirmat, petente Widrico abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 106. — „Desiderium quod religiosorum". |
| Dec. 6. | „ | Vide tab. ap. Pflugk-Harttung Iter p. 199. |
| „ 16. | „ | 4656 Canonicorum ecclesiae Florentinae patrocinium suscipit ac possessiones confirmat, Martino praeposito et Rozone archipresbytero petentibus. Pflugk-Harttung Acta II. 107. — „Sicut apostolice sedi". |
| („) | Clusii | Vide bullam subsequentem. |
| „ 30. | Perusiae | 4657 (3439) Episcopum Clusinum (Lanfrancum), in concilio Romano simoniae accusatum, cum causa et Lucae et Clusii tractata esset, absolutionem a sese impetrasse testatur. Ecclesias a laicis teneri vel ecclesiasticas res a parentibus filiis „quasi iure hereditario" tradi vetat. Ughelli It. sacr. III. 629, Cocqu. II. 10, Pflugk-Harttung Acta II. 108, Migne 146 p. 1347. — „Quoniam divinae". |

**1062—1069.**

4658 (3515) (Sigifridum) archiepiscopum Moguntinum, reprehendit, quod, neglectis adhortationibus suis, monasterio Fuldensi inferre iniurias perrexerit. Praecipit, ut ablata monasterio reddat, „donec“ inquit „si legatus noster prius apud vos hanc litem non deciderit, in ventura synodo aut per vos aut per idoneos nuncios ad iudicium et determinationem huius rei in nostra praesentia conveniatis“ Schannat Dioec. Fuld. p. 253, Migne 146 p. 1409; de tempore cf. Ausfeld Lambert von Hersfeld, Marburg 1880, p. 42. — „Si fraternitatis tuae“.

4659 (3516) W(iderado) abbati Fuldensi significat, ab episcopo Wirzeburgensi datum iusiurandum esse, se consecrationem eius ab ipso factam nunquam simoniacam appellasse. Eundem de spretis litteris apostolicis sibi satisfecisse, et promisisse, se ablata monasterio restituturum, „donec“ inquit „si legatus noster prius apud vos hanc litem non deciderit, in ventura synodo aut per se aut per idoneos nuncios ad iudicium et terminationem huius rei in nostram praesentiam veniat“. Suas ad archiepiscopum Moguntinum litteras cum eo communicat. Schannat Dioec. Fuld. p. 253, Migne 146 p. 1409. Cf. emendationes, quas ex autographo praebet Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 515. — „Si te ex corde“.

**1069.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 8. — 1. Oct. — 9.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 8. | Perusiae | 4660 Canonicam S. Floridi Castellanam tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Lamberto praeposito. (Clausulae verba mendosa sic corrigenda sunt: „Dat. per man. Petri clerici fungentis vice Petri S. R. E. subdiaconi ac bibliothecarii“.) Muzi Mem. eccl. di Città di Castello II. 31. — „Quoniam divinae“. |
| „ 16. | Narnensi urbe | 4661 (3443) Canonicam S. Mariae Spoletinam, petentibus Andrea episcopo et Petro praeposito, tuendam suscipit, et bona eius confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1260, Cocqu. II. 11, Migne 146 p. 1351. — „Quoniam divinae“. |
| „ 17. | In monasterio S. Laurentii Catiliani | 4662 (3444) Ecclesiae Narniensis canonicorum bona confirmat, petente Alberto archidiacono. (In clausula supplenda videntur verba: „Petri clerici, fungentis vice Petri cet.“) Ughelli It. sacr. I. 1014, Bucciarelli Eccl. Narn. p. 2, Cocqu. II. 12, Migne 146 p. 1352. — „Convenit apostolico“. |
| Apr. 7. | | 4663 Monasterii Laureshamensis, rogatu Heinrici IV. regis, patrocinium suscipit ac privilegia et possessiones confirmat. Chron. Lauresham. in MG. SS. XXI. 416. Cf. Necrolog. Lauresh. ap. Böhmer Fontes III. 151. — „Divinis preceptis“. |
| „ 13. | Lateranis | 4664 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia statuit, petente Wicardo decano. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau T. 973 f. 39 b, (et T. 868 f. 49). — „Quotiens a nobis“. |
| Mai. 5. | „ | 4665 (3445) Petente Udone, episcopo Tullensi, basilicae S. Gengulfi possessiones confirmat. Neues Archiv II. 207. — „Ex consideratione sedis“. |
| „ 5. | „ | 4666 Monasterium S. Salvatoris Tullense tuendum suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, petente Udone episcopo. Beyer M. U. I. 425. — „Quoniam divine“. |
| „ 6. | „ | 4667 Petente Udone, archiepiscopo Treverensi, monasterii Epternacensis possessiones et immunitatem confirmat. Reinberto abbati eiusque successoribus usum mitrae, sandaliorum, dalmaticae, aliaque iura concedit. Beyer M. U. I. 426. — „Apostolice sedis“. |

**c. 1069.**

4668 (3447) *Mediolanensibus Gotefredum, archiepiscopum ab Heinrico rege factum, a sese condemnatum esse nunciat. Arnulfi Gesta archiep. Med. L. III. c. 22 in MG. SS. VIII. 24.

**1061—1070.**

4669 (3448) Lanfranco, „utriusque sapientiae gratia repleto“, significat, se cogitare „quendam suum fratruelem ad eum dirigere, qui tamen grammaticae artis peritia bene instructus, dialecticae omnino non sit alienus; de quo“ inquit „si ad votum nostrum pro scire et valere tuo te habueris, scias, nos tibi pie et liberaliter recompensaturos“. Monet, ut sibi quam primum respondeat. Theineri Disqu. crit. p. 206, Migne 146 p. 1353. — „Gratias omnipotenti“.

**1070.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 9. — 1. Oct. — 10.)*

4669a *(Episcopis Angliae) praecipit, ut Stigandum archiepiscopum, ecclesiae Cantuariensis invasorem, deponant omnesque ab eo ordinatos „aut abiiciant aut ab officio suspendant". Vide Remigii professionem in Giraldi Cambr. opp. ed. Dimock VII. 152.

Ian. 13. | In civitate Senensi | 4670 Monasterii S. Trinitatis de Turre, rogatu Ildebrandi abbatis, „maximeque (ob) interventum Beatricis ducatricis" tutelam suscipit ac possessiones et privilegia confirmat et auget. Pflugk-Harttung Acta II. 110. — „Convenit apostolico moderamini".

„ 28. | Laterani | 4671 (3449) Canonicam S. Salvatoris Harlebecanam tuendam suscipit, eiusque bona confirmat, petente Erlebaldo praeposito. Miraei Opp. dipl. I. 61, Migne 146 p. 1353, (Cocqu. II. 12). — „Quandoquidem divinae" (an „Quoniam divinae" aut „Quoniam quidem divinae"?)

„ 28. | „ | 4672 Monasterii S. Salvatoris Eihamensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gualberto abbate et Adela comitissa. Ex chartul. Eiham. olim in tabul. regio Berolinensi, nunc vero Bruxellensi. — „Quoniam quidem divinae".

Mart. 21. | „ | 4673 (3450) Gebehardo, archiepiscopo Salzburgensi, novi episcopatus constituendi potestatem facit, „et nullus ibi episcopus" inquit „quandoque sive per investituram, ut dici assolet, vel quocumque pacto constituatur, nisi quem tu, vel tui successores prompta voluntate elegerint, ordinaverint et consecraverint". (Imaginem huius bullae arte phototypica expressam praebet) Sickel Mon. graph. X. 6; MG. SS. XI. 37, Hirn Kirchenverhältn. v. Gurk p. 8, (Kleimayrn Nachr. v. Iuv. Anhang p. 257, Canisii Lect. III. II. 436, Hund Metr. Sal. I. 57, Acta SS. Iun. T. VI. 151, Mansi XIX. 975, Cocqu. II. 13. Migne 146 p. 1354). — „Quotiens ea a nobis".

„ 31. | „ | 4674 (3451) Ecclesiam S. Mariae Belliiocensem tuendam suscipit, et bona eius confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. p. 280, Severtii Chron. hist. II. 105, Cocqu. II. 13, Guigue Cartul. de N.-D. de Beaujeu p. 9, Migne 146 p. 1355. — „Quotiens ea a nobis".

„ | 4675 (3452) Monasterium S. Mariae Fructuariense, „cum interventu dilectissimae filiae nostrae Agnetis imperatricis, tum dilecti ac venerabilis Annonis, Coloniensis archiepiscopi, rogatione", tuendum suscipit, et bona eius confirmat. Guichenon Bibl. Sebus. p. 236, Cocqu. II. 14, Migne 146 p. 1356. — „Ex consideratione".

Mai. 15. | In Lateranensi palatio | Synodus, in qua ecclesia S. Iohannis, affectata a Guillelmo episcopo Senogalliensi, Benedicto episcopo Forosemproniensi adiudicatur. (Pro „m. Maio d. 10. ind. XIII." in archetypo tabularii ecclesiae Forosemproniensis legi: „m. Maio d. 15. ind. VIII." testatur Sarti de episc. Eugub. p. 45.) Mansi XIX. 998.

Iun. 8. | In episcopatu Aretino | 4676 (3453) Ecclesiae Aretinae possessiones, petente Constantino episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 416, Lami Eccl. Fl. M. I. 328, Pecci Storia di Siena p. 127, Cocqu. II. 13, Migne 146 p. 1357. — „Convenit apostolicae".

Aug. 16. | Lucae | 4677 Monasterium S. Mariae Gorgonense tuendum suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Ada abbate. Matthaeius Eccl. Pisan. Hist. II. append. p. 97, Pflugk-Harttung Acta II. 109. — „Quotiens ea a nobis".

Oct. 7. | „ | 4678 (3454 et 3467) Monasterii S. Mariae Florentini possessiones iuraque confirmat, interventu Petri Damiani episcopi Hostiensis et cardinalis, ac rogatu Petri monasterii abbatis. Margarini Bull. Cas. II. 100, Migne 146 p. 1358. (Puccinelli Chronica dell' abadia di Fiorenza p. 255, Lami Eccl. Fl. M. I. 107, Migne 146 p. 1367.) — „Cum sedis".

Nov. 6. | „ | 4679 (3446) Monasterii S. Petri Coeli-aurei Papiensis possessiones et privilegia confirmat. Benedicto abbati eiusque successoribus usum dalmaticae, sandaliorum, chirothecarum ac licentiam tintinnabulum in capella ferendi concedit. (Non est, cur de fide bullae dubitemus.) Pflugk-Harttung Acta II. 111, (Robolini Notizie III. 61, Migne 146 p. 1352. Cf. Wiener Sitzungsber. XCIV. 634). — „Quamvis ex universalitate".

Dec. 3. | „ | 4680 (3455) Episcoporum Lucensium plebes capellasque confirmat. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat. documenti p. 52, Mem. e doc. IV. II. 147, Migne 146 p. 1360. — „Cum universis".

„ 3. | „ | 4681 Clero Lucensis episcopatus concedit: „ut deinceps a nulla magna parvaque persona hominum ad secularia iudicia petrahantur" cet. Possessionibus eorum immunitatem tribuit, statuitque „ut eorum advocatus non aliter nisi solus iuret sine ulla contradictione, sicut in sancta Romana ecclesia agatur" cet. Qui privilegium non

**1070.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 9. — 1. Oct. — 10.)*

servaverit, ei poenam decem auri librarum partim camerae apostolicae, partim clero praestandarum imponit. Pflugk-Harttung Acta II. 113. — „Si erga fidelium“.

4682 *„Brevi apostolico a. 1070 dato sancit, ut Robertus, Casae-dei abbas, albo sanctorum inscribatur diesque eiusdem festus agatur d. 24. Aprilis, qua sepultus sit“. (Traditio haec non videtur a suspicione remota.) Vide Chron. Casae-dei in Antiqu. dioec. Claromont. ms. lat. 12745. f. 9 in bibl. nat. Paris. Cf. Mon. pont. Arverniae p. 46, ubi pro „densatis“ legendum est „pensatis“.

**1070—1071.**

4683 Guidoni iudici et Bulgaro eorumque filiis „masculinis“ locum Monticellus prope ecclesiam S. Quirici (in com. Lucensi), „quem modo tenet Henricus cum suis consortibus“, eo tenore asserit, ut unius solidi Lucensis censum annuum apostolicae sedi persolvant. (Clausula haec est: „Actum ind. VIIII.“) Pflugk-Harttung Acta II. 110. — „Apostolice sedis est“.

**1071.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 10. — 1. Oct — 11.)*

4684 (3456) *Sigifrido, archiepiscopo Moguntino, praecipit, ut „Coloniensem archiepiscopum invitet; et convocatis fratribus, concilium celebret, in quo Caroli designati episcopi (Constantiensis) causa iuxta veritatem discutiatur; ut, aut reus criminis, quo insimulatur, a dignitate reiiciatur, aut innocens canonice consecretur“. Vide Sigifridi litteras ap. Jaffé Bibl. V. 68, (Mansi XX. 9).

Mart. 17. Laterani. 4685 (3457) Monasterium S. Rigaldi tuendum suscipit privilegiisque ornat, petente Aganone, Augustodunensi episcopo. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 628, Gall. Chr. IV. Instr. 281, Coqu. II. 14, Severtii Chronol. hist. II. 105, Ragut Cart. de St.-Vinc. de Macon p. 4, Migne 146 p. 1360. — „Religiosis desideriis“.

„ 23. „ 4686 Monasterium S. Benedicti Tarentinum, a Leucio quodam fundatum, tuendum suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat, petente Ursone abbate. Guillaume Ess. hist. sur l'abbaye de Cava append. p. 10, Pflugk-Harttung Acta II. 114. — „Quotiens ea a nobis“.

„ 24. „ 4687 Monasterium SS. Petri et Pauli Cremonense, ab Ardingo, filio Albizonis iudicis, et uxore eius Edina constructum, tuendum suscipit libertatemque confirmat, imposito monachis duodecim nummorum Mediolanensium censu annuo. Pflugk-Harttung Acta II. 115, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 652, Pennotti Ord. cler. canon hist. ed. Rom. p. 636.) — „Quamvis ex consideratione“.

Iun. 21. Lucae. Vide tabulam in Memorie e doc. IV. II. 148.

4689 (3459) *Universos episcopos Campaniae, Principatus, Apuliae atque Calabriae invitat ad monasterii Casinensis basilicam die 1. Octobris consecrandam. Vide Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 719.

Oct. 1. In monasterio Casinensi. basilicam consecrat. Leonis Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 719, Annal. Casinenses 1071 ibid. XIX. 307, Annal. Cavenses 1071 ibid. III. 189, in Cod. dipl. Cav. V. 35.

„ 1. †4690 (CCCXCIII) Monasterii Casinensis possessiones confirmat. (Subscripserunt episcopi 46 praeter alios testes. „Dat. p. m. Petri S. R. E. subdiaconi atque vice d. Anonis“ cet. „In castro Casino“.) Tosti Stor. di Montec. I. 408, (Margarini Bull. Cas. II. 103, Migne 146 p. 1425). — „Pastoralis sollicitudinis“.

„ 18. Laterani. 4691 (3461) Monasterii S. Iohannis Pinnensis, praesente Hugone-Candido presbytero cardinali a Sancio Hispaniae rege cum ceteris monasteriis b. Petro oblati, protectionem suscipit, et privilegia rogatu Aquilini abbatis instituit, ea tamen lege, ut tributum unius unciae auri Lateranensi palatio quotannis persolvatur; ita praefatus: „Accepimus in partibus Hispaniae catholicae fidei unitatem a sua plenitudine declinasse et pene omnes ab ecclesiastica disciplina et divinorum cultu interiorum aberrasse. Itaque instigante nos commissae . . . ecclesiae providentia ad correctionem ecclesiarum Dei . . . Hugonem Candidum . . . in partes illas misimus, qui . . . Christianae fidei robur et integritatem ibi restauravit, simoniacae heresis iniquinamenta mundavit et confusos ritus divinorum obsequiorum ad regulam canonicam et ordinem reformavit“. Martinez Hist. de S. Juan de la Peña p. 518, Aguirre Conc. IV. 437, (Mabillon Ann. ord. Ben. V. 42, Migne 146 p. 1362.) — „Apostolicae sedi“.

**1071.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 10. — 1. Oct. — 11.)*

Oct. 27. | Laterani | 4692 (3462) Monasterii S. Edmundi possessiones confirmat, „Willelmi regis benignae interpellationis vota attendens". Cocqu. II. 15, In Seldeni notis ad Eadmeri Hist. nov. p. 130, Migne 146 p. 1363. — „Quamquam sedes".

4693 (3463) Thomae, archiepiscopo Eboracensi, pallii usum concedit. Monast. Anglic. III. 133, nov. ed. VIII. 1178, Migne 146 p. 1364. — „Cum pastores ovium".

4694 (3464) *Lanfranco, archiepiscopo Cantuariensi, pallium tribuit. Chronica de Mailros 1071 ap. Fell. R. A. Scr. p. 160, in Publ. of the Bannatyne Club 50 p. 57.

4695 (3465) Willelmi, Anglorum regis, virtutem fidemque laudat. Monet, ut Lanfranci, archiepiscopi Cantuariensis, consilia sequatur; cuius arbitrio et Alricii, quondam episcopi Cicestrensis, causam, et archiepiscopi Eboracensis cum episcopo Dorcastrensi litem comissam nunciat. Wilkins Conc. I. 326, Rymer Foed. I. 1, Lanfranci Opp. ed. Giles I. 30, Mansi XIX. 950, Migne 146 p. 1365. — „Omnipotenti Deo".

4696 (3466) Wratislai, Bohemorum ducis, cum fratre episcopo reconciliandi causa legatos scribit in Bohemiam a sese missum iri. Pez Thes. anecd. VI. 246, Boczek C. D. M. I. 141, Migne 146 p. 1366. — „Nobilitatis tuae".

**1061—1072.**

4697 (3468) Omnibus Eugubinis significat, se ecclesiam Petri Damiani episcopi dedicatam b. Lucae evangelistae tuendam suscepisse. Mansi XIX. 972, Mittarelli Ann. Cam. II. 239, Cocqu. II. 20, Migne 146 p. 1369. — „Non ignorat".

**1062—1072.**

Aug. 2. | †4698 Monasterii Fuldensis privilegia confirmat, petente Widerado abbate. („Dat. p. m. Iohannis primi scrinii.") Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 477. — „Summam gerentes sollicitudinem".

**1071—1072.**

Iul. 1. | Romae | 4699 A(raldo), episcopo Carnotensi, salutem et apostolicam benedictionem „si obedierit" demandat. Hortatur, ut ab iniuriis in monasterium Vindocinense, uni sedi Romanae subiectum, desistat et septem ecclesias ereptas reddat; nisi fecerit, officium episcopale se ei interdicturum esse. De privilegio abbati Vindocinensi indulto eum edocet. Anal. iur. pont. X. 406, vide ep. subsequentem. — „Nomne bene novit".

(„) | („) | 4699a *Abbati Vindocinensi eiusque successoribus concedit, ut quotiescumque episcopi Carnotenses iustitiam eis negaverint, ipsi monasterii oppressores excommunicent, qui in totius dioecesis ecclesiis non suscipiantur. Vide Alexandri epist. in Anal. iur. pont. X. 406.

**1072.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 11. — 1. Oct. — 12.)*

Ian. 18. | Reate | 4700 (3469) Ecclesiam Furconiensem tuendam suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Raynerio episcopo. Muratori Ant. It. VI. 492, Migne 146 p. 1369. — „Quoniam multa".

c. Febr. | Romae | Synodus, in qua, anathematizato Gotefredo, Atto archiepiscopus Mediolanensis sancitur. Arnulfi Gesta archiep. Med. L. IV. c. 2 in MG. SS. VIII. 26.

„ | „ | 4701 (3470) *Heinricum IV. regem monet, „ut odium servorum Dei, quod animo conceperat, a se proiiciat, et ecclesiam Mediolanensium secundum Deum habere permitteret episcopum (Attonem)". Vide Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 654.

Mart. 12. | Lucae | 4702 (3471) Monasterium S. Prosperi Reginum tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Gisleberto abbate. Margarini Bull. Cas. II. 104, Migne 146 p. 1370, (Cocqu. II. 17). — „Quemadmodum regi".

4703 (3472) *Ruobertum, abbatem Augiensem, qui propter simoniam vocatus Romam non venerat, anathematizatum orbatumque abbatia declarat. Vide Lamberti Annal. 1072 in MG. SS. V. 191.

4704 *Ottoni (I.) episcopo Constantiensi significat, se Robertum „simoniacum et invasorem" Augiensis monasterii „synodali iudicio anathematis iaculo, nisi resipisceret, percussisse et omnibus accepta ab eo beneficia ad cenobium pertinentia penitus interdixisse, cunctaque ab eo disposita cassavisse". Mandat, ut haec „publice praedicet, et per episcopatum suum divulget". Gregorii VII. Registri lib. I. ep. 82 ap. Jaffé Bibl. II. 102.

**1072.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 11. — 1. Oct. — 12.)*

Apr. 25. | Lateranis | 4705 Monasterii S. Radegundis Pictaviensis privilegia instituit, petente Agnete imperatrice. Anal. iur. pont. X. 404, ubi pro „VII . . . Maii" legendum esse „VII. kal. Maii" docet facsimile bullae in bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. f. 143. — „Omnibus Christi ecclesiae".

Mai. 18. | 4706 Alberico, filio quondam Pe(tri), cognomine Cece, aquaeductum ante portam S. Iohannis (Lateranensis) situm concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 117.

Oct. 5. | Lucae | Vide tabulam in Memorie e doc. V. III. 671.

„ 29. | „ | 4707 (3473) Oratorium Campi-amabilis tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Rustico priore. Mittarelli Ann. Cam. II. append. 236, Yepes Coronica general V. 455[b], Cocqu. II. 19, Migne 146 p. 1373. — „Nulli fidelium".

Nov. 6. | „ | 4708 (3474) Monasterii Floriacensis, „ubi corpus b. Benedicti requiescit", possessiones et privilegia confirmat, petente Guilielmo abbate. Archiv. hist. du dép. de la Gironde V. 154, (Cocqu. II. 16, Migne 146 p. 1375. Cf. Saussey Ann. eccl. Aurel. p. 192. 218, Chamard Les reliques de St-Benoît p. 177. In tabulario Floriacensi asservatur huius bullae archetypus, cuius imaginem photographicam liberaliter mihi misit Dom François Chamard O. S. B. Locociacensis.) — „Si in apostolica".

4709 (3475) Bona iuraque ecclesiae S. Vincentii Cabilonensis confirmat, quam dicit „prae ceteris totius Galliae apostolicae sedi connexam, adeo ut a sedis Romanae vicariis illuc directis statutis temporibus inibi celebrentur concilia". (Bulla haec nec vitiis nec suspicione libera est.) Gall. Chr. IV. Instr. p. 229, Migne 146 p. 1377. — „Quamvis quidem bene".

**1061—1073.**

Romae | 4710 (3481) Tricastinensibus et Arausicanis praecipit, ut Giraldo, communi episcopo, obediant, neve Bertrandum comitem ecclesiam Arausicanam a Tricastinensi seiungere patiantur. Gall. Chr. I. Instr. p. 119, Migne 146 p. 1384. — „Admonemus vos".

„ | 4711 (3482) Bertrando comiti, Raimboldi filio, sub excommunicationis poena praecipit, ne Geraldum episcopum infestet, neu ecclesiam Arausicanam divellere a Tricastinensi conetur. Gall. Chr. I. Instr. p. 120, Bouquet Rec. XIV. 546, Migne 146 p. 1385. — „Si vera sunt".

4712 (3480) Reibaldo, archiepiscopo Arelatensi, et Bertrando, episcopo Foroiuliensi, de suscepta ecclesiae Bariolensis tutela significat. Saxii Pontif. Arelat. p. 206, Bouche L'hist. de Prov. II. 72, Gall. Christ. I. Instr. p. 96, Migne 146 p. 1383. — „Quotiens illa a nobis".

4713 (3483) Abbatem et universam congregationem Anianensem hortatur, ut episcopo Magalonensi pareant. Baluzii Misc. II. 119, Gariel Ser. I. 127, Mansi XX. 910, Migne 146 p. 1385. — „Pervenit ad nos".

4714 (3489) Monasterii S. Salvatoris Caroffensis tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 39, (Labbe N. B. M. II. 757). — „Quoniam curam et".

4715 Ioscelinum, archiepiscopum Burdigalensem, reprehendit, quod „Graecorum noenias (lege: naenias) immo haeresim secutus, signum (an lignum?) dominicae imaginis, hoc est excisum in similitudinem crucifixi domini nostri Iesu Christi non esse venerandum praedicaverit, et ne quis Christianorum alicuius devotionis ritum huic adhibere debeat, omnino interdixerit". Sub excommunicationis poena eum hortatur, ut errorem istum relinquat, et quos seduxerit, ad „viam rectitudinis" redigat. Ita addit: „Ac ne dicas, nos te imperio magis quam ratione coercere, si probabili ratione te fidem adstruere posse censueris, in nostram praesentiam venias, et iudicio sedis apostolicae nova inventa tua aut iuste damnanda, aut rite comprobanda proponas". Anal. iur. pont. X. 407. — „Pervenit ad aures".

4716 Omnibus S. Petri fidelibus significat, sese Pisanum (?) episcopum, ap. sedis legatum, iudicem constituisse inter fratres S. Martini Maioris-monasterii et monachos Rotonenses super ecclesia S. Salvatoris de Bairiaco litigantes. In bibl. nat. Paris ms. lat. 16992 fol. 202. — „Notum vobis fieri".

**1061—1073.**

4717 *Evrardum, clericum Aurelianensem, anathematizat eique interdicit, „ne ulterius perturbationem aliquam supra fratribus ecclesiae Aurelianensis inferat aut de honoribus et ecclesiasticis officiis, quae contra regulas et auctoritatem canonum acquisierit, se intromittat“. Gregorii VII. Registri lib. II. ep. 52 ap. Jaffé Bibl. II. 169.

4718 Monasterii S. Bercarii Dervensis possessiones et privilegia confirmat, ac Brunonem abbatem protegendum suscipit. Anal. iur. pont. X. 409. — „Credita nobis sollicitudine“.

4719 Monasterio Dervensi ablatas ecclesias restitui iubet. Anal. iur. pont. X. 408, Pflugk-Harttung Acta I. 44, (Lalore Collection IV. 172). — „Notum facimus“.

4720 *Monasterii Casae-Dei possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 195.

†4721 Archiepiscopos et episcopos per regnum Franciae constitutos reprehendit, „quod personas indignas cumulent redditibus, dignas autem permittant esurire“. Hortatur ut „patrimonium Christi membris suis sicut veri ecclesiae sponsi, non sicut adulteri dispensent“. (In dictaminum fictorum numerum releganda videtur epistola haec; exstat enim in collectione litterarum in usum scholarem compositarum, ms. lat. bibl. nat. Paris. 2923 saec. XIV. fol. 172. Ex copia saec. XVII Coll. Baluze 63 edidi in) Neues Archiv VII. 161. — „Iuxta psalmistae testimonium“.

4722 (3490) Statuit, beneficia ecclesiastica ne pretio aut episcopi Lucenses tribuant, aut clerici accipiant. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Docum. p. 32, Ughelli It. sacr. I. 809, Mansi XIX. 985, Cocqu. II. 21, Migne 146 p. 1388, (Gratiani Decr. C. I. qu. 3. c. 9, ex quo sumptum est exiguum fragmentum ap. Pflugk-Harttung Acta II. 120.) — „Cum divina“ („Ex multis temporibus“ „Constituimus et“).

4723 (3491) De ecclesiae Lucensis muneribus in probos doctrinaque instructos viros conferendis leges condit. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat. Documenti p. 45, Mem. e doc. V. III. 663, Ughelli It. sacr. I. 811, Cocqu. II. 23, Migne 146 p. 1391. — „Quamvis ecclesiasticae“.

4724 (3492) Ecclesiae Lucensis bona quoquam modo alienari vetat, „nisi necessitate cogente in pignus ea sine malo ingenio ad tempus tradantur“. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat. Docum. p. 48, Mem. e doc. V. III. 665, Ughelli It. sacr. I. 812, Cocquel. II. 24, Migne 146 p. 1393. — „Quamvis circa omnes“.

4725 (3493) Desiderio, abbati Casinensi, abbatiam SS. Sebastiani et Zosimi, quae Palaria vocatur, tribuit, recepto coenobio sanctae Hierusalem, quod Leo IX. papa Richerio quondam abbati „hospitandi gratia“ tradiderat. (Fragmentum.) MG. SS. VII. 729 not. 51, Migne 146 p. 1395. — „Quapropter carissime“.

4726 (3494) Monasterium S. Salvatoris Maiellanum tuendum suscipit et bona eius confirmat, petente Rainerio abbate. Bull. Vat. I. 39, Migne 146 p. 1395. — „Quamvis ex universalitate“.

4727 (3495) Episcopatum Troianum, petente Stephano episcopo, confirmat „secundum tenorem privilegii serenissimorum imperatorum Constantinopolitanorum, Constantini et Basilii fratrum“. Statuit, ut episcopi Troiani a nullo nisi a Romano pontifice consecrentur. Ughelli It. sacr. I. 1344, Migne 146 p. 1400. — „Concedimus et donamus“.

4728 (3496) Trasmundum, Bernardum, Berardum, Sansonis filios, nobiles viros, de tuendo monasterio Piscariensi hortatur, petente Dominico, episcopo Valvensi et monasterii abbate. Chron. Cas. ap. Muratori R. It. Scr. II. II. 862, Migne 146 p. 1401. — „Quoniam erga“.

4729 (3508) H(eliseo), episcopo Mantuano, mandat, ut Leonis IX. papae de corpore Symeonis eremitae (Padilironensis) praeceptum una cum Ferrariensi et Veronensi episcopis exsequatur. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. I. 168, Migne 146 p. 1407. — „Visis litteris, quas“.

4730 *Statuit, ut ecclesia Compsana subdita sit ecclesiae Salernitanae. Vide epist. Gregorii VII. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 139.

4731 „Abbati cenobii S. Benedicti (Casinensis) et S. Petri cardinali suisque successoribus“. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 194. — „Apostolice sedis“.

4732 *Monasterii S. Michaelis Clusini libertatem confirmat. Vide Urb. II. bullam d. d. 17 Mart. 1095 ap. Pflugk-Harttung Acta II. 158.

4733 *Basilicae S. Salvatoris Constantinianae (Lateranensi) privilegium tribuit. Vide

**1061—1073.**

in Bull. Lat. p. 37, Mansi XXI. 778, Migne 188 p. 1019 bullam Anastasii IV., quam 30. Dec. 1153 datam esse docet Pflugk-Harttung Iter p. 248.

4734 Monasterium S. Mariae Florentinum tuendum suscipit, eiusque bona rogatu Petri abbatis confirmat. (Cf. supra 4678.) Pflugk-Harttung Acta II. 119. — „Nostri regiminis".

4735 *Ecclesiae S. Laurentii Florentinae protectionem suscipit possessionesque confirmat. Vide Clem. III. bullam d. d. 21. Iun. 1188 ap. Lami Eccl. Fl. M. III. 1785, Migne 204 p. 1371.

4736 „Septem cardinalibus S. Petri atque omnibus aliis" (cardinalibus) indulget, ut unusquisque eorum non aliter in capellis, quae sint suo titulo subditae, disponat et iudicet, quam episcopi in suo episcopio facere cognoscantur". (Videtur Alexandro II. perperam attribui.) Pflugk-Harttung Acta II. 120. — „Ius ecclesiarum".

4737 Abbati S. Felicis et universis abbatibus patriarchatus Gradensis. Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 195. — „Etsi ex iniuncto".

4738 *Ecclesiae Panormitanae privilegia confirmat. Vide Calixti II. bullam d. d. 2. Apr. 1123 ap. Cocqu. II. 184, Migne 163 p. 1279.

4739 *(Dominico) Gradensi „patriarchalem dignitatem et magisterium Gradensis ecclesiae confirmat". Patriarchatus fines constituit. Vide Innoc. II. bullam d. d. 12. Iun. 1136 ap. Ughelli It. sacr. V. 1120, Migne 179 p. 286.

4740 *Monasterii S. Pauli Romani possessiones confirmat. Vide Anacleti antip. bullam d. d. 27. Mart. 1130 ap. Margarini Bull. Cas. p. 139, Migne 179 p. 692.

4741 *Ecclesiae S. Mariae ad Marturam possessiones confirmat. Vide Hadr. IV. bullam d. d. 6. Mai. 1155 ap. Lami Eccl. Fl. M. IV. 11, Migne 188 p. 1411.

4742 *Canonicam S. Mariae Pisaurensem tuendam suscipit eiusque bona confirmat. Vide Coel. III. bullam d. d. 12. Mai. 1197 ap. Colucci Antich. Picene IV. app. p. XXXII, Migne 206 p. 1217.

4743 *Episcopo Anagnino ecclesiae Trevensis curam committit. Vide Urbani II. bullam d. d. 23. Aug. 1088 ap. Cappelletti Chiese d'It. VI. 325, Pflugk-Harttung Acta II. 141.

4744 *In ecclesia S. Genesii institutum vitae canonicae ordinem confirmat. Vide Coel. III. bullam d. d. 24. Apr. 1195 ap. Lami Eccl. Fl. M. I. 344, Baluzii Misc. III. 426, Migne 206 p. 1085.

4745 *Ecclesiae Pistoriensis privilegia confirmat. Vide Eugenii III. bullam d. d. 11. Dec. 1151 ap. Zacharia Anecd. m. aev. p. 231, Migne 180 p. 1480.

4746 *Ecclesiam S. Mariae Fanensem tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat. Vide Eug. III. bullam d. d. 27. Sept. 1152 ap. Amiani Mem. di Fano II, sommario p. IX, Migne 180 p. 1546.

4747 *Monasterii S. Laurentii in Campo possessiones confirmat. Vide Anast. IV. bullam d. d. 27. Nov. 1153 ap. Muratori Ant. It. V. 487, Migne 188 p. 1001.

†4747a *Spuria Alexandri II. bulla fratribus monasterii S. Mariae, in episcopatu Dertonensi siti, inscripta memoratur in Gregorii VII. Registro Lib. I ep. 33 ap. Jaffé Bibl. II. 51.

4748 (3514) A(delberonem), episcopum Wirzeburgensem, hortatur, ne W(ideradi) abbatis monasteriique Fuldensis privilegia a Romanis pontificibus collata laedat. Schannat Dioec. Fuld. p. 252, Migne 146 p. 1408. Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 515. — „W(ideradus) karissimus".

4749 *Heverardo comiti (Nellenburgensi) eiusque posteris monasterii S. Salvatoris Schaffhusensis „advocatiam et praeficiendi abbatis potestatem et totius rei administrationem concedit". Greg. VII. Reg. L. VII. ep. 24 ap. Jaffé Bibl. II. 418, Fickler Quellen und Forschungen p. 21. Cf. Notas S. Salv. Schafhus. in MG. SS. XIII. 722, Rueger Chronik v. Schaffhausen p. 245.

4750 (3519) Cuidam ita scribit: „Quod frater sororve uxoris tuae cognati tui dicuntur, aequivocationis iure fit potius, quam ulla causa cognationis". (Rectene ascribatur Alexandro II. fragmentum hoc, non satis constat.) Gratiani Decr. C. XXXV. qu. 5. c. 5, cf. Friedbergi annotationem, Mansi XIX. 981, Migne 146 p. 1411. — „Quod autem frater".

4751 (3520) Episcopo cuidam respondet, „mulierem, copula nuptiali extraneo viro iunctam, cognationi eius pertinere; eoque defuncto cognationem manere eandem; neque ab alio viro cognationis vocabula (vincula?) dissolvi, neque susceptas soboles

**1061—1073.**

posse legitime ad prioris viri cognationem (cognationis?) transire copulam". Mansi XIX. 981, Migne 146 p. 1411. — „Fraternitatis tuae".

**1062—1073.**

Apr. 26. †4752 (CCCXCI) Parthenonis S. Mariae Papiensis possessiones et privilegia confirmat. („Scriptum p. m. Iohannis scriptoris; confirmatum p. m. Gregorii episcopi et card. s. ap. sedis . . . Dat. Laterani".) Muratori Ant. It. V. 993, Migne 146 p. 1421. — „Quoniam universae".

Mai. 9. †4753 (CCCXCII) Ecclesiam S. Salvatoris Wissegradensem, a Wratizlao duce conditam „totius provinciae caput dici, venerari sancit". Alia privilegia addit. („Data in manus Petri praepositi S. Georgii, in palatio Lateranensi".) Cosmae chron. in MG. SS. IX. 84, Mansi XIX. 999, Migne 146 p. 1423. — „Ea, quae dominus".

**1063—1073.**

4754 W(iderado) abbati et universae congregationi Fuldensi de statu monasterii referentibus respondet, sese litteris eorum magna laetitia affectum esse; „nec enim de Romanae ecclesiae magis prosperitate sibi gaudendum esse quam de Fuldensis incolumitate, quae quodammodo specialis filia eiusdem S. R. E. in partibus illis esse dinoscatur". Schannat Dioec. Fuld. p. 5. Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 514. — „Visis religionis vestrae".

4755 *Sancio regi (Aragonensi) eiusque successoribus indulget, „ut ecclesias villarum tam earum, quas in Sarracenorum terris capere poterint, quam earum, quas ipsi in regno aedificari fecerint, per capellas vel per monasteria, sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis, distribuant". (Verane sit an falsa epistola haec, disceptari nequit; continetur enim in spuria) Gregorii VII. bulla ap. Pflugk-Harttung Acta I. 53.

**1066—1073.**

4756 (3523) Theobaldum eremitam sanctis ascribit, Mainardo (Silvae-candidae) et Damiano (Hostiensi) episcopis et populo Vicentino petentibus. Mittarelli Ann. Cam. II. 329, Acta SS. Iun. T. V. 596, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. II. 182, Migne 146 p. 1413. — „Multa praeclara".

4757 (3524) Wilielmo, Anglorum regi, scribit de annua pensione apostolicae sedi exhibenda, „ex qua pars Romano pontifici, pars ecclesiae S. Mariae, quae vocatur schola Anglorum", persolvatur. (Fragmenta.) Deusdedit Coll. can. L. III. c. 150 ed. Martin. p. 328, (ap. Borgia Brev. ist. del dom. temp. append. p. 13), Muratori Ant. It. V. 838, Mansi XIX. 949, Migne 146 p. 1413. — „Novit prudentia".

4758 (3526) Udoni, archiepiscopo Trevirensi, „qui prae ceteris Galliae et Germaniae (episcopis) viciniori Romanae sedis affinitate in Domino gloriatur", scribit, sacerdoti cuidam ob „matris et filiae commixtionem" omnem vitam in poenitentia consumendam esse. Martene et Dur. Vet. Script. I. 480, Hontheim Hist. Trev. I. 416, Migne 146 p. 1414. — „Litteris tuis".

**1067—1073.**

4759 *Scotlando, abbati S. Augustini Cantuariensi, legato Willelmi Anglorum regis, permittit, ut „basilicam destruat ac reformet" sanctorumque corpora in alium locum transferat. Goscelini Hist. Trans. S. Aug. L. II. in Actis SS. Maii VI. 434, Migne 155 p. 34. (Fortasse privilegium ad. a. 1070 referatur necesse est; vide Chronol. August. 1070 in Hist. mon. S. Aug. Cant. ed. Hardwick, p. 28).

**1070—1073.**

4760 Piboni, episcopo Tullensi, interdicit, ne ecclesiae super Blesam fluvium in vico Villa sitae libertatem deroget. Anal. iur. pont. X. 408, Pflugk-Harttung Acta I. 45. — „Pervenit ad aures".

**1071—1073.**

4761 (3527) Lanfranco, archiepiscopo Cantuariensi, scribit de monachis ex ecclesia S. Salvatoris non expellendis. Lanfranci Opp. ed. D'Achery p. 303, ed. Giles I. 27,

**1071—1073.**

Eadmeri Hist. novorum L. I. p. 32, Wilkins Conc. I. 328, Mansi XIX. 969, Cocqu. II. 18, Migne 146 p. 1415. — „Accepimus a quibusdam".

4762 (3528) Lanfrancum, archiepiscopum Cantuariensem, monet, ut monasterii Wintoniensis statum tueatur. Haec addit: „Praeterea de liberatione capti episcopi quod experientiae tuae commisimus, valde miramur, an hoc tua praetermiserit negligentia, an regis poenam adiiciens contempserit inobedientia". Portitoris litterarum votis ut annuat, rogat. Wharton Angl. sacr. I. 322, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 36, Migne 146 p. 1416. — „Pervenit ad aures".

4763 (3529) Congregationis monasterii Wintoniensis statum mutari vetat, monachosque hortatur, ut sancte se gerant, neve reprehensionis ansam praebeant. Wharton Angl. sacr. I. 320, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 36, Migne 146 p. 1416. — „Legati nostri".

4764 *Monasterium S. Victoriani Assaniense tuendum suscipit, bonaque eius et libertates confirmat, Sancio, rege Aragonensi, per Aquilinum S. Johannis Pinnensem et Grimaldum Assaniensem abbates ac Hugonem Candidum, presbyterum cardinalem, petente. (Fortasse bulla ad a. 1071 referenda est, cf. supra n. 4691.) Vide tab. Sancii regis ap. Ramon de Huesca Iglesias de Aragon IX. 437.

**1073.** *(Ind. 11, pont. a. 12.)*

Febr. 2. — †4765 (CCCLXXXXIX) Liemaro, archiepiscopo Hamburgensi, pallium mittit, et privilegia ecclesiae eius confirmat, „inclinatus peticionibus domni H. Francorum et Romanorum regis". („Dat. p. m. Hildebrandi cancellarii S. Petri atque abbatis S. Pauli".) Liljegren Dipl. Suec. I. 39, Lappenberg Hamb. Urk. I. 99, Dipl. Island. p. 62, Migne 146 p. 1419. — „Convenit apostolico moderamini".

int. Febr. 13. et Mart. 24. — Romae — Synodus („in quadragesimae diebus"), „in qua Hugo candidus a Cluniacensibus monachis et a quibusdam religiosis episcopis publice de simonia arguitur; et in qua hortatu imperatricis quosdam regis (Heinrici IV.) consiliarios, volentes eum ab unitate ecclesiae separare, publice dominus papa excommunicat". Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 655.

†4766 (3530) *Heinricum IV. regem datis Annoni archiepiscopo Coloniensi et Herimanno episcopo Bambergensi litteris „vocat ad satisfaciendum pro symoniaca heresi aliisque nonnullis emendatione dignis, quae de ipso Romae fuerant audita". Ekkehardi chron. univ. 1073 in MG. SS. VI. 200. Cf. Floto Kaiser Heinrich IV. II. 8, Giesebrecht G. d. d. K. III. 1114. 1120.

Mart. 3. — Romae — 4767 (3531) Monasterium S. Nicolai Pataviense, ab Altmanno episcopo conditum, possessionibusque donatum ab Agnete imperatrice, tuendum suscipit et bona eius confirmat. Mon. Boic. IV. 287, Hund II. 535, Cocqu. II. 19, Mansi XIX. 976, Urk. d. Land. ob der Enns II. 99, Migne 146 p. 1417. — „Convenit apostolico moderamini".

„ 20. — †4768 Omni ecclesiae Gallicanae significat, se decrevisse, ut „sub unius pastoris regimine sedes Noviomensis et Tornacensis permaneant". („Scr. p. m. Hildebrandi archidiaconi et scriniarii sacri palatii et recitatum XIII. kal. Apr., Ind. XI.") Anal. iur. pont. X. 405. — „Cognoscat tam futurorum".

„ 31. — „ — „paschali festivitate". Bonithonis lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 656.

Apr. 17. — Laterani — 4769 (3533) Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Vesontionensis, a. b. m. Hugone archiepiscopo constitutam, tutelam suscipit et possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 45, (Mém. et doc. inéd. de la Franche-Comté II. 316, Migne 146 p. 1418). — „Sicut ab auctore".

„ 19. — „ — 4770 Ecclesiam S. Crucis Aurelianensem tuendam suscipit canonicorumque possessiones confirmat, petente Rainerio episcopo. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78. f. 9 b. — „Inter cetera quae".

„ 21. — Moritur „XI. kal. Maii". Gregorii VII. Registr. L. I. ep. 6 ap. Jaffé, Bibl. II. 15, Bernoldi Necrol. in MG. SS. V. 392, Mariani Scotti chron. ibid. p. 560 et XIII. 78. Annal. Benevent. 1073 ibid. III. 181, Emortuale mon. Casin. ap. Muratori R. It. Scr. V. 75.

## CADALUS (HONORIUS II.) antipapa. 1061—1064.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1061.** |
| Oct. 28. | Basileae | Eligitur ab Heinrico IV. rege „ipso festivitatis die sanctorum apostolorum Simonis et Iudae". Petri Damiani ep. ad Cunibertum, in Opp. III. 206, ap. Migne 145 p. 414, Bertholdi Annales 1061 in MG. SS. V. 271. Cf. Bernoldi Chron. 1061 ibid. p. 428, ubi dies 26 Octobr. praebetur. |
| | | **1062.** |
| | Longobardiam | „Intrat, stipatus multis militibus". Bonithonis Liber ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 645. |
| | Bononiae | Vide Bonithonis Libr. ad. am. l. l. |
| | Per Etruriam | Vide Benzonis ep. Alb. L. II. c. 9, in MG. SS. XI. 615. |
| Mart. 25. | Sutrii | Vide Benzonis ep. Alb. l. l. |
| „ | In Campo crasso | ultra Sutrium castra metatur. Annal. Altahens. 1062 in MG. SS. XX. 812. |
| Apr. 14. | Prope Romam in prato Neronis | pugna, qua Alexandrini a Cadali exercitu superantur. Locum exhibent Annales Romani in MG. SS. V. 472 et Bonitho in Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 646, diem codex Vatic. ap. Muratori R. It. Ser. III. II. 358, Watterich I. 235, (catal. Tiburtin. in MG. SS. XXII. 356: „in pratis S. Petri"). |
| „ | In civitate Leoniana | Vide Annales Romanos p. 472: „apprehenderunt civitatem Leonianam cum basilica b. Petri"; Benzonis ep. Alb. L. II. c. 9. p. 616: „intravit exercitus (Cadali) sancti Petri cortinam". |
| „ | In turre | Cencii Stephani, „quae est in ponte b. Petri". Annales Romani p. 472. Vide Donizonis Vit. Math. in MG. SS. XII. 375. |
| „ 18.? | Tiberim | transgreditur postquam per quinque dies ante Romam exercitus sederat. Vide Benzonis ep. Alb. L. II. c. 10. p. 616: „Transivimus Tyberim ad portum Flaiani". |
| („) | Sub arce | Tusculana „in papilionibus". Benzonis ep. Alb. L. II. c. 10. p. 616. |
| (Mai.) | Parmae | Vide Annales Roman. p. 472, Bertholdi Ann. 1062, Bonithonis Libr. ad am. p. 646, Benzonis ep. Alb. L. II. c. 13. p. 617. Cf. Lindner in Forsch. z. d. Gesch. VI. 509. |
| Iul. 29. | „ | Cf. tabulam ap. Affò St. di Parma II. 328: „anno 1062, IV. kal. Aug. Ind. XV. Episcopio s. Parmensis ecclesiae, ubi nunc domnus Kadalus episcopus, et electus apostolicus, praeordinatus esse videtur". |
| | | **1063.** |
| p. Apr. 20. | Parmae | Synodus, in qua Alexander II. excommunicatur. Annal. Altahenses 1063 in MG. SS. XX. 812; cf. Benzonis episc. Alb. L. II. c. 14. p. 617. |
| c. Mai. | In Romania | copias parat. Bonithonis Lib. ad am. p. 646: „transacto anno". |
| „ | Leonianam | civitatem noctu intrat. Bonithonis Lib. ad am. p. 646. |
| „ | In ecclesia S. Petri | Bonithonis Lib. ad am. l. l.; Benzonis ep. Alb. L. II. c. 16. p. 619. |
| „ | In castro S. Angeli | obsidetur. Bonitho l. l.: „in eodem castro per duos annos (an menses?) obsesso"; Benzonis ep. Alb. l. l.: „in poliandro Adriani". Cf. supra Alexandri II. ep. 4527. |
| | | **1064.** |
| | Berceti | Bonithonis Lib. ad am. p. 646, cf. Giesebrecht Annales Altahens. p. 180. 184. |
| Mai. 31. | Aquaenigrae | dum celebratur concilium Mantuanum, in quo ipse pontificatu absens deiicitur. Annal. Altahenses 1064 in MG. SS. XX. 814. Cf. Bonithonis Lib. ad am. p. 648. |
| | | „Sua per ecclesias decreta et epistolas more sedis apostolicae destinare non desistit". Lamberti Annal. 1064 in MG. SS. V. 168. |
| | | **1065.** |
| | Bardi | Vide inscriptionem ap. Vedriani Hist. di Modona II. 36, Affò St. di Parma II. 84. |

**1069.**

Apr. 20. | Parmae | in iudicio sedens Cumdelbertum diaconum et custodem ac Rainerium advocatum ecclesiae Parmensis per ferulam de possessionibus quibusdam investit. Tabula ap. Affò St. di Parma II. 329, cui sic subscripsit: „Ego Cadalus Dei gratia Episcopus atque Electus Apostolicus".

**1071. 1072.**

Moritur. Cadalum cum sciamus d. 5. Apr. 1071 adhuc in vivis fuisse (vide tabulam ap. Affò St. di Parma II. 330) et paulo ante Henricum, archiepiscopum Ravennatem, mortuum esse (vide Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé II. 654), aut exeunte a. 1071 aut ineunte a. 1072 naturae debitum eum concessisse manifestum est. (In carcere eum mortuum esse, canit Rangerius in Vita S. Anselmi ed. La Fuente p. 11.)

---

# GREGORIUS VII. 1073—1085.

Gregorii VII. regesta in priore huius operis editione adornanti Jafféo contigit, ut optatissimo uti praesidio liceret, quod quidem situm in veterrimo registri codice Vaticano est, omnium qui exstant et manu scriptorum codicum et editionum fonte. Willelmus enim de Giesebrecht V. Cl., cum thesauris bibliothecarum et tabulariorum Italicorum ante quadraginta annos fruenti aditus ad praestantissimum illum codicem pateret, genuinas eius lectiones, a quibus haud raro editiones male recedunt, diligenter perscripsit, posteaque liberaliter cum Jafféo, quo librum suum locupletaret, communicavit. Auxit etiam largitatem muneris, quod cum ab eo petitum esset, de proprietate codicis virtuteque ut in illius usum persequeretur scriptura, qua est comitate non dubitavit, quin utilem gratamque, quae habetur infra, ad eum mitteret commentationem. Quam fere integram illaesamque in hac regestorum secunda editione repetere, roganti mihi benigne permisit, omissis mutatisve perpaucis verbis emendatione indigentibus. Etenim commentatio haec aliaque in libello „De Gregorii VII. registro emendando" a Giesebrechto editae quasi fundamentum sunt pretiosissimi illius monumenti, quod in Bibliothecae rerum Germanicarum tomo II in Gregorii pontificis memoriam instituit Philippus Jaffé. Neque, cum hic in epistolarum Gregorianarum praefatione ab illius sententia nonnusquam recesserit multaque alia, quae ad regesta melius cognoscenda spectant, adiecerit, supervacuum fore spero, si magnam eiusdem praefationis partem denuo lectori propono; praesertim cum quae inibi de anno registri vulgati, de signorum chronologicorum auctoritate, deque ratione inter id et collectionem canonum Deusdedit cardinalis constituta sunt, nuperrime a viris doctis in dubium partim partimque in contrarium revocata sint. Ne vero quid eruditis, ad quos editio nostra perveniat, deesset, commentariolum adiunxi, quo horum doctorum meamque de registro sententiam brevibus exposui

Gregorii bullae nomina testium non praebent. Sententia in iis legitur haec: „Miserationes tuae domine super omnia opera tua" 4862. 4865. 4940. 4957. 5009. 5015. 5018. 5069. 5095. 5098. 5158. 5159. 5198. 5258. 5263. 5279. 5283. 5293. 5311.

Scriptae per cuius manum bullae sint, non plus quam bis indicatur:
p. m. Rainerii notarii (5060)
„ „ Petri notarii nostri (leg. sacri) palatii (5071).

Datae sunt
p. m. Petri S. R. E. presbyteri cardinalis ac bibliothecarii (4818. 4844. 4847. 4862. 4863. 4864. 4865. 4899. 4940. 4945. 4957. 4974. 4975. 4976. 4980. 4981. 4983. 4984. 5009. 5015. 5062. 5072. 5094. 5095. 5110. 5125. 5134. 5158. 5159. 5160. 5198. 5199. 5213. 5214. 5215. 5261. 5263. 5264. 5311)
„ „ Petri cancellarii atque cardinalis (5069)
„ „ Gregorii diaconi cancellarii (lege: cardinalis) M . . . ecarii (lege: atque bibliothecarii) (5071, cf. bullam spuriam 5039)
„ „ Cononis cardinalis presbyteri s. sedis Romanae ecclesiae (et tunc) cancellarii officium supplentis (5018)
„ „ Cononis cardinalis presbyteri (5044)
„ „ Iohannis R. E. diaconi cardinalis (5079)
„ „ Iohannis Cartan' (an Caietani?) S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii (5256)
„ „ Beniamin fungentis vice Petri S. R. E. presbyteri cardinalis et bibliothecarii (5258)
„ „ Gregorii S. R. E. diaconi (5272). —

Willelmi de Giesebrecht autem commentatio, de qua supra dixi, scripta his verbis est:

„Gregorii VII. Registrum, quod usque ad nostra tempora pervenit, non idem esse ac verum illud et genuinum, quod publica auctoritate olim recepto in curia Romana more compositum erat, multae epistolae, quas aliunde notas frustra quaesiveris, satis ostendunt. Persuasum igitur habemus, id quod vocant Registrum nihil esse aliud, nisi collectionem epistolarum a scriptore nescio quo confectam atque in lucem prolatam, ut rerum gestarum curiosis pro virili parte consuleret, magnumque Gregorii nomen posteritati commendaret. Quam col-

lectionem iam paulo post obitum huius Papae conscriptam, moxque et in Italia et in Germania innotuisse, Deusdedit Cardinalis Romanus in Collectione canonum et Bernoldus Constantiensis in Chron. ad annum 1085 testes sunt".

„In undecim libros, quorum decimus iniuria temporum interierit, opus dispositum fuisse, editores uno ore confirmant, neque dubitare videntur, quin conservato iusto ordine temporum epistolae suo quaeque loco positae sint. Attamen, si paulo accuratius perlustraveris, facile animadvertes, inde ab initio libri VIII. omnes fere litteras indictione, plurimas vel die, quo datae sint, carere; quamquam in prioribus septem libris indictio et dies fere semper diligenter diffiniuntur. Fieri certe nequit, quin ea re scrupulus nobis iniiciatur, et critica arte adhibita inveniemus, nequaquam eo, quo nunc leguntur ordine, sed diversis temporibus eas litteras scriptas esse et saepe inferiorem nunc locum obtinere, quae antepositis multo priores exstiterint. Neglexit igitur, qui Registrum composuit, in extrema operis parte temporum ordinem, quem per septem priores libros diligenter tuitus erat. Quod sane non sine gravi causa admisit, quamvis, quae fuerit, coniectura modo augurari possimus. Ex mea sententia usque ad finem septimi libri vero et genuino Gregorii VII. Registro usus ea, quae notatu digna videbantur, inde decerpsit: ipsius papae litteras, acta conciliorum, epistolas ad papam datas, notas de ordinatione episcoporum etc., quae omnia eodem, quo in Registro erant, ordine in suum librum describenda curavit. Deinde vero ab initio libri VIII. hoc valido praesidio destitutus, sive Registrum papae gravissimis illis temporibus (1080—1085) omnino non confectum, sive Gregorio mortuo Salerni relictum erat, sine ordine, quascunque fors et fortuna e diversis locis ei obtulerat, epistolas compegit. Ita accidisse videtur, ut cum in priore parte singulis pontificatus annis singuli libri responderent, et epistolae eodem anno datae eodem quoque libro coniungerentur, in posteriore parte hic ordo plane negligeretur".

„Vehementer vero dubitandum est, num ea librorum descriptio, quam nunc editiones exhibent, auctoritatem habeat vetustatis. Iam id suspicionem movet, quod Deusdedit Cardinalis ex septimo libro, qui apud nos omnino 28 epistolas continet, 70am et 75am, et ex octavo quamquam in editionibus non supra 23am progreditur, 29am et 30am laudat. Quod ad septimum quidem librum, aut aliquis error in numeris latet, aut Deusdedit exemplari nostris locupletiore utebatur; nam quae laudantur epistolae in nostris 19a et 24a eiusdem libri sunt. Aliter de octavo libro sentiendum est, eae enim epistolae, quas ex hoc commemorat, nunc in nono libro reperiuntur, ubi 6a et 7a numerantur. Unde in exemplo eius octavum et nonum librum coniunctos fuisse, probabile et verisimile videatur".

„Sed ut certi aliquid de hac re statuamus, ad codices Registri manu scriptos nos vertamus necesse est. Haud raro in bibliothecis Italicis inveniuntur. Ipse iter per Italiam faciens, Romae duos in archivio Vaticano, quinque in bibliotheca Vaticana (Codd. 3797. 4579. 4906. 4907. 5638), unum Vallicellianum (Cod. C. 17) revolvi: Venetiis unum in bibliotheca sancti Marci inspexi, Mutinensem laudat et in usum suum vertit Iohannes Dominicus Mansi. Sed omnes hi libri recentioris sunt aetatis, non ante saec. XVI. vel XVII. confecti, praeter unum illum, qui antiquior in archivo Vaticano exstat, quemque reliquorum omnium tanquam fontem et originem habendum esse, facile probari potest. Ex eodem quoque Antonius Caraffa primus Registrum typis exscribendum curavit, et omnes, qui post eum novam editionem instituendam susceperant, nihil aliud egerant, quam ut Caraffae lectionem, licet plurimis locis valde mendosam, inconsulte ad litteram repeterent, nisi forte lenior sententia ferenda est et de Harduino, nonnulla de coniectura haud male emendante, et de Dominico Mansi, quem codice Mutinensi usum esse iam supra retuli. Antiquissimum vero Vaticanum librum, qui summa cum cura adiri debebat, cum nullus esset fide dignior, post Caraffam nemo non neglexit. Unde factum est, ut usque ad hunc diem omnes Registri editiones plurimis gravissimisque vitiis scaterent. Quae cum ita sint, facile artis criticae peritissimus quisque concedet, omnes quaestiones, quae de indole ac conditione Registri proponantur, totas in hoc ipso codice versari, neque dirimi posse, nisi accurate examinatus fuerit".

„Est vero membranaceus in 4. min., litteris Latinis, quo genere sub finem saec. XI. in usu erant, exaratus; 258 folia continet. In primo quaternione post praefixo manu saec. XIV. scripta inveniuntur et privilegium quoddam monasterii apud Bantium (infra 4929) et documenta, die 10. mensis Octobr. a. 1369 data, quae ad Iohannem Palaeologum ad ecclesiam Romanam reversum pertinent. Tum Registrum excipit his verbis: „„In Dei nomine. Incipit liber primus Registri septimi Gregorii papae. Anno dominicae incarnationis millessimo LXXIII. indictione XI. Regnante domino nostro"" etc. Diversis manibus exaratum est, coaevis tamen et tanta similitudine, ut eas subtiliter discerni haud parvi negotii sit; nec non saepius eadem manus, quam iam in priore operis parte deprehenderis, postea iterum iterumque recurrit. Litterae, quae nunc primae ponuntur in libro undecimo, alia manu scriptae sunt ac praecedentes, rursusque manu plane ab illa diversa eae, quae sequuntur et finem Registro imponunt. Multa deleta, mutata, correcta invenies, ut facile in eam sententiam adduci possis, codicem ipsius fuisse, qui collectionem instituerit. Quod ego non enixe contenderim, iterum monens, fieri potuisse, ut Deusdedit Cardinalis locupletiore exemplo uteretur. Quod ad descriptionem librorum, suus cuique titulus rubro colore praescriptus est, ac quidem iisdem manibus, quae ipsas epistolas exararunt, usque ad librum sextum, neque memoratu indignum videatur, codicem Venetum hos tantummodo sex priorum librorum agnoscere titulos. Liber VII. et VIII. in codice Vaticano eosdem quidem, quos in editionibus, titulos ferunt, eosque rubro colore insignitos, sed relictis lacunis manus paullo recentior, ni fallor saec. XII. exeuntis, eos inscripsit. Denique librarius quidam, qui multo post confectum librum manum imposuit, post epistolam 23 libri VIII., ubi nullum sane indicium vel signum novi libri exstitit, haec verba atramento interposuit: „„Ex libro VIIII. Registri eiusdem Gregorii papae septimi"". Idemque post epistolam ad Flandrenses

(Jaffé Bibl. II. 511—516) novam inscriptionem adiecit: „„Incipit liber X.““, tum vero correxit XI. Singulis epistolis scribae, cum ipsum Registrum conficerent, neque inscriptiones neque numeros adiunxerunt. Ille vero, qui titulos VII. et VIII. supplevit, etiam inscriptiones epistolis usque ad finem Registri et numeros Latinos usque ad ep. 47 libri secundi rubro colore adiecit. Post atramento numeros Latinos prosecutus est usque ad ep. 9 libri tertii librarius ille, qui novos titulos libri VIIII. et XI. commentus erat. Quae sequuntur epistolae decimo quarto demum saeculo Arabicis notis signatae sunt haut dubie ab eodem scriptore, qui indicem Registri composuit. Epistolis enim Gregorianis, f. 237 ad finem perductis, in iis, quae restant, foliis saec. XIV. index additus est, hoc modo initium sumens“:

„„Incipit Registrum Epistolarum et Conciliorum Domini Gregorii septimi sanctissimi et gloriosissimi Romanorum pontificis, qui electus fuit post mortem Domini Alexandri II. in ecclesia sancti Salvatoris Anno Dominice Incarnationis MLXXIII““.

„„Habetur autem in hoc libro eius memoria per XI. annos tantum, secundum quos volumen hoc in XI. libros partitus est, gestis eius singulis illorum annorum in uno libro contentis““.

„„Habet primus liber epistolas numero 84““.
„„Secundus vero habet epistolas numero 76““.
„„Tertius vero habet epistolas numero 21““.
„„Quartus habet epistolas numero 28““.
„„Quintus habet epistolas numero 23““.
„„Sextus habet epistolas numero 40““.
„„Septimus quidem habet epistolas 27““.
„„Octavus autem habet epistolas 23““.
„„Nonus vero habet epistolas 35““.
„„Decimus vero liber non est, vel est error in libro et particione librorum““.
„„Undecimus habet epistolas duas““.

„„In quolibet libro est Registrum celebrationis concilii, quod in quolibet istorum annorum legitur celebrasse. Sunt multa eciam principum Iuramenta, aliqua decreta et huiusmodi, que in ipsa tabula patefiunt““.

„Ex iis, quae hactenus de codice Vaticano disputavi, manifesto, nisi fallor, patet, Gregorii epistolas antiquitus in octo, non in undecim libros distributas fuisse, et ita quidem, ut priores septem libri ex ordine veri Registri ad singulos annos pontificatus responderent, in octavum vero reliquas epistolas annorum ratione non habita scriptor reiiceret. Tantum ergo abest, ut decimus liber iniuria temporum interierit, ut vere nunquam exstiterit. Prima sinceraque Registri dispositio postea iam in ipso codice Vaticano a librario quodam mutata est, qui ratione operis minime perspecta, omnes eius libros in singulos pontificatus annos convenire voluit et hanc ob causam octavum librum in plures divisit. Quam novam librorum distributionem deinde plerique codices et omnes editiones ex codice Vaticano receperunt“.

---

Ex praefatione, quam b. m. Philippus Jaffé Registro proposuit, exhibere iuvat haec:

„Atqui apertissimum est, alium fuisse permagnum illud omnium litterarum pontificiarum corpus, alium hunc quem habemus librum. Quod iam illis ab omni suspicione remotis declaratur epistolis, passim repertis, . . . quae, quia in eo quod superest opere desiderantur, magno argumento esse debent, hoc idem nequaquam esse principale registrum. Eandem rem deinde ostendit omnino ipsa paucitas epistolarum in hoc opere collocatarum. Quis enim crederet, potuisse contingere Gregorio VII. pontifici imperium ecclesiamque acerrime concutienti, ut vel toto tertio pontificatus anno non dimitteret plus quam eas, quae in tertio registri huius libro insunt, epistolas viginti unam, vel quarto anno non plus quam libri quarti epistolas viginti octo.“

„Sunt autem in promptu indicia nequaquam dubitanda, minus quod remansit opus provenisse ex ipso perdito registro maiore. Talis enim in hoc inest varietas epistolarum eaeque plurimum sunt tam aequaliter et continue per tempora dispositae, ut opus ipso saeculo XI, — quo quidem expeditum esse, iam ex codicis Vaticani aetate intelligimus — aliunde prorsus non potuerit effici. Eidemque operis ortui fidem affert tum Registri titulus, tum librorum annuis spatiis circumscriptorum distinctio.“

„Et in libros quidem, eosque ad indictiones digestos, iam Gregorii I. regesta, quae una ante Gregorium VII. habentur, distributa esse scimus, ut in quoque libro temporis annui litterae inde a die 1. m. Septembris ad diem 31. m. Augusti usque inessent. Gregorii VII. autem quod periit, registrum maius, quemadmodum e minore censeamus oportet, per annos pontificatus a die consecrationis (a die 30. m. Iunii) initium capientes divisum erat, excepto et primo libro ampliore ab electionis die (a. die 22. m. Aprilis) exordiente et novissimo libro breviore in die mortis (in die 25. Maii a. 1085) terminato. Sequitur, ut amissi registri maioris fuerint libri duodecim . . .“.

(Adiecta deinde tabula est, cuius auxilio Jaffé investigat, perditi registri maioris libris quatenus octo, qui supersunt, libri minoris registri respondeant; quorum quidem primi septem terminis memorata tabula descriptis plane continentur.)

„Alia de octavo libro sententia est. Iam septem prima capita (1. 1a. 1b. 1c. 2. 3. 4), quae quidem ad dies 6., 27., 29. mensis Iunii a. 1080 pertinent, ab hoc libro abhorrent; licet ista nemo neget sive errore scribentis sive incuria de extremo libro VII in limen libri VIII traiecta esse. Nam quae iisdem capitibus succedunt epistolae 5—32, etsi subscripta indictione vacant plerumque — cum inde a die 21. Iulii (1080) usque ad diem 28. Aprilis (1081) omnino anni ordinem observent, capitaque 20a (Febr.) et 29 (18. Apr.) definite anno 1081 attributa sint —

similem cum superiorum librorum epistolis rationem continentes, ad octavum pontificatus annum referendae sunt, ideoque ex octavo registri maioris libro pendent. At contra, quae his octavi pontificatus anni litteris subiectae sunt, epistolae 33—60, quibus finis et libri octavi et totius operis affertur, eas admodum confusas variisque annis scriptas esse videmus; velut caput 35, ad diem 25. Augusti 1081 pertinens, ex nono pontificatus anno, et caput 58, quod ad diem 20. Novembris a. 1083 spectat, e pontificatus anno undecimo esse, facile apparet."

„Quibus rebus in hanc necessario sententiam ducimur, ut censeamus, registrum minus paullo ante auspicatum maioris registri librum nonum, id est brevi ante diem 30. Iunii 1081 prodiisse; seriusque epistolas 33—60 iam non ex ipso registro maiore sed ex indigestis subsidiis adiectas esse."

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

„Itaque cum id, quod mansit, registrum minus constet ex maiore illo in ipsius ecclesiae Romanae usum instituto opere haustum esse, idemque iam ante initum pontificatus Gregoriani annum octavum, ante diem 30. Iunii a. 1081, exstitisse, quis privato consilio potuisse quempiam arbitretur eiusmodi opus vivo ipso Gregorio et fidenter sibi proponere et adducere ad effectum? Quin immo nihil magis patere puto, quam non vivente solum sed etiam iubente Gregorio hunc librum conscriptum esse."

— — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — — —

„Atque his subsidiis quam festinanter uti pars Gregoriana didicerit, satis est signi, quod Bernoldus Constantiensis, monachus S. Blasii posteaque Schafhusensis, iam anno 1085, referens de Gregorio proxime mortuo, nihil praestantius ipso registro nihilque uberius cognitum habuit, unde virtus magni hominis perspici posset. Est enim sic apud illum: „Erat enim (Gregorius) catholicae religionis ferventissimus institutor et aecclesiasticae libertatis strenuissimus defensor; noluit sane, ut aecclesiasticus ordo manibus laicorum subiaceret, sed eisdem et morum sanctitate et ordinis dignitate praemineret; quod illum latere non poterit, quicumque eiusdem apostolici regestum diligenter perlegerit", (MG. SS. V. 444)."

„Eodem propemodum tempore Deusdedit, presbyter cardinalis tituli apostolorum in Eudoxia, in conficiendo canonum libro, quem Victori III. papae (1086 Mai. 24. — 1087 Sept. 16.) dicatum esse testatur praefatio, registrum Gregorii saepius adiit. Cui quidem nihil nisi ipsum nostrum minus, nec non modo maius registrum sed ne copiosius quidem minoris exemplum, praesto fuisse, perspicuum est ex libri eius fragmentis a Borgia publicatis in Breve istoria del dominio temporale della sede apostolica nelle due Sicilie, in Roma 1789, appendice p. 3—22. Ex quibus enim registri Gregoriani tum libris tum librorum capitibus se allata verba sumpsisse declarat Deusdedit, ea aut ibidem prorsus reperiuntur, aut, si non videntur esse eisdem locis, librarii typographive peccatum in causa est. . . . "

---

Hoc sane non est mirandum, Jaffeum in apponendis temporis notis ordinem Registri nusquam non servasse, cum, exceptis nonnullis, unamquamque epistolam eo, cui responderet liber, anno scriptam esse putaret. Dünzelmann vero in Forschungen zur deutschen Gesch. XV. 515 sq. notarum chronologicarum auctoritatem concutere nisus est, monens, haud paucas epistolas alio quam convenit loco in Registro receptas esse; etenim libri I. epp. 80. 84, lib. II. epp. 28. (29.) 30. 76, lib. III. epp. 1. 2. 3, lib. V. epp. 15. 16. 17. 19. 22, lib. VI. epp. 1. 2. 3. 23, lib. VIII. epp. 7. 12 in priores vel posteriores, quam poni solent, libros reiiciendas esse volebat. Sed in eiusdem ephemeridis tomo XXI. 407 sq. quarundam epistolarum (I. 84, II. 30. 76, III. 1. 2. 3) notas feliciter defendens, nisi in duobus locis (lib. II. ep. 28, III. ep. 7) Registri ordinem non esse mutandum probavit Beyer; quoad alias epistolas, suis in locis plurimas reliqui, cum audacius quam felicius Dünzelmannum notas chronologicas aggressum esse persuasum haberem. Numero vero epistolarum, falso loco in Registro collocatarum, novam adiecit Giraud Essay historique sur l'abbaye de Saint-Barnard I. Preuv. p. 11, qui libri II. ep. 59 non ad annum 1075, sed ad a. 1077 vel 1078 pertinere ostendit. Exceptis igitur his paucis epistolis aliisque (33—60) in octavo libro servatis, quas magna confusione laborare inter omnes constat, ubivis Registri ordinem secuto mihi consensit Geroldus Meyer de Knonau, qui benevolenter manuscriptum meum, antequam typis mandabatur, perlegere non dubitavit.

De notis Registri chronologicis quae nuperrime Pflugk-Harttung in Neues Archiv VIII. 229 sq. disseruit, nec nova ea nec recta iudicanda sunt; iam enim ante hos decem annos Dünzelmann l. l. quaestionem posuit, utrum temporis signa litteris Gregorii originalibus apposita, an ab eo, qui epistolarum collectionem instituit, demum addita sint. Neque duae vel tres epistolae, extra Registrum et intra servatae, nimis sunt idoneae ad comprobandam Pflugk-Harttungi sententiam, litteras Gregorii originales notis loci temporisque fere semper caruisse, asserentis. Quod si vel pluribus, quam nunc fieri potest, exemplis probaretur, notarum Registri chronologicarum auctoritas minime concuteretur; nemo enim harum rerum peritus negabit, Gregorii VII. regesta a pontificiae cancellariae scriptoribus ita instituta fuisse, ut quo quaeque epistola die locoque daretur, facile inde perspici posset; (salvis nimirum mendis, quae prorsus vitare nemini contingit). Itaque factum est, ut, exempli gratia, libri VI epistolae 9, cuius autographum signis temporis destitutum in tabulario Audomarensi asservatur, in Registro nostro apposita verba sint: Datum Romae, 7. kal. Dec., ind. 2. An quis putet, Gregorium VII. vel aliquem alium falsis temporis notis ornatum Registrum vulgare ausum esse, cum, ne ab eis, quorum in manibus archetypi erant, falsi argueretur, vereri semper debuisset? Quoquo modo autem res se habet, certe quaestionis tam difficilis ad exitum adducendae nec copiam nec facultatem huc usque habuimus.

Quaeritur inter doctos, utrum Deusdedit cardinalis in componendo canonum libro minus nostrum Registrum, an maius vel copiosius minoris exemplar ante oculos habuerit. In commentatione, quae supra legitur, Giesebrecht monuit, „fieri potuisse, ut Deusdedit card. locupletiore exemplo uteretur"; Jaffé vero, opinioni eius repugnans, cardinali „nihil nisi ipsum nostrum minus praesto fuisse". argumentis haud levibus probavit eumque, priore sententia relicta, secutus est Giesebrecht in Münchner historisches Jahrbuch für 1866 p. 182. Sed profligare hanc quaestionem eis non licebat, cum fragmenta solummodo canonum collectionis nota essent; anno demum 1869 Pius Martinucci integrum Deusdedit opus luci tradidit ac, licet codicis menda editoris culpa typographique augerentur, quaestionis de novo investigandae certumque in finem perducendae potestatem nobis tribuit

At Gregorii VII. epistolas et notitias, quae in libro Deusdedit reperiuntur, cum Registro comparanti mihi mirum videbatur, quomodo Ewaldi nostri aliorumque novam de hac re sententiam a pluribus adoptatam vel saltem a nemine hucusque impugnatam esse. In libello enim, qui inscribitur: Zum Register Gregors VII. (in Historische Untersuchungen, Arnold Schaefer zum 25jährigen Jubiläum seiner akad. Wirksamkeit gewidmet, Bonn 1882, p. 296—318) quaestione fusius ventilata, Deusdedit cardinalem aut originali registro aut locupletiore nostri copia usum esse, contendit. Equidem vero persuasissimum habeo: cardinali, ut Jafféi verbis utar, „nihil nisi ipsum nostrum minus, nec non modo maius registrum sed ne copiosius quidem minoris exemplum praesto fuisse"; eruditisque de hac re me esse persuasurum spero in Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde X.

De epistolis Gregorii VII. extra Registrum vagantibus addere iuvat, in libris et manuscriptis monumenta pontificis indaganti mihi contigisse, ut, quas in appendice ap. Jaffé Bibl. II. 520—576 frustra quaesieris, 19 epistolas colligere liceret. Sunt autem hae: 4916. 5058. 5059. 5087. 5188. 5219. 5223. 5226. 5227. 5244. 5260. 5265. 5273. 5285. 5286. 5287. 5289. 5290. 5291; quarum epistolarum duae ultimae an sint a septimo Gregorio scriptae, non satis habeo exploratum.

Registri Gregoriani, quod saepius typis mandatum est, editiones enumeravit Jaffé in Bibl. II. 7; quarum licet duae, Mansiana (in Concil. coll. XX. 60 sq.) et Migneana (Patrol. lat. 148 p. 283 sq.), haud raro in bibliothecis inveniantur, in sequentibus pagellis nisi Jafféanam, quae omnium praestantissima est, aliquam citare operae pretium minime videbatur; at librorum Registri epistolarumque numeros uncis inclusos ubique apposui, ita ut quaequae praesto fuerit lectori, editio adhiberi possit.

**1073.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 22. | Romae | In basilica b. Petri ad vincula eligitur et inthronizatur „X. kal. Maii, feria secunda". Vide commentarium electionis in Registri L. I. ap. Jaffé Bibl. II. 9, Petri Pisani Vit. Greg. ap. Watterich I. 294; Bonithonis Libr. ad amic. ibid. p. 656. Cf. Zoepfel Papstwahlen p. 257, Ruppel Die Wahl Greg. VII., Diss. Jen. 1876. p. 3 sq. |
| („ 23.) | („) | 4771 (3535) *Heinrico regi „missis litteris et mortem papae (Alexandri) notificat et suam ei electionem denunciat, interminatusque: si eius (i. e. suae) electioni assensum praebuisset, nunquam eius nequitiam patienter portaturum". Vide Bonithonis Libr. ad am. p. 657. |
| „ 24. | „ | 4772 (3536) Desiderio, abbati Casinensi, Alexandrum mortuum seque Romanum pontificem electum nunciat. Iubet eum ad sese quam primum venire. Agneti imperatrici et Rainaldo, episcopo Cumano, salutem ascribit. (L. I. ep. 1.) Jaffé Bibl. II. 10, (Pauli Bernr. Vita Greg. c. 28 ap. Watterich I. 484, Hugo Flavin. in MG. SS. VIII. 422). — „Dominus noster". |
| „ 24. | „ | 4773 (3537) Gisulfum, principem Salernitanum, de Alexandri morte et de pontificatu ad se delato certiorem facit. Rogat, cito Romam adeat. (L. I. ep. 2.) Jaffé Bibl. II. 11. — „Dominus noster". |
| „ 26. | „ | 4774 (3538) Guiberto, archiepiscopo Ravennati, scribit de obitu Alexandri, de sui electione, de legatis mutuo mittendis. (L. I. ep. 3.) Jaffé Bibl. II. 12. — „Non dubitamus". |
| „ 28. | „ | 4775 (3539) Beatricem ducissam, Ugonem abbatem Cluniacensem, Manassem archiepiscopum Remensem, Suein regem Danorum, (Bernardum) abbatem Massiliensem „a paribus" de suscepto pontificatu docet. (L. I. ep. 4.) Jaffé Bibl. II. 13. — („Non dubitamus"). |
| „ 29. | „ | 4776 (3540) Rainerio, episcopo Florentino, mandat, ut si quandam viduam invenerit consanguineo nuptam fuisse, „studeat canonica auctoritate omnia dotalia instrumenta cassare, ne de illicito, quod contraxerit, coniugio aliquam mercedem recipiat". (L. I. ep. 5.) Jaffé Bibl. II. 13. — „Presentium portitor". |
| „ 30. | „ | 4777 (3541) Giraldo, episcopo Ostiensi, et Raimbaldo subdiacono, in legatione Galliae constitutis, scribit, eos ex Ugone candido, cardinali presbytero, tum de Alexandro |

**1073.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | die 21. Aprilis mortuo tum de inito a sese pontificatu cognituros esse. Hugonem abbatem fratresque monasterii Cluniacensis Ugoni legato reconciliari vult. Addit de pactione cum Evulo, comite de Roceio, confecta; talesque mitti in Hispaniam iubet, „qui et errorem Christianorum corrigere sapiant et in exquirendis causis s. Petri sat idonei sint“. Hortatur, ut reditum maturent. (L. I. ep. 6.) Jaffé Bibl. II. 15. — „Rumorem obitus“. |
| Apr. 30. | Romae | 4778 (3542) „Omnes principes, in terram Hispaniae proficisci volentes“, edocet, „regnum Hispaniae ab antiquo proprii iuris S. Petri fuisse“. Evulo, comiti de Roceio, concessum scribit, „ut partem illam, unde paganos expellere posset, sub conditione factae pactionis ex parte S. Petri possideret“; eandemque pactionem iniri ab iis iubet, qui „seorsum ab illo propriis copiis eamdem terram aliqua in parte intrare paraverint“. Hugonem cardinalem presbyterum, legatum suum, commendat. (L. I. ep. 7.) Jaffé Bibl. II. 16. (Quae notavit Pflugk-Harttung Iter p. 91 ex cod. Barber. Rom. XXXIII. 122, non ad hanc epistolam, sed ad ep. 28 libri IV Reg. pertinent. In cod. enim Barberino nihil aliud legitur nisi fragmentum, ex Deusdedit Coll. can. III. 150 ed. Mart. p. 330 desumptum. Cf. Jaffé Bibl. II. 283. 286.) — „Non latere vos“. |
| „ 30. | „ | 4779 (3443) Uberto clerico et Alberto diacono, sedis apostolicae legatis, praecipit, ut data ab Alexandro mandata exsequantur. (L. I. ep. 8.) Jaffé Bibl. II. 17. — „Obitum domini“. |
| Mai. 6. | „ | 4780 (3544) Gotefredi ducis (Lotharingiae inferioris) gratulationem accipit. De suscepto onere queritur. Dolet, quod sacerdotes ab ecclesiasticis rebus alieni sint. Ad Heinricum regem se nuncios missurum; „quod si“ inquit „nos audierit, non aliter de eius, quam de nostra salute gaudemus; sin vero nobis odium pro dilectione reddiderit, interminatio, qua dicitur: Maledictus homo, qui prohibet gladium suum a sanguine, super nos, deo providente, non veniet“. (L. I. ep. 9.) Jaffé Bibl. II. 18, Pauli Bernrid. vita Greg. c. 29 ap. Watterich I. 485. — „Grata nobis“. |
| „ 22. | („) | Sacerdos ordinatur „in ieiunio pentecostes“. Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 657. |
| Iun. 1. | „ | 4781 (3545) Guidoni, comiti Imolensi, mandat, ut Imolenses S. Petri fideles, quos Guibertus, archiepiscopus Ravennas, moliatur in potestatem suam redigere, usque ad legatorum apostolicorum adventum defendat. (L. I. ep. 10.) Jaffé Bibl. II. 20. — „Quidam Imolenses“. |
| „ 24. | „ | 4782 (3546) Beatricem et eius filiam Mathildam hortatur, ut communionem vitent episcoporum Longobardorum, qui Gotefredum (Mediolanensem), hominem simoniacum, excommunicatum et damnatum, ordinaverint. De (Anselmo) electo Lucensi addit. Legatos scribit ad Heinricum regem missum iri, qui „ad amorem s. Romanae ecclesiae eum revocent et ad condignam formam suscipiendi imperii instruant“. „Et certe“ inquit „tutius nobis est defendendo veritatem pro sui ipsius salute adusque sanguinem nostrum sibi resistere, quam ad explendam eius voluntatem iniquitati consentiendo secum ad interitum ruere“. (L. I. ep. 11.) Jaffé Bibl. II. 21. — „Sicut beatus“. |
| „ 29. | „ | 4783 (3547) Gulielmo, episcopo Papiensi, scribit, acceptis eius litteris sese de eo opinionem quam antea meliorem habere. Monet, defendat ecclesiae libertatem, obsistatque Gotefredo excommunicato (archiepiscopo Mediolanensi) et iis, qui eum consecraverint. (L. I. ep. 12.) Jaffé Bibl. II. 23. — „Nonnulla nobis“. |
| „ 30. | „ | Consecratur ad altare apostolorum „II. kal. Iulii, die dominico“, Chronica S. Benedicti in MG. SS. III. 203. „In natale apostolorum“ (29. Iunii), Bonithonis Lib. ad amic. ap. Jaffé Bibl. II. 657. |
| „ 30. | „ | 4784 (3548) Manassem, archiepiscopum Remensem, graviter monet, ut iniuriarum in monasterium S. Remigii finem faciat abbatemque ibi ordinari curet.. (L. I. ep. 13.) Jaffé Bibl. II. 24. — „Si loci tui“. |
| „ 30. | „ | 4785 (3549) Hugoni, abbati Cluniacensi, mandat, ut superiorem epistolam perferendam ad Manassem, archiepiscopum Remensem, curet. Quosdam S. Remigii monachos commendat. (L. I. ep. 14.) Jaffé Bibl. II. 25. — „Noverit sanctitas“. |
| Iul. 1. | „ | 4786 (3550) Omnes fideles, maxime in Longobardia commorantes, monet, ne sequantur Gotefredum, excommunicatum et anathematizatum ecclesiae Mediolanensis invasorem. (L. I. ep. 15.) Jaffé Bibl. II. 26. — „Scire vos volo“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1073.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)* |
| Iul. 1. | Romae | 4787 (3551) Giraldum, episcopum Ostiensem, reprehendit, quod peracta in Hispaniis synodo ad sese nec redierit, nec socium miserit. Guilielmum, archiepiscopum Ausciensem, propterea quod excommunicato communicaverit, deiiciendum esse negat. Pontium, deiectum episcopum Bigorritanum, restitui iubet. Litteras poscit. (L. I. ep. 16.) Jaffé Bibl. II. 28. — „Miramur et multum". |
| " 8. | Laurenti | 4788 (3552) Wratizlaum, Boemiae ducem, et eius fratres (Conradum et Ottonem) collaudat, quod Bernardum et Gregorium, legatos apostolicos, bene receperint. Quibus ut Iaromir, episcopus Pragensis, obtemperet, eos niti vult. In hunc, si in contumacia perstiterit, sese „usque ad interniciem" animadversurum esse ostendit. (L. I. ep. 17.) Jaffé Bibl. II. 29. — „Quia ob devotionem". |
| " 9. | Albani | 4789 (3553) Michaelis, imperatoris Constantinopolitani, plenas erga se studio litteras, a Thoma et Nicolao monachis allatas, laudat. Dominicum, patriarcham Venetum, legatum suum, commendat. Concordiam Romanae et Constantinopolitanae ecclesiarum refici cupit. (L. I. ep. 18.) Jaffé Bibl. II. 31. — „Quidam a vestris". |
| " | In Casinensi | monasterio. Vide Petri Chr. mon. Cas. L. III. c. 36 in MG. SS. VII. 729. |
| Aug. 2. | Beneventum | venit „2 die intrante mense Augusti". Chron. S. Benedicti in MG. SS. III. 203. |
| " 12. | In palatio | Beneventano. Vide „Constitutionem inter Gregorium papam et Landulfum, Beneventanum principem". (L. I. ep. 18a.) Jaffé Bibl. II. 32. Cf. Annal. Benevent. 1072 (1073) in MG. SS. III. 181. |
| Sept. 1. | Capuae | 4790 (3554) Rodulfo, duci Sueviae, de constituenda inter sacerdotium imperiumque concordia scribenti, ita respondet: „Circa regem Heinricum, cui debitores existimus ex eo, quod ipsum in regem elegimus, et pater eius Henricus imperator inter omnes Italicos in curia sua speciali honore me tractavit, quodque etiam ipse moriens Romanae ecclesiae per papam Victorem praedictum filium suum commendavit, aliquam malevolentiam non observamus; sed videtur nobis utile, ut prius tecum atque cum Agnete imperatrice et cum comitissa Beatrice et Rainaldo, episcopo Cumano, de his diligentius tractemus". Hortatur, ut ad sese accedat. (L. I. ep. 19.) Jaffé Bibl. II. 33. — „Licet ex praeteritis". |
| " 1. | " | 4791 (3555) Rainaldo, episcopo Cumano, illatam contumeliam dolet, ulturumque se pollicetur. Monet, ut una cum Rodulfo, Sueviae duce, qui dicatur „hoc proximo Septembre" in Longobardiam venturus esse, Romam se conferat, „ubi" inquit „de concordia Romanae ecclesiae et regis vobiscum et cum imperatrice, cum Beatrice etiam, quae multum et saepe in hoc eodem laboravit, sic tractare poterimus, ut ex parte nostra omnia secura et quieta regi nuntietis, ut si Italiam eum intrare contigerit, universa in pace invenerit". Permittit, ut cum episcopis Longobardiae „loquatur", dumne „aliter cum illis communicet". (L. I. ep. 20.) Jaffé Bibl. II. 34. — „Lectis fraternitatis". |
| " 1. | " | 4792 (3556) Anselmum, electum Lucensem, hortatur, ne investituram episcopatus ab Heinrico rege ante accipiat, quam ille „de communione cum excommunicatis Deo satisfaciens" pacem secum fecerit. (L. I. ep. 21.) Jaffé Bibl. II. 36. — „Quoniam fraternitatem". |
| " 14. | " | Vide „Iusiurandum fidelitatis, quod fecit Richardus princeps domino suo Gregorio papae". (L. I. ep. 21a.) Jaffé Bibl. II. 36. |
| " 15. | " | 4793 (3557) Clerum et plebem Carthaginiensem, ne metuant Saracenorum arma, hortatur. Reprehendit eos, quod Cyriacum archiepiscopum apud Saracenos accusaverint. Quod peccatum ut poenitendo corrigant, sub excommunicationis poena praecipit. (L. I. ep. 22.) Jaffé Bibl. II. 37. — „Gratia vobis et". |
| " 15. | " | 4794 (3558) Cyriacum, episcopum Carthaginiensem, et Christianorum et Saracenorum iniuriis affectum, consolatur. (L. I. ep. 23.) Jaffé Bibl. II. 39. — Visis fraternitatis". |
| " 24. | " | 4795 (3559) Brunoni, episcopo Veronensi, respondet, quod petierit, pallium non posse absenti tribui. Quapropter ad sese accedat. Haec addit: „volumus etiam praesentiae tuae ostendere, quam sincero amore regiam salutem diligamus, quantumve circa eius honorem invigilare desideremus, si ipse Deo debitum honorem studuerit exequi et formam sanctorum regum, omissis puerilibus studiis, sapienter imitari". (L. I. ep. 24.) Jaffé Bibl. II. 41. — „Litteris fraternitatis tuae". |
| " 27. | " | 4796 (3560) Herlembaldo, militi Mediolanensi, nunciat, se Capuae commorari, et „Normannos, qui ad confusionem et periculum reipublicae et s. ecclesiae unum fieri |

**1073.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | meditati sint, in perturbatione nimis obstinate perseverare, nullo modo, nisi ipso volente, pacem habituros". Ab Heinrico rege litteras plenas devotione allatas esse, eumque, ut fideles eius affirment, de Mediolanensi ecclesia obedire sibi velle. Addit, de Beatricis comitissae filiaeque Mathildae erga se fide non esse dubitandum. (L. I. ep. 25.) Jaffé Bibl. II. 42. — „Sciat prudentia tua". |
| Oct. 9. | Capuae | 4797 (3561) Herlembaldo, militi Mediolanensi, suadet, ut resipiscentes Gotefredi (archiepiscopi) socios indulgenter habeat, episcopos vero, qui illum sequantur, ne metuat. Pacis enim cum Heinrico rege ineundae spem sibi esse factam. Hortatur, ut cum Gregorio, episcopo Vercellensi, in gratiam redeat. (L. I. ep. 26.) Jaffé Bibl. II. 43. — „Piae sollicitudinis". |
| „ 13. | „ | 4798 (3562) Alberto, electo Aquensi, scribit, cum gaudio se accepisse, eum Gotefredo Mediolanensi non favere. Monet, ut Herlembaldum iuvet in simonia destruenda. (L. I. ep. 27.) Jaffé Bibl. II. 44. — „Pervenit ad aures". |
| „ 13. | „ | 4799 (3563) Guilielmum, episcopum Papiensem, hortatur, ut Herlembaldo Mediolanensi, ecclesiae inimicos impugnanti, opem ferat. (L. I. ep. 28.) Jaffé Bibl. II. 45. — „Litterae fraternitatis". |
| „ 14. | „ | 4800 (3564) Marianum Turrensem, Orzoccum Arborensem, Orzoccum Caralitanum, Constantinum Callurensem, iudices Sardiniae, ad pietatem in ecclesiam Romanam hortatur. Constantino, archiepiscopo Turrensi, se multa, quae iis referrentur, mandasse, legatumque brevi missum iri. (L. I. ep. 29.) Jaffé Bibl. II. 45. — „Vobis et omnibus". |
| (Iul. Nov.) | | 4801 (3565) Lanfranco, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, narraturum nuncium esse, qui factum sit, ut pontificatus ad sese deferretur, quaeque angustiae ipsum urgeant. Exponit de regibus iustitiam negligentibus et de episcopis alienis a rebus divinis. Monet, ne a Scotis patiatur uxores aut deseri aut vendi. Lanfranci Opp. ed. Giles I. 58, Jaffé Bibl. II. 520. — „Qualiter nobis". |
| Nov. 15. | „ | 4802 (3566) Geboardum, archiepiscopum Salzburgensem, reprehendit, quod nequedum litteras ad se miserit, et „praeceptis Romanae synodi, cui interfuerit, inobediens usque hodie videatur". Epistolae latorem commendat. (Propter verba virgulis inclusa hanc epistolam a. 1074 ascripsit Mayer Die östl. Alpenländer im Investiturstr. p. 48; equidem his verbis synodum Alexandri II. significari putem.) (L. I. ep. 30.) Jaffé Bibl. II. 48. — „Si ea in vobis". |
| „ 20. | Ad sanctum Germanum | 4803 (3567) Lanfrancum, archiepiscopum Cantuariensem, hortatur, ne Balduinum monasterii S. Eadmundi abbatem, sub Alexandro II. presbyterum Romae ordinatum, iniuriis affici ab Arfasto episcopo (Elmhamensi) patiatur; cui ne morem gerat, Guilielmum regem admoneri vult. (L. I. ep. 31.) Jaffé Bibl. II. 49. — „Non minima admiratione". |
| „ 27. | Argenteae | 4804 (3568) Araldo, episcopo Carnotensi, mandat, ut Isimbardum, monasterii S. Laodomarii (Launomari) abbatem, Hierosolyma reducem, restituat, Guidone remoto, qui absente illo praefectus abbatiae erat. (L. I. ep. 32.) Jaffé Bibl. II. 50. — „Praesentium portitor". |
| „ 28. | „ | 4805 (3569) Fratribus monasterii S. Mariae significat, se falsam Alexandri II. bullam, a Benedicto abbate allatam, non putasse confirmandam. Ecclesia Dertonensis cum „canonice fuerit ordinata", se iis privilegia concessurum. Benedictum abbatem, valetudinis infirmitate affectum, ut abdicaret, admonitum esse. (L. I. ep. 33.) Jaffé Bibl. II. 51. — „Veniens ad nostram". |
| Dec. 2. | Terracinae | 4806 (3570) Remedio, episcopo Lincolnensi, scribit, homicidam quendam sacerdotio quidem fungi non debere, sed aequum esse, suscepta poenitentia cum stipendiis ecclesiasticis non carere. Episcopo peccata condonat. (L. I. ep. 34.) Jaffé Bibl. II. 52. — „Latorem praesentium". |
| „ 4. | Piperni | 4807 (3571) Roclino, episcopo Cabilonensi, significat, Philippum, Francorum regem, per Albericum cubicularium antea promisisse, se ab opprimendis ecclesiis Gallicanis destiturum esse. Itaque moneri regem iubet, ut (Landricum) archidiaconum Augustodunensem, electum ecclesiae Matisconensis, gratis ordinari concedat. Addit haec: „aut rex ipse, repudiato turpi simoniacae haeresis mercimonio, idoneas ad sacrum regimen personas promoveri permittet, aut Franci, generalis anathematis mucrone |

**1073.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | percussi, illi ulterius obtemperare recusabunt". (L. I. ep. 35.) Jaffé Bibl. II. 53. — „Inter ceteros nostri". |
| Dec. 4. | Piperni | 4808 (3572) Humbertum, archiepiscopum Lugdunensem, de litteris ad Roclinum, episcopum Cabilonensem, missis certiorem facit. Mandat, ut Landricum, electum Matisconensem, licet vel ipse vel Philippus rex obloquatur, consecret, aut a suffraganeis consecrari iubeat. (L. I. ep. 36.) Jaffé Bibl. II. 54. — „Clamor Matisconensium". |
| „ 7. | Setiae | 4809 (3573) Adilasiam comitissam (Taurinensem) monet, ut Fructuariensis et Clusini monasteriorum protectionem suscipiat. (L. I. ep. 37.) Jaffé Bibl. II. 55. — „Quamquam noverim". |
| „ 12. | Romae | 4810 (3667) Lemarum, archiepiscopum Bremensem, ad synodum, „quadragesimae prima hebdomada" (9.—15. Mart. 1074) celebrandam vocat; interimque eum fungi munere episcopali vetat, quod Ubertum Praenestinum et Giraldum Ostiensem episcopos, legatos suos, a gerendo concilio impediverit (L. II. ep. 28. — Hanc et eam, quae sequitur, epistolam ad a. 1073 pertinere, probant Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 523 et Beyer ibid. XXI. 410.) Jaffé Bibl. II. 140. — „Quia suscepti beneficii". |
| „ 12. | „ | 4811 (3660) Sigefridum, archiepiscopum Moguntinum, monet, ut una cum Ottone Constantiensi, Guarnerio Argentorasensi, Heinrico Spirensi, Herimanno Bambergensi, Imbrico Augustensi, Adelberto Wirzeburgensi episcopis ad synodum, „in prima septimana quadragesimae" (9.—15. Mart. 1074) celebrandam, veniat. (L. II. ep. 29. — Pro „II. non. Dec." legendum videtur, ut in epistola praecedenti, „II. id. Dec.") Jaffé Bibl. II. 141. — „Recordari credimus". |
| „ 17. | „ | 4812 (3574) Wratizlao, duci Boemiae, asserit mitrae usum ab Alexandro II. concessum. Negotia a legatis suis non confecta curae sibi fore spondet. (L. I. ep. 38.) Jaffé Bibl. II. 56. — „Longa iam". |
| „ 20. | „ | 4813 (3575) Wozelino archiepiscopo Magdeburgensi, Burchardo episcopo Halberstadensi, Tezoni marchioni (Lusatiae), ceterisque Saxoniae principibus adversus Heinricum regem bellantibus significat, admonitum a sese regem esse, ut donec legati sui advenirent, armis discederet. Indutias ut conservent, hortatur. (L. I. ep. 39.) Jaffé Bibl. II. 57. — „Quanta violentia". |
| „ | „ | Hugonem, electum Diensem, „usque ad presbyteratus gradum promovet". Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 411. |
| | | 4814 (3576) Clericos et monachos Vallumbrosanos hortatur, servent Iohannis Gualberti abbatis disciplinam, deumque precentur, ut satis virium ad gerendum pontificatum sibi concedat. Jaffé Bibl. II. 522, (Franchi Hist. di Giovan Gualberto p. 430, Acta SS. Iul. III. 329). — „Licet venerandae". |
| | | 4815 (3577) *Sancio, regi Aragonensium, „successoribusque eius permittit liberam dispositionem omnium ecclesiarum, quas ipse vel successores ipsius eripient de manibus Saracenorum, vel quas ipsi in regno suo aedificabunt, sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis". (An eadem est ac spuria Gregorii bulla data die 17. Febr. 1083?) Mansi XX. 621. |

**1074.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1. — 30. Iun. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 3. | Romae | 4816 (3578) Mathildam, „egregiae indolis puellam", ut una cum matre (Beatrice) Romam veniat, hortatur. (L. I. ep. 40.) Jaffé Bibl. II. 58. — „Quia serenitatis". |
| „ 16. | „ | 4817 (3579) Orzocoris, iudicis Caralitani, consilium veniendi Romam laudat. Hortatur, ut quae causa per Constantinum archiepiscopum Turrensem ei a sese mandata sit, de ea cum ceteris Sardiniae iudicibus colloquatur sibique celeriter significet; „quoniam" inquit „nisi in hoc anno respondeatis, nec amplius vestra responsa quaeremus, nec tamen ulterius ius et honorem S. Petri irrequisitum relinquemus". (L. I. ep. 41.) Jaffé Bibl. II. 59. — „Litteras tuas". |
| „ 18. | Lateranis | 4818 Monasterii S. Mariae in Gorgona, iuris S. Petri, protectionem suscipit ac possessiones, petente Ada abbate, confirmat, ita praefatus: „Habuit autem hoc infelicitas temporum, ut crudelitas Saracenorum monasterium destrueret et eorum terror iam per longa tempora divinae religionis cultum et christianorum ibi habitacula prohiberet". („Ind. XI" loco „Ind. XII" in plerisque huius anni privilegiis legitur, vide 4862. 4863. 4864. 4865.) Pflugk-Harttung Acta II. 121. — „Venerabilis locus". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1074.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1. — 30. Iun. — 2.)* |
| Ian. 24. | Romae | 4819 (3580) Sicardum, patriarcham Aquileiensem, eiusque suffraganeos invitat ad concilium, „in prima hebdomada quadragesimae" (Mart. 9—15.) celebrandum. (L. I. ep. 42.) Jaffé Bibl. II. 60. — „Non ignorare credimus". |
| „ 25. | „ | 4820 (3581) Omnes episcopos Mediolanensis ecclesiae suffraganeos, sc. (Odelricum) Brixiensem, Cremonensem, (Attonem) Bergamensem, Laudensem, (Oddonem) Novariensem, Yporegiensem, (Cunibertum) Taurinensem, Albensem, Astensem, (Albertum) Aquensem, (Petrum) Terdonensem episcopos, omnesque Longobardiae abbates venire ad concilium iubet. (L. I. ep. 43.) Jaffé Bibl. II. 61. — „Non incognitum vobis". |
| „ 31. | „ | 4821 (3582) Ieromiro, episcopo Pragensi, significat, Wratizlao duci (Boemiae) quid mandaverit, eumque dominica „in ramis palmarum" (d. 13. m. Aprilis) Romae esse iubet. Iohannis, episcopi Moraviensis, possessiones interim tangi vetat. (L. I. ep. 44.) Jaffé Bibl. II. 62. — „Quamquam inobedientia". |
| „ 31. | „ | 4822 (3583) Wratizlao, duci Boemorum, mandat, ut Ieromiro, episcopo Pragensi, omnia per Bernhardum et Gregorium legatos apostolicos adempta „praeter episcopale officium" restituat, ne vocatus Romam causari possit, quominus proficiscatur, inopia se impediri. Monet, ut una cum Ieromiro Romam vel ipse adeat, vel episcopum Moraviensem legatosque mittat. (L. I. ep. 45.) Jaffé Bibl. II. 63. — „Frater tuus Ieromirus". |
| Febr. 2. | „ | 4823 (3584) Guilielmum, Burgundionum comitem, monet, ut ecclesiae Romanae auxilio veniat, et (Raimundum) comitem S. Aegidii, ac socerum Riccardi, Capuani principis, et Amideum (comitem Sabaudiae), filium Adeleitae (comitissae Taurinensis), ceterosque s. Petri fideles ad idem faciendum hortetur. Pacatis Normannis, subveniri Christianis Constantinopolitanis contra Saracenos cupit. (L. I. ep. 46.) Jaffé Bibl. II. 64. — „Meminisse valet". |
| „ 16. | „ | 4824 (3585) Mathildem comitissam hortatur, ut corpus dominicum frequenter sumat, totamque se S. Mariae committat. (L. I. ep. 47.) Jaffé Bibl. II. 65. — „Quanta sit mihi". |
| „ 26. | „ | 4825 (3586) Huberto, episcopo Ianuensi, mandat, ut Ansaldi uxori, adulterii falso accusatae, criminis diluendi causa iudicium reddat. (L. I. ep. 48.) Jaffé Bibl. II. 68. — „Intelligentes errorem". |
| Mart. 1. | „ | 4826 (3587) Omnes Christianam fidem defendere volentes vocat ad „Christianum imperium" a paganis liberandum, qui „iam fere usque ad muros Constantinopolitanae civitatis omnia devastaverint". (L. I. ep. 49.) Jaffé Bibl. II. 69. — „Notum vobis esse". |
| „ 4. | „ | 4827 (3588) Beatrici et Mathildi mandat, iudicent inter Dodonem, episcopum Rosellanum, et Ugulinum comitem. (L. I. ep. 50.) Jaffé Bibl. II. 70. — „Non miretur vestra". |
| „ 8. | „ | Hugonem, electum Diensem, presbyterum consecrat „prima quadragesimae ebdomada, sabbato". Hugonis Flav. Chron. in MG. SS. VIII. 412. |
| „ 9. | „ | Hugonem episcopum Diensem consecrat. Hugonis Flav. chron. l. l. |
| „ | „ | Synodus, in qua „interdicit presbyteris, diaconibus omnibusque clericis uxores habere et omnino cum feminis habitare, nisi cum eis quas regula vel Nicena synodus concessit; decernit quoque, ut sub sententia S. Petri cum Simone damnetur non solum emptor et venditor cuiusque consecrationis officii ecclesiastici, id est episcopatus, presbyteratus, diaconatus, praepositurae cet., sed (etiam) socius transgressoris". Mariani Scotti chron. 1096 (1074) in MG. SS. V. 560. |
| | | In synodo Robertus Guiscardus, dux Apuliae et Calabriae et Siciliae, et omnes eius fautores excommunicantur et anathematizantur. L. I. ep. 86 ap. Jaffé Bibl. II. 108. (Decreta quatuor ap. Mansi XX. 408 Cap. V, Bernoldi Annales 1075 in MG. SS. V. 430, quae ad hanc synodum referri solent, in synodo a. 1075 promulgata esse, monet Giesebrecht in Münchner Hist. Jahrb. 1866. p. 127.) |
| „ 14. | „ | 4828 (3589) In synodo Arnaldo, abbati S. Severi, praecipit, ut ecclesiam S. Mariae (Solacensem) monasterio S. Crucis (Burdigalensi) restituat. (L. I. ep. 51.) Jaffé Bibl. II. 71. — „Non mediocris". |
| „ 14. | „ | 4829 (3590) In synodo Manassae, archiepiscopo Remensi, mandat, ut novum abbatem monasterio S. Remigii praeficiat, quod is, quem praefecerit, (Willelmus) abbas (S. Arnulfi) Metensis ferre utrumque onus abnuat. (L. I. ep. 52.) Jaffé Bibl. II. 72. — „Romana ecclesia iam dudum". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1074.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1. — 30. Iun. — 2.)* |
| Mart. 14. | Romae | 4830 (3591) In synodo Herimanno, episcopo Metensi, significat, de (Willelmo) abbate S. Arnulfi Metensi quid (Manassae) archiepiscopo Remensi scripserit. (L. I. ep. 53.) Jaffé Bibl. II. 73. — „Litteras dilectionis tuae". |
| „ 16. | „ | 4831 (3592) In synodo canonicis S. Hilarii praecipit, ne Pictavienses canonicos in sacrorum quibusdam diebus festis in ecclesia S. Hilarii procurandorum iure impediant. (L. I. ep. 54.) Jaffé Bibl. II. 74. — „Notum vobis esse". |
| „ 16. | „ | 4832 (3593) (Pontium) episcopum Bigorrensem ceterosque ecclesiae Ausciensis suffraganeos iubet Guilielmo archiepiscopo obedire. (L. I. ep. 55.) Jaffé Bibl. II. 75. — „Legatus sanctae". |
| „ 17. | „ | 4833 (3594) In synodo Rogerio, „dicto Catalaunensi episcopo", significat, Philippum regem Francorum a se petiisse, ut eum absolveret. Id non posse fieri scribit; sed prolato iudicio praecipit, ut ante „proximam festivitatem omnium sanctorum" (d. 1. Nov.) ad sese accedat. (L. I. ep. 56.) Jaffé Bibl. II. 75. — „Philippus rex". |
| „ 17. | „ | 4834 (3595) In synodo Guilielmum, episcopum Papiensem, monet, ut una cum Azone marchione, qui de incesta copulatione cum (Mathildi) sorore eius accusetur, ad sese veniat. (L. I. ep. 57.) Jaffé Bibl. II. 76. — „Significandum tibi". |
| „ 17. | „ | 4835 (3596) In synodo Geusae, Ungarorum ducis, erga se studium laudat. Officia pollicetur. De rebus eius in posterum per Azonem marchionem cupit certior fieri. (L. I. ep. 58.) Jaffé Bibl. II. 77. — „Visis litteris". |
| „ 18. | „ | 4836 (3598) Ottonem et Chuonradum, Wratizlai Boemiae ducis fratres, ne ecclesiae Olomucensi iniurias inferant, hortatur. (L. I. ep. 59.) Jaffé Bibl. II. 78. — „Meminisse debet". |
| „ 18. | „ | 4837 (3599) Sigifredum, archiepiscopum Moguntinum, tum de negligentia obiurgat, quod litis inter Ieromirum Pragensem et Iohannem Moraviensem episcopos curam antea non egerit, tum de arrogantia, quod eiusdem causae, cum ad apostolicam sedem delata sit, diiudicationem affectet. (L. I. ep. 60.) Jaffé Bibl. II. 78. — „Pervenit ad aures". |
| „ 18. | „ | 4838 (3600) Wratizlao, Boemiae duci, promittit, se ecclesiae cuidam, cum perfecta fuerit, reliquias et privilegia expetita concessurum esse. Addit de litteris ad Sigifredum, archiepiscopum Moguntinum, missis. (L. I. ep. 61.) Jaffé Bibl. II. 80. — — „Quoniam afflatus". |
| „ 19. | „ | 4839 (3601) Hugonem, abbatem Cluniacensem, nondum Romam adiisse, miratur. Monet, ut ad sese „in multis et magnis angustiis positum" quamprimum veniat. (L. I. ep. 62.) Jaffé Bibl. II. 81. — „Grata nobis et". |
| „ 19. | „ | 4840 (3602) Alfonsum (Legionensem) et Santium (Castiliensem), Hispaniae reges, hortatur, ut „Romanae ecclesiae ordinem et officium recipiant, non Toletanae vel cuiuslibet aliae; quod etiam" inquit „episcopi vestri, ad nos nuper venientes, iuxta constitutionem concilii per scripta sua facere promiserunt". Munionis, simoniaci ecclesiae Oscensis invasoris, excommunicationem, a Geraldo episcopo Ostiensi factam probat. (L. I. ep. 64.) Jaffé Bibl. II. 83. — „Cum beatus apostolus". |
| „ 20. | „ | 4841 (3603) Santium, regem Aragoniensem, qui constituerit, ut „sub ditione sua Romani ordinis officium fieret", collaudat. Addit de Salomonis accusatione ac de nuncio ad eum mittendo. (L. I. ep. 63.) Jaffé Bibl. II. 82. — „Litteras nobilitatis". |
| „ 20. | „ | 4842 (3604) Omnes Raguseos reprehendit, quod, Vitali episcopo in custodiam dato, successorem elegerint. Legatum mittit Geraldum, archiepiscopum Sipontinum; a quo si res decerni non potuerit, utrumque episcopum perduci Romam iubet. (L. I. ep. 65.) Jaffé Bibl. II. 84. — „Pervenit ad aures". |
| „ 20. | „ | 4843 (3605) Monachis laicisque monasterii S. Quirici et omnibus Joseppingis et filiis Alberici et filiis Rapteri significat, se monasterium S. Quirici Rainerio, episcopo Reatino, dedisse. Bona monasterio adempta episcopo restitui iubet. (L. I. ep. 66.) Jaffé Bibl. II. 85. — „Notum vobis fieri". |
| „ 20. | „ | 4844 (3606) Oratorium Campi amabilis tuendum suscipit eiusque possessiones iuraque confirmat, bulla ad Rusticum priorem. („Ind. XIII.") Mittarelli Ann. Cam. II. append. 247, Migne 148 p. 646. — „Nulli fidelium". |
| „ 21. | „ | 4845 (3607) Giraldo, episcopo Sistaricensi, praecipit, ut invasae ecclesiae Crosciensi et libertatem et bona adempta reddat. (L. I. ep. 67.) Jaffé Bibl. II. 86. — „Michahel presbyter". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1074.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1. — 30. Iun. — 2.)* |
| Mart. 22. | Romae | 4846 (3608) Froterio, episcopo Nemausensi, praecipit, ut vexare monasterium S. Aegidii desinat. (L. I. ep. 68.) Jaffé Bibl. II. 86, (Pflugk-Harttung Acta I. 46, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 25). — „Audivimus olim". |
| „ 23. | („) | 4847 (3609) Ecclesiae Bononiensis possessiones, petente Lamberto episcopo, confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 122, (Sigonius De episc. Bonon. p. 67, Savioli Ann. Bol. I. II. 118, Ughelli It. sacr. II. 16, Migne 148 p. 648). — „Si ad celestia" („Notum omnibus"). |
| „ 23. | „ | 4848 (3610) Guilielmo comiti et universis fidelibus ac subditis Diensis ecclesiae nunciat, Hugonem episcopum a sese consecratum atque, ut tolleret simoniam, admonitum esse. Cui ut obtemperent, hortatur. Sub excommunicationis poena comiti praecipit, ut damna ecclesiae illata compenset. (L. I. ep. 69.) Jaffé Bibl. II. 87. — „Venientem ad nos". |
| (c.Mart.23) | („) | 4849 (3611) Omnes abbates et praelatos tam monachorum quam et canonicorum per Gallias constitutos hortatur, ut ecclesiarum b. Petro stipendiariarum census pensitent Hugoni, episcopo Diensi, cui vices suas commissas nunciat. Hugonis Flavin. chron. in MG. SS. VIII. 412, Jaffé Bibl. II. 526. — „Fraternitatem vestram". |
| Apr. 4. | „ | 4850 (3612) Guilielmo, regi Anglorum, de perturbato ecclesiae statu respondet. Privilegia S. Stephani (Cadomensis), sicut legati sui Petrus et Iohannes Minutus iudicaverint, servari iubet. Addit haec: „Rebus vero S. Petri, quae in Anglia colliguntur, sic te ut tuis invigilare admonemus, sic liberalitati tuae ut tua committimus". (L. I. ep. 70.) Jaffé Bibl. II. 89, (Fragm. ap. Deusdedit Coll. can. III. c. 150). — „Moerore mentis" („Rebus vero"). |
| „ 4. | „ | 4851 (3613) Mathildis, Anglorum reginae, „humilitatem et dilectionem" laudat et confirmat. Monet, ut regem ad virtutem hortetur. (L. I. ep. 71.) Jaffé Bibl. II. 91. — „Auditis nobilitatis". |
| „ 7. | „ | 4852 (3614) Gotefredum ducem (Lotharingiae inferioris) reprehendit, quod promissam b. Petro opem non tulerit. De Sardinia mandata superiora repetit. (L. I. ep. 72.) Jaffé Bibl. II. 91. — „Si sic mentis". |
| „ 12. | „ | 4853 (3615) Isemberto, episcopo Pictaviensi, praecipit, ut de monasterio Nobiliacensi iniuste detento et de vastato praedio Campaniaco, aliisque iniuriis in S. Hilarii clericos immissis aut metropolitano (Gozelino, archiepiscopo Burdigalensi,) in concilio episcoporum provinciae, aut sibi die omnium sanctorum (d. 1. Nov.) Romae rationem reddat. (L. I. ep. 73.) Jaffé Bibl. II. 92. — „Clerici congregationis". |
| „ 13. | „ | 4854 (3616) Clerum populumque Bellovacensem, Guilielmo (lege Guidone) episcopo per litteras petente, anathemate absolvit. (L. I. ep. 74.) Jaffé Bibl. II. 93. — „Quoniam mira". |
| „ 13. | „ | 4855 (3617) Philippum, regem Francorum, hortatur, ut illata ecclesiae Bellovacensi detrimenta sarciat. (L. I. ep. 75.) Jaffé Bibl. II. 93. — „Significasti nobis". |
| „ 15.? | „ | 4856 (3618) Humberto, archiepiscopo Lugdunensi, (Landricum) episcopum Matisconensem, a sese ordinatum, commendat. (Pro „XVII. kal. Apr." arbitror legendum esse: „XVII. kal. Maias".) (L. I. ep. 76.) Jaffé Bibl. II. 95, (Severtii Chronol. hist. II. 112: ex ms. ecclesiae Matisconensis). — „Confratrem nostrum". |
| („) | („) | 4857 (3619) Clero et populo Matisconensi (Landricum) episcopum a sese consecratum commendat. Gall. Chr. IV. Instr. p. 282, Severtii Chronol. hist. II. 113, Bouquet Rec. XIV. 575, Jaffé Bibl. II. 527. — „Quanta sit erga". |
| „ 15. | „ | 4858 (3620) Beatricem ducem et eius filiam Mathildem reprehendit, quod Guarnerium, episcopum Argentinensem, Roma redeuntem detinuerint; quem ut ad Erlembaldum Mediolanensem mittant, hortatur. Nunciat, se Dionysio Placentino aliisque Longobardiae episcopis, qui ad se venissent, „nihil de episcopali officio, nisi confirmari pueros pro necessitate, concessisse; sed totius negotii frena" inquit „ita retinemus in manu, ut aut correctis de venia, aut pertinacibus non sit desperandum de poena". (L. I. ep. 77.) Jaffé Bibl. II. 96. — „Cum propheta". |
| „ 16. | „ | 4859 (3621) Wratizlao, duci Boemiae, Jaromirum, episcopum Pragensem, de iniuriis in Iohannem Moraviensem purgatum, commendat, eique praeposituram castrumque S. Wenzlai restitui vult. Episcoporum de possessione quadam litem scribit in futura synodo compositum iri, ad quam legatos mitti a duce cupit. (L. I. ep. 78.) Jaffé Bibl. II. 98. — „Frater tuus Iarmirus". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1074.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1. — 30. Iun. — 2.)* |
| Apr. 18. | Romae | 4860 (3622) Annonem, archiepiscopum Coloniensem, de litterarum infrequentia obiurgat. (L. I. ep. 79.) Jaffé Bibl. II. 99. — „Quanta caritate“. |
| „ 19. | „ | 4861 (3623) Clerum et populum Aniciensem hortatur, ut Stephano electo episcopo, in suam gratiam restituto, obediant. (L. I. ep. 80. — Epistolam hanc post L. IV. epp. 18. 19 datam esse, censet Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 542.) Jaffé Bibl. II. 100. — „Stephanus electus“. |
| „ 22. | Lateranis | 4862 Ecclesiae S. Hilarii Pictaviensis protectionem suscipit, canonicorumque possessiones et privilegia confirmat, interventu Gozelini, archiepiscopi Burdigalensis. (De „Ind. XI.“ vide n. 4818.) Anal. iur. pont. X. 410. — „Convenit apostolico moderamini“. |
| „ 22. | „ | 4863 (3624) Ecclesiam S. Hilarii Pictaviensem tuendam suscipit, canonicorumque bona et privilegia confirmat, annuo auri unciae tributo iis imposito. (Exordium bullae desideratur. „Ind. XI.“ — Sunt qui de fide privilegii dubitent; cf. Anal. iur. pont. X. 411 not.) Baluzii Misc. III. 6, Cocqu. II. 28, Mansi XX. 624, Migne 148 p. 651. — „Igitur ob reverentiam“. |
| „ 25. | „ | 4864 Monasterii S. Pontiani Lucensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Bernardo abbate. (De „Ind. XI.“ vide n. 4818.) Pflugk-Harttung Acta II. 123. — „Convenit apostolico moderamini“. |
| „ 29. | „ | 4865 (3625) Monasterium SS. Petri et Huberti Andaginense tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, rogatu Theodorici abbatis. (De „Ind. XI.“ vide n. 4818.) Cantatorium S. Huberti in Reiffenberg Monum. VII. 274, Robaulx Chron. de S. Hub. p. 253, Martene Coll. IV. 947, Migne 148 p. 652, (MG. SS. VIII. 586). — „Nulli fidelium“. |
| („) | | 4866 *(Manassae) Remensi et (Udoni) Trevirensi archiepiscopis ac (Helinando) Laudunensi et (Theodewino) Leodiensi episcopis mandat, ut „quod (Theoderico) abbati S. Huberti Andaginensi concesserit, ipsi sua adstipulatione firment et subscriptione corroborent“. Vita Theoderici c. 25 in MG. SS. XII. 51. |
| („) | | 4867 (3626) *Annoni, archiepiscopo Coloniensi, et Theoduino, episcopo Leodiensi, „formatas epistolas destinat, ut Gotefridum (ducem) ad hoc, quod patri morituro condixerat, exsolvendum vel consilio inclinent, vel ecclesiastico ministerio inobedientem compellant“. Chron. S. Huberti Andagin. in MG. SS. VIII. 584. |
| Mai. 1. | | †4868 (3627) Stephano, vicecomiti Tierneo, qui „apud Milonem, archiepiscopum Beneventanum, cum frequentatione Benedictinensium de Calabria virtutis tirocinium sine habitu posuerit“, concedit „potestatem auspicandi conceptum ordinem monasticum iuxta regulam b. Benedicti“. („Datum Romae in praesentia carissimae filiae Agnetis Augustae imperatricis et sex fratrum cardinalium“. Epistolam falsam esse probat Delisle in) Mém. de la soc. des antiquaires de Normandie XX. 188, (Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. II. praefat. p. L, Migne 148 p. 653). — „Quoniam religiosam vitam“. |
| „ 6. | Romae | 4869 (3628) Udoni, archiepiscopo Trevirensi, mandat, ut, adhibitis Herimanno Metensi et Popone Tullensi episcopis, Theodericum Virdunensem, qui monasterium S. Michaelis contra mandatum apostolicum excommunicatione non absolverit, evocet, et monasterium absolvat, et episcopum ad pertinaciae rationem sibi reddendam hortetur. (L. I. ep. 81.) Jaffé Bibl. II. 101, (Beyer M. U. I. 430: ex diplomatario capituli Trevirensis). — „Confrater noster“. |
| „ 8. | „ | 4870 (3629) Monasterii Augiensis bona, per Robertum, simoniacum et anathematizatum abbatem, dispertita, Ecardo abbati a sese consecrato restitui iubet. (L. I. ep. 82.) Jaffé Bibl. II. 102. — „Quamquam ad propulsandas“. |
| „ 9. | „ | 4871 (3630) Adefonso (Legionensi), regi Hispaniae, Paulum episcopum (Oscensem) in suam gratiam reconciliatum commendat. (L. I. ep. 83.) Jaffé Bibl. II. 104. — „Notum vobis esse“. |
| Iun. 12. | In expeditione ad montem Cimini | 4872 (3631) Herimanno, episcopo Bambergensi, significat, se causam eius Herimanno, episcopo Metensi, iuvandam ea lege commendasse, ut mandata sua ab eo conficerentur. (L. I. ep. 84. Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 521 putat hanc epistolam c. 1. Mai. 1074 scriptam esse; notas vero registri chronologicas defendit Beyer ibid. XXI. 408.) Jaffé Bibl. II. 105. — „Carissimus confrater“. |
| („) | Ad castrum S. Flabiani | „venit obviam duci Beatrici“. Bonithonis Lib. ad amic. p. 661. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1074.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1. — 30. Iun. — 2.)* |
| Iun. 15. | In expeditione ad sanctum Flabianum | 4873 (3632) Agnetem imperatricem collaudat, quod tantum operae dederit et concordiae inter pontificatum et imperium restituendae et Heinrico regi communioni ecclesiae reddendo. Significat, se „his temporibus pro causa b. Petri in labore non parvo positum; et Beatricem nec non Mathildim die noctuque in suo multum adiutorio desudare". Haec addit: „Quod autem de filia vestra Mathildi nos rogastis, gratanter accepimus". (L. I. ep. 85.) Jaffé Bibl. II. 106. — „Gaudemus et exultamus". |
| Aug. 28. | Laurenti | 4874 (3633) Universos episcopos et abbates Britanniae vocat ad synodum, „in secunda (1—7. Mart., rectius: prima, 22—28. Febr. 1075) hebdomada quadragesimae" Romae gerendam; hortaturque, ut in sua quisque paroecia incestas copulationes prohibeat. (L. II. ep. 1). Jaffé Bibl. II. 108. — „Suscepti nos". |
| Sept. 10. | Tiburis | 4875 (3634) Isembertum, episcopum Pictaviensem, et contra legatorum suorum interdictum munere episcopali fungi, et synodum ab Amato episcopo Ellorensi et Gozelino archiepiscopo Burdigalensi matrimonii Guilielmi comitis (Pictaviensis et ducis Aquitaniae) dissolvendi causa congregatam per milites disturbare ausum, ante festivitatem S. Andreae (30. Nov.) venire Romam iubet. (L. II. ep. 2.) Jaffé Bibl. II. 109. — „Cum de te". |
| „ 10. | „ | 4876 (3635) Guilielmum, comitem Pictaviensem, laudat, quod cum (Aldeardi) uxore consanguinea divortium fecerit. Quacum ne in eadem domo cohabitet, hortatur. Isembertum episcopum, nisi ante festum S. Andreae (30. Nov.) Romam venerit, deiectum et excommunicatum iri. Addit haec: „determinate vobis aliquid de expeditione scribere, ad praesens non satis discretum fore praevidimus; quoniam rumor est, in transmarinis partibus Christianos Paganorum longe propulsasse ferocitatem". (L. II. ep. 3.) Jaffé Bibl. II. 111. — „Omnipotenti Deo". |
| „ 10. | „ | 4877 (3636) Gozelino, archiepiscopo Burdigalensi, scribit, ut cum Isemberto, episcopo Pictaviensi, Romam aut ipse veniat aut legatos mittat. (L. II. ep. 4.) Jaffé Bibl. II. 112. — „Sicut in litteris". |
| „ 10. | „ | 4878 (3637) Manassem Remensem, Richerium Senonensem, Richardum Bituricensem archiepiscopos et Adraldum Carnotensem ceterosque episcopos Franciae sub deiectionis poena hortatur, ut Philippum regem, omnium, quibus Francia redundet, scelerum „caput et causam", ad virtutem revocent. „Nam, si prohibere eum a delictis", inquit „contra ius et reverentiam promissae sibi fidelitatis esse putatis, longe vos fallit opinio; quodsi vos audire noluerit, apostolicae animadversionis gladium nequaquam eum diutius effugere posse, sibi notificate; quodsi nec huiusmodi districtione voluerit resipiscere, nulli clam aut dubium esse volumus, quin modis omnibus regnum Franciae de eius occupatione temptemus eripere". Lanzelinum, militem Bellovacensem, admoneri iubet, ut, quem ceperit, Folcerium Carnotensem, suum fidelem, dimittat. (L. II. ep. 5.) Jaffé Bibl. II. 113. — „Longa iam temporum". |
| „ 22. | „ | 4879 (3638) Geromirum, episcopum Pragensem, graviter corripit, quod et fide fracta et contra suum praeceptum bona quaedam occupaverit; quae Iohanni, episcopo Moraviensi, reddi iubet. Hortatur, ne perturbare pergat pacem cum Wratizlao duce conciliatam, utque ad tempus una cum episcopo Moraviensi Romam aut ipse veniat aut legatos mittat. (L. II. ep. 6.) Jaffé Bibl. II. 118. — „Venientem te". |
| „ 22. | „ | 4880 (3639) Wratizlao, Boemorum duci, gratias agit, quod „sub nomine census" centum argenti marcas miserit. De suis ad Geromirum litteris nunciat. Monet, ut ablata (Iohanni) episcopo Moraviensi bona restitui cogat. (L. II. ep. 7.) Jaffé Bibl. II. 119. — „Pervenit ad nos". |
| „ 22. | „ | 4881 (3640) Iohannem, episcopum Moraviensem, ab episcopo Pragensi iniuriis affectum, consolatur. Addit de epistolis ad Geromirum et Wratizlaum missis. (L. II. ep. 8.) Jaffé Bibl. II. 121. — „Caritatem tuam". |
| Oct. 15. | „ | 4882 (3641) Beatrici duci et eius filiae Mathildi scribit, se malignis de iis rumoribus non credere. Dolet de sanitate sibi restituta. Robertum Guiscardum scribit per legatos „fidelitatis securitatem" sibi obtulisse; se vero differendam rem putasse. Allatum sibi esse, alteram earum trans Alpes ituram esse; sed antea colloqui cum iis cupit. Azonem marchionem et Guilielmum Papiensem Heribertumque Mutinensem episcopos Romam vocatos nunciat. (L. II. ep. 9.) Jaffé Bibl. II. 122. — „Non vos fugit". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1074.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1. — 30. Iun. — 2.)* |
| Oct. 16. | Romae | 4883 (3642) Udoni, archiepiscopo Trevirensi, mandat, adhibito Herimanno, episcopo Metensi, commoneat Popponem, episcopum Tullensem, ut adempta clerico cuidam bona reddat. Praecipit, ut de eodem episcopo, et simoniae et fornicationis accusato, cognoscant, sibique in synodo vel ante synodum, „in prima hebdomada quadragesimae" (22—28. Febr. 1075) celebrandam, per litteras significent. (L. II. ep. 10.) Jaffé Bibl. II. 124. — „Admonere te, frater". |
| „ 26. | „ | 4884 (3643) Albertum comitem (Ballenstedensem) et (Adelheidam) eius uxorem hortatur, ut „quae de episcopis et sacerdotibus simoniacis aut in fornicatione iacentibus ab apostolica sede acceperint, firmiter credant et teneant". (L. II. ep. 11.) Jaffé Bibl. II. 126, (Pauli Bernr. vit. Greg. c. 40 ap. Watterich I. 495). — „Gratias Deo referimus". |
| „ 26. | „ | ʻ4885 (3644) Burchardum, episcopum Halberstadensem, de apostolicis legatis in regno illo parum honorifice susceptis dolentem, laudat. (L. II. ep. 12.) Jaffé Bibl. II. 126, Cf. Schmidt Urk. des Hochstifts Halb. I. 70. — „Ostendis frater". |
| „ 28. | „ | 4886 (4645) Salomonem, regem Hungarorum, qui ab (Heinrico) rege Theutonicorum regnum in beneficium acceperit, reprehendit. Hungariae regnum „Romanae ecclesiae proprium esse, a rege Stephano olim b. Petro oblatum". Addit haec: „Praeterea Heinricus piae mem. imperator ad honorem s. Petri regnum illum expugnans, victo rege (Ovone) et facta victoria ad corpus b. Petri lanceam coronamque transmisit; et pro gloria triumphi sui illuc regni direxit insignia, quo principatum dignitatis eius attinere cognovit". Minatur, eum „sine apostolica animadversione non diu regnaturum, nisi sceptrum regni, correcto errore, apostolicae, non regiae maiestatis beneficium recognoscat". (L. II. ep. 13.) Jaffé II. 127. — „Litterae tuae". |
| „ 29. | „ | 4887 (3646) Guarnerio Argentinensi et Burchardo Basileensi episcopis mandat, ut parthenonis S. Crucis (Woffenheimensis) advocatiam, de qua Leonis IX. nepotes contendant, Gerardo tradant, Hugone excluso. (L. II. ep. 14.) Jaffé Bibl. II. 129. — „Non ignorare vos". |
| Nov. 11. | „ | 4888 (3647) Humberto, archiepiscopo Lugdunensi, et Agino Augustodunensi et Rodulfo (an Landrico?) Matisconensi episcopis mandat, cogant clericos Lingonenses ad explenda damna, monasterio Pultariensi illata. (L. II. ep. 15.) Jaffé Bibl. II. 130. — „Hubertus Pultariensis". |
| „ 11. | „ | 4889 (3648) Richerio, archiepiscopo Senonensi, litteras mittit, quarum summa in registro his verbis indicatur: „De hominibus sui episcopatus a paribus". (L. II. ep. 16.) Jaffé Bibl. II. 131. — („Hubertus Pultariensis"). |
| „ 13. | „ | 4890 (3649) Sigebaldum, monasterii S. Salvatoris Perusini abbatem, reprehendit, quod, celatis criminibus Alberici, a b. m. Petro aliisque duobus episcopis ab omni honore ecclesiastico sub excommunicatione remoti, persuaserit sibi, ut eum praefici monasterio S. Anastasii permitteret. Albericum removeri iubet, superioremque abbatem iniuste deiectum restitui. (L. II. ep. 17.) Jaffé Bibl. II. 131. — „Fraternitatem tuam, quam". |
| „ 13. | „ | 4891 (3650) Guilielmo, comiti Pictaviensi (ac duci Aquitanae), mandat, hortetur Philippum regem, ut quibus negotiatores Italos despoliaverit, bona illico reddat. „Si in perversitate perduraverit" inquit „in Romana synodo a corpore et communione s. ecclesiae ipsum et quicumque sibi regalem honorem vel obedientiam exhibuerit, sine dubio sequestrabimus, et eius quotidie super altare s. Petri excommunicatio confirmabitur". (L. II. ep. 18.) Jaffé Bibl. II. 132. — „Licet Philippi". |
| „ 15. | „ | 4892 (3651) Richardo, archiepiscopo Bituricensi, mandat, ut una cum Rodulfo, archiepiscopo Turonensi, inter monasterium Dolense et (Odonem) abbatem S. Sulpitii (Bituricensem) iudicet. (L. II. ep. 19.) Jaffé Bibl. II. 133. — „Dolense monasterium". |
| „ 15. | „ | 4893 (3652) Richerio, archiepiscopo Senonensi, praecipit, ut illatas Rodulfo archiepiscopo Turonensi iniurias expiari a Lanzelino cogat. (L. II. ep. 20.) Jaffé Bibl. II. 134. — „Confrater noster". |
| „ 15. | „ | 4894 (3653) (Stephanum) abbatem Bellilocensem iubet Rodulfo, archiepiscopo Turonensi, obtemperare. Quodsi excusationis causas habeat, ad synodum, „in prima septimana quadragesimae" (22.—28. Febr. 1075) celebrandam, cum archiepiscopi nuncio veniat. (L. II. ep. 21.) Jaffé Bibl. II. 134. — „Confrater noster". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1074.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1. — 30. Iun. — 2.)* |
| Nov. 15. | Romae | 4895 (3654) Hugonem militem de sancta Maura hortatur, ut aut ecclesiae Turonensis bona (Rodulfo) archiepiscopo reddat, aut ad synodum futuram accedat. (L. II. ep. 22.) Jaffé Bibl. II. 135. — „Confrater noster". |
| „ 16. | „ | 4896 (3655) In Isembertum, episcopum Pictaviensem, pronunciatum a legato suo interdictum confirmat, eumque communione privat, donec in synodo „in prima hebdomada quadragesimae" (22—28. Febr. 1075) agenda se stiterit. Venire si neglexerit, fore ut deiiciatur. (L. II. ep. 23.) Jaffé Bibl. II. 136. — „Quoniam interdictus". |
| „ 16. | „ | 4897 (3656) Gozelinum, archiepiscopum Burdigalensem, et Guilielmum, Aquitaniae ducem, de suis ad episcopum Pictaviensem litteris certiores facit. Qui si ad synodum non venerit, a Gozelino res ecclesiasticas, iurisdictionem a Guilielmo administrari vult. (L. II. ep. 24.) Jaffé Bibl. II. 136. — „Notum fieri volumus". |
| „ 18. | „ | 4898 (3657) Annonem, archiepiscopum Coloniensem, hortatur, ut litem inter Bennonem, episcopum Osnabrugensem, et (Wernherum) abbatem Corbeiensem et abbatissam quandam, a legatis suis ad eum delatam, discernat; quae si componi non possit, litigatores iubeat ad synodum Romanam (22—28. Febr. 1075) venire. Addit de clericis ad castitatem admonendis. (L. II. ep. 25.) Jaffé Bibl. II. 137. — „Ut diligentia". |
| „ 20. | Lateranis | 4899 Ecclesiam Populoniensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et fines confirmat, petente Guilielmo episcopo. Pflugk-Harttung Acta II. 124. — „Licet officii nostri". |
| „ 27. | Romae | 4900 (3658) Dionysio, episcopo Placentino, mandat, ut monasterio S. Savini, a Rigizone dimisso, abbatem praeficiendum curet. Legatos mittit, qui controversiam „inter eum et abbatem S. Sepulchri plebemve Placentinam sive Bonizonem subdiaconum" dirimant. (L. II. ep. 26.) Jaffé Bibl. II. 138. — „Rigizonem abbatem monasterii". |
| „ 27. | „ | 4901 (3659) Fratribus S. Savini Placentinis scribit de abbate eligendo. (L. II. ep. 27.) Jaffé Bibl. II. 139. — „Rigizonem abbatem vestrum". |
| c. Nov. 30. | „ | Synodus. Vide infra ep. 4906. |
| (Dec.) | | 4902 (3663) Omnibus clericis et laicis, in regno Teutonicorum constitutis, scribit, ne episcopis „ullo modo obediant, vel eorum praeceptis consentiant", qui sacerdotes et diaconos et subdiaconos mulieribus uti permittant. Hugonis Flav. chron. L. II. in MG. SS. VIII. 428, Baluzii Misc. III. 7, Mansi XX. 625, Pauli Bernr. vit. Greg. c. 41 ap. Watterich I. 495, Jaffé Bibl. II. 532. — „Audivimus, quod". |
| „ 7. | „ | 4903 (3664) Heinricum regem laudat, quod legatos suos bene tractaverit, eorumque consilio quasdam res ecclesiasticas correxerit, et sibi „congruae salutationis et devotae servitutis exhibitionem transmiserit". Laetatur eius proposito et simoniae et clericorum fornicationis destruendae. Hortatur ita: „tales tibi consiliarios adhibeas, qui non tua sed te diligant, et saluti tuae, non lucro suo consulant". De causa Mediolanensi legatos ad se mitti vult. De litteris ad Sigefredum, archiepiscopum Moguntinum, missis addit. (L. II. ep. 30. Quae Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 526 de huius epistolae tempore dicit, ea non recta esse, facile ex eo perspicitur, quod invitationes non ita multo ante synodum celebrandam mitti solebant; aliis praeterea argumentis notas epistolae chronologicas defendit Beyer in Forsch. z. d. Gesch. XXI. 411.) Jaffé Bibl. II. 142. — „Quamquam fili". |
| „ 7. | „ | 4904 (3665) Heinrico regi scribit de sincero erga eum amore suo. „Heu, pro dolor", inquit „haec vigilanti animo non attendunt, qui discordiam seminare inter nos quotidie disponunt". Significat, Italicorum et ultramontanorum iam amplius quinquaginta milia parata esse, se duce Christianis transmarinis opem contra paganos ferre. Addit ita: „Si hoc Deus me permiserit incipere, a te quaero consilium, et, ut tibi placet, auxilium; quia si illuc ivero, post Deum tibi Romanam ecclesiam relinquo, ut eam custodias". (L. II. ep. 31.) Jaffé Bibl. II. 144. — „Si Deus modo". |
| „ 8. | „ | 4905 (3666) Manassae, archiepiscopo Remensi, scribit, se gavisurum, si Philippus rex, „immo lupus rapax, tyrannus iniquus", damna mercatoribus illata compensaverit, alioquin „viribus et modis omnibus illi adversari promittit". Legatos suos commendat. (L. II. ep. 32.) Jaffé Bibl. II. 146. — „Tantis dilectionis". |
| „ 12. | „ | 4906 (3668) Cunibertum, episcopum Taurinensem, qui vocatus ad synodum „circa festivitatem S. Andreae" (30. Nov.) non venerit, reprehendit, synodoque „in prima septimana quadragesimae" (22—28. Febr. 1075) agendae adesse iubet. Interim ut a vexando S. Michaelis (Clusini) monasterio abstineat, monet. (L. II. ep. 33.) Jaffé Bibl. II. 147. — „Licet adversus". |

**1074.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1. — 30. Iun. — 2.)*

Dec. 13. Romae — 4907 (3669) Rainerio, illustri viro, abbatem S. Gaudentii damnatum, et acta eius rescissa nunciat. Attamen quas res ipse Rainerius ab illo acceperit, de iis praesente nuncio suo decerni vult. (L. II. ep. 34.) Jaffé Bibl. II. 148. — „Quoniam devotionem".

„ 16. „ — 4908 (3670) Guilielmum, episcopum Papiensem, vituperat, quod vocatus ad sese non venerit. Praecipit, ut synodo „prima hebdomada quadragesimae" (22—28. Febr. 1075) habendae, in qua de (Mathildis) sororis eius matrimonio agatur, intersit. (L. II. ep. 35.) Jaffé Bibl. II. 149. — „Licet contra nos".

„ 16. „ — 4909 (3671) Mathildi (sorori Guilielmi, episcopi Papiensis,) praecipit, ut, quem quarto consanguinitatis gradu attingat, marito Azzone marchione abstineat. Verumtamen permittit, ut in proxima synodo Romana ius petat. (L. II. ep. 36.) Jaffé Bibl. II. 149. — „Qualiter testibus".

„ 16. „ — 4910 (3672) Omnes fideles S. Petri, maxime ultramontanos, ad defendendos christianos, ultra mare in Constantinopolitano imperio habitantes, hortatur. (L. II. ep. 37.) Jaffé Bibl. II. 150. — „Ad vos iam pervenisse".

(„ 16.) („) — 4911 Mathildi comitissae scribit haec: „Quanta sit mihi meditatio quantumque desiderium mare transeundi, ut christianis, qui more pecudum a paganis occiduntur, valeam succurrere, erubesco quibusdam dicere, ne videar aliqua duci levitate". Monet, ut „visis super hac re suis litteris, quas mittat ultramontanis" (ep. 4910) rem adiuvet. „Credo enim", inquit „multos milites in tali labore nobis favere; ipsam etiam nostram imperatricem (Agnetem) nobiscum ad illas partes velle venire teque secum ducere, matre tua (Beatrice) in partibus his relicta pro tuendis rebus communibus; . . . proinde praedicta imperatrix causa orationis veniens, multos ad hoc opus una tecum posset animare; ego autem talibus ornatus sororibus, libentissime mare transirem . . .; quid super hac re et de tuo adventu Romam tibi videatur, citissime procura rescribere". (Epistolam hanc suspectam aut dictatoris cuiusdam vitio depravatam esse, non concedam Comiti Riant in Archives de l'or. lat. I. 59. Cf. supra ep. 4904.) Sudendorf Reg. II. 24, Jaffé Bibl. II. 532. — „Quanti sit mihi".

„ 22. „ — 4912 (3673) Uberto comiti et clero populoque Firmano significat, se episcopatus procurationem eorum archidiacono ad tempus commisisse, „donec" inquit „cum nostra sollicitudine, tum regis consilio et dispensatione, idonea ad regendam ecclesiam et episcopalem dignitatem persona reperiatur". Archidiaconum ut in recuperandis ecclesiae bonis adiuvent, hortatur. (L. II. ep. 38.) Jaffé II. 151. — „Quamquam pleraque".

„ 31. „ — 4913 (3674) Dominicum ducem populumque Venetum, ut patriarchalis ecclesiae Gradensis subveniant egestati, monet. (L. II. ep. 39). Jaffé Bibl. II. 152. — „Notum esse credimus".

**c. 1074.**

†4914 (3675) Omnibus ecclesiae Bellovacensis filiis Guidoni episcopo perfecte reconciliatis gratulatur, quo petente se Lanzelino militi ignovisse peccata scribit. Baluzii Misc. III. 6, Louvet Hist. de Beauv. p. 486, Bouquet Rec. XIV. 625, Mansi XX. 624, Migne 148 p. 658. Cf. Jaffé Bibl. II. 520. — „Quoniam audivimus".

**1073—1075.**

†4915 (3676) Heribertum, olim archiepiscopum Coloniensem, numerari inter sanctos iubet. Lacomblet Urk. I. 145, Migne 148 p. 658. Cf. Jaffé Bibl. II. 520. — „Quicquid divinis".

**1074—1075.**

4916 (3137) Decernit, ut pro „clericis et laicis quamplurimis, quos Guillelmus, gloriosus Aquitaniae dux, ad suum auxilium incitare coeperit", qui annuam stipem ad sarta tecta ecclesiarum S. Petri et S. Pauli tuenda promiserint, a pontificibus Romanis „ter in anno cum omnibus Romanis ecclesiis generaliter missa celebretur et septies illorum specialiter memoria inter sacra missarum solemnia habeatur". (Perperam Gregorio VI. ascribi solet; potius a Gregorio VII. auctore profectam esse epistolam, demonstrat Steindorff in Jahrb. Heinrichs III. T. I. p. 492.) D'Achery Spic. III. 398, Mansi XIX. 611, Migne 142 p. 573. — „Notum vobis".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1075.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 2. — 30. Iun. — 3.)* |
| Ian. 1. | | †4916a Monasterii Sublacensis possessiones confirmat. („Script. p. m. Leonis; Dat. p. m. Gregorii custodis". Confecta videtur haec bulla ex privilegio Leonis VII., supra 3608.) Pflugk-Harttung Iter p. 200. — „Creditae speculationis". |
| „ 2. | Romae | 4917 (3677) Omnibus S. Petri fidelibus Gepizonem (S. Alexii et) S. Bonifatii et Maurum S. Sabae abbates (Romanos), legatos suos, commendat. (L. II. ep. 40.) Jaffé Bibl. II. 154. — „Notum vobis est". |
| „ 2. | „ | 4918 (3678) Clero et populo Feretrano et Eugubino commendat S. Sabae et S. Bonifatii abbates missos, ut episcopos ecclesiis eorum praeficiendos curent. (L. II. ep. 41.) Jaffé Bibl. II. 154. — „Ex quo ecclesiam". |
| „ 4. | „ | 4919 (3679) Guibertum, archiepiscopum Ravennatem, invitat ad synodum „in prima hebdomada quadragesimae" (22—28. Febr.) celebrandam. (L. II. ep. 42.) Jaffé Bibl. II. 155. — „Coram oculis". |
| „ 5. | „ | 4920 (3680) Hugoni, episcopo Diensi, suadet, uti ea, quae de rebus ecclesiasticis reddere ecclesiae filii velint, recipiat, eosque ea lege absolvat, ut fidem dent de nunciis ad synodum Romanam una cum eo mittendis. (L. II. ep. 43.) Jaffé Bibl. II. 156. — „Videtur nobis". |
| „ 10. | „ | 4921 (3681) Iuditham, Ungarorum reginam, afflictam angustiis consolatur, eiusque res matri, Agneti imperatrici, commendatas nunciat. (L. II. ep. 44.) Jaffé Bibl. II. 156. — „Multae ac diversae". |
| „ 11. | „ | 4922 (3682) Rodulfum, ducem Sueviae, et Bertulfum, ducem Carentanum, (et Welfonem ducem) monet, ut episcopos simoniae aut fornicationis obnoxios „nullatenus recipiant, et haec eadem tam in curia regis, quam per alia loca et conventus regni notificantes, tales sacrosanctis deservire mysteriis etiam vi, si oportuerit, prohibeant". Praeterea Rodulfum hortatur, „ut quatumcumque pretii se pro disponendis in ecclesia clericis accepisse recordetur, aut in utilitatem eiusdem ecclesiae, aut in usus pauperum expendat". (L. II. ep. 45.) Jaffé Bibl. II. 158, (Pauli Bernrid. Vit. Greg. c. 39 ap. Watterich I. 493, Hugonis Flav. chron. L. II. in MG. SS. VIII. 428.) — „Scimus, quoniam prudentia". |
| „ 13. | „ | 4923 (3683) Gepizo S. Bonifatii et Mauro S. Sabae abbatibus (Romanis), in legatione marchiae (Firmanae) constitutis, mandat, ut bona, a Michaele episcopo Pisaurensi „incaute" distributa, ecclesiae episcopoque restitui iubeant. (L. II. ep. 46.) Jaffé Bibl. II. 160. — „Mandamus vobis". |
| „ 13. | „ | 4924 (3684) Rainerio, filio Ugizonis, atque Rainerio, filio Bulgarelli, uxori quoque Peponis domnae Guillae, filiis etiam Ardingi comitis, omnibusque in Clusino comitatu commorantibus significat, se Lanfranco, episcopo Clusino, praecepisse, ut, quem contra interdictum apostolicum S. Mustiolae praefecisset, Guidonem hominem excommunicatum deiiceret. Quem ne iuvent in praepositura retinenda, sub excommunicationis poena interdicit. (L. II. ep. 47.) Jaffé Bibl. II. 161. — „Constat vobis". |
| „ 16. | „ | 4925 (3685) Gepizo S. Bonifatii et Mauro S. Sabae abbatibus (Romanis) mandat, ut Rainerium, Ugizonis filium, qui fratricidii poenitentiam nondum peregerit, a secundis nuptiis dehortentur, ad seque accedere iubeant. (L. II. ep. 48.) Jaffé Bibl. II. 162. — „Notum vobis est". |
| „ 22. | „ | 4926 (3686) Hugoni, abbati Cluniacensi, de angustiis suis scribit. Queritur de orientalis ecclesiae defectione a fide catholica, ac de episcoporum principumque pravitate. „Eos autem", inquit „inter quos habito, Romanos videlicet, Longobardos et Normannos Iudaeis et paganis quodammodo peiores esse redarguo; nam si non sperarem ad meliorem vitam et utilitatem s. ecclesiae venire, nullo modo Romae, in qua coactus Deo teste iam a viginti annis inhabitavi, remanerem". Preces pro se fieri cupit. Mandat, hortetur eos, „qui b. Petrum diligant, ut non habeant illo cariores saeculares principes". (L. II. ep. 49.) Jaffé Bibl. II. 163. — „Si posset fieri". |
| „ 24. | „ | 4927 (3687) Santio (Aragonensi) regi Hispanorum significat, se Santio, episcopo Aragonensi, qui deponendae dignitatis causa Romam venerit, mandasse, licet infirma valetudine esset, ut ad tempus fungi munere pergeret, clerico adiutore assumpto. Hiccine episcopatui praeponatur, se circumacto anno decreturum. Clericos, ex concubinis natos, episcopos fieri vetat. (L. II. ep. 50.) Jaffé Bibl. II. 165. — „Quoniam erga". |
| „ 24. | „ | 4928 (3688) Sueini, Danorum regis, litteras desiderat. Significat, legatos suos, „pro |

**1075.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 2. — 30. Iun. — 3.)*

honorificentia regni eius, tum de metropolitana sede, tum de quibusdam aliis rebus" missos, „propter perturbationem Teutonicae terrae" ad sese rediisse. Nuncios Romam mitti cupit. Subsidia ab eo sperat; „est" inquit „non longe a nobis provincia quaedam opulentissima iuxta mare, quam viles et ignavi tenent haeretici, in qua unum de filiis tuis ducem ac principem et defensorem christianitatis fieri optamus". (L. II. ep. 51.) Jaffé Bibl. II. 167. — „Cum adhuc in".

Febr. 1. Romae — 4929 (3689) „Monasterii S. Mariae virginis constructi in loco, qui dicitur Banza", possessiones et privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Archivio della soc. roman. di stor. patria IV. 191, Pflugk-Harttung Acta II. 127. Cf. Ewald Zum Reg. Gregors VII. l. l. p. 299 not. — „Supernae miserationis".

„ 24-28. „ — Synodus, in qua „inter cetera decreta 1) quinque de familia regis Teutonicorum, quorum consilio ecclesiae vendantur, a liminibus s. ecclesiae separantur, ita ut si abinde usque ad kalendas Iunias Romam non veniant et satisfaciant, excommunicati habeantur"; 2) statuitur, ut „Philippus rex Francorum, si nunciis papae, ad Gallias ituris, de satisfactione sua et emendatione securitatem non fecerit, habeatur excommunicatus"; 3) Liemarus, archiepiscopus Bremensis, Guarnerius Argentoratensis, Heinricus Spirensis, Herimannus Bambergensis, Guilielmus Papiensis, Cunibertus Taurinensis episcopi a munerum administratione removentur et Dionysius, episcopus Placentinus, deiicitur; 4) Robertus, dux Apuliae, iam anathematizatus, et Robertus de Loritello excommunicantur. Reg. L. II. ep. 52a ap. Jaffé Bibl. II. 170.

In hac synodo sancitur: 5) „ut clerici aliquem sacrorum ordinum gradum et officium per pretium adepti nullatenus deinceps in ecclesia ministrent"; 6) „ut ecclesiam pretio acquisitam nullus retineat, nec alicui deinceps ecclesiae iura vendere vel emere liceat"; 7) „ut a clericali officio cessent, quicumque se pro incontinentia reprehensibiles exhibent"; 8) „ut populus clericorum officia nullatenus recipiat, quos apostolicas institutiones contemnere videat". Mansi XX. 408 cap. V. et p. 433, Migne 148 p. 758; Bernoldi Annales 1075 in MG. SS. V. 430; cf. Bertholdi Ann. 1075 ibid. p. 277, Mariani Scotti Chron. 1097 (1075) ibid. p. 560. — Decreta haec quatuor, quae solent perperam ad a. 1074 revocari, in hac synodo promulgata esse, ex memoratis scriptoribus iure colligit Giesebrecht in Münchner hist. Jahrb. 1866. p. 127. Vide etiam infra epp. 4943. 4949.

In synodo (Heinrico) regi interdicitur, „ius deinde habere aliquod in dandis episcopatibus". Vide Arnulfi Gesta arch. Med. L. IV. c. 7 in MG. SS. VIII. 27. (Alia vero de investitura lex, quae in Hugonis Flav. chron. ad a. 1074 in MG. SS. VIII. 412, Mansi XX. 517, Deusdedit ap. Mai Nov. patr. bibl. VII. III. 83, legitur falsoque ad hanc synodum referri solet, pertinet ad a. 1080 eademque est ac ea, quae in Reg. L. VII. ep. 14a exstat. Cf. Giesebrecht in Münchner Hist. Jahrb. 1866. p. 128 et187.)

„ 28. „ — 4930 (3690) In synodo Eurardo, clerico Aurelianensi, sub iteratae excommunicationis poena praecipit, ut festo omnium sanctorum (1. Nov.) cum fratribus ecclesiae Aurelianensis ad sese veniat, intereaque iniuriis in illos abstineat. (L. II. ep. 52.) Jaffé Bibl. II. 168. — „Admiranda res".

(„) („) — 4931 (Sigefrido), archiepiscopo Moguntino, „speciales litteras bulla sua impressas" mittit, quibus nuntiat, statutum in synodo esse: „ut hi, qui per symoniacam heresim, hoc est interventu pretii, ad aliquem sacrorum ordinum gradum vel officium promoti sint, nullum in s. ecclesia ulterius locum ministrandi habeant; illi quoque qui ecclesias datione pecuniae obtineant, omnino eas perdant; sed nec illi, qui in crimine fornicationis iaceant, missas celebrare, aut secundum inferiores ordines ministrare altari debeant". Ad crimina illa evellenda eum adhortatur. Jaffé Bibl. II. 523 (ad a. 1074. Hanc et duas, quae sequuntur, epistolas anno 1075 ascribendas esse, demonstrat Meltzer Greg. VII. u. d. Bischofswahlen p. 203; cf. Giesebrecht III. 1124). — „Cum, apostolica auctoritate".

(„) („) — 4932 (Wezelino), archiepiscopo Magdeburgensi, idem significat. Jaffé Bibl. II. 524. — „Cum, apostolica auctoritate".

(„) („) — 4933 (3597) Ottoni, episcopo Constantiensi, per nuncios eius redire festinantes significat, in synodo de simoniacis et fornicatoribus quid statutum sit. Baluzii Misc. II. 232, Mansi XX. 404, Pauli Bern. vit. Greg. c. 36 ap. Watterich I. 490, Jaffé Bibl. II. 525. — „Instantia nunciorum".

**1075.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 2. — 30. Iun. — 3.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 2. | Romae | 4934 (3691) (in basilica Salvatoris) Iohannis Moraviensis et Geboardi (leg. Geromiri) Pragensis episcoporum de bonis quibusdam litem discernit, ea lege ut sui uterque iuris intra proximos decem annos persequendi potestatem habeat. (L. II. ep. 53.) Jaffé Bibl. II. 171. — „Quoniam ad memoriam". |
| „ 3. | „ | 4935 (3692) Placentinis nunciat, Dionysium in synodo remotum munere episcopali esse. (L. II. ep. 54.) Jaffé Bibl. II. 172. — „Super confusione". |
| „ 3. | „ | 4936 (3693) Laudenses hortatur, ut Opizonem episcopum in exstirpanda simonia clericorumque fornicatione adiuvent. (L. II. ep. 55.) Jaffé Bibl. II. 173. — „Gaudemus, dilectissimi". |
| „ 4. | „ | 4937 (3694) Manassem, archiepiscopum Remensem, negligentiae accusat. Significat, se (Rogerium) episcopum Catalaunensem propter inobedientiam deiiciendum censuisse. Mandat, ut ad bona clericis reddenda eum hortetur, recusantemque excommunicet. Eundem rationis reddendae causa aut d. 1. Oct. ad legatos suos, aut d. 1. Nov. ad sese venire iubet. (L. II. ep. 56.) Jaffé Bibl. II. 176. — „Si te pastoralis". |
| „ 5. | „ | 4938 (3695) Clero et populo Faesulano praecipit, ut in ecclesiae Romanae de Transmundo episcopo sententia acquiescant, neu querimoniis repetitis detrimenta ecclesiae Faesulanae multiplicent. (L. II. ep. 57.) Jaffé Bibl. II. 177. — „Miramur satis". |
| „ 5. | „ | 4939 (3696) Manassi, archiepiscopo Remensi, mandat, ut a Radbodo, episcopo Noviomensi, ecclesiam Brugensem Wilielmo, episcopo Ultraiectensi, ereptam reddi iubeat. (L. II. ep. 58.) Jaffé Bibl. II. 178. — „Confratris nostri". |
| „ 7. | Laterani | 4940 (3697) Ecclesiae S. Petri Insulensis bona confirmat, petente Fulcardo praeposito. Pflugk-Harttung Acta I. 46, (Roisin Franchises de Lille p. 251, cf. Buzelini Gallo-Flandria p. 310). — „Superne miserationis". |
| „ 13. | Romae | 4941 (3699) Ottoni, episcopo Constantiensi, praecipit, ut cum Ecardo, abbate Augiensi, aut in gratiam redeat, aut „circa festivitatem omnium sanctorum" (1. Nov.) Romam accedat. (L. II. ep. 60.) Jaffé II. 180. — „Sicut tua super". |
| „ 23. | „ | 4942 (3700) D(ietwinum), episcopum Leodiensem, a vendendis dignitatibus ecclesiasticis praebendisque canonicis dehortatur. Prospiciat, ut sacerdotes caste vivant. Iniuriis in (Theodericum) abbatem S. Huberti (Andaginensem) abstineat, et (Alberti) comitis Namucensis ecclesiam aut ipse consecret aut ab Herimanno, episcopo Metensi, consecrari patiatur. (L. II. ep. 61.) Jaffé Bibl. II. 181. — „Iam multo tempore". |
| „ 23. | „ | 4943 (3701) Sichardum, episcopum Aquileiensem, hortatur, ut concilii peracti decretis de simonia sacerdotumque castitate pareat. (L. II. ep. 62.) Jaffé Bibl. II. 182. — „Fraternitatis tuae". |
| „ 23. | „ | 4944 (3702) Geusam, Ungariae ducem, docet, „regnum Ungariae, sicut et alia nobilissima regna in propriae libertatis statu debere esse, et nulli regi alterius regni subiici, nisi Romanae ecclesiae; quod quia" inquit „consanguineus tuus (Salomon) a rege Teutonico, non a Romano pontifice, usurpative obtinuit, dominium eius, ut credimus, divinum iudicium impedivit". Legatos suos commendat. (L. II. ep. 63.) Jaffé Bibl. II. 183. — „Licet per legatos". |
| „ 24. | Laterani | 4945 (3703) Monasterii S. Nicolai Pataviensis disciplinam ac possessiones confirmat, Altmanno episcopo per Agnetem imperatricem postulante. Mon. Boic. IV. 290, Urk. des Land. ob d. Enns II. 103, Migne 148 p. 659. — „Convenit apostolico moderamini". |
| „ 25. | Romae | 4946 (3704) Ivoni, abbati S. Dionysii, de simonia suspecto, praecipit, ut aut apud legatos suos, „hac in aestate" mittendos, causam dicat, aut ante festivitatem S. Andreae (30. Nov.) Romam veniat. (L. II. ep. 64.) Jaffé Bibl. II. 184. — „Licet Romanae". |
| „ 25. | „ | 4947 (3705) Monachos S. Dionysii de suis ad Ivonem abbatem litteris certiores facit, a discordiaque dehortatur. (L. II. ep. 65.) Jaffé Bibl. II. 184. — „Abbatis vestri". |
| „ 29. | „ | 4948 (3706) Burchardo, episcopo Halberstadensi, scribit de clericis ad castitatem impellendis. (L. II. ep. 66.) Jaffé Bibl. II. 185. — „Non ignorare te". |
| „ 29. | „ | 4949 (3707) Annoni, archiepiscopo Coloniensi, mandat, ut, convocata episcoporum concilio, sua de castitate clericorum decreta promulget. „Novit enim fraternitas tua", inquit „quia praecepta haec non de nostro sensu exculpimus, sed antiquorum patrum sanctiones propalamus; quamquam huic s. Romanae ecclesiae semper licuit, semperque licebit, contra noviter increscentes excessus nova quoque decreta atque remedia procurare". (L. II. ep. 67.) Jaffé Bibl. II. 187. — „Constat ecclesiam". |

**1075.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 2. — 30. Iun. — 3.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 29. | Romae | 4950 (3708) Wezelinum, archiepiscopum Magdeburgensem, ad stabiliendam clericorum castitatem adhortatur. (L. II. ep. 68.) Jaffé II. 188. — „Legimus Iosue". |
| Apr. 9. | „ | 4951 (3709) Cuniberto, episcopo Taurinensi, praecipit, ut cum (Benedicto) abbate monasterii S. Michaelis (Clusino) aut pacem facit, aut die S. Martini (11. Nov.) ad sese veniat, atque ut interim iniuriis in illum abstineat; quod nisi fecerit, fore ut monasterium ecclesiae Romanae subiiciatur. (L. II. ep. 69.) Jaffé Bibl. II. 190. — „Decuerat te, frater". |
| „ 12. | „ | „in ipsis albis". Vide litteras ecclesiae Bambergensis ap. Jaffé Bibl. V. 93. |
| „ 14. | „ | 4952 (3710) Geusae, Ungariae duci, significat, velle se inter eum et Salomonem regem pacem ita conciliare, „ut rex ibi, non regulus fiat". Salomoni regnum a Domino ademptum esse scribit, quod, „contempto nobili dominio b. Petri, subdidisset se Teutonico regi et reguli nomen obtinuisset". „Quapropter" inquit „si quid vis, si quid habere a Romana ecclesia digne speras, nobis confidenter volumus ut aperias". (L. II. ep. 70.) Jaffé Bibl. II. 192. — „Si officii nostri". |
| „ 14. | „ | 4953 (3711) Wratizlaum, Bohemorum ducem, rogat, ut Frederico nepoti aut patrimonium, aut aliud beneficium tribuat. Monet, pacem colat, maximeque cum (Ieromiro) Pragensi et (Iohanne) Olomutiensi episcopis. (L. II. ep. 71.) Jaffé Bibl. II. 193. — „Fredericus nepos". |
| „ 15. | „ | 4954 (3712) Omnes Bohemos ad pacem, castitatem, beneficentiam, hospitalitatem, decimas dandas, honorandasque ecclesias adhortatur. (L. II. ep. 72.) Jaffé Bibl. II. 194. — „Ex consideratione". |
| „ 17. | „ | 4955 (3713) Demetrio, regi Ruscorum, et reginae, uxori eius, significat, se (Iaropolco), filio eorum roganti „ex parte b. Petri" regnum tradidisse. Legatos suos commendat. (L. II. ep. 74.) Jaffé Bibl. II. 198. — „Filius vester". |
| „ 17. | „ | 4956 (3714) Ad Sveinum, regem Danorum, litteras nunciosque mittit, „ut si quid est", inquit „quod auctoritas Romanae ecclesiae possit tibi iuste largiri, nobis notum facias; quia vero apud antecessorem nostrum Alexandrum quaedam expetisti, quibus b. Petrum debitorem faceres, immo tibi et regno tuo nobile patrocinium eius acquireres, per eosdem legatos mandes, utrum eadem voluntas sit, an fuerit passa defectum". (L. II. ep. 75.) Jaffé Bibl. II. 199. — „Apud antecessores". |
| „ 18. | Lateranis | 4957 Monasterii S. Sepulchri Cameracensis possessiones iuraque confirmat, petente Lithberto episcopo Cameracensi. Pflugk-Harttung Acta I. 47. — „Supernae miserationis". |
| „ 20. | Romae | 4958 (3715) Bolezlaum, Polonorum ducem, laudat, quod munera b. Petro miserit. Legatos suos commendat, missos ut et episcoporum Polonorum numerum augeant, et sedem metropolitanam constituant. Hortatur, ut ablatam (Demetrio) Ruscorum regi pecuniam reddat. (L. II. ep. 73.) Jaffé Bibl. II. 196. — „Quoniam honor". |
| „ 20. | „ | 4959 (3716) Clero et populo Bambergensi invasorem ecclesiae eorum (Hermannum) demotum nunciat. Praecipit, ne episcopatus bona diripiant. (L. II. ep. 76. Dünzelmann in Forsch z. d. Gesch. XV. 518 ad d. 20. Apr. a. 1074 hanc epistolam revocat. Registri ordinem servavit Beyer ibid. XXI. 409.) Jaffé Bibl. II. 200. — „Notum est pene". |
| Iun. 17. | „ | 4960 (3717) Geboardum, archiepiscopum Salzburgensem, hortatur, ne novo episcopo, (Guntherio Gurcensi), Alexandri II. permissu intra paroeciam Salzburgensem constituto decimas adimat. (L. II. ep. 77.) Jaffé Bibl. II. 201. — „Meminimus dilectionem". |
| Iul. 20. | Laurenti | 4961 (3718) Clero et populo Bambergensi significat, Herimannum, iam antea ob simoniam episcopali officio et ob ecclesiae bona dissipata sacerdotio privatum, anathemate quoque, donec ad se veniret, affectum esse. Ab eodem qui praedia ecclesiastica acceperint, eos anathematizat. (In Udalr. Bab. cod. c. 139 ap. Eccard Corp. hist. II. 137 pro „Laurenti" legitur „Albani". Cf. Jaffé Bibl. V. 12.) (L. III. ep. 1. Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 517 hanc et duas, quae sequuntur, epistolas exeunte anno 1074 scriptas esse putat; notas vero Registri chronologicas satis defenderunt Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. III. 1131 et K. Beyer in Forsch. z. d. G. XXI. 409.) Jaffé Bibl. II. 203. — „Litteras, quas Poppo". |
| „ 20. | „ | 4962 (3719) Sigefrido, archiepiscopo Moguntino, mandat, ut in locum Herimanni, deiecti et excommunicati invasoris ecclesiae Bambergensis, substituendum successorem curet. (L. III. ep. 2.) Jaffé Bibl. II. 204. — „Qualiter Babenbergensis". |
| „ 20. | Romae | 4963 (3720) Heinricum regem collaudat, quod simoniacis viriliter resistat, clericosque |

**1075.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 2. — 30. Iun. — 3.)*

reddere castos desideret. Exponit de Herimanni, episcopi Bambergensis, delictis ac punitione, de suisque ad Sigefridum archiepiscopum et Bambergenses litteris. Quorum ecclesiam ut religiosorum consilio ordinet, hortatur. (L. III. ep. 3.) Jaffé Bibl. II. 205. — „Inter caetera bonarum".

Sept. 3. Romae 4964 (3721) Sigefridi, archiepiscopi Moguntini, excusationes non accipit. Hortatur, ne „regni motu ac perturbatione, bellis et seditionibus, invasionibus hostium ac perditione rerum et formidine necis" a praestando officio avertatur. Mandat, ut de (Wernhero) episcopo Argentoratensi, simoniae accusato, cognoscat seque certiorem faciat. Concilium a sese imperatum differri non vult. De evellenda simonia clericorumque fornicatione addit. (L. III. ep. 4.) Jaffé Bibl. II. 207. — „Plurimas in tuis".

(„) („) 4965 (3723) Heinrico regi significat, eius litterae cum afferrentur, se longe ab urbe afuisse ob valetudinem. Gaudet, quod de pace actionem religiosis viris demandaverit; „horum consilio" inquit „paratus sum, gremium tibi s. Rom. ecclesiae aperire, teque ut dominum, fratrem et filium suscipere, auxiliumque prout oportuerit praebere". De Saxonum „superbia contrita" gratulatur. De componenda ecclesia Bambergensi denuo rogat. (L. III. ep. 7.) Jaffé Bibl. II. 212. (Cf. Meltzer Greg. VII. und die Bischofswahlen p. 216 et Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. III. 1132.) — „Quando litteras".

„ 11. „ 4966 (3722) Beatrici duci et Mathildi filiae eius scribit, Heinricum regem ambigua fide esse, qui pacem, quam per legatos ante mensem Augustum latenter secum componi voluerit, nunc cupiat palam confici. „Quapropter vos scire volumus", inquit „nos huic petitioni nullatenus consensuros; quodsi ad prius revertatur consilium, id videtur salubrius, nobisque sequendum". Suadet, ut cum Godefredo, (duce Lotharingiae inferioris), licet promissa non fecerit, foedus iungant. (L. III. ep. 5.) Jaffé Bibl. II. 209. — „Non parum de".

Dec. 6. †4967 (3988) „Licet sanctam sedem Romanam nefandissimi Henrici (regis) suorumque obsideat et impugnet adversitas", tamen ecclesiae S. Audomari possessiones iuraque confirmat, praesentibus episcopis Gualfrido Parisiensi, Rabodone Noviomensi, Gerardo Cameracensi, Arnulfo, eiusdem ecclesiae praeposito, et Iohanne, abbate S. Bertini (Sithiensis). („Dat. Lateranis".) Pflugk-Harttung Acta II. 129, (Fragm. in Miraei Opp. dipl. IV. 5, Migne 148 p. 728). — „Licet hanc sanctam".

„ 7. „ 4968 (3724) Tedaldum, „Mediolanensem clericum", quia (Attone) electo archiepiscopatum acceperit, ad synodum, „in prima hebdomada venturae quadragesimae" (14—20. Febr. 1076) venire, interimque „nullum de sacris ordinibus gradum recipere" iubet. Suadet, ne regis praesidio confidat. (L. III. ep. 8.) Jaffé Bibl. II. 214. — „Nunciatum nobis".

„ 8. „ 4969 (3725) Gregorio Vercellensi, Cuniberto Taurinensi, Ingoni Astensi, Ogerio Iporegiensi, Opizoni Laudensi et ceteris ecclesiae Mediolanensis suffraganeis significat de suis litteris ad Tedaldum, archiepiscopum a rege factum. Cui ne „ad promotionem alicuius ordinis manum imponant", sub excommunicationis poena interdicit. (L. III. ep. 9.) Jaffé Bibl. II. 216. — „Notum vobis esse".

4970 (3661) Ottonem, episcopum Constantiensem, ad „proximam synodum prima hebdomada quadragesimae" (14—20. Febr. 1076) faciendam vocat, quod contra suum de fornicatoribus decretum clericis „frena libidinis sic laxaverit, ut, qui mulierculis se iunxerint, in flagitio persisterent, et qui needum duxerint, interdicta non timerent". (Anno 1075 hanc et eam, quae sequitur, epistolam datam esse, docet Meltzer Greg. VII. u. d. Bischofswahlen p. 205.) Hugonis Flav. chron. L. II. in MG. SS. VIII. 426, Udalr. Bab. cod. ap. Eccard Corp. hist. II. 141, Pauli Bernr. vit. Greg. c. 37 ap. Watterich I. 490, Mansi XX. 626, Jaffé Bibl. II. 528. — „Perlatum est ad".

4971 (3662) Clericis et laicis, maioribus et minoribus, in Constantiensi episcopatu consistentibus, Ottonem episcopum ad synodum vocatum nunciat. Praecipit, „ut, cum sacramenti obligatione quilibet ei fuerit obstrictus, quamdiu Deo et sedi apostolicae rebellis exstiterit, nulla ei fidelitatis exhibitione fiat obnoxius". Hugonis Flav. chron. L. II. in MG. SS. VIII. 427, Udalr. Bab. cod. ap. Eccard Corp. hist. II. 143, Pauli Bernr. vit. Greg. c. 38 ap. Watterich I. 492, Mansi XX. 627, Jaffé Bibl. II. 529. — „Misimus fratri nostro".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1075.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 2. — 30. Iun. — 3.)* |
| Dec. 8.? | Romae | 4972 (3731) Heinricum regem hortatur, ut seiungat se ab excommunicatis, poenitentiamque suscipiat. Reprehendit, quod, quae de causa Mediolanensi promisisset, non exsolverit, et quod Firmanam Spoletinamque ecclesias tradiderit hominibus ipsi ignotis. Monet, ut ambiguitates relinquat, neu violare synodi Romanae decreta pergat. „Pro collata tibi" inquit „ex hostibus tuis victoria nunc te permaxime" Deo et b. Petro „debitum fore, cognoscere debes". Ad epistolam eius se responsurum, cum legati regii, Rabbodi, Adelpreth et Vodescalki ad sese redierint. (L. III. ep. 10. Hanc epistolam c. 8. Dec. 1075 datam esse, probat Floto Kaiser Heinrich IV. II. 71; in clausula igitur pro „6. id. Ian." fortasse legendum est „6. id. Dec.") Jaffé Bibl. II. 218. — „Considerantes ac". |
| | | 4973 (3726) Liprandum sacerdotem (Mediolanensem), naso et auribus truncatum, consolatur, ac manere in presbyteratu iubet. Protectionem eius suscipit. Landulphi de S. Paulo Hist. Med. c. 9 in MG. SS. XX. 24, Jaffé Bibl. II. 533. — „Si sanctorum". |
| „ 9. | Lateranis | 4974 (3727) Monasterii Cluniacensis privilegia et possessiones confirmat. (Signa chronologica in hac et duabus, quae sequuntur, bullis inter se pugnant.) Bullar. Cluniac. p. 18, Migne 148 p. 661. — „Supernae miserationis". |
| „ 9. | „ | 4975 (3728) Hugoni, abbati Cluniacensi, et eius successoribus monasterium SS. Iohannis, Simonis et Iudae Pictaviense regendum tradit. Bullar. Cluniac. p. 20, Migne 148 p. 666. — „Supernae miserationis". |
| „ 9. | „ | 4976 (3729) Hugoni, abbati Cluniacensi, et eius successoribus monasterii Gigniacensis curam delegat. Bullar. Cluniac. p. 20, Migne 148 p. 667. — „Iusta sanctaeque religioni". |
| | | 4977 *Monasterium montis S. Eligii (S. Vindiciani) ante paucos annos fundatum confirmat. Cardevacque L'abbaye du Mont-Saint-Eloi p. 15. |
| „ 24. | Romae in ecclesia S. Mariae maioris | „Ipsa nocte natalis domini" a Cencio captus, in turrim quandam abstrahitur. Pauli Bernr. vit. Greg. c. 49 sqq., Lamberti Annal. 1076, Bertholdi Annales 1076, Bernoldi Annal. 1076, Bonithonis Lib. ad amic. ap. Jaffé Bibl. II. 665, Annal. Casinenses 1075 in MG. SS. XIX. 307, Arnulfi Gesta arch. Med. L. V. c. 6 ibidem VIII. 30; Petri Pisan. vit. Greg. ap. Watterich I. 294: „perductus in domum praedicti Cencii, quae domus posita erat in loco, qui vocatur Parrioni". |
| „ 25. | E turri | eripitur a Romanis. Bonithonis Lib. ad amic. p. 665: „maneque facto". Arnulfi Gest. archiep. Med. l. l.: „facto autem diluculo". |
| „ 25. | Lateranum | redit. Bonithonis Lib. ad amic. l. l. |
| | | **1076.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 3. — 30. Iun. — 4.)* |
| | | 4978 (3730) *Heinricum regem „de multis criminibus arguit, et, ut episcopos, a captivitate dimissos, ecclesiis bonisque integre restitutis remittat, orat, et post haec concilium in eo loco, quo venire possit apostolicus congreget, ubi episcopi vel, si digni sint, episcopalem perdant dignitatem, vel iniuriarum, quas erant passi, canonicam recipiant satisfactionem; quodsi in his sacris canonibus noluerit rex obediens existere et excommunicatos a societate sua repellere, se eum velut putre membrum anathematis gladio ab unitate ecclesiae minatur abscindere". Vide Brunonem De bello Sax. c. 64 in MG. SS. V. 351. |
| Fbr.14-22. | In ecclesia domini Salvatoris, quae Constantiniana dicitur | Synodus, in qua Gregorius 1) Sigefridum, archiepiscopum Moguntinum, „qui conatus sit episcopos et abbates regni Teutonicorum a s. Romana ecclesia scindere, ab omni episcopali officio suspendit" et excommunicat, „caeteros (in his Ottonem, episcopum Constantiensem, vide apologiam pro Gebhardo in MG. SS. V. 430 n. 33), qui sua sponte eius scismati consentiendo subscripserint et in ea iniquitate perdurare velint, ab omni episcopali officio suspendit; illos vero, qui non sponte consenserint, usque ad festivitatem s. Petri (1. Aug.) suffert, ut, si infra istum terminum satisfactionem non obtulerint, episcopali deinceps officio priventur"; 2) Episcopos Longobardiae, qui „contra b. Petrum sacramento conspiraverint, ab omni episcopali officio suspendit" et excommunicat; 3) Berengarium Agathensem, Herimannum Viennensem, Stephanum Podiensem, Pontium Gratianopolitanum episcopos, et Desiderium clericosque ecclesiae Romanensis, et abbatem ac (Raimundum) comitem S. Aegidii, et comitem Forensem, et Umbertum Belloiocensem excommunicat; 4) Quae (Hugo) episcopus Diensis in episcopatu suo „de decimis et primitiis et ecclesiis fecit", ea confirmat; 5) Heinrico |

**1076.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 3. — 30. Iun. — 4.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | regi totius regni Teutonicorum et Italiae gubernacula contradicit, et omnes Christianos a vinculo iuramenti, quod ei fecerint vel facturi sint, absolvit et, ut nullus ei sicut regi serviat, interdicit, et vinculo eum anathematis alligat". L. III. ep. 10a, Jaffé Bibl. II. 222, (cf. Pauli Bernr. vit. Greg. c. 68 sqq. ap. Watterich I. 511, Petrum Pisan. ibid. p. 295, Brunonem De bello Sax. c. 70 in MG. SS. V. 353, ed. Wattenbach p. 45); tempus synodi praebetur supra in epp. 4968. 4970. 4971, in Apolog. pro Gebhardo l. l.: „prima hebdomada quadragesimae" (14—20. Febr.), sed in Lamberti Annalibus 1076: „secunda feria secundae hebd. in quadragesima" (22. Febr.). Synodum tempore, in quod indicta erat, habitam esse puto; Giesebrecht vero III. 1134 sequitur Lambertum. Cf. Meltzer Gregor VII. u. d. Bischofsw. p. 219. |
| (Febr.) | | 4979 (3732) Omnibus, qui cupiunt se annumerari inter oves, quas Christus b. Petro commisit, de iniuriis apostolo illatis queritur. Addit haec: „Qualiter autem, aut pro quibus causis b. Petrus anathematis vinculo regem alligaverit, in chartula, quae huic inclusa est, plene potestis cognoscere". (L. III. ep. 6.) Jaffé Bibl. II. 211. (Cf. Bruno De bello Sax. c. 69 in MG. SS. V. 353, ed. Wattenbach p. 45, Pauli Bernr. Vit. Greg. c. 77 ap. Watterich I. 517, Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 442.) — „Audistis fratres". |
| Febr. 26. | Lateranis | 4980 Monasterii Vizeliacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Bernone abbate. Bull. de la soc. de l'Yonne XVI. 467. — „Supernae miserationis". |
| Mart. 8. | „ | 4981 (3733) Monasterii S. Petri Condomiensis possessiones, rogatu Raymundi abbatis, confirmat, annua solidorum quinque pensione monachis imposita. D'Achery Spic. II. 584, Gall. Chr. II. Instr. p. 441, Cocqu. II. 37, Migne 148 p. 668. — „Supernae miserationis". |
| „ 14. | Romae | 4982 (3734) Arnaldo, episcopo Acherontino, mandat, ut Rogerium comitem (Siciliae et Calabriae), Roberti ducis (Apuliae) fratrem, et eius milites contra paganos pugnaturos, si poenitentiam peregerint, peccatis absolvat. Se paratum esse, Robertum quoque ducem, si parere sibi velit, in gratiam recipere. Balduino, episcopo Melphitano, episcopatum reddi iubet, deprecatore Stephano, episcopo Troiano. (L. III. ep. 11.) Jaffé Bibl. II. 225. — „Noverit fraternitas". |
| „ 23. | Lateranis | 4983 (3735) Monasterium Fontis-Avellanae tuendum suscipit, petente Petro Damiano, ecclesiae Romanae cardinali, (nepote S. Petri Damiani a. 1072 mortui). Mittarelli Ann. Cam. II. app. 259, (Migne 148 p. 669). — „Notum sit". |
| „ 25. | „ | 4984 (3983) Ecclesiae S. Audomari possessiones et privilegia, petente Roberto Flandriae comite, confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 130, (Fragm. in Miraei Opp. dipl. IV. 5, Migne 148 p. 719). — „Sicut ex pastoralis" („Ecclesiae quam"). |
| | („) | 4985 *Monasterii Watinensis libertatem confirmat, Otfrido praeposito et Adela comitissa Flandrensi, Romam profectis, petentibus. Chron. mon. Watin. c. 18 in MG. SS. XIV. 171; cf. Mém. de la soc. des antiqu. de la Morinie IV. 70. n. 2. |
| (Mrt. Apr.) | | 4986 (3736) Udonem, archiepiscopum Trevirensem, et Theodericum Virdunensem et Herimannum Metensem episcopos hortatur, ut, quae persuadentibus schismaticis inviti peccaverint, corrigant, Popponemque, episcopum Tullensem, qui contra sese et arma sumpserit, et regem sollicitaverit, in viam revocent. (L. III. ep. 12.) Jaffé Bibl. II. 226. — „Litteras apostolicae". |
| („ „) | | 4987 (3737) Clero populoque Rosellano significat, de praediis litigiosis se ita iudicasse, ut in (Dodonis) episcopi Rosellani ditione essent, nisi (Guilielmus) Populoniensis „ante proximum dominicae ascensionis festum" (5. Maii) contraria iura probasset. (L. III. ep. 13.) Jaffé Bibl. II. 227. — „Quia officii". |
| („ „) | Romae | 4988 (3738) Dominici, patriarchae Gradensis, erga se studium laudat. Longobardos nonnullosque Teutonicorum episcopos scribit odio in se ferri, propterea quod eorum pravitati obsistat. De Giraldo, episcopo Sipontino, se alio tempore responsurum. (L. III. ep. 14.) Jaffé Bibl. II. 228. — „Quia matrem". |
| („ „) | „ | 4989 (3739) Wifredo, militi Mediolanensi, scribit de spe pacis componendae cum Normannis „b. Petrum solummodo dominum et imperatorem habere desiderantibus". Velle se „regis Alamanniae" pace uti, „si ea quae ad periculum s. ecclesiae commiserit, emendet". Iubet eum forti animo esse. Auxilium pollicetur. (L. III. ep. 15.) Jaffé Bibl. II. 229. — „Quia sollicitum". |
| Apr. | „ | 4990 (3740) Richerio, archiepiscopo Senonensi, mandat, ut, excommunicatione proposita, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1076.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 3. — 30. Iun. — 4.)* |
| | | (Rainerium), episcopum Aurelianensem, ad sananda delicta varia hortetur. (L. III. ep. 16.) Jaffé Bibl. II. 230. — „Fraternitatem tuam". |
| Apr. | Romae | 4991 (3741) Rainerio, episcopo Aurelianensi, praecipit, ut iniuriis in s. Crucis decaniam canonicis donatam, et in Benedicti canonicam desistat, utque ante „festivitatem omnium sanctorum" (1. Nov.) Romam adeat. (L. III. ep, 17.) Jaffé Bibl. II. 231. — „Graviter et usque". |
| „ | | 4992 (cccxcv) Monasterii Vindocinensis privilegia et possessiones confirmat, petente Oderico abbate. („Scr. p. m. Octaviani scrin. et not. sacri palatii".) Launoii Opp. III. i. 367, (Migne 148 p. 729). — „Iustis petitionibus". |
| Mai. | „ | 4993 (3742) Symeonem, Hispanorum episcopum, hortatur, curet, „ut Romanus ordo per totam Hispaniam et Gallitiam et ubicumque potuerit, in omnibus rectius teneatur". (L. III. ep. 18.) Jaffé Bibl. II. 233. — „Cognitis fraternitatis". |
| Iun. | „ | 4994 (3743) Cyriaco, archiepiscopo Carthaginiensi, scribit, se audisse, Africam ad tantam episcoporum orbitatem devenisse, ut ne tres quidem, qui episcopum consecrent, inveniantur. Mandat, ut adhibito (Servando), quem ipse nuper ordinaverit, tertium eligat, qui consecrandus ad se mittatur. (L. III. ep. 19.) Jaffé Bibl. II. 234. — „Pervenit ad aures". |
| | | 4995 (3744) Clerum et populum, „Buzeae (id est Ypponae) in Mauritania Sitifensi, id est in Africa, constitutum", hortatur, ut Servando archiepiscopo a sese consecrato obtemperent. (L. III. ep. 20.) Jaffé Bibl. II. 235. — „Servandum archiepiscopum". |
| | | 4996 (3745) Anazir, regi Mauritaniae Sitifensis, significat, se, ut rogasset, Servandum archiepiscopum consecrasse. De Christianis captivis dimissis gratias agit. Alberici et Cincii, familiarium suorum, nuncios commendat. (L. III. ep. 21.) Jaffé Bibl. II. 236. — „Nobilitas tua". |
| (Mrt. Iul.) | | 4997 (3746) Heinricum, episcopum Tridentinum, miratur, „post synodalem sententiam in Heinricum regem prolatam" ad suas litteras non respondisse. „Promittimus" inquit, „festum b. Petri (1. Aug.) non prius transeundum, quam in cunctorum notitia certissime clareat, illum iustissime esse excommunicatum". Hortatur, ut milites sibi per Mathildam auxilio mittat. Hahn Coll. Mon. I. 116, Ughelli It. sacr. V. 593, Mansi XX. 375, Jaffé Bibl. II. 534 et V. 109. — „Miramur fraternitatis". |
| Iul. 25. | Laurenti | 4998 (3747) Omnibus episcopis, abbatibus, sacerdotibus, ducibus, principibus, militibus scribit de malis ab Heinrico rege ecclesiae illatis. Hortatur, ut in viam eum revocent, quique cum eo communicent, eorum societatem vitent. (L. IV. ep. 1.) Jaffé Bibl. II. 238, (Hugo Flav. chron. in MG. SS. VIII. 440). — „Gratias agimus". |
| | | 4999 (3748) Omnibus episcopis, ducibus, comitibus ceterisque fidelibus in regno Teutonico scribit, se audisse, num iuste Heinricus rex excommunicatus sit, quosdam dubitare. Causas igitur excommunicationis explicat. Pauli Bernr. vit. Greg. c. 78 ap. Watterich I. 517, Bruno De bello Sax. c. 72 in MG. SS. V. 354, ed. Wattenbach p. 46, Annalista Saxo in MG. SS. VI. 708, Hugonis Flav. chron. ibid. VIII. 439, Udalr. Bab. cod. c. 146 ap. Eccard Corp. hist. II. 146, Mansi XX. 377, Jaffé Bibl. II. 535. Cf. Giesebrecht G. d. d. Kaiserz. III. 1135. — „Audivimus quosdam". |
| Aug. 25. | Tiburis | 5000 (3749) Herimanno, episcopo Metensi, respondet, episcopos sacerdotes laicosque excommunicatos hac poena ideo affectos esse, quod Heinrico regi communicassent. Errare eos, qui negent ius esse, regem a sede Romana excommunicari. Episcopis quibusdam se concessisse, ut eos, qui recessissent a regis communione, absolverent. „De ipso autem rege" inquit „omnino contradiximus, ut nullus eum praesumat absolvere, quo usque illius certa poenitentia et sincera satisfactio nobis per idoneos testes fuerit notificata, ut simul inveniamus, qualiter eum absolvamus". Mandat, moneat (Udonem) archiepiscopum Trevirensem, ut (Popponem) episcopum Tullensem ab infestanda Romarici montis abbatissa (Gisela) dehortetur. De Mathilda cum eo consentit, et Gotifredo (duci Lotharingiae inferioris), quondam illius viro, salutem exoptat. (L. IV. ep. 2.) Jaffé Bibl. II. 241. — „Multa interrogando". |
| „ 29. | „ | 5001 (3750) Omnibus episcopis, abbatibus, sacerdotibus, ducibus, principibus, militibus scribit, post epistolam missam, quae verbis „Gratias agimus" incipiat (vide supra ep. 4998), allatum nuncium esse, regem concitandae inter eos seque discordiae studere. Itaque praecipit, „ut nullus eum praesumat a vinculo anathematis absolvere, quousque illius satisfactio et penitentia per idoneos sibi fuerit renunciata". Haec |

**1076.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 3. — 30. Iun. — 4.)*

addit: „Vos autem diligenter studete eam promissionem eamque securitatem ab illo accipere, ut non videamur pro columbae simplicitate serpentis prudentiam negligere; quodsi inter haec, quod non optamus, morte praeventus fuerit, non dubitet vestra fraternitas, quam vera poenitentia veraque satisfactio promeretur medicinam impendere". (Pro „Triburis" lege „Tiburis".) Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 442, Jaffé Bibl. II. 540. — „Postquam fraternitati".

Sept. 3. | Laurenti | 5002 (3751) Omnes episcopos, duces, comites, in regno Teutonico habitantes, hortatur, ut Heinricum, in synodo anathematizatum regnoque orbatum, ad virtutem revocent, operamque dent, ut, pravis consiliariis remotis, „non ultra putet s. ecclesiam sibi subiectam, ut ancillam, sed praelatam ut dominam; non consuetudines superbiae contra libertatem s. ecclesiae inventas defendat". Monet, si in viam redierit, ut sibi significent. „Quodsi" inquit „ex corde non fuerit ad Deum conversus, talis ad regni gubernacula inveniatur, qui ea, quae praediximus, observaturum promittat; ut autem vestram electionem, si valde oportet ut fiat, apostolica auctoritate firmemus, et novam ordinationem nostris temporibus corroboremus, sicut a sanctis nostris patribus factum esse cognoscimus, negotium, personam, et mores eius, quantocius potestis, nobis indicate". De Agnete imperatrice addit. (L. IV. ep. 3.) Jaffé Bibl. II. 245. — „Si litteras, quibus".

„ 27. | Romae | 5003 (3752) Clero populoque Dolensi in Britannia significat, se quem misissent, iuvenem (Gilduinum) consecrandum archiepiscopum non putasse. Ivonem, abbatem S. Melanii (Redonensis), loco eiusdem ordinatum nunciat; cui ut obediant, praecipit. (L. IV. ep. 4.) Jaffé Bibl. II. 247, (Martene Thes. III. 872, Morice Mém. de Bret. I. 444: ex tabulario Turonensi). — „Misistis ad nos".

„ 27. | „ | 5004 (3753) Omnibus episcopis Britanniae nunciat, Ivonem, abbatem S. Melanii, archiepiscopum Dolensem a sese consecratum, pallioque ornatum esse. Monet, ut ei obtemperent. Litem inter Dolensem et Turonensem ecclesias posthac compositum iri. (L. IV. ep. 5.) Jaffé Bibl. II. 248, (Martene Thes. III. 873, Morice Mém. de Bret. I. 444: ex tabulario Turonensi). — „Non ignorare vos".

(„) („) | („) | 5005 (3754) W(illelmum), regem Anglorum, hortatur, ne adiuvet (Iuhellum) episcopum Dolensem, varia ob crimina deiectum. (Ivonem) abbatem S. Melanii (Redonensem), ecclesiae Dolensis episcopum a sese consecratum, commendat. Martene Thes. III. 871, Morice Mém. de Bret. I. 442: ex tab. Tur.; Jaffé Bibl. II. 541. — „Compertum esse".

Oct. 28. | Romae | 5006 (3755) Heinrico, episcopo Leodiensi, de Willelmo, mortuo episcopo Ultraiectensi, ita respondet: „Quodsi in illo schismate ipse aut quicumque sua sponte subscripsit, et, regi excommunicato scienter communicans, sine poenitentia et satisfactione discessit, vel discesserit, quibus vivis non communicavimus, nec mortuis communicare audemus; sin vero invitus subscripsit et regi excommunicato non communicaverit, apostolica auctoritate eum absolvimus". (L. IV. ep. 6.) Jaffé Bibl. II. 250. — „Quod de causa".

„ 31. | „ | 5007 (3756) Heinrico, Arderico, Wifredo, fidelibus s. apostolicae sedis, legitimis filiis Mediolanensis ecclesiae, scribit de spe vincendae tum Normannorum periurorum superbiae tum Heinrici regis simoniacorumque conspirationis; de multorum Teutonicorum consilio novi regis eligendi; de Widone et Gotefredo episcopis deiectis. (L. IV. ep. 7.) Jaffé Bibl. II. 251. — „Manifesta apostoli".

Nov. 1. | „ | 5008 (3757) Episcopis Tusciae, Constantino Aretino, Rainerio Florentino, Leoni Pistoriensi, Anselmo Lucensi, Lanfranco Clusino significat, Rodulfum, episcopum Senensem, qui, quod Heinrico regi excommunicato communicaverit, ipse excommunicationis poena teneatur, nisi poenitentiam susceperit, non posse absolvi; quam ut ei iniungant, mandat. (L. IV. ep. 8.) Jaffé Bibl. II. 252. — „Non ignorare".

„ 1. | Lateranis | 5009 (3758) Ecclesiae S. Autberti Cameracensis canonicorum bona, petente Lietberto episcopo, confirmat. (De fide bullae non dubito, licet iam die 28. Sept. Lietbertus e vita decesserit; obitus eius dies etiam 23. Iun. falso traditur, vide Gall. Chr. III. 21.) Le Glay in notis ad Chronique d'Arras et de Cambray par Balderic p. 545, (ubi scripturae specimen ex autographo factum videtur; aliter de eo censet) Pflugk-Harttung Acta I. 49, Migne 148 p. 675. — „Superne miserationis".

„ 2. | Romae | 5010 (3759) Richerio, archiepiscopo Senonensi, scribit, Rainerium, episcopum Aurelianensem, evocatum non venisse. Mandat, cognoscat, acceperitne ille litteras suas, necne. Quodsi acceperit, removeri eum a muneris episcopalis administratione excommunicari-

| | | |
|---|---|---|
| | | **1076.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 3. — 30. Iun. — 4.)* |
| | | que iubet. Monet, ut una cum eodem et cum decano Aurelianensi et Ioschelino et Eurardo ad proximam synodum Romanam accedat. (L. IV. ep. 9.) Jaffé Bibl. II. 253. — „Non credimus". |
| Nov. 10. | Romae | 5011 (3760) Adilae, comitissae Flandrensi, scribit, „nullo modo ministros sacri altaris, in fornicatione existentes, missae debere celebrare officium". Hubertum archidiaconum (Tarvannensem) de haeresi arguit. (L. IV. ep. 10.) Jaffé Bibl. II. 254. — „Pervenit ad aures". |
| „ 10. | „ | 5012 (3761) Robertum, comitem Flandrensem, ad oppugnandos sacerdotes fornicationis simoniaeque noxios hortatur. Ingelrannum, communem fidelem, commendat. (L. IV. ep. 11.) Jaffé Bibl. II. 255, (Fragm. in Hugonis Flav. Chron. in MG. SS. VIII. 428.) — „Pervenit ad apostolicam". |
| Nov. Dec. | | 5013 (3762) Archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, nec non maioribus atque minoribus, in regno Teutonicorum constitutis, significat, se adeo accelerare ad eos iter statuisse, ut possit d. 8. Ianuarii (1077) Mantuae esse. Mandat, curent, ut bene recipiatur. „Quot et quantas colluctationes cum nunciis regis habuerit et quibus rationibus dictis eius obviaverit", eos, qui has litteras deferant, narraturos esse. Pauli Bernr. vit. Greg. c. 83 ap. Watterich I. 523, Jaffé Bibl. II. 542, (Udalr. Bab. cod. c. 147 ap. Eccard Corp. hist. II. 149, Mansi XX. 379). — „Nos et indigni". |
| „ „ | | 5014 (3763) Omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus, omnibusque fidem defendentibus et observantibus in omni regno Teutonicorum nunciat, se „contra voluntatem et consilium Romanorum" iter ad eos habere, „paratum mortem subire". Hortatur, dent operam, ut „eos possit adire, iisque in omnibus prodesse". Pauli Bern. vit. Greg. c. 83 ap. Watterich I. 524, Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 444, Jaffé Bibl. II. 543, (Udalr. Bab. cod. c. 146 ap. Eccard Corp. hist. II. 149, Mansi XX. 383). — „Ego qualiscunque". |
| Dec. 28. | Florentiae | 5015 (3764) Cathedralem ecclesiam Florentinam tuendam suscipit bonaque eius confirmat, petente Raynerio episcopo. Ughelli It. sacr. III. 79, Cocqu. II. 36, Lami Eccl. Fl. M. I. 108, Migne 148 p. 677. |
| („) | Lucae | Vita Anselmi ep. Lucensis c. 8 in MG. SS. XII. 15. |
| | | **1076?** |
| | | 5016 Monachis S. Aegidii scribit, monasterium eorum (Hugoni) abbati Cluniacensi non delatum esse „nisi ad ponendum ordinem et religionem et ad eligendum abbatem vice sua". Jaffé Bibl. II. 544, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 26. — „Notum esse volumus". |
| | | **1077.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1. pont. a. 4. — 30. Iun. — 5.)* |
| (Ian.) | Apennini | iugum transit. Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 672. |
| „ 25-27. | Canossae | dum Heinricus rex „intra secundum murorum ambitum receptus, deposito cultu regio, nudis pedibus ieiunus a mane usque ad vesperam perstat" (d. 25. Ian.); et „hoc secundo (d. 26. Ian.), hoc tercio die (27. Ian.) facit". Lamberti Ann. 1077 p. 259. Cf. infra ep. 5017. |
| „ 28. | Canusiae | Vide iusiurandum Heinrici regis, Reg. L. IV. ep. 12, Jaffé Bibl. II. 258 (qui textum registri locupletavit ex Deusdedit Coll. can. IV. c. 161 ed. Martinucci p. 502; cf. Ewald Zum Register Gregors VII. l. l. p. 305). |
| p. Ian. 28. | | 5017 (3765) Archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, caeterisque principibus regni Teutonicorum nunciat, Heinricum regem Canusium ad se „cum paucis advenisse, ibique per triduum (25—27. Ian.) ante portam, deposito omni regio cultu, miserabiliter, utpote discalciatum et laneis indutum, perstitisse". „Tandem eum", inquit „relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam et sinum s. matris ecclesiae recepimus, acceptis ab eo securitatibus, quae inferius scriptae sunt". Se, ubi primum opportunum fuerit, in Germaniam venturum, quoniam „adhuc totius negotii causa suspensa sit". (L. IV. ep. 12.) Jaffé Bibl. II. 256, (Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 445). — „Quoniam pro amore". |
| „ 31. | In Longobardia | 5018 Monasterii Auriliacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVII. 622, Mon. pont. Arverniae p. 48, Anal. iur. pont. X. 411, Pflugk-Harttung Acta I. 49. — „Supernae miserationis respectu". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1077.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 4. — 30. Iun. — 5.)* |
| (Fbr. Mrt.) | | 5019 (3766) Archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, ceterisque principibus cum omni populo regni Teutonicorum, christianam fidem et religionem defendentibus scribit, se ad eos antea venturum fuisse, si comitatum in tempore sibi misissent. Eo quod remorari in Italia ipse cogeretur, factum esse, ut rex a sese communionem reciperet. Episcoporum Langobardorum superbiam malitiamque queritur, „de rege vero“ inquit „non multum laetari possumus, praesertim cum ex eius praesentia pessimi quique contra nos et apostolicam sedem plus audaciae, quam terroris pro perpetrata iniquitate habeant“. Ex Rapotone se cognovisse dicit, optare eos, ut etiam nunc in Germaniam veniat, „atque id, ut cautius fieri possit, cum regis consilio et adiutorio agere studeat“. Qua de re nuncios ad regem a se missos esse; sed haec addit: „scitote, quoniam haec est voluntas et desiderium nostrum, ut vel consensu regis, vel si eo nolente fieri possit, ad vos pertranseamus“. Jaffé Bibl. II. 545, Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 445. (Cf. Bertholdi Annal. 1077 ibid. V. 292). — „Sicut in prioribus“. |
| Mart. 1. | In opido Canusii | „in capite ieiunii . . . in kal. Martii“. Pauli Bernr. vit. Greg. c. 89 ap. Watterich I. 527. (Hanc Pauli notitiam in dubium vocat Giesebrecht III. 1145.) |
| | | 5020 *Ecclesiae Canossensi „cartam libertatis“ tribuit, „hortatu magnae comitissae“ (Mathildis). Donizo Vita Math. Lib. II. vers. 176 in MG. SS. XII. 383. |
| „ 1. | In Longobardia, in loco Carpineta | 5021 (3767) Rodulfo, archiepiscopo Turonensi, consecratum (Ivonem) Dolensem episcopum concessumque ei pallium querenti, respondet, sententiam, qua omnis controversia dirimeretur, in aliud tempus reservatam esse. Nunciat, in Galliam se aut per Germaniam ipsum venturum aut legatos missurum. (L. IV. ep. 13.) Jaffé Bibl. II. 259, (Martene Thes. III. 874, Morice Mém. de Bret. I. 446: ex tabul. Turonensi; ultimam huius epistolae partem, alibi non repertam, ex codice bibl. Paris. attulit Brial ap. Bouquet XIV. 599. n. d.) — „Quod de consecratione“. |
| „ 4. | Carpinetae | 5022 (3768) Clerum populumque Carnotensem hortatur, ut in locum Roberti, episcopi simoniaci et periuri, successorem eligant. (L. IV. ep. 14.) Jaffé Bibl. II. 261. — „Quamquam id ipsum“. |
| „ 4. | „ | 5023 (3769) Richerio, archiepiscopo Senonensi, et eius suffraganeis mandat, ut, deiecto Roberto Carnotensi, novum episcopum eligendum curent, electumque consecrent. Robertum, fratremque eius Hugonem, commoneri sub excommunicationis poena iubet, ut ecclesiae Carnotensi ablata reddant. (L. IV. ep. 15.) Jaffé Bibl. II. 262. — „Non ignorare credimus“. |
| „ 6. | | †5024 (CCCXCVII) Petente Warmundo archiepiscopo, ecclesiae Viennensis primatum „super septem provincias: Viennensem, Bituricam, Burdegalam, Auxionensem, quae appellatur Novem-Populana, Narbonam, Aquensem et Ebrudunum“ confirmat. Haec addit: „Et ut ad potestatem eiusdem ecclesiae secundum antiquam authoritatem catalogi X et VIII pertineant, definitum est, ut VII oppida vel civitates, Gratianopolis videlicet, Valentia, Dia, Alba Vivarium, Tarentasia, Geneva, Maurienna, Viennensi ecclesiae interim subiectae permaneant, donec quae residuae sunt, certius discussae et plenius ventilatae sub potestate Viennensis ecclesiae redigantur“. Alia privilegia corroborat. Bosco Flor. bibl. laev. xyst. p. 71, Cocqu. II. 41, Gallia Chr. XVI. Instr. 24, Migne 148 p. 731. — „Cum ex apostolicae“. |
| | | †5025 (CCCXCVIII) Clerum et populum Viennensem hortatur, ut Warmundo „ex dono divinae propitiationis ordinato bono et iusto episcopo“ obediant, et „studeant cuncta, quae iuris ecclesiae eorum, sicut ipsa ecclesia antiquitus tenuerit, tenere, et quae violenter ablata sint, eum recuperare iuvare, nominatim autem abbatiam S. Barnardi“. Bouquet Rec. XIV. 609, Gall. Chr. XVI. Instr. 23, Migne 148 p. 732. — „Non solum vobis“. |
| „ 19. | Ap. castrum Carpum | 5026 (3770) Clericis Romanensibus excommunicatis (cf. synod. a. 1076) significat, Hugonem episcopum Diensem inter eos et Wormundum, archiep. Viennensem, iudicem a sese constitutum esse. (L. IV. ep. 16.) Jaffé Bibl. II. 263. — „Quod salutem et“. |
| „ 21. | Bibianello | 5027 (3771) Wilielmo, regi Anglorum, deprecanti pro (Iuhello) episcopo Dolensi ob scelera deiecto, respondet, Hugonem, episcopum Diensem, et Hubertum, ecclesiae Romanae subdiaconum, ac Teuzonem monachum missum iri, qui causam illius iterum pertractent et diiudicent. Hubertum commendat. (L. IV. ep 17. Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 532 hanc epistolam non multo ante primam synodum a. 1078 |

| | | 1077. *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1. pont. a. 4. — 30. Iun. — 5.)* |
|---|---|---|
| | | datam esse censet.) Jaffé Bibl. II. 264, (Martene Thes. III. 875, Morice Mém. de Bret. I. 446: ex tabul. Turonensi). — „Causam, unde nos“. |
| Mart. 23. | Bibianello | 5028 (3772) Canonicis Aniciensibus sub anathematis poena praecipit, ut loco Stephani, quem Hugo, episcopus Diensis, vicarius suus, excommunicaverit, novum episcopum eligant. (L. IV. ep. 18.) Jaffé Bibl. II. 266. — „Notum est vobis“. |
| „ 23. | „ | 5029 (3773) Universis Galliarum episcopis et cunctis ordinibus, sub eis constitutis, Stephanum, ecclesiae Aniciensis invasorem, excommunicatum anathematizatumque nunciat. Vetat dona in Podio S. Mariae (dioec. Aniciensis capite) offerri donec ille ex ecclesia discesserit. Utramque sententiam vulgari iubet. (L. IV. ep. 19.) Jaffé Bibl. II. 267, (Hugonis Flav. chron. in MG. SS. III. 417). — „Notum esse volumus“. |
| „ 25. | „ | 5030 (3774) Iosfredo, episcopo Parisiensi, mandat, si Walterus Duacensis et Azzo, canonicus S. Amati, et Robertus Lambertusque, monachi S. Remigii, ab archiepiscopo Remensi iniuste excommunicati sint, hunc moneat, ut eos absolvat; quod si facere ille noluerit, ipse faciat. Qui monasterium S. Remigii invaserit, (Henricum) abbatem admoneri vult, ut sui purgandi causa ad Hugonem, episcopum Diensem, aut ad legatos suos in Galliam venturos, aut d. 1. m. Novembris ad sese accedat. Iubet Cameracenses excommunicari, quod hominem quendam (Ramihrdum), qui negasset simoniacis et fornicatoribus licere sacra procurare, in ignem coniecerint. (L. IV. ep. 20.) Jaffé Bibl. II. 268. — „Vir iste videlicet“ |
| Apr. 6. | „ | 5031 (3775) Herimanno, episcopo Metensi, mandat, diiudicet causam Vulpodonis, abbatis S. Laurentii, ab (Heinrico) episcopo Leodiensi eiecti. (L. IV. ep. 21.) Jaffé Bibl. II. 271. — „Praesentium portitor“. |
| (Mai.) | | 5032 (3776) *„Omnibus citra Rhenum per Alsatiam et Lotharingiam et Theutonicam Franciam commanentibus . . . omnes coniurationes et pacis perturbationes et discordias, et ne Heinrico regi, ut solet regi, obediant aut serviant, interdicit“. Vide Bertholdi Annal. 1077, in MG. SS. V. 297. |
| „ 12. | Iuxta Padum in loco Ficarolo | 5033 (3777) Hugoni, episcopo Diensi, nunciat, Gerardum, electum Cameracensem, episcopatum, ab Heinrico rege per investituram acceptum, in suas manus refutasse. Mandat, ut aut (Philippi) regis Francorum permissu „in partibus illis“ (Remorum?), aut in ecclesia Lingonensi concilium agat, in quo iuret Gerardus, se nec de Heinrici regis excommunicatione, nec de investiturae interdicto scivisse; quod si iuraverit, confirmandam electionem censet. In eodem concilio et (Rogerii) episcopi Catalaunensis et ecclesiarum Carnotensis, Aniciensis, Arvernensis et monasterii S. Dionysii causas, adhibitis (Manasse) archiepiscopo Remensi et Hugone abbate Cluniacensi, iudicari iubet, pronunciarique, „ut nullus metropolitanorum aut quivis episcoporum alicui, qui a laica persona donum episcopatus susceperit, ad consecrandum illum imponere manus audeat, nisi dignitatis suae honore officioque carere et ipse velit“. (L. IV. ep. 22.) Jaffé Bibl. II. 272, (Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 414). — „Gerardus Cameracensis“. |
| „ 31. | Carpinetae | 5034 (3778) Bernardo, ecclesiae Romanae diacono, et Bernardo, abbati Massiliensi, mandat, hortentur Heinricum et Rodulfum reges, ut sibi pacis componendae causa in Germaniam profecturo praesidium mittant. Obedire si alteruter noluerit, eundem excommunicari, alterum regem confirmari iubet. (L. IV. ep. 23.) Jaffé Bibl. II. 275. (Bruno De bello Saxon. c. 105 in MG. SS. V. 369, ed. Wattenbach p. 74, Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 447.) — „Fraternitati vestrae“. |
| „ 31. | „ | 5035 (3779) Archiepiscopos, episcopos, duces, comites et universos Christi fideles clericos et laicos, tam maiores quam minores, in regno Teutonicorum consistentes, de superiore epistola certiores facit, sententiisque legatorum suorum obsequi iubet. (L. IV. ep. 24.) Jaffé Bibl. II. 277. (Bruno De bello Saxon. c. 106 in MG. SS. V. 370, ed. Wattenbach p. 76, Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 447.) — „Notum fieri vobis“. |
| Iun. 9. | „ | 5036 (3780) Nehemiae, archiepiscopo Strigoniensi, commendat nuncium adhuc retentum propter id, quod cepisset consilium in Germaniam proficiscendi pacisque inter Heinricum regem et principes coagmentandae. „Ceterum“ inquit „quia causa ad gravissimam litem et pene ad totius patriae divisionem excrevit, neque nobis hoc in tempore transire oportunum esse vidimus, diutius hunc tenere noluimus“. Electum |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1077.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 4. — 30. Iun. — 5.)* |
| | | Hungariae regem (Ladislaum) admoneri vult, ut legatos ad sese mittat. (L. IV. ep. 25.) Jaffé Bibl. II. 279. — „Non admirari". |
| Iun. 9. | Carpinetae | 5037 (3781) Dominico, patriarchae Gradensi, et ceteris episcopis Venetis, commendat Gregorium, ecclesiae Romanae diaconum, rerum ecclesiasticarum causa missum. (L. IV. ep. 26.) Jaffé Bibl. II. 281. — „Audivimus, in ecclesiis". |
| „ 9. | „ | 5038 (3782) Dominicum Silvium ducem et populum Venetum dolet excommunicatis communicasse. Mittit Gregorium diaconum, qui eos, peracta poenitentia, absolvat. (L. IV. ep. 27.) Jaffé Bibl. II. 282. — „Meminisse debetis". |
| „ 10. | | †5039 Rugerii Belmusti, nobilis viri Ianuensis, feudatorii sui et baronis in Campania, propter multa erga sedem apostolicam servitia possessiones et iura confirmat. („Dat. Romae . . . p. m. Gregorii S. R. E. diaconi card. ac bibliothecarii". Subscripserunt cardinales 14.) Pflugk-Harttung Acta II. 132. — „Cum diligenter". |
| „ 10. | | †5040 Ottoni Paduano, Veneto ostiario et feudatorio suo nec non gubernatori in civitatibus Cusentiae et aliis, has terras ab eo rectas „propter servitia in praesens sibi praestita" dat in feudum illi ac eius heredibus. Hoc regestum ex cod. S. Marci 139 saec. XVII. f. 1 praebet Valentinelli Catal. bibl. S. Marci Venet. III. 98. |
| „ 28. | „ | 5041 (3784) Reges, comites, ceterosque principes Hispaniae docet, „regnum Hispaniae ex antiquis constitutionibus b. Petro et s. Romanae ecclesiae in ius et proprietatem esse traditum". Hortatur ad debitum b. Petro servitium praestandum. Amatum, episcopum Ellorensem, et (Frotardum) abbatem S. Pontii (Tomeriensis), legatos suos, commendat. (L. IV. ep. 28.) Jaffé Bibl. II. 283. — „Non ignorare". |
| („) („) | („) | 5042 (3785) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, regibus, principibus, clericis quoque ac laicis in Narbonensi Gallia, Guasconia, Hispaniaque regione Amatum, episcopum (Ellorensem), legatum suum, commendat. Marca De conc. II. 185, Bouquet Rec. XIV. 606, Mansi XX. 622 et 623, Jaffé Bibl. II. 547. — „Dilectissimi fratres". |
| Ian.-Iun. | (In confinibus Alpium) | 5043 (3786) Hildolphum, archiepiscopum Coloniensem, hortatur, ut ecclesiae Brunwillarensi ablatum Cloteno praedium restituat. (Fragmentum.) Conradi Vita Wolfhelmi c. 14 in MG. SS. XII. 187, Jaffé Bibl. II. 548. |
| Aug. 10. | Florentiae | 5044 (3787) Monasterium S. Michaelis Pisanum tuendum suscipit et eius bona ac iura, petente Leone abbate, confirmat. Mittarelli Ann. Cam. II. append. 269, Ughelli It. sacr. III. 361, Cocqu. II. 44, Migne 148 p. 681. — „Convenit apostolico". |
| „ 11. | „ | 5045 (3788) Canonicis ecclesiae S. Martini Lucensis abiudicat praebendas canonicasque pretio acquisitas, et maiore ecclesia intranda ad tempus iis interdicit. (L. V. ep. 1.) Jaffé Bibl. II. 288. — „Meminisse debetis". |
| Sept. 1. | Senae | 5046 (3789) Episcopos, clericos, consules, maiores et minores in insula Corsica consistentes hortatur, ut Landolfo, electo episcopo Pisano, legato suo, obediant. (L. V. ep. 2.) Jaffé Bibl. II. 289. — „Quoniam propter". |
| „ 16. | Romae | 5047 (3790) Rodulfo Senensi et Rainerio Florentino episcopis mandat, ut Bonoisum, archipresbyterum Mantuanum, eligendum episcopum Volaterranum curent, electumque „cum sollemni decreto cleri et populi" consecrandum ad sese mittant. (L. V. ep. 3.) Jaffé Bibl. II. 290. — „Non ignorare vos". |
| „ 16. | „ | 5048 (3791) Episcopos, viros nobiles, cunctosque tam maiores quam minores, in insula Corsica consistentes, collaudat, quod Corsicam, „nulli mortalium, nullique potestati, nisi s. Romanae ecclesiae ex debito vel iure proprietatis pertinentem", restituere b. Petro cogitent. Habere se „in Tuscia multas comitum et nobilium virorum copias", quas promittit auxilio iis missum iri. Monet, ut terram Landulfo, electo episcopo Pisano, vicario suo, tradant. (L. V. ep. 4.) Jaffé Bibl. II. 290. — „Scitis fratres". |
| „ 17. | „ | 5049 (3792) Ad clerum populumque Aquileiensem legatos mittit, qui episcopum, si rite factam electionem invenerint, confirment, si aliter, removeant. „Ceterum" inquit „quod ad servitium et debitam fidelitatem regis pertinet, nequaquam contradicere aut impedire volumus". (L. V. ep. 5.) Jaffé Bibl. II. 291. Cf. Münchner histor. Jahrb. 1866. p. 136. — „Antiqua et nota". |
| „ 17. | „ | 5050 (3793) Omnes episcopos Aquileiensis ecclesiae suffraganeos, et eos, qui in fide permanserint, eosque, qui „seducti manus et linguas novo et inaudito scismate polluerint et ob hoc in laqueum anathematis inciderint", hortatur, ut legatos suos in ordinanda ecclesia Aquileiensi adiuvent. (L. V. ep. 6.) Jaffé Bibl. II. 293. — „Clerus et populus". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1077.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 4. — 30. Iun. — 5.)* |
| Sept. 30. | Romae | 5051 (3794) Udoni, archiepiscopo Trevirensi, eiusque suffraganeis de suo pacis regni Teutonicorum restituendae desiderio scribit. Hortatur, ut secundum litteras ante tres menses datas agant. Mittit exemplum sacramenti, ab Heinrico rege per nuncios sibi facti, contra quod legatos suos, Geraldum episcopum Ostiensem, in Longobardia, et Bernardum, abbatem Massiliensem, in Germania a regis fidelibus captos esse queritur. Monet, ut ecclesiae libertatem omniumque Christianorum salutem defendant. (L. V. ep. 7.) Jaffé Bibl. II. 294. — „De motu et". |
| Oct. 6. | „ | 5052 (3795) Richerio Senonensi et Richardo Bituricensi archiepiscopis eorumque suffraganeis mandat, ut Rainerium, episcopum Aurelianensem, evocent. Si intra dies 40 non venerit neque obiecta crimina diluerit, eo demoto Sanzonem subrogent. (L. V. ep. 8.) Jaffé Bibl. II. 296. — „Sicut quorumdam". |
| „ 6. | „ | 5053 (3796) Rainerium, „dictum" episcopum Aurelianensem, de superiore epistola certiorem facit. (L. V. ep. 9.) Jaffé Bibl. II. 297. — „Licet non alias". |
| Nov. 6. | „ | 5054 (3797) (Haraldo) regi Danorum scribit de mutuis inter (Sueinum) patrem eius ecclesiamque Romanam officiis. Hortatur, ut pauperibus, pupillis, ecclesiis consulat, legatosque ad sese mittat. (L. V. ep. 10.) Jaffé Bibl. II. 298. — „Sancta et universalis". |
| | | 5055 (3798) Hugonem, episcopum Diensem, laudat, quod iuvenem, ecclesiae Carnotensi praefectum, et excommunicaverit et deiecerit. Eidem ecclesiae ut Robertus, abbas monasterii S. Euphemiae in Calabria, praeficeretur, Philippum, regem Francorum, a sese petiisse. Qua de re quid maiores minoresque ecclesiae ipsius sentiant, audire cupit. (L. V. ep. 11.) Jaffé Bibl. II. 301. — „Quid de negocio". |
| | | 5056 *Hugoni, abbati Cluniacensi, mandat, „ut sibi aliquos de monachis suis viros sapientes transmittat, quos competenter episcopos ordinare possit". (Quo tempore scripta sit epistola, docent verba, quae sequuntur: „ei inter ceteros Odonem transmisit, quem papa in urbe Ostiensi episcopum consecravit".) Historiae Tornacenses L. IV. c. 1 in MG. SS. XIV. 341. |
| | | †5057 (CCCXCVI) *Heinricum regem tuetur omnibusque commendat. — De hac epistola sic est in Bertholdi Annal. 1077: „Ibi (Ulmae) patriarcha (Aquileiensis) cum litteris pseudographis, quasi a domno apostolico in has partes per illum transmissis, coram populo recitatis, regem suum omnimodis defensitando et quasi authentica hac maiestate eum cunctis commendando, ipsum in regni fasces dignissimum assentatorie satis idoneavit". |
| | | **c. 1077.** |
| | | 5058 Congregationi S. Mariae Tremitensi ita scribit: „Abbatem montis Casini D(esiderium), confratrem vestrum et consacerdotem, contra multa, quae vobis inferuntur pericula, tutorem et defensorem fore statuimus, eo quidem ordine et cautela, ut eam, quam nobis debetis reverentiam, sibi et non alicui successori suo exhibeatis". Monasterii libertatem confirmat fratribusque praecipit, ut Ferro, electo abbati, obediant. Pflugk-Harttung Acta II. 131, (Fragm. ap. Pennotti Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 595, ed. Colon. p. 613). — „Quia famosa". |
| | | **1074—1078?** |
| Febr. 24. | Sutrii | 5059 Terdelvacho, regi Hiberniae, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, proceribus, omnibusque Christianis Hiberniam inhabitantibus scribit, „dominum Iesum b. Petrum super omnia mundi regna constituisse, cui principatus et potestates et quicquid in seculo sublime videretur esse, subiecisset; b. igitur Petro eiusque vicariis orbem universum obedientiam similiter et reverentiam debere". Hortatur „ut iusticiam exerceant, et catholicae ecclesiae pacem tueantur et diligant". Auxilium suum, si necesse fuerit, promittit. (Terdelvachum cum constet annis 1072—1078 Hiberniae gubernacula rexisse, Gregoriumque a. 1075 et 1077 die 24. Februarii Sutrii morari non potuisse, epistolam hanc aut a. 1074 aut 1076 aut 1078 scriptam esse, putat Weiland in Zeitschr. f. Kirchenr. XVIII. 451. Negari autem nequit, locum „Sutrii" cum horum annorum itinerario male concordare, difficillimumque intellectu esse, cur tanti momenti epistola in registro desideretur; melius ideo a. 1083 placeret, ac nomen Terdelvachi a librario quodam perperam additum esse, fortasse censendum est.) Usserius Vet. ep. Hib. syll. p. 53, Zeitschr. f. Kirchenrecht XVIII. 451. — „Per orbem universum". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1078.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 5. — 30. Iun. — 6.)* |
| Ian. 1. | | 5060 Monasterii SS. Petri et Pauli Balmensis, rogatu Bernardi abbatis, possessiones confirmat fratribusque liberam abbatis eligendi facultatem dat. Prost Essay hist. sur Beaume-les-Moines p. 97, idem in Mém. de la soc. d'émul du Jura 1871—1872 p. 117, (ubi clausula corrupta est. Die 1. Ian. bullam datam esse, dicit Pflugk-Harttung Die Urk. d. päpstl. Kanzlei p. 23). — „Supernae miserationis respectu". |
| „ 5. | In ecclesia S. Petronellae, | quae Vaticanum Apollinis appellatur, Agnetem imperatricem condit in sepulcro. Bertholdi Annales 1077 in MG. SS. V. 304. Dies apparet ex titulo ap. Baronium, Annal. ecclesiast. 1077. |
| „ 9. | Romae | 5061 (3799) Michaeli, Sclavorum (Serblorum) regi, respondet, discrepantibus a Petri, legati sui, renunciatione litteris eius, statui non potuisse de vexillo pallioque ecclesiae Ragusanae petitis. Iubet Petrum, episcopum Antibarensem, una cum Ragusano ad sese venire, aut alios nuncios mitti, ut lis diiudicetur inter (Laurentium) archiepiscopum Spalatinum et Ragusanum. (L. V. ep. 12.) Jaffé Bibl. II. 302. — „Cognoscat debitae". |
| „ 10. | Laterani | 5062 (3800) Monasterii S. Salvatoris Septimiani possessiones et privilegia confirmat, petente Azone abbate. Ughelli It. sacr. III. 83, Cocqu. II. 46, Migne 148 p. 682. — „Memores divinae". |
| „ 28. | Romae | 5063 (3801) Guiberti, archiepiscopi Ravennatis, omniumque suffraganeorum eius, et universorum episcoporum et abbatum, in marchia Firmana et Camerina et in Pentapoli et Emiliae et Longobardiae partibus constitutorum, temeritatem reprehendit, eosque iubet ad synodum „in proxima venturae quadragesimae prima hebdomada" (25. Febr. — 3. Martii) accedere. (L. V. ep. 13.) Jaffé Bibl. II. 303. — „Salutem vobis cum". |
| „ 29. | „ | 5064 (3802) Clero populoque Aurelianensi scribit, de Sanzone, quem prioribus litteris episcopum electum nunciaverint, posterioribus accusaverint, in aliud tempus reservatam sententiam esse. Praecipit, interim ut debitum illi honorem praestent. (L. V. ep. 14.) Jaffé Bibl. II. 304. — „Litteras a vobis". |
| a Febr. 27. ad Mart. 3. | Romae in ecclesia S. Salvatoris | Synodus (episcoporum 95, vide Deusdedit Coll. can. IV. c. 106). Acta in Reg. L. V. ep. 14a, Jaffé Bibl. II. 305 (et V. 122); Vide Bertholdi Annales 1078 in MG. SS. V. 306. (Synodum cum sciamus in „quadragesimae primam hebdomadam", i. e. a d. 25. Febr. ad 3. Mart., indictam fuisse, vide supra ep. 5063, ultimumque synodi diem in 3. Mart. incidisse acta doceant, in Bertholdi Annal. 1078 pro „Synodus 3. non. Mart. initiata est" legendum putat Jaffé: „3. kal. Mart.") |
| Mart. 3. | | Synodi die ultimo Gregorius 1) Thedaldum Mediolanensem et Guibertum Ravennatem archiepiscopos et Arnulfum Cremonensem, Rolandum Tarvisiensem episcopos et Hugonem, cardinalem tit. S. Clementis, anathematizat, et Gaufredum, archiepiscopum Narbonensem, deiicit; 2) de regni Teutonici perturbatione decernit, ut „nuncii e latere apostolicae sedis ad partes illas mittantur, qui omnes religiosos et iustitiae amatores, clericalis et laicalis ordinis viros, convocent, cum quibus aut finem et pacem iuste componant, aut veritate percognita, cui parti magis iustitia faveat, ad plenum addiscere valeant: quatenus pars iniusta resipiscat, et apostolica auctoritate munita iustitia vigoris robur obtineat" cet.; 3) Rainerio, Ugizzoni filio, filioque comitis cuiusdam, ecclesiae Lucensis invasori, et (Berardo) abbati Farfensi, nisi quibusdam temporis spatiis resipuerint, excommunicationem minatur; 4) Omnes Normannos excommunicat, „qui invadere terram S. Petri laborant", cet. |
| | | In eadem synodo promulgatur „sententia contra pervasores possessionum monasterii S. Clementis" Piscariensis. Vide Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. Scr. II. II. 865. |
| Mart. 9. | Romae | 5065 (3803) Archiepiscopis, episcopis, clericis, ducibus, principibus, marchionibus, omnibusque maioribus et minoribus in Teutonico regno constitutis, exceptis his, qui canonica excommunicatione tenentur, significat, legatos ex synodi sententia missum iri, qui „archiepiscopos, episcopos et religiosos clericos, nec non et laicos ad id idoneos" convocent, „ut aut pacem componant, aut cui parti iustitia faveat, veraciter addiscant". Quibus qui impedimento fuerint, eos anathematizat. Praemittit nuncium, qui de tempore locoque conventus cum (Udone) archiepiscopo Trevirensi, partibus Heinrici regis favente, et cum aliquo partis Rodulfinae episcopo constituat. (L. V. ep. 15. De tempore huius et sequentis epistolae quam profert Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 536 opinionem, ea mihi omnino non persuasit.) Jaffé Bibl. II. 309, (Pauli Bernr. Vit. |

**1078.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 5. — 30. Iun. — 6.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | Greg. c. 100 ap. Watterich I. 533, Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 448). — „Notum vobis fieri“. |
| Mart. 9. | Romae | 5066 (3804) Udonem, archiepiscopum Trevirensem, hortatur ad pacis opus diligenter suscipiendum. Loco et tempore conventus constitutis, eum aut una cum Rodulfinae partis episcopo, aut solum adire Romam iubet. „Trevam usque ad quindecim dies post conventus solutionem“ servari vult. Mandat, hortetur (Heinricum) regem, ut Bernardo diacono et Bernardo, abbati Massiliensi, legatis suis, si velint Romam redire, praesidium concedat. (L. V. ep. 16.) Jaffé Bibl. II. 311, (Pauli Bernr. vit. Greg. c. 101 ap. Watterich I. 535, Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 449). — „Quanta nobis“. |
| „ 9. | „ | 5067 (3805) Ostendit, quare Manassem Remensem, Hugonem Vesontionensem, Richerium Senonensem, Richardum Bituricensem, Rodulfum Turonensem archiepiscopos, et Gotefredum, episcopum Carnotensem, ab Hugone, episcopo Diensi, legato suo partim suspensos partim damnatos, in pristinum restituerit. (L. V. ep. 17. Anno 1078 exeunte epistolam datam esse, putat Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 530.) Jaffé Bibl. II. 312, (Iuram. Manassis ap. Deusdedit Coll. can. IV. c. 162). — „Quia consuetudo“. |
| „ 9. | „ | 5068 (3698) Abbatiae Romanae, super fluvium Iseram constitutae, libertatem et possessiones confirmat, ecclesiamque Hugoni, episcopo Diensi, consecrandam mandat. (L. II. ep. 59. Hanc epistolam non, ut registrum docet, anno 1075, sed post ep. 5026 datam esse, recte probasse videtur Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Pr. p. 11; ceterum apographum, in cartulario Romanensi receptum, et loci et temporis notis caret in registro appositis.) Jaffé Bibl. II. 179. — „Fidelitatis ac devotionis“. |
| „ 10. | Laterani | 5069 (3806) Monasterii Lenensis privilegia possessionesque confirmat, petente Artuicho abbate. Zaccaria Della badia di Leno p. 106. — „Supernae miserationis“. |
| „ 19. | Romae | 5070 (3807) H(uzmanno), episcopo Spirensi, scribit, se ei officium episcopale ideo interdixisse, quod investituram ab Heinrico rege accepisset. Ignorationem decreti de investitura sui excusanti episcopatum restituit. Hortatur, ut sacerdotes simoniacos expellat, clericosque ad castitatem inducat. (L. V. ep. 18.) Jaffé Bibl. II. 314. — „Quia in susceptione“. |
| „ 22. | | 5071 Maiori „dilectissimo filio et fideli“ suo eiusque filiis ac nepotibus monasterium S. Iohannis baptistae Iuvenatiense asserit, cuius possessiones confirmat. Malefactoribus poenam 150 aureorum solidorum iniungit. (Sententia, quae in orbiculo legitur, Nicolai II. est ipsamque bullam in falsitatis suspicionem vocat.) Prologo Le carte di Trani p. 61. — „Quotiens illa a“. |
| „ 25. | Laterani | 5072 (3808) Monasterii S. Crucis Kemperlegiensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Benedicto abbate. Gall. Christ. (ed. 1.) IV. 553, Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 448, Le Duc Hist. de Ste-Croix de Quimperlé p. 587, Migne 148 p. 684. — „Britannia, sicut“. |
| „ 25. | „ | 5073 Monasterii SS. Petri et Pauli Ariminensis possessiones, petente Uberto abbate, confirmat. (Fragmentum.) Tonini Rimini II. 529. — „Ecclesiam S. Mariae“. |
| Apr. 4. | Romae | 5074 (3809) Ad Guilielmum, regem Anglorum, mittit Hubertum subdiaconum, qui cognoscat, oporteatne, ut (Iohannes) archiepiscopus Rotomagensis, valetudine correptus, successorem accipiat. (L. V. ep. 19. Ad finem huius anni redigendam esse epistolam, censet Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 533.) Jaffé Bibl. II. 315. — „Officii nostri cura“. |
| „ 24. | „ | 5075 (3810) Rainerio, episcopo Aurelianensi, patientia sua abutenti, praecipit, ut, quae dilapidaverit, ecclesiae ornamenta restituat, seque sistat in synodo ab Hugone, episcopo Diensi, et Hugone, abbate Cluniacensi, legatis suis, celebranda. In qua si obiecta crimina non diluerit, fore scribit, ut anathematizatus deiiciatur. (L. V. ep. 20.) Jaffé Bibl. II. 316. — „Quanta in Deum“. |
| Mai. 7. | „ | 5076 (3811) Hugoni, abbati Cluniacensi, nunciat, se regis Hispaniae rogatu abbatem episcopum consecrasse. Petit, ut Richardo cardinali, ad eundem regem misso, auxilium praebeat, comitemque addat. De Berengario quid sentiat, fratres quosdam significaturos. De angustiis suis exponit. (L. V. ep. 21.) Jaffé Bibl. II. 317. — „Diversarum gentium“. |
| „ 22. | Lateranis | 5077 (3812) Huberto (ecclesiae Romanae) subdiacono et Teuzoni monacho significat, se Hugoni, episcopo Diensi, mandasse, ut in synodo, de (Manassis) archiepiscopi |

| Date | Place | Entry |
|---|---|---|
| | | **1078.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 5. — 30. Ian. — 6.)* Remensis aliorumque Franciae episcoporum causis celebranda, inter Evenum quoque, archiepiscopum Dolensem, eiusdemque aemulum (Iuhellum) iudicaret. Hortatur, ut synodo intersint, et (Willelmum) regem Anglorum ad legatum illuc mittendum inducant. (L. V. ep. 22.) Jaffé Bibl. II. 318, cf. ea, quae annotavit Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 532. — „Pervenit ad nos“. |
| Mai. 22. | Lateranis | 5078 (3813) Oclem (Cornubiensem, ducem Britanniae) Gausfredum Redonensem, et Gausfredum (Penthiverensem) filium Eudonis, nobiles comites Britanniae, rogat, ut synodum, in qua de ecclesia Dolensi agatur, ab episcopis, abbatibus et clericis laicisque eiusdem ecclesiae adeundam curent. (L. V. ep. 23.) Jaffé Bibl. II. 319, (Martene Thes. III. 876, Morice Mém. de Bret. I. 447: ex tabul. Turonensi). — „Non ignorare vos“. |
| Iun. 19. | „ | 5079 (3814) Monasterii (S. Benigni) Divionensis protectionem suscipit, privilegiaque confirmat, petente Gerentone abbate. (Fidem bullae immerito addubitat Pflugk-Harttung Acta II. 142.) Pérard Recueil p. 192, Migne 148 p. 685. — „Supernae miserationis“. |
| Iul. 1. | Capuae | 5080 (3815) Omnes clericos et laicos, in regno Teutonico constitutos, hortatur, ne faveant aut communicent iis, qui impedire synodum cogitent, de Heinrici et Rodulfi regum certamine habendam. (L. VI. ep. 1. Non est probandum, quod de tempore huius epistolae suspicatur Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 534.) Jaffé Bibl. II. 321, (Bruno De bello Sax. c. 113 in MG. SS. V. 375, ed. Wattenbach p. 85). — „Quae et quanta“. |
| Aug. 22. | Ad sanctum Germanum | 5081 (3816) Manassi, archiepiscopo Remensi, respondet, legati apostolici ex clero Romano deligantur non oportere. Privilegia, saluti ecclesiae contraria, posse commutari. Hortatur, ut apud (Hugonem) episcopum Diensem et (Hugonem) abbatem Cluniacensem, vicarios suos, de obiectis criminibus se defendat. Quibus se mandasse, ut inter eum et (Warmundum) archiepiscopum Viennensem, et (Helinandum) Laudunensem ac (Theobaldum) Suessionensem episcopos et Manassem (praepositum Remensem) iudicarent. (L. VI. ep. 2. An re vera haec et ea, quae sequitur, epistola memorato die datae sint, dubitat Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 528.) Jaffé Bibl. II. 322. — „Cum vos ea a“. |
| „ 22. | „ | 5082 (3817) Hugoni, episcopo Diensi, et Hugoni, abbati Cluniacensi, mandat, ut de (Manassis) archiepiscopi Remensis querimoniis cognoscant atque iudicent. Mittit epistolae superioris exemplum. (L. VI. ep. 3.) Jaffé Bibl. II. 325, (Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 420). — „Quia in sanctae“. |
| Oct. 8. | In burgo Aquaependentis | 5083 (3819) Heinrici, episcopi Leodiensis, epistolam reprehendit parum reverenter scriptam. Monet, ut Weremboldi uxorisque ab eo excommunicatorum causam arbitrio (Udonis) archiepiscopi Treverensis et (Herimanni) episcopi Metensis permittat. Addit de iis, qui „conati sint impedire, ne concilium aut conventus fieret in Teutonicis partibus, in quo sollerti inquisitione recognosceretur, utrum Heinrico an Rodulfo magis iustitia faveret de gubernaculo regni“. (L. VI. ep. 4.) Jaffé Bibl. II. 327. Cf. Krollick Die Klosterchron. v. St. Hubert p. 11. n. 4. — „Lectis fraternitatis tuae“. |
| „ 22. | Sutrio | 5084 (3820) Herimanno, episcopo Metensi, commendat (Popponem) episcopum Tullensem, amoliri infamiam cupientem; cui se, „quia propter imminentem regni commotionem sex simul episcopos ad expurgationem suam convocare non possit, hoc concessisse, ut, quatuor episcopis ad praesens secum iurantibus expurgatus, episcopale officium per omnia faceret“. Monet, ecclesiae bona ne militibus largiatur. (L. VI. ep. 5.) Jaffé Bibl. II. 328. — „Novit dilectio tua“. |
| Nov. 19. | Romae in ecclesia S. Salvatoris | Synodus, in qua excommunicatur (Nicephorus Botoniates) Constantinopolitanus imperator; iurant quoque legati Heinrici et Rodulfi, quisque pro domino suo, quod nullis dolis colloquium legatorum sedis apostolicae in Teutonico regno habendum impedient“. Praeterea statuitur: „de Teutonicis contradicendis, ne praedia ecclesiastica, a regibus data sive ab invitis episcopis, detineant; . . . ut contradicatur, ne aliquis accipiat investituram ecclesiarum de manibus laicorum; et ne praebendae vel officia ecclestastica vendantur; de consanguinitate, de simoniacis, de castitate clericorum; . . . de decimis a laicis iniuste detentis; . . . ut nulli episcopi praedia ecclesiae in beneficium tribuant sine consensu papae, si de sua sunt consecratione, ceteri autem sine consensu archiepiscopi sui et fratrum suorum hoc idem non praesumant“ cet. cet. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1078.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 5. — 30. Iun. — 6.)* |
| | | (L. VI. ep. 5b.) Jaffé Bibl. II. 330. — (Huic synodo 50 episcopos interfuisse, an recte tradiderit Deusdedit in Coll. can. III. c. 55 sane dubitari potest, cum concilii d. 7. Mart. 1080 celebrati totidem episcopos participes fuisse affirmet in libr. IV. c. 54. — Non ad hanc synodum pertinet decretum collectionis Taurinensis ap. Pflugk-Harttung Iter p. 200, sed ad concilium d. 7. Mart. 1080 congregatum; confectum enim est ex cap. 1. 2 Actorum ap. Jaffé II. 398.) |
| Nov. 24. | Romae | 5085 (3821) Cuniberti, episcopi Taurinensis, et (Benedicti) abbatis S. Michaelis (Clusini) controversiam dirimit. (L. VI. ep. 6.) Jaffé Bibl. II. 335. — „Notum tam praesentibus". |
| „ 25. | „ | 5086 (3822) Hugoni, episcopo Diensi, mandat, ut Robertum, comitem Flandrensem, si ab Huberto, legato suo, et Hugone, episcopo Lingonensi, iniuste excommunicatus sit, absolvat. (L. VI. ep. 7.) Jaffé Bibl. II. 336. — „Quia ex pastoralis". |
| („ 25.) | („) | 5087 H(ugoni) episcopo Lingonensi, qui una cum Huberto legato sine praecepto papae vel consensu episcopi Diensis, vicarii sui, Robertum, comitem Flandrensem, excommunicavit, praecipit, ut ad Hugonem Diensem rationem redditurus accedat. Hortatur, ne peregrinos ad limina apostolorum euntes vel redeuntes iniuriis afficiat vel affici patiatur. Neues Archiv VII. 161. — „Pervenit ad aures". |
| „ 25. | „ | 5088 (3823) (Uberto archidiacono Tarvanensi et) clericis et comitibus de castro S. Pauli, Guidoni et Ugoni, sub excommunicationis poena praecipit, ut Kesecam villam clericis S. Mariae et S. Audomari restituant, aut intra dies quadraginta apud Hugonem, episcopum Diensem, causam agant. (L. VI. ep. 8. Huius epistolae autographon in tabulario Audomar. asservatum post: „salutem et ap. benedictionem" addit: „si obedierint", sed caret clausula „Dat. Romae" cet. aliisque verbis in Registro additis. Cf. textus, quos praebent) Jaffé Bibl. II. 337 et Pflugk-Harttung Acta II. 134. — „Clerici sanctae". |
| „ 25. | „ | 5089 (3824) Ernolfum et Hubertum, archidiacones ecclesiae Tarvanensis, hortatur, ut clericos comitesque de castro S. Pauli, nisi mandatis suis obedierint, pro excommunicatis habeant. Mandat, moneant Mathildem, Arnulfi advocati viduam, ut ecclesiae S. Mariae tradat terram a marito relictam, Rengeriumque et Adamum et Berewoldum, ut decimas ecclesiae praestent. (L. VI. ep. 9.) Jaffé Bibl. II. 338. — „Clericos de castro". |
| („) | („) | 5090 *Manassi, abbati Bergensi, „privilegium contra omnes immissiones et angarias" tribuit usumque anuli, mitrae sandaliorumque concedit. (Tempus ex eo liquet, quod Ingelramnum, Manassem sectatum, exeunte anno 1078 Romae fuisse scimus ex Greg. Reg. L. VI. ep. 7 ap. Jaffé Bibl. II. 336.) Vide Chron. mon. Watin. c. 25 in MG. SS. XIV. 174 et Chron. Ioh. Longi ibid. XXV. 784. |
| „ 25. | „ | 5091 (3825) Omnibus Ravennatibus, maioribus et minoribus, (Wibertum) archiepiscopum Ravennatem in synodo Romana deiectum nunciat. (L. VI. ep. 10.) Jaffé Bibl. II. 339. — „Quam fideliter". |
| „ 28. | „ | 5092 (3826) Clericis ecclesiae S. Martini Lucensis interdicit ecclesiis intrandis, nisi aut „communem vitam vivant, id est: omnia ecclesiae bona in communem utilitatem redigant et communiter expendant", aut „ecclesiae praebendam in manu episcopi ad ecclesiae utilitatem reddant". (L. IV. ep. 11.) Jaffé Bibl. II. 340. — „Cum apud vos". |
| „ 30. | „ | 5093 (3827) Ecclesiae Pisanae bona confirmat, Landulfumque episcopum et eius successores vicarios suos in Corsica insula constituit. (L. VI. ep. 12.) Jaffé Bibl. II. 341. — „Supernae miserationis". |
| Dec. 4. | Laterani | 5094 Canonicorum ecclesiae Omnium sanctorum de Insula Catalaunensi possessiones confirmat, rogatu Rogerii episcopi. Pflugk-Harttung Acta I. 51, (Lalore Collection IV. 241). — „Superne miserationis respectu". |
| „ 7. | Romae | 5095 (3828) Monasterio Casinensi ecclesiam S. Angeli Capuanum addicit. Gattula Hist. Cas. p. 254, Migne 148 p. 688. — „Ea, quae ante". |
| „ 15. | „ | 5096 (3929) Olavi, Norvechcorum regis, fidem confirmat. Iuvenes nobiles ad se mittat, qui „sub alis apostolorum Petri et Pauli sacris ac divinis diligenter edocti, apostolicae sedis ad eum mandata referre, et quae Christianae religionis ordo postulaverit, apud eum praedicare valeant". Hortatur, ne fratribus (Haraldi) regis Danorum, regnum dividere cupientibus, opem ferat, sed regem iis reconciliet. (L. VI. ep. 13.) Jaffé Bibl. II. 343. — „Licet ex universali". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1078.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 5. — 30. Iun. — 6.)* |
| Dec. 30. | Romae | 5097 (3830) Welfonem ducem (Bavariae et episcopos quosdam) scribit contra se non esse murmuraturos, si respectum ad ea habeant, quae „de communi negotio, immo maxima perturbatione regni" in huius anni synodis acta sint. (In inscriptione nomina quorundam episcoporum excidisse, putat Jaffé.) (L. VI. ep. 14.) Jaffé Bibl. II. 346. — „Si diligenter secundum". |
| | | **c. 1078.** |
| | | 5098 Ecclesiae Iaccensis (Aragonensis) terminos constituit, eiusque possessiones et iura confirmat, rogatu Garciae episcopi et patris eius Ranimiri, Hispaniae regis, qui regnum suum b. Petro tributarium fecerit, et „quasi alter Moyses, abiecta Toletanae illusionis superstitione, legem et consuetudines Romanas receperit". Statuit praeterea, ut „Oscitana sedes, quae nunc cum maiori parte suae parrochiae in captivitate detineatur, si quando, Deo miserante, liberata fuerit (vide Urb. II. ep. d. 11. Mai. 1098), caput et sedes, qualiter antiquitus exstiterit, habeatur et, tamquam filia matri, Barbastrensis ecclesiae etiam et Iaccensis ei libere subdantur". Ramon de Huesca Iglesias de Aragon V. 405. — „Apostolica sedes". |
| | | **1075—1079.** |
| | | 5099 (3984) Monasterio S. Trinitatis Cavensi monasteria quaedam addicit. Muratori Ant. It. V. 479, Guillaume L'abb. de Cava app. p. 6, Migne 148 p. 720. (Falso Guillaume hanc bullam anno c. 1073 ascribere, ex verbis „olim donavimus" recte colligit Pflugk-Harttung Iter p. 156 not., qui a. 1084—1085 tabulam attribuit; putem vero cum Muratorio, Petrum abbatem, in bulla memoratum, nondum Casinensis monasterii, cuius regimen a. 1079 suscepit, sed tunc temporis de Cilento monte abbatem fuisse; cf. etiam tab. ap. Guillaume l. l. app. p. 3; ideoque Muratorio annus c. 1076, anni vero 1075—1079 mihi probabiles sunt.) — „Notum esse volumus". |
| | | **1079.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 6. — 30. Iun. — 7.)* |
| Ian. 2. | | 5100 (3831) Monachis Massiliensibus scribit de (Bernardi) eorum abbatis summo erga se studio. Hortatur, ut eius absentiam aequo animo ferant, cum praesertim domum brevi reversurus sit. Monasterium eorum, sicut Cluniacense, coniungi cum monasterio b. Pauli (Romano) cupit. (L. VI. ep. 15.) Jaffé Bibl. II. 347. — „Contristavi vos". |
| „ 2. | Romae | 5101 (3832) Berengario, episcopo Gerundensi, mandat, ut Raymundi Berengarii (comitis Barcinonensis) filios in gratiam reconciliet. Addit de fratre eius (Guifredo archiepiscopo) Narbonensi ad virtutem reducendo. (L. VI. ep. 16.) Jaffé Bibl. II. 348. — „Sicut per filium". |
| „ 2. | „ | 5102 (3833) H(ugonem), abbatem Cluniacensem, reprehendit, quod (Hugone) duce (Burgundiae) in monachorum numerum asciscendo ecclesiis, viduis, pupillis defensorem eripuerit. (L. VI. ep. 17.) Jaffé Bibl. II. 350. — „Si Romani ad". |
| Febr. 11. | In ecclesia Salvatoris | Synodus, in qua 1) Berengarius Turonensis, errores confessus, veniam impetrat (cf. Bernoldi Tract. de Bereng. damnat. c. 9 ap. Ussermann Germ. sacr. prodrom. II. 435); 2) iurant Heinrici regis nuncii: legatos ante ascensionem domini (d. 2. Maii), Romam missum iri, et legati Rodulfi regis: Rodulfum papae iudicium subiturum esse; 3) Heinricus, archiepiscopus Aquileiensis, se papae obediturum, iurat; 4) (Guifredus) Narbonensis et Thedaldus Mediolanensis archiepiscopi, Sigefridus Bononiensis, Rolandus Tarvisiensis, et (Grisforanus) Firmanus et (Hugo) Camerinus episcopi, Theodericus dux et Folmarus comes excommunicantur; 5) Gandulfus sic iurat: „Regiensem episcopatum contra interdictum vestrum aut vestri legati octo diebus non tenebo, neque aliquo inveniam studio, quo vestrae legationi resistatur". L. VI. ep. 17a, Jaffé Bibl. II. 352; Bertholdi Annal. 1079 in MG. SS. V. 316. |
| („) | | 5103 (3834) Qui Berengarium (Turonensem), „Romanae ecclesiae filium", iniuriis affecerint, „vel qui eum vocarint haereticum", eos anathematizat. D'Achery Spic. III. 413, Roye Vita Berengarii p. 76, Bouquet Rec. XIV. 637, Mansi XX. 621, Jaffé Bibl. II. 550. — „Notum vobis omnibus". |
| „ 14. | In synodo | 5104 (3835) Evrardo, episcopo Parmensi, praecipit, ut, quem ceperit ad synodum iter facientem, (Ecardum) abbatem (Augiensem) continuo perducendum ad Mathildem |

**1079.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 6. — 30. Iun. — 7.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | curet. Iubet eum venire Romam, intereaque officio episcopali abstinere. (L. VI. ep. 18.) Jaffé Bibl. II. 355. — „Diu est, quod". |
| Febr. 17. | In synodo | 5105 (3836) Hirimanno, Udelrico, Frederico, Mazelino, Heroldo, Wirintoni, Goteboldo, militibus ecclesiae Bambergensis, sub excommunicationis poena praecipit, ut bona ecclesiastica, quae partim ab Herimanno deiecto episcopo, partim a rege, dum (Rupertus) episcopus esset in vinculis, acceperint, intra dies 30 restituant. (L. VI. ep. 19.) Jaffé Bibl. II. 356. — „Intelleximus iam diu". |
| („) | („) | 5106 (3837) Omnibus archiepiscopis et episcopis in Theutonico atque in Saxonico regno commanentibus, omnibusque principibus, cunctis etiam maioribus atque minoribus, qui non sint excommunicati, significat, „visum esse sibi et fratribus suis in concilio congregatis, quatenus idonei nuntii e latere apostolicae sedis mittantur, qui religiosos episcopos, laicos etiam pacis et iustitiae amatores congregent: qui aut pacem componant, aut super illos, qui sunt tanti dissidii causa, canonicam censuram exerceant". „In hac synodo ad eandem formam, sicut et in praeterita", statuit, ne quis legatis suis obsistat, obstiturisque anathema minatur. Pauli Bern. vit. Greg. c. 105 ap. Watterich I. 537, Bruno De bello Sax. c. 118 in MG. SS. V. 378, ed. Wattenbach p. 90, Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 449, Jaffé Bibl. II. 550. — „Quoniam ex lite". |
| („) | | 5107 (3838) Rodulfo regi scribit, „deferri sibi iam saepius legationes Heinrici cum per proprios nuntios, tum per cognatos et aliarum terrarum principes et affines, modo omnem obedientiam promittendo, modo per varia ingenia sollicitando, id a se summo conamine cupientes efficere, quo se illius partibus valeant inclinare". „Verum" inquit „hoc oportet intendere, quomodo veram a falsa iustitiam, perfectam a ficta obedientiam valeam discernere et rato ordine ad finem usque perducere". Cetera legatos suos expposituros. Commendat A., decanum Goslariensem, G(ebehardum), Bertaldi ducis (Zaringiae) filium, et H., Sigifridi comitis filium, de quibus archiepiscopum Magdeburgensem eligi vult. (Hanc epistolam c. m. Mai., post ep. 5108, scriptam esse, putat Giesebrecht III. 1151.) Bruno De bello Sax. c. 119 in MG. SS. V. 378, ed. Wattenbach p. 91, Jaffé Bibl. II. 552. — „Quod regnum Theutonicorum". |
| („) | | 5108 (3839) „Rodulfo regi omnibusque secum in regno Saxonum commanentibus" ita scribit: „Nolite, filii mei, in hoc, qui vos iam multo tempore exagitat, bellico furore deficere; nolite de nostro fideli adiutorio dubitare". In synodo de regibus quid actum sit, et suas litteras et eorum legatos, „nisi forte capti sint", et (Hermannum) Metensem et (Altmannum) Pataviensem episcopos et (Ecardum) abbatem Augiensem significaturos. Jaffé Bibl. II. 553, Bruno De bello Sax. c. 120, p. 379, ed. Wattenbach p. 92, Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 125, (Mansi XX. 381). — „Cum veritas". |
| („) | | 5109 (3840) Omnibus per totum Italicum regnum et Theutonicorum S. Petro obedientibus ita scribit: „Si qui sunt presbyteri, diaconi vel subdiaconi, qui iaceant in crimine fornicationis, interdicimus eis introitum ecclesiae, usque dum poeniteant et emendent; si qui vero in peccato suo perseverare maluerint, nullus vestrum officium eorum auscultare praesumat". (Fragmenta.) Jaffé Bibl. II. 554. Vide Gerhoh. Reichersperg. ap. Pez Thesaur. anecd. V. 157, Bertholdi Annal. 1079, l. l. p. 317, Mariani Scotti Chron. in MG. SS. V. 561, (Pflugk-Harttung Iter p. 25). — „Si qui sunt" „Si qui fuerint". |
| „ 19. | Laterani | 5110 *Canonicae S. Floridi Castellanae patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Muzi Mem. eccl. di Città di Castello II. 39. |
| „ 25. | Romae | 5111 (3841) Centullum comitem (Bearnensem) hortatur, ut scelus, quod commiserit (Gisla) consanguinea in matrimonium ducenda, de Amati, episcopi Ellorensis, et Bernardi, abbatis Massiliensis, consilio expiet. (L. VI. ep. 20.) Jaffé Bibl. II. 357. — „Audivimus de te". |
| Mart. 1. | „ | 5112 (3842) Clerum populumque Arelatensem hortatur, ut aut quem Hugo, episcopus Diensis, vicarius suus, de clero Arelatensi iis commendaverit, archiepiscopum eligant, aut Leodegario, episcopo Vapincensi, promittant, se suscepturos eum, quem consecratum pallioque ornatum ipse „ex parte S. Petri" miserit. (L. VI. ep. 21.) Jaffé Bibl. II. 358. — „Quoniam sublata". |
| „ 3. | „ | 5113 (3843) Mathildi, de matrimonio Theodorici ducis (Lotharingiae superioris) et Petroni marchionis viduae efficiendo quid sentiat, quaerenti, respondet ita: „ille non |

1079. (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 6. — 30. Iun. — 7.*)

est adeo notus nobis, nec illa ita commissa, ut aliquid inde agere velimus". Quod eundem ducem scripserit pacem velle inter ipsum regemque Heinricum componere, in synodo iam ab huius nuncio datum iusiurandum esse, regem suis mandatis „per omnia obtemperaturum". Addit de legatis ad regem missis et de excommunicatione in ducem illum per (Herimannum) episcopum Metensem prolata, a seque confirmata. (L. VI. ep. 22.) Jaffé Bibl. II. 359. — „Quoniam animi".

Mart. 5. | Romae | 5114 (3844) Clero populoque Aurelianensi, ecclesiae praefici Sanzonem cupienti, significat, se legatos missurum, qui inter eum et Rainerium, „dictum episcopum", iudicent. Hortatur, ne dissipari ecclesiae bona patiantur. (L. VI. ep. 23. Hanc epistolam ante ep. 14. libr. V scriptam esse, non concesserim Dünzelmanno in Forsch. z. d. Gesch. V. 540.) Jaffé Bibl. II. 360. — „Sciatis incunctanter".

„ 8. | „ | 5115 (3845) Amatum Ellorensem et Hugonem Diensem episcopos, monente Iozelino, archiepiscopo Burdigalensi, iudices inter S. Crucis (Burdigalensis) et S. Severi monasteria constituit. (L. VI. ep. 24.) Jaffé Bibl. II. 360. — „Iozelinus archiepiscopus".

„ 8. | „ | 5116 (3846) Arnaldo, abbati S. Severi, praecipit, ut Hugonis Diensis et Amati Ellorensis episcoporum sententiae pareat, interimque ecclesiam S. Mariae Solacensem abbatiae S. Crucis (Burdigalensi) restituat. (L. VI. ep. 25.) Jaffé Bibl. II. 361. — „Post recessionem".

„ 14. | „ | 5117 (3847) Fulcardo, Insulanae congregationis praeposito, ceterisque eiusdem congregationis canonicis praecipit, ut Lambertum canonicum benigne excipiant, eique ablata omnia reddant. (L. VI. ep. 26.) Jaffé Bibl. II. 362. — „Non modicum".

„ 20. | „ | 5118 (3848) Monachis Dolensibus significat, Gualterio demoto, Wormundum, archiepiscopum Viennensem, abbatem a sese ordinatum esse; cui obedire eos iubet. Sub excommunicationis poena praecipit, ut inobedientiae luendae causa „dominica prima post pentecosten" (19. Maii) se Valentiam conferant ad Hugonem, episcopum Diensem. (L. VI. ep. 27.) Jaffé Bibl. II. 363. — „Noveritis Gualterium".

„ 20. | „ | 5119 (3849) Rodulfum (Burgidolensem), Oddonem (Exoldunensem), Epponem (Carentonensem et Castrensem), Humbaldum (Virzionensem), Everardum, Bosonem, Giraldum (de Lineriis), Adelardum (de Castro Mellano) et ceteros principes Bituricae regionis hortatur, ut Wormundo (archiepiscopo Viennensi), abbati Dolensi, obediant et opitulentur. (L. VI. ep. 28.) Jaffé Bibl. II. 364. — „Miramur temeritatem".

„ 21. | „ | 5120 (3850) Ladislai, Hungarorum regis, fidem collaudat. Comites quosdam exsulantes, E(kbertum Formbacensem), Ou. et C. commendat. Legatos mitti ad sese cupit. (L. VI. ep. 29.) Jaffé Bibl. II. 365. — „Sicut fidelium".

„ 25. | „ | 5121 (3851) Lanfrancum, archiepiscopum Cantuariensem, reprehendit, quod Romam nondum adierit. Hortatur, ne metu (Wilhelmi) regis, quominus quamprimum veniat, impediatur. Regem, ne iniuriis afficiat ecclesiam Romanam, admoneri vult. (L. VI. ep. 30.) Jaffé Bibl. II. 366. — „Quod ex illo".

„ 31. | „ | 5122 (3852) Archiepiscopis, episcopis, principibus, clericis laicisque, in Provincia commorantibus, praecipit sub excommunicationis poena, ut monasterio S. Petri in Montemaiore ablata bona restituant. (L. VI. ep. 31.) Jaffé Bibl. II. 367. — „Notum vobis omnibus".

Apr. 13. | „ | 5123 (3853) Isemberto, episcopo Pictaviensi, mandat, ut, adhibito Guilielmo duce (Aquitaniae), cogat Hugonem Lerziniacensem ablata Hugoni clerico bona restituere. (L. VI. ep. 32.) Jaffé Bibl. II. 368. — „Pervenit ad aures".

„ 14. | „ | 5124 (3854) Hugoni, abbati Cluniacensi, praecipit, ut bona quaedam Landerico, episcopo Matisconensi, restituat, aut litem componendam (Hugoni) episcopo Diensi et abbati S. Pauli (Lugdunensi) permittat. (L. VI. ep. 33.) Jaffé Bibl. II. 369, (Severtii Chron. hist. II. 112: ex ms. ecclesiae Matisconensis). — „Landericus Matisconensis".

„ 19. | „ | 5125 (3855) Gebuino, archiepiscopo Lugdunensi, eiusque successoribus asserit primatum Lugdunensis, Rotomagensis, Turonensis, Senonensis provinciarum. (L. VI. ep. 34.) Jaffé Bibl. II. 370: „13. kal. Madii"; Marca Dissert. tres p. 343: ex cod. S. Albini Andegavensis, qui finem privilegii in registro desideratum uberiusque datum cum „12. kal. Maias" praebet. — „Antiqua sanctorum".

„ 20. | „ | 5126 (3856) (Iohannem) Rotomagensem, (Radulfum) Turonensem, (Richerium) Senonensem

**1079.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont, a. 6. — 30. Iun. — 7.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | archiepiscopos hortatur, ut primati, archiepiscopo Lugdunensi, obediant. (L. VI. ep. 35.) Jaffé Bibl. II. 372. — „Sicut novit fraternitas". |
| Apr. 20. | Romae | 5127 (3857) Canonicis ecclesiae Lugdunensis sub excommunicationis poena praecipit, ut „quicumque obedientias, vel ecclesiae dispensationes pretii pactione, vel contra excommunicationem Landerici, episcopi Matisconensis, quam in capitulo Lugdunensi fecerit, adepti sint, in manus Gebuini archiepiscopi refutare sine dilatione procurent". (L. VI. ep. 36.) Jaffé Bibl. II. 374. — „Quidam vestrum ad". |
| „ 21. | „ | 5128 (3858) Iordanum, principem Capuanum, monet, ut de noverca ad contrahendum matrimonium coacta, et de episcopo (Dodone Rossellano) expilato, et de ecclesia b. Benedicti (Casinensi) direpta sibi satisfaciat. (L. VI. ep. 37.) Jaffé Bibl. II. 375. — „Sicut nonnulli". |
| („) | („) | 5129 (3859) Monachos Casinenses „nimiae negligentiae et acriter ulciscendae timiditatis" coarguit, quod a Iordani principis (Capuani) hominibus deposita apud eos bona auferri passi sint. Praecipit, ne „divinum officium in ecclesia b. Benedicti faciant sed altaria omnia, quae intus sunt, detegentes, quantum sit huiusmodi violationis periculum, quosque cognoscere faciant". Gattula Hist. Cas. p. 149, Tosti St. di Montec. I. 427, Jaffé Bibl. II. 555. — „Audivimus, quod". |
| („) | („) | 5130 (3860) Monachos Casinenses interdicto nuper in eos irrogato ob instans ascensionis festum (2. Mai.) absolvit. Gattula Hist. Cas. p. 149, Tosti St. di Montec. I. 428, Jaffé Bibl. II. 556. — „Nuper dilectissimi". |
| Iun. 16. | „ | 5131 (3861) Heinrico, patriarchae Aquileiensi, ob (Petrum) Albanensem et (Udalricum) Patavinum episcopos, legatos suos, bene tractatos adiutosque et ob operam conciliandae paci datam, pallii usum concedit. (L. VI. ep. 38.) Jaffé Bibl. II. 376. — „Tuae dilectio fraternitatis". |
| „ 21. | „ | 5132 (3862) Rainaldo, episcopo Cumano (Comensi), mandat, ut Arnulfum, electum Bergomensem, ad emendanda peccata adducat. Addit, qui sine mercede ordinati a simoniacis sint, eos licere manu imposita confirmari. (L. VI. ep. 39.) Jaffé Bibl. II. 377. — „Tua nobis frater". |
| „ 28. | Lateranis | 5133 (3863) Bosonem hortatur, ut ecclesiam S. Sepulcri de Novovico iniuriis afficere desinat, iusque suum in synodo, ab (Hugone) episcopo Diensi habenda, persequatur. Si non obedierit, fore ut excommunicatio, per episcopum Diensem in synodo Pictaviensi contra eum prolata, a sese confirmetur. (L. VI. ep. 40.) Jaffé Bibl. II. 378. — „Ecclesiam sancti". |
| Iul. 4. | „ | 5134 Monasterium S. Victoris Massiliense tuendum suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Bernardo abbate. Audiffret Annales de Six-Fours p. 68, Coll. des Cartulaires IX. 214. — „Supernae miserationis". |
| Sept. 23. | Romae | 5135 (3864) Huberto, ecclesiae Romanae subdiacono, praecipit, ut redire maturet. Teuzonem scribit iniussu suo „adversus (Wilhelmum) Anglicum regem verba fecisse". Admoneat regem, ut debitum honorem ecclesiae Romanae praestet. (Wilhelmi) archiepiscopi Rotomagensis, sacerdotis filii, promotionem improbat. Reprehendit, quod iniussus egerit cum (Rainardo) episcopo Lingonensi, cuius causa (Hugoni) episcopo Diensi mandata sit. Mandat, hortetur episcopos Anglicos et Normannicos, ut „ex unoquoque archiepiscopatu vel duos episcopos" mittant ad synodum in quadragesima Romae celebrandam. (L. VII. ep. 1.) Jaffé Bibl. II. 379. — „Miramur nimium et". |
| Oct. 1. | „ | 5136 (3865) Clero populoque Lucensi clericos ecclesiae S. Martini ob superbiam tum muneribus tum communione privatos nunciat. Quibuscum ne communicent, praecipit. (L. VII. ep. 2.) Jaffé Bibl. II. 381. — „Clericorum vestrae". |
| („) | („) | 5137 (3866) Petro Albanensi et Odelrico Patavino episcopis significat, multos queri de legatione ab iis secus administrata. Cohortatur eos, ut praecepta sua accurate sequantur. „Volumus autem" inquit „ut de causa regum vel regni, sive etiam de (Egilberto) Trevirensi vel (Sigewino) Coloniensi et (Sigefrido) Augustensi electis, vel de omnibus istis, qui investituram per manum laicam acceperunt, nullum praesumatis exercere iudicium, summumque vobis studium sit, si rex adquieverit vobis de statuendo colloquio et pace firmanda in regno et de restituendis episcopis in sedibus suis, et haec eadem cito ad nos annunciare, ut tot et tales personas possimus illuc ad constitutum tempus dirigere, qui ad tantum negotium determinandum valeant una vobiscum sufficere". (Ecardum) deiectum abbatem Augiensem restitui iubet, invasoremque |

**1079.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 6. — 30. Iun. — 7.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | (Udalricum) expelli. Addit de (Adalberto) episcopo Wormatiensi, diu remoto. (Hanc epistolam contemporaneam esse cum ep. 5131, censet Giesebrecht III. 1151; ego malim coniungere eam cum ep. 5138.) Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 450, Jaffé Bibl. II. 557. — „Sunt multi, quibus". |
| Oct. 1. | Romae | 5138 (3867) Omnes fideles S. Petri, in Teutonico regno commorantes, hortatur, ne ipsum putent „in instanti modo necessitate usum esse seculari levitate". Angustias suas commemorat; „quotquot enim" inquit „laici sunt, omnes causam Heinrici laudant ac defendunt, et pernimiae duritiae ac impietatis circa eum me redarguunt". Legatos suos dolet contra mandata sua egisse. (L. VII. ep. 3.) Jaffé Bibl. II. 383, (Hugonis Flavin. chron. in MG. SS. VIII. 451). — „Pervenit ad nos". |
| „ | („) | 5139 (3868) *Roudolfo regi eadem, quae superiore ad omnes fideles epistola, scribit. Vide Bertholdi Annales 1079, in MG. SS. V. 323. |
| „ 4. | „ | 5140 (3869) Wezelino militi, fideli suo, imperat, ut contra (Suinimirum) regem, in Dalmatia apostolica auctoritate constitutum, ferre arma desinat. (L. VII. ep. 4.) Jaffé Bibl. II. 384. — „Scias nos de". |
| „ 15. | „ | 5141 (3870) Aconis (seu Araldi), regis Danorum, fidem laudat et confirmat. Clericum mitti cupit, „qui" inquit „et vestrae gentis mores seu continentias sciat nobis pleniter intimare et apostolicae sedis documenta sive mandata plenius eruditus ad vos possit perferre". (L. VII. ep. 5.) Jaffé Bibl. II. 384. — „Sincero caritatis". |
| „ 15. | „ | 5142 (3871) (Alphonsi), regis Hispaniarum, studium erga b. Petrum laudat. Richardum, cardinalem presbyterum, iterum mittit; cui ut obediat, hortatur. Addit „claviculam auream, in qua de catenis b. Petri benedictio continetur". (L. VII. ep. 6.) Jaffé Bibl. II. 385. — „Omnipotenti Deo". |
| Nov. 2. | „ | 5143 (3872) Richardo cardinali significat, se eum petentibus monachis Massiliensibus abbatem praeposuisse. Monasterium Massiliense cum monasterio b. Pauli (Romano) coniungi cupit. Praecipit, ut monasteriis bene ordinatis legationem Hispanicam perficiat. (L. VII. ep. 7.) Jaffé Bibl. II. 388. — „Unanimitas fratrum". |
| „ 2. | „ | 5144 (3873) Monachos Massilienses de obitu (Bernardi) abbatis consolatur; laudatque, quod Richardum presbyterum cardinalem elegerint. (L. VII. ep. 8.) Jaffé Bibl. II. 388. — „Non dubitamus". |
| „ 3. | „ | 5145 (3874) Episcopis Astensi et Taurinensi et electo Aquensi mandat, ne a Bonifatio marchione patiantur Anselmi, fratris defuncti, sponsam in matrimonium duci. (L. VII. ep. 9.) Jaffé Bibl. II. 390. — „Pervenit ad nos". |
| „ 25. | „ | 5146 (3875) Episcopos, sacerdotes, principes, aliosque omnes in Britannia commorantes iubet una cum Amato, episcopo Elloronsi, legato suo, synodum celebrare, qua rem poenitentialem, apud eos depravatam, ad normam dirigant. (L. VII. ep. 10.) Jaffé Bibl. II. 391. — „Sacerdotalis culminis". |
| | | 5147 (3876) Hugoni, episcopo Diensi, gratulatur de pace ecclesiae eius restituta. Mandat, ut inter (Gebuinum) archiepiscopum Lugdunensem et (Hugonem) abbatem Cluniacensem concordiam constituat, synodoque convocata de (Manassi) archiepiscopo Remensi iudicium faciat. (Frotgerium) episcopum Cabilonensem, qui regiam investituram acceperit, „ab omni regimine et spe ipsius ecclesiae alienum esse decernit". Praecipit, ut in omnibus conciliis excommunicet eos, „quicumque apostolicae sedis decreto super hac re synodaliter constituto obviare praesumpserit et de manu alicuius laici investituram ecclesiarum susceperit". Monet, ut una cum archiepiscopo Lugdunensi vexatae ecclesiae Lingonensi consulat. Hugonis Flav. chron. L. II in MG. SS. VIII. 421, Jaffé Bibl. II. 559. — „Quod divina". |
| | | 5148 *Hartwigo, archiepiscopo Magdeburgensi, pallium tribuit. Vide Gesta archiep. Magdeburg. in MG. SS. XIV. 404. |

**c. 1079.**

| | | |
|---|---|---|
| | | 5149 (3877) Anselmi, abbatis Beccensis, famam bonam laudat, deumque orari ab eo vult, ut ecclesiam seque „ab instantibus haereticorum oppressionibus eripiat". Peregrino cuidam reddi ius iubet. Anselmi epist. L. II. 31, Opp. p. 353, Mansi XX. 619, Jaffé Bibl. II. 561. — „Quoniam fructuum". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1075–1080.** |
| | | 5150 *Lanfranco, archiepiscopo Cantuariensi, praecipit, „ut causam, quam Stigandus, episcopus Cicestrensis, adversus mulierem quandam habeat, diligenter audiat". Vide Lanfranci ep. in eius Opp. ed. d'Achery p. 315, ed. Giles I. 51, ed. Migne 150 p. 530. |
| | | **1080.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 7. — 30. Iun. — 8.)* |
| Ian. 2. | Romae | 5151 (3878) Wratizlaum, Bohemorum ducem, cum excommunicatis conversantem vituperat. Vetat linguam Sclavonicam in procurandis sacris adhiberi. De legatis a se mittendis addit. (L. VII. ep. 11.) Jaffé Bibl. II. 392. — „Huiusmodi salutationis". |
| „ 3. | „ | 5152 (3879) Manassis, archiepiscopi Remensis, excusationem non accipit. Praecipit, ut ad synodum Lugdunensem, ab (Hugone) Diensi et (Petro) Albanensi episcopis et (Hugone) abbate Cluniacensi celebrandam adeat, de capta infamia responsurus. (L. VII. ep. 12.) Jaffé Bibl. II. 394. — „Miramur fraternitatis". |
| „ 30. | „ | 5153 (3880) Theoderico, episcopo Virdunensi, mandat, ut, synodo convocata, ad poenitentiam satisfactionemque cogat Arnulphum comitem (de Chiny), qui Heinricum, episcopum Leodiensem, direptum adegerit ad iurandum, se nec ablata repetiturum unquam, et veniam illi ab ipso impetraturum. (L. VII. ep. 13.) Jaffé Bibl. II. 396. — „Pervenit ad nos". |
| „ 30. | „ | 5154 (3881) Heinricum, episcopum Leodiensem, extorto iureiurando absolvit, monetque, ut ab Arnolpho comite poenas petat. De superiore epistola significat. (L. VII. ep. 14.) Jaffé Bibl. II. 397. (Textus, quem praebent Deusdedit Coll. can. I. c. 197 et Baluzius Miscell. III. 7 et Jaffé Bibl. II. 562, ex Reg. L. VII. epp. 13 et 14 paratus est. Vide dissertationem meam in Neues Archiv X.) — „Cognita tuae" („Pervenit ad nos"). |
| Mart. 7. | „ | Synodus, in qua Gregorius 1) legem de investitura corroborat (vide ea, quae supra p. 612 annotavimus ad synodum a. 1075); 2) Tedaldum Mediolanensem, Guibertum Ravennatem, Petrum Narbonensem archiepiscopos et Rolandum Tarvisiensem episcopum denuo excommunicat; 3) Normannis, si possessiones b. Petri invaserint, excommunicationem minatur; 4) de poenitentiis et de modo eligendorum episcoporum constituit; 5) Heinricum regem, „omnesque fautores eius (in his Ottonem, ep. Constantiensem, vide Apologiam pro Gebhardo in MG. SS. V. 431 in annotatione) excommunicationi subiicit, et anathematis vinculis alligat et iterum regnum Teutonicorum et Italiae interdicens ei, omnem potestatem et dignitatem illi regiam tollit, et, ut nullus Christianorum ei sicut regi obediat, interdicit, omnesque, qui ei iuraverunt vel iurabunt de regni dominatione, a iuramenti promissione absolvit; ut autem Rodulfus regnum Teutonicorum regat et defendat, concedit omnibus illi fideliter adhaerentibus absolutionem omnium peccatorum". L. VII. ep. 14a, Jaffé Bibl. II. 398, (P. Bern. Vit. Greg. c. 106, Petri Pisani Vit. Greg. ap. Watterich I. 301, Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 451. De numero episcoporum, qui huic synodo affuisse dicuntur ap. Deusdedit L. IV. c. 54, vide notam meam ad 19. Nov. 1078). |
| | In basilica Constantiniana | In eadem synodo („anno pontificatus septimo" celebrata) monasterii Cluniacensis libertatem confirmat. Bullar. Cluniac. p. 21. |
| „ 8. | Romae | 5155 (3882) Omnibus episcopis Brittanniae, clero et populo in Turonensi provincia constitutis significat, statutum in synodo Romana esse, ut Dolensis et Turonensis ecclesiarum de iure metropolitano controversia a legatis apostolicis diiudicaretur. (L. VII. ep. 15.) Jaffé Bibl. II. 405, (Martene Thes. III. 877, Morice Mém. de Bret. I. 450: ex tabulario Turonensi). — „Notum esse volumus". |
| „ 24. | „ | 5156 (3883) Monachis Dolensibus de synodi sententia praecipit, ut (Guidoni) episcopo Lemovicensi monasteria duo restituant; sed permittit, ut apud legatos suos lege agant. (L. VII. ep. 17.) Jaffé Bibl. II. 407. — „Frater et coepiscopus". |
| „ 26. | „ | 5157 (3884) Huberto, episcopo Tarvannensi, „salutem et apostolicam benedictionem" denegat, „quod" inquit „in registro nostro (supra 5011) legitur, te ab Hu(berto), huius s. sedis legato, apud Monasteriolum hereticum publice devictum et postea, antequam esses expurgatus, audivimus simoniace te episcopum factum", cet. Contumaciam eius reprehendit. Praecipit, ut quandocunque ab Hu(gone), episcopo Diensi, vocatus fuerit, ad eundem accedat. Canonicis castri S. Pauli divino officio interdicit, donec Kessecam villam canonicis S. Mariae et S. Audomari restituerint. Addit, se canonicos S. Audomari omnesque alios culpam eius scientes obtemperare ei usque ad causam |

**1080.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 7. — 30. Iun. — 8.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | finitam vetuisse, „quia simoniaco et apostolicis praeceptis inobedienti nullus deberet obedire“. (Epistolae huius ultima verba, quae in registro desiderantur, ex ms. 188 fol. 87 bibl. S. Audomari praebent Duchet Additions et corrections au catal. des mss. de St.-Omer p. 14, Revue histor. I. 398, Neues Archiv VII. 162). (L. VII. ep. 16.) Jaffé Bibl. II. 406. — „Quod salutem et“. |
| Mart. 27. | Lateranis | 5158 Monasterii S. Cypriani Pictaviensis possessiones et privilegia confirmat, petente Rainaldo abbate. Archives hist. du Poitou III. 2, Anal. iur. pont. X. 414. — „Supernae miserationis“. |
| „ 27. | „ | 5159 Monasterii S. Roberti Casae-Dei bona iuraque confirmat, petente Seguino abbate. Inter alia statuit, ne clerici Arvernenses abbatis electioni sese intromittant neve in quibusdam festivitatibus locum cum fratribus in dormitorio vel in choro exigant. Mém. de l'acad. de Clermond-Ferrand XVII. 624, Mon. pont. Arverniae p. 50. — „Supernae miserationis“. |
| Apr. 4. | „ | 5160 Eremi Fontis-Avellanae possessiones confirmat, deque modo prioris eligendi constituit, petente Damiano „eremi provisore“. (Cf. supra 4983.) Pflugk-Harttung Acta II. 135. — „Superne miserationis“. |
| „ 12. | Romae | 5161 (3885) Wilielmum, archiepiscopum Ausciensem, de inobedientia obiurgat. Mandat, ut ex sententia Stephani cardinalis et Gerardi, episcopi Ostiensis, legatorum suorum, a Dodone, abbate Pezanensi, ecclesiam S. Mariae Dalmairacensem Petro, abbati Aureliacensi, restitui iubeat. (L. VII. ep. 18.) Jaffé Bibl. II. 408. — „Miramur prudentiam“. |
| „ 12. | „ | 5162 (3886) Omnibus in Bituricensi, Narbonensi, Burdigalensi provinciis constitutis significat, se monasterii Aureliacensis possessiones confirmasse, ablatasque restitui iussisse. Praecipit, ut „omnis, qui beneficium monasterii suscepisse cognoscatur, subiectionem et fidelitatem (Petro) abbati persolvat et servitium pro beneficio largiri non deneget, et ab exactione illicitae augmentationis desistat“. (L. VII. ep. 19.) Jaffé Bibl. II. 409. (Cf. notitiam ap. Deusdedit Coll. can. III. c. 149. p. 327: „E libro VII. c. 70 legitur b. Giraldus monasterium . . . Aureliacus b. Petro tradidisse sub annua pensione X solidorum.“) — „Clamor abbatis“. |
| „ 17. | „ | 5163 (3887) Manassi Remensi (archiepiscopo) significat, deiectionis sententiam, ab (Hugone) episcopo Diensi, legato suo, in concilio Lugdunensi in eum prolatam, sese in synodo Romana confirmasse. Nihilosecius conditionibus quibusdam permittit, ut usque ad festivitatem S. Michaelis (29. Sept.) noxam purget. (L. VII. ep. 20.) Jaffé Bibl. II. 411. — „Sciat fraternitas tua“. |
| „ 19. | „ | 5164 (3888) Aconum (seu Araldum), regem Danorum, hortatur, ut in devotione erga b. Petrum perseveret, patrisque (Sueini), cuius mortem luget, virtutes imitetur. Monet, ecclesias defendat, sacerdotes colat, iustitia misericordiaque utatur. Caveri vult, ne Dani „intemperiem temporum, corruptiones aeris, quascunque molestias corporum ad sacerdotum culpas transferant“, aut „in mulieres ob eandem causam quicquam impietatis faciant“. (L. VII. ep. 21.) Jaffé Bibl. II. 412. — „Quoniam vestrae“. |
| „ 24. | „ | 5165 (3889) Arnaldo, episcopo Cenomanensi, reddit officium episcopale, a legato suo (Amato episcopo Ellorensi) interdictum. Mandat, ut Rainaldum abbatem pellat, Iohelique monasterium (S. Petri de Cultura) restituat. (L. VII. ep. 22.) Jaffé Bibl. II. 414. — „Episcopale officium“. |
| „ 24. | „ | 5166 (3890) Guillelmo, regi Anglorum, scribit de suo erga eum studio. Hortatur, ut sibi obediat. Legatis eius se plura mandasse, nunciat. Addit de (Arnaldo) episcopo Cenomanensi in integrum restituto. (L. VII. ep. 23,) Jaffé Bibl. II. 414. — „Notum esse tibi“. |
| Mai. 8. | Lateranis | 5167 (3891) Willelmum, abbatem Hirsaugiensem, laudat, quod monasterii S. Salvatoris Schaffhusensis curam susceperit. Monasterii privilegia possessionesque confirmat. (L. VII. ep. 24.) Jaffé Bibl. II. 417: „VIII. Id. Maii“. (Fickler Quellen und Forsch. p. 21, Quellen z. Schweizer Gesch. III. 1. 20: „V. N(on). Mai“. Tabula in archivo Schaffhusensi asservata non est autographon, sed ad instar eius saeculo XII ex. facta. Vidi eam, cum ante aliquot annos Berolinum missa esset. „V. N.“ errore eius, qui tabulam scripsit, ex „VIII“ autographi ortum esse, vocemque „Idus“ excidisse, apud me constat). — „Quoniam pervenit“. |

80*

| | | |
|---|---|---|
| | | **1080.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 7. — 30. Iun. — 8.)* |
| Mai. 8. | Romae | 5168 (3892) Guilielmum, regem Anglorum, docet, ipsi obediat oportere. (L. VII. ep. 25.) Jaffé Bibl. II. 419. — „Credimus prudentiam". |
| „ 8. | „ | 5169 (3893) Mathildi, reginae Anglorum, promittenti munera respondet, se ab ea nihil poscere praeter castam vitam, egentium curam, religionem, humanitatem. (L. VII. ep. 26.) Jaffé Bibl. II. 420. — „Ingenuitatis vestrae". |
| „ 8. | „ | 5170 (3894) Robertum, filium (Wilhelmi), regis Anglorum, hortatur, ut parentes veneretur, improborumque consilia fugiat. (L. VII. ep. 27.) Jaffé Bibl. II. 420. — „Certi rumores". |
| Mai. Iun. | | 5171 (3895) R(offredo), archiepiscopo Beneventano, mandat, ut, adhibito (Desiderio) abbate Casinensi, in Macharium, ex Armenia pulsum, haeresisque a (Gregorio) archiepiscopo Simadensi accusatum, quaestionem habeat, eumque, nisi resipuerit, ex archiepiscopatu eiiciat. (L. VII. ep. 28.) Jaffé Bibl. II. 421. — „Fraternitati tuae". |
| Iun. 3. | Transtiberim | ecclesiae S. Caeciliae altare dedicat. Vide titulum ap. Forcella Iscrizioni II. 19. |
| „ 6. | | 5172 (3896) G(regorio), archiepiscopo Simadensi, scribit, cum dolore se accepisse, Armenorum ecclesiam a Romana caerimoniis et dogmatibus quibusdam dissentire. Litteras postulat. Monet, ne Graecorum garrulitate moveatur. (L. VIII. ep. 1.) Jaffé Bibl. II. 423. — „Summe sedis specula". |
| „ 10. | Ciperani | a Iordano, principe Capuano, iuramentum fidelitatis recipit. Deusdedit Coll. can. L. III. c. 159. („Actum Ind. II.") |
| „ 27. | „ | 5173 (3897) Hugonem, abbatem Cluniacensem, hortatur, coerceat Robertum monachum, „qui adversus b. Petri auctoritatem non timuerit insurgere et centum millia hominum, qui ad viam veritatis redire coepissent, in pristinum errorem reducere", et „Hispaniensi ecclesiae tantum periculum invexerit". (Adefonso) regi (Legionis et Castiliae), qui fraude eius deceptus „legatum Romanae ecclesiae indecenter tractaverit", significet, nisi culpam sanaverit, fore ut excommunicetur et „quotquot sint in partibus Hispaniae fideles S. Petri" in eum a sese sollicitentur. (L. VIII. ep. 2.) Jaffé Bibl. II. 428. — „Quanta impietas". |
| („) | („) | 5174 (3899) Adefonsum regem monet, ut Robertum pseudomonachum, consiliarium fallacem, amandet, connubium cum (Agnetis) uxoris consanguinea initum tollat, Richardi (abbatis Massiliensis) legati sui consilia sequatur. (L. VIII. ep. 3.) Jaffé Bibl. II. 430. — „Dici non potest". |
| („) | („) | 5175 (3900) Richardum (legatum suum), exsequendis mandatis impeditum, ad patientiam ac perseverantiam hortatur. Significat de litteris ad abbatem Cluniacensem missis. (L. VIII. ep. 4.) Jaffé Bibl. II. 432. — „Quia missis litteris". |
| „ 29. | „ | 5176 (3898) Robertum ducem „investit de terra, quam ei concesserunt Nicolaus et Alexander; de illa autem terra, quam iniuste tenet, sicut est Salernus et Amalfia et pars marchiae Firmanae, nunc eum patienter sustinet, in confidentia, ut postea exinde ita se habeat, sicut decet". (L. VIII. ep. 1b.) Jaffé Bibl. II. 428. — „Ego Gregorius". |
| Iul. 20. | „ | Inter Landulfum, Guirisii filium, et Mainardum presbyterum litem super ecclesia S. Magni componit. Vide tabulam ap. Pflugk-Harttung Acta II. 136. (Pro „pont. a. I". corr. „pont. a. VIII.") |
| „ 21. | Cicani | 5177 (3901) Episcopis, per Principatus et Apuliam et Calabriam constitutis, scribit, se sperare, fore ut Wibertus, in „satanae conventu" antipapa constitutus, praecipitetur. Monet, ut „orationibus, aliisque modis" sibi succurrant. (L. VIII. ep. 5.) Jaffé Bibl. II. 432. — „Fraternitatem vestram credimus". |
| „ 25. | | 5178 (3902) Episcopis in Apulia et Calabria commorantibus significat, placitum sibi esse, ut Michaeli, imperatori Constantinopolitano iniuste deiecto, a fidelibus S. Petri subveniretur. Mandat, hortentur milites, cum imperatore et Roberto duce transfretaturos, ut fidem iis praestent. (L. VIII. ep. 6.) Jaffé Bibl. II. 435. — „Notum esse prudentiae". |
| | | 5179 (3903) Episcopos ceterosque clericalis ac laicalis ordinis S. Petri fideles certiores facit de auxilio, a R(oberto Wiscardo) et Iordane (Capuano) aliisque tum Normannorum tum circa Urbem habitantibus tum Tusciae principibus promisso. Nunciat, se Ravennatis ecclesiae b. Petro restituendae causa post kalendas Septembres illo moturum. Hortatur, ut in fide perseverent. (L. VIII. ep. 7. Hanc et eam, quae infra n. 5186 notatur, epistolam a. 1081 datam esse, putat Dünzelmann in Forsch. z. d. Gesch. XV. 539.) Jaffé Bibl. II. 436. — „Notum sit dilectioni". |

**1080.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 7. — 30. Iun. — 8.)*

Sept. 18. Romae — 5180 (3904) Alfano, archiepiscopo Salernitano, de corpore b. Matthaei reperto gratulatur. Monet, ut R(obertum) ducem et eius coniugem (Sikelgaitam) ad colendum sanctum adhortetur. (L. VIII. ep. 8.) Jaffé Bibl. II. 437. — „Divinae pietatis".

„ 22. — 5181 (3905) Omnes archiepiscopos, episcopos, diversique ordinis ac potestatis clericos et laicos, in Teutonico regno morantes, illos dumtaxat, qui S. Romanae ecclesiae fideliter obediunt, hortatur, ne in officio claudicent. Iubet eos bono fortique animo esse. Inimicorum perniciem auguratur. (L. VIII. ep. 9.) Jaffé Bibl. II. 438. — „Quoniam nihil in".

5182 (3937a) Landricum, episcopum Matisconensem, reprehendit, quod „in confirmatione privilegii Cluniacensis ecclesiae" (Petro) episcopo Albanensi, legato suo, non obedierit. Praecipit, ut, „vocatis de melioribus monachis Cluni(ac)ensis ecclesiae ad communem locum inter Matisconem et Cluniacum, privilegium confirmet, et sic in episcopali officio restitutus populum valeat consolari". Negat se ecclesiae eius privilegia imminui passurum. Pacem cum (Hugone) abbate Cluniacensi servari vult, donec (Hugo) episcopus Diensis, vicarius suus, litem diremerit. Clericos, „qui contra (Petrum) Albanensem episcopum turbam fecerint et (Warmundum) archiepiscopum Viennensem, a Cluniaco revertentem, contumeliose invaserint, Cluniaci nudis pedibus ande altare S. Petri satisfacere" iubet. (Mediante anno 1080 scripta videtur epistola haec; Neumanno De S. Hugone, dissert. Vratislav. 1870, p. 31 mensis Martius vel Aprilis probabilis est.) Bullar. Cluniac. p. 21, Severtii Chronol. hist. II. 113, Jaffé Bibl. II. 564. — „Mirari valde".

†5183 H(ugoni Diensi) episcopo controversiam (Landrici) episcopi Matisconensis cum (Hugone) abbate Cluniacensi terminandam committit; „episcopo" inquit „multum condolentes, videntes in illo columbae simplicitatem, in abbate autem serpentis astutiam; neque ad dextram neque ad sinistram amplius declinare volumus, sed ex utroque unum temperamentum facere et secundum canones, quod iustum est, iudicare". Hortatur operam det, ut Landricus ius suum obtineat. (Epistolam a Matisconensibus confictam esse, et argumentum docet et dicendi genus.) Ragut Cart. de St.-Vinc. de Mâcon p. 17, (Fragm. praebet Petrus San-Iulianus Antiqu. Matiscon. p. 284, Neumann De S. Hugone, dissert. Vratisl. 1870. p. 29. not. 2). — „Causam Matisconensis".

Oct. 5. — 5184 (3906) Orzoccum, iudicem Caralitanum, laudat, quod W(ilhelmum), episcopum Populoniensem, legatum suum, reverenter tractaverit. Rogat, ne moleste ferat, quod Iacobum archiepiscopum (Caralitanum) coegerit, ut barbam Romano more raderet; ad idem faciendum omnem clerum Caralitanum impelli vult. Addit haec: „Nolumus latere, e nobis terram vestram a multis gentibus (a Normannis et a Tuscis ac Longobardis sed etiam a quibusdam ultramontanis) esse petitam: maxima servitia, si eam permitteremus invadi, fuisse promissa, ita ut medietatem totius terrae nostro usui vellent relinquere, partemque alteram ad fidelitatem nostram sibi habere; nemini in ea re unquam assensum dare decrevimus, donec ad vos legatum nostrum mittentes, animum vestrum deprehenderemus. Igitur nulli terram vestram vi ingrediendi licentia dabitur". (L. VIII. ep. 10.) Jaffé Bibl. II. 440. — „Gratias omnipotenti Deo".

„ 4. — 5185 (3907) I(nge), regi Sueonum, scribit, gaudere se, quod nonnulli sacerdotes Gallicani regnum eius ingressi sint. Episcopum aut clericum mitti ad sese cupit, qui mandata apostolica suscipiat. (L. VIII. ep. 11.) Jaffé Bibl. II. 440. — „Quoniam regni".

„ 15. — 5186 (3908) Episcopos, abbates, clericos atque laicos, in marchia Tuscana, Firmana et in exarchatu Ravennati constitutos, hortatur, quaerant, qui sufficiatur in locum Wiberti, archiepiscopi Ravennatis, in synodo Romana „iam ex triennio gladio anathematis sine spe recuperationis percussi". (L. VIII. ep. 12.) Jaffé Bibl. II. 441, (cf. notam ad 5179). — „Prudentiae vestrae".

„ 15. — 5187 (3909) Clericos et laicos Ravennates monet, ut novum archiepiscopum in Wiberti locum subrogent. (L. VIII. ep. 13.) Jaffé Bibl. II. 443. — „Credimus non latere".

5188 H(uberto), episcopo Tarvannensi, mittit „salutem et apostolicam benedictionem, si decretis apostolicis scienter non resistit". Graviter eum increpat, „quod clericorum fornicationi consenserit . . . (et) pueris illorum, qui huic iniquitati consentire noluerint, baptismum interdixerit et mortuis sepulturam". Quod corrigi iubet. Praecipit, ut ad synodum „in prima hebdomada quadragesimae" (21—27. Febr.) celebrandam

| | | |
|---|---|---|
| | | **1080.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 7. — 30. Iun. — 8.)* |
| | | veniat. (Epistolam hanc non ante ep. 5157 scriptam esse, ut putat Giry in Revue histor. I. 397, probavi in) Neues Archiv VII. 162. — „Clamor et querimonia". |
| Dec. 11. | | 5189 (3910) Episcopos, abbates, comites, milites in paroecia Ravennati et in Pentapoli, nec non et in marchia Firmana et in ducatu Spoletino commorantes, hortatur, ut R(ichardo), archiepiscopo ecclesiae Ravennati a sede Romana praefecto, opem ferant contra Wibertum. (L. VIII. ep. 14.) Jaffé Bibl. II. 444. — „Notum vobis esse". |
| „ 12. | | 5190 (3911) Omnibus in episcopatu Valvensi habitantibus praecipit, ut pro invasore habeant Transmundum, qui, ob episcopatum sine ratione dimissum a sese iussus in monasterium Casinense secedere, ad episcopatum redierit. Iohannem subdiaconum, legatum suum, commendat. (L. VIII. ep. 15.) Jaffé Bibl. II. 446. — „Transmundus vester". |
| „ 23. | | 5191 (3912) R(aimundum S. Aegidii) et B(ertrandum Tolosanum) comites hortatur, ut Dalmatio, archiepiscopo Narbonensi, opitulentur contra (Petrum) ecclesiae invasorem. (L. VIII. ep. 16.) Jaffé Bibl. II. 446. — „Quantum domus". |
| („ 23.) | | 5192 (3913. 3964) Clerum, vicecomitem Aymericum et universum populum Narbonensem hortatur, ut Dalmatio, archiepiscopo ab apostolica sede constituto, obediant; alioquin fore, ut excommunicationis sententia, per legatos suos in synodo Tolosana promulgata, a sese confirmetur. Catel Mém. de Languedoc p. 752, Jaffé Bibl. II. 563, (Mansi XX. 621). — „Apostolicam benedictionem" („Sicut novit prudentia"). |
| „ 27. | | 5193 (3914) Clerum populumque Remensem hortatur, ut, adhibito (Hugone) episcopo Diensi, in locum Manassis, suorum decretorum contemptoris damnati et excommunicati, alium archiepiscopum eligant. (L. VIII. ep. 17.) Jaffé Bibl. II. 447. — „Non dubitamus". |
| „ 27. | | 5194 (3915) Ebolo comiti (de Roceio) praecipit, ut Manassi, deiecto archiepiscopo Remensi, obsistat, successorique eligendo auxilium ferat. (L. VIII. ep. 18.) Jaffé Bibl. II. 448. — „Sicut prudentia". |
| „ 27. | | 5195 (3916) Episcopos ecclesiae Remensis suffraganeos obedientia Manassis solvit. Mandat, ut successorem eligendum curent. (L. VIII. ep. 19.) Jaffé Bibl. II. 449. — „Notum esse fraternitati". |
| „ 27. | | 5196 (3917) Philippi, Francorum regis, iuventuti peccata condonat, eumque ad virtutem hortatur. Monet, ne Manassi, remoto archiepiscopo Remensi, favorem praestet, neu successoris electionem impediri patiatur. (L. VIII. ep. 20.) Jaffé Bibl. II. 451. — „Saeper per nuncios". |
| | | **c. 1080.** |
| | | 5197 (3918) R(odulfo), archiepiscopo Turonensi, et E(usebio), episcopo Andegavensi, mandat, ut B(erengarium) sacerdotem a F(ulconis), comitis Andegavensis, aliorumque iniuriis defendant. Roye Vita Berengarii p. 75, Bouquet Rec. XIV. 637, Jaffé Bibl. II. 564. — „Audivimus F(ulconem)". |
| | | **1081.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 8. — 30. Iun. — 9.)* |
| Febr. 4. | Laterani | 5198 (3919) Sedem episcopalem Vibona Miletum, petente Rogerio glorioso comite, translatam, et Arnulphum episcopum a sese consecratum confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta.) Capialbi Mem. della chiesa Milet. p. 113, Bisogni Hipp. p. 80. — „Supernae miserationis". |
| „ 21-27. | Romae in basilica Salvatoris | Synodus, in qua Gregorius 1) (Aicardi) Arelatensis et (Petri) Narbonensis archiepiscoporum excommunicationem, a legatis apostolicis promulgatam, confirmat; 2) Heinricum regem et omnes fautores eius iterum excommunicat; 3) Ildimundum et Landum, tyrannos Campaninos, anathematizat; 4) episcopos quosdam, qui vocati ad synodum non venerant, a munerum administratione removet. Synodum cum sciamus in „primam quadragesimae hebdomadam" indictam fuisse (vide ep. 5188), Actaque in Reg. L. VIII inter ep. 20 et 21, Jaffé Bibl. II. 452, posita sint, celebratam eam esse inter 21. et 27. Febr., non est cur dubitetur. |
| Mart. 4. | Laterani | 5199 (3920) Monasterium S. Zenonis Pisanum tuendum suscipit et eius privilegia confirmat, petente Leone abbate. Ughelli It. sacr. III. 364, Mittarelli Ann. Cam. III. app. 26, Cocqu. II. 57, Migne 148 p. 698. — „Supernae miserationis". |

**1081.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 8. — 30. Iun. — 9.)*

Mart. 10. †5200 (3987) Ecclesiae S. Pauli Romanae possessiones ac privilegia confirmat. (Bulla falsa, cf. Pflugk-Harttung Iter p. 80. In clausula ap. Margarini cet. legitur: „Scr. p. m. Beniamin not. sacr. palatii in m. Martio die XIIII. Inditione". Sed in codd. quibusdam est: „. . . die X. quarta indictione", cf. Neues Archiv III. 155.) Margarini Bull. Cas. II. 107, Migne 148 p. 722; Dissert. della pont. acad. Rom. di archeol. XV. 209, cf. Arch. della soc. Rom. di stor. patria I. 55. — „Quotiescunque tibi".

„ 15. 5201 (3921) Herimanno, episcopo Metensi, uberius respondet de „illorum insania, qui nefando ore garriant, auctoritatem sanctae et apostolicae sedis non potuisse regem Henricum, hominem Christianae legis contemptorem, ecclesiarum videlicet et imperii destructorem atque haereticorum auctorem et consentaneum, excommunicare, nec quemquam a sacramento fidelitatis eius absolvere". (L. VIII. ep. 21.) Jaffé Bibl. II. 453, (Bruno De bello Sax. c. 73 in MG. SS. V. 356, ed. Wattenbach p. 50, Hugonis Flav. chron. ibid. VIII. 453, cf. Ewald Walram v. Naumburg p. 37). — „Quod ad perferendos".

5202 (3922) A., „dilectissimam in Christo filiam" (reginam), hortatur, ut coelestia petat, regemque ad virtutem inducat. (L. VIII. ep. 22.) Jaffé Bibl. II. 467. — „Quia ob reverentiam".

5203 (3923) P(etro), episcopo Albanensi, et G(isulfo), principi Salernitano, legatis suis, scribit: „dicendum esse omnibus Gallis et praecipiendum, ut unaquaeque domus saltem unum denarium annuatim solvat b. Petro". „Nam Karolus imperator" inquit „sicut legitur in thomo eius, qui in archivio ecclesiae b. Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille et ducentas libras ad servitium apostolicae sedis, id est Aquisgrani, apud Podium S. Mariae et apud S. Aegidium; idem vero magnus imperator Saxoniam obtulit b. Petro, cuius eam devicit adiutorio, et posuit signum devotionis et libertatis, sicut ipsi Saxones habent scriptum et prudentes illorum satis sciunt". (L. VIII. ep. 23. Ad a. 1084 referendam esse epistolam, suspicatur Giesebrecht III. 1165.) Jaffé Bibl. II. 468. — „Vobis commissa".

5204 (3924) W(illelmum), archiepiscopum Rotomagensem, reprehendit, quod nondum ad sese venerit, nec legatos suos adierit. Praecipit, ne aut episcopos aut ecclesias ante consecret, quam pallium impetraverit. (L. VIII. ep. 24 [al. IX. 1].) Jaffé Bibl. II. 469. — „Litterae, quas nobis".

5205 (3925) A(defonso), regi Hispaniae, scribit de suis detractoribus iustitia sua irritatis. Gaudet de Romano ritu in ecclesiis regni eius recepto. De (Constantia) uxore eius ac de abbatia S. Secundi (leg. S. Facundi Sahagunensi) se per R(ichardum) cardinalem, legatum suum, et per Simeonem episcopum (Burgensem) responsurum. Hortatur, ut in archiepiscopo (Toletano) eligendo consilium abbatis Massiliensis, legati sui, adhibeatur; neu Iudaeos sinat in Christianos dominari. De munere misso gratias agit. (L. VIII. ep. 25 [al. IX. 2].) Jaffé Bibl. II. 470. — „Non ignorat prudentia".

5206 (3925a) A(ltmanno), episcopo Pataviensi, et W(illelmo), abbati Hirsaugiensi, nunciat, mortuo R(odulfo) rege, a suis se admoneri, ut H(einricum), „cui ferme omnes Italici faveant", in gratiam recipiat. Mandat, M(athildem) certiorem faciant, futurumne sit, ut ei subsidia ex Germania mittantur. Heinricus si Longobardiam intraverit, W(elphonem) ducem (Bavariae) factae sibi fidelitatis commonefieri vult. Sperat, fore ut Italici ab Heinrico abalienentur. In novo rege eligendo cautionem adhiberi iubet, iurisiurandique ab eo faciendi formulam addit. Sacerdotes „tum proter populorum turbationes, tum etiam propter bonorum inopiam" hoc tempore indulgentia tractandos esse. In synodo nuper celebrata se omnes excommunicatos iterum excommunicasse. (L. VIII. ep. 26 [al. IX. 3].) Jaffé Bibl. II. 473, (Formula iuramenti in litteris memorata exstat etiam ap. Deusdedit Coll. can. IV. c. 161. p. 502). — „Prudentiae vestrae ex".

5207 (3926) D(esiderio), abbati Casinensi, mandat, quaerat ex Roberto duce, utrum ipse an filius post pascha (post 4. Apr.) auxilio sibi venturus sit, ac si id fieri nequeat, quot milites mittere cogitet; praeterea, num diebus quadragesimalibus, „quibus Normanni soleant pugna vacare", velit secum aut cum legato suo, seditiosorum quorumdam opprimendorum causa, „ad aliquas terras b. Petri competenter instructus accedere". Admoneri ducem iubet, ut nepotem, Robertum de Loritello, invadendis sedis Romanae possessionibus prohibeat. Addit haec: „De novis ultramontanis nihil

**1081.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 8. — 30. Iun. — 9.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | certi habemus, excepto quod, Henricum nunquam se infelicius habuisse, pene omnes illinc advenientes affirmant". (L. VIII. ep. 27 [al. IX. 4].) Jaffé Bibl. II. 477. — „Satis novit dilectio". |
| | | 5208 (3927) Hugoni Diensi et A(mato Ellorensi) episcopis scribit, relatum sibi esse, praeter (Willelmum) archiepiscopum Rotomagensem omnes Normannorum pontifices, quod vocati ad concilium non venissent, per eos a munerum administratione remotos esse. Quos iubet in integrum restitui. „(Willelmus) rex Anglorum" inquit „caeteris regibus se satis probabiliorem ac magis honorandum ostendit; unde non indignum debet existimari, potestatem illius mitius esse tractandam atque subditorum et eorum, quos diligit, negligentias ex parte fore portandas". (L. VIII. ep. 28 [al. IX. 5].) Jaffé Bibl. II. 478. — „Perlatum nobis est". |
| | | 5209 (3929) Ecclesiam S. Petri, in villa Maskarans (dioec. Pictaviensis) sitam, tuendam suscipit, promittentibus eis, „qui circa eundem locum sibi aedificant, sese pro unaquaque domo censum annualiter octo nummorum Pictaviensium persoluturos". (L. VIII. ep. 30 [al. IX. 7].) Jaffé Bibl. II. 481. — „Notum sit vobis". |
| Apr. 8. | | 5210 (3930) (Dominicum Silvium) ducem et gentem Venetorum laudat, quod sedem apostolicam venerari incipiant. Hortatur, ut excommunicatos caveant. Negat se eorum optata explere hoc tempore posse. (L. VIII. ep. 31 [al. IX. 8].) Jaffé Bibl. II. 482. — „Quantum nos ex". |
| „ 18. | Romae | 5211 (3928) R(ichardo), cardinali sacerdoti, abbati Massiliensi, et eius successoribus curam monasteriorum Montis-maioris et S. Mariae Crassensis demandat. (L. VIII. ep. 29 [al. IX. 6].) Jaffé Bibl. II. 479; Coll. des cartul. IX. 214: ex cartulario S. Victoris Massiliensi, cum clausula uberiore. — „Licet apostolici nos". |
| („ 18.) | („) | 5212 Fratres S. Petri Montis-maioris de superiore epistola certiores reddit. Praecipit, ut Richardo cardinali et abbati Massiliensi obediant. Coll. des Cartulaires IX. 254. — „Notum sit vobis". |
| „ 18. | „ | 5213 Richardo, cardinali sacerdoti atque abbati Massiliensi, subiicit monasterium Psalmodiense, in dioecesi Nemausensi situm. Ex archetypo in tab. Massiliensi asservato dedit H. Bresslau. — „Licet apostolici nos". |
| „ 18. | „ | 5214 Monasterii S. Victoris Massiliensis tutelam suscipit, bonaque et iura ac immunitatem confirmat, petente R(ichardo) cardinali sacerdote et abbate. Coll. des Cartulaires IX. 210. — „Supernae miserationis respectu". |
| „ 18. | „ | 5215 Fratribus S. Victoris Massiliensibus ecclesias quasdam in Nemausensi episcopatu sitas, asserit. Coll. des Cartulaires IX. 252. — „Potestatem ligandi". |
| „ 28. | Lateranis | 5216 (3931) T(ebaldi Blesensis et Campaniensis?) comitis erga sedem apostolicam studium laudat. Monet, ut excommunicatos fugiat. (L. VIII. ep. 32 [al. IX. 9].) Jaffé Bibl. II. 483. — „Quoniam devotionem". |
| | | 5217 (3932) A(ltmanno), episcopo Pataviensi, vicario in Teutonicis partibus suo, mandat, ut H(einrici regis) socios de (Gebehardi) archiepiscopi Salzburgensis caeterorumque episcoporum consilio ad virtutem revocet. (Bennonem) episcopum Osnabrugensem, sibi propensum, benigne suscipiat, litemque componat inter eundem et (Frithericum) abbatem Corbeiensem. (L. VIII. ep. 33 [al. IX. 10].) Jaffé Bibl. II. 484. — „Quia vicem nostram". |
| | | 5218 (3933) D(esiderio), cardinali S. Petri et abbati Casinensi, nunciat, Heinricum regem in suburbanis Ravennae cum parva ultramontanorum et Longobardorum manu morari, Romam circa pentecosten (23. Maii) venturum. Affirmat, se „magis mortem suscipere paratum esse, quam impietatibus eorum assensum praebere". A Mathilda comitissa rumorem hunc sibi significatum esse: „regem placitum cum R(oberto) duce habere, videlicet hoc, ut (Conradus) filius regis filiam ipsius ducis accipiat et rex duci Marchiam tribuat". Mandat, rem cognoscat, ad seque quam primum veniat. (L. VIII. ep. 34 [al. IX. 11].) Jaffé Bibl. II. 485. — „Fraternitatem tuam". |
| | | 5219 P. abbati Ficiclensi et R. praeposito Campomaldi, rogantibus ut Ugicio, Bulgarelli filius, excommunicationis vinculo liberetur, respondet, non esse Rom. ecclesiae morem, iuste excommunicatos absolvere, nisi culpam agnoverint veniamque petierint; illum vero, qui conspirationis Lucensium particeps fuerit (cf. Jaffé Bibl. II. 307) et Anselmum episcopum, legaliter ordinatum, de ecclesia sua expelli permiserit, se „iniuste et ob alicuius gratiam" excommunicatum esse dicere et culpam suam confiteri nolle. |

**1081.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 8. — 30. Iun. — 9.)*

Si poenituerit, fore ut inter sanctae ecclesiae membra recipiatur. Neues Archiv IV. 403. — „Petivit religio vestra".

Mai. 21. Romae — in Crescentii castello „sexta feria ante pentecosten", dum Heinricus rex castra ante urbem ponit. Benzonis ep. Albens. L. VI. praef. in MG. SS. XI. 656.

Aug. 25. — iusiurandum fidelitatis a Bertramno comite Provinciae recipit. (L. VIII. ep. 35 [al. IX. 12].) Jaffé Bibl. II. 486; Hist. de Languedoc II. Pr. p. 313, ubi clausula chronologica affertur ex tabula archivi S. Victoris Massiliensis.

Oct. 24. — 5220 (3934) Hu(goni) episcopo (Diensi) praecipit, ut archiepiscopum Lugdunensem quam primum eligendum curet, neve, si vir idoneus nequeat inveniri, oblatum archiepiscopatum suscipere dubitet, „imitando" inquit „b. Petrum apostolum, qui de minori ecclesia Antiochena translatus est in Romanam". (L. VIII. ep. 41 [al. IX. 18].) Jaffé Bibl. II. 492. — „Summopere procurandum".

5221 (3936) I(nge) et A(lstano), Wisigothorum (Sueonum) regibus, de gente eorum ad Christianam fidem nuper adducta gratulatur. Concordiam suadet. Hortatur, ut „ecclesiis honorem, pauperibus vel afflictis compassionem, sacerdotibus, praecipueque episcopis, reverentiam et obedientiam, quasi patribus, procurent impendere, nec non et decimas dare, totique regno indicare". Frequentes legatos mitti cupit. (L. VIII. ep. 37 [al. IX. 14].) Jaffé Bibl. II. 488. — „Frater noster, episcopus".

Dec. 4. Lateranis — 5222 (3937) H(ugoni), episcopo Diensi, significat, (Gosfridum) Parisiensem et (Gosfridum) Carnotensem episcopos venisse Romam querentes, quod posterior ab eo iniuste excommunicatus deiectusque sit. Praecipit, ut ad sese aut ipse accedat, aut nuncium cum litteris mittat. (L. VIII. ep. 38 [al. IX. 15].) Jaffé Bibl. II. 489. — „Frater et episcopus".

5223 Fratribus S. Mariae Urbionensibus (vel Crassensibus) scribit, sese R(ichardo) legato suo nullam dominationem in eorum monasterio dedisse, sed hoc ei concessum esse, ut, si a monastica religione discederent, eos corrigeret. Praecipit, ut Dalmatio archiepiscopo (Narbonensi) tamquam abbati obediant, „ut, sicut ante episcopalem ordinationem subditi ei fuerint, ita deinceps regimini et magisterio eius subdantur". Dalmatium, cum archiepiscopatum suum in pace habiturus sit (cf. supra 5191. 5192), ad sese venturum fratrumque quosdam adducturum esse, addit. (Tempus patet ex 5211.) Bibl. de l'éc. des chartes XXXV. 1874. p. 433. — „De controversia, que".

**1082.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 9. — 30. Iun. — 10.)*

5224 (3938) Clero populoque Carnotensi (Gosfridum) episcopum, de simonia ceterisque criminibus purgatum, remittit. Quem ut reverenter tractent, monet. (L. VIII. ep. 39 [al. IX. 16].) Jaffé Bibl. II. 490. — „Quod episcopum vestrum".

5225 (3939) R(obertum) ducem hortatur, ut, cuius auxilio victoriam adeptus sit, b. Petro gratum se praebeat, quaeque promiserit, exsolvat. Ecclesiae Romanae, ab Heinrico, „dicto rege", vexatae, subveniat. Addit haec: „Dubitavimus hic sigillum plumbeum ponere, ne si illud inimici caperent, de eo falsitatem aliquam facerent". (L. VIII. ep. 40 [al. IX. 17].) Jaffé Bibl. II. 491. (Cf. Giesebrecht Gesch. d. d. K. III. 1159: c. pascha 1082.) — „Quod gesti belli".

5226 R(odulfo), archiepiscopo Turonensi, praecipit, ut, postposito timore (Fulconis) comitis Andegavensis, electum Cenomanensem (Hoëlum) consecrare ulterius non recuset, nisi canonica ratio obviet; alioquin fore ut ab alio consecretur et „Turonensis ecclesia honoris sui detrimentum sentire incipiat". (Epistola haec non ita multo ante epp. 5231. 5232 scripta videtur.) Bibl. de l'éc. des chartes VI. sér. I. (1865) p. 559, Anal. iur. pont. X. 417. — „Audivimus quod".

5227 Hugoni et ceteris clericis S. Radegundis Pictaviensis praecipit, ut compositionem inter eos et abbatissam S. Crucis ab (Amato Elorensi et Hugone Diensi episcopis) apostolicae sedis legatis „anno priore" factam observent. (Tabula legatorum in Anal. iur. pont. X. 413 data est in concilio Sanctonensi, quod a. 1081 celebratum esse docet Hefele Conciliengesch. V. 143.) Anal. iur. pont. X. 413, Pflugk-Harttung Acta I. 52. — „Pervenit ad audientiam".

5228 (3941) In L(anfrancum), archiepiscopum Cantuariensem, invehitur, quod saepe invitatus ad sese non venerit. Proposita muneris interdictione, praecipit, ut „festo omnium sanctorum" (1. Nov.) Romae praesto sit. (L. VIII. ep. 43 [al. IX. 20].)

**1082.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 9. — 30. Iun. — 10.)*

Jaffé Bibl. II. 494. (Epistola haec ad a. 1082 referenda est, cum Lanfrancum praecepto papae paruisse ac die 6. Ian. 1083 iam in gratiam eius rediisse, colligere liceat ex bulla 5256 infra notata. Non recte igitur, ut videtur, Giesebrecht III. 1159 anno 1083 eam ascribit.) — „Saepe fraternitatem“.

Mai. 4. Romae. Synodus, in qua, quaestione ventilata, utrum bona ecclesiarum impignorari deberent pro colligendis opibus contra Guibertum invasorem, statutum est: „sacras res ecclesiarum nullatenus in militia seculari exponendas, nisi in alimonia pauperum, in sancto usu rerum divinarum et in redemptione captivorum“. Mansi XX. 577, (ibid. p. 526 synodus haec anno pont. sexto celebrata esse dicitur).

5229 (3942) Omnes episcopos, abbates, clericos et laicos apostolicae sedis fideles ad patientiam et fortitudinem spemque excitat. (L. VIII. ep. 44 [al. IX. 21]. Ultimo vitae tempore Gregorium VII. hasce litteras dedisse, putat Giesebrecht III. 1165.) Jaffé Bibl. II. 495. — „Scimus, fratres“.

**1082?**

5230 (3943) C(entullum) comitem (Bearnensem, vide supra ep. 5111), episcopo, qui cum ob illicitum coniugium excommunicaverat, inimicitias inferentem, hortatur, ut et ablata episcopo restituat, et in Hugonis, episcopi Diensis, et Richardi, legatorum suorum, synodo se sistat. Munera missa non accipit. (In Codice Vatic. manu saec. XIII. additum hoc est: „Haec similiter epistola debuit in superioribus scribi“.) (L. VIII. ep. 45 [al. IX. 22].) Jaffé Bibl. II. 496. — „Dolemus satis“.

5231 (3944) Abbatibus, clericis et laicis archiepiscopatus Turonensis et episcopatus Andegavensis praecipit, ut et (Fulconis) comitis Andegavensis, qui excommunicatus (Rodulfum) archiepiscopum Turonensem expulerit, societate abstineant, et archiepiscopo obediant. B. abbati Sanctae M. (al. S. Mariae, al. Bartholomaeo abb. Maiorismonasterii) mandat, ut litteras suas ad canonicos S. Martini (al. Mauritii) perferendas curet. (L. VIII. ep. 46 [al. IX. 23].) Jaffé Bibl. II. 498. Cf. ea, quae ad illustrandam epistolam hanc annotavit Coustant in Anal. iur. pont. X. 416. — „Notum vobis esse“.

5232 (3945) Canonicis S. Martini Turonensibus excommunicatis salutem apostolicam denegat, „quia legatis suis et (Rodulfo) archiepiscopo non obedierint, sed insuper eum expulerint“. Sub anathematis poena hortatur, ut ad archiepiscopi obsequium redeant, bona et archiepiscopo et S. Mauricii canonicis ablata restituant, legatis suis obediant, Fulconis comitis (Andegavensis) excommunicati societatem vitent. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 176, Bouquet Rec. XIV. 654, Jaffé Bibl. II. 565. — „Quia legatis nostris“.

5233 (3946) R(ogerio) comiti (Siciliae et Calabriae) respondet, quod petierit, fieri non posse, antequam U(rsus), archiepiscopus Barensis, et W., episcopus Firmanus, et W., legatus suus, habita quaestione cognoverint, episcopi Melitensis consecrationem non pertinere ad archiepiscopum Rhegitanum. (Robertum) electum Traianensem (Troinensem), ut consecretur, mitti ad sese concedit. (L. VIII. ep. 47 [al. IX. 24].) Jaffé Bibl. II. 499. — „Non dubitet prudentia“.

5234 (3947) H(erveum), archiepiscopum Capuanum, ceterosque principatuum episcopos iubet forti animo esse. Hortatur, ne excommunicatis communicent. Haec addit: „Si quis vestrum, impiorum pressuram ferre non valens, cupit secedere, nobis non displicet; huiusmodi ergo vel in potestatem (Roberti Wiscardi) ducis gloriosi vel fratris eius (Rogerii comitis) poterit ire, aut, si ad nos venire maluerit, nos eum libenter suscipiemus“. (L. VIII. ep. 48 [al. IX. 25].) Jaffé Bibl. II. 500. — „Congratulamur dilectioni“.

5235 (3948) I(ohanni), archiepiscopo Neapolitano, mandat, ut (Sergium) magistrum militum ceterosque Neapolitanos a Iordani (principis Capuani) anathematizati societate avertat. (L. VIII. ep. 49 [al. IX. 26].) Jaffé Bibl. II. 501. — „Non ignorat prudentia“.

5236 (3949) Herimanno, ecclesiae Romanae cardinali, mandat, ut de electo Corsicano, consecrationem a sese petente, renunciet. (L. VIII. ep. 50 [al. IX. 27].) Jaffé Bibl. II. 502. — „Gratias omnipotenti Deo“.

**1082?**

5237 (3950) Clericos et laicos, qui non tenentur excommunicatione, hortatur, dent operam, ut generalis synodus „in loco tuto et securo" possit a sese congregari, in qua tum exquiratur, quis conficiendae pontificatus regnique paci obstiterit, tum pax ipsa componatur. Affirmat, „Rodulfum non suo praecepto sive consilio regnum tunc suscepisse; insuper etiam se in synodo decernentem firmavisse, nisi archiepiscopi et episcopi, qui illum ordinavissent, hoc factum recte defendere possent, tam ipsos a dignitatibus suis, quam et praefatum Rodulfum a regno deponere". „Si enim" inquit „Heinricus, rex dictus, et pars eius obedientiam, quam promiserat nobis, servasset, non tot mala evenissent". (L. VIII. ep. 51 [al. IX. 28]. Quo anno data sit epistola haec, difficile dictu est. Giesebrecht G. d. d. K. III. 1162 anno 1084, Stenzel Gesch. Deutschl. unt. d. fr. K. I. 483 anno 1083 eam attribuit.) Jaffé Bibl. II. 503. — „Notum facimus vobis".

5238 (3951) R(ichardum), ecclesiae Romanae cardinalem et abbatem Massiliensem, ad tuendam canonicam S. Saturnini Tolosanam hortatur. (L. VIII. ep. 52 [al. IX. 29].) Jaffé Bibl. II. 504. — „Non ignorat prudentia".

5239 (3952) R(ichardo), ecclesiae Romanae cardinali et abbati Massiliensi, praecipit, ut excommunicatos monachos Moissiacenses absolvat. Baluzii Misc. III. 7, Bouquet Rec. XIV. 659, Mansi XX. 626, Jaffé Bibl. II. 566. — „Pervenit ad nos".

5240 (3956) H(ugonem) episcopum (Diensem, post Lugdunensem) inter clericos Augustodunenses et monachos Floriacenses, de monasterio S. Symphoriani litigantes, iudicem constituit. (Gosfridum) episcopum Carnotensem quare in pristinum restituerit, ostendit. (L. VIII. ep. 54 [al. IX. 31].) Jaffé Bibl. II. 507. — „Clerici quidam".

5241 (3963) U(goni), episcopo Diensi, et R(ichardo) cardinali et abbati (Massiliensi) mandat, ut inter W(illelmum), archiepiscopum Ausciensem, et A(matum), episcopum Elloronsem, legatum suum, et R(aimundum), episcopum Vasatensem, atque ecclesiam Aquensem, quacum illi de ecclesiis quibusdam litigent, iudicium faciant. Jaffé Bibl. II. 570, Bouquet Rec. XIV. 186. — „Aquensis archidiaconus".

5242 (3953) R(obertum), comitem Flandrensium, monet, ne Lamberto, simoniaco ecclesiae Tarvannensis invasori, opem ferat. Iuramento, quod Philippo, regi Francorum, praestiterit,' ad Lambertum iuvandum ne adducatur; etenim „perniciosius esse", ait „illum, per quem iuretur, quam cui iuretur, et deum, quam hominem offendere". Ita addit: „Plumbeo sigillo idcirco signari litteras istas noluimus, ne si forte caperentur ab impiis, eodem sigillo possit falsitatis quippiam fieri". (Haec et ea, quae sequitur, epistola aut exeunte a. 1082 aut ineunte 1083 scripta videtur; cf. ep. 5245.) Jaffé Bibl. II. 567, Gall. Chr. X. Inst. p. 393, Bouquet Rec. XIV. 656, Mansi XX. 370. — „Notum tibi esse".

5243 (3955) O. et E(ustachio, advocato Morinensi), militibus Tarvanensibus, qui ecclesiam diripuerint et Lambertum, „dictum" episcopum, mutilaverint, sub excommunicationis poena praecipit, ut (Hugoni) archiepiscopo Lugdunensi et (Hugoni) abbati Cluniacensi, legatis suis, se sistant. (L. VIII. ep. 53 [al. IX. 30].) Jaffé Bibl. II. 506. — „Intolerabilis audaciae".

**1073—1083.**

Dec. 15. | Laterani | 5244 G(aspardo) abbati Brivatensi sub interdicti poena praecipit, ut fratribus Lirinensibus ablatam S. Iusti ecclesiam „usque ad proximam Christi resurrectionem" restituat vel ad archiepiscopum Arelatensem statuto termino iudicii causa accedat. (Huic epistolae quae sit fides adhibenda, exposui in Historisches Jahrbuch II. 112.) Pflugk-Harttung Acta I. 52, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 278. — „Clamorem fratrum".

**1083.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 10. — 30. Iun. — 11.)*

5245 (3935) R(oberto), comiti Flandrensium, scribit, audisse se, archidiaconum Tarvannensem, qui antea una cum cleri parte R. elegisset, contra Lambertum invasorem nunc ei alterum (Gerardum) superposuisse. Quam causam arbitrio H(ugonis) archiepiscopi Lugdunensis permissam nunciat. Hortatur, ne clericis Romam profectis obsit. (L. VIII. ep. 36 [al. IX. 13] ubi litteris a. 1081 adiungitur; sed iam manus saec. XIII. in margine Codicis Vatic. addidit: „Haec epistola, hic errore scriptoris posita, debuit inferius scribi"; quod rectum esse, probat nomen Hugonis, quem exeunte a. 1082 aut

**1083.** *(Ind. 6. – 1. Sept. — 7, pont. a. 10. — 30. Iun. — 11.)*

ineunte 1083 archiepiscopum Lugdunensem factum esse constat. Ad a. 1084 pertinere ep. hanc, mihi non persuasit Giry in Revue hist. I. 408.) Jaffé Bibl. II. 487. — „Perlatum nobis est“.

5246 (3940) H(ugoni), archiepiscopo Lugdunensi, praecipit, ut cui abbati interdixerit munere administrando, in eum misericordia utatur iudicetque inter eum et Casae-Dei abbatem (Siguinum). Aboleri privilegia iubet, monachis quibusdam contra eundem abbatem ab Alexandro II. concessa. (L. VIII. ep. 42 [al. IX. 19].) Jaffé Bibl. II. 493. — „Abbas, praesentium lator“.

5247 (3960) R(oberto), Flandrensium comiti, praecipit, ut L(ambertum), episcopum deiectum et excommunicatum, ab ecclesia Tarvannensi amoveat, clericosque quosdam de exsilio revocet. (Hanc et quinque, quae sequuntur, epistolas in ordinem coegit Giry in Revue hist. I. 399.) Gall. Chr. X. Instr. p. 395, Bouquet Rec. XIV. 664, Mansi XX. 371, Jaffé Bibl. II. 569. — „Iam saepius“.

5248 (3959) G(erardo) Cameracensi, R(atbodo) Noviomensi, R(oriconi) Ambianensi episcopis et omnibus ecclesiarum rectoribus atque principibus, in Flandria sub Roberto comite militantibus, mandat, adhortentur comitem, ne Lambertum Tarvannensem, in concilio Meldensi excommunicatum, defendere pergat, utque eiectos clericos quosdam restituat. Comitem, nisi obedierit, anathematizatum iri. (L. VIII. ep. 57 [al. IX. 34].) Jaffé Bibl. II. 511. — „Noverit caritas omnium“.

5249 (3961) Robertum, comitem Flandrensem, hortatur, ne diutius faciat cum L(amberto), ecclesiae Tarvannensis invasore, sed G(erardo) episcopo canonice electo faveat. (L. VIII. ep. 59 [al. X. XI. 1*].) Jaffé Bibl. II. 517. — „Pervenit ad aures“.

5250 (3954) Clerum populumque Tarvannensem et R(obertum) comitem hortatur, ut Lambertum Tarvannensem pro invasore habeant. Hunc, si iustam causam habere existimet, legati sui, (Hugonis) episcopi Diensis, „immo“ archiepiscopi Lugdunensis iudicium subire vult. Gall. Chr. X. Instr. p. 395, Bouquet Rec. XIV. 657, Mansi XX. 371, Jaffé Bibl. II. 568. — „Sicut aliis litteris“.

5251 (3957) H(ugoni), archiepiscopo Lugdunensi, significat, se, acceptis Roberti comitis Flandrensis litteris, Lambertum, „dictum“ episcopum Tarvannensem, excommunicatione liberasse. Mandat, ut, adhibito (Hugone) abbate Cluniacensi, concilium agat, in quo, utrum restituendus Lamberto episcopatus sit, nec ne, iudicetur. (L. VIII. ep. 55 [al. IX. 32].) Jaffé Bibl. II. 508. — „Quoniam causa Lamberti“.

5252 (3958) Roberto, comiti Flandrensi, ignoscit litteras parum reverenter scriptas. De superiore ad archiepiscopum Lugdunensem epistola significat. (L. VIII. ep. 56 [al. IX. 33].) Jaffé Bibl. II. 510. — „Locuta est“.

5253 H(ugoni), archiepiscopo Lugdunensi, scribit de (Odone), episcopo Baiocensi, per (Willelmum) regem Anglorum capto. (Fragmentum.) Jaffé Bibl. II. 570. — „Ad notitiam tuam“.

5254 (3962) Guilielmo, regi Anglorum, scribit de mutuo inter se amore. Dolet, quod „germanum“ suum (Odonem) episcopum (Baiocensem) in custodiam tradiderit. (L. VIII. ep. 60 [al. X. XI. 2].) Jaffé Bibl. II. 518. — „Communis amor“.

Ian. 6. | Beneventi | 5256 Guillelmo, episcopo Dunelmensi, ad petitionem Willelmi, Anglorum regis, et Lanfranci, archiepiscopi (Cantuariensis), concedit, ut canonicos seculares ab ecclesia sua removeat et monachos, ex Weremuthensi et Gyruensi monasteriis sumendos, in eam introducat. Priori ecclesiae iura abbatis indulget; fratres privilegiis ornat eorumque possessiones confirmat. Hist. Dunelm. SS., append. p. 7. — „Sacrosancta Romana ecclesia“.

Febr. 17. | †5257 Sancio regi eiusque successoribus, litteris per Galindum, abbatem Alquezarensem, missis, indulget, ut „ecclesias villarum, tam earum, quas in Sarracenorum terris capere poterint, quam earum, quas ipsi in regno aedificari fecerint, per capellas suas vel monasteria distribuant, sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis“. Episcopis „confessionem super hac re praedecessoribus eius (pro „suis“ leg. puto „tuis“) factam infirmare nitentibus“ silentium imponit. („Dat. Lateranis p. m. Petri diac. card. S. R. E.“ Cf. supra bullam 4815.) Pflugk-Harttung Acta I. 53. — „Propter egregiam“.

Apr. 16. | Romae | 5258 (3954) Ecclesiae Panormitanae, „quondam nobilis et famosae, postmodum in Sarracenorum potestatem perfidiamque redactae, nunc ad christianam fidem labore gloriosi ducis Roberti conversae“, iura metropolitana et possessiones confirmat, Alcherioque

**1083.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 10. — 30. Iun. — 11.)*

archiepiscopo pallium concedit. Pirri Sic. sacr. I. 70, Cocqu. II. 58, Migne 148 p. 702. — „Summae sedis“.

5259 (3818) Archiepiscopos, episcopos, abbates in Gallia constitutos, reprehendit, quod sibi, maximis difficultatibus conflictato, non sint auxilio. Mandat, ad synodum veniant, „in medio Novembri“ gerendam, „ut causa iurgiorum et discordia, quae inter regnum et apostolicam sedem iam dudum agitetur, congruum valeat finem sortiri“. Haec addit: „Ut secure ad nos venire et in vestram patriam possitis redire, fideles nostri a maioribus, qui sunt in curia Heinrici, dicti regis, iuramento securitatem receperunt“. (Jaffé anno 1078, Giesebrecht III. 1161 a. 1083 epistolam ascribit; quem equidem secutus sum, praesertim cum ultima epistolae verba, quibus de securo praelatorum conductu agitur, optime cum decretis synodi a. 1083 celebratae concordent.) Udalrici Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 123, (Mansi XX. 381), Jaffé Bibl. II. 548. — „Quantas tribulationum“.

Iun. 2. | Romae | in castello Crescentii „IV. non. Iunii, feria VI. ante octavam pentecostes“, dum Heinricus rex Urbe potitur. Ekkehardi Chron. univ. 1083 in MG. SS. VI. 205.

„ 24. | „ | Clementem III. antipapam et Heinricum regem anathematizat „in festivitate S. Iohannis baptistae“. Bernoldi Chron. 1084 in MG. SS. V. 441.

Nov. 20. | in Lateranensi basilica | Synodus, in qua Gregorius, „ne Heinricum specialiter iterum anathematizaret, vix a synodo exoratus, omnes tamen excommunicavit, quicumque aliquem ad s. Petrum vel ad papam venientem quoquo modo impedirent“. (L. VIII. ep. 58 [al. X. XI. 1]), Bernoldi Chron. 1083 l. l. p. 438.

In synodo constituunt de ecclesiae beneficiis, de investitura, de pace Dei, de usurariis, de matrimoniis illicitis, de filiis presbyterorum, de clericorum disciplina, de ecclesiarum suppellectile, de tempore baptismatis cet. (Canones utrum genuini sint necne, non satis est exploratum.) Vide epistolam, quam edidit Giesebrecht in Münchner histor. Jahrb. 1866. p. 189, Pflugk-Harttung Acta II. 125.

(„) 5260 Omnibus principibus et clero populoque totius ecclesiae, quae in synodo statuta sint, significat. Giesebrecht in Münchner histor. Jahrb. 1866. p. 189, Pflugk-Harttung Acta II. 125. — „Quod in Romano concilio“.

„ 24. | Lateranis | 5261 (3966) Ecclesiae S. Quintini tutelam suscipit, privilegia instituit, possessiones confirmat, petente Guidone, episcopo Bellovacensi. Guiberti Opp. p. 600, Migne 148 p. 704. — „Supernae miserationis“.

„ 24. 5262 *Monasterii Burguliensis protectionem, petente B. abbate, suscipit. Ex chartul. Burgul. p. 187 in bibl. nat. Paris. Coll. Gaignières 192 misit Delisle.

„ 5263 (3967) Monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis, ab Adefonso rege (Legionis et Castiliae) restituti, tutelam suscipit, privilegiaque et possessiones confirmat. Escalona Hist. de Sahagun p. 481. Cf. Neues Archiv VI. 351. — „Superne miserationis“.

**1073—1084.**

Laterani | 5264 (3968) Monasterii S. Mariae Pineroliensis, ab Adelaida comitissa conditi, protectionem suscipit, privilegiaque constituit, petente Arnulpho abbate. Guichenon Hist. de Sav. II. 16, Migne 148 p. 705. — „Religiosis desideriis“.

5265 Hoelo principi Britanniae mandat, ut monasterii S. Crucis Kemperlegiensis bona quoquam modo alienata recuperet ac defendat. Neues Archiv VII. 163. — „Sicut relatione quorundam“.

Aug. 11. †5266 Monasterii Fuldensis privilegia confirmat. Brantholo abbati eiusque successoribus asserit monasterium S. Andreae apostoli Romanum, situm iuxta ecclesiam S. Mariae ad Presepe. („Scriptum ac datum p. m. Leonis notarii.“) Harttung Dipl.-hist. Forschung. p. 479. — „Pontificii nostri“.

**1084.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 11. — 30. Iun. — 12.)*

Ian. 7. | Romae | 5267 (3969) De Figiacensi et Conchensi monasteriis decernit, ut uter abbatum superaverit vita, utrique monasterio praesit. Gall. Chr. II. in textu p. 241, Bouquet Rec. XIV. 664, Jaffé Bibl. II. 571. — „In discussione“.

Febr. 6. †5268 Monasterii S. Mariae Butriensis (dioec. Derton.) tutelam suscipit possessionesque et privilegia, rogatu Benedicti abbatis, confirmat, imposito fratribus duorum dena-

**1084.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 11. — 30. Iun. — 12.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | riorum Lucensium censu annuo. („Dat. in castro Bibianello per man. Petri S. R. E. cancellarii" cet.) Sangiuliani Dell' abazia di S. Alberto di Butrio p. 51, Pflugk-Harttung Acta II. 137. — „Licet officii nostri". |
| Mart. 21. | In castellum S. Angeli | se recipit, dum Heinricus rex palatium Lateranense ingreditur. Bernoldi Chron. 1084 in MG. SS. V. 440, cf. Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 53. p. 741, Deusdedit Lib. contra invas. II. c. 11 ap. Mai Nov. patr. bibl. VII. III. 94. |
| | | 5269 *Roberto Guiscardo litteras dat „continentes angustiam suam, ut in adiutorium S. Romanae ecclesiae reditum acceleret". Gaufred. Malaterr. L. III. c. 33 (perperam ad a. 1082) ap. Muratori R. It. SS. V. 586. Cf. Widonis Ferrar. Libr. in MG. SS. XII. 165. |
| c. Mai. 29. | Ex castello Crescentii | „in latitudinem sacri palatii Lateranensis cum magno triumpho et gloria reducitur" a Roberto duce. Vita Anselmi ep. Luc. c. 22 in MG. SS. XII. 20, cf. Bonithonis Libr. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 679, Annal. Benev. 1084, Wido Ferrar. in MG. SS. XII. 165. De die vide notam ap. Montfaucon Diar. Ital. p. 336: „Anno mundi 6592, id est Christi 1084, ind. VII., mensis Maii 29., feria tertia, hora tertia ingressus dux Romam, ipsam depopulatus est". |
| Mai. | Roma | proficiscitur cum Roberto Wiscardo duce „ad recuperandam terram S. Petri". Bernoldi Chron. 1084 p. 441. |
| Iun. 29. | Romae? | Vide Bernoldi Chron. 1084 p. 441: „in festivitate S. Petri". |
| Iul.? | In Casinensi | monasterio. Vide Petri Chron. mon. Casin. L. III. c. 53. p. 741. |
| | Beneventi | cum Roberto duce. Annales Benevent. 1084 in MG. SS. III. 182. |
| | Salerni | Synodus, in qua Gregorius Clementem III. et Heinricum imperatorem iterum anathematizat. Bernoldi Chron. 1084 in MG. SS. V. 441. |
| | | 5270 (3971) *Ad Sisenandum, Colimbriae principem, mittit (Iarentonem) abbatem Divionensem cum litteris, „ut ei tamquam alteri sibi credat". Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 463. 464. |
| | | 5271 (3972) Omnibus fidelibus demonstrat, in malis ideo se versari, quod ecclesiam nolit in servitutem redigi. Queritur, „rarissimos esse, qui deum timeant" pro eoque capitis periculum adire velint. Auxilium poscit. Legatos suos commendat. Hugonis Flav. chron. in MG. SS. VIII. 464, Mansi XX. 628, Jaffé Bibl. II. 572. — „Pervenit fratres carissimi". |
| Dec. 11. | „ | 5272 (3973) Monasterium S. Sophiae Beneventanum tuendum suscipit et eius bona ac privilegia confirmat, petente Madelmo abbate. Anecdota Ughelliana p. 491, Migne 148 p. 710, (cf. Pflugk-Harttung Iter p. 126). — „Cum officium" „Cum officii". |
| „ 25. | | Vide Annalistam Saxon. 1085 in MG. SS. VI. 721. |

**c. 1084.**

5273 Omnibus fidelibus de ecclesiae Romanae angustiis scribit. „Nonnulli" inquit „imperatores, reges et principes aliorumque ordinum personae, misera cupiditate capti, . . . eius possessiones invaserunt . . . et in proprios usus redegerunt; hinc igitur inopia, devastationes, latrocinia, rapinae contra ipsum ecclesiae caput, b. videlicet Petrum, et in eius quasi visceribus exortae sunt. (Fragmentum.) Bibl. de l'éc. chartes VI. sér. I. (1865) p. 560, Anal. iur. pont. X. 418. — „Notum vobis fieri".

**1073—1085.**

5274 (3974) Altmanno, episcopo Pataviensi, „epistolam pro tuenda ecclesiae libertate mittit, cuius textus est: Quia te credo sincero corde amare pro Deo sanctae ecclesiae honorem et libertatem, volo et praecipio, ut summopere cum clericis his vel laicis, qui ad hoc apti videntur, procures, ut sponsa Christi amplius non habeatur ancilla". (Fragmentum.) Vita Altmanni in MG. SS. XII. 238, Jaffé Bibl. II. 575. — „Quia te credo".

5275 (3975) Altmanno, episcopo Pataviensi, „hanc potestatem concedit, ut presbyteros in fornicationem lapsos, si vere poenituerint, in pristinum gradum restituat; si negligentes et inutiles, eos penitus abiiciat". (Fragmentum.) Vita Altmanni in MG. SS. XII. 238, Jaffé Bibl. II. 575. — „Interrogavit nos".

5276 (3976) Episcopum Rotomagensem et Gallicos omnes ad destruendam simoniam hortatur. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. I. qu. 3. c. 2, Jaffé Bibl. II. 575. — „Si quis dator".

**1073—1085.**

5277 (3977) Wimundo, episcopo Aversano, scribit, ne ad consuetudinem provocet; consuetudinem veritati omnino esse postponendam. (De hoc fragmento cf. Berardum Gratiani canones II. ɪɪ. 344.) Ivonis decr. IV. c. 213, Gratiani decr. I. D. 8. c. 5, Jaffé Bibl. II. 576. — „Si consuetudinem".

†5278 (3978) Universos episcopos Hispanos hortatur, ne „sub munerum datione vel acceptione ecclesias vel earum beneficia usurpari" patiantur. (Fragmentum hoc falso Gregorio VII. ascribi, docet Berardus Gratiani can. II. ɪɪ. 92.) Gratiani decr. C. I. qu. 3. c. 1. — „Audivimus dilectissimi".

Romae 5279 (3979) Monasterium S. Aurelii Hirsaugiense tuendum suscipit et iura eius confirmat, petente Adelberto de Calv, qui annuum aurei bizantii tributum ecclesiae Romanae offert. Besoldi Doc. red. p. 333, Wirtemb. Urkundenb. I. 281, Petri Suev. eccl. p. 420, Cocqu. II. 59, Migne 158 p. 714. — „Cum omnium ecclesiae".

5280 (3980) Monasterii S. Salvatoris Rotonensis privilegia et possessiones confirmat, petente Almodo abbate. Martene Thes. I. 204, Cocqu. II. 45, Courson Cart. de l'abbaye de Redon p. 384 (et p. 293), Migne 148 p. 715. — „Supernae miserationis".

5281 (3981) Monasterii Iuncellensis protectionem suscipit, et bona iuraque confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. p. 128, Migne 148 p. 717. — „Supernae miserationis".

5282 (3982) Hugoni, abbati Cluniacensi, eiusque successoribus monasterii S. Benedicti Padilironensis curam concedit. Bull. Clun. p. 18, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 640, Cocqu. II. 60, Migne 148 p. 718. — „Suscepti nos".

5283 (3985) Monasterii S. Michaelis Passinianensis privilegia, petente Willelmo, episcopo Faesulano, confirmat. Lami Delic. erud. 1737. p. 198, Migne 148 p. 721. — „Supremae (an supernae?) miserationis".

5284 (3986) *Cuidam „locat castrum Albininum, situm in Narniensi comitatu, cum terris, vineis, silvis, pratis, pascuis, montibus, collibus, aquis, rivis, puteis, cum omnibus suis pertinentiis intus et foris cultis et incultis". Deusdedit Coll. can. L. III. c. 149 ed. Martin. p. 319, (ap. Borgia Brev. ist. del. dom. temp. append. p. 7).

5285 (Archiepiscopo) Turonensi et (episcopo) Andegavensi praecipit, ut abbati Vindocinensi de ecclesia Ripere et de Maziaco plenam iustitiam faciant, ut „de cetero necesse non habeat propterea ad sedem apostolicam recurrere ipsumque fatigare". Bibl. de l'éc. des chartes VI. sér. I. (1865) p. 560, Anal. iur. pont. X. 418. — „Admonemus atque praecipimus".

5286 Alberto abbati ita scribit: „Devotionem vestram circa apostolatum nostrum litterae vestrae prodiderunt. Unde si vobis umquam quicquam nostri adiutorii fuerit necesse, sperate nos libenter impendere. Illud vero, quod dixistis, relinquimus in vestra voluntate". (Hae litterae cum in codice manu s. XI exarato inveniantur nec scribendi genus a registri stilo alienum sit, Gregorio VII. ascribendae videntur.) Loewenfeld Epistolae p. 58. — „Devotionem vestram".

5287 R. de S. Angelo, A. Montis viridis, C. (leg. Eustachio) Murensi episcopis ac universis abbatibus cleroque et populo dioecesis Compsanae significat, ecclesiam Compsanam Salernitanae metropoli subiacere, hortaturque, ne Alonis depositi (archiepiscopi Compsani) verbis decipiantur. Alphano, archiepiscopo Salernitano, obedire eos iubet. (Exstat etiam in cod. bibl. nat. Florent. II. ɪv. 495. saec. XVI—XVII, e cod. Vatic. edidit) Pflugk-Harttung Acta II. 139. — „Dominus et antecessor".

5288 Clero populoque Cremonensi scribit, ecclesiae S. Agathae, b. Petro oblatae, possessiones inquietari non debere. Statuit, ut quarta redituum pars ad usus pauperum expendatur, donec xenodochium in ecclesiae potestate permaneat. Campo Hist. di Cremona, Milano 1645. p. 15, Pflugk-Harttung Acta II. 138. — „Ecclesiam beatae Agathae".

5289 Edocet, quae poenitentia iniungenda sit clerico, qui contra canonum statuta „arma arripuerit et homicidium perpetraverit". Loewenfeld Epistolae p. 58, (Fragm. in Neues Archiv VII. 163). — „Si quis clericus".

5290 Statuit de ieiunio pentecostes et de ordinatione in prima hebdomada quadragesimae et pentecostes. „Licet nova consuetudo ecclesiae, nulla fulta auctoritate, numeret inter ieiunia et ordinationes quatuor temporum primam ebdomadam primi mensis Martii et secundam quarti, id est Iunii, vetus tamen auctoritas sanctorum patrum et (corrige: statuit), ut in initio quadragesimali et in ebdomada pentecostes

**1073—1085.**

debeant observari". Praedecessorum consuetudines et sententias de hac re profert. (Rectene Gregorio VII. in codice ascribatur, apud me non satis constat.) Descripsi ex Edmundi Bishop copia Coll. Brit. in scrinio societatis MG. servata. (Cf. Coll. Brit. epp. var. I. B. 21 in Neues Archiv V. 574). — „Licet nova".

5291 Edicit haec: „Manifestum est, eum puberem esse, qui gesticulatione sui corporis talis est, ut iam procreare possit, licet ad metas legibus diffinitas non pervenerit". (Num recte ascribatur Gregorio VII. fragmentum hoc, iure dubitari potest.) Comp. I. L. IV. t. 2. c. 3. — „Manifestum est".

5292 Deusdedit cardinali et Iohanne archipresbytero tit. SS. Iohannis et Pauli petentibus, ecclesiae eorum fundos quosdam confirmat. (Hanc tabulam, marmori incisam, nec Gregorio I., nec II., ut fieri solet, sed Gregorio VII. attribuendam esse, docet De Rossi in Bullet. d. commiss. archeol. municipal. 1872. p. 54 sequ.) Galletti Inscriptiones Romanae I. 7 et 8, Bibliothèque de l'éc. des chartes XXXIV. (1873) p. 260. — „Credite speculationis".

5293 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis possessiones confirmat ac sepulturam eius liberam esse statuit, petente Wicardo decano. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 868. f. 17. — „Supernae miserationis respectu".

5294 Parthenonis S. Felicitatis Florentini possessiones et iura confirmat, Teberga abbatissa per Rainerium, episcopum Florentinum, petente. Pflugk-Harttung Acta II. 139. — „Sicut iniusta poscentibus".

5295 *Statuit, ut super monasterio S. Salvii Florentino „nulli archiepiscopo vel episcopo aut alicui praelato ecclesiastico vel saeculari, excepta Vallumbrosana congregatione, aliquod dominium liceat obtinere". Vide Alex. III. bullam d. d. 5. Ian. 1163 ap. Lami Eccl. Fl. M. II. 1233, Migne 200 p. 229.

5296 *Arausicanis de ecclesia sua cum Tricastinensi coniungenda querentibus pollicetur, sese „legatum pro rei discussione ad eos missurum esse". Vide Urbani II. bullam d. d. 15. Apr. 1094 ap. Mansi XX. 809, Migne 151 p. 416.

5297 *Civibus Velitrensibus privilegium dat. Vide Pasch. II. bullam d. d. 6. Apr. 1101 ap. Borgia Ist. di Velletri p. 208, Migne 163 p. 66; Gregorii IX. bull. ap. Borgia l. l. p. 270, in MG. Ep. saec. XIII. T. I. 507; Pflugk-Harttung Iter p. 162 et 201.

5298 *Episcopo Anagnino ecclesiae Trevensis curam committit. Vide Urbani II. bull. d. d. 23. Aug. 1088 ap. Cappelletti Chiese d'It. VI. 325, Pflugk-Harttung Acta II. 141.

5299 *Monasterii-novi Pictaviensis libertatem confirmat. Vide Urb. II. bullam d. d. 17. Oct. 1093 in Gall. Chr. II. Instr. 356, Migne 151 p. 367.

5300 *Ecclesiae Carpensis decimas confirmat. Vide Calixti II. bullam d. d. 10. Febr. 1123 ap. Muratori Ant. It. V. 821, Migne 163 p. 1263.

5301 *Monasterio S. Michaelis Clusino privilegium tribuit. Vide Urb. II. bullam d. d. 17. Mart. 1095 ap. Pflugk-Harttung Acta II. 158.

5302 *Monasterii S. Petri Cremonensis possessiones et iura confirmat. Vide bullam Paschalis II. d. d. 14. Febr. 1102 ap. Pflugk-Harttung Acta II. 174.

5303 *Canonicis S. Salvatoris Metensibus liberam sedis apostolicae appellandae facultatem dat disciplinamque eorum canonicam confirmat. Vide Urbani II. bullam d. d. 21. Mart. 1096 ap. Pflugk-Harttung Acta II. 162.

†5304 Monasterii S. Stephani Beaniensis regimini ecclesiam S. Petri Archiacensem subdit. Cholet Cartul. de St.-Etienne de Baigne p. 19, cf. notam Delislii in Revue des soc. sav. IV. sér. III. (1866) p. 511. — „Ego Christi Iesu".

†5305 Quae N. abbati et congregationi coenobii Casinensis praedecessores sui concesserunt, ea confirmat, statuitque, ut a quolibet episcopo ad clericatum vel ad sacerdotium seu alios gradus promoveri possint. Alberici Lib. de dictamine ap. Rockinger Briefsteller und Formelb. (in Quellen z. bayer. u. deutsch. Gesch. IX.) p. 37. — „Decet omnes quos".

**1077—1085.**

5306 *Qui ecclesiae S. Mariae Arvernensi ecclesiam de Cebazat aliaque bona abstulerant, eos excommunicat. Mon. pont. Arverniae p. 63.

**1080—1085.**

5307 *Rodulfo, abbati S. Vitoni Virdunensi, „privilegium dat omnes ab Heinriciano scismate resipiscentes reconciliandi in tribus episcopatibus, id est Virdunensium, Metensium, Tullensium". Laurentii Gesta epp. Vird. in MG. SS. X. 426.

†5308 (cccxcix) *Litterae „ex nomine Gregorii VII. proenotatae", quas confinxit Frotarius, episcopus Albiensis, memorantur in Notitia de ecclesia de Viancio ap. Baluzium Misc. I. 124.

**1081—1085.**

5309 (3989) Altmanno, episcopo Pataviensi, „epistolam mittit, in qua ei rigorem canonum pro tempore flecti permittit, cuius hic est textus: Ex quo a nobis discessisti, frater carissime, aliquoties legatos ex tuo nomine ad nos venisse meminimus". (Fragmentum.) Vita Altmanni in MG. SS. XII. 238, Jaffé Bibl. II. 570. — „Ex quo a nobis".

5310 *Ecclesiae b. Cuthberti Dunelmensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Vide tabulam in Hist. Dunelm. Scr., append. p. 231.

**1083—1085.**

5311 *Ecclesiam Miletensem sedis apostolicae iuri subiicit, eiusque episcopos per manus Romani pontificis consecrari iubet. (Cf. supra 5233.) Vide Calixti II. bullam d. d. 23. Dec. 1121 ap. Ughelli It. sacr. I. 951, Migne 163 p. 1226.

**1085.** *(Ind. 8, pont. a. 12.)*

Mai. 9. Salerni — 5312 Monasterio Ficiclensi ecclesias de Salamarthana asserit, eiusque privilegia et possessiones confirmat petente Petro abbate. Soldani Hist. mon. de Passig. p. 43. — „Superne miserationis".

„ 9. „ — 5313 *Monasterio Vallumbrosano concedit, ut „sub tutela et immunitate Romana soliusque Romani pontificis iudicio sistat et Deo deserviat". Franchi Hist. di Giovan. Gualberto p. 480. Cf. Innocentii II. bullam ap. Cocqu. II. 203, Migne 179 p. 157.

„ 23. „ — „Ante diem tertium obitus". Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 65. in MG. SS. VII. 747.

„ 25. „ — Moritur. Petri Chron. mon. Cas. p. 747, Bernoldi Necr. in MG. SS. V. 392, et eiusdem Chron. 1085 ibid. p. 444, Annales Benevent. 1084 ibid. III. 182, Pauli Bernr. Vit. Greg. c. 114, Emort. mon. Casin. ap. Muratori R. It. SS. V. 75.

---

# WIBERTUS (CLEMENS III.) antipapa. 1080—1100.

In Wiberti bullis has sententias reperimus: „Domini est terra et plenitudo eius; Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis" (5332. 5334); et: „Verbo Domini caeli firmati sunt; Confirma hoc Deus" cet. (5333).

Datae sunt p. m. Roberti card. presb. (5319)
Bernerii vice cancellarii (5332)
Bernerii vice Petri cancellarii (5333)
Roberti Faventini episcopi vice cancellarii Petri (5334)
Tiderici Albanensis episcopi (5339).

Scriptae per quorum manus sint, non est notatum.

**1080.**

Iun. 25. Brixinae — Eligitur a triginta episcopis, iussu Heinrici regis congregatis. Ekkehardi Chron. 1080 in MG. SS. VI. 203; cf. Decretum synodi Brixinensis ibid. Leg. II. 51, Chron. mon. Casin. III. c. 72 ibid. VII. 752, Walrami De unitate eccl. cons. II. c. 6. Vide Zoepffel Papstw. p. 97, Scheffer-Boichorst Neuordn. d. Papstw. p. 76.

„ 26. „ — Vide diploma Heinrici regis, ap. Mittarelli Ann. Cam. III. append. 22 et ap. Amadesium Ant. Rav. chronot. II. 348, (Stumpf 2822): „Cunctis pateat, nos confirmasse s. Ravennati ecclesiae et domno Wigberto, s. praedictae ecclesiae venerabili archi-

| | | |
|---|---|---|
| | | **1080.** |
| | | episcopo nobisque dilectissimo et summae sedis electo apostolico . . . omnes res" cet. |
| Iun. 29. | Brixinae | cum Heinrico rege „apostolorum principum festivitate". Bonithonis Liber ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 677. |
| (Iul.) | Italiam | intrat. Bonithonis Lib. ad am. l. l. |
| | | **1081.** |
| Apr. | Veronae | Bernoldi Chron. 1081 in MG. SS. V. 437: „Heinricus Veronam in pascha (4. Apr.) venit et inde ad invadendam Romam cum suo apostata Guiberto profectus est". (Wibertum hoc tempore synodum Papiae celebrasse, ex actis in MG. LL. II. 53 falso collegit Watterich I. 447; vide Giesebrecht G. d. d. K. III. 1157.) |
| Mai. 22. | In prato Neronis | cum Heinrico rege „in vigilia pentecostes". Bonithonis Liber ad amicum ap. Jaffé Bibl. II. 677. |
| „ 23. | „ | cum Heinrico rege „summo mane paraclitenae festivitatis". Benzonis ep. Alb. L. VI. praef. in MG. SS. XI. 656. |
| (Iul.) | In Tuscia | (Lucae). Vide Vitam Anselmi ep. Luc. c. 10 in MG. SS. XII. 16; cf. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat. p. 206. |
| | In Longobardiam | revertitur cum Heinrico rege. Bonithonis Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 678. |
| (Dec.) | Romaniam | intrat cum Heinrico rege. Bonithonis Lib. ad am. l. l., cf. Bernoldi Chron. 1082 p. 437. |
| | | **1082.** |
| Mart. Apr. | Ante Romam | cum Heinrico rege „per omne quadragesimale tempus". Bonitho p. 678. |
| p.Apr. 24. | In Tiburtina urbe | „post pascha" remanet, dum Heinricus rex in Longobardiam proficiscitur. Bonitho l. l., Bernoldi Chron. 1082 p. 437. „Per omne festivum (aestivum) tempus magnas depraedationes et varias Romanorum civium truncationes facit". Bonitho l. l. |
| | | **1083.** |
| Iun. 28. | Romae | „In vigilia apostolorum" ab Heinrico rege „in sede apostolica constituitur". Annales Augustani 1083 in MG. SS. III. 130. — Vis verborum videtur esse haec: Wibertus antipapa in Lateranense palatium introducitur ibique in „sede post altare" collocatur. Etenim saeculo XI moris erat, ut electione facta eodem die aut non ita multo post electus papa ad palatium Lateranense duceretur et in „sede post altare" collocaretur (Zoepffel Papstw. p. 219 sq.); Wibertus autem cum extra Urbem esset electus, ante a. 1083 in Lateranum introduci non potuit. (In errore igitur versari mihi videtur Giesebrecht III. 1161, cum in Annalibus August. 1083 de inthronizatione agi putet. Horum Annalium relationem omnino reiiciendam esse, minime probavit Panzer Wido von Ferrara p. 51. Vide etiam infra ad 24. Mart. 1084.) |
| c. Nov. 11. | Ravennae | Vide Bernoldi Chronicon 1083 l. l. |
| Dec. 9. | „ | 5314 (3990) *Vide Rubei Hist. Rav. p. 309, ubi mentio fit bullae hoc die datae. |
| „ 30. | „ | 5315 (3991) *Vide Rubei Hist. Rav. p. 309, qui bullam dicit hoc die a Clemente Ravennae datam esse. |
| | | **c. 1083.** |
| | | 5316 (3992) *Frotardo, episcopo Albiensi, qui „a Gregorio VII. auditus Romae fuerat et pro simoniaca haeresi repulsus", expetitum „suffragium" per litteras concedit. Notitia de ecclesia de Viancio ap. Baluzium Misc. I. 124. |
| | | 5317 *Anselmo episcopo Lucensi scribit, se „universalis ecclesiae curam suscepisse licet invitum. Obsecrat per Iesum, ne nobilissimam feminarum (Mathildam comitissam) amplius circumveniat, deludat et fallat." Vide Anselmi ep. in MG. SS. XII. 3—5. (Ex hac Anselmi responsione, quae uberior exstat apud Canisium Ant. lection. III. 372 sq., fragmenta nonnulla collegit Panzer Wido v. Ferr. p. 57, quae ex Wiberti ad Anselmum litteris nunc deperditis sumpta esse conicit. Utrum vero ex Wibertini cuiusdam an ex ipsius Wiberti litteris deprompta sint fragmenta haec, mea quidem sententia in dubio est.) |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1084.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 1.)* |
| Ian. 26. | In capitulo | 5318 (3993) (S. Apollinaris in Classe.) „Uberto et Iohanni fratribus, Iohannis filiis, terrae iugera viginti quatuor concedit“. (Fragmentum.) Rubei Hist. Rav. p. 309. |
| Mart. 2. | Ravennae | 5319 (3994) Canonicorum Veronensium possessiones et privilegia confirmat. („Datum . . . a. III. ordinat. D. Clementis III. PP.“ Cetera temporis signa anno 1084 conveniunt.) Ughelli It. sacr. V. 769, Migne 148 p. 827. — „Convenit apostolico“. |
| „ 21. | In Lateranensi palatio | cum Heinrico rege „feria quinta ante palmas“. Bernoldi Chron. 1084. p. 440. — „XI. kal. April. feria 6 ante diem palmarum“, Ekkehardi Chron. univ. 1084. p. 205. |
| „ 24. | Romae | Consecratur. Ekkehardi Chron. univ. 1084. p. 205: „Qui sequenti dominica per multos pontifices apostolico nomini dicatus nomenque Clementis accipiens, reverenter est intronizatus“. Cf. Annal. Augustanos 1084 p. 131: „Romani . . . Wicpertum superpositum receperunt et ordinaverunt“. Gebehardi Salzburgensis ad Herimannum Mettensem epistola ap. Hugon. Flavin., MG. SS. VIII. 459, Udalr. Babenb. in Jaffé Bibl. V. 141: „Ipsorum autem excommunicatorum nullus eum consecrare vel potius execrare praesumpsit praeter (Heribertum) Mutinensem et (Constantinum) Aretinum exepiscopos“. (Bernoldi Chron. 1083. p. 438: „Sicque Guibertum apud S. Petrum inthronizavit (Heinricus), non per Ostiensem et Albanensem et Portuensem episcopos, qui hoc privilegium habent, ut papam consecrent; sed per Mutinensem et Aritiensem exepiscopos, utpote iam multis annis depositos et anathematizatos“. Bernoldus, quem Gebehardi epistolam exscripsisse manifestum est, a. 1083 consecrationem Wiberti perperam attribuit ideoque, eadem epistola in narrandis rebus a. 1084 adhibita, Gebehardi verba: „septennio“, suo sed infelici Marte commutavit in: „sexennio“. — Inthronizatio ac consecratio, licet duae sint caerimoniae, a multis huius temporis scriptoribus confunduntur, quia uno eodemque die celebrari solebant; vide Zoepffel Papstw. p. 250 seq.) |
| „ 31. | „ | Heinrico et Berthae diademata imperatoria imponit „in die s. paschae“. Heinrici epist. ad Theodoricum episc. Vird. in Gestis Trev. in MG. SS. VIII. 185, et ap. Hontheim Hist. Tr. Dipl. I. 431, Bernoldi Chron. 1084. p. 440, Ekkehardi Chron. univ. 1084. p. 205, Annales Ottenburani 1084 in MG. SS. V. 8, Annales Einsidlens. 1084 ibid. III. 146; Ann. Yburg ibid. XVI. 439 (ex Annal. Patherbrunnens. 1084. p. 99.) |
| Mai. | Roma | discedit cum Heinrico imperatore. Bonitho Lib. ad am. ap. Jaffé Bibl. II. 679, cf. Bernoldi Chron. 1084. p. 440. |
| c. Iun. | In Tiburtina urbe | dum Robertus dux „Tiburtinos agressus, volens eos cogere ad deditionem, non procul ab urbe fixis tentoriis arbores succidit, depopulatus est messes, incendit domos et quicquid potuit hominum obtruncavit“. Wido Ferrariensis in MG. SS. XII. 166. |
| p. Iul. | | 5320 U(gonem) cardinalem (tit. S. Clementis, post episcopum Praenestinum) de insidiis a Mathilda comitissa paratis consolatur. Rogat, ut aut cum (Eberhardo episcopo) Parmensi aut cum aliquo alio ad synodum accedat. (Epistolam hanc post pugnam, apud Sorbariam die 2. m. Iulii commissam, scriptam esse, coniicit Giesebrecht G. d. d. K. III. 1165.) Sudendorf Registrum II. 37. — „Fama discurrente“. |
| Dec. 25. | Romae | Annalista Saxo 1085 in MG. SS. VI. 721. |
| | | **1085.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1. — 24. Mart. — 2.)* |
| p. Mai. 25. | Roma | digreditur. Bernoldi Chron. 1085. p. 444: „omnes catholici post mortem domni apostolici (Gregorii VII.) non minus quam antea haeresiarchae restiterunt, ipsumque de Roma Ravennam repedare compulerunt“. |
| | Ravennae | Bernoldi Chron. 1085. p. 444. |
| | | **c. 1085.** |
| | | 5321 (3996) *Egilberto, archiepiscopo Trevirensi, pallium mittit, „cum litteris docentibus quibus temporibus hoc foret usurus“. Gesta Trev. in MG. SS. VIII. 187. |
| | | **1086.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 2. — 24. Mart. — 3.)* |
| Febr. 27. | Ravennae | 5322 (3997) (in matrice ecclesia, quae dicitur Agie Anastaseos). Ecclesiae Ravennatis privilegia in plenaria synodo confirmat. Mittarelli Ann. Cam. III. 39, Rubei Hist. Rav. p. 310, Mansi XX. 615, Migne 148 p. 830. — „Cum ad nos“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1086.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 2. — 24. Mart. — 3.)* |
| Mai. 15. | Ravennae | 5323 (3998) Monasterio S. Georgii (Ferrariensi) bona quaedam donat. Rubei Hist. Rav. p. 312, Savioli Ann. Bol. I. II. 133. — „Congruum atque utillimum". |
| p. Iun. 15. | | 5324 (4000) Wratislaum, Bohemorum ducem, monet, ut tandem suam auctoritatem sequatur, debitamque „oblationem" sibi mittat. Quemdam, ut episcopus constitueretur, iam antea commendatum, denuo commendat. Negat se de ea re adhuc egisse cum imperatore. Pez Thes. anecdot. VI. I. 286, Boczek C. D. M. I. 174, Cod. dipl. Sax. reg. II. Hauptth. I. 39, (I. Hauptth. I. 346), Migne 148 p. 831. — „Tuam dilectissime". |
| | | 5325 (3999) *Episcopatum Pragensem confirmat. Cosmae chron. 1086 in MG. SS. IX. 93. |
| | | **1087.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 3. — 24. Mart. — 4.)* |
| Mart. Apr. | Romae | ecclesiam S. Petri „armata manu tenet". Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 68. p. 749. |
| Iun. 8. | Romae ad S. Petrum | 5326 (4003) Constitutionem, qua Libo, abbas Selsensis, peregrinis pauperibusque bona quaedam decreverat, confirmat. (Bullam datam esse „pont. a. IV.", vidi ex pergameno in tabulario Carlsruhensi asservato; quod pergamenum autographum esse persuasum habeo, licet aliter de eo censuerit Pflugk-Harttung in Neues Archiv VIII. 246.) Würdtwein Monasticon Palatinum VI. 172; Grandidier Hist. d'Als. II. 147, ubi perperam in clausula „pont. a. VI." legitur; Neues Archiv II. 219, ubi non recte bulla Clementi III. tribuitur. — „Quia fidelium profectibus". |
| „ | Romae | ap. S. Mariam rotundam ad martyres „se incastellat". Bernoldi Chron. 1087. p. 446. |
| „ 29. | „ | in ecclesia S. Mariae in turribus „iam die mediante (apostolorum) missam cantat". Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| | | **1088.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 4. — 24. Mart. — 5.)* |
| Mart. 23. | Ravennae | „In meditullio quadragesimae". Wido Ferrariensis in MG. SS. XII. 153. (Widonis librum cum Wilmans probaret non multo ante synodum, quam perperam anno 1092 attribuit, compositum esse, verba: „in meditullio quadragesimae" in diem 28. m. Mart. 1090 quadrare putabat; equidem vero, memorata synodo ad annum 1089 redacta, Widonem librum suum Ravennae circa mediam quadragesimam anni 1088 conscripsisse suspicor. Tertiam prorsus diversam opinionem profert Panzer Wido v. Ferrara p. 22, qui Widonis tractatum ante Victoris III. papae electionem, id est ante d. 24. Maii 1086 editum esse verbaque „in meditullio" cet. ad mediam quadragesimam anni 1086 referantur oportere censet; quod an rectum sit, in tanta testimoniorum inopia disceptare non audeam.) |
| Apr. 5. | „ | 5327 (4001) *„Rodulfo, Rodulfi, qui vocatur de caput Sandali, filio, eiusque item filiis, nepotibus ac consortibus, multa praedia tribuit". Rubei Hist. Rav. p. 313. |
| „ | „ | 5328 (4002) *„Stephano, cognomento Amico, et Berthae coniugibus terrae iugera variis locis decem supra centum tribuit". Rubei Hist. Rav. p. 313. |
| | | **1089.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 5. — 24. Mart. — 6.)* |
| | In ecclesia b. Petri | Synodus, in qua Wibertus 1) excommunicationem Heinrici imperatoris irritam esse iubet, constituitque, „ut nullus deinceps ad iniuriam domini imperatoris praesumat de hac quaestione disputare et ei subditos a servitio et communione ipsius subtrahere"; 2) damnat adversariorum sententiam, qui dicant, „sacramentum corporis et sanguinis Christi, consecrationes chrismatis, immo quaecumque ad episcopale et sacerdotale officium pertineant, ab his, qui sectae eorum non communicent, celebrata nulla prorsus esse sacramenta, et nihil aliud suscipientibus, nisi damnationem, conferre"; 3) ordinationes simoniacas vetat; 4) iubet clericos caste vivere et 5) consanguineorum matrimonia prohiberi. Vide ep. Clementis in Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 145, Mansi XX. 596—600. — Quo anno celebrata sit synodus haec, inter doctissimos non constat; Wilmans enim argumentis haud levibus anno 1092 eam habitam esse, demonstrare conatus est in MG. SS. XII. 150; ibidemque p. 153 ad annum 1089 eam revocavit Ph. Jaffé; sed qua bulla maxime innititur (supra 5326), eam ad a. 1087 pertinere nullaque ex parte cum synodo nostra cohaerere, animad- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1089.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 5. — 24. Mart. — 6.)* |
| | | vertatur necesse est. Attamen concilium non ita multo post Urbani epistolam, die 18. Apr. 1089 datam, congregatum esse, Jafféo concedatur. Cf. etiam Lehmann-Danzig Das Buch Widos v. Ferr. p. 8, Panzer Wido v. Ferr. p. 18, quorum ille annum 1092, hic a. 1089 defendit. |
| | | 5329 (4004) O(ttonem), „olim dictum Hostiensem episcopum“ (Urbanum II.), et eius sectatores, quod „ad synodum s. Romanae ecclesiae multotiens vocati venire recusassent“, excommunicatos, denuo iubet synodum, in ecclesia b. Petri celebrari coeptam, adire. Udalr. Bab. ap. Jaffé Bibl. V. 150, Mansi XX. 599, Migne 148 p. 836. — „Licet synodali“. |
| | | 5330 (4005) Omnibus orthodoxis archiepiscopis, episcopis, abbatibus atque universis s. ecclesiae ordinibus, quid actum sit in synodo, in ecclesia b. Petri celebrata, significat. Udalr. Bab. ap. Jaffé Bibl. V. 145, Mansi XX. 596, Migne 148 p. 832. — „Quantae et quam“. |
| | Roma | „turpiter expellitur, et, ne amplius apostolicam sedem invadere praesumat, iuramento promittere compellitur“. Bernoldi Chron. 1089 p. 450. |
| | | **1090.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 6. — 24. Mart. — 7.)* |
| c. Mrt.-Mai. | Ravennae | „multas conficit tabulas, dum renovato iure emphyteutico possessiones multis tribuit, easque tabulas asserit scriptas anno sexto et septimo pontificatus“. Vide Rubei Hist. Rav. p. 314. |
| Iun. 26. | ap. castrum Rivaltae | Vide Heinrici IV. diploma ap. Böhmer Acta imp. sel. I. 63, (Stumpf 2904): „quod Clemens piissimus rom. sedis apostolicus cet. nostram adivere clementiam“. |
| | | **c. 1090.** |
| | | 5331 (4006) *Petro, archiepiscopo Bracarensi, „palleum et privilegium“ tribuit. Vita Geraldi archiep. Bracar. ap. Baluzium Misc. I. 132. |
| | | **1091.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 7. — 24. Mart. — 8.)* |
| Ian. 19. | In urbe Paduana | 5332 (4007) Parthenonem b. Petri Patavinum eiusque possessiones, petentibus Milone Patavino et Roberto Faventino episcopis, confirmat. Orsato Hist. d. Pad. p. 262, Migne 148 p. 838, (Gloria Cod. dipl. Pad. p. 333). — „Ex consideratione“. |
| Fbr. Mart. | Romae | Bernoldi Chron. 1091 p. 451: „Romani Guibertum iterum Romam intrare permiserunt“. |
| Dec. 25. | „ | prope domum S. Petri „ita se incastellavit, ut non facile expelli inde potuerit“. Bernoldi Chron. 1092 p. 453. |
| | | **1092.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 8. — 24. Mart. — 9.)* |
| | | „Synodum indixit, quae prorsus comtempta est“. Annales Ottenburani 1092 in MG. SS. V. 8. |
| Iun. 13. | Apud Cesenam | 5333 (4008) Canonicorum Reginorum possessiones confirmat. Muratori Ant. It. II. 185, Migne 148 p. 839. — „Oportet nos“. |
| Aug. 9. | Ap. Montem veterem | 5334 (4009) „qui alio nomine Mons-belli dicitur“. Ecclesiae S. Deodati protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, rogatu Anastasii, „apostolatus sui primogeniti cardinalis“, eiusdem ecclesiae canonici. Pflugk-Harttung Acta I. 53, (Sommier Eglise de St. Diez p. 359). — „Cum omnis mortalium“. |
| „ 12. | „ | „qui alio nomine Mons Belli dicitur“ cum Heinrico imperatore, vide huius diploma ap. Martene Thes. I. 259 („obtentu summi pontificis ac universalis papae tertii Clementis“), quod Stumpf 2915 falsum esse censet. |
| Dec. 25. | In Longobardia | cum Heinrico IV. imperatore. Bernoldi Chron. 1093 p. 455. |
| | | **1093.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 9. — 24. Mart. — 10.)* |
| Dec. 25. | ap. Veronam | cum Heinrico IV. imperatore. Bernoldi Chron. 1094 p. 457. |
| „ 31. | | †5335 Monasterii Fuldensis possessiones et privilegia confirmat, petente Ruothardo abbate. („Dat. p. m. Petri diac., bibl. et canc. S. R. et ap. sedis“.) Harttung Dipl.-hist. Forschung. p. 482. — „Convenit apostolico moderamini“. |

**1095.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 11. — 24. Mart. — 12.)*

| | | |
|---|---|---|
| (Mai.) | (Patavii) | „exorat“ Heinricum IV. imperatorem pro ecclesia Pataviensi. Vide eius diploma ap. Böhmer Acta imp. selecta I. 65, (Stumpf n. 2994, cf. ibidem Addenda p. 538). |
| Iun. | Veronae | Vide diploma Heinrici IV. imperatoris ap. Böhmer Acta imp. selecta I. 66, (Stumpf 2931): „venerabilis domini papae Clementis interventu“. |

**1096.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 12. — 24. Mart. — 13.)*

| | | |
|---|---|---|
| | Patavii | Vide diploma Heinrici IV. imperatoris ap. Lappenberg Hamb. Urk. I. 115, Friedländer Ostfries. Urk. I. 7, (Stumpf 2934): „presente et laudante ac confirmante domno papa Clemente“. |

**1097.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 13. — 24. Mart. — 14.)*

| | | |
|---|---|---|
| | Argenti | moratur. Vide Deusdedit Libr. contra invasores ap. Mai Nov. patr. bibl. VII. III. 94: „In oppidulo suo, quod Argentum dicitur, quasi ad sui munitionem excelsa turri fabricata“ cet. Cf. Giesebrecht in Münchner hist. Jahrb. 1866 p. 186. |
| | | 5336 (4011) R(uperti), episcopi Bambergensis, erga se studium laudat. Hortatur, mittat ea, quae sibi ab ecclesia eius debeantur; „si hoc non feceris“, inquit „etiam advocato nostro, imperatori, et omnibus fratribus nostris querimoniam faciemus“. Nunciat, se (Ruthardum) archiepiscopum Moguntinum, „pessimis criminibus“ ab eo accusatum, in diem S. Michaelis (29. Sept.) evocasse. Eodem tempore ut ipse ad sese veniat, praecipit. Addit haec: „Relatum nobis est, quod Iudaeis baptizatis permissum sit, apostatare, ritum Iudaismi excolere“; quod celeriter „corrigi“ iubet. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 175, Mansi XX. 600, Migne 148 p. 841. — „Quod contra ecclesiae“. |
| Sept. 22. | Cesenae | „in claustro canonicae“. Vide tab. ap. Fantuzzi Mon. Raven. IV. 228. |
| Dec. 25. | In partibus Ravennae | Bernoldi Chron. 1098 p. 465: „Guibertus in partibus Ravennae . . . demoratus, quandam munitionem perdidit . . . videlicet castellum nomine Argentum“. (Vide primam huius anni notitiam.) |

**1098.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 14. — 24. Mart. — 15.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | 5337 (4010) R(uthardo), archiepiscopo Moguntino, scribit, sese nuperrime eum per (Robertum) episcopum Faventinum ad synodum vocasse; „et primum quidem“ inquit „bene promisisti, verum postea, voluntate tua in aliqua parte peracta, cum praedictus nuntius rediens veram tibi ut ceteris obedientiam iniungeret, dixisti, te a nobis per tuum nuntium esse relaxatum; hoc dictum magna perturbatio synodi videbatur“. Nuntius nisi usque ad festum S. Michaelis (29. Sept.) de mendacio satisfacturus ad sese venerit, fore ut excommunicetur. Ruthardum „iterum atque iterum“ ad synodum „in festo S. Dionysii“ (9. Oct.) Vercellis celebrandam vocat. Udal. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 174, (Mansi XX. 601, Migne 148 p. 841. De tempore vide Giesebrecht G. d. d. K. III. 1182). — „Nuperrime per“. |
| Mai. 15. | Ravennae | Vide tabulam in Amadesii Antist. Rav. chron. II. 345. |
| Iun. 9. | „ | Vide tabulam in Amadesii Ant. Rav. chron. II. 346. |
| „ | „ | 5338 (4012) *„Praedia quaedam renovato iure Ravennatibus quibusdam concedit“. Rubei Hist. Rav. p. 315. |

**1099.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 15. — 24. Mart. — 16.)*

| | | |
|---|---|---|
| Iul. 29. | | 5339 (4013) G(odeboldo) praeposito et universo clero populoque Moguntino scribit de Ruthardi archiepiscopi criminibus. Quem dicit ob simoniae infamiam primum „per Romanae ecclesiae cardinales Warinum, Anastasium et Adalmarium, postea ab episcopis Tiedrico Albanensi et Ruopertho Faventino, postremo per Hugonem sacri palatii diaconum“, ter vocatum non venisse, imo violata imperatoris fidelitate ad regni ac sacerdotii inimicos se contulisse, iisque concitatis et vitae et coronae imperatoris insidiatum esse. Aliis incusationibus additis, obedientia Ruthardi eos solvit: cui ne quis communicet, sub anathematis poena interdicit. „Data p. m. Tiedrici Albanensis episcopi IIII. kal. Aug. defuncto Urbano VI. (leg. IIII.) kal. Aug. |

**1099.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 15. — 24. Mart. — 16.)*

sine viatico corporis et sanguinis Domini". Jaffé Bibl. III. 377, (Schunk Beitr. zur Mainzer Gesch. II. 115). — „Quanta his temporibus".

p. Aug. 14. Alba — expellitur a Paschali II. Petri Pisani Vita Paschalis II. ap. Watterich II. 4.

**1080—1100.**

5340 Universis episcopis mandat, ut populum sibi commissum de aqua baptismatis instruant, „ne quis baptizatus ex ea tangere praesumat, nisi illi, pro quibus consecrata sit". (An recte ascribatur Wiberto antipapae, sane dubitari potest.) Sudendorf Registrum II. 36. — „Inter caetera sacramentorum".

**1081—1100.**

Ian. 1. — †5341 Monasterii Fuldensis privilegia confirmat, petente Ruthardo abbate. („Datum p. m. Benedicti cartularii.") Harttung Dipl.-hist. Forschung. p. 485. — „Quoniam semper sunt".

**1100.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 16. — 24. Mart. — 17.)*

Sept. Castelli — moritur. Petri Pisani Vit. Pasch. II. l. l.: „in Castellum se proripuit et hic terminus". Ordericus Vital. L. X. c. 2 ed. Le Prévost IV. 3, MG. SS. XX. 66:

„Qui Sutriae vivens maledictus papa fuisti,
In Castellana mortuus urbe iaces".

Annum exhibent Annal. Augustani 1100 in MG. SS. III. 135, Annal. Benevent. ibid. p. 183, Annal. Leodienses ibid. IV. 29, Annal. Ottenbur. ibid. V. 8, Ekkehardi Chron. univ. ibid. VI. 219 cet. Mensis liquet ex Hugonis Flavin. Chron. ibid. VIII. 490; cf. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 417.

---

# VICTOR III. 1086—1087.

Victoris III. bulla 5345 data est „per manus . . . . . Signiensis episcopi, Romanae vero ecclesiae bibliothecarii".

**1086.**

Mai. 24. Romae — Eligitur „in diaconia S. Luciae iuxta Septesolis . . . dominica pentecostes". Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 66 in MG. SS. VII. 749, Annal. Cavens. 1086 ibid. III. 190, in Cod. dipl. Cav. V. n. 37, Annal. Casinenses 1086 in MG. SS. XIX. 307. Cf. Scheffer-Boichorst Die Neuordn. d. Papstw. p. 76 et Grauert in Hist. Jahrb. I. 582.

(„) — 5342 (4014) *„Statim post electionem missis usquequaque litteris se iuxta decreta sanctorum patrum declarat incessurum". Vide Bernoldi Chron. 1087 in MG. SS. V. 446.

„ 27. Roma — discedit „post quattuor dies". Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 67. p. 749.

„ Ardeae — Vide Petri Chron. mon. Cas. l. l.

Iun. Terracinae — Vide Petri Chron. mon. Cas. l. l.

In Casinensi monasterio. Vide Petri Chron. mon. Cas. l. l.

**1086—1087.**

5343 *Petro, episcopo Anagnino, ecclesiam Trevensem pauperiorem, quam ut proprium pastorem sustentare possit, regendam tradit. Vide Urbani II. bullam d. 23. Aug. 1088 ap. Cappelletti Chiese d'It. VI. 325, Pflugk-Harttung Acta II. 141.

**1087.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 1.)*

c. Mart. 7. Capuae — Concilium. Vide Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 68. p. 749.

Mart. 21. „ — „praeteritam electionem crucis et purpurae resumptione firmat: duodecimo sc. kal. April., dominica in ramis palmarum", Petri Chron. mon. Cas. l. l. „Dominica in palmis

**1087.** *(Ind. 10. – 1. Sept. – 11, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | pluvialem ipse sibi imponit", Epistola Hugonis Lugdunensis in Hugonis Flavin. Chron. in MG. SS. VIII. 467, Mansi XX. 633. |
| Mart. 28. | In Casinensi | monte „pascha celebrat". Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| Apr. | Iuxta Host- | iensem civitatem Tiberim transit. Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| Mai. 9. | Extra s. Petri | porticum „tentoria figit". Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| Mai. 9. | Romae (in ecclesia S. Petri) | Consecratur „dominico die post dominicam ascensionem, VII. id. Magi". Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 68. p. 750, Annales Casinenses 1087 in MG. SS. XIX. 307, Annal. Cavenses 1087 ibid. III. 190, in Cod. dipl. Cav. V. II. 37. Cf. Annal. Beneventan. 1087 in MG. SS. III. 182: „sexto idus Magi"; Annales Augustani 1087 ibid. p. 132: „in ipsa vigilia pentecostes" (d. 15. Maii), Annal. Brunwillar. 1087 ibid. I. 100: „in ascensu domini" (d. 6. Maii). |
| c. Mai. 16. | Roma | abit, „per octo circiter dies remoratus". Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| Mai. | In Casinensi | monasterio. Vide Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ | „per mare" | Romam se confert. Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| Iun. 4-10. | Ap. b. Petrum | „octo diebus". Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ 11. | Romam | „per Transtiberim intrat in festivitate S. Barnabae". Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ | „Apud insulam Romae" | moratur, Petri Chron. mon. Cas. l. l. „In insula, quae inter duos pontes sita est", Bernoldi Chron. 1087 p. 446. |
| Iul. 14. | Laterani | 5344 Monasterium S. Bercarii Dervense ab omni seculari subiectione eximit eiusque possessiones confirmat. Anal. iur. pont. X. 421, ubi pro „11. id. Iul." pone „II. id. Iul."; Pflugk-Harttung Acta I. 26, ubi perperam bulla Victori II. ascribitur. — „Cum per prophetam". |
| Iul. Aug. | Roma | digreditur. Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 72. p. 751. |
| „ „ | In Casinensi | monasterio. Vide Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ „ | Picae | ecclesiam S. Nicolai dedicat. Vide Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ „ | Capuae | 5345 (4016) Episcopatus Ravellensis nuper constituti possessiones, petente Ursone episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1182. De tempore cf. Hirsch in Forsch. z. d. Gesch. VII. 102. — „Quandoquidem superna". |
| Aug. | Beneventi | Concilium, in qua Victor 1) Clementem III. antipapam anathematizat; 2) Hugonem, archiepiscopum Lugdunensem et Richardum, abbatem Massiliensem, excommunicat; 3) constituit: „ut si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos vel abbates habeatur"; „insuper ei gratiam b. Petri et introitum ecclesiae interdicit"; „similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constuit"; „item, si quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum investituram episcopatuum vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, eiusdem sententiae vinculo" eum afficit. Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 72. p. 751. Cf. Annal. Benev. 1087 in MG. SS. III. 182. |
| („) | („) | 5346 *Hugonem abbatem et fratres Cluniacenses hortatur, ut „a communione Hugonis archiepiscopi Lugdunensis et Richardi abbatis Massiliensis abstinere curent, quia a communione Romanae ecclesiae sese sponte sua seiunxerint". Vide ap. D'Achery Spicil. III. 426, Mansi XX. 634, Bouquet Rec. XIV. 790 Hugonis Lugd. epistolam, ubi pro „Urbano" legendum esse „Victore", perfecte demonstrat Lehmann in Forsch. z. d. Gesch. VIII. 641. |
| „ 29. | „ | 5347 Iacobum, archiepiscopum Calaritanum, ceterosque archiepiscopos et episcopos Sardiniae hortatur, ut miserabilem ecclesiarum suarum conditionem corrigant. Martini Stor. eccl. di Sard. I. 227, Acta SS. Maii V. 221, Hist. Patr. Mon. Cod. dipl. Sard. I. 159, Pflugk-Harttung Acta II. 140, (Matthaeius Sard. sacr. p. 85). — „Quidam ex vestra". |
| Sept. 14. | In monasterio Casinensi | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. III. c. 73. p. 753, Annal. Cavens. 1087 l. l.: „post diem tertium". |
| „ 16. | „ | Moritur „16. kal. Oct.", Petri Chron. mon. Cas. l. l., Necrol. Lucense in Baluzii Misc. I. 432, in Neues Archiv III. 138, Emort. Mon. Casin. ap. Muratori R. It. SS. V. 75: „XV. kal. Oct.", Annales Benevent. 1087 l. l. et Annal. Cavens. 1087 l. l. |

# URBANUS II. 1088—1099.

Urbani II. registri, epistolas annorum 1088 et 1089 complectentis, fragmenta praebet codex Musei Brittanici Additionalis 8873 manu s. XII. ineuntis exaratus; quem nomine „Collectionis Brittanicae“ iam saepius in Gelasii, Pelagii aliorumque paparum regestis (supra p. 83. 124 cet.) commemoravimus. Epistolarum eius adhuc incognitarum alteram partem publici iuris fecit Ewald in Neues Archiv V. 352 sq., alteram ipse edidi in libro, qui inscribitur: Epistolae pontificum Romanorum ineditae, Lipsiae 1884, p. 59 sq.

In Urbani II. bullis leguntur modo usitati incarnationis anni, quorum initium a nativitate Christi fuit, modo anni Florentinorum (a. 1094), qui tribus mensibus post nativitatem, modo Pisanorum (a. 1095 et 1096 potissimum), qui mensibus novem ante eam incipiebant. Neque indictionum par ratio ubique. Etenim qua priores pontifices usi erant, Constantinopolitana indictione nisi bis ut videtur (5410. 5527) non adhibita, notarii alias Constantinianam seu Caesaream admiserunt, quae die 25. m. Sept., alias Pontificiam seu Romanam, quae die 1. m. Ianuarii habebat principium.

Sententia addita haec est: „Benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi“ (5365. 5366. 5372. 5376. 5398. 5410. 5414. 5428. 5431. 5464. 5466. 5479. 5483. 5487. 5489. 5497. 5508. 5512. 5519. 5527. 5539. 5553. 5554. 5566. 5572. 5580. 5603. 5606. 5622. 5681. 5697. 5700. 5781. 5801. 5802); pro qua nonnusquam sic est inter duos circulos:

„Legimus, firmamus“ (an corr. firmavimus?) (5673)
„Legimus, firmavimus“ (5781. 5798. 5803)
„Legimus, amen, firmavimus, amen“ (5683. 5686); et in bulla pro monasterio S. Basoli Remensi reperitur:
„Legimus, firmavimus, sancte Basole (5672).

Subscripserunt: ep. Albanensis Petrus (5403)
„ „ Gualterius (5788)
„ Lavicanensis Minutus (5403)
„ Ostiensis Odo (5788)
„ Portuensis Iohannes (5540)
„ Signiensis Bruno (5403. 5620)
presb. card. de tit. SS. Iohannis et Pauli Bonus Senior (5540)
„ „ „ „ „ „ „ „ Teuzo (5788)
„ „ ex tit. S. Clementis Nunerius (l. Rainerius) (5788)
„ „ ex tit. S. Anastasiae Iohannes (5788)
„ „ S. R. E. et Massiliensis abbas Ricardus (5540)
„ „ Albertus (5540. 5620. 5633)
„ „ Teuzo (5540. 5620. 5633).
diac. card. Gregorius (5540. 5633)
„ „ Hugo (5540)
„ „ Herimanus (5540)
„ „ Rogerius (5540. 5620)
card. Rainerius (5709)
„ Iohannes (5709).

Scriptae bullae sunt p. m.
Gerardi notarii regionarii et scriniarii S. R. E. (5403. 5715)
Gregorii scriniarii atque notarii sacri palatii (5427. 5428. 5429. 5430. 5431. 5432. 5433. 5435)
Lanfranci notarii sacri palatii (5446. 5682)
Lanfranci vice agentis cancellarii sacri palatii (5457. 5459)
Bonihominis scriniarii sacri palatii (5512)
Petri notarii regionarii et scriniarii sacri palatii (5503. 5511. 5519. 5681. 5683. 5686. 5688. 5697. 5698. 5716. 5783. 5784. 5787. 5790. 5798. 5801. 5802. 5803. 5805)
Iohannis S. R. E. scriniarii, Constantini filii (5699).

Datae bullae sunt p. m.
Iohannis diaconi S. R. E. et prosignatoris domini Urbani II. papae (5365 [vide ibi notam]. 5366. 5372. 5374. 5375. 5376. 5377. 5391. 5392. 5395. 5398. 5400. 5402. 5410)
Iohannis S. R. E. diaconi et cancellarii (5401. 5403. 5413)
Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis (5412. 5414. 5415. 5416. 5427. 5428. 5429. 5431. 5432. 5433. 5435. 5436. 5445. 5446. 5448. 5449. 5450. 5453. 5460. 5461. 5462. 5463. 5464. 5466. 5468. 5479. 5482. 5483. 5488. 5489. 5492. 5496. 5497. 5503. 5504. 5508. 5511. 5512. 5519. 5527. 5532. 5539. 5540. 5542. 5543. 5545. 5549. 5550. 5551. 5552. 5553. 5554. 5555. 5557. 5558. 5559. 5560. 5563. 5464. 5566. 5567. 5569. 5572. 5573. 5575. 5577. 5578. 5579. 5580. 5582. 5586. 5588. 5589. 5590. 5592. 5593. 5594. 5596. 5597. 5600. 5601. 5602. 5603. 5604. 5605. 5606. 5612. 5618. 5620. 5621. 5622. 5623. 5624. 5625. 5628. 5629. 5630. 5631. 5632. 5633. 5634. 5635. 5638. 5639. 5640. 5641. 5642. 5645. 5646. 5647. 5650. 5652. 5653. 5655. 5656. 5657. 5658. 5659. 5660. 5661. 5664. 5668. 5669. 5672. 5673. 5681. 5682. 5683. 5686. 5697. 5698. 5699. 5702. 5703. 5706. 5707. 5710. 5714. 5716. 5773. 5781. 5783. 5784. 5785. 5786. 5787. 5788. 5789. 5790. 5796. 5798. 5801. 5802. 5803. 5805)
Hotesculici presbyteri vicem gerentis cancellarii (5430)
Lanfranci vicem agentis cancellarii (5498. 5688. 5700).

Scriptae et datae p. m. Lanfranci vicem gerentis cancellarii (5691. 5692).

**1088.** *(Ind. 11, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 12. | Terracinae in ecclesia SS. Petri et Caesarii | Eligitur „dominica die . . . IV. Id. Martii". Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 2 in MG. SS. VII. 761; Annales Cavenses 1088 ibid. III. 190, in Cod. dipl. Cav. V. n. 37, Annal. Casinenses ibid. XIX. 307, Urbani epp. ap. Jaffé Bibl. V. 503, Migne 151 p. 283. 284, Baluzii Misc. II. 174. — Bernoldus in Chron. 1088 in MG. SS. V. 447 electionem perperam narrat Romae factam esse. |
| „ 12. | „ | Consecratur. Annal. Benevent. 1088 in MG. SS. III. 182: „Mense Martio ordinatus est Urbanus papa" (al.: „consecratur a cardinalibus apud Terracinam"). Ante diem 14. Martii evenisse consecrationem, liquet ex Urbani bullis ap. Mansi XX. 699 („dat. prid. id. Mart., ind. 15, pont. a. 5, inc. an. 1092"), ap. Florez Esp. sagr. XXVI. 463 („dat. prid. id. Mart., ind. 3, pont. a. 8, inc. a. 1095"); quapropter ad dominicum diem 12. Martii referenda est. |
| „ 13. | Apud Terracinam | 5348 (4017) (Gebhardo), archiepiscopo Salzburgensi, (Altmanno) Pataviensi, (Meinhardo) Wirzeburgensi, (Adelberto) Wormatiensi, (Wigoldo) Augustensi, (Gebhardo) Constantiensi episcopis, et abbatibus et gloriosissimis ducibus Welphoni (Bavariae), B(ertholdo Alamanniae) et B(ertholdo Zaringiae) atque omnibus maioribus et minoribus b. Petri fidelibus nunciat, se die 12. Martii Terracinae electum pontificem esse. Hortatur, ut in fidelitate Gregorio VII. praestita erga se quoque perseverent. Ita addit: „De me porro ita credite, sicut de beatissimo Gregorio; cuius ex toto sequi vestigia cupiens, omnia quae respuit respuo, quae damnavit damno, quae dilexit prorsus amplector". Jaffé Bibl. V. 503, ubi lin. 15 pro „eligentium" legatur „degentium", monent Giesebrecht III. 1167 et Scheffer-Boichorst Die Neuord. d. Papstw. p. 77. n. 3, (Martene et Dur. Vet. Script. I. 520, Watterich I. 576, Mansi XX. 703, Migne 151 p. 283; Fragm. in Coll. Brit. Urb. ep. 2). — „Nosse volumus". |
| „ 13. | „ | 5349 (4018) Hugoni, abbati Cluniacensi, pontificatum sibi delatum nunciat. Rogat, ut ad sese veniat. A Deo precari eum vult, ut „et ipsum et ecclesiam suam sanctam, quae tantis videatur subiacere periculis, in pristinum restaurare statum dignetur". Baluzii Misc. II. 174, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 251, Bouquet Rec. XIV. 689, Migne 151 p. 284, Fragm. in Coll. Brit. Urb. ep. 1. — „Quoniam sanctitatem". |
| Mart. Apr. | („) | 5350 (4019) (Gontardo) Valentino, (Guidoni) Genevensi, (Conrado) Maurianensi, (Hugoni) Gratianopolitano, (Ismioni) Diensi, (Iohanni) Vivariensi episcopis et universo clero et populo Viennensis ecclesiae significat, se pontificem creatum esse. Hortatur, ut tandem archiepiscopum eligant; „canonica enim auctoritate" inquit „cautum esse nostis, quod ultra tres menses episcopo suo ecclesia vacare non debet, quanto igitur minus per tot annorum curricula". Romanensem et b. Petri de Campania ecclesias auferri ecclesiae Viennensi vetat. Bouquet Rec. XIV. 689, Gallia Chr. XVI. Instr. 26, Migne 151 p. 285, — „Nolumus latere". |
| Apr. 10. | „ | 5351 (4020) Lanfranco, archiepiscopo Cantuariensi, scribit de ecclesiae angustiis, ac de suscepto pontificatu. Mandat, hortetur regem, ut „pro modo suo, pro officio suo multis periculis et maximis necessitatibus laborantem Romanam ecclesiam consilio et solatio suo adiuvare et honorare studeat; pecuniam porro, quam de regno eodem b. Petrus consuetudinaliter solebat accipere, per Rogerum, cardinalem ecclesiae Romanae subdiaconum, sive per alium suum fidelem legatum, una cum eo vel usque Cluniacum, quantocius potuerit, transmittat". Theineri Disqu. crit. p. 207, Migne 151 p. 286. — „Non latere credimus". |
| | Terracina | proficiscitur in Siciliam versus. Gaufredi Malaterrae Hist. Sic. L. IV. c. 12 et 13 ap. Muratori Rer. It. SS. V. 593. |
| | Trainae in Sicilia | cum Rogerio comite colloquitur. Gaufredi Malaterrae Hist. Sic. L. IV. c. 13. p. 593. 594. |
| Apr.-Iun. | | 5352 Willelmo, (abbati) S. B(enedicti), per Iohannem „dilectissimum filium suum" privilegia aliqua petenti respondet, non esse Romanae ecclesiae consuetudinem, absentibus privilegia facere. Coll. Brit. Urb. ep. 3. — „Dilectissimus filius noster". |
| „ „ | | 5353 Petro episcopo Terracinensi significat, „multa videri mala esse, quae mala non sint, quia mala intentione non fiant". Ex apostolorum actibus exempla profert. Coll. Brit. Urb. ep. 4, Loewenfeld Epistolae p. 59. — „Multa videntur mala". |
| „ „ | | 5354 Bonizoni (Sutriensi) scribit, audivisse se, plurimos clericos et laicos de electione eius in episcopatu Placentino dissentire et contra eum iurasse. Permanere electionem, si fieri possit, optat. Coll. Brit. Urb. ep. 5. — „Audivimus unde contristamur". |

**1088.** *(Ind. 11, pont. a. 1.)*

Apr.-Iun. — 5355 Herimanno cardinali indicat, optare se, ut „in Placentino episcopatu permaneat Bonizo, quamvis non ab universitate illius ecclesiae neque a melioribus tam clericis quam laicis electus sit". Coll. Brit. Urb. ep. 6. — „Si potest fieri".

„ „ — 5356 M(ediolanensi archiepiscopo?) scribit, ut (Bonizo) episcopus Sutriensis in episcopatu Placentino, „sicut olim electus sit", inthronizetur, se desiderare. Coll. Brit. Urb. ep. 7. — „Sutrinus episcopus".

(Iul.) — 5357 Clero Aversano nuntiat, Wimundum episcopum a sese consecratum esse, Neapolitana et Capuana ecclesiis discordantibus, utrilibet ecclesia Aversana subiaceat. Coll. Brit. Urb. ep. (8 et) 9. — „Patrem vestrum et".

(„) — 5358 Iord(ano principi Capuano) significat, Wimundum Aversanum a sese consecrationem accepisse, quae propter discordiam inter Neapolitanam et Capuanam ecclesias nimis protelata esset. Coll. Brit. Urb. ep. 10. — „Venerabilis viri Guimundi".

(„) — 5359 (Anselmi) archiepiscopi Mediolanensis obedientiam laudat eique „totius episcopalis officii integritatem" reddit. (Per Herimannum presbyterum cardinalem tit. SS. Quatuor Coronatorum) pallium transmittit „praeter consuetudinem Romanae ecclesiae, quae nulli hoc dignitatis genus nisi praesenti concedat". Coll. Brit. ep. (11 et) 12. — „Sicut pium et".

(„) — 5360 Clero (et populo) Medi(olanensi) scribit, hereticum esse, qui „a Romanae ecclesiae compage fuerit seiunctus". (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 13, Loewenfeld Epistolae p. 59. — „Scitis namque quantum".

(„) — 5361 (Iohanni) archiepiscopo Neapolitano se expurgat, quod urgente necessitate (Guimundum) episcopum Aversanum consecraverit. Coll. Brit. Urb. ep. 14. — „Ex praesenti dispositionis".

(„) — 5362 Guimundo (episcopo Aversano) nuntiat, se Iohanni, archiepiscopo Neapolitano, per archidiaconum suum et legatum Salernitani principis et Amalfitani ducis Aversanae ecclesiae possessionem petenti, „investituram eius reddidisse, causa cum fratribus suis et ducibus Romanis diu eventilata". (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 15. — „Nuper autem venerabilis".

(„) — 5363 (4088) Guimundo, episcopo Aversano, scribit, id, quod de Richardo, filio Burrelli, fecerit, sibi probari; „sed" inquit „non adeo timendum, non adeo est vobis ab eius eleemosynis abstinendum; nos plane inter duo oppugnantia positi, inter impios videlicet et schismaticos, schismaticis ullo modo communicare non possumus, istis autem, licet peccatoribus et praedonibus, dispensative propterea communicamus, quia et ecclesiam hactenus sustentaverunt et se fideliores in posterum pollicentur; alioquin oportet nos de huius mundi partibus exire: sub qua etiam sponsione nos eis nuper in b. Petri natalitiis (29. Iunii) absolutionem indulsimus. Quia ergo praedictus vir neque nominative excommunicatus, neque communicans excommunicatis obiit, sed in domini sui servitio permansit, licet nobis, dispensative, id est quamdiu eos nos patimur, eius eleemosynis communicare, et defuncti animam Christianae religionis moribus adiuvare". (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 16, Ivonis decr. XIV. c. 68, Gratiani decr. C. XXIV. qu. 2. c. 3, Migne 151 p. 357. — „Sane quod super".

5364 H(ugoni, abbati Cluniacensi) scribit de „nave apostolica non solum vetusta vehementerque confracta, immo pene submersa. Uno siquidem" inquit „tempore episcoporum, clericorum, monasteriorum et Romani populi in tantis maxime petitionibus (corr. perturbationibus) curam gerere et contra hostium insidias sollicite vigilare et contra principum fallacias et falsorum amicorum malitias suspectum semper existere, paupertatis angustias tam in me quam in meis assidue tolerare cet., cuius laboris, cuius doloris sit, dilectio vestra . . . pensat". Rogat, ut „postpositis occupationibus tandem aliquando ad sese festinet". (Ep. in fine mutila.) Neues Archiv VII. 164. — „Consideranti mihi".

Aug. 23. — Anagniae — 5365 Ecclesiae Anagninae protectionem suscipit ac possessiones, petente Petro episcopo, confirmat, in his ecclesiam Trevensem, „quae proprium nequeat redditibus suis sustentare pontificem". (In clausula pro: „Iohannis subdiaconi" cet. legendum videtur „Iohannis S. R. E. diaconi", quippe qui iam in Gregorii VII. genuina bulla 5079 appareat.) Cappelletti Chiese d'It. VI. 325, Pflugk-Harttung Acta II. 141. — „Potestatem auctore Deo".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1088.** *(Ind. 11, pont. a. 1.)* |
| Oct. 15. | Anagniae | 5366 (4021) Bernardo, archiepiscopo Toletano, pallium tribuit, eumque „in totis Hispaniarum regnis“ primatem constituit. Florez Esp. sagr. VI. 347, Mansi X. 522, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 344, Yepes Coronica general VI. 485b, Migne 151 p. 288. — „Cunctis sanctorum“. |
| („ „) | („) | 5367 (4022) Ildefonso, Galleciae regi, Toletanam ecclesiam Sarracenis ereptam gratulatur. Commendat Bernardum, archiepiscopum Toletanum, a sese pallio donatum, primatemque in totis Hispaniarum regnis constitutum. Hortatur, ut (Didacum Pelaiz) episcopum S. Iacobi, vinculis mandatum, dimittat. Coll. Brit. Urb. ep. 18, Mansi XX. 680, Aguirre Conc. V. 13, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 346, Migne 151 p. 289. — „Duo sunt rex“. |
| („ „) | („) | 5368 Clerum et populum S. Iacobi reprehendit, quod in locum (Didaci) episcopi incarcerati Petrum invasorem sibi praeponi siverint; cui ne obediant, praecipit. Interdictum dioecesi iniunctum tamdiu permanere vult, donec episcopus vinculis liberatus sit. Coll. Brit. Urb. ep. 19, Loewenfeld Epistolae p. 60. — „Auditum nostrum“. |
| („ „) | („) | 5369 Petrum invasorem (ecclesiae S. Iacobi) deponit et ante praesentiam suam evocat. Coll. Brit. Urb. ep. 20, Loewenfeld Epistolae p. 60. — „Pervenit ad aures“. |
| („ „) | („) | 5370 (4023) Tarraconensi et ceteris Hispaniarum archiepiscopis significat, archiepiscopum Toletanum primatem iis a se praepositum esse. Coll. Brit. Urb. ep. 21, Aguirre Conc. V. 14, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 349, Mansi XX. 681, Migne 151 p. 290, (Pflugk-Harttung Iter p. 202). — „Quisquis voluntatem“. |
| („ „) | („) | 5371 (4024) Hugoni, abbati Cluniacensi, Bernardum, archiepiscopum Toletanum, primatem Hispanorum episcoporum omnium constitutum pallioque ornatum nunciat. Monasterii Cluniacensis bona tuenda suscipit. Coll. Brit. Urb. ep. 22, Mansi XX. 698, Aguirre Conc. V. 15, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 350, Migne 151 p. 291. — „Venerabilem fratrem“. |
| Nov. 1. | Romae | 5372 (4025) Monasterii Cluniacensis possessiones et privilegia confirmat, et Hugoni abbati mitrae, dalmaticae, chirothecarum, sandaliorum usum concedit. Bibl. Clun. p. 514, Bullar. Cluniac. p. 22, Cocqu. II. 62, Migne 151 p. 291. — „Cum omnibus sanctae“. |
| „ 1. | „ | 5373 *Gregorii VII. papae privilegium pro ecclesia S. Agathae Cremonensi (supra 5288) repetit et confirmat. Campo Hist. di Cremona, Milano 1645, p. 15. |
| Dec. 7. | „ | 5374 Ecclesiae Romanensis, super fluvium Isaram sitae, tutelam suscipit, bonaque libertatem et privilegia confirmat. Giraud Ess. hist. sur l'abbaye de St.-Barnard I. Preuv. p. 12. — „Viennensis decanus“. |
| „ 14. | „ | 5375 (4026) Godofredum sancit episcopum Magalonensis ecclesiae, a Petro comite Substantionensi cum ipso comitatu b. Petro „per annulum“ ita traditae, ut haeredes eius fierent pontificis Romani milites, aurique unciam quotannis palatio Lateranensi persolverent. Gariel Ser. I. 120, Gall. Chr. VI. Instr. 350, Bouquet Rec. XIV. 690, Migne 151 p. 293. — „Universum sanctae“. |
| „ 14. | „ | 5376 Monasterii Dolensis possessiones et privilegia, petente Hildeberto abbate, confirmat, imposito fratribus trium solidorum tributo annuo. Copia s. XII. in tab. nat. Paris. L 222. n. 2. — „Cum omnibus sanctae“. |
| „ 24. | „ | 5377 Ecclesiam Magalonensem, „seculari quondam domini subditam potestati“, tuendam suscipit, et Godefrido, eiusdem civitatis antistiti, comitatum Substantionensem, a b. m. Petro comite b. Petro traditum (vide ep. 5375) disponendum committit. (Pro „VIIII. kal. Ian.“ fortasse legendum est „XVIIII. kal. Ian.“) Mém. de la soc. de Montpellier V. 513. — „Pastoralis officii necessitate“. |
| | | 5378 (4089) Anselmo, archiepiscopo Mediolanensi scribit, se de ordinatione eius, haud canonice facta, „pro temporis labore et ecclesiae utilitate“ non severe sed clementer iudicasse. Addit de modo reconciliandorum lapsorum. (Fragmenta.) Coll. Brit. Urb. ep. 23, (Cocqu. II. 72, Mansi XX. 645, Migne 151 p. 358). — „Ideo non rectis“ „Discretioni nostrae“. |
| | | 5379 Bernardo, (Maioris-)monasterii abbati mandat, cum absentibus privilegia non tribuantur, ut morbo impediente priorem mittat. Ad exhibendam professionem priorem S. Antonini eligat, donec e propria congregatione magistrum et praepositum sumere possit. Coll. Brit. Urb. ep. 24, Loewenfeld Epistolae p. 61. — „Quia consuetudo“. |

**1088.** *(Ind. 11, pont. a. 1.)*

5380 Petrum episcopum (Pistoriensem), minus canonice electum et consecratum, „pro tempore se tolerare" scribit. Coll. Brit. Urb. ep. 25. — „Quamvis de electione".

5381 Hermannum, episcopum Metensem, hortatur, ne simoniacos aut uxoratos clericos ullam potestatem in ecclesia habere permittat. Coll. Brit. Urb. ep. 26, Ivonis pan. III. c. 122. — „Vendentes et ementes".

5382 (4311) Permittit, ut Iordani principis filia, infantula Rainaldo, Rodeli filio, invitis matre et parentela, desponsata, alii viro nuptum detur. (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 29, Ivonis decr. VIII. c. 23, Gratiani decr. C. XXXI. qu. 2. c. 1, Migne 151 p. 534. — „Si verum esse".

5383 (4027) Petro, episcopo Pistoriensi, et Rustico, abbati Vallumbrosano, scribit, „subditos dubitationis nodos patienti inquisitione dissolvere", non autem redarguere et inculpare debere; de multis enim rebus a principibus ecclesiae varie pro temporum ac personarum qualitate iudicari. Se expurgat, quod (Daimbertum) diaconum ordinatum a Guezelone, defuncto ecclesiae Moguntinae archiepiscopo haeretico et excommunicato, episcopum Pisanum consecraverit. Coll. Brit. Urb. ep. 30, Loewenfeld Epistolae p. 61, (Fragm. ap. Jaffé Bibl. III. 373, Mittarelli Ann. Cam. III. 46, Mansi XX. 664, Ivonis pan. III. c. 81, Gratiani decr. C. I. qu. 7. c. 24, Migne 151 p. 294). — „Debent subditi" „Scripsistis nobis" („Daibertum a").

**1089.** *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 1. — 12. Mart. — 2.)*

5384 (Hugonem) abbatem Cluniacensem hortatur, ut de libertate locorum, ad monasterium eius pertinentium, ita agat, ut „salvum sit episcoporum ius, quod in eis hactenus habuerint". (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 31. (Quamvis exploratum non habeam, utrum haec et eae, quae numeris 5385—5390 continentur, epistolae in principio huius anni iure sint collocandae necne, ordinem tamen chronologicum ab Ewaldo constitutum turbare nolui.) — „Porro de libertate".

5385 Rainaldum, archiepiscopum Remensem, vehementer increpat, quod, cum a Romanae ecclesiae cardinalibus episcopis, nullo existente pontifice (a d. 16. Sept. 1087 ad d. 11. Mart. 1088), pallium eo tenore acceperit, ut futuri pontificis conspectui sese praesentaret, accedere ad apostolicam sedem adhuc omiserit. Addit, presbyterorum filios, si religiose vixerint, „in necessitatibus maximis" ad sacros ordines promoveri debere. (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 32. — „Sed te sub".

5386 Anselmum, archiepiscopum Mediolanensem, quamvis minus canonice investituram et consecrationem acceperit, utilitate ecclesiae exigente, pallio donat eique permittit, ut qui a Tedaldo simoniaco, praedecessore eius, sint promoti, nisi ipsi simoniace egissent, in integrum restituat. (Ultimis epistolae verbis aliam, quam quae ab Ewaldo eis substituitur, notionem inesse putem.) Coll. Brit. Urb. ep. 33. — „Nosti frater in".

5387 . . . . l . . is . . . . tano scribit de sacrificiis eorum, „qui in ecclesia ordinati sint, sed per scismata discesserint". (Inscriptionem Ewald non recte, ut videtur, supplevit „Comiti Salernitano") Coll. Brit. Urb. ep. 34, Loewenfeld Epistolae p. 62. — „Eorum qui in".

5388 (4143) (Cyriaco), episcopo Ianuensi, de dirimendo cuiusdam matrimonio scribit. (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 35, Ivonis decr. IX. c. 33, panorm. VII. c. 86, (Gratiani decr. C. XXXV. qu. 6. c. 3, Migne 151 p. 394). — „Notificamus tibi".

5389 Pontio, episcopo Rutenensi, indicat, se de monasterio S. Antonini ex consilio Teuzonis monachi, in eius partibus nuntii apostolici, constituisse. Amatum etiam episcopum (Elloreusem), Romanae ecclesiae legatum, asseruisse scribit, „utilius esse, regulares ibi canonicos conversari, quam solo nomine monachos ipsius ecclesiae bona consumere". Coll. Brit. Urb. ep. 36. — „Quod si de monasterio" „Quod de monasterio".

5390 (4301) Petronium, episcopum Legionensem, ex matre non legitima editum, „ab huius peccati vinculo absolvit". Coll. Brit. Urb. ep. 37, Ivonis pan. III. c. 54, Gratiani decr. I. D. 56. c. 14, Migne 151 p. 527. — „Quia simpliciter".

Ian. 11. | Romae | 5391 (4028) Canonicorum S. Iohannis de Vineis protectionem suscipit, et instituta, bona ac privilegia confirmat, petente Rogerio abbate. Louen Hist. de l'abb. de S. Jean des Vignes p. 281, Anal. iur. pont. X. 514, Migne 151 p. 295. — „Iustis votis assensum".

**1089.** *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 1. — 12. Mart. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 20. | Romae | 5392 (4029) Monasterii S. Victoris Massiliensis possessiones ac privilegia confirmat, Richardo abbati, S. Romanae ecclesiae presbytero cardinali, eiusque successoribus „coenobium S. Servandi apud Toletum, quod rex Ildefonsus Romanae ecclesiae specialiter tradidit“, ordinandum regendumque committit ea lege, ut „ex eodem coenobio quotannis decem mancusos“ Lateranensi palatio exsolvant. Collection des Cartulaires IX. 205, (Ruinart Vita Urbani II. in Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 51). — „Potestatem ligandi“. |
| Apr. 18. | „ | 5393 (4031) Gebehardo (al. Guichardo, Genebaldo cet.), episcopo Constantiensi, respondet, se Gregorii VII. sententiam eatenus confirmare, ut Clemens III. antipapa „cum Heinrico rege“, et qui „armis, pecunia, consilio aut obedientia ecclesiasticos maxime honores ab iis aut eorum fautoribus“ acceperint, in excommunicatis habeantur; qui vero cum illis communicaverint, peracta poenitentia recipiantur. De clericis per excommunicatos episcopos ordinatis se in „generali synodo“ decreturum. In monasterium Augiense potestatem episcopalem ei concedit, utque ibi et in S. Galli coenobio in ceterisque monasteriis vacantibus abbates eligendos curet, mandat. „Idem etiam tibi“ inquit „studendum de Augustensi et Curiensi episcopatu iniungimus, nec non et de ceteris, ad quae Pataviensis episcopus advocari vel adesse nequiverit, et ipsi, quemadmodum et tibi, Saxoniae, Alamanniae ac ceterorum, quae prope sunt, regionum vice nostra procurationem iniunximus“. (Cf. Bernoldi Chron. 1089.) Mansi XX. 666 et 715, Cocqu. II. 65, Migne 151 p. 297, (Fragm. ap. Sudendorf Registrum II. 104, Coll. Brit. Urb. ep. 38, Ivonis decr. VI. c. 406, XIV. c. 45, panorm. V. c. 107, Gratiani decr. C. IX. q. 1. c. 4, C. XI. q. 3. c. 110). — „Quia te speciale“ („Sanctis quippe“ „Ab excommunicatis“ „Excommunicationis quaestione“. |
| | („) | 5394 (4032) Episcopis Germaniae indicat, pro excommunicatis qui homines habendi sint. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 153, Mansi XX. 719, Migne 151 p. 299. — „Fratrum nostrorum“. |
| Mai. 19. | „ | 5395 (4033) Monasterii S. Iohannis Rivipullensis protectionem suscipit, disciplinamque et bona confirmat, ac de abbate post Berengarii episcopi Ausonensis mortem eligendo constituit, imposito monachis trium monetae Valentianae mancusorum censu annuo. Villanueva Viage literario VIII. 24, Florez Esp. sagr. XXVIII. 292, Migne 151 p. 299. — „Iustis petitionibus“. |
| Apr.-Iun. | | 5396 Clerum populumque Bergomatem, qui sint simoniaci appellandi, quoque modo crimen simoniae luatur, edocet. Coll. Brit. Urb. ep. 39, Loewenfeld Epistolae p. 62. — „Auctoritatis nostre statuta“. |
| „ „ | | 5397 Willelmum, Anglorum regem, vituperat, quod (Willelmum) episcopum Dunelmensem expulerit eumque iudicium papae postulantem prohibuerit, quominus ad se accedat. Quem ut in integrum restituat et cum legitimis accusatoribus, si qui sint, ad suam audientiam venire sinat, praecipit. Coll. Brit. Urb. ep. 40, Loewenfeld Epistolae p. 63. — „Audivimus te Dunelmensis“. |
| Iul. 1. | „ | 5398 (4033a) Ecclesiae Iesu Nazareni (Montis-Aragonensis) protectionem suscipit ac libertatem possessionesque confirmat, rogatu „Sancii Aragonensis sive Pampilunensis regis, qui se cum filiis suis in perpetuum quingentorum mancusorum, omneque caput in regno suo militantium unius mancusi Iaccensis annuatim obnoxios fore“ Romanae ecclesiae promisit. Monachis unius auri unciae censum annuum Lateranensi palatio persolvendum imponit. Ramon de Huesca Iglesias de Aragon VII. 458, (Aynsa Fundacion de Huesca p. 454, Migne 151 p. 301); vide Sancii promissionem in Coll. Brit. Urb. ep. 27. — „Iusta fidelium petitio“. |
| („ „) | („) | 5399 (4113) Sancium, Aragonum regem, laudat, quod se omnesque sibi subditos Romanae ecclesiae tributarios fecerit. Hortatur, ne neptem invitam cuidam in matrimonium det, etsi fide, „necessitatis instante articulo“ data, astrictus sit. Coll. Brit. Urb. ep. 41, Loewenfeld Epistolae p. 63, (Fragmentum in Ivonis decr. VIII. c. 24, panorm. VI. 109, Gratiani decr. C. XXXI. qu. 2. c. 3, Coll. Taurin. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 166, Mansi XX. 713, Migne 151 p. 373). — „Fili in Christo“ „De neptis tuae“ „Nemo coniungat“. |
| „ 1. | „ | 5400 (4034) Frotardo, abbati S. Pontii Tomeriensi, privilegium concedit, quo monasterium a cuiuscumque hominis iurisdictione eximit, eiusque possessiones et privilegia |

1089. *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 1. — 12. Mart. — 2.)*

confirmat, imposito fratribus duorum solidorum censu annuo. Anal. iur. pont. X. 516. — „Potestatem ligandi".

Jul. 1. Romae 5401 (4035) Berengarium Barcinonensem comitem ac marchionem, Ermengaudum Urgellensem, Bernardum Bisuldunensem comites, omnesque Tarraconensis et Barcinonensis provinciae episcopos, vicecomites et ceteros nobiles et potentes hortatur, ut Berengarium, episcopum Ausonensem, in restituenda ecclesia Tarraconensi adiuvent. „Eis" inquit, „qui vel in Hierusalem vel in partes alias poenitentiae spiritu vel devotionis ituri sunt, suademus totam illam viae et sumptus operam restitutioni ecclesiae Tarraconensis impendere". Iura ecclesiae Tarraconensis et Berengarii episcopi a sese confirmatum iri. (Aut interpolatam aut fabricatam esse epistolam hanc, censet comes Riant in Archives de l'Or. lat. I. 68; reapse verba ad iter Hierosolymitanum spectantia suspecta esse probat bulla 5450.) Marca Marca Hisp. p. 1184, Aguirre Conc. V. 2, Bouquet Rec. XIV. 691, Mansi XX. 701, Cocqu. II. 64, Migne 151 p. 302. — „Dilectissimus et".

„ 4. „ 5402 (4036) Monasterii SS. Aniani et Laurentii Olosianensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, imposito fratribus duorum solidorum censu annuo. Pflugk-Harttung Acta II. 144. — „Potestatem ligandi".

„ 8. „ 5403 (4037) Omnibus Velitrensibus clericis et laicis b. Petro fidelibus scribit haec: „Nec ignotum vobis esse cognoscimus, qua immani crudelitate Guibertus heresiarcha, sedis ap. invasor, per apostatas et tirannos s. ecclesiae, Hugonem album (i. e. Candidum) et Iohannem Portuensem antyepiscopos (al. exepiscopos), et Petrum quondam cancellarium, Wezelonem et Otonem tirannum membra diaboli seduxerit filios Dei: in eum vero sperantes, qui suos non despicit constanter, per vos et alios filios nostros illorum incursum comprimemus. Quapropter de presenti Rainerium presbiterum, Formosum nostrum dapiferum, et Fornicem nostrum emissarium vobis mandamus, a quibus audictis, quanta prelia nostri fideles strenue commisere et quomodo ad Christi sponsae utilitatem ultra montes accelerare disposuimus". Eorum „usus et diuturnos mores" confirmat. (Contra argumenta, quibus huius bullae fidem aggreditur Pflugk-Harttung, sat est animadvertere haec: 1) Triangulus cum verbis „Magnus Dominus" [non „Deus"] cet. pertinet ad Brunonis Signiensis subscriptionem, ut probat imago apud Borgia l. l.; 2) Petrus ep. Albanensis, quem Pflugk-Harttung non novit, septies in Gregorii VII. registro memoratur; 3) Minutus ep. Lavicanensis certe idem est ac is, qui sub Alexandro II. presbyter card. tit. S. Mariae trans Tiberim [supra p. 566] fuit et sub Gregorio VII. legati officio functus est, vide Jaffé Bibl. II. 90; 4) Prima bullae pars de Wiberto antipapa agens nemini sane suspicionem movebit, secunda vero clericorum Velitrensium privilegia continens iisdem verbis, mutatis nimirum mutandis, repetitur in Gregorii IX. bulla in registro recepta, ap. Borgia l. l. p. 269, MG. Ep. saec. XIII. T. I. p. 507, ibidemque Urbani II. tabullae expresse mentio fit; 5) Pro „Hugo Albus" falso corrigit Pflugk-Harttung „Albanus", licet his verbis Hugonem Candidum, Urbani II. adversarium, significari facile intellectu sit; 6) Nomina scriptoris Girardi et datarii Iohannis diac. card. et cancellarii etiam in aliis Urbani II. bullis apparent. Quae cum ita sint, bullam, quamquam a communi tabularum litterarumve papalium forma paululum recedat, genuinam esse persuasum habeo.) Borgia Ist. di Velletri p. 204, Maroni Comm. de eccl. Ost. et Vel. p. 110, Pflugk-Harttung Acta II. 145, Migne 151 p. 304. — „Nec ignotum".

(„) 5404 . . . . . no episcopo respondet, decernat ipse, „si quis lapsorum, presbyterorum videlicet, diaconorum ac subdiaconorum, pro vitae probitate in gradum sui ordinis reparandus sit". (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 42, Loewenfeld Epistolae p. 63. „Si quem lapsorum".

(„) 5405 (Willel)mo archiepiscopo (Rotoma)gensi mandat, ut viris quibusdam, postquam unum poenitentiae annum in exilio peregerint, ceteros annos in patria manere concedat et „pro exilio aliquid exiguum ad poenitentias adiiciat". (Hanc et eam, quae praecedit, epistolam mensi Iulio attribui, quia quae in ep. 44 narrantur, Romae acta ideoque ante d. 1. m. Aug. evenisse videntur. Verba „Ex Registro", ep. 44 apposita, nullius esse momenti putem, cum Urbani II. registra, sicuti Gregorii VII. et Paschalis II., haud dubie per pontificatus annos divisa fuerint.) Coll. Brit. Urb. ep. 43, Loewenfeld Epistolae p. 64. — „Mandamus fraternitati tuae".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1089.** *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 1. — 12. Mart. — 2.)* |
| Aug. 1. | Capuae | 5406 (4038) Anselmo, abbati Beccensi, significat, se (Fulconi) episcopo Bellovacensi ordinationem non iustam condonasse; quem ut consilio operaque adiuvet, mandat. Iohannem monachum insequente anno ad sese remitti vult. Hortatur, ut sedem apostolicam quam primum adeat, mittatque ea, quae Hubertus subdiaconus, a Gregorio VII. in Angliam missus, peractaque legatione in Gallia mortuus, collegerit. Anselmi archiepisc. Cant. epist. L. II. 32, Opp. p. 353, Bouquet Rec. XIV. 699, Migne 151 p. 305. — „Religionis ac scientiae". |
| Iul.-Sept. | | 5407 Dalmatio, archiepiscopo Narbonensi, mandat, curet, ne clerici Elenenses armis utantur et ecclesiae beneficia „quasi per hereditariam successionem" occupent; hortetur eos, ut (Artaldo) episcopo obediant. (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 45. — „Quod vero Alanensis". |
| „ „ | | 5408 Clerum Elenensem armis militaribus uti et possessiones honoresve ecclesiasticos sine episcopi concessione retinere vetat. Praecipit, ut (Artaldi) episcopi praecepta observent. (Fragmentum.) Coll. Brit. Urb. ep. 46, Loewenfeld Epistolae p. 64. — „Clericis igitur qui". |
| Aug.Sept. | Beneventi | Vide Annales Benevent. 1089 in MG. SS. III. 182: „Urbanus papa per Beneventum transiens fecit sinodum Melfim". |
| Sept. 10. | Melfiae | Synodus episcoporum 70. Vide „Cod. ms. Rom." ap. Mansi XX. 725, Coll. Brit. Urb. ep. 47: „anno 1089, pontificatus domini U(rbani) papae II. ind. XII., IV. id. Sept. congregata est apud Melphiam eius iussu synodus episcoporum LXX." Huc referenda esse videntur Bernoldi verba in Chron. 1089 p. 449: „domnus papa Urbanus generalem sinodum 115 (leg. 70) episcoporum collegit"; neque enim dicit hanc synodum Romae actam esse. Cf. hist. inventionis corporis S. Sabini, scriptam a Iohanne Barensi archidiacono, ap. Ughelli It. sacr. VII. 610. |
| „ 11. | „ | Synodi „die secundo" (vide „cod. ms. Rom." l. l.) statuitur: 1) de ecclesiasticis muneribus sine mercede tribuendis; 2) „ut a tempore subdiaconatus nulli liceat carnale commercium exercere"; 3) ne quis initietur sacris, „nisi qui usque ad subdiaconatum unicam et virginem uxorem habuerit"; 4) „ut nemo ante annos 15 aut 14 subdiaconus ordinetur, nemo ante annos 25 vel 24 diaconus fiat, nemo ante 30 in presbyterum consecretur"; 5) nullus laicus decimas suas, aut ecclesiam, aut quidquid ecclesiastici iuris est, sine consensu episcopi, vel Romani concessione pontificis, monasteriis aut canonicis offerre praesumat"; 6) „nullus abbas, nullus praepositus, quae iuris sunt ecclesiastici accipere sine episcopi concessione praesumat", 7) „nullus abbas pretium exigere ab eis, qui ad conversionem veniunt, praesumat"; 8) ne quis ordinis clericalis „investituram de manu laici suscipiat"; 9) de clericis acephalis, qui in curiis morantur; 10) de monachis vagantibus. |
| „ 15. | „ | Synodi „sexto demum die" (vide Coll. Brit. l. l.) sancitur 11) ut „nullum ius laicis in clericos sit"; 12) de iis „qui in (leg. a) subdiaconatu uxoribus vacare voluerint, ab omni sacro ordine removendis"; 13) ne „scissis vestibus clerici abutantur, et ne pomposis induantur exuviis"; 14) de presbyterorum filiis a sacris muneribus removendis; 15) de excommunicatis non recipiendis; 16) de falsa poenitentia. Mansi XX. 721, Coll. Brit. Urb. ep. 47, quorum textus non ubique inter se concordant. |
| „ | „ | In eadem synodo „Rogerius dux liggius Urbani homo effectus, . . . accipit per vexillum ab eo terram cum ducatus honore". Romualdi Salernit. Annal. 1090 in MG. SS. XIX. 412. (Cf. Coll. Brit. l. l.) |
| „ | „ | In eadem synodo causam diiudicat inter Maraldum, episcopum Paestanum, et Petrum, abbatem S. Trinitatis Cavensem, super monasteriis in territorio Cilenti positis litigantes. Vide infra bullam 5411. |
| („) | | 5409 (4039) Piboni, episcopo Tullensi, ex concilii sententia respondet 1) de ecclesiasticis muneribus gratis distribuendis; 2) de iis, „qui a subdiaconatu uxoribus vacaverint", removendis; 3) de presbyterorum filiis a sacris muneribus amovendis. Addit 4) se „in generali synodo" de clericis per excommunicatos episcopos ordinatis decreturum esse; 5) de simoniacis episcopis clericisque deiiciendis; 6) de iis, „qui sine titulis ordinati sint"; 7) de bigamis et viduarum maritis a sacris muneribus submovendis. Mansi XX. 676, Cocqu. II. 106, Migne 151 p. 306, (Sudendorf Registrum II. 108, Ivonis decr. VI. c. 410, pan. III. c. 51, Gratiani decr. I. D. 56. c. 1). — „Super quaestionibus" („Presbyterorum filios"). |

**1089.** *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 1. — 12. Mart. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Sept. 21. | Venusiae | 5410 (4040) Monasterii Cavensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Petro abbate. Censum annuum trium aureorum solidorum fratribus iniungit. Guillaume L'abbaye de Cava, append. p. 20, Anal. iur. pont. X. 518. — „Cum universis sancte". |
| („) | („) | 5411 Clericis et laicis Salernitanis significat, sese Melfiae in generali concilio adiudicasse Petro, abbati Cavensi, monasteria in Cilenti territorio sita, a Maraldo, episcopo Paestano, vindicata. Guillaume L'abbaye de Cava, append. p. 22, Anal. iur. pont. X. 517. — „Notum vobis fieri". |
| „ 30. | Ap. Barum | Heliam archiepiscopum Barensem consecrat „prid. kal. Octubr." Anonym. Barens. Chron. 1090 ind. XIII. ap. Muratori R. It. SS. V. 154. |
| Oct. 1. | „ | „in kal. Octubr. edificat (i. e. consecrat) confessionem S. Nicolai". Anonym. Barens. Chron. 1090 ind. XIII. l. l. Cf. Lupum Protospatarium 1089 in MG. SS. V. 62. |
| „ 7. | „ | 5412 (4041) Helial, archiepiscopi Barensis, „contra morem Romanae et apostolicae ecclesiae in sede propria" consecrati iura metropolitana confirmat, pallioque ornat. („Propter ecclesiastica negotia" inquit „in Apuliae provinciam descendentes, Rogerii ducis et fratris eius Boamundi deprecationibus invitati, civitatem vestram visitavimus"). Mansi XX. 645, Ughelli It. sacr. VII. 608, Tortora Rel. stat. eccl. Canusin. p. 244, Cocqu. II. 64, Migne 151 p. 307. — „Quia nostris". |
| „ 11. | Trani | 5413 (4304) Godino, antistiti Uritano, mandat, ut sedem episcopalem, in urbem Uriam quondam translatam, Brundisio urbi reddat. (Pro „V. non. Oct." legendum videtur „V. id. Oct.") Pflugk-Harttung Acta II. 146, Fragm. ap. Ughelli It. sacra IX. 30, Migne 151 p. 528. — „Quia nobis". |
| („) | „ | 5414 Ecclesiae Tranensis, Romanae tantum sedi subiectae, possessiones confirmat ac Bisantio archiepiscopo pallio uti permittit. Prologo Le carte di Trani p. 65, (Schulz Denkm. d. Kunst in Unterit. I. 55. n. 5 et 95. n. 2). — „Potestatem ligandi". |
| Oct. Nov. | Brundisii | ecclesiam consecrat. Lupus Protospatarius 1089 l. l. |
| Dec. 25. | Romae | 5415 (4042) Rainoldo, archiepiscopo Remensi, pallium tribuit, ac totius secundae Belgicae provinciae primatum iusque consecrandi Francorum reges asserit. Baluzii Misc. II. 174, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 352, Bouquet Rec. XIV. 695, Gall. Chr. X. Instr. 29, Migne 151. p. 309. — „Potestatem ligandi". |
| „ 28. | „ | 5416 (4043) Monasterii Balmensis possessiones, petente Hugone, archiepiscopo Vesontionensi, confirmat. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 355, Prost Ess. hist. sur Beaume-les-Moines p. 104, idem in Mém. de la soc. du Jura 1871—72 p. 124, Migne 151 p. 311. — „Potestatem ligandi". |
| | | 5417 (4044) Rainerio (al. Romano), cardinali presbytero, mandat, ut inter (Dalmatium), archiepiscopum Narbonensem, iudicet atque (Frotardum) abbatem S. Pontii et (Artaldum) episcopum Elenensem monachosque Crassenses; praecipiatque episcopis Tarraconensibus, „ut interim Narbonensi tamquam proprio metropolitano obediant, . . . Toletano autem sicut primati reverentiam exhibeant, donec Narbonensis, se eorum primatem fuisse, certa possit auctoritate monstrare". („In reg. Urb. pape lib. II.") Marcae Dissert. tres p. 351, Bouquet Rec. XIV. 692, Mansi XX. 698, Aguirre Conc. V. 16, Migne 151 p. 313. Cf. Pflugk-Harttung Iter p. 104 (et 203). — „Quantum de tua religione" „Quantum de religione". (Huius epistolae fragmentum est ap. Mansi XX. 682, Aguirre l. l. — „Veniens ad nos".) |
| | | 5418 (4045) Raynerium, ecclesiae Romanae presbyterum atque legatum, inter (Bertrannum) episcopum Barcinonensem et (Frotardum) abbatem S. Pontii Tomeriensem iudicem constituit. Mansi XX. 679, Aguirre Conc. V. 15, Bouquet Rec. XIV. 694, Migne 151 p. 314. — „Postquam a nobis". |
| | | 5419 (4046) Frotardum, abbatem (S. Pontii) Tomeriensem, hortatur, ut de illatis archiepiscopo Narbonensi iniuriis satisfaciat, et cum episcopo Barcinonensi iudicium legati sui subeat. Mansi XX. 678, Aguirre Conc. V. 15, Bouquet Rec. XIV. 693, Migne 151 p. 315. — „Venientes nuper" „Venientibus nuper". |
| | | 5420 (4047) Clerum et populum Narbonensem et Raymundum comitem Aymericumque vicecomitem Dalmatio archiepiscopo, revertenti a sede apostolica, obedire iubet. Mansi XX. 678, Cocqu. II. 81, Bouquet Rec. XIV. 694, Gall. Chr. VI. Instr. 25, Migne 151 p. 316. — „Venientem ad nos". |

**1089.** *(Ind. 12. — 25. Sept. — 13, pont. a. 1. — 12. Mart. — 2.)*

5421 (4048) Clero et ordini monastico necnon nobilibus et plebi Viennae consistentibus (Guidonem) archiepiscopum redeuntem ex Italia commendat. Bona ab Ataldo praeposito dissipata archiepiscopo restitui iubet. Bouquet Rec. XIV. 691, Gall. Chr. XVI. Instr. 27, Migne 151 p. 316. — „Beati Petri filium".

**1089?**

5422 (4285) H(artwici) archiepiscopi Magdeburgensis litteras desiderat. „Cave", inquit, „ne collum tuum Pharaoni (i. e. Heinrico IV.) subdatur". Clementum III. antipapam iam male se habere, scribit. Nuntium commendat. Udal. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 154, (Mansi XX. 711, Migne 151 p. 518). — „Indolis tuae".

**c. 1089.**

5423 (4049) Suffraganeis ecclesiae Arelatensis significat, extorta ex Guibilino episcopo iuramenta irrita a se facta esse; quem qui ceperint, eos infames declarat. Baluzii Misc. III. 8, Bouquet Rec. XIV. 696, Mansi XX. 700, Migne 151 p. 317. — „Illa omnia".

5424 (4316) Bernardum, archiepiscopum Toletanum, cum legatio Hispanica Ricardo (abbati Massiliensi) adempta sit, ad agendum impellit. Episcopum S. Iacobi Compostellanum (Didacum Pelaiz) vinculis solutum in integrum restitui vult. Mandat, scribat, cui committendam legationem putet. (Cf. ep. 5366 sq.) Mansi XX. 697, Aguirre Conc. V. 14, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 351, Migne 151 p. 536. — „Semper te".

**1088—1090.**

5425 Siguino, abbati Casae-dei, et omni congregationi praecipit, ut Brunoni et cellam et „chirographum, quod iis de eadem cella in fratrum dilapsione fecerit", cum regressi fratres sint, restituant. Tromby Stor. Cart. II. append. 60, Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVII. 637, Mon. pont. Arverniae p. 63. (Cf. Siguini tabulam in Gall. Christ. II. Instr. 107.) — „Eos qui ob".

5426 Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, et Hugoni, episcopo Gratianopolitano, mandat, ut a Seguino, abbate Casae-Dei, mons Cartusianus magistro Brunoni restituatur. (Fragm.) Pflugk-Harttung Acta II. 148. — „Quanto affectionis debito".

**1090.** *(Ind. 13, pont. a. 2. — 12. Mart. — 3.)*

Ian. 10. Romae — 5427 (4050) Hospitalem S. Petri domum aedificatam a canonicis Pistoriensibus confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. p. 222, Migne 151 p. 317. — „Iustis votis".

Mart. 6. „ — 5428 (4051) Canonicae Raitenbuchensis, a Welfone, Bavariae duce, eiusque coniuge Iudintha conditae, protectionem suscipit, bonaque et iura ea lege confirmat, ut alba linea et stola Lateranensi palatio annuatim persolvatur. (Bulla sine dubio scripta est per m. Gregorii scriniarii.) Greinwald Origines Raitenbuchae I. 207 (ubi „II. non. Martii" legendum est), Pflugk-Harttung Acta II. 146. — „Potestatem ligandi".

„ 6. „ — 5429 Monasterium Omnium Sanctorum Schafhusense, rogatu Sigefridi abbatis, tuendum suscipit, bonaque et iura ea lege confirmat, ut monachi per annos singulos stolam et cingulum Lateranensi palatio persolvant. Beiträge zur vaterländ. Gesch. (Schaffhausen) I. 96, Quellen z. Schweizer Gesch. III. i. 25. — „Potestatem ligandi".

„ 28. „ — 5430 (4052) Canonicam S. Antonini tuendam suscipit eiusque bona, rogatu Petri praepositi, confirmat, imposito canonicis solidorum quinque censu annuo. Martene Thes. I. 248, Chartonnet De canonicorum ordine disqu. p. 535, Migne 151 p. 519. — — „Cum universis".

Apr. 1. „ — 5431 (4053) Ecclesiae Gratianopolitanae possessiones iuraque, petente Hugone episcopo, confirmat. Baluzii Misc. III. 8, Cocqu. II. 68, Marion Cart. de Grenoble p. 68, Migne 151 p. 520. — „Potestatem ligandi".

„ 1. „ — 5432 (4054) Monasterii S. Theotfredi (Calmiliacensis) possessiones ac libertatem, rogatu Willelmi abbatis, confirmat, monachisque quinque solidos „vestralis (cf. bull. 5441) monetae" Lateranensi palatio annuatim praestandos iniungit. Anal. iur. pont. X. 520. — „Potestatem ligandi".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1090.** *(Ind. 13, pont. a. 2.—12. Mart.— 3.)* |
| Apr. 6. | Romae | 5433 (4055) Monasterium b. Mariae Vallumbrosanum, congregationis caput, tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. p. 223, Cocqu. II. 69, Migne 151 p. 322. — „Cum universis". |
| „ 13. | „ | 5434 (4030) G(ebehardo), episcopo Constantiensi, mandat, ut Tutonem ab iniuriis in monasterium S. Salvatoris Schafhusense „secundo et tertio canonice" dehortetur, in contumacemque „gladium excommunicationis evaginet". (Cf. infra ep. 5458.) Neugart Cod. D. Al. II. 37, Udalr. Bamb. ap. Jaffé Bibl. V. 144, Quellen z. Schweizer Gesch. III. I. 24, Meyer Thurg. UB. p. 22, Mansi XX. 707, Migne 151 p. 296. Cf. Henking Gebhard III. v. Const. p. 40, ubi epistolam a. 1090 ascribendam esse probatur. — „Dilectissimus filius". |
| „ 16. | „ | 5435 (4056) Maioris-monasterii tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia, rogatu Bernardi abbatis, confirmat, imposito monachis unius auri unciae tributo annuo. Anal. iur. pont. X. 521. — „Potestatem ligandi". |
| Aug. 15. | ap. Sinuessam | 5436 (4057) Monasterii S. Basoli possessiones et privilegia confirmat, petente Bruchardo abbate. Anal. iur. pont. X. 523. — „Iustis votis assensum". |
| Oct. 7. | Salerni | 5437 (4058) Ecclesiae Ravellensis libertatem ac possessiones, petente Ursone episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1183, Camera Mem. di Amalfi I. 284, Migne 151 p. 325. — „Sanctae Romanae". |
| Nov. 24. | Capuae | 5438 (4059) Clero populoque Carnotensi Ivonem episcopum, in Gaufredi deiecti locum a se consecratum, commendat. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 156, Ivonis Opp. II. 1, Bouquet Rec. XIV. 698, Gall. Chr. VIII. Instr. 305, Mansi XX. 650, Migne 151 p. 325, (Lépinois et Merlet Cart. I. 96: „VII. kal. Dec."). — „Nos quidem". |
| „ 25. | „ | 5439 (4060) Richerio, archiepiscopo Senonensi, Ivonem, episcopum Carnotensem, commendat. Gaufredum, si invadere episcopatum tentaverit, anathematizatum declarat. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 157, Ivonis Opp. II. 1, Bouquet Rec. XIV. 698, Mansi XX. 651, Lépinois et Merlet Cart. I. 97, Migne 151 p. 326. — „Quantas pro". |
| | | 5440 (4061) Altmanno, episcopo Pataviensi, „mittit epistolam, in qua mittit ei pallium, Tyemoni archiepiscopo (Salzburgensi) deferendum; cuius textus hic est: Strenuitatem tuam in Dei rebus et ecclesiae laboribus audientes, in Domino gaudemus, et ideo preces vestras in his, quae contra morem nostrae videntur ecclesiae, audivimus". (Fragmentum.) Vita Altmanni c. 30 in MG. SS. XII. 238. — „Strenuitatem tuam". |
| | | **1091.** *(Ind. 14, pont. a. 3.—12. Mart.— 4.)* |
| Ian. 23. | Capuae | 5441 Monasterii S. Petri Malleacensis possessiones et iura, rogatu Gaufredi abbatis, confirmat, imposito monachis viginti solidorum „vestralis (cf. bullam 5432) monetae" tributo annuo. (Notae chronologicae sunt corruptae.) Lacurie Hist. de Maillezais p. 232, Anal. iur. pont. X. 526. — „Tuis igitur, fili". |
| Febr. 1. | Beneventi | 5442 (4062) Lanzonem et Rodulfum abbates, Adalberonem primicerium, archidiaconos et omnem catholicum Metensis ecclesiae clerum et populum laudat, quod mortuo Herimanno episcopo bonum successorem elegerint. Permittit, ut ad eum consecrandum episcopos deligant. Idem ut diaconatum, ab archiepiscopo Trevirensi simoniace acceptum, a catholico aliquo episcopo recipiat, praecipit. Martene et Dur. Vet. Script. I. 529, Hontheim Hist. Trev. I. 439, Bouquet Rec. XIV. 699, Mansi XX. 705, Migne 151 p. 327. — „Gaudemus filii". |
| (Mart.) | „ | 5443 Brunoni Coloniensi, „apud sese manenti laborando pro conciliis proxime celebrandis concedit ecclesiam et titulum S. Cyriaci martyris in thermis Diocletiani, ut in eo loco libere cum Gavino, socio suo, possit in divinis obsequiis vacare". Tromby Stor. Cart. II. append. 60; Pflugk-Harttung Acta II. 148, cuius textus nec lacuna nec vitiis caret. — „His, qui relictis" „Hos, qui relictis". |
| („) | „ | 5444 Brunone, Lanuino ceterisque fratribus petentibus, eremum „in Cartusiano monte Gratianopolitanae dioecesis" sitam tuendam suscipit. Lanuinum nuper electum priorem confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 149. — „Scriptum est, habitent". |
| „ 28. | „ | Synodi dies primus, „V. kal. Apr." Vide Acta ap. Mansi XX. 738. |
| „ 29. | „ | Synodi die secundo sanciunt, ut „nullus deinceps in episcopum eligatur, nisi qui in sacris ordinibus religiose vivens inventus sit", et „capellanis, qui contra statutum numerum in ecclesiis sine consensu sui episcopi militaverint et a laicis decimas obtinuerint, officio et beneficio interdicunt". Vide Acta l. l. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1091.** *(Ind. 14, pont. a. 3. — 12. Mart. — 4.)* |
| Mart. 30. | Beneventi | Synodi die tertio statuunt, ut „nullus omnino episcopus alienum clericum sine formata epistola episcopi sui recipere aut ordinare praesumat". Vide Acta l. l. p. 739, cf. annotationem ibidem. |
| „ 31. | „ | Synodi die ultimo constituunt, ut „nullus laicus post caput ieiunii carnibus vesci audeat", ut „omnes tam clerici quam laici, tam viri quam mulieres die illo cinerem supra capita sua accipiant"; ut „a die septuagesimae usque in octavas Pentecostes (al. octavam S. Paschae), vel a die dominici adventus usque in octavam epiphaniae matrimonia nullo modo contrahantur". Vide Acta l. l. In eadem synodo „sententia anathematis super Guibertum haeresiarcham et omnes eius complices confirmatur". Bernoldi Chron. 1091 in MG. SS. V. 451. |
| „ 29. | „ | 5445 (4063) Parthenonis S. Crucis Pictaviensis possessiones ac disciplinam confirmat, petente Adelaide abbatissa. Anal. iur. pont. X. 527. — „Potestatem ligandi". |
| Apr. 1. | „ | 5446 (4064) Ex concilii Beneventani sententia episcopatum Monopolitanum non ecclesiae Brundusinae, sed Romanae sedi subiectum declarat litteris ad Romualdum episcopum. Ughelli It. sacr. I. 963, Cocqu. II. 70, Mansi XX. 739, Migne 151 p. 328. — „Sacrorum canonum". |
| „ 1. | | †5447 (cccc) Testatur, se die 20. Martii in monasterio Casinensi a b. Benedicto sanatum esse. Praecipit, „ne quis ulterius falsam patris Benedicti translationem celebrare praesumat". Monasterii bona confirmat. („Dat. Capuae . . . p. m. Iohannis diac. card., ind. XIV., a. inc. 1092, p. a. IV.". Bulla utpote falsa iam a Clemente IV. revocatur epistola d. d. 4. Febr. 1268, vide Posse Analecta Vatic. n. 599.) Tosti St. di Montec. II. 83, Margarini Bull. Cas. I. 12, Migne 151 p. 549. Cf. Chamard Les reliques de St.-Benoît p. 178, Neues Archiv IX. 482). — „Scriptum est". |
| Iun. 3. | Militi | 5448 (4065) Monasterium S. Bartholomaei in Lipara insula („quia religiosi Imperatoris Constantini privilegio in ius proprium B. Petro eiusque successoribus occidentales omnes insulae condonatae sint") tuendum suscipit, et eius bona confirmat, imposito monachis auri unciae censu annuo. Pirri Sic. sacr. II. 952, Ughelli It. sacr. I. 775, Migne 151 p. 329. — „Cum universae insulae". |
| „ 28. | Beneventi | 5449 (4066) Corsicam insulam, sub Gregorio VII. in pristinam ecclesiae Romanae ditionem redactam, Daimberto episcopo Pisano et eius successoribus, rogatu Mathildis comitissae, committit ea lege, ut annis singulis Lucanae monetae quinquaginta librae palatio Lateranensi persolvantur. Ughelli It. sacr. III. 369, Tronci Mem. de Pisa p. 31, Dal Borgo Racc. p. 270, Migne 151 p. 330. — „Cum omnes". |
| Iul. 1. | Capuae | 5450 (4067) Tarraconae urbis, a Berengario, comite Barcinonensi, cum „omni illius potestatis terra" annuoque quinque librarum argenti censu b. Petro traditae, privilegia corroborat. Berengario, episcopo Ausonensi, eiusque successoribus ecclesiam Tarraconensem „iure proprio possidendam" ac pallium concedit. Ecclesiae bona confirmat. Aguirre Conc. V. 12, Puiades Cronica VIII. 85, Cocqu. II. 70, (Mansi XX. 648, Migne 151 p. 331; Pflugk-Harttung Acta II. 142, ubi omnes temporis notae mendosae sunt). Cf. notitiam ex Cencii camer. libro censuum in Mélanges d'archéol. et d'hist. III. 1883. p. 361. — „Inter primas Hispaniarum". |
| „ 14. | Troiae | 5451 (4068) R(usticum) Vallumbrosanum et M(artinum) Camaldulensem abbates reprehendit, quod ante cognitam causam (Daimberto) episcopo Pisano communionem renunciaverint. Mandat, ut accusatores eius „proxima b. Mariae nativitate" (d. 8. Sept.) venire ad sese iubeant. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 92, Migne 151 p. 333. — „Religionis vestrae". |
| c. Spt. 27. | Salerni | Vide Bernoldi Chron. 1091 p. 453. |
| Oct. 12. | Cessimi, al. Cossinii (Cassini?) | 5452 (4069) Guillelmum, archiepiscopum (Rotomagensem), ad restituendum monasterium S. Austrebertae Paviliacense excitat, omnibusque, eundem locum iuvantibus, „quartam partem poenitentiae ab episcopo sive a presbytero iniunctam (leg. iniunctae) condonat". Anal. iur. pont. X. 528. — „Coenobium quod". |
| Nov. 17. | Alatri | 5453 Monasterii S. Aegidii libertatem et possessiones, praecipue „monasteriorum sive cellarum donationem, temporibus Odilonis abbatis a Rainaldo, Remensi archiepiscopo, et (Geraldo) Caturiensi (Caturcensi) episcopo, vel a Latisclavo, Ungarorum rege, et Ademaro vicecomite monasterio collatam", confirmat iuraque statuit. Pflugk-Harttung Acta I. 55 (ubi pro „Altari" legendum est: „Alatri"), Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 27. — „Constat profecto". |

**1091.** *(Ind. 14, pont. a. 3. — 12. Mart. — 4.)*

(Nov.) (Alatri) 5454 Monachis S. Aegidii concedit, „ut, si quos ex suis ordinari voluerint sacerdotali officio aut alicuius ecclesiastici ordinis, a quocunque episcopo accipiant; hoc solummodo praevideant, quod catholice et sine crimine vivat. Ne scandalum oriatur, rogat, ut si episcopus Nemausensis propius ab eis huiusce modi officium celebraverit, hoc ab eo suscipiant". In monasterio eorum quilibet episcopus, quoties iis placuerit, illud officium agat. Pflugk-Harttung Acta I. 56, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 29. — „Noveritis nos vestre".

Dec. 20. 5455 (4070) Clero et populo Ambianensi significat, se Gerewinum, „cum testimonio litterarum Remorum archiepiscopi Rainoldi" ad sese aggressum, episcopum sanxisse. Cui ut obtemperent, hortatur. Baluzii Misc. II. 146, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 280, Bouquet Rec. XIV. 700, Migne 151 p. 335. — „Reverentissimus frater".

„ 25. extra Romam in terra S. Petri, „nativitate Domini". Bernoldi Chron. 1092 p. 453.

5456 (4071) Laicorum communem vitam agentium praelatis ita scribit: „Quosdam accepimus morem vestrorum cenobiorum corodentes, quo laicos seculo renunciantes et se suaque ad communem vitam transferentes, regendos in obedientia suscipitis. Nos vero eandem consuetudinem laudabilem approbamus, sanctam et catholicam nominamus, et confirmamus". Bernoldi Chron. 1091 p. 453, (Migne 151 p. 336). — „Quosdam accepimus".

**1092.** *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 4. — 12. Mart. — 5.)*

Ian. 26. Anagniae 5457 Monasterii S. Salvatoris Schafhusensis tutelam rogatu Sigefridi abbatis suscipit et iura confirmat, imposito monachis unciae auri censu annuo. Fickler Quellen und Forsch. p. 24, Pflugk-Harttung Acta I. 56, Quellen z. Schweizer Gesch. III. I. 28. — „Iustis votis assensum".

„ 28. „ 5458 (4072) G(ebhardum), episcopum Constantiensem, Welfonem (Bavariae) et B(ertholdum Sueviae) duces, et B(urchardum) comitem (Nellenburgensem) hortatur, ut (Sigefridum) abbatem monasterii S. Salvatoris Schafhusensis tueantur contra Tutonem, donatum monasterio praedium auferre conantem. Episcopo mandat, Tutonem, „si iam factum non est, secundo et tertio canonice commoneat, ut resipiscat, quod si contempserit, gladium anathematis in eum evaginet". (Huius epistolae mentionem facere videtur Bernoldus in Chron. p. 454; cf. supra ep. 5434.) Neugart Cod. dipl. Al. II. 36, Udal. Bab. ap. Jaffé Bibl. V. 161, Quellen z. Schweizer Gesch. III. I. 30, Meyer Thurg. UB. p. 22, (Mansi XX. 708, Migne 151 p. 336). — „Venerunt ad".

Febr. 1. „ 5459 (4073) Monasterium S. Mariae Raitenbuchense, conditum a Welfo, Bavarorum duce, tuendum suscipit, et eius bona ac iura ea lege confirmat, ut fratre „per singulos annos ad nostrum nostrorumque successorum usum quotidianum albam lineam et stolam Lateranensi palatio persolvant". Mon. Boic. VIII. 8, Greinwald Origines Raitenbuchae I. 209, cf. ibid. not. p. 215, (Hund III. 143, Cocqu. II. 67, Migne 151 p. 337). — „Potestatem ligandi".

Mart. 9. „ 5460 (4074) Monasterium Catanense sedem episcopalem constituit, Ansgeriumque abbatem episcopum declarat. (Notae temporis sunt vitiosae.) Acta SS. Febr. T. I. 655, Pirri Sic. sacr. I. 521, Amico Cat. ill. II. 17, Migne 151 p. 339. — „Sicut beatissimi".

„ 14. „ 5461 (4075) Monasterium S. Sophiae Beneventanum tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, petente Madelmo abbate. Anecdota Ughelliana p. 493, Mansi XX. 699, Cocqu. II. 72, Migne 151 p. 341: „II. id. Mart.", (Pflugk-Harttung Iter p. 126 ex cod. Vatic. 4939 saec. XII. fol. 145: „V. id. Mart."). — „Potestatem ligandi".

„ 23. „ 5462 (4076) Monasterii S. Mariae et S. Iohannis Reinhardsbornensis rogatu Giselberti abbatis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, imposito monachis solidorum duorum censu annuo. Thuringia sacra p. 60, Schannat Vind. liter. I. 108, Migne 151 p. 342, (Cod. dipl. Sax. reg. 1. Hauptth. I. 356). — „Iustis votis assensum".

Apr. 11. „ 5463 (4077) Monachorum Silvaniacensium possessiones confirmat, „licet" inquit „congregatio vestra et locus adhuc nobis incognitus sit". Mabillon Ann. ord. Ben. V. 297, Mon. pont. Arverniae p. 64, Migne 151 p. 344. — „Duo ad nos".

„ 21. „ 5464 (4078) Ecclesiae Pisanae, ob civium erga Romanam ecclesiam merita, episcopatus Corsicanos subiicit, petente Mathilda comitissa. Daimbertum, episcopum Pisanum, „archiepiscopum eiusdem insulae" constituit, pallioque donat. Dal Borgo Racc. p. 198,

| | | |
|---|---|---|
| | | **1092.** *(Ind. 15.— 25. Sept. — 1, pont. a. 4. — 12. Mart. — 5.)* |
| | | Tronci Mem. di Pisa p. 32, Ammirato Vescovi di Fiesole p. 92, Ughelli It. sacr. III. 369, Cocqu. II. 73, Migne 151 p. 344. — „Cum universis". |
| Apr. 25. | (Anagniae) | 5465 (4079) B(erengarium), archiepiscopum Tarraconensem, monet, ne in erigenda ecclesia Tarraconensi negligenter agat, utque (Bernardo) primati, archiepiscopo Toletano, nunc suo in Hispania universa et in Narbonensi provincia constituto vicario, obediat. Mansi XX. 682, Aguirre Conc. V. 14, Migne 151 p. 346. — „Novit dilectio". |
| Mai. 7. | „ | 5466 (4080) Monasterium S. Laurentii Aversanum tuendum suscipit, possessiones iuraque confirmat, et Guarino abbati mitrae et anuli usum concedit. Regii Neapolitani archivi monumenta V. 132 et 134, Anal. iur. pont. X. 529. — „Quia superne dispositione". |
| Aug. | Salerni | in palatio archiepiscopali controversiam diiudicat inter Alphanum, archiepiscopum Salernitanum, et Rogerium ducem, qui de ecclesia S. Maria de Domno S. archipresbyterum expulerat et L. quendam expresbyterum inibi ordinaverat. Paesano Mem. d. chiesa Salern. II. 39, Pflugk-Harttung Acta II. 149. |
| Sept. 4. | „ | in monasterium Cavense proficiscitur cum Rogerio duce „pridie quam dies consecrationis" ecclesiae Cavensis adesset. Historia consecrat. monast. Cavensis ap. Muratori R. It. SS. VI. 237, Acta SS. Mart. T. I. 336, Guillaume Ess. hist. sur l'abb. de Cava p. 59, Watterich I. 585. |
| „ 4. | In Cavense | monasterium pervenit. Hist. consecr. monast. Cavens. l. l. |
| „ 5. | In monasterio Cavensi | ecclesiam S. Trinitatis consecrat „nonis Sept." Hist. consecr. monast. Cavens. l. l., Annal. Cavens. 1092 in MG. SS. III. 190, Cod. dipl. Cav. V. II. 37; cf. infra bullam 5479. |
| „ 5. | Salernum | ex Cavensi monasterio revertitur. Hist. consecr. monast. Cav. l. l. |
| „ 14. | | †5467 (4081) Monasterium Cavense, praesente Rogerio duce die 5. Septembris a sese consecratum, soli Romanae ecclesiae subiicit, eiusque privilegia confirmat et auget. („Datum Salerni p. m. Iohannis S. R. E. diac. card." Bullam falsam esse, ex characteribus extrinsecis probat Pflugk-Harttung in Neues Archiv IX. 484; idemque docet comparatio inter hanc et bullas 5479. 5806 habita.) Margarini Bull. Cas. I. 9, Rodericus Nova coll. priv. p. 1, Mansi XX. 652, Ughelli It. sacr. I. 607, Paesano Mem. d. ch. Salern. II. 23, Morcaldi Una bolla di Urb. II. p. 19, Migne 151 p. 347. — „Cum universis". |
| Oct. | Materae | Lupus Protospatarius 1093 in MG. SS. V. 62. |
| „ 14. | | 5468 (4082) Brunoni et Lanuino asserit locum a Rogerio comite concessum et a Theodoro, episcopo Scyllacino, confirmatum. Privilegia quaedam iis tribuit. Vita S. Brunonis p. 211, Tromby Stor. Cart. II. app. 68, Migne 151 p. 353, (Pflugk-Harttung Iter p. 58 ex cod. Neapol. haec prima verba praebet: „Cum pie voluntatis"). — „Piae voluntatis affectus". |
| „ 27. | | 5469 (4083) Raynaldum, archiepiscopum Remensem, et eius suffraganeos reprehendit, quod a rege et uxorem dimitti, et alteram benedicente (Ursione) episcopo Silvanectensi duci passi sint. Mandat, regem ab adulterio dehortentur, captumque (Ivonem) episcopum Carnotensem dimitti iubeant. D'Achery Spic. III. 418, Bouquet Rec. XIV. 702, Mansi XX. 686, Cocqu. II. 77, Migne 151 p. 354. — „Si sacerdotale quod". |
| Nov. 18. | Matinae | (in monasterio S. Mariae, in Calabria). Vide Urbani decretum in Baluzii Misc. III. 51, Sirmondi Opp. III. 547, Mansi XX. 684. |
| „ 20. | In Anglone | (civitate Apuliae) cum Apuliae comitibus Boamunte et Guillelmo. Vide Urbani decretum in Baluzii Misc. III. 51, Sirmondi Opp. III. 547, Mansi XX. 684. |
| „ 24. | Tarenti | 5470 (4084) Girardum (al. Goffridum) abbatem S. Albini Andegavensem, et Bernonem, abbatem S. Trinitatis Vindocinensem, hortatur, ut suam de eorum controversia sententiam observent. Baluzii Misc. III. 51, Sirmondi Opp. III. 547, Launoii Opp. III. I. 358, Bouquet Rec. XIV. 87, Mansi XX. 684 et 788, Cocqu. II. 71, Migne 151 p. 355. — „Anno dominicae". |
| Dec. 2. | Castraneti | 5471 (4085) Robertum, Flandriae comitem, a vexandis clericis dehortatur. Mansi XX. 745, Migne 151 p. 356, (MG. SS. IX. 310; Anal. iur. pont. X. 529: „1091 ap. S. Petrum"). — „Memento carissime". |
| „ 2. | „ | 5472 (4086) Clero et populo Atrebatensi praecipit, ut „iugo Cameracensis subiectionis excusso", episcopum eligant, a metropolitano consecrandum. Baluzii Misc. II. 127, Bouquet Rec. XIV. 738, Mansi XX. 671, Migne 151 p. 356, (Miraei Opp. dipl. I. 76). — „Atrebatensis ecclesia". |

**1092.** *(Ind. 15. — 25. Sept. — 1, pont. a. 4. — 12. Mart. — 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | 5473 (4087) Rainoldo, archiepiscopo Remensi, mandat, ut quem clerus populusque Atrebatensis elegerint, episcopum consecret. Baluzii Misc. II. 127, Marlot. Metr. Rem. II. 206, Bouquet Rec. XIV. 738, Mansi XX. 670, Migne 151 p. 357. — „Noverit tua fraternitatis". |
| Dec. 25. | Extra Romam | in terra S. Petri „nativitate domini". Bernoldi Chron. 1093 in MG. SS. V. 455. |

**1088—1093.**

5474 (4090) Guarnerio, Merseburgensi episcopo, concedit, ut clericus, qui lapide iacto puerum interemerit, suscepta sempiterna poenitentia in suo ordine permaneat. (Fragmentum.) Ivonis panorm. III. c. 154, Gratiani decr. I. D. 50. c. 37, Migne 151 p. 358. — „Clerico iaciente".

**1093.** *(Ind. 1. — 25. Sept. — 2, pont. a. 5. — 12. Mart. — 6.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | 5475 (4092) Universis Britanniae episcopis significat, se R(ollando), episcopo Dolensi, pallium salvo iure Turonensis ecclesiae tribuisse. Martene Thes. III. 878, Morice Mém. de Bret. I. 467, Bouquet Rec. XIV. 704, Migne 151 p. 359. — „Expetendi pallei". |
| | | 5476 (4093) Principibus et populo ecclesiae Dolensis praecipit, ut ablata ecclesiae bona R(ollando) archiepiscopo restituant. Martene Thes. III. 879, Morice Mém. de Bret. I. 469, Bouquet Rec. XIV. 705, Migne 151 p. 359. — „Audivimus Dolensis". |
| | | 5477 *Rainoldo, archiepiscopo Remensi, mandat, ne ecclesiam Cameracensem et Gualcherum, episcopum electum, a Manasse altero electo iniuriis affici patiatur. Gesta epp. Camerac. ap. De Smedt Gestes des evêques de Cambr. p. 29, in MG. SS. XIV. 192. |
| | | 5478 *Manassem hortatur, ut, quae abstulerit, ecclesiae Cameracensi reddat et Gualchero electo satisfaciat. Gest. epp. Camerac. l. l. |
| Ian. 14. | Salerni | 5479 Monasterii Cavensis, „die nonarum Septembrium" (5. Sept. 1092) praesente Rogerio duce a sese consecrati, libertatem ac privilegia confirmat, bulla Petro abbati directa. Pflugk-Harttung Acta II. 150. — „Ad hoc nos". |
| „ 14. | „ | †5480 Monasterii Cavensis privilegia confirmat et auget, ea tamen lege, ut monachi „tres aureos solidos, qui usualis monetae Salernitanae summam tarenorum quindecim non excedant", sedi Romanae annuatim persolvant. Guillaume L'ordine Cluniac. in It. p. 48, Pflugk-Hartung Acts II. 151; cf. Neues Archiv IX. 486. — „Ad hoc nos". |
| Febr. 9. | | †5481 Stephano(!), episcopo Cardurcensi, significat, se omnibus catholicis die 7. Nov. monasterium Figiacense causa salutis adeuntibus plenariam indulgentiam concessisse. Scribit, ecclesiam Figiacensem „a Christo dedicatam fuisse, sicut decretales litterae, glossae et bullae b. m. D. Stephani secundi papae sibi testentur ostensae". („Dat. Laterani [Beneventi], 5. id. Febr., p. a. 5, a. D. MCXCII [sic].") Crucei Rer. Cardurc. hist. p. 56, Anal. iur. pont. X. 531. — „Fiacense (Figiacense) monasterium". |
| Febr. Mrt. | Beneventi | Vide Annal. Benevent. 1092 (1093) in MG. SS. III. 182: „Urbanus per Beneventum transiens Troie sinodum fecit". Cf. Urbani ep. ap. Martene Thes. III. 879 (infra 5519). |
| Mart. 11. | Troiae | Synodus episcoporum fere 75, „V. id. Martii". Acta ap. Mansi XX. 789, cf. Bernoldi Chron. 1093 p. 456. |
| „ 12. | „ | Synodi die secundo statuunt 1) de dissolvendis consanguineorum matrimoniis 2) de trevia Dei non frangenda. Acta l. l. Cf. Ivonis decr. IX. c. 53. |
| „ 19. | „ | 5482 (4094) Monasterium S. Pauli Narbonense tuendum suscipit, salvo iure archiepiscopi. Gall. Chr. VI. Instr. 25, Migne 151 p. 360; Hist. de Languedoc II. Pr. p. 331, et nov. ed. V. 725 perperam praebent: „Dat. Romae". — „Piae voluntatis affectus". |
| Apr. 20. | In monte Gargano | 5483 (4095) Monasterii S. Mariae Zwifaltensis protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia instituit, imposito monachis aurei censu annuo. Wirtemb. Urkundenbuch I. 298. — „Piae voluntatis affectus". |
| (Mai.) | | 5484 (4096) Rainaldo, archiepiscopo Remensi, iterum mandat, ut ecclesiae Atrebatensi episcopum praeficiendum curet, „nisi forte eiusdem urbis possessionem Cameracensis ecclesia valeat auctoritatis Romanae privilegio vendicare". Electum, si ob aemulorum invidiam consecrare eum vereatur, mitti ad sese vult. Baluzii Misc. II. 12, Marlot Metr. Rem. II. 207, Bouquet Rec. XIV. 741, Mansi XX. 670, Migne 151 p. 361. — „Atrebatenses clerici". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1093.** *(Ind. 1. — 25. Sept. — 2, pont. a. 5. — 12. Mart. — 6.)* |
| (Mai.) | | 5485 (4097) Clero et populo Atrebatensi, quae superiore epistola Rainaldo archiepiscopo, eadem scribit. Baluzii Misc. II. 129, Bouquet Rec. XIV. 742, Mansi XX. 671, Migne 151 p. 362. — „Duo ecclesiae vestrae". |
| Iul. 18. | | 5486 (4098) Clerum populumque Ambianensem iubet Gerewino episcopo, de simonia purgato, obedire. Praecipit, ut „clerici, contra sanctorum canonum disciplinam mulieribus copulati, ab huiusmodi aliisque flagitiis omnino desistant". Baluzii Misc. II. 176, Bouquet Rec. XIV. 705, Migne 151 p. 362. — „Accusationem simoniacae". |
| (Aug.) | In Casinensi | monasterio. Vide infra bullam 5487; cf. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 7. p. 762. |
| „ 24. | Bantii | monasterii ecclesiam consecrat. Vide infra bullam 5488. |
| („) | | 5487 (4099) Monasterium S. Mariae Bantinum, a sese consecratum, potestate episcopali liberat, et possessiones eius confirmat, imposito monachis auri unciae tributo annuo. („Nos itaque" inquit „in Cassino monte filiorum nostrorum, Rogerii ducis et Boamundi fratris eius et Ursonis abbatis precum instantia fatigati ad consecrandum Bantinum monasterium pervenimus"). Mansi XX. 643, Cocqu. II. 63, Migne 151 p. 363. — „Divinae miserationis". |
| Sept. 14. | Salerni | 5488 (4100) Monasterii S. Mariae Bantini ecclesia die 24. m. Augusti consecrata, (in qua se scribit ante pontificatum „in minoribus ordinibus constitutum" fuisse), statuit, ut qui diebus certis monasterium adierint, peccatorum absolutione fruantur. Ughelli It. sacr. VII. 27, Migne 151 p. 365. — „Perpetuis temporibus". |
| Oct. 3. | Ap. oppidum Caiaziae | 5489 (4101) Ecclesiae Miletensis privilegia, petente Giraldo (Gaufrido?) episcopo, confirmat. Capialbi Mem. della chiesa Milet. p. 141. — „Potestatem ligandi". |
| („) | | 5490 (4102) Rainaldum, archiepiscopum Remensem, vituperat, quod electum Atrebatensem nondum consecraverit. Praecipit, ut eum aut intra dies 30 consecret, aut ad sese mittat. Baluzii Misc. II. 130, Bouquet Rec. XIV. 744, Mansi XX. 671, Migne 151 p. 366. — „Quod de Atrebatensi". |
| „ 11. | | 5491 (4103) Lamberto, electo Atrebatensi, gratulatur, ac de superioribus ad Rainaldum archiepiscopum litteris significat. Baluzii Misc. II. 130, Bouquet Rec. XIV. 744, Mansi XX. 672, Migne 151 p. 366. — „Laetamur propter". |
| „ 17. | Ceperani | 5492 (4104) Monasterio-novo Pictaviensi ecclesiam b. Nicolai addicit, Geraldo abbate et Hugone, abbate Cluniacensi, petentibus. (Hanc bullam Ceperani datam esse, testatur Ruinart in Vit. Urb., Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 139.) Gall. Chr. II. Instr. 356, Bouquet Rec. XIV. 706, Archives hist. du Poitou I. 20, Migne 151 p. 367. — „Ad hoc sedi". |
| Nov. 2. | Apud oppidum Alatri | 5493 (4105) R(ainaldi) abbatis S. Cypriani (Pictaviensis) iura de ecclesia S. Crucis apud Englam confirmat. (Haec et duae, quae sequuntur, bullae fortasse ad mensem Nov. anni 1091 referendae sunt.) Bouquet Rec. XIV. 696, Archives hist. du Poitou III. 16, Migne 151 p. 368. — „Ex nostri officii". |
| „ 2. | („) | 5494 (4106) Episcopis, abbatibus per Aquitaniam, Guasconiam et inferiorem Burgundiam constitutis scribit, se sperare, fore ut „in proximo apostolicae sedis libertas restituatur". „Studeat ergo" inquit „unusquisque vestrum praesentibus eius laboribus succurrere, et per R(ainaldum) monasterii B. Cypriani (Pictaviensis) abbatem dirigere non cunctetur, ita tamen ut quod quisque contulerit, adscripto sui nominis titulo nostrae notitiae repraesentet; quod si forte caritatis vestrae viscera effundere neglexeritis, id saltem, quod ex censu annuo Lateranensi palatio vos debere cognoscitis, transmittere nullo modo detrectetis". Bouquet Rec. XIV. 697, Archives hist. du Poitou III. 15, Migne 151 p. 368. — „Dilectissimus ac familiaris". |
| („) | („) | 5495 (4107) R(ainaldo) abbati S. Cypriani (Pictaviensis) mandat, ut una cum G(ervasio) S. Sabini abbate „episcopis atque proceribus, ceterisque catholicis insistat, quatinus pauperum Romanae ecclesiae memores sint". „Quod igitur quisque" inquit „destinaverit, alacriter beatis apostolis Petro et Paulo offerat, et praenotatis nominibus suis apud vos collationem deponant; praeterea vobis iniungimus, ut coenobiorum, quae nostri iuris sunt, specialiter censum exigatis instanter". Bouquet Rec. XIV. 697, Archives hist. du Poitou III. 16, Migne 151 p. 369. — „De religione tua". |
| „ 11. | Anagniae | 5496 (4108) Fratrum ecclesiae b. Quintini Bellovacensium disciplinam, possessiones et privilegia confirmat. Chartonnet De canonicorum ord. disqu. p. 525, Anal. iur. pont. X. 531. — „Piae voluntatis affectus". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1093.** *(Ind. 1. — 25. Sept. — 2, pont. a. 5. — 12. Mart. — 6.)* |
| Nov. 17. | Anagniae | 5497 (4109) Rogerium, ecclesiae Syracusanae Saracenis ereptae episcopum a Rogerio „milite“ constitutum, confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta; pro „kal. Dec.“ legendum videtur: „XV. kal. Dec.“.) Pirri Sic. sacr. I. 617, (Cocqu. II. 77, Migne 151 p. 370). — „Universis fere“. |
| „ 20. | „ | 5498 (4110) Monasterii Burguliensis possessiones, privilegia, disciplinam confirmat, petente Baldrico abbate. Anal. iur. pont. X. 533. — „Iustis votis assensum“. |
| „ | Romam | pervenit. Ivonis epist. 27, Opp. II. 13, Migne 162 p. 40: „De ipso papa hoc tibi dico, quia mense Novembri cum eo Romam pacifice intravi“. |
| „ 24. | Romae | 5499 (4111) Congregationi monasterii Vindocinensis scribit, relatum sibi esse, episcopum Carnotensem (Ivonem) a Gaufrido, eorum abbate, „in consecratione professionem extorsisse“. Hanc professionem rescindit, ac „ne abbas monasterii eorum deinceps episcopo professionem faciat“, praecipit. Sirmondi Opp. III. 467, Ivonis Opp. II. 183, Bouquet Rec. XIV. 734, Launoii Opp. III. I. 373, Migne 151 p. 372. — „Relatum nobis“. |
| Dec. 25. | „ | „Natali domini“. Bernoldi Chron. 1094 in MG. SS. V. 457. |
| | | 5500 (4112) Rainaldum, archiepiscopum Remensem, monet, ne Cameracensibus, ecclesiam Atrebatensem ad se vindicantibus, aurem praebeat; curareque eum iubet, „ut utraque ecclesia cardinali non destituatur episcopo, nisi forte Cameracenses privilegium Romanae auctoritatis ostenderint“. „Unde“ inquit „eos praemonere procures, quatenus in proxima quadragesima, cum Atrebatenses pro electi sui confirmatione ad nos venerint, ipsi quoque cum ecclesiae suae auctoritatibus nostrae se audientiae repraesentent“. De Manasse a Cameracensibus electo addit. Baluzii Misc. II. 132, D'Achery Spic. III. 422, Bouquet Rec. XIV. 747, Mansi XX. 672, Migne 151 p. 372. — „Decuerat fraternitatis“. |
| | | **1088—1094.** |
| | | 5501 (4114) Iohanni, abbati Pinnensi, praecipit, ne decumas quasdam canonicis ecclesiae S. Saturnini Tolosanis auferat, atque ut „eis iudicio (Petri) Pampilunensis episcopi de illis, quas retinuerit, satisfaciat“. Sancio regi et eius sorori comitissae salutem ascribit. Baluzii Misc. II. 180, Pflugk-Harttung Acta I. 57, Migne 151 p. 373. — „Clamor canonicorum“. |
| | | **1090. 1094.** |
| Iul. 30. | transTiberim | 5502 (4115) Willelmo, archiepiscopo Rotomagensi, et canonicis S. Mellonis de Ponte Isarae et habitatoribus eiusdem castri praecipit, „ne prohibeant monachos Beccenses, qui sint in ecclesia S. Petri de Ponte Isarae, pulsare signa sua ad horas secundum ordinem suum“. Baluzii Misc. III. 8, Bouquet Rec. XIV. 695, Mansi XX. 701, Migne 151 p. 374. — „Significatum nobis“. |
| | | **1094.** *(Ind. 2, pont. a. 6. — 12. Mart. — 7.)* |
| Ian. 8. | Romae | 5503 Monasterii Lerinensis possessiones et privilegia confirmat, petente Aldeberto abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 58, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 294, (Barralis Chronol. sanctorum p. 155). — „Iustis votis assensum“. |
| „ | „ | Ivonis epist. 27, Opp. II. 13, Migne 162 p. 40: mense Ianuario eum (Urbanum) ibi (Romae) dimisi, ibi adhuc moratur et adversariis ecclesiae obluctatur“. |
| („) | „ | prope S. Mariam novam „in quadam firmissima munitione moratur“. Bernoldi Chron. 1094 in MG. SS. V. 458. |
| „ 29. | „ | in ecclesia S. Mariae novae Herrandum episcopum Halberstadensem consecrat. Vide infra ep. 5506. |
| Febr. 6. | „ | 5504 (4116) Monasterii S. Blasii bona a Mathilde comitissa donata confirmat. Gerbert H. N. S. III. 33, Migne 151 p. 374. — „Sicut irrationabilia“. |
| „ 6. | „ | 5505 (4117) H(artwico), archiepiscopo Magdeburgensi, et H(artwico), episcopo Virdunensi (Verdensi), ceterisque episcopis atque abbatibus Saxoniae, in catholica fide persistentibus, commendat H(errandum), episcopum Halberstadensem a sese ideo consecratum, „quia in metropolitana Moguntina ecclesia pro tanta schismaticorum tempestate ordinari non potuisset“. (Fridericum) invasorem Halberstadensis ecclesiae reprobat. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé V. 163, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halb. I. 80, (Mansi XX. 710, Migne 151 p. 375). — „Qualiter in“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1094.** *(Ind. 2, pont. a. 6.—12. Mart.—7.)* |
| Febr. 6. | Romae | 5506 (4118) Omnibus per Saxoniam ecclesiae catholicae filiis significat, He(rrandum) episcopum Halberstadensem consecratum a se esse. Cui ut obediant praecipit. Omnes a (Friderici) invasoris fidelitate solvit. (Ad consecrationem Herrandi referenda haec verba sunt: „Actum Romae in ecclesia S. Mariae, quae dicitur nova IIII. kal. Febr. [dominico die 29. Ian.] anno dom. inc. 1093 pont. a. 6".) Wedekind Noten III. 293, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halb. I. 77. — „Qualiter in". |
| („ „) | („) | 5507 (4119) Clero populoque Halberstadensi H(errandum) episcopum a sese consecratum commendat. (Fridericum) ecclesiae invasorem repudiat. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 164, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halb. I. 78, (Mansi XX. 708, Migne 151 p. 377). — „Non exigua". |
| „ 17. | „ | 5508 (4120) Monasterii S. Mariae et S. Iohannis Reinhardsbornensis protectionem iterum suscipit, bona confirmat, privilegia auget, petente Giselberto abbate. Cod. dipl. Sax. reg. I. Hauptth. I. 356, (Thuringia sacra p. 61). — „Iustis votis assensum". |
| „ 18. | („) | apud S. Mariam novam „sabbato ante dominicam: Esto mihi". Vide Gesta Atreb. in Baluzii Misc. II. 131. |
| „ 24. | „ | 5509 (4121) Fulconi, episcopo Bellovacensi, variis criminibus per clericos accusato, praecipit, ut purgandi sui causa aut ad (Rainaldum) archiepiscopum Remensem aut ad sese accedat. Louvet Hist. de Beauvais p. 508, Hist. de Beauvaisis II. 202, L'Oisel Mém. de Beauvais p. 262, Bouquet Rec. XIV. 706, Migne 151 p. 378. — „Multa et gravia". |
| („) | „ | 5510 (4122) Clero populoque Bellovacensi castellaniam Odoni militi a sese assertam nunciat. Louvet Hist. de Beauvais p. 506, L'Oisel Mém. de Beauvais p. 264, Bouquet Rec. XIV. 707. n. b, Migne 151 p. 379. — „Ex apostolicae memoriae". |
| Mart. 14. | „ | 5511 (4123) Monasterii Vindocinensis immunitatem, possessiones, privilegia, petente Gaufrido abbate, ea lege confirmat, ut fratres duodecim solidos „de moneta patriae" annuatim Lateranensi palatio persolvant. Anal. iur. pont. X. 534. — „Ad hoc nos". |
| „ 19. | „ | apud S. Mariam novam Lambertum episcopum Atrebatensem consecrat „anno Dei Christi MXCIII. (nobis: MXCIV), XIV. kal. Apr. . . . dominica: Laetare Hierusalem". Vide Gesta Atreb. in Baluzii Misc. II. 131. |
| „ 23. | „ | 5512 (4124) Ecclesiae Atrebatensi, Cameracensibus episcopis adhuc usque subditae, Lambertum episcopum „cleri plebisque consensu electum" praeficit et consecrat. Statuit, „ut Atrebatensis ecclesia deinceps cardinalem semper episcopum sortiatur". Baluzii Misc. II. 134, Bouquet Rec. XIV. 749, D'Achery Spic. III. 425, Marlot Metr. Rem. II. 209, Mansi XX. 668, Cocqu. II. 78, Migne 151 p. 380. — „Liquet sanctorum". |
| „ 24. | „ | 5513 (4125) Alardum Atrebatensem et Bernardum Obstrevandensem archidiaconos et omnes praepositos atque decanos cum omnibus clericis, qui in praedictis archidiaconiis sunt, „a professione ecclesiae Cameracensis absolvit". Hortatur, ut Lamberto, episcopo Atrebatensi, deinceps obediant. Baluzii Misc. II. 133, Bouquet Rec. XIV. 749, Mansi XX. 674, Migne 151 p. 382, (Miraei Opp. dipl. I. 271). — „Apostolicae sedis". |
| „ 24. | „ | 5514 (4126) Aloldum S. Vedasti, Richardum Marcianensem, Albertum Hasnoniensem, Hamericum Aquicinctensem abbates et S. Ragenfredis et Strumensem abbatissas parere Lamberto, episcopo Atrebatensi, iubet. Baluzii Misc. II. 133, Migne 151 p. 382, (D'Achery Spic. III. 423, Mansi XX. 674). — „Apostolicae sedis". |
| „ 25. | „ | 5515 (4127) Rainaldo, archiepiscopo Remensi, et eius suffraganeis Lambertum, episcopum Atrebatensem, commendat. Baluzii Misc. II. 133, Marlot Metr. Rem. II. 208, Bouquet Rec. XIV. 748, Mansi XX. 673, Migne 151 p. 383. — „Cum Atrebatenses". |
| „ 26. | „ | in domo Iohannis Frangipani. Goffridi abb. Vindoc. ep. L. I. 8 in Sirmondi Opp. III. 424, ap. Migne 157 p. 48: „quindecim diebus ante pascha Ferruchius, quem Lateranensis palatii custodem Guitbertus fecerat, per internuncios locutus est cum domino papa, quaerens ab eo pecuniam, ut ipse redderet illi turrim et domum illam". |
| „ 31. | „ | 5516 (4128) Guillelmum, Pictaviensium comitem, hortatur, ut ablata monasterio Vindocinensi reddat. Sirmondi Opp. III. 569 not. b., Bouquet Rec. XIV. 710, Mansi XX. 685, Migne 151 p. 384. — „Saepe tuam indolem". |
| „ 31. | „ | 5517 (4129) A(mato) archiepiscopo Burdegalensi, ap. sed. legato, P(etro) Pictaviensi et R(amnulfo) Santonensi episcopis scribit, sese litteris commonuisse (Guillelmum), comitem Pictaviensem, ut infra triginta dies monachis Vindocinensibus ablata restituat. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1094.** *(Ind. 2, pont. a. 6.—12. Mart.—7.)* |
| | | Quod nisi fecerit, ut pro excommunicato eum habeant et terras eius interdicto subiiciant, praecipit. Anal. iur. pont. X. 536. — „Noverit dilectio". |
| Mart. 31. | Romae | 5518 (4130) Rotberto, Flandrensium comiti, et ecclesiam et episcopum Atrebatensem commendat. Baluzii Misc. II. 133, Mansi XX. 674, Migne 151 p. 385. — „Magna tibi exultatione". |
| Apr. 5. | „ | 5519 (4131) Radulfo, archiepiscopo Turonensi, concedit, „ut tam Dolensis quam ceteri deinceps Britannorum episcopi Turonensem ecclesiam suam esse metropolim recognoscant, nec ullo ulterius tempore post Rolandi obitum ad pallii usum Dolensis aspiret episcopus". Martene Thes. III. 879, Morice Mém. de Bret. I. 482, Bouquet Rec. XIV. 708, Migne 151 p. 385. — „Sanctorum canonum". |
| „ 11. | „ | 5520 (4132) Universis episcopis per Britanniam constitutis praecipit, „ut Turonensi deinceps archiepiscopo, quae metropolitanum decet, obedientiam exhibere curent". Martene Thes. III. 881, Morice Mém. de Bret. I. 483, Bouquet Rec. XIV. 709, Migne 151 p. 387. — „Pro confratris". |
| Mai. 1. | | †5521 Omnibus christianis Iacobum et Octobonum, filios Rugerii Belmusti Ianuensis, cum 300 militibus ad ducem Bullionensem profecturos commendat. („Dat. Romae . . . p. m. Iohannis S. R. E. diac. card. ac bibliothecarii".) Cerchiari Breve compend. dell' orig. della fam. Belmosto p. 15 teste Pflugk-Harttung Iter, in corrig. ad. n. 204, Pflugk-Harttung Acta II. 154. — „Cum proprium sollertissimi". |
| Apr. Mai. | Laterani | Vide Goffridi abb. Vindocin. epist. lib. I. 8 in Sirmondi Opp. III. 424, ap. Migne 157 p. 48. |
| Mai. 13. | „ | 5522 (4133) In Rainaldum, archiepiscopum Remensem, eiusque suffraganeos invehitur, quod in Fulconem, episcopum Bellovacensem, iam „anno praeterito" omni simoniae suspicione a sese liberatum, iudicium dederint. Sententiam in eum prolatam rescindit. Baluzii Misc. II. 180, Bouquet Rec. XIV. 701, Mansi XX. 711, Migne 151 p. 388. — „Fraternitati vestrae". |
| „ 16. | Romae | 5523 (4134) Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, ecclesiae Romanae legato, haec scribit: „Sollicitudinis nostrae vices et agendorum conciliorum providentiam strenuitati tuae pure simpliciterque commisimus, sed pro conservanda pace et negotio facilius peragendo utilius aestimavimus, confratris nostri Remensis archiepiscopi (Rainaldi) consilium adhibere, quia in eius manu familiaris causa regis versatur". Mandat, iudicet inter Guidonem, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Gratianopolitanum. Theodori Poenitentiale II. 527, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 359, Bouquet Rec. XIV. 758, Marion Cart. de Grenoble p. 50, Migne 151 p. 389. — „Sollicitudinis nostrae". |
| „ 16. | „ | 5524 (4135) Hugoni, episcopo Gratianopolitano, de superiore epistola significat. Theodori Poenitentiale II. 528, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 360, Bouquet Rec. XIV. 758, Marion Cart. de Grenoble p. 51, Migne 151 p. 390. — „Pro negotio tuo". |
| „ 20. | „ | 5525 In Godinum, episcopum Brundisinum, invehitur, quod decretum apostolicum „super ecclesiae Brundisinae restitutione" (cf. ep. 5413) adhuc contempserit iterumque praecipit, ut chrismatis consecrationem, ordinationes clericorum cet. in ea celebret. Nisi fecerit, munere episcopali eum remotum iri minatur. Abbatem S. Andreae de Insula, iniuste ab eo excommunicatum, absolvi iubet. Godinum, qui vocatus ad synodum venire vel responsalem mittere recusaverit, ab episcopali officio suspendit, donec ad sese accesserit. Oritanis interdicit, „ne deinceps aliunde, nisi a Brundisina ecclesia, chrisma suscipiant". Pflugk-Harttung Acta II. 166. — „Quam grave sit". |
| Iun. 29. | „ | 5526 (4136) Ecclesiam b. Gervasii in catro Montebello tuendam suscipit eiusque bona et privilegia, rogatu Alberti abbatis, confirmat ea lege, ut „per singulos annos caereus cum denario Lateranensi persolvatur palatio". Campi Hist. di Piac. I. 523. — „Sicuti irrationabilia". |
| Sept. 12. | Pisis | 5527 Monasterii S. Salvatoris Septimiani tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Azone abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 155. — „Memores divinae". |
| Oct. 10. | „ | fuisse videtur ex litteris ab Humbaldo, episcopo Lemovicensi, „falsatis", infra ep. 5529. |
| | | †5528 (CCCCII) Clero et populo universo Lemovicensi praecipit, ut Humbaldo episcopo, de simonia purgato, a seque in integrum restituto, obediant. Baluzii Misc. II. 182, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 382, Bouquet Rec. XIV. 700, Migne 151 p. 551. — „Universos eos". |

**1094.** *(Ind. 2, pont. a. 6.—12. Mart.—7.)*

Oct. 10. — †5529 (cccciii) Clero et populo universo Lemovicensi Humbaldum episcopum iterum commendat. „Milites et ecclesiarum bonis violenter abuti et honores tanquam possessionem hereditariam exigere“ vetat. („Data Pisis“.) Baluzii Misc. II. 182, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 383, Migne 151 p. 552. — „Veniens ad nos“.

„ 13. Pisis — 5530 T(urgiso) episcopo Abrincensi mandat, iudicet super villa Cruce inter fratres S. Michaelis de Periculo-maris et Harscoitum (al. Harcoitum) militem pollicitum, sese „usque ad proximum pentecosten“ (d. 13. Mai) ad eum accessurum esse. Loewenfeld Epistolae p. 64. — „Venit ad nos“.

5531 (4137) *Raynoldum, archiepiscopum Remensem, venire iubet ad concilium, „circa medium Februarii intra Tusciam vel Longobardiam“ agendam. Vide Raynoldi ep. in Baluzii Misc. II. 135, ap. Mansi XX. 693, Migne 150 p. 1388.

Dec. 19. Pistoriae — 5532 (4138) Canonicorum Pistoriensium disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Ugone praeposito. Zacharia Anecd. m. aev. p. 224, Fioravanti Mem. di Pistoia p. 162, Migne 151 p. 390. — „Piae voluntatis affectus“.

„ 25. In Tuscia — „nativitate Domini“. Bernoldi Chron. 1095 in MG. SS. V. 461.

5533 (4139) Duranno, Arvernorum episcopo, mandat, ut a canonicis Biliomensibus coenobium b. Lupi restitui monachis Celsiniacensibus iubeat. Baluzii Misc. II. 176, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 336, Bouquet Rec. XIV. 711, Doniol Cart. de Sauxillanges p. 366, Mon. pont. Arverniae p. 65, Migne 151 p. 392. — „Adversus fraternitatem“.

**c. 1094.**

5534 (4140) Guillelmum, comitem Tolosanum, de expulsis abbatibus Moissiacensi et Lesatensi obiurgat. Ansquitillum (Ansquilinum) nunciat, reiecto Unaldo (Hunaldo) invasore, abbatem Moissiacensem a sese sancitum esse. Gall. Chr. I. Instr. 40, Baluzii Misc. II. 181, Hist de Languedoc II. Pr. p. 334, ed. nov. V. 730, Bouquet Rec. XIV. 710, Migne 151 p. 392. — „Super religione“.

5535 (4141) Guillelmo (Geraldo?) episcopo Cadurcensi mandat, ut, expulso Hunaldo, Ansquilinum in monasterium Moissiacense abbatem reducat. Baluzii Misc. II. 181, Bouquet Rec. XIV. 711, Migne 151 p. 393. — „Quamvis supra“.

**1088—1095.**

5536 (4142) Godefredo, episcopo Lucano, mandat, ut excommunicatorum interfectoribus poenitentiam congruentem iniungat, „non enim“ inquit „eos homicidas arbitramur, quod adversus excommunicatos zelo catholicae matris ardentes, eorum quoslibet trucidasse contigerit“. Ivonis decr. X. c. 54, panorm. VIII. c. 11, Gratiani decr. C. XXIII. qu. 5. c. 47, Mansi XX. 713, Migne 151 p. 394. — „Excommunicatorum interfectoribus“ „Non enim nos“.

**1094—1095.**

5537 (4144) Rogerium ducem et Boamundum fratrem eius hortatur, ut monasterium Bantinum, a sese quondam consecratum, ab iniuriis maxime Goffredi, Amici comitis filii, defendant. Mansi XX. 647, Migne 151 p. 394. — „Proclamationem ante“.

5538 (4145) Berengerum, S. Laurentii Leodiensis abbatem, simoniacorum et Wibertistarum insectatorem, ab H(einrico) imperatore et Oberto episcopo expulsum consolatur. Obertum „ex decreto concilii nuper acti“ cum Wiberto, „bestia terribili“, et Walbodonem, abbatiae invasorem, excommunicatos nunciat. „Salutant vos“ inquit „in praesenti nobiscum congregati episcopi“. Martene et Dur. Vet. Scr. I. 553, Bouquet Rec. XIV. 703, Mansi XX. 915, Gall. Chr. III. Instr. 167, Migne 151 p. 395. — „Gratias agimus“.

**1095.** *(Ind. 3, pont. a. 7.—12. Mart.—8.)*

Febr. 1. Florentie — 5539 (4146) Monasterii S. Petri Puteolensis possessiones et privilegia confirmat, petente Martino priore. Mittarelli Ann. Cam. III. append. 114, Migne 151 p. 398. — „Desiderium, quod ad“.

„ 18. Cremonae — 5540 (4147) Monasterii S. Aegidii bona, a Raimundo comite Tolosano restituta, confirmat. („Relecta et confirmata in concilio, quod idem papa Placentiae celebravit“.)

**1095.** *(Ind. 3, pont. a. 7. — 12. Mart. — 8.)*

Gall. Chr. VI. Instr. 182, Baluzii Misc. II. 177, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 30, Mansi XX. 808, Migne 151 p. 399, (Cocqu. II. 79). — „Notum omnibus".

Febr. 18. — Cremonae — 5541 Odiloni abbati et monachis S. Aegidii asserit ecclesias et cellas ab episcopis collatas, in his S. Andreae de Berniz, S. Baudilii, S. Petri de Launiaco, S. Sebastiani de Alxatis, S. Aegidii de Duno, S. Petri de monte Seleigo, S. Petri de Trenca Tailla. Ex chartular. S. Aegidii f. 26 in bibl. nat. Paris. ms. lat. 11018. Misit Delisle. — „Pro monasterii".

Mart. 1-7. — In campo apud Placentiam — Synodus, in qua constituunt, „ut ad poenitentiam nullo modo recipiantur, qui concubinas dimittere nolint"; ut sine licentia episcopi „nullus presbyter aliquos ad poenitentiam recipiat"; „ut quibuslibet rite ad confessionem venientibus eucharistia non denegetur"; sanctorum patrum de simonia statuta confirmant; ordinationes, a Guiberto ceterisque haeresiarchis excommunicatis (Nicolaitis, Berengerianis) factas, rescindunt; praecipiunt, „ut pro chrismate et baptismo et sepultura nihil unquam exigatur"; „ut ieiunia quatuor temporum celebrentur 1) in initio quadragesimae 2) in hebdomada pentecostes 3) et 4) in Septembri et Decembri solito more"; „sine titulo factam ordinationem irritam" faciunt. Acta synodi sunt ap. Mansi XX. 804 sqq. et in Bernoldi Chron. 1095 p. 461; (Textus paululum discrepans est in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 7 fol. 244: ex vetere codice Colbertino). Cf. tabulam ap. Campi Hist. di Piac. I. 370; epistolam cardin. Wibertinorum ap. Sudendorf Registrum II. 95.

In eadem synodo Praxedi (Adelheidi), Heinrici imperatoris uxori e matrimonio dimissae, peccata condonantur; Philippo, Francorum regi, absentiam per legatos excusanti, „induciae usque ad pentecosten (d. 13. Maii)" conceduntur; Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, sacro munere administrando interdicitur. Bernoldi Chron. 1095.

In eadem synodo Urbanus ad Alexii, imperatoris Graeci „auxilium multos incitavit, ut etiam iureiurando promitterent, se illuc ituros, et eidem imperatori contra paganos pro posse suo fidelissimum adiutorium collaturos". Bernoldi Chron. 1095. Cf. ea, quae annotavit comes Riant in Archives de l'orient latin. I. 105. 714.

In eadem synodo Udalricum, electum abbatem Augiensem (Augiae-divitis), consecrat. Bernoldi Chron. 1095.

(„ „) — 5541a *Monasterii Augiae-divitis privilegia confirmat et auget. Oheims Chron. von Reichenau p. 124.

„ 8. — Placentiae — 5542 (4148) Monasterium S. Georgii in nigra silva, rogatu Theogerii abbatis, tuendum suscipit, possessiones eius confirmat iuraque constituit, imposito monachis aurei bizantii censu annuo. Schoepflin Als. Dipl. I. 177, Migne 151 p. 400. — „Desiderium, quod ad".

„ 8. — „ — 5543 (4149) Monasterii Hirsaugiensis protectionem suscipit, et bona iuraque rogatu Gebeardi abbatis confirmat ea lege, ut monachi singulis annis bizantium aureum palatio Lateranensi persolvant. Besoldi Doc. red. p. 335, Wirtemb. Urkundenb. I. 305, Petri Suev. eccl. p. 421, Cocqu. II. 80, Migne 151 p. 402. — „Cum universis".

„ 9. — „ — 5544 (4150) Clero et populo Noviomensi significat, in concilio Placentino „neminem adversus Radbodum, episcopum eorum, aliquid protulisse". Itaque „cum gratiae suae plenitudine" eum remittit, causamque ad (Hugonem) „Lugdunensem legatum" deferri vult. Bouquet Rec. XIV. 712, Migne 151 p. 404. — „Noverit dilectio vestra".

„ 10. — „ — 5545 (4151) Monasterii S. Petri (in nigra silva) tutelam suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, imposito monachis aurei bizantii censu annuo. Leichtlen Die Zähringer p. 60, Schoepflin Hist. Zar. Bad. V. 29, Marian Gesch. d. östr. Clerisei II. 217, Freiburger Diöc.-Archiv XV. 136, Migne 151 p. 404. — „Desiderium, quod ad".

„ 11. — „ — 5546 (4152) Rotbertum, Flandrensium comitem, hortatur, ut Lambertum, episcopum Atrebatensem, in recuperandis ecclesiae possessionibus adiuvet. Baluzii Misc. II. 135, Bouquet Rec. XIV. 753, D'Achery Spic. III. 423, Mansi XX. 675, Migne 151 p. 406. — „Pro carissimo fratre".

„ 11. — „ — 5547 (4153) Gualcherum, electum Cameracensem, hortatur, ne ecclesiae Atrebatensis iura laedat. („Data Placentiae V. id. Martii" praebetur in bibl. nat. Paris. cod. lat. 9376. s. XII. f. $19^{b}$.) Baluzii Misc. II. 135, Bouquet Rec. XIV. 753, D'Achery Spic. III. 424, Mansi XX. 675, Migne 151 p. 406. — „Meminisse te".

„ 12. — „ — 5548 (4154) Guidoni, archiepiscopo Viennensi, scribit haec: „Contra ecclesiae morem absenti tibi pallium contribuimus, privilegium quoque concessimus, in quo tamen

**1095.** *(Ind. 3, pont. a. 7. — 12. Mart. — 8.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | legatus tuus id per surreptionem fecit adscribi, quod usque ad tua tempora Gratianopolitanus episcopus possederat". (Hugonem) episcopum Gratianopolitanum nunciat de pago Salmoriacensi in concilio Placentino reinvestitum esse. Theodori Poenitentiale II. 531, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 363, Bouquet Rec. XIV. 759, Marion Cart. de Grenoble p. 53, Gall. Chr. XVI. Instr. 28, Migne 151 p. 406. — „Necessitati et utilitati". |
| Mart. 14. | Placentiae | 5549 (4155) Ecclesiam Burgensem, ab Ildefonso rege ob ecclesiae Aucensis excidium conditam, sedem episcopalem manere iubet. Confinium Burgensis et Oxomensis dioecesium, in synodo Fusellensi praesente sedis apostolicae legato, Richardo cardinali presbytero abbate Massiliensi, constitutum, et ecclesiae Burgensis possessiones confirmat, petente Gomesano episcopo. Florez Esp. sagr. XXVI. 463, Loperraez Corvalan Descr. hist. del ob. de Osma III. 551, Migne 151 p. 407. — „Claruisse plurimas". |
| „ 14. | „ | 5550 (4156) Ecclesiae Magalonensis possessiones confirmat. Gariel Ser. I. 125, (Gall. Chr. VI. Instr. 352, Migne 151 p. 408). — „Piae voluntatis affectus". |
| „ 16. | „ | 5551 (4157) Monasterii Cluniacensis possessiones confirmat, Hugonisque abbatis successoribus dalmaticae, compagorum, chirothecarum et mitrae usum concedit. Bibl. Clun. p. 516, Bullar. Cluniac. p. 23, Cocqu. II. 82, Migne 151 p. 410. — „Cum omnibus sanctae". |
| „ 16. | „ | 5552 Petri, Pampilonensium et Aragonensium regis, regni tutelam suscipit, ea lege ut „quingentos Iaccensis monetae mancusos aureos per annos singulos Lateranensi palatio persolvat". Statuit haec: „Omnes tui successores regnum illud de manu nostra nostrorumve successorum accipiant, eundem censum, quingentorum scilicet mancusorum, rependant et se beati Petri ministros ac famulos recognoscant; nulli episcoporum, nulli archiepiscoporum, nulli sanctae Romanae ecclesiae legato liceat sine certo praecepto nostro adversum te vel tuam coniugem excommunicationis aut interdictionis proferre sententiam". Epist. Innocentii III. ed. Baluzius II. 790, Migne 216 p. 888. — „Cum universis sanctae". |
| „ 16. | „ | 5553 Parthenonem S. Salvatoris Cremonensem, rogatu Lanzae abbatissae, tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, imposito monialibus quatuor denariorum Mediolanensium tributo annuo. Pflugk-Harttung Acta II. 157. — „Desiderium quod ad". |
| „ 17. | „ | 5554 Monasterii S. Michaelis Clusini possessiones et iura confirmat, petente Gulielmo abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 158. — „Ad hoc nos". |
| „ 19. | „ | 5555 (4158) Monasterium b. Mariae Pineroliense tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat augetque ea lege, „ut tam pro ipso coenobio quam pro Musinascho unam auri unciam, pro ecclesia vero Montis Genonis duodecim Papiensis monetae nummos" quotannis persolvant monachi. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 715. — „Ad hoc nos". |
| „ 20. | „ | 5556 (4298) Canonicam ad Plebem martyrum (Ulciensem) tuendam suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat, petente Francone praeposito. Ulciensis Eccl. chart. p. 1; clausulam bullae non incorruptam praebent Miscell. di stor. ital. XX. 559. — „Desiderium quod ad". |
| „ 30. | „ | 5557 Canonicorum Cremonensium possessiones confirmat, bulla Augustino archipresbytero, Horatio archidiacono, et Rainaldo primicerio, cantori et praeposito ceterisque fratribus inscripta (Suspecta). Pflugk-Harttung Acta II. 159. — „Si iustis petitionibus". |
| „ 31. | „ | 5558 Ecclesiae S. Agathae Cremonensis protectionem suscipit, possessionesque et iura, rogatu Laurentii archipresbyteri, ea lege confirmat, ut 12 nummi Mediolanenses quotannis Lateranensi palatio persolvantur. Pflugk-Harttung Acta II. 160. — „Iustis votis assensum". |
| „ 31. | „ | 5559 (4159) Ecclesiam b. Petri Guastallensem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Andrea archipresbytero. Affò Ist. di Guast. I. 325, Migne 151 p. 412. — „Iustis votis assensum". |
| Apr. 4. | „ | 5560 (4160) Ricardo, S. Romanae ecclesiae cardinali et Massiliensi abbati, eiusque successoribus „in quibusdam monasteriis disponendis, abbatum scilicet ordinationibus atque correctionibus, suas vices committit". Monasterii possessiones confirmat. Duchesne Hist. des cardinaux François II. 40, Coll. des Cartulaires IX. 208, Migne 151 p. 414. — „Iustis votis assensum". |

**1095.** *(Ind. 3, pont. a. 7. — 12. Mart. — 8.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 5. | Placentiae | Cassianus illustrat. p. 438, teste Stephano Baluzio in itinerario suo Urbani II., quod etiam nunc asservatur in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze tom. 94. |
| „ 10. | Cremonae | Bernoldi Chron. 1095 p. 463: „Chonradus rex, filius Heinrici, domno papae Urbano, Cremonam venienti obviam progreditur eique stratoris officium exhibuit 4. id. Aprilis". Codex Mus. Britan. in MG. SS. VIII. 474: „4. idus Aprilis veniente domno papa Cremonam, rex Chounradus II. obviam procedens stratoris officio usus est". |
| „ 15. | „ | Cod. Mus. Brit. l. l.: „17. kal. Maii fecit (Chounradus rex) sacramento securitatem ei (Urbano) de vita, de membris, de captione, de papatu Romano et regalibus s. Petri tam intra Romam quam extra Romam acquirendis, tenendis ac defendendis contra omnes homines, bona fide, sine fraude et malo ingenio. Tunc papa eum in filium Romanae ecclesiae assumpsit, et, si rex ista, sicut premisit, observaret, coram populo pollicitus est, eum adiuvare ad acquirendum et tenendum et defendendum regnum; et, quando ei Deus Romam pro corona venire concesserit, coronam imperii dare et eum in caeteris negotiis adiuvare, salva scilicet ipsius ecclesiae iustitia et decretis apostolicis, maxime de investituris". Cf. Bernoldi Chron. 1095 l. l. |
| „ 15. | „ | 5561 (4161) Ecclesia Arausicana ut post G(uillelmi) episcopi mortem coniungatur cum Tricastinensi ecclesia, statuit. Gall. Chr. I. Instr. 119, Bouquet Rec. XIV. 712, Mansi XX. 809, Cocqu. II. 84, Migne 151 p. 416. — „Ad praesentium". |
| „ 16. | | †5562 (CCCCI) Petro, Hispaniarum regi, eiusque successoribus rite substituendis concedit, „ut ecclesias villarum, tam earum, quas in Sarracenorum terris capere potuerint, quam earum, quas ipsi in regno aedificare fecerint, per quae voluerint monasteria, sedibus dumtaxat episcopalibus exceptis, distribuant; regni proceribus eandem licentiam concedens, ut ecclesias, quas in Sarracenorum terris iure belli acquisierint, vel in propriis hereditatibus fundaverint, sibi suisque heredibus cum primitiis et decimis propriarum dumtaxat hereditatum retineant, vel quarumlibet capellarum vel monasteriorum dictioni subdant". („Dat. Romae . . . p. m. Iohannis S. R. E. diac. card. et presignatoris" cet.) Arruego Cat. ep. p. 659, Aynsa Fundacion de Huesca p. 55, La Fuente Hist. eccl. de Esp. III. 520, Pflugk-Harttung Acta II. 152. — „Tuae dilectissime". |
| „ 19. | „ | 5563 Monasterii Auriliacensis immunitatem, possessiones et privilegia, rogatu Petri abbatis, confirmat, iniuncto fratribus decem solidorum Pictaviensis monetae tributo annuo. (Verba haec: „Coenobium Auriliacense . . . per manus nostras . . . noviter consecratum" sine dubio aliena manu addita sunt ipsamque tabulam in suspicionem vocant.) Mém. de l'ac. de Clermont-Ferrand XVII. 671, Anal. iur. pont. X. 537, Bouange St.-Geraud d'Aurill. I. 537, Mon. pont. Arverniae p. 97, Pflugk-Harttung Acta I. 59. — „Ad hoc nos". |
| Mai. 6. | Mediolani | Humbaldum episcopum Autissiodorensem consecrat „II. nonas Maii". Necr. Autissiod. ap. Martene et Dur. Ampl. coll. VI. 702; non rectum esse „VI. nonas Maii", quod hausit ex veteribus monumentis eccl. Autiss. Ruinart in Vit. Urb., Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 182, monet Dümmler in Neues Archiv I. 183. |
| „ 16. | „ | 5564 (4162) Monasterii S. Abundii Comensis possessiones iuraque confirmat, petente Iosepho abbate. Tatti Annali sacri di Como II. 864, Migne 151 p. 417. — „Desiderium, quod". |
| „ 21. | „ | 5565 (4163) Clericos regulares a Petro, episcopo Carcassonensi, in tres ecclesias introductos comprobat. (In clausula falso additum est: „an. MLXXXVIII.") Gall. Chr. VI. Instr. 431, Mahul. Cart. de Carcassonne V. 403, Migne 151 p. 418. — „Petitionis tuae". |
| „ 21. | Cumis | 5566 (4164) Monasterii Lenensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Artuicho abbate, confirmat. (Notae chronologicae sunt corruptae.) Zaccaria Della badia di Leno p. 109. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 26. | Mediolani | 5567 (4165) Ecclesiae S. Petri Standalmontensis, a Mathilde comitissa b. Petro traditae, protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia instituit, ea lege, ut clerici quotannis denarium aureum, aut quarto quoque anno bisantium, palatio Lateranensi persolvant. Hugo Sacrae antiqu. mon. II. in praefatione, Calmet Hist. de Lorr. I. Preuv. p. 506, Migne 151 p. 419. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 26. | „ | 5568 (4166) Clericis et laicis in pago Salmoriacensi commorantibus praecipit, „ut, (Guidonis) Viennensis archiepiscopi subiectione posthabita, Gratianopolitano deinceps |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1095.** *(Ind. 3, pont. a. 7. — 12. Mart. — 8.)* |
| | | tanquam proprio episcopo obediant". Theodori Poenitentiale II. 532, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 364, Bouquet Rec. XIV. 760, Marion Cart. de Grenoble p. 54, Migne 151 p. 420. — „Quoniam frater". |
| Iun. 27. | apud Astam | 5569 (4167) Ecclesiae Vesontionensis possessiones et privilegia, petente Hugone archiepiscopo, confirmat. (Pro: „apud Ostiam" leg.: „apud Astam".) Dunod Hist. des Sequanois II. 585, Trouillat Mon. de Bâle I. 211, Migne 151 p. 421. — „Potestatem ligandi". |
| Iul. 1. | Astae | „kal. Iulii ann. dom. inc. 1096 (leg. 1095) dedicata est Astensis ecclesia a D. Urbano papa". Ex vetusto calendario. Ughelli It. sacr. IV. 359. |
| Aug. 5. | Valentiae | Ecclesiam S. Mariae et SS. Cornelii et Cypriani consecrat „nonis Augusti". Vide titulum ap. Ruinart Vit. Urb. p. 191. |
| „ 15. | ad S. Mariam ad Podium | „In assumptione ipsius (S. Mariae) pervenit". Bernoldi Chron. 1095 p. 463. Cf. Chron. Gaufridi Vosiensis ap. Labbe N. B. M. II. 293, in MG. SS. XXVI. 119. |
| „ 15. | Apud Anicium | 5570 (4168) Lambertum, episcopum Atrebatensem, ad concilium „in octavis S. Martini (d. 18. Nov.) apud Clarummontem" celebrandum vocat. Significat, episcopum Cameracensem per nuncios litterasque ecclesiam Atrebatensem sibi vindicasse. (Pro: „XVIII. kal. Aug." legendum: „XVIII. kal. Sept.".) Baluzii Misc. II. 136, Bouquet Rec. XIV. 754, D'Achery Spic. III. 424, Mansi XX. 694, Migne 151 p. 422. — „Noverit dilectio". |
| („) | | 5571 (4169) *Raynoldum, archiepiscopum Remensem, venire iubet ad concilium, die 18. Novembris apud Clarummontem habendum. Mandat, ut episcopos suffraganeos, abbates, principes eodem invitet. Vide ep. Raynoldi in Baluzii Misc. II. 136, Mansi XX. 693, Migne 150 p. 1388. |
| „ 18. | Monasterii Casae-Dei | ecclesiam dedicat SS. Vitali et Agricolae „XV. kal. Sept.". Chron. Gaufr. Vosiensis ap. Labbe N. B. M. II. 293, in MG. SS. XXVI. 199. Cf. infra bullam 5575. |
| „ 18. | ap. monasterium Casae-Dei | 5572 (4170) Parthenonem S. Petri Blaziliensem tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia, rogatu Florentiae abbatissae, confirmat, imposito virginibus solidorum quinque tributo annuo. Mon. pont. Arverniae p. 69, (Gall. Christ. II. Instr. p. 157, Cocqu. II. 108, Migne 151 p. 422. — „Ad haec (an hoc?) nos". |
| „ 23. | Romanis | 5573 (4171) Canonicorum Cadurcensium et disciplinam regularem et possessiones confirmat, petente Gosberto priore. Cruceus Rerum Cadurcensium hist. p. 65, ubi pro „Romae" legendum est haud dubie „Romanis". (Gall. Chr. I. Inst. 31, Cocqu. II. 84, Migne 151 p. 423). — „Piae postulatio voluntatis". |
| | | 5574 *Clero populoque Cameracensi praecipit, ut Gualchero episcopo, (deiecto Manasse), obediant. (Scripta certe est epistola inter ep. 5547 et synodum Claromont. d. 18. Nov. actam, in qua Gualcherus excommunicatur.) Gesta epp. Camerac. ed. De Smedt p. 30, in MG. SS. XIV. 192. |
| Sept. 1. | In monasterio S. Aegidii | Vide infra bullam 5577. |
| „ 6. | apud burgum S. Aegidii | 5575 (4172) Monasterio Casae-Dei (ubi se basilicam dedicasse SS. Vitali et Agricolae scribit) privilegia concedit, eiusque possessiones confirmat, bulla Pontio abbati inscripta. Mon. pont. Arverniae p. 72, (Fragm. ap. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 337, Migne 151 p. 424). — „Quoniam (al. cum) omnipotentis Dei". |
| „ 11. | In castro Tarascone | „III. id. Dec.". Vide narrationem ap. Martene et Dur. Vet. Script. I. 557, Bouquet Rec. XIV. 103, Coll. des Cartulaires VIII. 242. |
| | | 5576 (4173) Universos per Gotiam et Provinciam fideles hortatur, ut conferant ad ecclesiam S. Nicolai construendam in praedio, a Stephania comitissa monasterio S. Victoris Massiliensi per ipsum apud Tarasconem tributo. Martene et Dur. Vet. Script. I. 556, Bouquet Rec. XIV. 103, Collection des Cartulaires VIII. 243, Migne 151 p. 425. — „Dilectionem vestram nosse". |
| „ 12. | Avenione | 5577 (4174) Monasterii S. Aegidii (ubi se festum S. Aegidii, d. 1. Sept., egisse commemorat) libertatem, privilegia, possessiones confirmat, bulla Odiloni abbati directa. Gall. Chr. VI. Instr. 184, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 33, Migne 151 p. 425. — „Gratiae supernae". |
| „ 15. | „ | 5578 (4175) Canonicorum Avenionensium disciplinam regularem, possessiones, privilegia, petente Silvestro praeposito, confirmat. Gall. Chr. I. Instr. 141, Cocqu. II. 85, Migne 151 p. 426. — „Piae postulatio". |

**1095.** *(Ind. 3, pont. a. 7.—12. Mart.—8.)*

| | | |
|---|---|---|
| Sept. 19. | Tricastini | 5579 (4176) Ecclesiae S. Ruffi (Avenionensi) privilegia quaedam tribuit, et eius possessiones confirmat, petente Arberto abbate. Theodori Poenitentiale II. 614, Gall. Christ. ed. 1. T. IV. 802, Migne 151 p. 427. — „Desiderium, quod ad". |
| Oct. 8. | Lugduni | 5580 Monasterii S. Salvatoris Schafhusensis tutelam suscipit, possessionesque et iura, petente Sigefrido abbate, confirmat ea lege, ut monachi „auri unciam quotannis Lateranensi palatio persolvant". Fickler Quellen und Forsch. p. 27, Pflugk-Harttung Acta I. 60, Quellen z. Schweizer Gesch. III. I. 48, (Udalrici Bab. cod. n. 177 ap. Eccard Corp. hist. II. 198, Mansi XX. 706, Migne 151 p. 519). — „Cum universis sanctae". |
| „ 17. | Matiscone | 5581 (4177) *Monasterio S. Petri Matisconensi privilegia multa concedit. Vide tabulam ap. Severtium Chronol. hist. II. 119, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 376, Migne 151 p. 271. |
| „ 18. | Cluniaci | 5582 (4178) Ecclesiae Matisconensis bona, petente Landrico episcopo, confirmat. Severtii Chronol. hist. II. 115, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 368, Ragut Cart. de St.-Vinc. de Mâcon p. 299, (Gall. Chr. IV. Instr. 284, Migne 151 p. 428). — „Iustis votis assensum." |
| („) | „ | 5583 (4179) *Monasterii Cluniacensis privilegia confirmat. Vide „De adventu Urbani" cet. in Baluzii Misc. I. 126. |
| „ 25. | „ | altare maius basilicae novae consecrat „VIII. kal. Nov. ind. IIII." Vide relationem in Baluzii Misc. I. 126, Bibl. Cluniac. p. 518, Bullar. Cluniac. p. 25, Bouquet Rec. XIV. 100, Migne 151 p. 562. |
| Oct. Nov. | Augustoduni | Vide tabulam in Gall. Chr. IV. Instr. 83, Charmasse Cart. de l'égl. d'Aut. p. 1: „Urbanus, cum Galliarum partes quam plurimas permeasset, ad usque urbem Heduorum pervenit". |
| (Nov.) | Silviniaci | „fere per octo dies moratur". Vide placitum ap. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 655. |
| („) | | 5584 (4180) Guarnerio, Pontionis filio, sub excommunicationis poena praecipit, ut Lambertum, episcopum Atrebatensem, in itinere ad synodum captum dimittat. „Rex enim Francorum" inquit „non solum venire ad nos alios non prohibet, verum etiam omnibus suae potestatis episcopis et abbatibus venire ad concilium licentiam dedit". Baluzii Misc. II. 137, Bouquet Rec. XIV. 754, D'Achery Spic. III. 425, Mansi XX. 695, Migne 151 p. 429. — „Venerabilem fratrem". |
| („) | | 5585 (4181) Richerio, archiepiscopo Senonensi, mandat, commoneat Guarnerium, Pontionis filium, ut episcopo Atrebatensi libertatem reddat. Baluzii Misc. II. 137, Bouquet Rec. XIV. 754, D'Achery Spic. III. 425, Mansi XX. 695, Migne 151 p. 430. — „Audivimus Guarnerium". |
| „ 13. | apud Monticulum | 5586 (4182) Monasterio Silviniacensi, praesente Durantio episcopo Arvernensi, privilegia quaedam concedit, et eius possessiones confirmat. Bullar. Clun. p. 29, Bibl. Clun. p. 309, Mon. pont. Arverniae p. 74, Migne 151 p. 430. — „Quoniam supernae benedictionis". |
| „ 18-28. | Claromonte | Synodus generalis, in qua constituunt de pace domini, de itinere Hierosolymitano, de clericorum disciplina, de simonia, de investitura, de bonis ecclesiarum, de decumis, de poenitentia, de ieiunio, de eucharistia, de episcoporum rebus cet. Permulta actorum fragmenta sunt ap. Mansi XX. 815—920. (Extracta quaedam ap. Pflugk-Harttung Acta II. 161.) Cf. Wilh. Tyr. L. I. c. 14 sqq.; Goffridi Vindoc. ep. L. II. 27 in Sirmondi Opp. III. 671, ap. Migne 157 p. 68; Fragm. hist. monast. novi Pictav. ap. Martene Thes. III. 1220, Willelmi Malmesbir. Gest. reg. Angl. L. IV. ed. Hardy II. 524, Simonis Gest. abb. S. Bertini c. 69 in MG. SS. XIII. 649. |
| | | Ad hanc synodum pertinet decretum de altaribus mortuorum clericorum ab episcopis non vendendis ac de tricenaria altarium vel decimarum possessione, quod legitur in Gratiani decr. C. I. qu. 3. c. 4, et in Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 307. |
| | | In eadem synodo excommunicatur Philippus, rex Francorum. Bernoldi Chron. 1095 p. 464; Chron. Andegav. 1095 ap. Labbe N. B. M. I. 281, Marchegay et Mabille Chron. d'Anjou p. 27. |
| | | In eadem synodo Gualcherus, episcopus Cameracensis, pro eo, quod „episcopatum per pecuniam adeptus fuerat et virgam atque anulum de manu imperatoris susceperat", excommunicatur. Herimanni Lib. de restaur. S. Mart. Tornac. in MG. SS. XIV. 314, Histor. Tornac. ibid. p. 341; Gesta epp. Camer. ibid. p. 193, ed De Smedt p. 32 sq. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1095.** *(Ind. 3, pont. a. 7.—12. Mart.—8.)* In eadem synodo controversia inter Hugonem, abbatem Cluniacensem, et Pontium, abbatem Casae-Dei, determinatur. Vide tabulam in Anal. iur. pont. X. 540. |
| Nov. 18-28. | (Claromonte) | 5587 *Maioris-monasterii Turonensis privilegia confirmat. Vide Textum de dedicatione ap. Bouquet Rec. XIV. 99, Salmon Rec. p. 338, MG. SS. XXVI. 461. |
| „ 19. | apud Arverniam | 5588 (4183) Decernit, „ut abbas Anianensis Petrus in medio concilii ante Magalonensem episcopum (Gothofredum) veniens, in manu eius obedientiam debitam promittat ecclesiae Magalonensi de ordinationibus et consecrationibus et iudiciis“. Baluzii Misc. II. 119, Mém. de la soc. arch. de Montpellier VII. 620, Mansi XX. 910, Migne 151 p. 431. — „Cum apud Claromontem“. |
| „ 21. | ap. Clarummontem Arverniae | 5589 (4184) Iuliaci villae praepositurам eripi canonicis Engolismensibus vetat. Gall. Chr. II. Instr. 449, Mansi XX. 919, Migne 151 p. 433. — „Officii nostri“. |
| „ 26. | „ | 5590 (4185) Parthenonis S. Mariae Santonensis possessiones ac libertatem, rogatu Arsendis abbatissae, confirmat, imposito monialibus quinque „vestrae monetae“ solidorum tributo annuo. Grasillier Cart. inéd. de la Saintonge II. 10, Anal. iur. pont. X. 539. — „Iustis votis assensum“. |
| „ 28. | apud Arverniam | 5591 Clero et populo Romanensi scribit, se in concilio apud Arverniam celebrato (Guidoni) archiepiscopo Viennensi abbatiam Romanensis ecclesiae interdixisse, quia satisfacere et ad sese venire contempserit; ecclesiam eorum commendatam esse (Ademaro) episcopo Podiensi. Praecipit, ne ulterius Guidoni archiepiscopo tamquam abbati obediant. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 19. — „Quia frater noster“. |
| „ 28. | In Claromontensi concilio | privilegia Atrebatensia confirmantur. Vide Baluzii Misc. II. 134, D'Achery Spic. III. 426, Mansi XX. 670. — Concilium eodem die concluditur, vide Gesta Atreb. ap. Baluzii Misc. II. 137 et Mansi XX. 695. |
| „ 29. | apud Clarummontem Arverniae | 5592 (4186) Monasterii Aubechiensis, a Gerardo episcopo Cameracensi conditi, bona confirmat, petente Rogerio abbate. Gall. Chr. III. Instr. 17, Miraei Opp. dipl. III. 22, Cocqu. II. 85, Migne 151 p. 434. — „Officii nostri nos“. |
| „ 29. | „ | 5593 (4187) Monasterii SS. Petri et Pauli et S. Gisleni Cellensis possessiones, petente Gerardo, episcopo Cameracensi, confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 334. — „Iustis votis assensum“. |
| „ 29. | „ | 5594 (4188) Monasterium S. Dionysii de Nogento, a Gaufredo comite de Mauretania oblatum b. Petro, manere sub monasterio Cluniacensi iubet, et eius possessiones ac privilegia confirmat. Bullar. Cluniac. p. 26, (Bibl. Cluniac. p. 544, Migne 151 p. 435). — „Sicut irrationabilia poscentibus“. |
| „ 29. | „ | 5595 (4189) Guigoni comiti, clero et populo Gratianopolitano significat, se in concilio pagum Salmoriacensem Hugoni episcopo restituisse, „et quamdiu (Guido) Viennensis archiepiscopus huic diffinitioni obedire contempserit, tam ipsum episcopum quam Gratianopolitanam ecclesiam ab eius obedientia subtraxisse“. Theodori Poenitentiale II. 534, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 365, Bouquet Rec. XIV. 761, Marion Cart. de Grenoble p. 56, Migne 151 p. 436. — „Querelam venerabilis“. |
| „ 29. | „ | 5596 (4190) Monasterii Molismensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petentibus Roberto, episcopo Lingonensi, et Roberto, abbate Molismensi. Pflugk-Harttung Acta I. 62. — „Pie postulatio voluntatis“. |
| „ 29. | „ | 5597 „Diego (Didaco) abbati monasterii SS. Facundi et Primitivi Sahagunensis Gregorii VII. privilegium (supra 5263) confirmat“. Neues Archiv VI. 352. — „Cum universis sancte“. |
| „ 30. | „ | 5598 (4191) Clero populoque Cameracensi nunciat, „in concilio apud Clarum montem Arverniae celebrato“, Manassem episcopum confirmatum, et Gualcherium ecclesiae invasorem deiectum esse. Baluzii Misc. II. 175, Bouquet Rec. XIV. 715, Mansi XX. 917, Migne 151 p. 437. — „In concilio apud“. |
| („) | („) | 5599 *Episcopis (Normanniae) per Odonem Baiocensem, Gislebertum Ebroicensem, Serlonem Sagiensem, in concilio praesentes, „epistolas synodales“ mittit. Ordericus Vital. L. IX. c. 3 ed. Le Prevost III. 470; cf. Archives de l'orient lat. I. 109. |
| Dec. 1. | „ | 5600 (4192) Richerium, archiepiscopum Senonensem, primatui Hugonis, archiepiscopi Lugdunensis, obsistentem, die octavo generalis concilii, donec obediret, et pallio et suffraganeorum obedientia privatum esse, testatur. (Willelmum) archiepiscopum Rotomagensem, nisi intra menses tres ad obedientiam redierit, eadem poena affectum |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1095.** *(Ind. 3, pont. a. 7. — 12.Mart. — 8.)* |
| | | iri, edicit. Marca De primatu p. 3, Marcae Dissert. tres p. 262, Gall. Chr. IV. Instr. 11, Bouquet Rec. XIV. 715, Mansi XX. 828, Migne 151 p. 438, (Cocqu. II. 86). — „Ex apostolicae“. |
| Dec. 3. | monasterium Celsiniarum | „III. nonas Decembris dedicat“. Ex necrologio Celsin. ap. Ruinart Vit. Urb. p. 231 et ap. Bouquet Rec. XIII. 727. |
| „ 5. | ap. Privatam oppidum | 5601 (4193) Ecclesiam S. Iacobi Compostellanam manere sedem episcopalem iubet Dalmachium episcopum et eius successores „nulli praeter Romano metropolitano subiectos“ a pontificibus Romanis consecrandos esse statuit. Ecclesiae possessiones confirmat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 21, Migne 151 p. 440. — „Veterum synodalium“. |
| „ 5. | ap. Brivatam oppidum | 5602 (4194) Hugoni abbati et fratribus Cluniacensibus concedit, „ut nulli deinceps episcoporum facultas sit, pro altaribus et ecclesiis sive decimis, quas ante interdicta sua vel papae Gregorii possederint, seu post adquisiverint, gravamen aliquod aut molestiam irrogare“. Bullar. Cluniac. p. 26, Bouquet Rec. XIV. 716, Migne 151 p. 441. — „Sedis apostolicae benignitas“. |
| „ 7. | ap. oppidum S. Flori | 5603 (4195) Parthenonis Marciniacensis possessiones et privilegia „pro Hugonis Cluniacensis abbatis dilectione“ confirmat. Bullar. Cluniac. p. 22, Bibl. Cluniac. append. p. 86, Migne 151 p. 442. — „Ad hoc nos“. |
| „ 7. | „ | 5604 (4196) Monasterii Celsiniacensis a sese consecrati possessiones ac privilegia confirmat, „pro dilectione Hugonis, abbatis Cluniacensis“. Baluzii Misc. II. 175, Doniol Cart. de Sauxillanges p. 356, Mon. pont. Arverniae p. 87, Migne 151 p. 432. — „Ad hoc nos“. |
| („) | Auriliaci | Vide Breve chron. Auriliac. ap. Mabillon Vet. annal. p. 350. |
| „ 21. | Userchiae | „festo S. Thomae“. Chron. Gaufr. Vosiens. ap. Labbe N. B. M. II. 293, in MG. SS. XXVI. 199. |
| „ 23. | Lemovicas | pervenit. Narratio ap. Labbe N. B. M. II. 294 et in MG. SS. XXVI. 200: „X. kal. Ianuarii venit in hanc civitatem Lemovicensem“. Cf. Chron. Gaufr. Vosiens. ap. Labbe N. B. M. II. 293, in MG. SS. XXVI. 199. Vide Archives de l'orient. lat. I. 109. |
| „ 25. | apud Lemovicas | „Christi nativitatem celebrat“. Narratio ap. Labbe N. B. M. II. 294, in MG. SS. XXVI. 200. Bernoldus in Chron. 1095 in MG. SS. V. 464 Urbanum perperam narrat Arelatis hoc die fuisse. |
| „ 29. | „ | cathedralem ecclesiam S. Stephano dedicat „altera die, quae est post festum Innocentium“. Chron. Gaufr. Vosiens. ap. Labbe N. B. M. II. 293, in MG. SS. XXVI. 200. |
| „ 29. | „ | 5605 (4197) Ademaro, episcopo Engolismensi, mandat, ut monachos S. Eparchii, donec obediant abbati Angeriacensi, haberi pro excommunicatis iubeat. Bouquet Rec. XIV. 717, Migne 151 p. 443, (Apogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 4. fol. 168 incipit „Venerabilis“). — „Carissimus noster in“ „Venerabilis noster in“. |
| „ 29. | „ | 5606 (4198) Monasterii Angeliacensis bona confirmat et Ansculfo abbati coenobium Baziacense regendum tradit, „salvo quinque solidorum censu annuo Lateranensi palatio persolvendo“. Anal. iur. pont. X. 541, Pflugk-Harttung Acta I. 63. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 30. | „ | „Die vero sexta nativitatis, quae fuit dominica, ad monasterium S. Martialis venit“. Narratio ap. Labbe N. B. M. II. 294 et in MG. SS. XXVI. 200. |
| „ 31. | „ | in monasterio S. Martialis dedicat basilicam regalem „secundo kal. Ian.“ Narratio ap. Labbe N. B. M. l. l. et in MG. SS. l. l. Cf. Chron. Gaufr. Vosiens. ap. Labbe l. l., in MG. SS. l. l. |
| „ 31. | „ | 5607 (4199) „in monasterio S. Martialis“, (Giraldo) Cadurcensi, (Raimundo) Ruthenensi, (Durando) Arvernensi, (Humbaldo) Lemovicensi episcopis praecipit, ut monasterio Figiacensi contra malefactores auxilium porrigant eique de iniuriis illatis satisfaciant. Anal. iur. pont. X. 542. — „Pervenit ad nos“. |
| | | 5608 Universis fidelibus, tam principibus quam subditis, in Flandria commorantibus nuntiat, sese in Arvernensi concilio principes populumque Galliae ad ecclesias orientales liberandas commonuisse Ademarumque, episcopum Podiensem „vice sua ducem“ constituisse. Qui belli societatem inire voluerint, cum in b. Mariae assumptione (15. Aug.) iter arreptum esse sciant. Archives de l'orient lat. I. 220, cf. ibid. p. 113. — „Fraternitatem vestram“. |

**c. 1095.**

5609 Guidoni, archiepiscopo Viennensi, interdicit, ne ab ecclesiis ad canonicam Romanensem pertinentibus „censum multiplicatum" exigere praesumat. Mandat, ut de ecclesia S. Stephani Basternacensi, quam clerici S. Valerii invaserint, canonicis Romanensibus satisfaciat. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 18. — „Adversus apostolicam sedem".

5610 G. de Clairiaco et Francisco de Roanis praecipit, ne ecclesiae Romanensis bona diripiant, utque canonicis de illatis iniuriis satisfaciant. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 19. — „Conquesti sunt".

**1088—1096.**

5611 (4249) Gerardo, episcopo Tarvanensi, scribit, „canonum contemptores excommunicandos esse et damnandos". (Fragmentum.) Ivonis decr. IV. c. 219, Migne 151 p. 485. — „Canonum contemptores".

**1096.** *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 8. — 12. Mart. — 9.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 2. | apud Lemovicas | 5612 (4200) Monasterii Tutelensis possessiones iuraque confirmat, petente Willelmo abbate. Baluzii Hist. Tutel. p. 437, Migne 151 p. 444. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 2. | „ | 5613 Ecclesiae S. Nicolai de Morniaco possessiones confirmat, petente Willelmo priore. Ex chartular. Cluniac. ms. lat. 5458 fol. 49 bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Desiderium quod". |
| „ 6. | „ | „Ibique" (i. e. in monasterio S. Martialis, quo venerat die 30. Dec. 1095) „diebus octo permanens". Narratio ap. Labbe N. B. M. II. 294 et in MG. SS. XXVI. 200. |
| „ 10. | In monasterio Carrofensi | ecclesiae altare consecrat „IV. id. Ianuar. feria sc. V." Vide Notitiam de dedic. ap. Martene Thes. I. 272, ap. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 384, Bouquet Rec. XIV. 102, Migne 151 p. 271. Cf. infra bullam 5627. |
| „ 13. | Pictavis | „festivitate S. Hilarii". Chron. Malleacense 1096 ap. Labbe N. B. M. II. 213. |
| „ 27. | „ | monasterium novum dedicat „XI. kal. Febr.". Vide veterem inscriptionem in Mém. de la soc. d. antiqu. de l'ouest 1844 p. 187 et facsimile eius ibidem; (quam inscriptionem certe novit Ruinart in Vita Urbani p. 238). — Sed auctores Chron. Malleac. 1096 l. l. et Chron. S. Max. Pictavensis ap. Marchegay et Mabille Chron. des égl. d'Anjou p. 411 hanc dedicationem contendunt ad „VI. kal. Febr." (27. Ian.) revocandam esse. |
| (Febr.) | In monasterio Glannafoliensi | (in dioecesi Andegavensi). Vide bullam Urbani d. d. 31. Mart. 1096 in Anal. iur. pont. X. 544 (et spuriam d. d. 21. Mart. 1097 ap. Gattula Hist. Cas. p. 298, Cocqu. II. 95), in qua sic legitur: „Contigit, cum . . . in Gallias transissemus, nos locum illum visitasse" cet. |
| „ 6. | Andegavi | 5614 (4201) Ecclesiae Remensis suffraganeos hortatur, ut Manassi, in locum Rainoldi demortui archiepiscopi suffecto, obediant. Baluzii Misc. II. 138, Bouquet Rec. XIV. 717, Migne 151 p. 445. — „Defuncto venerabili". |
| „ 6. | „ | 5615 (4202) Clerum, ordinem, milites et plebem Remensem hortatur, ut Manassi electo archiepiscopo fidem praestent. Baluzii Misc. II. 139, Bouquet Rec. XIV. 718, Migne 151 p. 446. — „Affectionis quidem". |
| „ 6. | „ | 5616 (4203) Manassi electo archiepiscopo Remensi gratulatur. Monet, „caveat prorsus et vigilet, ne regiae superbiae qualibet inconstantia subiciatur". Adiutorium pollicetur. Baluzii Misc. II. 139, Bouquet Rec. XIV. 718, Migne 151 p. 447. — „Omnipotenti Deo". |
| „ 10. | „ | ecclesiam S. Nicolai dedicat „4. id. Febr.", Vide lemma tabulae ap. Lepeletier Mon. S. Nicol. And. p. 28, Annal. S. Albini Andegav. 1095 (1096) in MG. SS. III. 168. „In Septuagesima", Hist. Andeg. fragm. ap. Marchegay et Salmon Chron. d'Anjou I. 381, in MG. SS. XXVI. 461. |
| „ 10. | „ | 5617 (4204) Philippo, episcopo Catalaunensi, ecclesiam s. Nicolai in silva Lugolli commendat, ut fratres „sub dispositione Rodulfi Virdunensis abbatis quiete et stabiliter faciat permanere". Gall. Chr. X. Instr. 158, Bouquet Rec. XIV. 719, Pflugk-Harttung Acta I. 64, Migne 151 p. 447. — „Frater iste, lator" „Frater iste, praesentium". |
| „ 11. | „ | „III. id. Febr." Chron. Andegav. 1096 ap. Labbe N. B. M. I. 281, Marchegay et Mabille Chron. des égl. d'Anjou p. 18, (MG. SS. XXVI. 462). |
| „ 12. | „ | Vide tabulam in Baluzii Misc. III. 19, Mansi XX. 927: „firmata est haec charta in superiori camera Gaufridi, Andegavensis episcopi, per impositionem manus Urbani II. papae, pridie idus Februarii, anno . . . nono ordinationis Urbani". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1096.** *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 8. — 12. Mart. — 9.)* |
| Febr. 14. | ap. Sableulium | 5618 (4205) Monasterii S. Nicolai Andegavensis a sese consecrati possessiones confirmat, Natali abbate et Fulcone comite Andegavensi petentibus; quique dedicationis die monasterium adierint, iis „iudicii pro peccatis accepti partem septimam remittit". Lepeletier Monast. S. Nicol. And. p. 25, Teulet Layettes du trésor des ch. I. 31, (Theodori Poenitentiale II. 612, Migne 151 p. 447. Marchegay Archives d'Anjou II. 199 hanc bullam dicit die 22. m. Februarii datam esse; id quod non verisimile est, cum Urbanus per undecim dies in monasterio Vindocinensi fuisse dicatur.) — „Religiosis desideriis dignum". |
| („) | Cenomannis | „per triduum". Actus pontif. Cenomann. ap. Mabillon Vet. anal. p. 312. Cf. Notitiam ap. Martene et Dur. Vet. Script. I. 562. — Hist. Andegav. fragm. ap. Marchegay et Salmon Chron. d'Anjou I. 381, in MG. SS. XXVI. 461: „unde (Andegavis) discedens Cenomanim venit". |
| „ 26. | In monasterio Vindocinensi | „IV. kal. Martii Crucifixum consecrat", Chron. Andegav. 1095 (1096) ap. Labbe N. B. M. I. 289, Marchegay et Mabille Chron. d'Anjou p. 171. Cf. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 386. — Ibidem „per undecim dies" moratur; vide Goffridi abbatis Vindoc. ep. L. I. 18 in Sirmondi Opp. III. 433, ap. Migne 157 p. 58; cf. earund. epist. L. II. 7. p. 449, resp. p. 75. |
| Mart. 3. | In Maius-monasterium | pervenit. Textus de dedicatione ap. Bouquet Rec. XIV. 99, Salmon Rec. p. 338, MG. SS. XXVI. 461: „apud nos diebus septem repausato, octava demum adventus sui die dedicavit basilicam", (id quod constat die 10. m. Martii factum esse). |
| „ 4. | Turonis | 5619 (4206) Hugonem Suessionensem, Lambertum Atrebatensem, Philippum Catalaunensem, Gerardum Morinensem, ceterosque ecclesiae Remensis suffraganeos iterum hortatur, ne ullam officii partem in Manasse archiepiscopo electo deserant, utque vocati ad faciendam consecrationem accedant. Baluzii Misc. II. 139, Bouquet Rec. XIV. 719, Migne 151 p. 449. — „Scripsimus nuper". |
| „ 9. | In littore Ligeris | „Pridie (ante 10. Mart.), quae fuerat dies dominica, adit gradum ligneum sibi ad loquendum populo in littore Ligeris praeparatum, et super eum cum archiepiscopis et episcopis et cardinalibus stans, et diutissime populo infinito, qui ob hoc ipsum undequaque sitienter convenerant, sollemniter exhortationis verbum faciens . . .". Textus de dedicatione ap. Bouquet Rec. XIV. 99, Salmon Rec. p. 339, MG. SS. XXVI. 462. |
| „ 10. | In Maioremonasterio | ecclesiam consecrat „anno 1095 (nobis 1096) sexto idus Martii". Textus de dedicatione ap. Bouquet Rec. XIV. 99, Salmon Rec. p. 338, MG. SS. XXVI. 461. |
| „ 11. | Turonis | cimiterium S. Nicolai consecrat „in crastino". Textus de dedicatione ap. Bouquet Rec. XIV. 99, Salmon Rec. p. 339, MG. SS. XXVI. 462. |
| „ 14. | Turonis in castello S. Martini | 5620 (4207) Canonici ecclesiae S. Martini Turonensis ne processione suscipere legatos apostolicos debeant, statuit. Mansi XX. 656, Launoii Opp. III. II. 42, Bouquet Rec. XIV. 719, Cocqu. II. 87, Migne 151 p. 449. (Inter spurias relegari hanc bullam vult Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 133.) — „Notum fore". |
| „ 16-22. | Turonis in monasterio S. Martini | Synodus „in tertia hebdomada quadragesimae", in qua Urbanus „iterum suorum praeteritorum statuta conciliorum roborat". Bernoldi Chron. 1096 p. 464. Cf. Mansi XX. 925. |
| | | In synodo monasterium S. Mauri a potestate fratrum Fossatensium eximit. Chron. S. Sergii Andeg. 1095 (1096) in Marchegay et Mabille Chron. d'Anjou p. 141. |
| „ 20. | Turonis | 5621 (4208) Monasterio Cluniacensi Bainsonum (dioec. Suession.), patrimonium suum, confert. Corroborat monasterii S. Petri Bainsonensis possessiones et immunitatem, „praeter annuos solidos viginti", inquit „qui ex praecedentium episcoporum et patris praedecessoris mei consensu constituti sunt, Suessionensibus canonicis persolvendi". Bullar. Cluniac. p. 25, Gall. Chr. X. Instr. 104, Bouquet Rec. XIV. 720, Migne 151 p. 450, (Miraei Opp. dipl. I. 669). — „Et religionem". |
| „ 20. | „ | 5622 (4209) Monasterii Trenorchiensis tutelam suscipit, et bona iuraque confirmat, petente Petro abbate. Controversiam eius cum monachis S. Florentii super ecclesiis S. Crucis et S. Nicolai Lausdunensibus determinat. Chifflet Hist. de Tournus p. 335, Iuenin Nouv. hist. de Tournus. Pr. p. 136, Cocqu. II. 87, Migne 151 p. 451. — „Piae (al. Pia) postulatio voluntatis". |
| „ 21. | „ | Vide tabulam in Baluzii Misc. III. 19, Mansi XX. 928: „Haec sanctio facta est in Turonensi concilio, apostolico viro missam celebrante XII. kal. April." |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1096.** *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 8. — 12. Mart. — 9.)* |
| Mart. 21. | Turonis | 5623 (4210) Monasterii S. Vincentii Metensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Lanzone abbate. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 507, Migne 151 p. 452. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 21. | „ | 5624 Canonicorum S. Salvatoris Metensium privilegia et possessiones confirmat, petente Paulino, „confratre eorum, suo autem familiari filio“. (Apographum saec. XIII extstat in bibl. nat. Paris. Chartul. Metensi ms. lat. 10029 fol. 1. Ex copia a. 1670 edidit) Pflugk-Harttung Acta II. 162. — „Religiosis desideriis dignum“. |
| „ 21. | „ | 5625 Monasterio Caroffensi coenobium Hamense (dioec. Audomar.) subiicit. Anal. iur. pont. X. 542. — „Karrofensium monachorum“. |
| („) | | 5626 Giraldo, abbati Hamensi, significat, statuisse se, ut abbatis electio „in abbatis Caroffensis provisione consistat, quod ab ipso pene fundationis exordio Hamensis ecclesia, Carroffensi monasterio oblata, Caroffensium studio et impensis excrevisse cognoscatur“. Anal. iur. pont. X. 543, Pflugk-Harttung Acta I. 66. — „Vestri monasterii statum“. |
| („) | | 5627 (4317) Monasterii S. Salvatoris Caroffensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit, petente Petro abbate. De altaris consecratione a sese facta (d. 10. Ian. 1096) commemorat. Anal. iur. pont. X. 558, Pflugk-Harttung Acta I. 67. — „Ad hoc nos“. |
| „ 23. | „ | „in media quadragesimae in ecclesia b. Martini more Romano corona palmarum se coronat“. Chron. Turonense ap. Martene Vet. Scr. V. 1013, Bouquet Rec. XII. 466. Cf. Hist. Andegav. fragm. ap. Marchegay et Salmon Chron. d'Anjou I. 381, in MG. SS. XXVI. 461. |
| „ 23. | „ | 5628 (4211) Monasterii S. Bertini Sithiensis tutelam suscipit, bonaque confirmat, petente Lamberto abbate. Coll. des Cartulaires III. 214, (Miraei Opp. dipl. III. 21, Migne 151 p. 453). — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 24. | „ | 5629 (4212) Monasterium Marbacense tuendum suscipit privilegiisque donat, rogatu Manegaldi praepositi. Grandidier Hist. d'Als. II. 164, Würdtwein Nov. subs. dipl. VI. 265, Gall. Chr. V. Instr. 474, Migne 151 p. 455. — „Religiosis desideriis“. |
| „ 25. | „ | 5630 (4213) Monasterii Corbeiensis (dioec. Ambian.) possessiones et privilegia, rogatu Nicolai abbatis, confirmat, imposita fratribus auri unciae pensione annua. Anal. iur. pont. X. 543. — „Iustis votis assensum“. |
| „ 29. | Pictavis | 5631 (4214) Ecclesiae S. Martini Turonensis clericos ad vitandam simoniam hortatur, eorumque possessiones et privilegia confirmat. Mansi XX. 658, Launoii Opp. III. II. 49, Cocqu. II. 88, Migne 151 p. 457. — „Bonorum omnium“. |
| „ 29. | „ | 5632 Raimundi prioris et fratrum S. Mariae Celsonensis disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Villanueva Viage literario IX. 222. — „Desiderium, quod ad“. |
| „ 30. | „ | 5633 (4215) Inter monachos Cormeriacenses et canonicos b. Martini Turonensis controversiam ita diiudicat, ut electi abbates Cormeriacenses deinceps „de b. Martini sepulchro baculum sumant“. (Subscripserunt episcopi 13.) D'Achery Spic. I. 630, Mansi XX. 926, Bouquet Rec. XIV. 721, Gall. Chr. XIV. Instr. 74, Cocqu. II. 88, Bourassé Cart. de Cormery p. 88, Migne 151 p. 456. — „Querelam de“. |
| „ 30. | „ | 5634 (4216) Archiepiscopis et episcopis per Gallias constitutis significat, se fratres monasterii S. Martini Turonensis „secundum antiqua Romanorum pontificum privilegia in speciales apostolicae sedis filios assumpsisse“. Launoii Opp. III. II. 59, Migne 151 p. 459. — „Beatum confessorem“. |
| „ 31. | ap. monasterium S. Maxentii | 5635 (4217) Monasterio S. Mauri Glannafoliensi, „erepto a tyrannide Fossatensium, per quos non meliorationi, sed deteriorationi erat expositum, asserit solatium abbatis cardinalis“. Gerardum electum abbatem fratrumque possessiones et privilegia confirmat. Anal. iur pont. X. 544. — „Beatissimum Christi“. |
| („) | | 5636 (4218) Richerio, archiepiscopo Senonensi, et ceteris Francorum episcopis, scribit, accepisse se, quosdam eorum professos esse, „se nequaquam a regis societate abstenturos, immo etiam regem ipsum ab excommunicationis vinculo soluturos, quamquam feminam illam non dereliquit“. Ostendit haec: „Nobis sane et omnibus, qui Turonis nobiscum convenerunt, liquido patuit, nullam solvendi, quem nos ligavimus, fraternitati vestrae suppetere potestatem“. Praecipit, ut ad concilium, „in octavis apostolorum Petri et Pauli“ (6. Iulii) Arelatis agendum, veniant. Mansi XX. 665, Bouquet Rec. XIV. 722, Cocqu. II. 108, Migne 151 p. 460. — „Auditum est apud“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1096.** *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 8. — 12. Mart. — 9.)* |
| (Mart.) | | 5637 M(anassi) electo Remensi eiusque suffraganeis eadem quae superiore epistola scribit. Ex Musei Brittan. Mss. Cott. Vespas. E. IV. f. 208 s. XII in. dedit F. Liebermann. — „Auditum est apud". |
| Apr. 7. | apud Angeliacum | 5638 (4219) Monasterii-novi Pictaviensis a sese consecrati possessiones ac privilegia confirmat, bulla Hugoni abbati directa. Martene Thes. I. 267, Migne 151 p. 461, (Gall. Chr. II. Instr. 357). — „Ad hoc nos". |
| „ 12. | Sanctonis | 5639 (4220) Monasterii S. Martialis Lemovicensis abbates ab abbatibus Cluniacensibus creandos esse statuit. Possessiones et privilegia monasterii confirmat, petente Ademaro abbate. Baluzii Misc. II. 178, Bullar. Cluniac. p. 27, Migne 151 p. 462. — „Ad sollicitudinem". |
| „ 13. | „ | „Pascha". Chron. Malleacense 1096 ap. Labbe N. B. M. II. 213; Hist. Andegav. fragm. ap. Marchegay et Salmon. Chron. d'Anjou I. 381, in MG. SS. XXVI. 461. |
| „ 14. | „ | 5640 (4221) Canonicorum Remensium consuetudines confirmat. Marlot Metr. Rem. II. 214, (ubi hanc bullam legimus Sanctonis datam esse), Bouquet Rec. XIV. 725, Gall. Chr. X. 33, Migne 151 p. 462. — „Petitionem vestram". |
| „ 14. | „ | 5641 (4222) Monasterii S. Albini Andegavensis tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Gerardo abbate. Piolin Hist. de l'égl. du Mans III. 672, Anal. iur. pont. X. 548: „XVIII. kal. Maii"; Bilard Analyse des documents p. 51 dicit hanc bullam esse datam 13. kal. Mai. (19. Apr.). — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 14. | „ | 5642 (4223) Sententiam inter monachos Monasterii-novi et canonicos S. Hilarii Pictavienses, latam a sese in capitulo S. Hilarii, confirmat. Anal. iur. pont. X. 546, ubi clausula mutila. Cf. ms. lat. 16990. f. 114 in bibl. nat. Paris. — „Officii nostri nos." |
| „ 20. | „ | in ecclesia S. Entropii altare consecrat „dominica in albis". Ex „veteri notitia ab auctore aequali conscripta". Ruinart Vit. Urb. p. 256. |
| „ 25. | ap. coenobium Terrae maioris | 5643 Episcopis et universo clero populoque per Hispaniam et Narbonensem provinciam nuntiat, Bernardo archiepiscopo Toletano legationem Hispanicam se dedisse. Neues Archiv VI. 299. — „Ex ipsis redemptoris". |
| | | 5644 (4224) Monasterii Angeriacensis possessiones, in his ecclesiam Buriacensem, confirmat. Bouquet Rec. XIV. 724, Pflugk-Harttung Acta I. 64, Migne 151 p. 465. — „Quia disponente domino". |
| Mai. 1. | Burdegalae | ecclesiam dedicat „anno 1016 (leg. 1096) videlicet kalendis Maii". Vide relationem ap. Ruinart Vit. Urb. p. 257. |
| („) | Neraci | ecclesiam SS. Petri et Nicolai consecrat. Vide relationem ap. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 401. |
| „ 7. | Leiraci | 5645 (4225) Hugoni abbati et fratribus Cluniacensibus cellam S. Michaelis de Montealto aliaque bona asserit, petente Willelmo, archiepiscopo Ausciensi. (In clausula pro „pont. a. X." legendum esse „IX." docet apogr. saec. XIII. in bibl. nat. Paris. ms. lat. 16990. fol. 118.) Anal. iur. pont. X. 549. — „Officii nostri nos". |
| („) | „ | ecclesiam S. Martini consecrat. Vide infra bullam 5649. |
| „ 7. | Tolosae | 5646 (4226) Isnardo Tolosano, Simoni Aginnensi, Gerardo Cadurcensi, Raymondo Lactorensi episcopis mandat, ut in possessionibus Moissiacensis monasterii recuperandis operam ponant. Baluzii Misc. II. 179, Gall. Chr. I. 40, Migne 151 p. 466. — „Fraternitatem vestram". |
| „ 13. | apud Moysiacum | 5647 (4227) Monasterio Cluniacensi asserit monasterium S. Orientii Ausciense, cuius de coemeterio privilegium confirmat. Bullar. Cluniac. p. 28, Bouquet Rec. XIV. 322, Migne 151 p. 467. — „Apostolicae sedis sollicitudo". |
| „ 23. | Tholosae | 4648 (4228) Hugoni, abbati Cluniacensi, et eius successoribus monasterium Bellilocense (dioec. Lemovicensis) regendum tradit. Bibl. Cluniac. p. 525, Bullar. Cluniac. p. 24, Bouquet Rec. XIV. 721, Deloche Cart. de Beaulieu, Introd. p. 29, Migne 151 p. 468. — „Belli-loci monasterium". |
| „ 24. | „ | ecclesiam S. Saturnini consecrat „IX. kal. Iunii". Chron. Tolosan. 1096 ap. Bouquet Rec. XII. 373. |
| Iun. 3. | „ | 5649 Hugoni abbati fratribusque Cluniacensibus asserit ecclesiam S. Martini de Lairaco, a sese consecratam. Apograph. saec. XIII ex. in bibl. nat. Paris. Coll. Bourgogne t. 79. n. 164. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 11. | Carcassonam | „III. id. Iunii, IV. feria, ingressus, missam ibidem celebrat; etiam ecclesiae b. Nazarii saxa benedicit". Ex ms. cod. reg. 5256, Bouquet Rec. XIII. 727. |

**1096.** *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 8. — 12. Mart. — 9.)*

| | | |
|---|---|---|
| Iun. 13. | Carcassonae | „subsequenti feria VI. super altare b. Mariae sanctique Salvatoris missam celebrans, sermonem facit, cimiterium salis aspersione absolvit". Ex ms. cod. reg. 5256 l. l. |
| „ 15. | „ | „et sic quinque diebus nobiscum commoratus . . . discessit. Ex ms. cod. reg. 5256 l. l. |
| „ 24. | In monasterio S. Pontii (Tomeriensi) | 5650 (4229) Ecclesiae Pampilunensis, petente Petro episcopo, terminos ac possessiones confirmat. Anal. iur. pont. X. 550. — „Iustis votis assensum". |
| „ 28. | Magalonem | pervenit „in vigilia apostolorum Petri et Pauli". Series episcoporum Magalon. ap. Labbe N. B. M. I. 799, in Mém. de la soc. archéol. de Montpellier VII. 516. |
| „ 29. | Magalonensem | insulam consecrat „secunda die adventus sui, scilicet dominica". Ser. episc. Magal. ap. Labbe l. l., in Mém. l. l. |
| Iul. 2. | Magalone | discedit. Vide Ser. episc. Magalon. ap. Labbe l. l., in Mém. l. l.: „intravit Magalonem (d. 28. Iunii) ibique stetit per quinque dies". |
| („) | ap. Montempessulanum | „ad petitionem regis" de Guilielmo electo Parisiensi tractat, et Ivoni, episcopo Carnotensi, concedit, „ut, si Parisiensis ecclesia illum sibi ordinari et consecrari postulaverit, Richerius, archiepiscopus Senonensis, ante festum S. Remigii (ante 1. Oct.) ei manum imponat". Vide Ivonis ep. 50, Opp. II. 23, Migne 162 p. 62. |
| „ 6. | Nemausi | ecclesiam b. Mariae consecrat „pridie nonas Iulii". Vide tabulam in Hist. de Languedoc II. Pr. p. 341, nov. ed. V. 743. |
| „ | „ | Concilium, (in ecclesia S. Mariae, vide bullam 5654) in quo sanciunt, 1) ne episcopi ecclesias vel decimas, monasteriis datas, mortuis seu mutatis clericis, redimi pecunia cogant, neu monachi „in parochialibus ecclesiis, quas teneant, absque episcoporum consilio presbyteros collocent"; 2) ut monachis fungi sacerdotali officio liceat; 3) qui episcopum, abbatem, vel archidiaconum, vel presbyterum ceperint, 4) qui res defuncti episcopi invaserint, 5) laici, „qui oblationem ecclesiae, sepulturam, decimam, aut terram sanctuarii tenuerint", et 6) qui „ecclesias, vel earum bona hereditaria successione possideant", excommunicentur; 7) „clericus vel monachus, qui ecclesiasticum de manu laici susceperit beneficium", removeatur; 8) ne sacerdotes „nisi canonico degradentur iudicio", utque, si „ad ditiorem migraverint ecclesiam", utramque amittant; 9) ut „qui publice consanguineas vel adulteras ducant, excommunicentur"; 10) ne „raptores, qui in rapiendo mortui fuerint absque canonica poenitentia, sepeliantur"; 11) ut „presbyteri fornicarii degradentur"; 12) ne „puellulae usque ad duodecim annos nubant"; 13) ne quis „habeat licentiam retrahere beneficium, a se vel ab antecessoribus suis ecclesiis collatum, et nec clericos nec monachos in curiam suam ad saeculare cogat venire iudicium"; 14) ne „episcopus alterius recipiat excommunicatum"; 15) ne monachi „recipiant ad sepulturam, aut ad quodlibet divinum officium excommunicatos aut raptores aut interdictos". Acta concilii habentur ap. D'Achery Spicil. I. 628, Mansi XX. 933. — Concilium iam die 8. Iulii celebratum esse, apparet ex bulla Urbani II. d. d. 20. Iulii, infra 5658, in Anal. iur. pont. X. 551, ubi sic legitur: „Negotium ipsum ad concilii audientiam distulimus, quod ap. Nemausum VIII. id. Iulii celebravimus". |
| „ 9. | „ | In concilio controversia inter monasteria Figiacense et Conchense determinatur. Vide Urbani II. bullam infra 5654. |
| „ 11. | „ | In concilio. Vide Narrationem ap. Baluzium Misc. I. 127, Mansi XX. 940: „Actum est hoc apud praefatum concilium V. id. Iulii". Vide infra bullam 5658. |
| „ 12. | „ | In concilio. Vide tabulam ap. D'Achery Spic. I. 629, Mansi XX. 937, Teulet Layettes du trésor des ch. I. 32: „Facta et confirmata charta in Nemausensi concilio, a domno papa Urbano II. celebrato, septima feria, IV. id. Iulii". |
| „ | „ | In concilio Bertrannus, comes Tolosanus, quia burgum S. Aegidii invasit, excommunicatur. Vide litteras Paschalis II. ap. Menard Hist. de Nismes I. Pr. p. 26, Migne 163 p. 123. |
| „ | „ | In concilio Raimundus, comes Tolosanus, in favorem monasterii S. Aegidii iura quaedam abdicat. Vide Urb. II. bullam 5659; Alexandri III. bullam d. d. 4. Iul. 1179 ap. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 93. |
| „ | „ | In eodem concilio de liberanda Terra sancta agitur. Vide Fragm. hist. Franc. 1096 ap. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 90. Cf. Archives de l'or. latin I. 119. |
| | | 5651 *Cives Ianuenses rogat, ut Terrae sanctae subveniant. Iacobi de Voragine Chron. ap. Muratori R. It. SS. IX. 31. Cf. Archives de l'or. lat. I. 119. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1096.** *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 8. — 12. Mart. — 9.)* |
| Jul. 14. | Nemausi | 5652 (4231) Petente Hugone abbate Cluniacensi, monasterii S. Martini de Campis Parisiensis privilegia et possessiones confirmat. Félibien Hist. de Paris III. 52, Bullar. Cluniac. p. 29, Marrier Mon. S. Mart. de Camp. p. 148, Migne 151 p. 470. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 15. | ap. vallem Flavianam in monast. S. Egidii | 5653 (4232) Ecclesiam Burgensem sub sedis Romanae ditionem subiungit, Gomizonisque episcopi Burgensis et Bernardi archiepiscopi Toletani de possessionibus quibusdam controversiam dirimit. („In registro Urbani II. in nono libro in secunda parte“, vide Neues Archiv VI. 295.) Florez Esp. sagr. XXVI. 464, Loperraez Corvalan Descr. hist. del ob. de Osma III. 552, Migne 151 p. 471. — „Postquam apud“. |
| „ 15. | „ | 5654 (4230) Abolito in concilio Gregorii VII. praecepto, monasteria Figiacense et Conchense uniri vetat. Utrumque monasterium gubernari a proprio abbate iubet. („Actum in concilio ap. Nemausum in ecclesia S. Mariae VII. id. Iul. cet.; Datum apud vallem Flavianam, in monasterio s. Aegidii, idibus Iuliis“.) Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 448, Bouquet Rec. XIV. 723, Gall. Chr. I. Instr. 44, Cocqu. II. 90, Migne 151 p. 469. — „Cum pro negotiis“. |
| „ 16. | „ | 5655 (4233) Monasterii Rivipollensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Bernardo abbate. Marca Marca Hisp. p. 1198, Aguirre Conc. V. 18, (Cocqu. II. 90, Migne 151 p. 472). — „Apostolicae sedis“. |
| „ 17. | „ | 5656 (4234) Monasterii Balneolensis bona iuraque confirmat, petente Benedicto abbate. Marca Marca Hisp. p. 1200, (Cocqu. II. 91, Migne 151 p. 474). — „Apostolicae sedis“. |
| „ 19. | „ | 5657 (4235) Parthenonem Iuveniacensem, rogatu Galburgae abbatissae, tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, imposito virginibus monetae Virdunensis argenteorum sex censu annuo. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 508, Hontheim Hist. Trev. I. 447, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 658, Cocqu. II. 92. — „Apostolicae sedis auctoritate“. |
| „ 20. | „ | 5658 (4236) Diffinitionem inter canonicos ecclesiae S. Saturnini et (Isnardum) episcopum Tolosanum super oblationibus quibusdam factam confirmat. Ecclesiae S. Saturnini possessiones et privilegia approbat. („Acta est huiusmodi negotii definitio apud Nemausum V. idus Iulii“; „Datum XIII. kal. Aug.“) Anal. iur. pont. X. 551. — „Factum est cum“. |
| „ 22. | ap. Avenionem in monasterio S. Andreae | 5659 (4237) Privilegiorum abdicationem, a Raimundo, Tolosanorum ac Rutenensium comite et Provinciae marchione, in concilio Nemausensi monasterii S. Aegidii gratia factam, confirmat. Sancit, „ne quis ulterius archiepiscopus aut episcopus adversus eandem ecclesiam audeat excommunicationis aut interdictionis proferre sententiam“. D'Achery Spic. I. 630, Bouquet Rec. XIV. 723, Mansi XX. 938, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 342, nov. ed. V. 744, Cocqu. II. 93, Teulet Layettes du trésor des ch. I. 566, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 35, Migne 151 p. 477. — „Sicut iniusta“. |
| „ 22. | ap. montem Andaonis | 5660 (4238) (In monasterio S. Andreae) Ecclesiae S. Saturnini Tolosanae iura confirmat et amplificat. Baluzii Misc. II. 179, Anal. iur. pont. X. 553, Migne 151 p. 478. — „Sicut iniusta“. |
| „ 23. | „ | 5661 (4239) (In monasterio S. Andreae) Monasterii S. Andreae Avenionensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Anal. iur. pont. X. 554. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 27. | | 5662 (4240) Colomanno, regi Hungariae, susceptum regnum gratulatur. De vitando Wiberto monet; iam enim schismatis auctorem, Heinricum imperatorem, publicis ignominiis expositum, ab ipso filio exsecratum, amisisse „per Dei misericordiam et iudicium principalem illam regni sui partem, per quam Romanae ecclesiae incubabat“. Quaerit, liceatne sibi Odilonem, S. Aegidii abbatem, aliosque legatos in Hungariam mittere. Ménard Hist. de Nismes I. Pr. p. 15, Fejér C. D. II. II. 13, Migne 151 p. 480. — „Audientes magnificentiam“. |
| („) | Avenione | 5663 Monasterium Montis-maioris abbati Ricardo et fratribus S. Victoris Massiliensibus subiicit. (Clausula vitiosa.) Ex cop. tabul. Massiliensis dedit H. Bresslau. |
| „ 30. | ap. Cabellicum | 5664 (4241) Monasterii Montis-maioris possessiones et privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Anal. iur. pont. X. 555. — „Apostolicae sedis auctoritate“. |
| Aug. 5. | Aptae-Iuliae | basilicam S. Eusebii „nonis Augusti“ dedicat. „Ex domesticis instrumentis eius loci“, Ruinart Vit. Urbani p. 271. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1096.** *(Ind. 4. — 25. Sept. — 5, pont. a. 8. — 12. Mart. — 9.)* |
| Aug. 7. | ap. Forum Cholcherii | 5665 (4242) G(ebhardo), episcopo Constantiensi, mandat, ut monachos Schafhusenses et Raitenbuchenses ad concordiam cogat. Hos affici interdicto iubet, nisi monachum quendam intra dies 30 illis restituerint. Pez Thes. anecd. VI. I. 297, Quellen z. Schweizer Gesch. III. I. 53, Migne 151 p. 482. — „Inter Scafusensium". |
| („) | | 5666 (4243) O(dalrico) praeposito et M(anegoldo) decano Raitenbuchensi praecipit, nisi (Sigefrido) abbati Schafhusensi intra dies 30 satisfecerint, ut sacris se abstineant. Tez Thes. anecd. VI. I. 298, Quellen z. Schweizer Gesch. III. I. 54, Migne 151 p. 482. — „Iam dudum". |
| „ | Viennae | moratur. Charvet Hist. de l'égl. de Vienne p. 312, teste Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 15. n. 1. |
| („) | | 5667 *Guidoni, archiepiscopo Viennensi, praecipit, ut, corpus S. Antonii, „ne in manibus saecularium ac militarium virorum indecenter versetur, quamprimum in religioso aliquo loco honorifice reponat". Vide Transl. S. Anton. in Act. SS. Ian. II. 154. |
| „ 18. | apud Gaïcem | 5668 Ecclesiae Romanensis patrocinium suscipit, possessiones, libertatem et privilegia confirmat, ea tamen lege, ut clerici amygdalarum sextarium „ex antiquo more" Lateranensi palatio annuatim persolvant. (Pro „MXI" legendum esse „MXCVI" et locus probat et indictio IV.) Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 14. — „Apostolicae sedis auctoritate". |
| Sept. 9. | aput Asten | 5669 (4244) Monasterium Fructuariense tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat, petente Wiberto abbate. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 720. — „Cum universis sancte". |
| „ 14. | ap. Mortarium | prope Papiam „exaltationem s. crucis celebrat". Bernoldi Chron. 1096 in MG. SS. V. 464. |
| „ 19. | Papiae | 5670 (4245) Bononiensium fidem laudat. B(ernardum) episcopum commendat. Omnibus, qui bello Hierosolymitano interfuerint, peccatorum veniam proponit; sed clericos monachosque iniussu episcoporum et abbatum, novosque maritos invitis uxoribus inire belli societatem vetat. Savioli Ann. Bol. I. II. 137, Migne 151 p. 483. — „Bonitati vestrae". |
| Sept. Oct. | Mediolani | Vide Landulphi de S. Paulo Hist. Med. c. 40 in MG. SS. XX. 37. |
| Oct. 9. | Cremonae | 5671 Monachis S. Ambrosii Mediolanensibus iam iterum praecipit, „ut altaris b. Ambrosii oblationes canonicis ipsius ecclesiae, sicut per quadraginta annos possederint, quietas relinquant". Sormanus In causa praeeminentiae p. 55, Pflugk-Harttung Acta II. 163. — „Quoniam Deus karitas". |
| „ 14. | „ | 5672 (4246) Monasterii S. Basoli, petente Burchardo abbate, possessiones et advocatiae immunitatem confirmat, eiusque fratribus liberum abbatis eligendi arbitrium concedit. Anal. iur. pont. X. 557, Pflugk-Harttung Acta I. 64. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 16. | „ | 5673 (4247) Parthenonis S. Iohannis Cremonensis bona, petente Gisla abbatissa, confirmat, imposito monialibus denariorum 12 Mediolanensis monetae censu annuo. Muratori Ant. It. V. 809, Migne 151 p. 484, (Anal. iur. pont. X. 565). — „Desiderium, quod ad". |
| c. Nov. | Prope Lucam | Robertum, Normanniae comitem, Guilielmi regis Anglorum filium, et Stephanum Blesensem ac Robertum, Flandriae comitem, eorumque socios, in Palaestinam tendentes bonis ominibus prosequitur. Fulcheri Carnot. Hist. Hieros. ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 820, Rec. des hist. des crois. III. 329; Willelmi Malmesb. Gesta reg. Angl. L. IV. ed. Hardy II. 536. |
| Dec. 25. | Romae | „nativitate Domini'. Bernoldi Chron. 1097 p. 465. |
| | | 5674 *Bernardum, archiepiscopum Toletanum, hortatur, ut „voto (expeditionis Hierosolymitanae) in reparatione Tarraconensis urbis et ecclesiae commutato", eidem ecclesiae reaedificandae operam navet. (Verba virgulis inclusa interpolatorem prodere, demonstrat comes Riant in Arch. de l'or. lat. I. 128.) Vide Paschalis II. ep. ap. Salazar Anamnesis II. 475, Roderici Toletan. L. IV. c. 11 in Hisp. ill. SS. II. 74. |
| | „ | †5675 (4248) Alexio, imperatori Constantinopolitano, cruciferos commendat. Quibus Boamundum scribit „se comitem adiunxisse cum septem milibus delectae iuventutis Italicae, relicta fratri rerum omnium cura, quocum diu bello contendisset". (Adulterinam esse hanc epistolam, probat comes Riant in Archives de l'orient lat. I. 124.) Mansi XX. 660, Bouquet Rec. XIV. 724, Watterich I. 605, Migne 151 p. 485. — „Cum statutum". |

**1097.** *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 9. — 12. Mart. — 10.)*

Ian. 9. | Laterani | 5676 (4250) Monasterii Cluniacensis libertates et privilegia confirmat augetque, petente Hugone abbate. Bibl. Clun. p. 520, Bullar. Cluniac. p. 30, Cocqu. II. 93. — „Cum omnium fidelium".

„ | Synodus. Vide epistolas insequentes.

5677 (4251) Clero et ordini, nobilibus et plebi Trani consistentibus scribit, se „nuper" in synodali concilio Bisantio eorum archiepiscopo permisisse, ut Nicolaum Peregrinum in sanctorum numero referret. Acta SS. Iun. T. I. 249, Prologo Le carte di Trani p. 68, Migne 151 p. 488. — „Cum largiente domino".

5678 (4252) Hugonem, (archiepiscopum Lugdunensem), sedis apostolicae legatum, laudat propter consilia in Vapincensem et Diensem episcopos capta. Nunciat, se electum Lemovicensem non probasse, „sed adhuc sententiam pro Cluniacensis abbatis postulatione distulisse". Quae de Aurelianensi et Bellovacensi episcopis egerit, rata habet. Precibus eius de clericis Senonensibus se satisfacturum, „si clerici pro electi sui causa ad ipsum forte pervenerint". Mandat, ut „pro causa Cluniacensis monasterii de duce Burgundiae, de Aimone Borbonensi congruentem iustitiam exequatur". Haec addit: „De statu nostro nobiscum Deo gratias age, quia usque ad Urbem cum com. M. pacifice venimus, Urbem honestissime cum procedentium stipatione frequentissima introivimus; Urbem ipsam maiori iam ex parte habemus; synodum Laterani sollemniter celebravimus; cives nobis et regiones omnes sacramentis astringimus". (Corrigatur ex apogr. saec. XII in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 380. n. 8.) Baluzii Misc. II. 180, Bouquet Rec. XIV. 728, Migne 151 p. 488. — „Quod de Guapicensi".

Ad hanc, ni fallor, synodum referendum est statutum, quae elemosynarum pars parochialibus ecclesiis solvatur ab eis, qui in monasteriis se sepeliri deliberaverint. Vide Urb. II. epist. infra 5775.

Mart. 4. | Beneventi | 5679 (4253) Petro, Aragonensium et Pampilonensium regi, ceterisque earum regionum fidelibus ecclesiam Pampilonensem commendat. Possessiones huius confirmat. Anal. iur. pont. X. 560. — „Notificatum est nobis".

„ 21. | †5680 (4254) Oderisio, cardinali ecclesiae Romanae et abbati monasterii Casinensis a sese consecrato, monasterium Glannafoliense, monachis Fossatensibus adiudicatum, restituit. („Datum apud Tarracinam p. m. Iohannis S. R. E. diac. card." cet. Tabulam in monasterio Casinensi asservatam, quae autographi faciem praebet, non esse scriptam in cancellaria pontificia, docet Pflugk-Harttung in Neues Archiv IX. 483; a fratribus Casinensibus eam in detrimentum monachorum Glannafoliensium confictam esse, probat comparatio cum bulla 5635 supra notata.) Gattula Hist. Cas. p. 298, Mansi XX. 928, Cocqu. II. 95, Migne 151 p. 489. — „Pater et princeps".

„ 27. | Laterani | 5681 (4255) Monasterii Casinensis possessiones ac privilegia confirmat, bulla Oderisio abbati inscripta. (Specimen scripturae ap. Mabillon De re dipl., suppl. p. 115.) Gattula Hist. Cas. p. 149, Cocqu. II. 97, Margarini Bull. Cas. II. 119, Migne 151 p. 492. — „Praeter generale".

Apr. 17. | „ | 5682 (4256) Hugoni abbati et fratribus Cluniacensibus concedit, „ne cellarum eorum fratres pro vicinarum dioecesum interdictione vel excommunicatione divinorum officiorum suspensionem patiantur". Praeterea iis permittit, „ut ad chrisma conficiendum sive oleum benedicendum quem maluerint catholicum episcopum advocent". Bullar. Cluniac. p. 28, Migne 151 p. 493, (Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 430). — „Quoniam abundante" „Quum abundante".

„ 18. | „ | 5683 (4257) Ecclesiae Arvernensis fines confirmat statuitque ut eius antistes „in consecratione archiepiscopi Bituricensis priorem locum obtineat et in omnibus parochiae Arvernensis congregationibus pontificali iure fungatur". Ecclesiae possessiones iuraque corroborat et Guillelmum episcopum tuendum suscipit. Anal. iur. pont. X. 561, Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVII. 676, Mon. pont. Arverniae p. 102. — „Sicut iniusta poscentium".

„ 29. | Romae | 5684 (4258) (Raimundo), archiepiscopo Ausciensi, „per Romanam ecclesiam noviter ordinato", mandat, ut violati ecclesiae b. Orientii coemeterii poenas a clericis suis petat. Brugèles Chron. eccl. d'Auch, Pr. I. 26, Bullar. Cluniac. p. 28, Bouquet Rec. XIV. 725, Gall. Chr. I. Instr. 161, Migne 151 p. 464 et 494. — „Cum in Ausciensi".

Iun. 4. | Laterani | 5685 (4259) Hugoni, archiepiscopo (Lugdunensi), sedis apostolicae vicario, de Guidonis archiepiscopi Viennensis arrogantia scribit. Quem eo processisse, „ut et Romanensem

**1097.** *(Ind. 5. — 25. Sept. — 6, pont. a. 9. — 12. Mart. — 10.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | abbatiam a se interdictam reinvaderet, et Gratianopolitano episcopo (Hugoni) ecclesias restitutas sine iudicio reauferret". Mandat, poenas ab archiepiscopo repetat. Haec addit: „In episcoporum mutationibus hactenus nimis lenes Gallicanorum petitionibus condescendimus; deinceps autem id penitus praecaveri praecipimus". Theodori Poenitentiale II. 535, Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 366, Bouquet Rec. XIV. 761, Marion Cart. de Grenoble p. 57, Migne 151 p. 494. — „Quam arroganter". |
| Iul. 2. | Laterani | 5686 Ecclesiae Verulanae possessiones confirmat, petente Alberto episcopo. (Cf. infra bullam 5691). Pflugk-Harttung Acta II. 163. — „Iustis votis assensum". |
| | Teate (?) | Vide Chron. Casauriense ap. Muratori R. It. SS. II. II. 872: „Contigit, ut devenerit Thyetum, ibique perendinans non multis diebus cum episcopis et baronibus de via Hierosolymitana habuit commune colloquium". (Ruinart in Vita Urbani p. 282 anno 1097, Riant in Arch. de l'or. lat. I. 186 anno 1098 hoc colloquium ascribit.) |
| | „ | 5687 *Raynulfo, episcopo Teatino, privilegium dat. Ruinart Vita Urbani p. 282. |
| Nov. 6. | Laterani | 5688 (4260) Bertrandum, ex episcopo Nemausensi archiepiscopum Narbonensem factum, confirmat, pallioque donat. Ecclesiae Narbonensis privilegia corroborat. Gall. Chr. VI. Instr. 26, Marcae Diss. tres p. 353, Bouquet Rec. XIV. 727, Cocqu. II. 81, Migne 151 p. 495. — „Potestatem ligandi". |
| | | 5689 (4261) (Goffredo), archiepiscopo Aquensi, praecipit, ut (Bertrandi) archiepiscopi Narbonensis primatum observet. Marcae Dissert. tres p. 355, Bouquet Rec. XIV. 728, Migne 151 p. 496. — „Frater noster Narbonensis". |
| | | 5690 (4262) Hu(goni, archiepiscopo Lugdunensi,) apostolicae sedis vicario, mandat, cogat archiepiscopum Aquensem, ut primati, archiepiscopo Narbonensi, obediat. Marcae Dissert. tres p. 355, Bouquet Rec. XIV. 728, Migne 151 p. 496. — „Frater noster Narbonensis". |
| Sept. Dec. | Albani | 5691 (4263) Ecclesiae Verulanae possessiones, petente Alberto episcopo, confirmat (cf. supra 5686). Ughelli It. sacr. I. 1390, Cocqu. II. 99, Migne 151 p. 496. — „Iustis votis assensum". |
| Dec. 25. | Romae | „nativitate Domini". Bernoldi Chron. 1098 in MG. SS. V. 465. |
| | Laterani | 5692 (4264) Ecclesiae S. Mariae Buronensis rogatu Bertholdi praepositi protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia constituit, imposito fratribus bizantii aurei censu annuo. Petri Suev. eccl. p. 212, Migne 151 p. 498. — „Sicut irrationabilia". |
| | | 5693 (4265) Manassae, archiepiscoporum Remensi, episcoporum de abbate S. Remigii iudicium rescissum nunciat. Marlot Metr. Rem. II. 221, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 381, Bouquet Rec. XIV. 726, Migne 151 p. 499. — „Abbatis S. Remigii". |

**1097—1098.**

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 17. | Laterani | 5694 (4266) B(ernardo), episcopo Bononiensi, commendat fratres quosdam ab haereticis invite ordinatos. Savioli Ann. Bol. I. II. 138, Migne 151 p. 500. — „De ordinationibus". |

**1098.** *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 10. — 12. Mart. — 11.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 14. | Laterani | 5695 (4267) Ierentoni, abbati S. Benigni Divionensis, asserit monasterium S. Vigoris Baiocense, ab Odone episcopo donatum, statuitque, ut „qui se vel terram suam S. Benigno et S. Vigori tradiderit, ab omni curiae servitio liber existat". Anal. iur. pont. X. 562. — „Quamvis ad aeternum". |
| „ 26. | „ | 5696 (4268) Udalrico, abbati monasterii S. Michaelis, quod Rodulpho et Lanzoni abbatibus subveniat, gratias agit. Concedit, ut circa ecclesiam novam coemeterium constituat. Mabillon De re dipl. p. 590, Baluzii Misc. III. 61, De l'Isle Hist. de S. Mihiel p. 457, Migne 151 p. 500. — „Benignitati tuae". |
| Mai. 28. | Romae | „pascalem sollemnitatem celebrat". Bernoldi Chron. 1098. p. 465. |
| Apr. 3. | Laterani | 5697 (4269) Monasterii S. Martini Wiblingensis, petente Wernero abbate, tutelam suscipit, et privilegia auget, annuo bizantii aurei tributo monachis imposito. Wirtemb. Urkundenb. I. 308, Gerbert H. N. S. III. 34, Migne 151 p. 501. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 3. | „ | 5698 Monasterii Gottwicensis protectionem suscipit et privilegia confirmat, petente Hart- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1098.** *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 10. — 12. Mart. — 11.)* |
| | | manno abbate. (Imaginem bullae praebet) Sickel Mon. graph. V. tab. 4; Font. Rer. Austr. II. VIII. 257. — „Piae postulatio voluntatis". |
| Apr. 6. | Laterani | 5699 (4270) Ecclesiae Urgellensis bona iuraque, petente Odone episcopo, confirmat. Marca Marca Hisp. p. 1207, Aguirre Conc. V. 20, Migne 151 p. 502, (Cocqu. II. 101). — „Iustis votis assensum". |
| „ 24. | „ | 5700 (4271) Landulfo, praeposito ecclesiae S. Ambrosii Mediolanensis, asserit „altaris maioris oblationes et ceterorum altarium, quae intra parietes ecclesiae b. Ambrosii statuta sunt vel statuentur". Giulini Mem. di Milano IV. 542. — „Pastoralis officii". |
| „ 30. | | †5701 (CCCCIV) Abbatiae Weingartensis, beato Petro a Guelfone duce oblatae, protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit. („Data Rome p. m. Iohannis S. R. E. diac. card." De fide bullae cf. Druffel Kaiser Heinrich IV. p. 16. n. 3.) Wirtemb. Urkundenb. I. 310. — „Prout iniusta petencium". |
| Mai. 7. | „ | 5702 (4271 a) Ecclesiae Iesu Nazareni (Montis-Aragonensis) possessiones confirmat, bulla ad Eximium praepositum. (Fragmentum.) Aynsa Fundacion de Huesca p. 455, Migne 151 p. 504. |
| „ 11. | „ | 5703 (4272) Ecclesiam Oscitanam, Sarracenis ereptam et a Petro rege Aragonensi reformatam, „totius parochiae, quae nunc Iaccensi ecclesiae subdita est, et ipsius Iaccensis ecclesiae caput" constituit. Possessiones ac iura ecclesiae confirmat. Petro episcopo eiusque successoribus ecclesiam Lasien. (al. Hasien) a Sancio comite ecclesiae Romanae oblatam, ea lege tradit, ut „censum annuum Lateranensi palatio auri unciam dimidiam persolvant". Aynsa Fundacion de Huesca p. 531, Aguirre Conc. V. 19, Mansi XX. 702, Cocqu. II. 99, Migne 151 p. 504. — „Miserationibus Domini". |
| | („) | 5704 (4273) *Wilielmo, regi Angliae, scribit, „ut res Anselmi (archiepiscopi Cantuariensis) liberas in regno suo faciat ac de suis omnibus illum revestiat". (Vide Eadmeri Hist. novorum L. II. p. 51. |
| c. Iun. | ante Capuam | Vide Eadmeri Vit. S. Anselmi p. 21, et Hist. novorum L. II. p. 51, in MG. SS. XIII. 141; Gaufredi Malaterrae Hist. Sic. L. IV. c. 27 ap. Muratori R. It. SS. V. 601. |
| „ | Aversae | Vide Eadmeri Hist. novorum L. II. p. 51. |
| „ | Beneventi | Vide Gaufredi Malaterrae hist. Sic. L. IV. c. 27 l. l. |
| „ | „ | 5705 Lanuinum vult quam primum Salernum venire, „ut", inquit, „tua prudentia utar, cuius dilecto filio, Rogerio comite Siciliae, relatum habui; poteris immorari apud Benedictum, presbyterum cardinalem tit. S. Susannae, ad meum usque reditum, et ipse manifestabit tibi abscondita cordis, quidque pro ecclesia Dei facturus sis". Magistrum Brunonem et ceteros fratres eius salutat. Tromby Stor. Cart. II. App. p. 80. — „Quam cito has". |
| Iul. 5. | Salerni | 5706 (4274) Rogerio, comiti Calabriae et Siciliae, pollicetur, se „omni vitae eius tempore, vel filii eius Simonis, vel alterius, qui legitimus eius haeres extiterit, nullum in terra potestatis eorum praeter voluntatem aut consilium eorum legatum Romanae ecclesiae statuturum esse"; eorumque arbitrio permittit, quot quique episcopi et abbates ad concilia futura accedant. Discursos del orig. princ. de Sicilia, Valladolid 1605. fol. 12 (teste Pflugk-Harttung Iter p. 91, cf. ibid. p. 26), Gaufred. Malaterrae Hist. Sic. IV. c. 29 ap. Muratori R. It. SS. V. 602, Mansi XX. 659, Pirri Sic. sacr. I. 496, Paesano Mem. d. ch. Salern. II. 49, Migne 151 p. 506. — „Quia prudentiam" „Quia propter prudentiam". |
| „ 20. | „ | 5707 (4275) Alphano, archiepiscopo Salernitano, eiusque successoribus Acherontinae et Consentinae provinciarum primatum asserit, petente Rogerio duce. Ughelli It. sacr. VII. 393, Cocqu. II. 101, Migne 151 p. 507, (Bullae huius fragmentum legitur ap. Mansi XX. 664). — „Singulare semper". |
| Aug. 6. | „ | (in superiore camera palatii archiepiscopalis.) Confitetur, praesentibus Odone Ostiensi et Gontardo Fundano episcopis et Alberto cardinali S. Pauli, sese ecclesiae Salernitanae ignoranter praeiudicium fecisse privilegio monasterio Cavensi concesso, seque archiepiscopo Salernitano exinde satisfacturum esse promittit. (Vide infra epp. 5708. 5806.) Pflugk-Harttung Acta II. 164. |
| „ 6. | („) | 5708 Omnibus Christi fidelibus nuntiat, sese Salerni in palatio archiepiscopali privilegium Petro abbati Cavensi in detrimentum ecclesiae Salernitanae concessum, audita conquestione Alphani archiepiscopi, in irritum revocasse. Paesano Mem. d. chiesa Salern. II. 38: „Dat. Romae a. d. inc. 1099, ind. 6"; Pflugk-Harttung Acta II. 165: |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1098.** *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 10. — 12. Mart. — 11.)* |
| | | „Datum a. d. inc. 1099, mense Aug., sexto die eiusdem mensis, ind. 6". — „Notum vobis esse". |
| Sept. | Salerni | 5709 (4276) Brunonis et Lanuini (eremitarum) possessiones, concessas a R(ogerio) comite et Iohanne, episcopo Scyllacensi, confirmat. Ughelli It. sacr. IX. 427, Migne 151 p. 509. — „Quia igitur". |
| „ | Beneventi | Vide Leonis narrationem ap. Gattula Hist. Cas. p. 54, ex qua Urbanum apparet mense ante concilium Barense versatum Beneventi esse. |
| Oct. 3. | Barium | Pervenit „tertia die intrante mense Octubr.". Anon. Barens. chron. 1099 Ind. VII. ap. Muratori R. It. SS. V. 155. |
| „ | Barii | Concilium episcoporum 185, „per unam ebdomadam" celebratum, in quo Anselmus, archiepiscopus Cantuariensis, „Graecos, in processione spiritus sancti, utpote quem a patre, non a filio procedere astruunt, errantes, confutat". Eadmeri Vit. S. Anselmi p. 21, cf. Eadmeri Hist. novor. L. II. p. 53, in MG. SS. XIII. 142, Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. SS. p. 126ᵇ. 127, ed. Hamilton p. 99, Leonis narrationem ap. Gattula H. Cas. p. 54, Anonym. Bar. chron. 1099 Ind. VII. l. l., Florentii Wigorn. chron. ed. Thorpe II. 43, Lupum Protosp. in MG. SS. V. 63, Mansi XX. 947. |
| | | In eodem concilio de itinere Hierosolymitano tractatur. Vide Cleri Lucensis epist. in Archives de l'orient lat. I. 223; cf. ibid. p. 186. |
| „ 10. | „ | 5710 (4277) Consecrato Gerlando episcopo, fines restitutae ecclesiae Agrigentinae confirmat. Pirri Sic. sacr. I. 695, Mansi XX. 951, Migne 151 p. 510. — „Omnipotentis Dei". |
| „ | Beneventi in monasterio S. Sophiae | Vide Leonis narrationem ap. Gattula Hist. Cas. p. 55, Urbani epist. ap. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 666, infra 5713, et bullam ibid. p. 665, infra 5716, ac Paschalis II. bullam d. d. 31. Mart. 1101 ap. Mansi XX. 1132—1133, ex quibus liquet Urbanum post concilium Barense adiisse Beneventum. |
| „ | Sinuessae | Vide Paschalis II. bullam ap. Mansi XX. 1132—1133. |
| „ | in S. Germani | oppido. Vide Paschalis II. bullam ap. Mansi XX. 1132—1133. |
| Nov. 1. | | 5711 (4278) Fratribus S. Huberti Andaginensibus scribit, dolere se, Theodericum abbatem ab Otberto, „pseudoepiscopo" Leodiensi, expulsum, Wiredumque iis obtrusum esse. Permittit, „ut si in monasterio secundum regulam b. Benedicti et apostolicam veritatem vivere non valeant, ad quodcumque voluerint monasterium secedant". Wiredum excommunicatum nunciat. („In sollempnitate omnium sanctorum formata et data".) Chron. S. Huberti Andag. in MG. SS. VIII. 624, Martene Coll. IV. 1013, Robaulx Chron. de S. Hubert p. 322, Bouquet Rec. XIV. 733, Migne 151 p. 511. — „Audivimus et auditum". |
| („) | | 5712 (4279) Clerum populumque Leodiensem hortatur, ut aut Obertum episcopum, „Henrici complicem et Guiberti", expellant, aut obedientiam eius abiiciant. Sub excommunicationis poena interdicit, ne Wiredo, invasori monasterii S. Huberti Andaginensis, communicent. Theoderico abbati datam licentiam esse, „ut a schismaticis conversos, qui ad ipsum confugerint, a vinculo excommunicationis absolvat". Chron. S. Huberti Andag. in MG. SS. VIII. 624, Martene Coll. IV. 1013, Robaulx Chron. de S. Hub. p. 323, Bouquet Rec. XIV. 732, Migne 151 p. 511. — „Dolemus pro vobis". |
| „ 3. | Ceperani | 5713 (4280) A(nsoni), Beneventanorum domino, mandat, „ut Casinensi abbati et eius fratribus de S. Sophiae monasterio vice sua iustitiam faciat". Gattula Hist. Cas. p. 55, Access. p. 712, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 666, Mansi XX. 949, Migne 151 p. 512. — „Cum nuper". |
| „ 24. | Romae | 5714 Monasterii Vindocinensis libertatem et possessiones confirmat privilegiaque instituit, imposito fratribus duodecim solidorum censu annuo. Goffrido abbati ecclesiam b. Priscae in Monte Aventino asserit. Anal. iur. pont. X. 563. — „Ad hoc nos in". |
| Dec. 1. | | 5715 (4281) Monasterium S. Cucuphatis Octoviense, rogatu Berengarii abbatis, tuendum suscipit, eiusque possessiones ac iura confirmat, annuo morabatini unius tributo monachis imposito. Marca Marca Hisp. p. 1203, Cocqu. II. 103, Migne 151 p. 513. — „Piae postulatio". |
| „ 8. | Romae apud b. Petrum | 5716 (4282) Monasterio Casinensi cellam Cinglensem adiudicat. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 665, Gattula Access. p. 710, Cocqu. II. 102, Migne 151 p. 515. — „Ex officii nostrii". |

**1098.** *(Ind. 6. — 25. Sept. — 7, pont. a. 10. — 12. Mart. — 11.)*

Dec. 25. Romae „nativitate Domini". Bernoldi Chron. 1099 p. 466, Eadmeri Hist. novorum L. II. p. 55.

5717 (4283) Manassi, archiepiscopo Remensi, scribit haec: „Quamvis clericorum Noviomensium litteras de Tornacensis ecclesiae coniunctione falsas ex parte non ambigamus, non enim in vita tantum ... Rabbodi unitatem ipsarum ecclesiarum sanxeramus et authentica tantum Noviomensium privilegia rata manere decreveramus, nil tamen ad praesens super hac re vel mutandum vel stabiliendum duximus". Baldricum, electum Noviomensem, commendat. Baluzii Misc. II. 144, Bouquet Rec. XIV. 733, Migne 151 p. 517. — „Quamvis clericorum".

**c. 1098.**

5718 (4284) B(ernardo), abbati Maioris-monasterii, admissa in ordinationis primordiis peccata condonat; „hanc autem ei poenitentiam indicit, ut de cetero commissorum fratrum saluti vigilantius ac ferventius instare non desinat". Baluzii Misc. II. 181, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 272, Bouquet Rec. XIV. 734, Migne 151 p. 518. — „Sic apud bonos".

5719 *(Hugoni) Abbati Cluniacensi scribit, ut Odiloni abbati et fratribus S. Aegidii se reconciliet. Vide Urbani II. litt. ap. Pflugk-Harttung I. 66, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 36.

5720 *(Hugoni) archiepiscopo Lugdunensi „litteris iniungit, ut sua sollicitudine satagat, quatinus abbas Cluniacensis Odiloni abbati et congregationi S. Aegidii reconcilietur". Vide Urbani II. litteras ap. Pflugk-Harttung Acta I. 66, Goiffon Bull. de St.-Giles p. 36.

5721 Odiloni abbati et universae congregationi S. Egidii significat, sese pro reconciliatione eorum cum abbate Cluniacensi facienda et ipsi et archiepiscopo Lugdunensi litteras misisse. „Quidquid autem", inquit, „ille dixerit, quemcunque animum circa vos ostenderit, nos tamen, quod scripsimus, scripsimus et, quod privilegii nostri pagina vobis firmavimus, firmum et ratum esse perpetuo volumus, salva diligentiori et maturiori deliberatione". Pflugk-Harttung Acta I. 66, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 36. — „Peticiones religionis".

**1088—1099.**

5722 (4289) Rodulphum comitem docet, „nulli saecularium domino potestatem in clericos habere licere". (Fragmentum.) Ivonis decr. VI. c. 408, Mansi XX. 659, Migne 151 p. 521. — „Nosse te volumus".

5723 (4290) Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, permittit, ut paroeciae suae clericos, ab aliis episcopis canonice ordinatos, recipiat. Mansi XX. 677, Migne 151 p. 521, (Gratiani decr. C. IX. q. 2. c. 10). — „Lugdunensis paroeciae".

5724 (4291) Ebredunensi, Vapincensi et Diensi episcopis mandat, ut, „iuratos milites Hugoni (al. Wigoni), ne ipsi, quamdiu excommunicatus sit, serviant, prohibeant; qui si sacramenta praetenderint" inquit „moneantur, oportere Deo magis servire quam hominibus". (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XV. qu. 6. c. 5, Migne 151 p. 521. — „Iuratos milites".

5725 (4293) Hugonem, abbatem Cluniacensem, petente comitissa Flandrensi, hortatur, ut monasterii S. Bertini Sithiensis curam suscipiat. Bullar. Cluniac. p. 28, Bouquet Rec. XIV. 737, Migne 151 p. 522. — „Iustis precibus ministerium".

5726 (4294) Monasterii S. Petri Crispiniensis bona confirmat, petente Raginero abbate. Miraei Opp. dipl. II. 1140, Migne 152 p. 522, (Gall. Chr. III. Instr. 26). — „Iustis votis assensum".

5727 (4295) *„Coenobium Generense in Guasconia in ius et proprietatem apostolicae sedis recipit et privilegio communit, sub annuo censu II unciarum auri". Centii Camerarii lib. cens. ap. Muratori Ant. It. V. 885.

5728 (4296) Monasterii Latiniacensis, rogatu Arnulphi abbatis, tutelam suscipit iuraque confirmat, imposito monachis auri unciae censu annuo. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 401, Migne 151 p. 523. — „Piae postulatio voluntatis".

Iul. 14. 5729 (4297) Rotgerio, abbati Suessionensi, concedit, ut parochianis monasterii ecclesiis regulares claustri clericos (canonicos) praeficiat. Mansi XX. 677, Migne 151 p. 524. — „Iustis votis assensum".

**1088–1099.**

5730 (4292) Hugoni, episcopo Gratianopolitano, respondet haec: „Extraordinaria pollutio, non nisi in naturalibus admissa vel saepius reiterata citra maritalem affectum, non videtur matrimonium impedire, quamvis ipsa sit criminosa et damnabilis“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXXV. qu. 2 et 3. c.11, Migne 151 p. 522. — „Extraordinaria pollutio“.

5731 Hugoni, episcopo Gratianopolitano, praecipit, ut ecclesiae Vigiliensis investituram fratribus Cluniacensibus restituat. Causam eorum (Gotefrido) episcopo Magalonensi commissam esse, ad quem ipse et prior Cluniacensis loco abbatis, „qui in longinquam regionem profectus sit“, litis terminandae causa accedant. De ecclesiae de Stella investitura addit. (Epistola male descripta.) Anal. iur. pont. X. 570, Doc. inéd. rel. au Dauphiné II. Cartul. de St.-Chaffre p. 22. — „Misimus dilectioni tuae“.

5732 Benedicto, episcopo Namnetensi, petente, monasterium S. Crucis Kemperlegiense tuendum suscipit, libertatemque confirmat, iniuncto monachis duorum denariorum aureorum censu annuo. De Gurloesio (quondam abbate Kemperlegiensi) numinibus ascribendo significat. Anal. iur. pont. X. 514. — „Postulationem dilectionis tuae“.

5733 *Guillelmo comiti Tolosano indulget, ut cimiterium iuxta ecclesiam S. Mariae deauratae construant. Eum et omnes alios, qui ibidem sepeliri optaverint, ab „omnibus delictorum vinculis absolvit“. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12680 (Monasticon Benedict. XXIII.) fol. 190.

5733a *Statuit, cum ecclesia Baiocensis tempore, quo Odo episcopus a Willelmo Anglorum rege captus fuerit, magnas possessionum alienationes passa sit, ut „ecclesiae bona ita semper inconcussa debeant stabilitate servari, sicut captionis illius tempore fuisse noscantur“. Vide Lucii II. ep. d. d. 16. Maii 1144 ap. Loewenfeld Epistolae p. 96.

5734 (4299) Bernardo, archiepiscopo Toletano, remittit quendam „ab exorcista usque ad sacerdotium nullum ordinem se accepisse confessum“. Huic ut unius anni poenitentiam iniungat, mandat; qua peracta „omnes ordines illi restitui vult“. Baluzii Misc. III. 8, Mansi XX. 701, Migne 151 p. 525. — „Literarum praesentium“.

5735 (4300) Petrum, episcopum Iaccensem, ne monasterium S. Iohannis Pinnense iniuriis afficiat, hortatur. Martinez Hist. de S. Iuan de la Peña p. 235, Migne 151 p. 525. — „Cum monasticae religionis“.

5736 (4300a) Oscitani et Iaccensis episcopatuum confinium, petente Petro episcopo Oscitano, confirmat. Aynsa Fundacion de Huesca p. 530, Migne 151 p. 526. — „Misericordiae mater“.

5737 *Statuit, ut „clerici ecclesiae S. Salvatoris de Curte debeant presbytero cardinali tit. S. Chrysogonii et eius ecclesiae scrutinium, baptisma, processiones et reliqua parochialia iura, sicut proprio titulo exhibere“. Vide Calixti II. bullam in Monsignani Bullario Carmelit. I. 517.

5738 (4302) Mathildae, „unicae b. Petri filiae“, mandat, episcopum Mantuanum praesente episcopo Regino hortetur, ut ecclesiam S. Floriani monasterio S. Benedicti (Padilironensi) restituat. Fiorentini Mem. d. gr. cont. Mat., Docum. p. 273, Margarini Bull. Cas. II. 118, Bacchini Dell' ist. del mon. di Benedetto append. p. 45. Migne 151 p. 527. — „Conquestus est“.

5739 (4303) Clero et populo Salernitano „Lanzonem presbyterum, qui ecclesiam S. Mariae per manum laicam invaserit, officio et beneficio interdictum“ nunciat. Mansi XX. 660, Paesano Mem. d. chiesa Salern. II. 40, Migne 151 p. 528. — „Lanzonem (al. Lenzonem) presbyterum“.

5740 (4305) Vitali presbytero (Brixiensi) ita scribit: „Eos, qui ecclesiam emerunt, si persona talis fuerit, quam vita commendet, videlicet ut in canoniis vel monasteriis regulariter vivat, in sui honoris officio misericorditer condescendendo ministrare concedimus“. (Hoc et duo, quae sequuntur, fragmenta unius epistolae partes videntur.) Gratiani decr. C. I. qu. 5. c. 2, Migne 151 p. 528. — „Eos, qui ecclesiam“.

5741 (4306) Vitali, presbytero Brixiensi, respondet, „et baptismum esse, si instante necessitate femina puerum in nomine trinitatis baptizaverit, et spiritualium parentum filios vel filias, ante vel post compaternitatem genitos, posse legitime coniungi, praeter illam personam, per quam compatres sint effecti“. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXX. qu. 3. c. 4, Migne 151 p. 529. (Cf. Pflugk-Harttung Iter p. 117 ex cod. Vatic. 1345 fol. 80.) — „Super quibus consuluit“ „Super quibus nos“.

**1088—1099.**

5742 (4307) Vitali, presbytero Brixiensi, haec scribit: „Quod autem uxor cum marito in baptismate simul non debeat suscipere puerum, nulla auctoritate reperitur prohibitum; sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe et infamia conservetur immunis, dignum esse decernimus, ut utrique insimul ad hoc aspirare minime praesumant. Quia vero piaculare flagitium commisit, qui duabus commatribus velut duabus sororibus nupsit, magna poenitentia sibi debet iniungi". (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXX. qu. 4. c. 6, Migne 151 p. 529. — „Quod autem uxor".

Romae 5743 (4308) Lucio, praeposito ecclesiae S. Iuventii (al. Vincentii) apud Ticinum, respondet: 1) „vendere ecclesiasticam rem simoniacum esse"; 2) „obedire Deo oportere magis quam hominibus"; 3) „ordinationes et reliqua sacramenta a criminosis exhibita, si schismate vel haeresi ab ecclesia non separentur, sancta et veneranda esse". (Perperam „Lanfranco Papiensi" inscribitur in epistola Wibertinorum ap. Sudendorf Registrum II. 100.) Mansi XX. 660, Cocqu. II. 109, Migne 151 p. 529, (Gratiani decr. C. I. qu. c. 8 et 12. Vide Pflugk-Harttung Iter p. 90 ex cod. Barber. Rom. XVI. 67.) — „Salvator praedixit" „Salvator praedicit" „Salvator post dictum" „Quisquis res ecclesiasticas".

5744 (4309) Ecclesiae S. Trinitatis in loco, qui Pons Guinizeli dicitur, (a Liprando sacerdote Mediolanensi conditae) privilegia instituit ea lege, ut clerici „Mediolanensis monetae nummos sex quotannis Lateranensi palatio persolvant". Landulphi de S. Paulo Hist. Med. c. 11 in MG. SS. XX. 25, (Cocqu. II. 108, Migne 151 p. 533). — „Statuimus ecclesiam".

5745 (4310) Populo S. Vincentii (Vulturnensis) scribit de schismaticorum et haereticorum sacramentis. (Fragmenta.) Mansi XX. 714, Migne 151 p. 534. — „Si adulteri".

5746 A(rberto) episcopo Avenionensi praecipit, ut fratribus Lerinensibus ecclesiam S. Thomae de castro Laurata „et ab interdicto absolutam et quietam permittat". Pflugk-Harttung Acta I. 66, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 337. — „Episcopalis officii interest".

5747 Ferro, abbati Tremitensi, scribit, se monasterii eius, iuris S. Petri, tutelam suscipere et possessiones iuraque confirmare. Pflugk-Harttung Acta II. 165. — „Constat, Tremetense cenobium".

5748 *Monasterii S. Mariae de Caritate tutelam suscipit possessionesque confirmat. Vide Pasch. II. bullam d. d. 16. Mart. 1107 ap. Pflugk-Harttung Acta I. 89.

5749 *Ecclesiae Carpensis decimas confirmat. Vide Calixti II. bullam d. d. 10. Febr. 1123 ap. Muratori Ant. It. V. 821, Migne 163 p. 1263.

5750 *Statuit, ut super monasterio S. Salvii Florentino „nulli archiepiscopo vel episcopo aut alicui praelato ecclesiastico vel saeculari, excepta Vallumbrosana congregatione, aliquod dominium liceat obtinere". Vide Alex. III. bullam d. d. 5. Iun. 1163 ap. Lami Eccl. Fl. M. II. 1233, Migne 200 p. 229.

5751 *Sine episcoporum Mutinensium consilio abbates in parrochialibus ecclesiis presbyteros instituere vetat statuitque, ut episcopi curam earum sacerdotibus cum consensu abbatum committant. Vide Cal. II. bullam d. d. 4. Mart. 1121 ap. Muratori Ant. It. V. 351, Migne 163 p. 1200.

5752 *Gradensis patriarchae privilegia et ecclesiae eius terminos confirmat. Vide Innoc. II. bullam d. d. 12. Iunii 1136 ap. Ughelli It. sacr. V. 1120, Migne 179 p. 286.

5753 *Monasterii Ficiclensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 206.

5754 *Monasterii S. Benedicti super Padum protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat. Vide Paschalis II. bullam d. d. 20. Mart. 1105 ap. Cocqu. II. 128, Pflugk-Harttung Acta II. 184, Migne 163 p. 148.

5755 *Ecclesiae Teatinae collatas a comite Roberto de Loretello et Tassione fratre eius possessiones confirmat. Vide Pasch. II. bullam d. d. 18. Iul. 1115 ap. Ughelli VI. 702, Migne 163 p. 383.

5756 *Canonicis Pistoriensibus hospitalem domum Umbricellensem confirmat. Vide Pflugk-Harttung Iter p. 205.

**1088—1099.**

5757 *„Episcopo Pistoriensi, post tertiam et quartam discussionem, sententiam de capella de Varazano profert". Sic ap. Pflugk-Harttung Iter p. 206.

5758 *Ecclesiae Hydruntinae dignitatem metropolitanam confirmat. Vide D'Avino Cenni storici p. 521.

5759 (4312) Edicit haec: „Nullus episcopus clericos suos, nisi forte quibus ecclesiasticarum rerum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat". (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XXII. qu. 5. c. 23, Gregorii decr. L. II. t. 24. c. 5, (Migne 151 p. 535). — „Nullus episcopus".

5760 (4313) Docet, „publicam legem esse, quae a sanctis patribus scripta sit; legem vero privatam, quod instinctum sit sancti spiritus, in corde scribi". Gratiani decr. C. XIX. qu. 2. c. 2, Mansi XX. 714, Migne 151 p. 535. — „Urbanus papa" „Duae sunt".

5761 (4314) Canonicis regularibus quibusdam scribit de canonicorum disciplina restituenda. (Fragmentum.) Pez Thes. anecd. II. ɪɪ. 247, Mansi XX. 712, Migne 151 p. 535. — „Oportet nos".

**1089—1099.**

5762 O(ttoni) episcopo Argentinensi nuntiat, Adelheidam (imperatricem) in synodo Romana sanctis ascriptam esse. Memoriam eius duobus diebus, videlicet depositionis ac canonisationis, celebrari iubet. Loewenfeld Epistolae p. 65. — „Ex consideratione"

**1092—1099.**

5763 Monasterii S. Ruffi disciplinam confirmat statuitque ne quis sine licentia abbatis et congregationis claustrum relinquat. In codice dipl. S. Ruffi, quem composuit et possidet Ulysses Chevalier, Romanensis, f. 5; in bibl. nat. Paris. ms. lat. 12764. f. 171. Fragmentum in Ivonis decr. VI. c. 411, Gratiani decr. C. XIX. qu. 3. c. 2. — „Piae voluntatis affectus" „Statuimus ne".

**1094—1099.**

5764 (4286) *Hartmannum, abbatem Gotwicensem, „Gebehardo Constantiensi episcopo in apostolica legatione adiutorem constituit". Vita Altmanni ep. Patav. c. 40 in MG. SS. XII. 241.

**1095—1099.**

5765 (4315) Ecclesiae b. Udalrici et Affrae Neresheimensis, ab Hartmanno comite eiusque coniuge Adelheide b. Petro oblatae, tutelam ea lege suscipit, „ut unius aurei census annuus Lateranensi palatio persolvatur". Wirtemberg. Urkundenbuch I. 304. — „Sicut irrationabilia".

**1096—1099.**

5766 (4318) Ecclesiae S. Quintini Bellovacensi addicit Arnellam terram, a Guillelmo episcopo Parisiensi, collatam. Gall. Chr. X. Instr. p. 249, Bouquet Rec. XIV. 734, Migne 151 p. 537. — „Et commissi".

Iul. 19. — 5767 O(doni) episcopo Urgellensi praecipit, ne ab episcopo Rotensi subiectionem exigat, donec causa iudicio B(ernardi) archiepiscopi Toletani, ap. sed. vicarii (vide ep. 5643), aliorumque episcoporum in praesentia Petri, Aragonensium regis, finiatur. Ramon de Huesca Iglesias de Aragon IX. 452. — „Iuxta sacrorum canonum".

5768 Guaccelinum abbatem a canonicis Standalmotensibus electum confirmat; indulget eis, ut „clericos a schismaticis vel excommunicatis episcopis venientes libere suscipiant sine quibuslibet ipsorum episcoporum scriptis". Loewenfeld Epistolae p. 66. — „Religionis vestrae peticionem".

5769 Rangerio episcopo Lucano haec scribit: „Neque enim baptizator, neque confirmator pueri compater existimatur, sed qui puerum aut ex baptismo susceperit aut in confirmationem tenuerit". (Fragmentum.) Vide Paschalis II. ep. d. d. 18. Ian. 1100 ap. Pflugk-Harttung Acta II. 169. — „Neque enim baptizator".

**1097—1099.**

Febr. 8. Laterani — 5770 (4319) Widoni, archiepiscopo Viennensi, praecipit, ne ulterius fratres S. Andreae eorumque baiulos iniuriis afficiat, utque eos, quos in custodia teneat, absolvat. Chevalier

| | | |
|---|---|---|
| | | **1097—1099.** |
| | | Cart. de S. André-le-Bas p. 138, Anal. iur. pont. X. 564, Pflugk-Harttung Acta I. 68. — „Quod sancti Andreae". |
| Mart. 26. | Laterani | 5771 (4321) Heriprandum, praepositum Modoetianum, ad tuendam ecclesiam Inginensem hortatur. Frisi Mem. st. di Monza II. 45. — „Prudentiam tuam". |
| „ 31. | Romae | 5772 (4322) Monasterii Vindocinensis libertatem confirmat. Godefridi abb. Vindoc. epist. L. II. 27 in Sirmondi Opp. III. 468—469, ap. Migne 157 p. 95, Ivonis Opp. II. 183, Launoii Opp. III. I. 373, (Migne 151 p. 537). — „In Arvernensi concilio". |
| Apr. 4. | Laterani | 5773 Raimundum, episcopum Nemausensem, reprehendit, quod in coenobii S. Aegidii monachos interdictionis frena laxaverit. Ipsius tamen praesumptioni parcit eo nimirum tenore, ut oportuno tempore ad sedem Romanam accedat et competenter satisfaciat. Hortatur, ut ab eiusdem monasterii infestatione abstineat. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 37. — „Beatii Aegidii monasterium". |
| „ 24. | „ | 5774 (4323) Manassae, archiepiscopo Remensi, et ceteris per Franciam tam archiepiscopis quam episcopis significat, Philippi Francorum regis nuncium „de illius mulieris (Bertradae) culpa satisfecisse"; „iuravit enim" inquit „quod rex mulierem illam, postquam in manu nostra refutavit, nunquam eam carnaliter habuerit". Statuisse se, „ut rex de episcopis et regni primatibus usque ad festivitatem omnium sanctorum (d. 1. Nov.) aliquot ad se dirigat, qui hoc ipsum, quod nuncius iuravit, debeant affirmare". Interdictum, ab archiepiscopo Lugdunensi regi irrogatum, dissolvit. D'Achery Spic. III. 431, Bouquet Rec. XIV. 729, Mansi XX. 87, Migne 151 p. 538. — „Carissimi filii". |
| | | 5775 Godofredo, episcopo Magalonensi, ita scribit: „Mortuorum qui in monasteriis sepeliri desiderant, aut omnino, iuxta praedecessoris nostri Leonis decretum, partem elemosinarum mediam, aut iuxta dispensationem nostram, in Lateranensi concilio promulgatam (vide supra p. 691), partem tertiam parochialibus ecclesiis statuimus derelinquendam". Notationes correct. ad Gratiani decr. C. XIII. qu. 2. c. 12. Cf. Calixti II. ep. in Mém. de la soc. arch. de Montpellier V. 515. — „Mortuorum qui". |
| | | 5776 (4324) Hugoni, abbati Cluniacensi, significat, „in Romana nuper synodo" se decrevisse, ut monasterium S. Germani Autissiodorense, ab abbate in concilio Nemausensi sibi „refutatum", ei committeretur. Mandat, ut monasterii curam suscipiat. Baluzii Misc. II. 177, Bullar. Cluniac. p. 24, Bouquet Rec. XIV. 736, Acta SS. Oct. VIII. 999, Migne 151 p. 538. — „In Nemausensi". |
| | „ | Synodus, in qua sancitur: 1) ut treuga Dei firmiter observetur; 2) de usuris recipiendis; 3) ne laici decimas de terris ecclesiarum vel terras ipsas possideant; 4) ut „quicunque in cimiteriis ecclesiarum aliquem offenderit", excommunicetur, 5) itemque, qui domibus vel messibus ignem apposuerit vel apponi fecerit. „Poenitentia ei detur, ut in Hierusalem vel in Hispania per unum annum maneat in servitio Dei"; 6) et 7) qui clericum vel monachum violaverit, et qui „artem mortiferam balistarum et sagitatorum adversus Christianos exerceat", anathematizetur; 8) ut „omnia bona eorum, qui Hierosolymas pergant, semper et ubique sint in pace et treuga, quousque redierint"; 9) de poenis praecepta apostolica contemnentibus iniungendis; 10) ne quis episcopus vel clericus alterius parocciae excommunicatum in communione recipiat. Pflugk-Harttung Acta II. 167. |
| | | **c. 1099.** |
| | | †5777 (4325) Sedem episcopalem Barbastrensem, petente Petro episcopo, confirmat. (Hanc bullam iam Eugenius III. falsam deprehendit die 14. Mart. 1145, vide De la Canal l. l. p. 289, Migne 180 p. 1015.) De la Canal España sagr. XLVI. 245, Villanueva Viage literario XV. 294, Migne 151 p. 539. — „Miserationibus Domini". |
| | | **1099.** *(Ind. 7, pont. a. 11.—12. Mart.— 12.)* |
| | | 5778 (4326) Ingelrannum, episcopum Laudunensem, hortatur, ut fratribus b. Remigii (Remensibus) altare Corbiniacense restituat. Mansi XX. 678, Bouquet Rec. XIV. 736, Gall. Chr. X. Instr. 190, Migne 151 p. 539. — „Quanto familiarius". |
| | | 5779 (4327) *„Synodum in tertia hebdomada Romae celebrandam post pascha missis litteris usquequaque denunciat". Bernoldi Chron. 1099 in MG. SS. V. 466. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1099.** *(Ind. 7, pont. a. 11. — 12. Mart. — 12.)* |
| Ian. 10. | Laterani | 5780 N(orgaudo), episcopo Augustodunensi, eiusque successoribus concessam ecclesiae S. Baudelii dispositionem confirmat ac possessiones ad eam pertinentes alienari vetat. Pflugk-Harttung Acta I. 69. — „Religiosis desideriis dignum“. |
| „ 25. | „ | 5781 (4328) Monasterium Blaubeurense (Burense), rogatu Adelheidis comitissae, tuendum suscipit, imposito monachis bizantii unius censu annuo. Sickel Mon. graph. IX. 7 ex copia saec. XII ex., (Besoldi Doc. red. p. 565, Wirtemb. Urkundenb. I. 313, Gall. Chr. V. Instr. 512, Cocqu. II. 105, Migne 151 p. 540.) — „Sicut irrationabilia“. |
| Mart. 14. | Romae | 5782 I(voni) Carnotensi et R(amnulfo) Santonensi mandat, curent, ne quis in fratres Vindocinenses aliquam potestatem exerceat vel de rebus monasterii quicquam auferat. (Suspecta.) Anal. iur. pont. X. 565, Loewenfeld Epistolae p. 66. — „Iuxta sanctorum canonum“. |
| „ 26. | Laterani | 5783 (4329) Monasterii S. Blasii in nigra silva siti protectionem suscipit et privilegia confirmat, petente Hutone abbate. Gerbert Hist. Nigr. Silv. III. 36, Migne 151 p. 541. — „Piae postulatio“. |
| „ 26. | „ | 5784 (4330) Monasterii S. Pauli in Carinthia, ab Hartwico archiepiscopo Magdeburgensi et Engelberto comite et Hadewic eius coniuge et eorum filiis b. Petro oblati, protectionem suscipit, possessiones confirmat, iura constituit, imposito monachis aurei bizantii censu annuo. Bulla abbati Weziloni inscripta est. Hormayr Arch. f. Geogr. 1820 p. 303. — „Piae postulatio voluntatis“ |
| Apr. 4. | „ | 5785 Ecclesiae Ovetensis protectionem suscipit, bonaque a triginta vel quadraginta annis possessa confirmat, petente Martino episcopo. Neues Archiv VI. 305. — „Iustis votis“. |
| „ 14. | „ | 5786 (4331) Monasterii Anianensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Anal. iur. pont. X. 566. — „Iustis votis assensum“. |
| „ 19. | Romae in porticu b. Petri | 5787 (4332) Monasterium S. Saturnini, prope amnem Valeriae situm, tuendum suscipit, eiusque privilegia et possessiones, rogatu Petri abbatis, ea lege confirmat, ut monachi singulis annis unam argenti libram palatio Lateranensi persolvant. Marca Marca Hisp. p. 1208, Cocqu. II. 105, Migne 151 p. 542. — „Piae postulatio“. |
| „ 24-30. | Romae in ecclesia b. Petri | Concilium „in tertia hebdomada post pascha“, in quo Melfitani et Placentini conciliorum decreta confirmantur, hac lege addita: ne quis „primatum, archiepiscoporum, et episcoporum in ordinatione et consecratione episcoporum vel abbatum cappas, tapecia, bacinos, et manutergia qualibet exactione requirat, vel suscipiat“. Acta ap. Mansi XX. 961. Cf. Bernoldi Chron. 1099 p. 466, Eadmeri Hist. novorum L. II. 55, in MG. SS. XIII. 143, Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. SS. p. 127b, ed. Hamilton p. 102, Gesta Atreb. in Baluzii Misc. II. 135. |
| | | In eodem concilio de itinere Hierosolymitano statuitur. Chron. Malleac. ap. Labbe N. B. M. II. 296. Vide Bernoldi Chron. 1099 l. l. |
| „ 24. | Romae ap. b. Petrum | 5788 (4333) Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, nunciat, tandem primatum eius a Daimberto, archiepiscopo Senonensi, agnitum Romae esse. Marca De primatu p. 333, Marcae Dissert. tres p. 240, Mansi XX. 877, Gall. Chr. IV. Instr. 12, Bouquet Rec. XIV. 735, Migne 151 p. 543. — „Pro querela“. |
| „ 26. | „ | 5789 (4334) Monasterii Casalis S. Petri tutelam suscipit, ibique „eam semper disciplinae regularis institutionem conservari iubet, quam iuxta Vallumbrosanorum fratrum consuetudinem ab ipsis initiis susceperint“; coenobii possessiones confirmat. Anal. iur. pont. X. 567, (Mabillon Ann. ord. Ben. V. 406). — „Desiderium quod ad“. |
| „ 27. | „ | 5790 (4335) Monasterii S. Crucis possessiones, rogante Amato, archiepiscopo Burdigalensi, confirmat. Arch. hist. de la Gironde VI. 100, Anal. iur. pont. X. 568. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 28. | „ | 5791 P(iboni), episcopo Tullensi, adversus parthenonem Romaricensem super hebdomadariis querenti, scribit, in favorem monasterii controversiam se terminasse, eumque hortatur, ne monialibus ullam deinceps molestiam inferat. Guinot L'Abbaye de Remiremont p. 395, Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier 2. p. 249, Bibl. de l'éc. des chartes VI. sér. V. 639. — „Pro querela quam“. |
| „ 28. | „ | 5792 Parthenonem Romaricensem „ex antiquorum privilegiorum auctoritate ad apostolicae sedis ius perpetuum pertinentem“ tuendum suscipit, eiusque sorores et hebdomadarios ad vitam pure et religiose agendam adhortatur. Guinot L'abbaye de Remiremont p. 395, Bibl. de l'éc. des ch. VI. sér. V. 640. — „Monasterium vestrum“. |
| | | 5793 (4336) Hugoni, archiepiscopo (Lugdunensi), apostolicae sedis vicario, mandat de |

**1099.** *(Ind. 7, pont. a. 11. — 12. Mart. — 12.)*

(Roberto) abbate Moslimensi ex eremo in monasterium reducendo. Labbe N. B. M. I. 641, Henriquez Reg. p. 39, Manrique Ann. Cist. I. 13, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 404, Bouquet Rec. XIV. 110, Mansi XX. 666 et 967, Monast. Anglic. nov. ed. V. 221, Migne 151 p. 545. — „Molismensium fratrum".

5794 (4337) Iohannem, archidiaconum Atrebatensem, gaudet „communi voto in ecclesia Morinensi electum esse". Electionem probat. Acta SS. Ianuar. T. II. 796, Bouquet Rec. XIV. 239, Migne 151 p. 545. — „Quoniam relatum est in".

5995 *Anselmum, archiepiscopum Mediolanensem, hortatur, ut ad liberandam terram sanctam exercitum congreget. Vide Landulphi de S. Paulo Hist. Med. c. 4 in MG. SS. XX. 22. Cf. Archives de l'orient lat. I. 195.

Mai. 1. Romae ap. S. Petrum — 5796 (4338) *Monasterii Psalmodiensis libertatem confirmat, „ne ullam dominationem Massilienses ibi habeant". Vide relationem ap. Mabillon et Ruinart Ouvr. posth. III. 395, Bouquet Rec. XIV. 106, Migne 151 p. 275.

(„ 1.) „ — 5797 Monasterii Psalmodiensis possessiones confirmat, petente Fulcone abbate. Autogr. mutilum in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 398. (In clausula lego: „Dat. Romae ap. b. . . . VII, anno dominice inc. . . .".)

„ 1. „ — 5798 Canonicae SS. Petri et Pauli Ausonensis regulam, possessiones, privilegia confirmat, petente Ricardo priore. Villanueva Viage literario VI. 248. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 2. („) — 5799 *Monasterii S. Petri Prulliacensis bona iuraque confirmat, petente Odone abbate. Mém. de la soc. archéol. de Touraine XIV. 110, Gall. Christ. XIV. 304.

„ 3. „ — 5800 (4339) Canonicis S. Andreae Burdigalensis de sententia concilii, „ante corpus beatissimi Petri" celebrati, asserit coemeterium, clericis S. Severini abiudicatum. Bouquet Rec. XIV. 736, Arch. hist. de la Gironde XIII. 364, Migne 151 p. 545. — „Notum sit, fratres".

„ 4. „ — 5801 Bernardo, archiepiscopo Toletano, et eius successoribus „quandoquidem ea, quae antiquitus ecclesiae Toletanae suberant, a Sarracenis latius possideantur", asserit parocciam Complutensem et cetera, quae Toletana ecclesia possideat. „Episcopales vero" inquit „sedes has eidem Toletanae ecclesiae tamquam metropoli subditas esse sancimus: Ovetum, Legionem, Palentiam; quae antiquis temporibus Toletanae ecclesiae subiacebant, cum omnipotens Deus Christianorum iuri restituerit, ad caput proprium referendas presentis decreti auctoritate sancimus". Neues Archiv II. 220. — „Officii nostri nos".

„ 4. „ — 5802 Monasterii S. Fidis Conchensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Begone abbate. Desjardins Cartul. de Conques p. 398, (Anal. iur. pont. X. 568). — „Ad hoc nos".

„ 5. „ — 5803 (4340) Monasterii S. Trinitatis ad Aduam fluvium, sedi apostolicae oblati, bona confirmat, petente Nazario praeposito. Lupi Cod. D. Berg. II. 819. — „Desiderium, quod".

„ 6. Romae — 5804 G(ontardum) episcopum Valentinum reprehendit, quod castrum Pisanciánum, ad ecclesiam Romanensem pertinens et ab A(imaro) quondam episcopo Aniciensi ei commendatum, laico cuidam, nepoti suo, tradiderit. Praecipit, ut aut castrum canonicis Romanensibus restituat aut saltem cum eis compositionem faciat. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuves p. 179. — „Et persona tua".

„ 14. Romae ap. S. Petrum — 5805 (4341) Canonicorum Rutenensium et disciplinam regularem et bona privilegiaque, petente Ademaro episcopo, confirmat. Baluzii Misc. III. 9, Cocqu. II. 107, Migne 151 p. 546. — „Piae postulatio".

„ Romae — 5806 (4342) Alphano, archiepiscopo Salernitano, restituit monasterium S. Trinitatis (Cavense), sub ecclesiae Romanae ditionem praeter ius redactum. (Cf. supra 5708.) Ughelli It. sacr. VII. 393, Paesano Mem. d. chiesa Salern. II. 36, Migne 151 p. 547. — „Quia monasterio".

Iul. 29. Romae ap. ecclesiam S. Nicolai in carcere, in domo Petri Leonis — moritur „IV. kal. Aug.", Bernoldi Chron. 1099 p. 467, Gesta Atreb. in Baluzii Misc. II. 135, Annal. S. Albini Andegav. 1099 in MG. SS. III. 168, Necrol. Casin. ap. Muratori R. It. SS. VII. 944, Necrol. Placent. in Neues Archiv V. 441, Florentii Wigorn. chron. ed. Thorpe II. 43, Catal. Tiburtin. in MG. SS. XXII. 356. „Tertio die stante mense Iulio", Annal. Benevent. 1099 in MG. SS. III. 183. Petri Pisani Vita Urbani ap. Watterich I. 574.

# PASCHALIS II. 1099–1118.

Paschalis II. bullae incarnationis annos vulgares, Florentinos, Pisanos passim praebent; notandum est, in quinque bullis a. 1102 datis (5904. 5906. 5907. 5912. 5913) incarnationis annum 1104 legi. Indictionem habes plerumque Constantinopolitanam, aliquoties Pontificiam. Nonnullis anni 1111 bullis appositi sunt anni imperatoris (6291. 6292).

Dictum Paschalis hoc est: „Verbo domini coeli firmati sunt" (5819. 5841. 5865. 5866. 5902. 5918. 5951. 5969. 5982. 5983. 6014. 6017. 6033. 6114. 6115. 6128. 6165. 6171. 6176. 6188. 6230. 6234. 6237. 6259. cet. — Cf. etiam 6234).

Subscripserunt:

ep. Albanensis Walterius . . . a 7. Mart. 1100 ad 20. Nov. 1110
Ricardus . . . a 14. Febr. 1102 ad 25. Febr. 1114
Vitalis . . . . . d. 21. Dec. 1116
„ Ostiensis Oddo . . . . . . a 7. Mart. 1100 ad 20. Nov. 1100
Leo . . . . . . . a 13. Febr. 1113 ad 5. Iul. 1114
Lambertus . . d. 20. Apr. 1117
„ Portuensis Petrus . . . . . a 29. Iul. 1103 ad 20. Apr. 1117
„ Praenestinus Milo . . . . . . . a 30. Aug. 1100 ad 4. Mart. 1102, pro quo in bullis 4407. 4408, die 14. Febr. 1102 datis, male legitur Coyro.
Cono . . . . . . a 2. Ian. 1113 ad 20. Apr. 1117
„ Sabinensis Crescentius . . a 4. Mart. 1102 ad 21. Dec. 1116
„ Signiensis Bruno . . . . . a 30. Aug. 1100 ad 2. Nov. 1106
„ Tusculanus Iohannes . . . a 15. Oct. 1100 ad 20. Mart. 1105
presb. card. tit. S. Anastasiae . . . . . . . Iohannes . . . . . a 4. Mart. 1102 ad 20. Mart. 1105
Boso . . . . . . . . a 17. Mart. 1116 ad 24. Mart. 1116
„ „ „ S. Balbinae . . . . . . . . Guido . . . . . . . a 21. Dec. 1116 ad 20. Apr. 1117
„ „ „ S. Caeciliae . . . . . . . . Petrus . . . . . . . n. 6111 (1105—1107)
Iohannes . . . . . a 5. Iul. 1114 ad 22. Dec. 1116
„ „ „ S. Chrysogoni . . . . . . . Bernardus . . . . a 14. Apr. 1100 ad 20. Mart. 1105
Gregorius . . . . a 2. Ian. 1113 ad 17. Febr. 1113
Theodericus . . . d. 8. Iun. 1114
„ „ „ S. Clementis . . . . . . . Anastasius (al. Athanasius) . . a 4. Mart. 1102 ad 24. Mart. 1116
„ „ „ S. Damasi . . . . . . . . . Risus (Riso) . . . a 20. Mart. 1105 ad 1. Sept. 1107
„ „ „ S. Eudoxiae . . . . . . . . Benedictus . . . . d. 25. Febr. 1114
„ „ „ S. Eusebii . . . . . . . . . Robertus . . . . . a 30. Aug. 1100 ad 14. Apr. 1109
Iohannes . . . . . d. 23. Nov. 1116
„ „ „ SS. Iohannis et Pauli tit. Pamachii . . . . . . . . Petrus . . . . . . . d. 30. Aug. 1100
Teuto (Teuzo) . . a 10. Nov. 1100 ad 14. Nov. 1100
„ „ „ S. Laurentii in Damaso . Deusdedit . . . . a 21. Dec. 1116 ad 22. Dec. 1116
„ „ „ S. Lucinae . . . . . . . . Landulphus . . . a 2. Nov. 1106 ad 1. Sept. 1107
G(re)G(orius) . . . . d. 23. Nov. 1116
„ „ „ S. Marci . . . . . . . . . . Bonifatius . . . . a 17. Nov. 1115 ad 22. Dec. 1116
„ „ „ SS. Marcellini et Petri . . Raynerius . . . . a 25. Febr. 1114 ad 27. Nov. 1115
„ „ „ S. Mariae trans Tiberim . Petrus . . . . . . . d. 15. Febr. 1113
„ „ „ S. Martini et S. Silvestri tit. Equitii . . . . . . . . Diviso (Dunzo, Amizo) . . . . . a 29. Iul. 1103 ad 23. Nov. 1116
„ „ „ SS. Nerei et Achillei . . . Amicus . . . . . . d. 20. Apr. 1117
„ „ „ S. Petri ad vincula . . . . Albericus . . . . . a 15. Oct. 1100 ad 20. Nov. 1100
„ „ „ S. Praxedis . . . . . . . . Desiderius . . . . a 23. Nov. 1116 ad 22. Dec. 1116
„ „ „ S. Priscae . . . . . . . . . Romanus . . . . . a 15. Mai. 1101 ad 25. Febr. 1114
„ „ „ S. Pudentianae . . . . . . Conradus . . . . . d. 25. Febr. 1114
„ „ „ SS. quatuor Coronatorum . Augustinus . . . d. 11. Apr. 1100
„ „ „ S. Savinae . . . . . . . . . Albertus . . . . . d. 11. Apr. 1100
„ „ „ S. Silvestri . . . . . . . . . Benedictus . . . . d. 15. Mai. 1101
„ „ „ S. Xisti . . . . . . . . . . Petrus . . . . . . . d. 15. Mai. 1101
card. et abbas (Casinensis) . . . . . . . . Odorisius . . . . . d. 10. Nov. 1100
Diac. card. S. Adriani . . . . . . . . . . . Petrus . . . . . . . a 17. Mart. 1116 ad 22. Dec. 1116
„ „ S. Angeli . . . . . . . . . . Berardus . . . . . a 24. Febr. 1107 ad 1. Sept. 1107
Gregorius . . . . a 23. Nov. 1116 ad 22. Dec. 1116
„ „ SS. Cosmae et Damiani . . . Petrus . . . . . . . a 24. Mart. 1116 ad 20. Apr. 1117
„ „ de tit. Cosmidin . . . . . . . Iohannes . . . . . a 24. Febr. 1107 ad 25. Iul. 1107
„ „ S. Georgii (ad velum aureum) Bobo . . . . . . . . n. 6111 (1105—1107)
Rossemannus . . a 21. Dec. 1116 ad 22. Dec. 1116
„ „ S. Luciae . . . . . . . . . . . Iohannes . . . . . a 24. Mart. 1116 ad 22. Dec. 1116
„ „ S. Mariae in Aquiro . . . . . Comes . . . . . . . a 21. Dec. 1116 ad 22. Dec. 1116
„ „ S. Mariae (in via lata) . . . . Romoaldus . . . . a 2. Ian. 1113 ad 20. Apr. 1117

Diac. card. S. Mariae novae . . . . . . . Paganus . . . . . . a 30. Aug. 1100 ad 20. Nov. 1100
Theobaldus . . . d. 29. Iul. 1103
„ „ S. Nicolai (in carcere) . . . . Ugo . . . . . . . . . a 5. Iul. 1114 ad 20. Apr. 1117
„ „ SS. Sergii et Bacchi . . . . . Aldo . . . . . . . . d. 24. Mart. 1116
„ „ S. Viti . . . . . . . . . . . . Leo . . . . . . . . . d. 24. Mart. 1116
„ „ . . . . . . . . . . . . . . . . . Boso . . . . . . . . a 2. Ian. 1113 ad 13. Febr. 1113
„ „ . . . . . . . . . . . . . . . . . Ionathas . . . . . . d. 15. Febr. 1113
„ „ . . . . . . . . . . . . . . . . . Gregorius . . . . . d. 15. Febr. 1113
„ „ . . . . . . . . . . . . . . . . . Petrus . . . . . . . d. 23. Nov. 1116.

Scriptae bullae sunt per manum
- Petri notarii regionarii et scriniarii sacri palatii (5818. 5819. 5827. 5832. 5834. 5850. 5858. 5859. 5864. 5865. 5866. 5867. 5869. 5870. 5880. 5891. 5892. 5893. 5894. 5895. 5896. 5898. 5900. 5902. 5903. 5906. 5912. 5917. 5918. 5919. 5960. 5969)
- Pyderii (Petri?) regionarii et referendarii sacri palatii (5905)
- Iohannis scriniarii regionarii et notarii sacri palatii (5831. 5935. 5937. 5938. 5939. 5940. 6006. 6011. 6015. 6016. 6017. 6024. 6047. 6188. 6196. 6233. 6255. 6267. 6272. 6291. 6309. 6320)
- Rainerii scriniarii regionarii et notarii sacri palatii (5915. 5920. 5932. 5945. 5951. 5953. 5957. 5968. 5974. 5977. 5982. 5983. 5984. 5988. 5989. 5990. 5991. 6004. 6005. 6010. 6012. 6018. 6023. 6031. 6032. 6036. 6048. 6052. 6053. 6067. 6082. 6086. 6174. 6191. 6193. 6194. 6199. 6226. 6229. 6230. 6231. 6235. 6236. 6237. 6238. 6244. 6245. 6246. 6256. 6261. 6268. 6310. 6311. 6314. 6322. 6354. 6387)
- Grisogoni notarii sacri palatii (6332. 6333. 6336. 6340. 6353. 6357. 6376)
- Gervasii scriniarii regionarii et notarii sacrii palatii (6371. 6375. 6448. 6472. 6477. 6480).

Datae p. m.
- Docibilis S. R. E. diaconi cardinalis (5808. 5826)
- Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis — ac bibliothecarii (bullae Paschalis II. plurimae, quarum prima est 5818, ultima 6663)
- Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis ac bibliothecarii vice domini Friderici archicancellarii et Coloniensis archiepiscopi (6291. 6292)
- Lanfranci scriptoris sacri palatii (5827)
- Leonis scriptoris (5831. 5832)
- Grisogoni agentis vicem domni Iohannis cancellarii (6391. 6393)
- Grisogoni subdiaconi agentis vices domni Iohannis cancellarii (6504. 6622)
- Ubaldi S. R. E. diac. card. (6011)
- Equitii agentis vicem cancellarii (5923. 5925. 5948. 5949. 5951. 5958. 5968. 5974. 6014. 6015. 6016. 6038. 6127. 6129)
- Galteri R. E. diaconi cardinalis (5924. 5926)
- Leonis S. R. E. diaconi cardinalis (6207. 6209. 6210).

Scripta et data p. m. Leonis Rom. ecclesiae diaconi (6204).

**1099.** *(Ind. 8, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Aug. 13. | Romae in ecclesia S. Clementis | Eligitur „idibus Augusti“. Florentii Wigorniensis Chronicon ed. Thorpe II. 44, Petri Pisani Vita Paschalis ap. Watterich II. 1. Cf. infra ep. 5807. |
| „ 13. | In basilicam | Salvatoris Constantinianam perducitur. Petrus Pis. l. l. p. 2. Cf. Zoepffel Papstwahlen p. 198. |
| „ 14. | In ecclesia b. Petri | Consecratur „19. kal. Septembris, feria prima“. Florentii Wigorn. Chron. l. l.; Petrus Pisan. l. l. |
| | Alba | expellit Wibertum antipapam. Petri Pis. Vita Pasch. l. l. p. 4. |
| Sept. 10. | Romae | 5807 (4343) Hugoni, abbati Cluniacensi, significat, Urbanus cum „IV. kal. Augusti“ (29. Iulii) naturae debitum reddidisset, sese „die post eius transitum XVI. (13. Aug.) totius cleri et catholici populi assensu“ electum pontificem esse. Bouquet Rec. XV. 17, (Mabillon Ann. ord. Ben. V. 407, Migne 163 p. 31). — „Domini et patris“. |
| | „ | 5808 (4345) Petente Bertrando archiepiscopo, ecclesiae Narbonensis privilegia, in his metropolis Aquensis primatum, confirmat. Marcae Dissert. tres p. 355, Bouquet Rec. XV. 17, Migne 163 p. 32. — „Quod apud ecclesiam“. |
| Dec. 25. | „ | „nativitate domini“. Bernoldi Chron. 1100 in MG. SS. V. 467. |
| („) | | 5809 *Gebhardo, episcopo Constantiensi, „apostolicas vices in Teutonicis partibus commendat“. Bernoldi Chron. 1100 in MG. SS. V. 467. |
| „ 29. | Laterani | 5810 (4346) Ildefonso, Hispaniarum regi, scribit, Didacum (Pelaiz) ab ecclesia S. Iacobi Compostellana iuste ac canonice remotum esse. Novum episcopum eligi iubet. Legatos mittit. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 25, Migne 163 p. 33. — „Petitionem tuam“. |

**1099.** *(Ind. 8, pont. a. 1.)*

Dec. 29. Laterani 5811 (4347) Clero populoque Compostellano et eiusdem provinciae episcopis praecipit, ut ecclesiae S. Iacobi quam primum praeficiant episcopum, electumque, ut consecretur, ad sese mittant. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 26, Migne 163 p. 34. — „Quantis iam“.

5812 (4364) Universis per Galliam archiepiscopis, episcopis, abbatibus mandat, „omnes regionum suarum milites cohortentur, ut ad Orientalem ecclesiam, Turcorum manibus ereptam, studeant festinare“. „Qui de Antiochena obsidione fide pusillanimi et ambigua recesserint, eos in excommunicatione permanere vult, nisi se redituros certis securitatibus confirmaverint; fratribus post perpetratam victoriam revertentibus sua omnia restitui“ iubet. Bouquet Rec. XV. 20, Migne 163 p. 43. (Quo tempore scripta sit epistola, demonstrat comes Riant in Archives de l'orient lat. I. 205.) — „Omnipotentis Dei miserationibus“.

5813 *Manassi, archiepiscopo Remensi praecipit, ut „congregatis episcopis comprovincialibus ecclesiae Cameracensi episcopum eligat et consecret“, Gualchero propter simoniam et investituram ab imperatore susceptam excommunicato. Herimanni Hist. rest. S. Martini Tornac. in MG. SS. XII. 661 et XIV. 312; cf. Gesta epp. Camer. ibid. XIV. 205, ed. De Smedt p. 84.

**1099—1100.**

5814 *Milites Aldefonsi regnum habitantes, occasione itineris Hierosolymitani, patriam a Mauris Moabitisque vexatam relinquere vetat. Vide infra Paschalis II. epistolas 4367. 4368.

5815 (4348) Godino Oritano (vide supra epp. 5413 et 5525) sub excommunicationis poena interdicit, ne Brundisini episcopatus bona sibi vindicet. Ughelli It. sacr. IX. 31, Pflugk-Harttung Acta II. 168, Migne 163 p. 34. — „Valde miramur“.

**1100.** *(Ind. 8, pont. a. 1. — 14. Aug. — 2.)*

Ian. 10. Romae 5816 Iohanni clerico, qui dicitur abbas de Curte, privilegium dat. Pflugk-Harttung Iter p. 207. — „Desiderium quod“.

„ 18. „ 5817 (4349) G(ebhardum), episcopum Constantiensem, hortatur, „ut oportune importune arguat eos, qui a veritate auditum avertant“. Deinde respondet, 1) „clericis, qui ad divina officia laicos excommunicatos non sponte admittant, non videri propter infantes baptizandos chrismatis participationem denegandam, nisi forte baptizatorum susceptores omnino excommunicatos esse constiterit“; 2) „virum illum, qui abortivum filium, cum uxori solus adesset, instante mortis articulo, baptizare compulsus sit, nequaquam propter hoc ab eadem uxore dirimendum“ esse; 3) „monachis, qui nullo ecclesiastico fungantur officio, portare ad altare sacra vasa non licere; nec eos, qui criminum rei fuerint, ad ministeria quaelibet ordinari“; 4) „quod urbanis presbyteris non liceat, nec in monachorum seu canonicorum ecclesiis praesumatur, villarum presbyteris non licere: angelicum ymnum in festivitatibus martirum dicere“. Addit haec: „Nec te conturbent nugarum rumores aut eorum vaniloquia, qui iactitant, nos Heinrico vel eius fautoribus consensuros“. Pflugk-Hartung Acta II. 169, cuius textus non est purus mendis; etenim legatur lin. 4: „nesciremus“ pro codicis „nesceremus“ (sic); lin. 7: „quod“; lin. 10: „participatio deneganda“; lin. 15 „constat“ aut tale verbum deesse patet; ceterum omnes variae lectiones ab editore notatae deleantur oportet, cum Jafféum in componendo regesto orationem adhibuisse obliquam, facillime perspiciatur. — „In verbis epistolae“.

Febr. 14. „ 5818 (4350) Petente Ivone, episcopo Carnotensi, statuit, „ne quis, obeunte eo, vel eius successorum quolibet migrante, seu occasione aliqua decedente, domum episcopalem dissipare aut exspoliare praesumat, nec ab ea supellex ferri, vel plumbi, vel vini, vel ligni, vel lapidis, absportetur aut obruatur“. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 307, Bouquet Rec. XV. 18, Lépinois et Merlet Cartul. I. 109, Migne 163 p. 35. — „Religiosis desideriis dignum“.

Mart. 7. „ 5819 Monasterii S. Andreae Viennensis possessiones et iura, „iuxta Guidonis, eiusdem urbis archiepiscopi, conniventiam“ confirmat, petente Petro abbate. Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 138, Pflugk-Harttung Acta I. 69. — „Sicut iniusta petentibus“.

**1100.** *(Ind. 8, pont. a. 1. — 14. Aug. — 2.)*

Mart. 14. Romae — 5820 (4351) Ivoni Carnotensi et Rannulfo Santonensi episcopis praecipit, ne concilii Claromontensis de monasteriorum altariis decretum negligant. Sirmondi Opp. III. 492, Ivonis Opp. II. 213, Marca De conc. II. 191, idem de primatu p. 434, Marcae Dissert. tres p. 359, Bouquet Rec. XV. 19, Mansi XX. 892 et 908, Migne 163 p. 36; in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 47 fol. 235 inscripta est haec epistola: „D(aimberto) Senonensi et I(voni) Carnotensi". — „Iuxta sanctorum".

„ 14. „ — 5821 (4352) *Monasterii Vindocinensis de professione ab abbate non facienda privilegium confirmat. Vide Sirmondi Opp. III. 468 not. e.

„ 18. „ — 5822 (4353) Conventui ecclesiae S. Iacobi Compostellanae nunciat, Didacum, eorum ecclesiae canonicum et vicedominum, a sese ordinatum subdiaconum esse. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 27, Migne 163 p. 36. — „Didacum ecclesiae".

†5823 (4354) Monasterio Reinhardsbornensi ecclesiam Tittebornensem a Reginfrido et uxore eius Willicha conditam asserit. („Data Romae p. m. Iohannis S. R. E. diac. card.") Naudé Die Fälsch. der ält. Reinhardsbrunner Urk. p. 121, cf. ibid. p. 71, (Stumpf Acta Magunt. p. 5). — „Quoniam iustis votis".

5824 *Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, „litteras absolutorias" (quia, voto itineris Hierosolymitani nondum expleto, ecclesiasticae censurae periculum subierat,) dirigit eique in Asia vices suas committit. Hugonis Flaviniac. Chron. 1100 in MG. SS. VIII. 487. Cf. Archives de l'orient lat. I. 210.

Apr. 7. Laterani — 5825 (4355) „H(ermanno), Augustensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Quod iteratis fraternitatis tuae litteris hactenus nihil respondimus, causa haec fuit, quia te extra catholicam unitatem credebamus. Nunc autem quia, sicut ex vicarii nostri G(ebhardi), Constantiensis episcopi, litteris agnovimus, ad catholicam per Dei gratiam reversus es communionem, de tua plurimum conversione gaudemus. Cupimus enim non solum te, sed omnes illarum partium ad sedis apostolicae obedientiam revocari. Praesentibus igitur litteris paternae salutationis et apostolicae benedictionis tibi gratiam destinamus, rogantes, ut in eiusdem sedis apostolicae obedientia perseveres, sicut ab eodem vicario nostro tuae dilectioni credimus esse iniunctum". (Sequitur formula anathematizationis Wiberti antipapae, quae legitur in Neues Archiv VI. 628.) Apogr. ex cod. lat. Monac. 3739 fol. 17ᵇ in schedis societatis Mon. Germ. — „Quod iteratis".

„ 9. „ — 5826 Monasterii Anianensis protectionem suscipit, ac libertatem, possessiones, privilegia confirmat, litteris Petro abbati directis. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 19. f. 155. — „Quotiens digna consideratione".

„ 11. „ — 5827 (4356) Monasterii Dervensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Rogerio abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 70. — „Desiderium, quod ad".

(„) („) — 5828 (4357) Philippo, episcopo Catalaunensi, interdicit, „ne abbatem S. Bercarii (Dervensem) ad civitatis festivitates ire cogat, neve monachos eius contra eum suscipiat". Mabillon Ann. ord. Ben. V. 420, Bouquet Rec. XV. 20, Pflugk-Harttung Acta I. 69, Migne 163 p. 37. — „Cum neminem episcopum".

„ 11. „ — 5829 (4358) Clerum et populum Arausicanum iubet (Pontio) episcopo Tricastinensi obtemperare. Boyer Hist. de S. Paul-Trois-Châteaux p. 55, Gall. Chr. I. Instr. p. 120, Bouquet Rec. XV. 21, Migne 163 p. 38. — „Universae ecclesiae unitas".

(„) „ — 5830 (4359) Gibelino, archiepiscopo Arelatensi, mandat, cum obierit Guillelmus episcopus, ut ecclesiam Arausicanam ex Urbani II. sententia episcopo Tricastinensi reddendam curet. Gall. Chr. I. Instr. p. 120, Bouquet Rec. XV. 21, Migne 163 p. 38. — „Quod de unione".

„ 14. „ — 5831 (4360) Ecclesiae Augustodunensis possessiones, petente Norigaudo episcopo, confirmat. Charmasse Cart. de l'égl. d'Autun. p. 2, Gall. Chr. IV. Instr. p. 84, Mansi XX. 1017 et 1896, Cocqu. II. 113, Migne 163 p. 39. — „Cum divini".

„ 14. „ — 5832 (4361) Ecclesiae Matisconensis possessiones ac privilegia, rogante Berardo episcopo, confirmat. Severtii Chronol. hist. II. 121, Ragut Cart. de St.-Vinc. de Mâcon p. 346, Migne 163 p. 40. — „Quoniam (al. perperam Quum) divini".

„ 20. Romae — 5833 (4362) R(aimundo), archiepiscopo Ausciensi, mandat, iudicet inter (Raimundum), episcopum Aquensem, atque episcopos (Stephanum) Vasatensem et (Odonem) Ellorensem, de possessionibus quibusdam litigantes. Bouquet Rec. XIV. 188, Migne 163 p. 42. — „Vestrae ecclesiae".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1100.** *(Ind. 8, pont. a. 1. — 14. Aug. — 2.)* |
| Apr. 26. | Laterani | 5834 Sedem episcopalem Barbastrensem ecclesiaeque possessiones, petente Pontio episcopo, confirmat, haec praefatus: „Egregias quondam episcopalis dignitatis urbes in Ispania claruisse, egregiorum qui in ipsis refulserunt pontificum sive martirum scripta et monumenta testantur. Postea vero per multos annos Ispaniae maiorem partem a Mauris vel Hismaelitis invasam atque possessam, ipsa parochialium divisionum abolitio manifestat. Sane quia in diebus nostris omnipotenti Deo placuit, urbes nonnullas Maurorum tirannidi eripere et per gloriosos reges sanctae memoriae Sancium seu eius filium Petrum ad christianae fidei gloriam revocare, oportunum utique ducimus, episcopales in eisdem urbibus aut earum finibus cathedras reparare et parochialibus divisionibus nova dispensatione prospicere. (Hoc et aliud 5836 Paschalis privilegium ex falso Urbani 5777 processisse ideoque in irritum revocatum esse, docet Eugenii III. bulla ap. De la Canal Esp. sagr. XLVI. 289, Migne 180 p. 1015.) Villanueva Viage literario XV. 284. — „Egregias quondam“. |
| Mai. 4. | „ | 5835 (4363) Episcopis, clericis, proceribus, militibus et omni populo militiae Christianae in Asia triumphantis gratulatur. Mauritium, episcopum Portuensem, vicarium suum, commendat. Bosio Ist. della mil. di Gio. I. 20, Watterich II. 18, Mansi XX. 979, Migne 163 p. 42: „IV. non. Mai.“ (Cod. Vatic. 3832 f. 199: „IV. kal. Mai.“, ut docet Pflugk-Harttung Iter p. 125). Cf. Archives de l'or. lat. I. 211. — „Quod per prophetam“. |
| „ 6. | „ | 5836 P(etro) Aragone regi, P. Urgellensium comiti, G. vicecomiti scribit, „quia Deus Ilerdensis ecclesiae membra in Christianorum restituerit potestatem et apostolica sedes apud Barbastrum episcopalem cathedram manere constituerit, donec ipsa Ilerdae civitas ad christianae fidei redeat principatum, ut eiusdem Ilerdae parochiam Barbastrensi episcopo possidendam distinguant“. (Vide supra ep. 5834.) Villanueva Viage literario XV. 287. — „Ex multis iam“. |
| Aug. 30. | Salerni | 5837 Monasterii Cavensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Petro abbate. Guillaume Essai hist. s. l'abbaye de Cava App. p. 23; Pflugk-Harttung Acta II. 169, ubi inter testes pro „Richardus card. de tit. S. Eusebii“ legendum est „Robertus“. — „Cum universis sancte“. |
| „ | „ | Vide tabulam ap. Ughelli It. sacr. VII. 305: „intra palatium Salernitani archiepiscopi coram praesentia D. Paschalis summi pont. et univ. papae“. |
| Oct. | Melfiae | Synodus, in qua civitas Beneventana excommunicatur. Annal. Benevent. 1100 in MG. SS. III. 183. |
| („) | („) | 5838 (4366) *Gothofredo, episcopo Magalonensi, mandat, ut Didacum electum ecclesiae Compostellanae episcopum consecret. Vide infra epp. 5839. 5860. |
| „ 14. | „ | 5839 (4367) Petentibus P(etro) Lucensi et Al(defonso Tudensi) et G(onzaloni Dumiensi) episcopis concedit, ut (Didacus) electus ecclesiae Compostellanae ob „destructionem ecclesiae et Christianorum captivitatem“ venire Romam supersedeat. Hunc ut consecraret, (Gothofredo) episcopo Magalonensi mandatum esse; qui si venire nequiverit, (Garsiam) episcopum Burgensem advocari iubet. Haec addit: „sicut militibus, ita etiam clericis vestrarum partium interdicimus, ne occasione Ierosolymitanae visionis ecclesiam et provinciam suam deserere praesumant, quam Moabitarum feritas tam frequenter impugnat“. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 28, Migne 163 p. 45. — „Destructioni ecclesiae“. |
| „ 14. | „ | 5840 (4368) A(defonsi), Hispaniarum regis, angustias dolet. „Unde“ inquit „regni tui et proximorum tuorum finibus providentes, milites tuos, quos vidimus, ire Ierosolymam prohibuimus; litteras insuper hoc ipsum prohibentes et peccatorum veniam pugnatoribus in regna vestra comitatusque mandavimus“. De electo Compostellano consecrando eadem, quae superiore epistola, scribit. Hist. Comp. l. l. p. 29, Migne 163 p. 45. — „Sicut de tua“. |
| „ 15. | „ | 5841 (4369) Episcopatus Mazariensis fines ac possessiones, petente Stephano episcopo, confirmat. Pirri Sic. sacr. II. 843, Mansi XX. 1131, Migne 163 p. 45. — „Omnipotentis Dei“. |
| „ 19. | Troiae | 5842 (4370) Novum monasterium (Cisterciense) tuendum suscipit, petente Alberico abbate. (Pro „XIV. kal. Maii“ videtur legendum: „XIV. kal. Nov.“) Henriquez Reg. p. 51, Manrique Annal. Cist. I. 22, Mansi XX. 980, Migne 163 p. 47, (Monast. Angl. nov. ed. V. 224). — „Desiderium, quod“. |

**1100.** *(Ind. 8, pont. a. 1.— 14. Aug. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Nov. 10. | ap. Casinum | 5843 (4371) Ecclesiae Troianae protectionem suscipit, ac bona et privilegia confirmat, petente Huberto episcopo. Ughelli It. sacr. I. 1345, Cocqu. II. 114, Migne 163 p. 48. — „Iustis votis“. |
| „ 14. | Anagniae | 5844 (4372) Monasterii Silviniacensis protectionem suscipit, iuraque ac possessiones confirmat. Bullar. Cluniac. p. 31, Mon. pont. Arverniae p. 105, Migne 163 p. 50. — „Ad hoc nos“. |
| „ 15. | „ | 5845 (4373) Monasterii Cluniacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Guichenon Hist. de Bresse IV. 216, Cocqu. II. 114, Migne 163 p. 51. — „Zelus Domini et religionis“. |
| „ 19. | Lateranis | 5846 (4374) Archiepiscopis et episcopis per Gallias constitutis monasterium Cluniacence commendat. Bibl. Cluniac. p. 524, Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 435, Bull. Cluniac. p. 33, D'Achery Spic. III. 435, Bouquet Rec. XV. 21, (Mansi XX. 1037, Migne 163 p. 53). — „Quanta reverentia“. |
| „ 19. | „ | 5847 (4375) Maioris-monasterii protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, rogatu Hilgoti abbatis, confirmat, imposito monachis aurei denarii censu annuo. Guiberti Opp. p. 588, Migne 163 p. 54. — „Cum universis sanctae“. |
| „ 19. | „ | 5848 Monasterii Formoselensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Albaldo abbate. Rec. de chroniques etc. de la Flandre occident., Chronic. Vormeselense p. 26. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 20. | „ | 5849 (4376) Monasterii Cluniacensis iura confirmat, petente Hugone abbate. Mém. et docum. de la société de la Suisse Rom. III. 433, Bibl. Cluniac. p. 522 et 1826, Mansi XX. 1038, Migne 163 p. 56. — „Et religionis“. |
| „ 28. | „ | 5850 Canonicorum S. Saturnini Tolosani iura bonaque confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 71. — „Sicut iniusta petentibus“. |
| Dec. 1. | „ | 5851 Monasterio Lehunensi concessa a Leiarde, religiosa femina, et Baldrico, quondam episcopo Noviomensi, bona quaedam confirmat. In bibl. nat. Paris. Cart. de Lyhon ms. lat. 5460. saec. XIII. f. $6^b$. — „Bonis secularium studiis“. |
| „ 10. | „ | 5852 (4377) Clerum et populum Arausicanum iterum hortatur, ut episcopo Tricastinensi obediant neve ecclesiarum unitatem violare temptent. Gall. Chr. I. Instr. p. 120, Bouquet Rec. XV. 22, Migne 163 p. 58. — „Miramur vos“. |
| | | 5853 (4378) Monasterii S. Salvatoris Papiensis tutelam suscipit, et possessiones ac privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Margarini Bull. Cas. II. 119, Migne 163 p. 59. — „Piae postulatio“. |

**c. 1100.**

| | | |
|---|---|---|
| | Romae | 5854 (4379) *Geraldo, archiepiscopo Bracarensi „palleum et privilegium“ concedit. Vita Geraldi in Baluzii Misc. I. 132. |
| Nov. 20. | „ | 5855 Gaufrido, episcopo Andegavensi, officium sacerdotale interdicit, donec Maiori-monasterio de rapinis in castello Calumna factis satisfecerit. Praecipit, ne pro altari apud Dalmariacum ad idem monasterium pertinenti personam ulterius requirat. A clericis suis praebendam S. Leonardi Camiliacensem fratribus restitui iubeat. Loewenfeld Epistolae p. 67, (Regest. in Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV. 128). — „Neque litteris praedecessoris“. |
| | | 5856 P(etro), domino castri Camiliacensis, mandat, ut fratribus Maioris-monasterii de ecclesia S. Leonardi satisfaciat. Loewenfeld Epistolae p. 68, (Regest. in Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV. 128). — „Fratres Maioris-monasterii“. |

**1100—1101.**

| | | |
|---|---|---|
| | Romae | 5857 (4365) Consulibus Pisanis laudes impertit, quod „anno praeterito“ Hierosolymae expugnandae operam navaverint. Promittit, Daibertum eorum archiepiscopum, „nunc civitatis Ierusalem patriarcham“, contra Arnulfum eiusdem sedis invasorem a sese defensum et „nobili strenuoque viro Gotefrido, aliisque principibus Christianis adhuc in Syria et transmarinis partibus commorantibus“ commendatum iri. Legatos suos, „primo Ianuam deinde in Sardiniam profecturos“, commendat. Dal Borgo Racc. p. 83. Cf. Archives de l'orient lat. I. 218. — „Gloria in altissimis“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1101.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 2. — 14. Aug. — 3.)* |
| Mart. 6. | Laterani | 5858 (4381) Bernardum, archiepiscopum Toletanum, Hispaniae primatem sancit. Mansi XX. 982, Aguirre Conc. V. 25, Cocqu. II. 116, Migne 163 p. 60. — „Actorum synodalium". |
| „ 7. | „ | 5859 (4382) Monasterii S. Savini Placentini possessiones, abbatumque privilegia confirmat, petente Alberico abbate. Campi Hist. di Piac. I. 525, Migne 163 p. 62. — „Ad hoc nos". |
| „ 25. | „ | 5860 (4383) Ad G(othofredum), episcopum Magalonensem, non pervenisse suas de consecrando electo Compostellano litteras „in autumno praeterito" missas, miratur. Mandat, ut consecrationem perficiat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 29, Migne 163 p. 63. — „Nosse fraternitatem". |
| „ 25. | „ | 5861 (4384) Clericos S. Iacobi Compostellanos miratur epistolam „in autumno praeterito" (cf. supra ep. 5839) datam, non accepisse. De consecrando Didaco quae illis litteris mandaverat, repetit. Hist. Comp. l. l. p. 30, Migne 163 p. 63. — „Destitutioni ecclesiae". |
| „ 25. | „ | 5862 (4385) Al(defonso regi) „dilecto filio" respondet, se eius precibus iam „in autumno praeterito" indulsisse, sed interceptas litteras suas esse. Nunciat, quid de consecrando Didaco electo Compostellano mandaverit. Hist. Comp. l. l. p. 31, Migne 163 p. 64. — „In autumno". |
| „ 25. | , | 5863 (4386) Clericos et laicos Al(defonsi) regnum habitantes reprehendit, quod praecepta sua neglexerint; „scripsimus enim vobis" inquit „praeterito tempore, ne Hierosolymitanae expeditionis occasione partes vestras desereretis, quae Maurorum et Moabitarum quotidianis incursionibus impugnantur". Significat, „latores quoque praesentium Munionem et Didacum et Nunonem cum sequacibus" a sese redire domum coactos esse. Hist. Comp. l. l. p. 88, Salazar Anamnesis II. 475, Migne 163 p. 64. — „Magnum vestrae". |
| „ 31. | „ | 5864 (4387) Monasterio Casinensi cellam Cinglensem asserit. Gattula Hist. Cas. p. 48, Mansi XX. 1132, Cocqu. II. 117, Migne 163 p. 65. — „Officii nostri". |
| Apr. 6. | „ | 5865 (4388) Civibus Velitrensibus impositas a Guiberto „pravas consuetudines vel exactiones" abrogat, finesque Velitrenses confirmat. Borgia Ist. di Velletri p. 208, Ughelli It. sacr. I. 46, Mansi XX. 1048, Migne 163 p. 66. Cf. Gregorii IX. confirmationem d. d. 3. Ian. 1235 in MG. Ep. saec. XIII. T. I. 507. — „Et prava". |
| „ 12. | „ | 5866 (4389) Monasterii S. Benedicti Alperspacensis, rogatu Cononis abbatis, possessiones confirmat, et privilegia ei tribuit, imposito monachis annuo censu „aurei nummi, qui bizanzius dicitur". Wirtemb. Urkundenb. I. 327, Stillfried u. Märker Mon. Zollerana I. 3, Besold. Doc. rediv. p. 145, Crusii Annal. Suev. II. 306, Petri Suev. eccl. p. 54, Migne 163 p. 67. — „Religiosis desideriis". |
| „ 15. | „ | 5867 (4390) Episcopatum Atrebatensem, Lambertumque episcopum confirmat. Baluzii Misc. II. 135, Bouquet Rec. XIV. 756, D'Achery Spic. III. 435, Mansi XX. 1014, Miraei Opp. dipl. II. 1148, Cocqu. II. 117, Migne 163 p. 69. — „Quae a patribus" „Quae iuste a". |
| | | 5868 (4391) Henrico, regi Anglorum, postulanti „episcoporum abbatumque per investituram constituendorum ius et facultatem" denegat. Eadmeri Hist. novorum L. III. p. 59, Wilkins Conc. I. 385, Mansi XX. 1058, Migne 163 p. 70. — „Legationis tuae". |
| Mai. 5. | Romae in porticu b. Petri | 5869 (4392) Ecclesiae Calmosiacensis, sedi apostolicae subiectae, disciplinam canonicam possessionesque confirmat, ac privilegia, petente Schero abbate, instituit, ea lege, ut fratres „stolam sacerdotalem per singula biennia Lateranensi palatio persolvant". Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 109, Migne 163 p. 72. — „Religiosis desideriis". |
| „ 15. | Laterani | 5870 (4393) Ecclesiae S. Vincentii Bergomatis tutelam suscipit ac possessiones iuraque confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 829. — „Pie postulatio voluntatis". |
| Iul. 27. | ap. oppidum Melliti | 5871 Eremi, a Rogerio comite Brunoni et Lanuino concessi, libertatem, privilegia, possessiones confirmat. Tromby Stor. Cart. II. append. 94, (Fragm. mendosum ap. Pflugk-Harttung Acta II. 171). — „Quia nostri officii". |
| Sept. 7. | Canusii | ecclesiam S. Sabini dedicat „anno dom. inc. 1101 (al. 1102), ind. 10". Vide inscriptionem ap. Tortora Rel. stat. eccl. Can. p. 170 et 249, Act. SS. Octob. VII. 72, Schulz Denkmäler I. 55 (ubi optimus textus). |
| „ 23. | Beneventum | ingreditur. Annal. Benevent. 1101 in MG. SS. III. 183: „Paschalis papa cum duce Rogerio venit super Beneventum, quorum timore perterritus Anso, Dathmari filius, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1101.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 2. — 14. Aug. — 3.)* fugit X. kal. Oct. (22. Sept.) ind. X.; alio vero die (23. Sept.) triumphans ingressus (Paschalis), urbem suo dominatui subdens". Vide etiam Versus de Paschali papa in Neues Archiv I. 184. |
| Sept. 29. | Beneventi | 5872 (4394) Lavellum vetat sedem episcopalem fieri, ecclesiaeque Melphiensis possessiones, petente Guilielmo episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 924, Mansi XX. 1049, Migne 163 p. 73. — „Per apostoli". |
| „ 29. | „ | 5873 (4395) Ecclesiae Ravellensis privilegia et possessiones, rogante Constantino episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1184, Mansi XX. 1050, Migne 163 p. 74. — „Piae postulatio". |
| Oct. 20. | „ | 5874 Monasterii S. Albini Andegavensis possessiones confirmat. (Fragment.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12658. f. 169. |
| „ 27. | Capuae | 5875 (4396) Monasterii S. Sophiae Beneventani possessiones et privilegia confirmat, petente Madelmo abbate. Anecdota Ughelliana p. 495, Mansi XX. 1024, Migne 163 p. 75. — „Piae postulatio". |
| Nov. 17. | Laterani | 5876 (4397) Monasterio Casinensi ecclesiam S. Nicolai Beneventanam donat. Gattula Hist. Cas. p. 411, Migne 163 p. 77, (Cocqu. II. 122). — „Cum pro beati". |
| „ 26. | Romae | 5877 (4398) Lanuino, Turris priori, scribit, ex Richardo episcopo Albanensi se cognovisse, „pacem et concordiam eremi reformatam et eum in locum s. mem. magni Brunonis successisse". Hortatur, ut Brunonis virtutes aemuletur; eumque proxima quadragesima ad se venire vult. Vita S. Brunonis p. 404, Tromby Stor. Cart. III. append. 118, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 445, Migne 163 p. 79. — „Quod magnopere" („Revertente siquidem"). |
| („) | („) | 5878 Lanuino, eremitarum praeposito, pacem reformatam gratulatur. Monet, „ut susceptum ministerium sollicite agat, ut reverendissimi Brunonis industriam semper attendat; nemo, inquit, illorum, qui tuo magisterio commissi sunt, lenitatem tuam contemnat, ut negligentias sequentis zeli fervor abstergat". (Fragmentum.) Tromby Stor. Cart. III. append. 118. — „Pacem inter vos". |
| „ 27. | „ | Vide bullam subsequentem. (Controversiam inter Iohannem episcopum Aversanum et Guarinum abbatem cum sciamus die 30. Nov. finitam tribusque continuis diebus tractatam esse, „primum (tractationis) diem" in d. 27. m. Nov. incidisse patet.) |
| „ 28. | „ | „postero die". Vide bullam subsequentem. |
| „ 29. | in palatio Lateranensi | „3. kal. Dec." Vide bullam subsequentem. |
| „ 30. | Laterani | 5879 Clericis Aversanis nuntiat, controversias diuturnas inter Iohannem, eorum episcopum, et Guarinum, abbatem S. Laurentii, tandem sopitas esse. Narrat, sese „primo die" causam de lacu quodam, iam Beneventi iudicatam, retractasse, ac „postero die" episcopum „per anulum" investisse; „tertio autem die" de monasterio S. Blasii actum esse. („Actum Romae cet. III. kal. Dec.". „Datum Laterani II. kal. Dec." cet.) Per l'Aversano vescovado contro alla casinese badia di S. Lorenzo (Napoli s. a.) p. 193, Parente Origine d. città di Aversa I. 291, Pflugk-Harttung Acta II. 171. — „Controversias diuturnas". |
| Dec. 31. | „ | 5880 (4399) Ecclesiae S. Iacobi Compostellanae privilegia ac possessiones confirmat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 82, Migne 163 p. 78. — „Iustitiae ac rationis". |
| („) | | 5881 (4400) Didaco, episcopo S. Iacobi Compostellano, mandat, videat, ut in ecclesia sua „rite omnia iuxta normam sedis apostolicae disponantur". Hist. Comp. l. l. p. 33, Migne 163 p. 79, (Mariana Hist. Hisp. L. X. c. 11, Mansi XX. 1001). — „Ecclesia, quam". |
| („) | | 5882 (4401) B(ernardum) Toletanum et G(iraldum) Bracarensem archiepiscopos eorumque suffraganeos et D(idacum), episcopum Compostellanum, atque abbatem S. Fabiani iubet ad synodum venire, „in exordio proximae quadragesimae" Romae habendam. Hist. Comp. l. l. p. 89, Migne 163 p. 80. — „Quantum veritatis". |
| | | 5883 (4402) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, gratulatur ab exsilio domum reverso. Mandat, ut „de regis erga se fidelitate debita censuque b. Petri restituendo efficacius studeat; scis enim" inquit „quantis inopiae circumvallemur angustiis". Inter regem et Robertum Normannorum comitem conciliari pacem cupit. Iohannem episcopum et Tiberium, familiarem suum, commendat. Anselmi Epist. L. III. 42, Opp. p. 382, Bouquet Rec. XV. 22, Mansi XX. 1019, Migne 163 p. 80. — „Sicut iniuriis". |

**1101.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 2. — 14. Aug. — 3.)*

5884 (4403) P(etro), episcopo Pictaviensi, praecipit, ut monasterio Cluniacensi satisfaciat de abbate S. Cypriani consecrato; eidemque monasterio satisfieri ab abbate Malleacensi iubet. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 460, Bouquet Rec. XV. 23, Migne 163 p. 81. — „Cum Romanae ecclesiae".

5885 (4404) Episcopis suffraganeis ecclesiae Eboracensis per Scotiam constitutis significat, se Gerardum, quondam episcopum Herefordensem, „in Eboracensem metropolitanum promovisse", pallioque donasse. Cui ut obediant, hortatur. Haddan and Stubbs Councils II. i. 167, Monast. Anglic. III. 146, nov. ed. VIII. 1184, Migne 163 p. 81. — „Noscat dilectio".

5886 (4405) Gerardo, archiepiscopo Eboracensi, pallium tribuit. (Fragmentum.) Stubbs Act. pont. Ebor. ap. Twysden H. A. SS. I. 1710. — „Inter caetera regna".

**1101—1102.**

Mart. 13. — 5887 (4830) „H(ermanno) Augustensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Latoris praesentium causa penes nos diligentius indagata est. Frater etiam noster H. venerabilis abbas, eandem causam in ipsa vestrae ecclesiae congregatione cum religiosis monachis ac prudentibus viris se diligenter examinasse suggessit. Itaque cum ex ipsius clerici confessione tum ex supradicti abbatis suggestione cognovimus, quia idem clericus, cum inter languorem iam sensu destitutus desperaretur, neque sponte neque scienter monachico habitu est indutus, sed mox in se reversus ipsum habitum adversatus est, et a praedecessore tuo atque a congregatione Augustensis ecclesiae litteris repetitus, beneficium et praebendam eiusdem recepit ecclesiae. Cum igitur ita se causae huius series habeat, tam fratribus nostris, quam nobis visum est, eundem clericum nullo propter haec iustitiae debito compellendum, ut in monasterium revertatur. Tua itaque fraternitas non eum ulterius inquietet. Nuncios quidem tuos post huius adventum quinque dierum induciis sustinuimus, sed cum nullus ad nos veniret, hunc in pace dimisimus. Dat. III. id. Martii." Apogr. ex cod. lat. Monac. 3739 fol. 18 in schedis societatis Mon. Germ. Cf. Gebele Hermann v. Augsb. p. 40 n. 2. — „Latoris praesentium".

**1102.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 3. — 14. Aug. — 4.)*

Ian. 11. Laterani — 5888 (4406) Monasterii Iesu Nazareni (Montis-Aragonensis) possessiones et privilegia confirmat. (Fragmentum.) Aynsa Fundacion de Huesca p. 455.

„ 21. Albani — 5889 (4432) Robertum, Flandrensium comitem, laudat, quod suum „praeceptum in Cameracensi parochia exsecutus sit; idipsum de Leodiensibus excommunicatis pseudoclericis praecipit". Monet, ut „ubique Henricum, haereticorum caput, et eius fautores pro viribus persequatur". (Anno 1102 scriptam esse epistolam hanc, probat De Smedt in Gest. epp. Camerac. p. 62; Jaffé vero l. l., Riant in Archives de l'or. lat. I. 7 not. 14 aliique a. 1103 eam attribuunt.) Udalr. Bab. Cod. ap. Jaffé Bibl. V. 202, Martene et Dur. Vet. script. I. 588, Bouquet Rec. XV. 25, Mansi XX. 986, Migne 163 p. 108. — „Benedictus Dominus".

Febr. 14. Laterani — 5890 (4407) Monasterii S. Ambrosii Mediolanensis privilegia et possessiones confirmat, petente Iohanne abbate. Puricelli Ambros. bas. monum. p. 509, Migne 163 p. 82. — „Quamvis ex universalitate".

„ 14. „ — 5891 (4408) Monasterii S. Petri Coeli-aurei Papiensis, soli sedi Romanae subditi, tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat. Anselmo abbati eiusque successoribus usum dalmaticae, sandaliorum, chirothecarum concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 173; (Regest. ap. Robolini Notizie III. 223). — „Pie postulatio voluntatis".

„ 14. „ — 5892 Monasterii S. Petri Cremonensis, rogatu Guifredi abbatis, bona et privilegia confirmat, imposita fratribus duodecim denariorum Mediolanensium pensione annua. Pflugk-Harttung Acta II. 174. — „Apostolice sedis auctoritate".

„ 25. — 5893 (4409) Monasterii Montis-maioris, petente Guillelmo abbate, privilegia ac possessiones, in his castrum Bilduini, ea lege confirmat, „ut ex hac possessione librae thuris per quinquennium tres, et ex ipso monasterii capite per singulos annos Merguliensis monetae solidi quatuor Lateranensi ecclesiae persolvantur". In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13915 f. 138, (Fragm. ap. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 454). — „Ad hoc nos disponente".

**1102.** *(Ind. 10. – 1. Sept. — 11, pont. a. 3. – 14. Aug. — 4.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 4. | Romae Laterani | 5894 Canonicorum ecclesiae Florentinae possessiones confirmat, Rolando praeposito et Gerardo archipresbytero petentibus. Pflugk-Harttung Acta II. 175. — „Pie postulatio". |
| „ 6. | Laterani | 5895 Monasterium S. Salvatoris Septimianum tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Azone abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 176. — „Apostolice sedis auctoritate". |
| „ 7. | „ | 5896 Monasterii S. Vedasti patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia, petente Roberto, Flandrensium comite, confirmat. Transactionem inter Lambertum, episcopum Atrebatensem, et Aloldum, S. Vedasti abbatem, super altaribus monasterii factam corroborat. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 70. — „Ad hoc nos disponente". |
| „ 9. | „ | 5897 Monasterii Altivillarensis patrocinium suscipit possessionesque et iura, petente Hugone abbate, confirmat. Manceaux Hist. de l'abb. d'Hautvillers I. 377. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 11. | „ | 5898 (4410) Ecclesiae Faesulanae bona, rogante Iohanne episcopo, confirmat. (Pro ind. 12 legenda est ind. 10.) Ughelli It. sacr. III. 237, Lami Eccl. Fl. M. I. 215, Migne 163 p. 84. — „Iustis votis". |
| „ 11. | „ | 5899 Monasterii Vindocinensis, rogatu Goffredi abbatis, protectionem suscipit, ac immunitatem, possessiones, privilegia confirmat, imposito fratribus XII solidorum tributo annuo. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12780. f. 255. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| p.Mart. 12. | Romae | Synodus „transacta media quadragesima" celebrata, in qua „omnis heresis et precipue ea, quae statum praesentis ecclesiae perturbat, quae docet et astruit, anathema contemnendum et ecclesiae ligamenta spernenda esse", anathematizatur et Heinricus imperator „perpetuo anathemati traditur". Ekkehardi Chron. univers. 1102 in MG. SS. VI. 224, cf. Mansi XX. 1147. |
| Mart. 14. | Laterani | 5900 (4411) Commutationem inter Gerentonem, abbatem S. Benigni Divionensis, et Gilbertum, abbatem Cadomensem, factam, possessionesque monasterii Divionensis confirmat. Pérard Recueil p. 205, Migne 163 p. 86. — „Officii nostri nos". |
| „ 15. | „ | 5901 (4412) G(iraldo), archiepiscopo Bracarensi, et Didaco Compostellano et A(defonso) Tudensi episcopis significat, se „multis praesentibus fratribus suis" statuisse, Pelagii matrimonium non esse dirimendum, cum constet, „viduam illam ob timorem raptus religionis sumpsisse velamen". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 90, Migne 163 p. 87. — „Causam Pelagii". |
| „ 21. | Romae | 5902 (4413) Monasterii S. Dionysii privilegia confirmat, petente Ada abbate. (Specimen scripturae ap. Mabillon De re dipl. p. 447), Doublet Hist. de St. Denys p. 474, (Migne 163 p. 88). — „Pia postulatio voluntatis". |
| „ 21. | „ | 5903 Monasterii S. Eugendii Condadiscensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Humberto abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 875 f. 60. — „Si iniusta petentibus". |
| „ 28. | Laterani | 5904 (4434) Petro, archiepiscopo Aquensi, pallii usum concedit, et ecclesiae eius iura confirmat. Pitton Annales d'Aix p. 108: „MCIII. ind. X. p. a. III"; Gall. Chr. I. Instr. p. 66, Migne 163 p. 108, ubi rectius legitur: „MCIV. ind. X. p. a. VI" (corr. III.); cf. infra ep. 5906. — „Apostolicae sedis benignitas". |
| Apr. 3. | „ | „coena domini". Ekkehardi Chron. univ. 1102 in MG. SS. VI. 224. |
| „ 11. | „ | 5905 (4414) Monasterium S. Mariae Rosenfeldense, petente Wernero abbate, tuendum suscipit, privilegiisque ornat, imposito monachis byzantii unius censu annuo. Lappenberg Hamb. Urk. I. 118, Migne 163 p. 88. — „Iustis votis assensum". |
| „ 11. | „ | 5906 Monasterii S. Mariae et S. Iohannis Reinhardsbornensis, rogatu Giselberti abbatis, patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat, iniuncto monachis duorum solidorum censu annuo. (Archetypus praebet: „MCIIII. cf. supra p. 702.) Stumpf Acta Maguntina p. 3. — „Iustis votis assensum". |
| „ 12. | „ | 5907 (4415) Willelmo abbati et universae congregationi Beccensi asserit ecclesias, a Willelmo, Rotomagensi archiepiscopo, et Ivone Carnotensi et Gofrido Parisiensi episcopis „in salarium collatas". (Annus „MCIV." notatur pro „MCII." cf. supra 5906.) Baluzii Misc. III. 9, Mansi XX. 1068, Migne 163 p. 90. Vide infra bullam 5913. — „Apostolicae sedis dignitas". |
| „ 15. | „ | 5908 (4416) Anselmum, archiepiscopum Cantuariensem, ad constantiam hortatur. Nunciat, in synodo Lateranensi nuper celebrata se interdixisse, „ne quis omnino clericus de manu laici ecclesias vel ecclesiastica bona susciperet". Primatum eius confirmat. |

**1102.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 3. — 14. Aug. — 4.)*

Anselmi Epist. L. III. 44, Opp. p. 383, Wilkins Conc. I. 379, (Eadmeri Hist. nov. L. III. p. 61, Mansi XX. 1019, Migne 163 p. 90). — „Non ignoras“.

(Apr.) — 5909 (4417) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, per Baldemum et Alexandrum nuncios consulenti respondet 1) „de manu laici episcopum iam consecratum suscipere non debere ecclesias, si in aliena parochia sint; si vero in sua sint, licere accipiat; abbates vero per episcoporum manus accipere“ debere; 2) „de sacerdotum filiis vel concubinarum“ decreta decessorum suorum servanda esse; 3) de corpore Christi cuique morienti tribuendo; 4) „pro terris ecclesiarum de manu regis ecclesias (alias) suscipere non licere“; 5) non licere clerico, „pro terrenis lucris hominium faciat laico“. Concedit, „ut, cum ecclesiae eius necessitas expetat, sanctorum canonum decretorumque difficultatem temperet“. Ranulfum episcopum, „nisi se septima sui ordinis manu expurgare potuerit“, aut ad sese mittat, aut deiiciat. (Cf. Eadmeri Hist. nov. L. III. p. 61.) Anselmi Epist. L. III. 45, Opp. p. 383, Mansi XX. 1020, Migne 163 p. 91. — „Consulta illa“.

(„) — 5910 (4418) Henrici, regis Anglorum, virtutes laudat. Hortatur, vitet eos, „qui cor regum per episcoporum et abbatum investituras divinae indignationi aptare conentur“. Eadmeri Hist. novor. L. III. p. 61, Rymer Foedera I. 13, Mansi XX. 1060, Migne 163 p. 94. — „Regi regum“.

(„) — 5911 (4419) Osberno episcopo et clericis Exoniensis ecclesiae praecipit, ne diutius monachos S. Martini de Bello sepeliri in eiusdem monasterii coemeterio prohibeant. Eadmeri Hist. nov. L. III. p. 62, Wilkins Conc. I. 378, Mansi XX. 1061, Migne 163 p. 95. — „Et patrum“.

„ 18. Laterani — 5912 (4420) Statuit, ut Robertus episcopus eiusque successores Coventriae, non Licidfeldiae nec Cestriae, sedem habeant; et possessiones ecclesiae Coventriensis confirmat. (In clausula pro: „MCII.“ legitur „MCIV.“ cf. supra 5906.) Baluzii Misc. III. 9, Cocqu. II. 119, Mansi XX. 1069, Migne 163 p. 95. — „Per Petri“.

„ 18. „ — 5913 Willelmo abbati et universae congregationi Beccensi asserit ecclesias quasdam, a Willelmo Rothomagensi, Ivone Carnotensi, et Gaufredo Parisiensi episcopis concessas. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12741 f. 110. Vide supra bullam 5907. — „Apostolicae sedis dignitas“.

„ 19. „ — 5914 (4421) Crescentii, archiepiscopi Salonitani, iura metropolitana confirmat, ac pallium ei concedit. Farlati Ill. sacr. III. 162, Fejér C. D. H. II. 36, Migne 163 p. 96. — „Apostolicae sedis“.

„ 20. Romae in b. Petri porticu — 5915 Monasterii S. Petri de Monte („a Mathilde singulari b. Petri filia in loco Standalmonte constructi“) patrocinium suscipit, bonaque et privilegia, petente Guacelino abbate, confirmat, ea lege, ut „per annos singulos denarius aureus aut in quarto anno byzantius Lateranensi palatio“ persolvatur. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Petri de Monte, scr. a. 1392, ms. lat. 12866 f. 4. — „Religiosis desideriis dignum“.

„ 26. Laterani — 5916 (4422) Monasterii SS. Philippi et Iacobi et S. Walburgae in sacra silva a Friderico et Petro principibus conditi possessiones confirmat, et privilegia instituit. Würdtwein Nova subs. dipl. VI. 274, Migne 163 p. 97, cf. Grandidier Hist. d'Als. II. 188. — „Desiderium, quod ad“.

Mai. 9. „ — 5917 Beringero, Friderico et filio eius Ottoni et Leucardae comitissae (fundatoribus monasterii S. Petri apud Castellum) concedit, ut in alodio suo monasterium b. Petro construant. Monasterii tutelam suscipit, possessiones confirmat, privilegia constituit, ea tamen lege, ut tertio quoque anno tres bizantii aurei Lateranensi palatio solvantur. Moritz Stammreihe der Grafen von Sulzbach (Abh. der bayr. Akad. d. Wiss. I. II.) p. 141: „VII. id. Maii“; Pflugk-Harttung Acta II. 177: „IV. id. Maii“. — „Religionis ordo expostulat“.

„ 17. „ — 5918 Monasterii S. Petri Bellilocensis (dioec. Lemovicensis), secus fluvium Dornoniae (Dordogniae) siti, patrocinium suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Geraldo abbate. Deloche Cart. de Beaulieu p. 8. — „Ad hoc nos disponente“.

„ 17. „ — 5919 Monasterii Aureliacensis tutelam suscipit, ac privilegia, possessiones, libertatem confirmat, petente Petro abbate. Mém. de l'ac. de Clermont-Ferrand XVIII. 394, Mon. pont. Arverniae p. 109, Pflugk-Harttung Acta I. 73. — „Apostolicae sedis auctoritate“.

„ 29. „ — 5920 Monasterium S. Martialis Lemovicense abbati Cluniacensi subiungit; tutelam eius suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Ademaro abbate. (Bulla male descripta)

**1102.** *(Ind. 10. — 1. Sept. — 11, pont. a. 3. — 14. Aug. — 4.)*

Pflugk-Harttung Acta I. 74. (Melius apographum habes in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 86 f. 287.) — „Officii nostri nos“.

Aug. Dec. | Beneventi | Synodus. Annales Benevent. 1102 in MG. SS. III. 183.

Sept. 23. | „ | 5921 (4423) Monasterii Cheminonensis bona confirmat, bulla Alardo praeposito inscripta. Gall. Chr. X. Instr. p. 158, Barthélemy Rec. d. chartes de l'abb. de Cheminon p. 41, Migne 163 p. 99. — „Austri terram inhabitantibus“.

Nov. 11. | „ | 5922 (4424) Ivonem episcopum et capitulum ecclesiae Carnotensis hortatur ad pravas consuetudines abolendas. Theodori Poenitentiale II. 420, Bouquet Rec. XV. 24, Lépinois et Merlet Cart. I. 110, Migne 163 p. 100. — „Audivimus in“.

„ 21. | „ | 5923 (4425) Monasterium b. Martini Vischbacense tuendum suscipit, eiusque bona ac iura, rogatu Henchinruldi abbatis, confirmat, imposito monachis bizantii aurei censu annuo. Mon. Boic. X. 437, Hund III. 306, Migne 163 p. 101. — „Pie postulatio voluntatis“.

„ | „ | 5924 (4426) Monasterii Vizeliacensis, petente Altardo abbate, possessiones iuraque confirmat, imposito monachis argenti librae tributo annuo. Bibl. Cluniac. append. p. 133, Bullar. Cluniac. p. 33, Cocqu. II. 124, Mansi XX. 1028, Quantin Cart. gén. II. 39, Migne 163 p. 102. — „Quia documentis“.

Dec. 2. | „ | 5925 (4427) Abbatiam S. Iohannis Carnotensem tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, petente Alberto abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 307, Migne 163 p. 104. — „Sicut iniustum“.

„ 8. | „ | 5926 (4428) Monasterii S. Martini in monte Pannoniae patrocinium suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. (Imaginem bullae phototypicam praebet) Sickel Mon. graph. III. 5; Mon. Hung. hist. I. XI. 72, (Fejér C. D. H. II. 40). — „Quoniam bonorum operum“.

„ 8. | „ | 5227 (Arnoldo) archiepiscopo Burdigalensi, Petro Pictaviensi et R(amnulfo) Santonensi episcopis mandat, ut de nobilibus quibusdam parochianis, qui fratribus Monasterii-novi Pictaviensis bona quaedam abstulerint, canonicam iustitiam faciant. Archives hist. du Poitou I. 46, Pflugk-Harttung Acta I. 75. — „Ab abbate Novi Monasterii“.

„ 12. | „ | 5928 (4429) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, respondet. Excommunicat episcopos, regis Anglorum legatos a sese reversos, qui mentiti sint, ipsum promisisse, „si rex in aliis bene ageret, se investituras ecclesiarum nec prohibiturum, nec factas excommunicaturum“. „Laicorum enim est“ inquit „ecclesiam tueri, non tradere“. Eadmeri Hist. novor. L. III. p. 65, Wilkins Conc. I. 381, (Anselmi Epist. L. III. 74, Opp. p. 394, Willelmi Malmesb. Gesta reg. Angl. ed. Hardy p. 646, Baluzii Misc. III. 10, Mansi XX. 981, Migne 163 p. 105). — „Suavissimas dilectionis“.

„ 12. | „ | 5929 (4430) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, se cum suis decessoribus de ecclesiarum investitura consentire; additque de sacerdotum et Levitarum filiis. (Iohannis) episcopi Gualensis causam iudicio eius permittit. De muneribus missis gratias agit. Eadmeri Hist. novorum L. III. p. 63, Wilkins Conc. I. 380, Mansi XX. 1061, Migne 163 p. 106. — „Adversus illam“.

„ 12. | „ | 5930 (4431) Gerardo, archiepiscopo Eboracensi, mandat, „ut professionem Anselmo, Cantuariensi archiepiscopo, faciat“. Eadmeri Hist. novor. L. IV. p. 84, Anselmi Epist. L. III. 131, Opp. p. 413, Mansi XX. 1004, Migne 163 p. 107, (Willelm. Malmesb. Gest. pont. Angl. L. III. ap. Savile R. A. SS. p. 155, ed. Hamilton p. 258). — „Quamquam prave“.

„ | „ | 5931 A(lfano), archiepiscopo Salernitano, permittit, ut in parrochiis quibusdam archiepiscopatus sui, ubi propter hominum exiguitatem dignitas episcopalis cessaverit, denuo episcopos instituat, cum multitudo tanta sit, ut „cura pastoralis“ ei sit necessaria. Pflugk-Harttung Acta II. 178, Loewenfeld Epistolae p. 68. — „Quoniam infra“.

5932 Monasterii Lerinensis possessiones confirmat, petente Pontio abbate. (Clausula deest; a. 1102 bulla esse data legitur in Gall. Chr. III. 1197.) Moris et Blanc Cart. de Lérins I. 295. — „Iustis votis assensum“.

†5933 *Petente Petro Hispaniarum rege, Urbani II. bullam supra num. 5562 memoratam confirmat. Neues Archiv VI. 301.

**1102—1103.**

5934 Bernardo, archiepiscopo Toletano, commendat quendam A., excommunicatum in concilio Tolosano, quem petit in proximo concilio Carrionensi clementer audiat.

**1102—1103.**

(„In libro IV domini papae". Mirum sane est, eiusdem tenoris epistolam nomine Gelasii inscriptam legi apud Pflugk-Harttung Acta II. 219.) Neues Archiv VI. 296. — „Lator presentium A."

**1103.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 4. — 14. Aug. — 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 1. | Laterani | 5935 (4433) Monasterii Bursfeldensis possessiones confirmat. Kist en Royaards Archief voor kerkelyke Geschiedenis VI. 272. — „Vestris iustis petitionibus". |
| Apr. 1. | „ | 5937 (4435) Ecclesiae S. Auberti Cameracensi decimam quandam a Gerardo de S. Auberto donatam asserit bulla Adae abbati directa. Miraei Opp. dipl. III. 24, Migne 163 p. 109. — „Ad audientiam". |
| „ 1. | „ | 5938 (4436) Ecclesiae S. Auberti Cameracensis possessiones et privilegia confirmat, petente Ada abbate. Le Glay Glossaire p. 27, Migne 163 p. 110. — „Salvatoris nostri promissa". |
| „ 1. | „ | 5939 Monasterii S. Martini Yprensis possessiones iuraque confirmat, petente Gerardo abbate. Les trois cartul. de St.-Martin à Ypres I. 2. — „Desiderium quod ad". |
| „ 3. | „ | 5940 (4437) Monasterii S. Petri Blandiniensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia, petente Sygero abbate, confirmat. Miraei Opp. dipl. IV. 7, Lokeren St.-Pierre à Gand p. 113, Migne 163 p. 111. — „Piae postulatio voluntatis". |
| Apr. Mai. | („) | 5941 L(andulpho de Vareglate), praeposito S. Ambrosii Mediolanensis, significat, post eius discessum „supervenisse aliqua de perturbatione Mediolanensis ecclesiae et eius concivium". Praecipit, „ut legatis suis, ad sedandum populum et statum patriae componendum, illuc venturis, opem et consilium studeat conferre". (Epistola haec ad ea, quae narrat Landulfus de S. Paulo Hist. Med. c. 12—19 in MG. SS. XX. 25, referenda videtur; fortasse vero anno 1105 ascribenda est, cum Landulfus de Vareglate non modo a. 1103 Romae moratus sit, sed etiam synodo Romanae a. 1105 interfuerit, ut liquet ex Landulfi Hist. Med. c. 20 l. l. p. 28.) Sormanus In causa praeeminentiae p. 119, Pflugk-Harttung Acta II. 179. — „Postquam a nobis". |
| Mai. 1. | „ | 5942 (4438) Ecclesiarum ecclesiae S. Iacobi Compostellanae subiectarum protectionem suscipit, et possessiones confirmat, petente D(idaco) episcopo. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 34, Migne 163 p. 113. — „Sicut iuiusta". |
| „ 1. | „ | 5943 (4439) G(undisalvo), episcopo Minduniensi, praecipit, ut aut archipresbyteratus (duos) iniuste retentos D(idaco) episcopo Compostellano restituat, aut apud (Bernardum) archiepiscopum Toletanum, legatum suum, causam dicat. Hist. Comp. l. l. p. 76, Migne 163 p. 113. Cf. infra ep. 5950. — „Venerabilis fratris". |
| „ 1. | „ | 5944 (4440) D(idaci) episcopi Compostellani erga se studium laudat. De muneribus sibi missis gratias agit. Mandat, ut abbati Ciniensi monasterium restituat; „sanctimonialibus autem, in aliquo loco convenienti positis, victus et omnia necessaria ab eodem abbate dari decernit". Hist. Comp. l. l. p. 92, Migne 163 p. 114. — „Qualem quantamque". |
| „ 22. | „ | 5945 (4441) Monasterii S. Mariae Bantini (dioec. Acherontinae) possessiones et privilegia confirmat, annuo auri unciae tributo monachis imposito. Ughelli It. sacr. VII. 30, Mansi XX. 1056, Migne 163 p. 114. — „Cum universis". |
| „ 24. | „ | 5946 (4460) Ecclesiam Volaterranam, petente Rogerio episcopo, permanere in possessione oppidi S. Geminiani iubet. Ughelli It. sacr. I. 1438, Mansi XX. 1051, Ammirato Vescovi di Fiesole p. 89, Coppi Annali di Sangemin. p. 13, Pflugk-Harttung Acta II. 179, Migne 163 p. 127. — „Paci ac stabilitati" „Paci et stabilitati". |
| Mai. Iun. | | 5947 *Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut Tiberium (familiarem suum) in colligendo S. Petri denario („Romascot") adiuvet. Vide Anselmi ep. L. III. 85. 86, Opp. p. 398, Migne 159 p. 120 sq. |
| Iul. 29. | „ | 5948 Monasterii S. Salvatoris de Monte Thabor patrocinium suscipit ac possessiones confirmat. Giraldo, (abbati simulque) archiepiscopo montis Thabor, eiusque successoribus archiepiscopatum totius Gallileae et Tyberiadis honoremque pallii concedit. Löher Archival. Zeitschr. VIII. 96, Pflugk-Harttung Acta II. 180, (Delaville le Roulx Les arch. de l'ord. de St.-Iean p. 27. Haec est bulla, quae ordini S. Iohannis concessa perperam legitur in Archives des miss. scientif. VI. 1857. p. 5). — „Propheta domini". |

**1103.** (*Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 4. — 14. Aug. — 5.*)

| | | |
|---|---|---|
| Aug. 2. | Laterani | 5949 (4442) Monasterii Marbacensis protectionem suscipit et privilegia confirmat, petente Manegaldo praeposito. Würdtwein Nova subs. dipl. VI. 277, Grandidier Hist. d'Als. II. 189, Migne 163 p. 116. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| Oct. 15. | „ | 5950 (4443) D(idaco) episcopo Compostellano significat, (Gundisalvum) episcopum per nuncios affirmasse, ecclesiam Minduniensem duos archipresbyteratus (cf. supra ep. 5943) „per annos XL, postquam terra illa de manibus Sarracenorum erepta sit, quiete possedisse". Quae si ita sint, de postulatione decedat, aut „ad proximas kal. Octobris" (1. Oct. 1104) una cum Minduniensis episcopi legatis nuncios ad sese mittat. Hist. Comp. l. l. p. 76, Migne 163 p. 117. — „Petentibus ecclesiae". |
| Nov. 5. | „ | 5951 Monasterium S. Severi, a Guillelmo Sancio, Vasconum comite, fundatum et b. Petro oblatum, tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia, Suavii abbatis rogatu, ea lege confirmat, ut monachi solidos V Pictaviensis monetae quotannis Lateranensi palatio persolvant. Du Buisson Hist. mon. S. Severi II. 295. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 7. | „ | 5952 Confirmat sententiam, inter abbates S. Crucis Burdigalensis et S. Severi super ecclesia Solacensi ab Amato Ellorensi et Hugone Diensi, quondam episcopis et apostolicae sedis legatis, promulgatam. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12666 (Monasticon Benedictinum IX.) f. 144ᵇ. |
| „ 10. | „ | 5953 Monasterii S. Petri vivi Senonensis tutelam suscipit ac possessiones (in his cellam Mauriacensem in pago Arvernico sitam) et privilegia confirmat, Arnaldo abbate per Daimbertum archiepiscopum Senonensem petente. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand. XVIII. 397, Mon. pont. Arverniae p. 112. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 11. | „ | 5954 (4444) Monasterium S. Mariae Ferrariense seu Bethleemense tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Atgerio abbate. Gall. Chr. XII. Instr. p. 15, Migne 163 p. 118. — „Piae postulatio". |
| „ 16. | „ | 5955 (4445) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, et eius successoribus veterem ecclesiae Cantuariensis primatum addicit. Eadmeri Hist. nov. L. III. p. 67, Wilkins Conc. I. 377, Mansi XX. 1023, Migne 163 p. 119. — „Fraternitatis tuae". |
| „ 23. | „ | 5956 (4446) Ad Henrici, Anglorum regis, litteras, missas per Wilielmum clericum, respondet. De nato filio (Wilielmo) gratulatur. De investitura postulationi eius non concedit. Hortatur, ut Anselmum, archiepiscopum Cantuariensem, in Angliam revocet. Eadmeri Hist. nov. L. III. p. 67, Willelmi Malmesbir. Gest. reg. Angl. L. V. ed. Hardy II. 644, Rymer Foedera I. 13, Mansi XX. 1000, Migne 163 p. 119. — „In literis". |
| „ 23. | „ | 5957 Monasterii Fiscannensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Guilielmo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 75. — „Apostolicae sedis auctoritate". |
| „ 27. | „ | 5958 (4447) *Monasterii Casalis-Benedicti (vel S. Petri) privilegia confirmat. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 468, (Migne 163 p. 120). Cf. bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 f. 298ᵇ. |

**c. 1103.**

| | | |
|---|---|---|
| Oct. 30. | Laterani | 5959 (4450) Clericis, militibus et ceteris laicis per Gallicanas ecclesias constitutis significat, se interdictum monasterio Vizeliacensi irrogatum a (Norgaudo) episcopo Augustodunensi dissolvisse. D'Achery Spic. II. 505, Bouquet Rec. XV. 26, Mansi XX. 1029, Migne 163 p. 122. — „Audivimus et". |

**1099—1104.**

5960 Parthenonis Romaricensis, petente Gisla abbatissa, tutelam suscipit, possessiones confirmat, privilegia statuit ea conditione, ut sorores „infra trium annorum spatium cum auscolino pallio equum candidum Lateranensi palatio persolvant". Bibl. de l'éc. des ch. VI. sér. V. 640, Guinot L'abbaye de Remiremont p. 396. — „Piae postulatio voluntatis".

**1100—1104.**

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 24. | Laterani | 5961 P(etro), regi Aragonensium, et abbati S. Iohannis Pinnensis mandat, curent, ut decimae de ecclesia in Artaxona, a fratribus Pinnensibus iniuste retentae, canonicis |

**1100—1104.**

S. Saturnini Tolosanis solvantur. P(etro) regi quaedam per Ugonem (de Conchis), fidelem suum, mandat et vult, „ut ita ac si esset scriptum in litteris, ei credat". Pflugk-Harttung Acta I. 77. — „Karissime fili".

5962 (4452) Petro, regi Aragonensium ac Pampilunensium, scribit de ecclesiola, quae Artaxona vocatur, a Petro, episcopo Pampilunensi, canonicis S. Saturnini Tolosanis donata; praeterea mandat, ut monachos S. Iohannis Pinnenses ad decimas memoratis canonicis solvendas compellat. Hist. de Languedoc ed. altera V. 787, (ed. princeps II. Pr. p. 365, Migne 163 p. 123), Pflugk-Harttung Acta I. 76. — „Karissime fili" „Ecclesiam b. Saturnini" „Ecclesiam S. martyris".

Dec. 9. — 5963 B(ernhardo) archiepiscopo Toletano et episcopo Pampilonensi mandat, ut canonicos S. Saturnini ab iniuriis fratrum Pinnensium defendant. Pflugk-Harttung Acta I. 78. — „Ecclesiam b. Saturnini".

**1101—1104.**

Nov. 14. Laterani — 5964 (4453) Bertrannum comitem ab iniuriis in S. Aegidii monasterium dehortatur. Ita addit: „Et si enim, ut dicitur, Iherosolimitanum iter inceperis, nihil animae tuae proderit, quoniam excommunicationis et anathematis vinculo tenearis in Nemausensi concilio promulgato". (Vide supra p. 688.) Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 26, Bouquet Rec. XV. 32, Migne 163 p. 123. — „Quid pater tuus".

**1103—1104.**

Oct. 14. Laterani — 5965 (4454) R(angerio) episcopo et canonicis ecclesiae Lucensis praecipit, ut Ildebrandi canonici, episcopi nunc Rossellani, praebendam, quae contra Leonis IX. praeceptum „in privatos usus cesserit, in usum fratrum communiter viventium conferant". Memorie e doc. IV. II. Append. 122, Mansi XX. 1096, Migne 163 p. 123. — „Sanctae in".

Nov. 19. Romae — 5966 (4344) Petente Pibone, episcopo Tullensi, monachis Calmosiacensibus asserit altare parochialis ecclesiae, a Pibone donatum. Mon. Germ. SS. XII. 332, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 97, Martene Thes. III. 1171, Bouquet XIV. 130, Migne 163 p. 31. „Sicut malum".

**1104.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 5. — 14. Aug. — 6.)*

5967 (4455) Lanuino (Turris priori) significat, se canonicis Miletensibus indicasse, nisi ante octavam paschae proximae (24. Apr.) episcopum elegissent, fore ut ecclesia interdicerentur. Mandat, ut eos pariter ac comitissam et barones ad idem hortetur; et abbatem S. Iuliani ad se purgandum, abbatemque S. Euphemiae ad abdicandum impellat. Tromby Stor. Cart. III. app. 119, Capialbi Mem. d. chiesa Milet. p. 143, Migne 163 p. 124. — „Militensis ecclesiae".

Ian. 27. Laterani — 5968 (4456) Ecclesiae S. Crucis et b. Eulaliae Barcinonensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Raymundo praeposito. Florez España sagr. XXIX. 465, Migne 163 p. 125. — „Iustis votis assensum".

„ 30. „ — 5969 (4457) Monasterii Pegaviensis tutelam suscipit, privilegiaque confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Schöttgen Hist. d. Graf. Wiprecht. C. Prob. p. 4, (MG. SS. XVI. 248). — „Desiderium, quod ad".

Febr. 2. „ — 5970 Ducibus ac principibus ceterisque tam maioribus quam minoribus per Sueviam et Bavariam catholicis scribit, dolere se, quod schismaticorum pravitate Gebhardus Constantiensis et Udalricus Pataviensis episcopi, „Dei apostolorumque vicarii", exulent, ac monasterium Schufhusense evertatur. Auctores persecutionis, Ar(noldum) Constantiensis ecclesiae invasorem eiusque „fautores, immo patronos" Henricum et Ottonem excommunicatos denuntiat. Pflugk-Harttung Acta I. 78, Rueger Chronik v. Schaffhausen p. 267, Quellen z. Schweizer Gesch. III. I. 69. — „Dolemus graviter".

(„) („) — 5971 (4540) G(ebehardo) Constantiensi, O(dalrico) Pataviensi episcopis et ceteris Teutonicarum partium tam clericis quam laicis catholicis scribit, audiisse se, quosdam eorum, ut vitarent excommunicatos, peregre proficiscendi consilium cepisse. Hortatur, domi maneant „et in medio nationis pravae et perversae tamquam luminaria lucere studeant". (Jaffé anno 1106, Giesebrecht III. 1193 et Henking Gebhard v. Constanz p. 64 anno 1101 epistolam tribuunt; equidem vero eodem tempore, quo praecedentem ac subsequentes litteras, eam scriptam esse existimem.) Udalr. Bab. cod. ap.

**1104.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 5. — 14. Aug. — 6.)*

Jaffé Bibl. V. 253, Boso card. ap. Muratori R. It. SS. III. i. 364, Mansi XX. 1002 et 1085, cf. ibid. p. 1211, Migne 163 p. 197. — „Pro religionis".

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 10. | Laterani | 5972 (4448) G(ebhardum) Hirsaugiensem et ceteros catholicos abbates et monachos per Sueviam hortatur, ut mala aequo animo ferant, et G(ebhardum) episcopum Constantiensem colant. Arnoldum, ecclesiae Constantiensis invasorem, excommunicatum nunciat. Neugart C. D. A. II. 40, Wirtemb. Urkundenb. I. 335, Migne 163 p. 121. — „Audivimus charissimi". |
| „ 10. | „ | 5973 (4449) Guelphonem ducem (Bavariae), eiusque fratrem Henricum, et Bertholdum ducem, eiusque nepotem Herimannum (marchionem Badensem), et ceteros Sueviae principes „perverso capiti adhaerentes" ad catholicam ecclesiam revocat. Monet, ut G(ebhardo), episcopo Constantiensi, „summi capitis membro et ecclesiae oculo", obediant. De Arnoldi invasoris excommunicatione significat. Neugart C. D. Al. II. 41, Migne 163 p. 121. — „Licet post satanam". |
| Mart. 5. | „ | 5974 Lambertum, episcopum Atrebatensem ab Urbano II. institutum, et ecclesiae eius possessiones confirmat. In bibl. nat. Paris. Chartular. Atrebat. ms. lat. 17737. s. XIII. f. 55ᵇ. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 23. | „ | 5975 (4458) Compositionem de decimis quibusdam factam inter episcopum Oscitanum et abbatem monasterii Iesu Nazareni (Montis-Aragonensis) confirmat. (Fragmentum.) Aynsa Fundacion de Huesca p. 455, (Migne 163 p. 126). |
| Apr. 25. | „ | 5976 (4459) Lamberto, episcopo Atrebatensi, mandat, ut ante diem apostolorum Petri et Pauli (29. Iunii) una cum (Iohanne) episcopo Tarvanensi iudicet inter (Landfridum S. Wilmari) abbatem et (Heribertum), a comite Boloniensi eadem abbatia privatum. Baluzii Misc. II. 146, Bouquet Rec. XV. 29, Migne 163 p. 127. — „Frater iste". |
| „ 27. | „ | 5977 Monasterii S. Pontiani Lucensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Brunone abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 182. — „Pie postulatio voluntatis". |
| Aug. 22. | Ecclesiam S. Dominici | consecrat „in octava S. Mariae". Annal. Ceccanenses 1104 ind. XII. in MG. SS. XIX. 281. |
| c. Oct. 1. | Romae | 5978 (4461) *G(arsiam), episcopum Burgensem, ire Astoricam iubet, ubi eo praesente „quinque personae ex vetustioribus Minduniensis ecclesiae" iurent, se archipresbyteratus duos, quos ecclesia Compostellana sibi vindicet, „XL annorum spatio inconcusse possedisse". Vide Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 77. |
| Oct. 5. | Laterani | 5979 (4462) Archiepiscopis et episcopis, per Remensem, Senonensem ac Turonensem provincias constitutis, mandat, ut una cum Lamberto, episcopo Atrebatensi, (Philippum) regem Francorum et „feminam illam (Bertradam), si omnem carnalis copulae consuetudinem abiuraverint", ex numero excommunicatorum tollant. D'Achery Spic. III. 439, Bouquet Rec. XV. 29, Mansi XX. 1015, Migne 163 p. 128. — „Significatum nobis". |
| „ 9. | „ | 5980 Isaac abbati et fratribus Loensibus significat, se monasterii bona confirmare. (Clausula vitiosa.) Hollebeke Cart. de S. Pierre de Loo p. 5. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 11. | „ | 5981 (4463) Monasterii S. Mariae Bornhemensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Manasse, episcopo Cameracensi. Duchesne Hist. des maisons de Guines Pr. p. 64, (Miraei Opp. dipl. I. 519, Migne 163 p. 129). — „Devotionis vestrae". |
| „ 24. | „ | 5982 (4463a) Monasterii Gotwicensis possessiones et privilegia confirmat, rogante Hartmanno abbate. (Imaginem bullae arte phototypica expressam praebet) Sickel Mon. graph. V. 6; Fontes Rer. Austriac. II. VIII. 259. — „Austri terram inhabitantibus". |
| „ 25. | „ | 5983 (4464) Monasterii S. Blasii Admontensis possessiones ac iura confirmat, petente Henrico abbate. Pez Th. Anecd. III. iii. 659, Wichner Admont p. 234, Zahn Urk. von Steiermark I. 113, Migne 163 p. 129. — „Austri terram inhabitantibus". |
| „ 28. | „ | 5984 (4465) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones iuraque confirmat, petente Rothone praeposito. Baluzii Misc. IV. 583, Migne 163 p. 131, (Bullar. Later. p. 2). — „Desiderium, quod". |
| „ 29. | „ | 5985 (4466) Monasterii S. Orientii Ausciensis bona confirmat, „et statuit, ut antiqua |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1104.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 5. — 14. Aug. — 6.)* |
| | | cimiterii constitutio quiete perseveret". Bouquet Rec. XIV. 322, Migne 163 p. 132. — „Ad hoc nos". |
| Oct. 31. | Laterani | 5986 (4467) Didaco, episcopo Compostellano, pallii usum tribuit. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 48, Migne 163 p. 132. — „Iacobi apostoli". |
| „ 31. | „ | 5987 (4468) Principibus, militibus ac ceteris laicis per Hispaniam et Gallitiam interdicit, ne „filios vel filias incestis nuptiis copulent". Hist. Comp. l. l. p. 90, Migne 163 p. 134. — „Grave valde". |
| Nov. 7. | „ | 5988 (4469) Monasterii Usenhovensis protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, bulla ad Herchenbaldum abbatem. Mon. Boic. X. 439, Migne 163 p. 134. — „Austri terram inhabitantibus". |
| „ 8. | „ | 5989 Monasterii Aquicinctensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Lamberto, episcopo Atrebatensi, et Gelduino, monasterii abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 79. — „Religiosis desideriis". |
| „ 10. | „ | 5990 (4470) Ecclesiae S. Mariae et S. Amati Duacensis possessiones et privilegia, petente Lamberto, Atrebatensi episcopo, confirmat. Miraei Opp. dipl. II. 1361, Pflugk-Harttung Acta I. 81, Migne 163 p. 136. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 23. | „ | 5991 Monasterii S. Vindiciani (Montis S. Eligii) possessiones confirmat et privilegia statuit, petente Iohanne abbate. (Legitur tantum francogallice reddita). Cardevacque L'abbaye du Mont-Saint-Eloi p. 188. — „Le désir qui" („Desiderium quod"). |
| | | 5992 (4471) Lanuino significat, gaudere se de Hugone electo (episcopo Miletensi?) et abbate S. Iuliani expulso. Mandat, ut novum abbatem eligendum curet. Fratres eius, „eremi cohabitatores", salutat. Tromby Stor. Cart. III. append. 119, Capialbi Mem. d. chiesa Milet. p. 144, Migne 163 p. 137. — „De fratris Hugonis". |
| | | 5993 Lanuino iterum scribit de novo S. Iuliani abbate eligendo. Addit haec: „Messanensis episcopi causa, cum ipse ad nos venerit, canonico fine claudetur". Tromby Stor. Cart. III. append. 120, Pflugk-Harttung Acta II. 203. — „Quae pro monasterio". |
| | | 5994 (4472) *Ascero, archiepiscopo Lundensi, Sueciae primati, pallium mittit. Vide Chron. ep. Lund. ap. Langebek SS. R. Dan. VI. 623. Cf. Rydberg Sverges Trakt. I. 64. |
| | | **1100—1105.** |
| Mart. 29. | Laterani | 5995 (4473) Manassi, archiepiscopo Remensi, scribit de abbate S. Medardi per militem inimicum simoniae accusato. Baluzii Misc. II. 149, Migne 163 p. 138. — „Significaverat nobis". |
| Apr. 15. | | 5996 (4474) Stephano abbati et monachis S. Aegidii scribit, Bertrannum comitem et eius milites, nisi iniuriis afficere monasterium desinant, excommunicatum iri. Ménard Hist. de Nismes I. Pr. 26, Bouquet Rec. XV. 30, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 38, Migne 163 p. 239. — „Bonum, quod de". |
| Oct. 31. | | 5997 (4475) Monachis et ceteris fidelibus S. Aegidii interdicit, „ne quis altaris oblationes rapere aut invito abbate distrahere, vel fraudare praesumat". Ménard Hist. de Nismes I. Pr. p. 26, Bouquet Rec. XV. 32, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 39, Migne 163 p. 139. — „Quia magnae res". |
| | | **1104—1105.** |
| Febr. 27. | Terracinae | 5998 (4478) Eustachium comitem monet, ut Lambertum episcopum Atrebatensem manere in possessione altarium quorumdam sinat. Baluzii Misc. II. 148, Bouquet Rec. XV. 28, Migne 163 p. 140. — „Quae bonis". |
| „ 28. | „ | 5999 (4479) Manassi, archiepiscopo Remensi, mandat, cogat Guarinfridum archipresbyterum, ut ecclesias decem (Lamberto) episcopo Atrebatensi restituat. Baluzii Misc. II. 148, Migne 163 p. 141. — „Super Guarinfrido". |
| Dec. 5. | Laterani | 6000 (4480) Lamberto, episcopo Atrebatensi, significat de clericis quibusdam excommunicatione solutis. Algisum et Robertum diaconos, qui „uxores hactenus habitas abdicaverint", et Hugonem Balduini filium, et Robertum commendat. Baluzii Misc. II. 149, Migne 163 p. 141. — „Nonnulli ecclesiae". |
| | | 6001 (4481) B(ernardum, archiepiscopum Toletanum) apostolicae sedis legatum, D(idacum) Compostellanum, D.(?) Minduniensem, P(etrum) Lucensem episcopos reprehendit, quod Nunonem abbatem Ciniensem, ex episcoporum sententia restitutum, a P. comite Froylaz expelli passi sint. Praecipit, cogant comitem, ut monasterium abbati restituat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 91, Migne 163 p. 142. — „Abbatem Ciniensi". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1105.** *(Ind. 13, pont. a. 6. — 14. Aug. — 7.)* |
| | | 6002 (4482) *Ecclesiae Affligemensis immunitatem corroborat. Vide Sigeberti auct. Affl. 1105 in MG. SS. VI. 400. |
| | | 6003 (4492) Roberto, comiti de Mellento, iram Dei minatur, si pergat Anglorum regi persuadere, ut „in causa investiturarum Romanae ecclesiae repugnet". Addit haec: „Obedienti tibi peccatorum veniam et domini gratiam obtulimus". Anselmi arch. Cant. epist. L. IV. 62, Opp. p. 443, Migne 163 p. 154. (Cf. eiusdem epist. L. III. 110 et IV. 73.) — „Nos te in". |
| Ian. 1. | Laterani | 6004 (4483) Monasterii SS. Petri et Pauli Besuensis possessiones et privilegia confirmat, petente Stephano abbate. D'Achery Spicil. II. 443, Analecta Divion. p. 419, Mansi XX. 1033, Cocqu. II. 125, Migne 163 p. 142. — „Religiosis desideriis". |
| „ 1. | „ | 6005 Monasterium Divionense tuendum suscipit, eiusque privilegia et possessiones confirmat, petente Gerentone abbate. (Bulla non est a suspicione remota.) Pflugk-Harttung I. 83. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| Febr. 6. | „ | 6006 Monasterii Gorziensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Warnero abbate. Hist. de Metz III. Preuves p. 104, Pflugk-Harttung Acta I. 84. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 6. | „ | 6007 (4476) Gislae, abbatissae Romaricensi, suadet, ut a canonicis Calmosiacensibus pro parochialis ecclesiae S. Mariae parte concambium accipiat. De loco monasterii Calmosiacensis statuit, „ut si monachi monstraverint, monasterii fundationem iuste factam et sine legitima Romaricensium calumnia decennio permansisse, datorem quoque loci vel eius praedecessores fundum ipsum per annos 30 sine legali calumnia possedisse constiterit, nec quid imminutum de quadragenarii spatio videatur, nullam de cetero molestiam patiantur". MG. SS. XII. 333, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 99, Martene Thes. III. 1173, Bouquet Rec. XV. 131, Migne 163 p. 139. — „Causam quae". |
| c. Febr. | | 6008 (4484) *Heinricum regem de „Saxonia Romanae ecclesiae communioni reconcilianda" hortatur. Vide Ekkehardi Chron. univ. 1105 in MG. SS. VI. 227. |
| Mart. | Romae | Concilium, in quo Henrici, Angliae regis, consiliarii, „qui ad investiturae flagitium illum impellant, et ii, qui ab eo investiti sint", ac (Robertus) comes de Mellento eiusque socii excommunicantur. Vide Paschalis ep. in Eadmeri Hist. novor. L. IV. p. 70, et ep. ad Gerardum Eboracensem, Anselmi Epist. L. IV. 38 in Opp. p. 436 (infra 6028. 6029). Cf. Mansi XX. 1183. |
| „ | Laterani | Ad idem concilium pertinent ea, quae narrat Paschalis in ep. ap. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 9: „In Lateranensi ecclesia Daiberti (patriarchae Hierosolymitani) satisfactione suscepta, suo eum officio et Ierosolimitanae sedi restituimus synodali iudicio; Evremarum vero a Ierosolimatana sede removimus, episcopi nimirum officio reservato, quia in locum vacuum successisse legati nostri videtur assensu; Evremaro tamen id indulgentiae reservatum est, ut si ab aliqua vacante vocaretur ecclesia, vel post Dayberti obitum a Ierosolimitana requireretur ecclesia, episcopale illuc officium exerceret". |
| | | In eodem concilio Grossulanus archiepiscopus Mediolanensis, praestito iuramento, sese Liprandum presbyterum ad ignis iudicium non coëgisse, restituitur. Vide Landulphi de S. Paulo Hist. Med. c. 20, in MG. SS. XX. 28. |
| „ | | 6009 (4485) *Daimbertum expulsum patriarcham Hierosolymitanum restitui iubet. De his litteris v. Wilh. Tyr. L. XI. c. 4. |
| „ 17. | Laterani | 6010 (4486) Monasterii Casinensis possessiones ac privilegia confirmat, bulla ad Oderisium abbatem. Gattula Hist. Cas. p. 331, Cocqu. II. 126, Migne 163 p. 144. — — „In monasticae" „In monastica". |
| „ 18. | „ | 6011 (4487) Monasterii S. Petri Caeli-aurei Papiensis, uni sedi Romanae subiecti, tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Anselmo abbati eiusque successoribus usum dalmaticae, mitrae, sandaliorum, chirothecarum, tintinnabuli in itinere concedit. Pennotti Ord. cleric. canonic. hist. ed. Rom. p. 202, ed. Col. p. 204, Pflugk-Harttung Acta II. 183. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 20. | „ | 6012 (4488) Monasterii S. Benedicti Padilironensis, rogatu Alberici abbatis, protectionem suscipit, ac possessiones et privilegia confirmat, imposito monachis duarum auri unciarum tributo annuo. (Huius bullae autographum in tab. reg. Mediolan. asservari, docet Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 653; corrigenda igitur est nota |

**1105.** *(Ind. 13, pont. a. 6. — 14. Aug. — 7.)*

ap. Pflugk-Harttung l. l. p. 185.) Bacchini Dell' ist. di S. Bened., Racc. p. 57, Cocqu. II. 128, Pflugk-Harttung Acta II. 184, Migne 163 p. 148. — „Iustis votis".

Mart. 22. Laterani 6013 (4489) Guidoni, episcopo Papiensi, eiusque successoribus pallii et equi albi atque crucis praeferendae usum et alia privilegia asserit. Ughelli It. sacr. I. 1090, Capsoni Origine p. 53, Mansi XX. 1049, Cocqu. II. 129, Migne 163 p. 151. — „Sicut iniusta".

„ 23. „ 6014 (4490) Monasterii Camaldulensis possessiones et privilegia confirmat, petente Martino abbate. Mittarelli Ann. Cam. III. append. p. 191, Migne 163 p. 152. — „Ad hoc nos".

„ 24. „ 6015 Monasterii S. Theofredi possessiones confirmat, petente Willelmo abbate. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Monestier-en-Velay ms. lat. 5456 A. fol. 11. (Clausula, in qua pro: „Dat. p. m. Aquilei ag. vic. canc." legendum est: „D. p. m. Equitii" cet., praebetur in eiusdem bibliothecae ms. lat. 12765. f. 54.) — „Sicut iniusta poscentibus".

„ 25. „ 6016 (4495) Pontii, episcopi Aniciensis, privilegia confirmat. (Pro „8. Apr." legendum „8. kal. Apr." esse, liquet ex Catal. des archives de Ioursanvalt II. 48. n. 2399.) Chenu Archiep. et ep. Gall. p. 407, Migne 163 p. 155. — „Inter ceteras Francorum".

Apr. 5. „ 6017 (4494) Monasterii Altorfensis possessiones et privilegia confirmat, imposito monachis bizantei unius censu annuo. Bulla Gualichioni abbati inscripta est. Wirtemb. Urkundenb. I. 336. — „Austri terram inhabitantibus".

„ 5. „ 6018 Monasterii Burburgensis possessiones confirmat, petente Clementia, comitissa Flandrensi. In bibl. nat. Paris. Chartul. Broburg. ms. lat. 9921 second livre f. 1 et 24b, ms. lat. 9126 f. 192 et 194b. (Huius bullae fragmentum est ap. Malbrancq De Morinis III. 113 teste Wauters Table chronol. II. 26.) — „Religiosis desideriis dignum".

„ 6. „ 6019 (4496) Clericis Parisiensibus episcopum (Galonem) redeuntem Roma commendat; cui se permisisse ait, ut, qui episcopi de bonis ecclesiae Parisiensis ius ei reddere noluissent, eos excommunicaret, utque, de monasterio S. Eligii quid fieret, constitueret. Vetat, ne „maiores praebendarii a minoribus hominia suscipiant". (Cf. Eadmeri Hist. novor. L. IV. p. 70). Baluzii Misc. III. 11, Bouquet Rec. XV. 28, Collection des cartulaires IV. 224, Mansi XX. 1044, Migne 163 p. 157. — „Et nobis".

(„) („) 6020 (4497) Daimberto, archiepiscopo Senonensi, commendat episcopum Parisiensem (Galonem) a sese consecratum. D'Achery Spic. III. 446, Bouquet Rec. XV. 27, Mansi XX. 1013, Migne 163 p. 158. — „Venit ad nos".

„ 8. „ 6021 (4498) Ecclesiam b. Mariae Brugensem privilegiis donat, ea lege, ut quotannis solidi quinque persolvantur. Miraei Opp. dipl. II. 957, Gall. Chr. V. Instr. p. 354, Migne 163 p. 158. — „Officii nottri".

„ 8. „ 6022 Albaldo praeposito Formoselensi, significat, se ecclesiae eius possessiones confirmare. Rec. de chroniques cet. de la Flandre occident., Chronic. Vormeselense p. 25. — „Quecumque bona".

„ 8. „ 6023 (4499) Ecclesiae Ferrariensis possessiones iuraque, petente Landulpho episcopo, confirmat. Difesa seconda del dominio temp. della sede apost. sopra la città di Commacchio p. 328, (Cocqu. II. 131, Cappelletti Chiese d'It. IV. 53, Migne 163 p. 159), ubi notae chronologicae corrigendae sunt ex Pflugk-Harttung Iter p. 53. — „Officii nostri".

„ 9. „ 6024 Ecclesiae Lapurdensis possessiones et iura confirmat, petente Bernardo episcopo. Balasque La ville de Bayonne I. 399. — „Sicut iniusta poscentibus".

„ 10. „ 6025 Canonicorum ecclesiae S. Stephani Cadurcensis disciplinam et possessiones confirmat. Crucei Ser. Cadur. hist. p. 66. — „Religiosis desideriis dignum".

„ 10. „ 6026 (4757) Iohanni, episcopo Castellano, eiusque canonicis significat, „dispositionem canonicae eorum Rothoni priori S. Frigdiani Lucensis commissam esse". Mem. eccles. di Città di Cast. II. 41, (Baluzii Misc. IV. 584, Migne 163 p. 368). — „Dispositionem canonicae".

„ 11. „ 6027 (4500) Bernardo archiepiscopo Toletano, apostolicae sedis vicario, et Didaco, episcopo Compostellano, significat, post superiores litteras datas (vide supra ep. 6001) P. comitem (Froylaz) advenisse, sibique demonstrasse, monasterium Ciniense ab initio sanctimonialibus destinatum fuisse, nec tam opulentum esse, cuius facultatibus duae congregationes sustententur. Itaque monasterium reddi sanctimonialibus iubet. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 91, Migne 163 p. 161. — „Postquam de".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1105.** *(Ind. 13, pont. a. 6. — 14. Aug. — 7.)* |
| Apr. 12? | Laterani | 6028 (4491) Anselmi, archiepiscopi Cantuariensis, exsilium commiseratur. De consiliariis regis excommunicatis „in concilio nuper habito" significat. Haec addit: „Regis vero sententia ea ex causa dilata est, quia suos ad nos nuncios in praeteritae paschae tempore debuit destinare". (Pro „VII. kal. Apr." corrigatur „II. Id. Apr.", volunt Klemm Der engl. Investiturstr., dissert. Lips. 1880, p. 58 et Schmitz Der engl. Investiturstr. p. 77.) Eadmeri Hist. novor. L. IV. p. 70, Wilkins Conc. I. 380, Mansi XX. 1062, Migne 163 p. 154. (In f. 142 cod. Vatic. 1344 quem describit Pflugk-Harttung Iter p. 118 legitur fragmentum, quod exstat in Radulfi de Diceto Abbrev. Chron. ed. Stubbs I. 228.) — „De illata tibi". |
| („) | („) | 6029 (4493) Gerardum, archiepiscopum Eboracensem, reprehendit, quod neque Anselmum, archiepiscopum Cantuariensem, „adiuvare iuraverit, neque iniquitati regiae obviaverit". Regis consiliarios scribit in concilio „praeterita quadragesima" excommunicatos esse. Quam sententiam vulgari iubet. Anselmi Arch. Cant. epist. L. IV. 38, Opp. p. 436, Radulf. de Diceto Abbrev. chronic. ap. Twysden H. A. SS. I. 497, in Opp. hist. ed. Stubbs I. 229, Migne 163 p. 155. — „Sedis apostolicae". |
| „ 15. | „ | 6030 Henrico, abbati Montis S. Quintini, privilegium dat. Neues Archiv VII. 87. — „Piae postulatio". |
| „ 20. | „ | 6031 Ecclesiae S. Stephani Lemovicensis tutelam suscipit, canonicorumque possessiones et privilegia confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 85. — „Iustis votis assensum". |
| „ 24. | „ | 6032 Monasterio Anianensi privilegia quaedam asserit, bonaque eius confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 19 f. 153. — „In omnibus gravaminibus". |
| „ 24. | „ | 6033 (4501) Monasterii Tornutiensis possessiones ac iura confirmat, petente Petro abbate. (Fragmentum.) Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVIII. 400, Mon. pont. Arverniae p. 115, (Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 404, Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 147, Migne 163 p. 161). — „Iustis votis assensum". |
| „ 25. | „ | 6034 (4502) Parthenonis Fontis-Ebraldi protectionem suscipit, et possessiones confirmat, petente Petro, episcopo Pictaviensi. Gall. Christ. ed. 1. T. IV. 410, Niquet Hist. de Font-Evraud p. 63, Migne 163 p. 164. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 27. | „ | 6035 G(uidonem) episcopum Papiensem miratur „ad caritatis negotia cum furore prorupisse et ecclesiae causas in tumultum populi agitasse". Hortatur, ne in monasteriis S. Salvatoris et S. Petri Coeli-aurei electionem, consecrationem seu discussionem sibi vindicet, cum illa ad „monachorum consensum", hac ad Romanum pontificem pertineant. (Vide ep. 6080.) Pflugk-Harttung Acta II. 193. — „Nos quidem Papiensium". |
| „ 30. | „ | 6036 (4503) Monasterii S. Michaelis (dioec. Virdunensis) protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Odelrico abbate. De l'Isle Hist. de St. Mihiel p. 453, Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 521, Migne 163 p. 165. — „Passionum suarum". |
| Iun. 24. | „ | 6037 Clero populoque Papiensi significat, G(uidonem) episcopum in monasteriis S. Salvatoris et S. Petri Coeli-aurei nihil iuris habere, quod perversa apostolici privilegii interpretatione sibi vendicaverit. Damna monasterio S. Petri illata reparari iubet. (Vide epp. 6035 et 6080.) Pflugk-Harttung Acta II. 194, (Robolini Notizie III. 224. 226). — „Inter beati Siri". |
| Sept. 8. | Ap. civitatem Castellanam | 6038 Canonicorum S. Donati Aretinorum bona confirmat, petente Henrico praeposito. Pflugk-Harttung Acta II. 186. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 30. | „ | 6039 (4504) Ecclesiae Ovetensis libertatem ac possessiones, petente Pelagio episcopo, confirmat. Risco Esp. sagr. XXXVIII. 340, Migne 163 p. 168, ubi pro „1102" leg. est „1105", cf. Neues Archiv VI. 305. — „Ad sedem". |
| Oct. 5. | „ | 6040 Guillelmo, abbati S. Florentii Salmuriensis, eiusque fratribus asserit ecclesiam S. Gundulfi, a Richardo, episcopo Albanensi, monachis Virsionensibus abiudicatam. Marchegay Cart. de St.-Gondon sur Loire p. 32. — „Virsionensis abbatis querela". |
| „ 11. | Ferentini | 6041 (4505) Waloni, episcopo Bellovacensi, mandat, ut excommunicationem in concilio Remensi a legato suo, Celestino (Conrado?) episcopo Praenestino, prolatam contra Hugonem de Buri, observet, donec Hubertuisin terra monasterio S. Bertini Sithiensi restituatur. Collection des Cartulaires III. 251, Migne 163 p. 169. — „Iustitiam a te". |
| „ 24. | Laterani | 6042 (4506) D(idaco), episcopo Compostellano, concedit, „ut in solemnibus diebus maiores ecclesiae eius personae intra ecclesiam mitris gemmatis capita contegant, in speciem videlicet presbyterorum seu diaconorum sedis apostolicae cardinalium". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 93, Migne 163 p. 170. — „Petitionem vestram". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1105.** *(Ind. 13, pont. a. 6. — 14. Aug. — 7.)* |
| Oct. 25. | Laterani | 6043 (4507) G(undisalvo), episcopo Minduniensi, significat, ex (Garsiae) Burgensis et Petri Lucensis et Alfonsi Tudensis litteris se cognovisse, archipresbyteratus Bisancos, Transancos, Salagia iuris esse ecclesiae Compostellanae. Quos ne amplius vindicet, praecipit. Hist. Comp. l. l. p. 78, Migne 163 p. 170. — „Sicut ex“. |
| „ 25. | „ | 6044 Monasterii Burguliensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Baldrico abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 17127 f. 179, Coll. Baluze 38 f. 160, (Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV. 133). — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 27. | „ | 6045 (4477) Gislae, abbatissae Romaricensi, praecipit, ut ab iniuriis in monachos Calmosiacenses desistat. MG. SS. XII. 334, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 100, Martene Thes. III. 1175, Bouquet Rec. XV. 131, Migne 163 p. 140. — „Quia pax“. |
| „ 28. | „ | 6046 Monasterii Cluniacensis privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Ex chartul. Cluniac. fol. 57$^b$ ms. lat. 5458 bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Sancti spiritus per“. |
| „ 31. | „ | 6047 (4508) Monasterii Tutelensis bona et privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Baluzii Hist. Tutel. p. 449, Migne 163 p. 171. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| Nov. 2. | „ | 6048 (4509) Monasterii S. Georgii in nigra silva tutelam suscipit et bona iuraque confirmat, petente Dickero abbate. Schoepflin Als. dipl. I. 185, Migne 163 p. 172. — „Religiosis desideriis“. |
| 7. | „ | 6049 (4510) Monasterii S. Mariae Tolosani possessiones, in his maxime coemeterium, confirmat litteris ad Hugonem, abbatem Cluniacensem. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 13, Migne 163 p. 173. — „Praedecessoris nostri“. |
| 11. | „ | 6050 (4511) Rothardo, archiepiscopo Moguntino, scribit de diutino sacerdotii regnique dissidio, ex investitura coorto; „super hoc negotio nova se oportere solicitudine concitari, cum novi regni oportunitatem divina dispositio providerit“. Affirmat, se „regibus, quae iuris eorum sint, integra servare optare, dummodo ipsi ecclesiae libertatem integram patiantur; sic agentes“ inquit „nostrum auxilium, nostrum consilium, concordiam nostram, nostram dulcedinem obtinebunt“. De clericis, tempore schismatis ordinatis, decreta concilii Placentini servari vult, de episcopis vero iudicari in concilio, aut a legatis suis in Germania, aut a sese in Italia celebrando; „in quo se de sacerdotii ac regni scandalo propulsando, pace stabilienda tractaturum“. Schismaticorum ecclesias iubet iterum consecrari. Jaffé Bibl. III. 379, In Picardi notis ad Anselmi arch. Cant. epist., Opp. p. 573, Mansi XX. 1027, Migne 163 p. 174. — „Sacerdotii ac regni“. |
| | „ | 6051 (4512) Ecclesiae S. Walburgis Furnensis possessiones quasdam, rogatu Gertrudis Flandriae comitissae, confirmat. (Signa chronologica sunt corrupta.) Miraei Opp. dipl. III. 24, Migne 163 p. 175. — „Cum a personis“. |
| „ | Ad insulam Licaoniam | in ecclesiam S. Iohannis se confert, cognita coniuratione de eligendo Maginulfo antipapa. Annales Romani in MG. SS. V. 477. Cf. infra Maginulfi regesta. |
| „ 14. | ap. b. Petri porticum | 6052 (4513) Dioecesis Pistoriensis fines, ecclesiaeque possessiones, petente Ildiprando episcopo, confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. p. 225, Migne 163 p. 176. — „Sicut iniusta“. |
| „ 17. | basilicam b. Petri | dedicat. Vide infra ep. 6054. |
| „ 18. | ap. b. Petri porticum | 6053 (4514) Ecclesiam S. Nicolai Barensem tuendam suscipit, eiusque possessiones confirmat, a Rogerio, „per beati Petri et nostram gratiam“ Apuliae, Calabriae, Siciliae duce, et eius fratre Boemundo, „nunc Antiocheno principe“, concessas. Ughelli It. sacr. VII. 616, Mansi XX. 1057, Migne 163 p. 178. — „Praedecessoris nostri“. |
| „ 19. | intra Urbem | redit. Vide infra ep. 6054. |
| „ 26. | Lateranis | 6054 (4515) Episcopis, abbatibus, principibus, militibus et omnibus fidelibus per universas Gallias significat: „venisse quendam Wernerium, regni Teutonici famulum, in Romanae urbis vicina, evocantibus eum quibusdam perfidae mentis hominibus; talibus sociis presbyterum quendam, Romanae urbis advenam, se coniunxisse; hanc personam egregiam, nigromanticis praestigiis plenam, cum fideles sui (i. e. Paschalis) occasione treugae Dei ab armis omnino desisterent, illos in Lateranensem ecclesiam induxisse et congregatis Wibertinae faecis reliquiis ei episcopi nomen pernitiosissime illevisse“ (18. Nov. vide infra Maginulfi regesta). „Nos vero“ inquit „tunc temporis propter apostolicae basilicae dedicationem, quam die proximo (i. e. antecedenti die 17. Nov.) in conventu celeberrimo per Dei gratiam peregeramus, adhuc in b. Petri porticu |

**1105.** *(Ind. 13, pont. a. 6. — 14. Aug. — 7.)*

morabamur; cum vero intra urbem die altero (19. Nov.) rediissemus, monstrum illud turpiter ex urbe profugiens quo transierit ignoramus: nos vero intra urbem honeste tuteque persistimus et in hac turba neminem nostrae societatis amisimus". (In clausula pro „VI. kal. Oct." sine dubio legendum est: „VI. kal. Dec.". In priore Regestorum editione et in Bibliotheca l. l. Phil. Jaffé basilicae dedicationem ad diem dominicum 19. Nov. papaeque reditum ad d. 20. Nov. revocaverat; a quo recessit Franz Paschalis II., dissert. Vratislav. 1877 p. 31, Maginulfi electionem in d. 17, basilicae dedicationem („festum dedicationis basil. SS. Petri et Pauli") in d. 18., Paschalis reditum in d. 19. Nov. incidisse arbitratus; rectius vero harum rerum chronologiam constituisse videtur Giesebrecht G. d. d. K. III. 1188, quem equidem sequi non dubitavi.) Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 235, Bouquet Rec. XV. 31, Watterich II. 30, Mansi XX. 1085, Migne 163 p. 179. — „Fraternitatem vestram".

Dec. 27. †6055 (ccccvi) Ecclesiae S. Salvatoris Lateranensis paroeciam confirmat. („Dat. Laterani p. m. Iohannis S. R. E. diac. card. ac bibliothecarii". Bullam omnino fide indignam esse, affatim docent cardinalium, qui subscripserunt, nomina.) Cocqu. II. 134, Pflugk-Harttung Acta II. 186, Migne 163 p. 445. (Haec est bulla, cuius mentionem feci in Neues Archiv VI. 592 not.) — „Quanto Lateranensis".

„ 31. Laterani 6056 Ecclesiae Vesontionensis possessiones confirmat, Pontioque archiepiscopo pallium concedit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 866. f. 459. — „Charitatis donum" (an „bonum"?).

6057 Gebhardo, episcopo Constantiensi, nuntiat, sese (Ruthardo) archiepiscopo Moguntino iam ab Urbano II. restituto, „accepto pro infamia eius competentium personarum iuramento plenitudinem officii episcopalis indulsisse". Ioannis Rer. Mog. SS. I. 529. — „Novit fraternitas tua".

6058 *Ecclesiae S. Mariae Legionensis possessiones et privilegia confirmat. Neues Archiv VI. 302.

6059 *Heinrico, archiepiscopo Magdeburgensi, pallium dat. Vide Gesta archiep. Magdeb. c. 23 in MG. SS. XIV. 409.

†6060 (4516) Ottoni, electo Bambergensi, concedit, ut quam primum ad sese veniat. Herbordi Dial. in MG. SS. XII. 754, XX. 767, Jaffé Bibl. V. 834, (Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 55, Mansi XX. 1044, Migne 163 p. 180). — „Filius sapiens".

**1105?**

(Romae) 6061 *Monachis S. Martini Tornacensibus privilegium (per Anselmum et Radulfum archidiaconos Cameracenses) mittit, ut „omnes qui apud eos sepeliri voluerint, nisi excommunicati sint, libere et absque ulla contradictione sepeliant". (Vide infra ep. 6189.) Herimanni Lib. de restaur. S. Martini Torn. c. 87 in MG. SS. XIV. 316.

6062 (4517) Episcopo Bellovacensi praecipit, ut ecclesiam S. Quintini a clericorum Bellovacensium iniuriis vindicet, disponique ab Ivone Carnotensi et G(alone) Parisiensi episcopis patiatur. Gall. Chr. X. Instr. p. 240, Louvet Hist. de Beauv. p. 474, Bouquet Rec. XV. 32, Migne 163 p. 180. — „Sacerdotalis officii".

6063 (4518) A(damo) abbati monachisque S. Dionysii interdicit, ne „praeter Galonis, episcopi Parisiensis, licentiam pro sacramentis suscipiendis alios adeant antistites". Duchesne H. Fr. SS. IV. 763, Bouquet Rec. XV. 36, S. Anselmi Opp. p. 573, Migne 163 p. 180. — „Ex confratris nostri".

6064 (4519) Ecclesiae Lingonensis possessiones, petente Roberto episcopo, confirmat. Gall. Chr. IV. Instr. p. 153, Migne 163 p. 181, (Fyot Hist. de St. Estienne de Dijon Pr. p. 43). — „Iustis votis assensum".

6065 *Hugoni, archiepiscopo Lugdunensi, scribit de absolvendo Richero, episcopo Virdunensi. Laurentii Gesta epp. Virdun. in MG. SS. X. 499.

**c. 1105.**

6066 Suavio, abbati S. Severi (in Wasconia), cum fratribus S. Crucis Burdigalensibus de ecclesia Solacensi litiganti (cf. supra ep. 5952) ita scribit: „Si litteras patris nostri Alexandri (II.) et Gregorii VII. quas iactas te habere, poteris habere sigillatas, mitte mihi eas; quibus visis te et abbatem S. Crucis invitabo, ut termino constituto revertamini ad iudicium". (Fragm.) Vide Suavii litt. ap. Mabillon Ann. Ben. V. 676, cf. ibid. p. 510, Migne 163 p. 461. — „Si litteras".

**1106.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 7. — 14. Aug. — 8.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 6. | Laterani | 6067 (4521) Monasterium SS. Petri et Pauli Carnotense tuendum suscipit et eius bona confirmat, petente Guillelmo abbate. Lépinois et Merlet Cart. I. 113, Gall. Chr. VIII. Instr, p. 311, Collection des Cartulaires II. 257, Migne 163 p. 183. — „Piae postulatio". |
| „ 30. | ap. oppidum Nymphae | 6068 Ecclesiae S. Gengulfi Tullensis privilegia et possessiones confirmat, petente Pibone episcopo Tullensi. Cartul. de S. Gengoul de Toul, saec. XIV., LL. 986. fol. 7 in tab. nat. Paris. — „Auctoritate sedis apostolicae". |
| „ 31. | | 6069 Piboni, episcopo Tullensi, et eius canonicis secundum sententiam a Richardo episcopo Albanensi in concilio datam asserit archidiaconatum Blesiensem, a clericis Trecensibus affectatum. Benoit Hist. de Toul p. CXXIV, Acta SS. Oct. XII. 227, Lalore Collection IV. p. X. — „Pro archidiaconatu". |
| („) | | 6070 (4659) *Heinrico regi gratulatur, quod „patris nequitiam abhorreat". Affirmat, si „plena mentis devotione sibi suisque legitimis successoribus obedientiam exhibeat, quam sive reges sive imperatores catholicis suis praedecessoribus exhibuerint, se profecto eum ut catholicum imperatorem habiturum esse; neque solum in partes illas (sc. ultramontanas) venire, sed extremis quoque periculis personam suam exponere se paratum esse". Nuncios ad se mitti vult. Vide Petri Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 779, ubi perperam epistola ad a. 1111 refertur. Cf. Giesebrecht III. 1189, Henking Gebhard III. v. Constanz p. 91. |
| Febr. | Gaetae | ecclesiam S. Erasmi consecrat. Reumont Beiträge z. ital. Gesch. III. 116, Schulz Denkmäler II. 136. |
| „ | Beneventi | Vide Falconis Beneventani Chron. 1105, ind. XIV., ap. Muratori R. It. SS. V. 82; cf. Sigeberti Chron. 1106 in MG. SS. VI. 369. |
| Mart. 12. | „ | 6071 (4522) Monasterii S. Walarici tutelam suscipit iuraque confirmat, petente Lamberto abbate. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 679, Cocqu. II. 131, Migne 163 p. 184. — „Sicut iniusta". |
| „ 12. | „ | 6072 (4523) Cellam S. Fidis Slettstadensem monasterio Conchensi asserit, et privilegia possessionesque cellae confirmat. (Pro „Viterbii" sine dubio legendum est: „Beneventi".) Würdtwein Nova subs. dipl. VII. 5, Migne 163 p. 185. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 23. | („) | 6073 (4524) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, scribit, gaudere se de rege ad obedientiam Dei reverso. Excusat se, quod „regi et iis, qui videantur obnoxii, adeo condescendat". Praecipit, ut „eos, qui investituras acceperint, aut investitos benedixerint, aut hominia fecerint, cum satisfactione suscipiat, et benedicat". Abbatem Eliensem excommunicari iubet. „Si qui vero deinceps praeter (per) investituras ecclesiarum praelationes assumpserint, etiamsi regi hominia fecerint, nequaquam ob hoc a benedictionis munere arceantur, donec ad hoc omittendum cor regium molliatur". Qui episcopi falsum de sese rumorem retulerint, eos vult excommunicatione absolvi. Archiepiscopi Rotomagensis causam iudicio eius permittit. Eadmeri Hist. novor. L. IV. p. 74, Wilkins Conc. I. 379, Mansi XX. 1003, Anselmi epist. L. III. 140, Opp. p. 416, Migne 163 p. 186. — „Quod Anglici". |
| „ 28. | „ | 6074 (4525) Willelmo, archiepiscopo Rotomagensi, significat, se eius causam iudicio Anselmi, archiepiscopi Cantuariensis, permisisse. Eadmeri Hist. novor. L. IV. p. 74, Bouquet Rec. XV. 33, Mansi XX. 1062, Migne 163 p. 188. — „Licet causae". |
| „ 30. | „ | 6075 Monasterii Balmensis possessiones, Alberico abbate per Pontium episcopum Vesontionensem petente, confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 87. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 31. | | 6076 (4527) R(uthardum), archiepiscopum Moguntinum, iubet ad concilium, „in proximis Octobribus idibus citra Alpes" habendum, accedere. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 247, Mansi XX. 1091, Migne 163 p. 188. — „Pro ecclesiae". |
| Apr. 3. | Salerni | 6077 (4526) Willelmo, archiepiscopo Rotomagensi, significat, se Turoldo, episcopo Baiocensi, mandasse, ut proximo paschate apud Anselmum, archiepiscopum Cantuariensem, causam diceret. (Pro „III. kal. Apr." legendum puto: „III. non. Apr.".) Baluzii Misc. III. 10, Bouquet Rec. XV. 33, Mansi XX. 1070, Migne 163 p. 188. — „Turoldum Baiocensem". |
| „ 12. | | 6078 (4520) Gislae, abbatissae Romaricensi, sub excommunicationis poena praecipit, ut de vexandis monachis Calmosiacensibus desistat. MG. SS. XII. 336, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 103, Martene Thes. III. 1178, Bouquet Rec. XIV. 134, Migne 163 p. 182. — „Pro Calmosiacensibus". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1106.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 7. — 14. Aug. — 8.)* |
| Apr. 18. | ap. Ciperanum | 6079 Fratrum monasterii S. Martini Tornacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Odone, episcopo Cameracensi, quondam eorum abbate. Anal. p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique I. 498. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 29. | apud Cassinum | 6080 (4528) Gu(idonem) episcopum et clericos Papienses reprehendit, quod „de scintilla minima tantos ignis globos succenderint, ut pro benedictae aquae oblatione trium hominum caedes facta et sanguis effusus sit, pro baptismi etiam sacramento duorum baptizatorum sint prostrata cadavera". „Nihil enim novum" inquit „a b. Petri (Coeli-aurei) monachis est praesumptum; habent antiqua traditione facultatem a quolibet catholico episcopo consecrationes ecclesiarum et ordinationes monachorum seu clericorum, oleum et chrisma suscipere, et in paschali sollemnitate baptismum celebrare". Robolini Notizie III. 225, Migne 163 p. 189. — „Et episcopalem sollicitudinem". |
| | | 6081 B(ernardo), episcopo Parmensi, de controversia inter (Guidonem) episcopum Papiensem et monachos S. Petri Coeli-aurei Papienses significat, eique mandat, ut „quotiens eiusdem monasterii fratres episcopalibus indiguerint officiis, vel ipse eis tribuat vel a quibus sibi visum fuerit tribui faciat". Pflugk-Harttung Acta II. 194, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 654. Tempus liquet ex bullis 6080 et 6102). — „Quanta inter Papiensem". |
| Mai. 11. | Laterani | 6082 (4520) Parthenonis S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensis protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Ermengarda abbatissa. Margarini Bull. Cas. II. 124, Migne 163 p. 189. — „Ad hoc in". |
| „ 13. | Anagniae | Ottonem episcopum Bambergensem consecrat „in die sancto pentecostes". Vide ep. Ottonis, Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 247, Ussermann Ep. Bamb. Cod. Prob. p. 61, Herbord Dial. c. 41 ap. Jaffé Bibl. V. 835, MG. SS. XII. 768. |
| „ 21. | Laterani | 6083 (4530) Ruthardo, archiepiscopo Maguntino, commendat Ottonem, episcopum Bambergensem, a sese consecratum. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 249, Ebbonis Vit. Ott. c. 13 in MG. SS. XII. 831, Acta SS. Iul. T. I. 430, Ussermann Ep. B. C. Pr. p. 60, Mansi XX. 1091, Migne 163 p. 191. — „Quantum a suae". |
| („) | („) | 6084 (4531) Clero populoque Bambergensi Ottonem episcopum, a sese consecratum, commendat. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 249, Herb. Dial. c. 42 in MG. SS. XII. 768, Mansi XX. 999, Ussermann Ep. B. C. Pr. p. 61, Ludewig SS. R. G. I. 415, Acta SS. Iul. T. I. 430, Migne 163 p. 192. — „Quantae affectionis". |
| „ 23. | „ | 6085 (4532) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis parochianos laudat, quod canonicis obtemperent, in obedientiaque permanere eos iubet. Baluzii Misc. IV. 584, Migne 163 p. 192. — „Devotioni vestrae". |
| „ 24. | „ | 6086 (4533) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis privilegia confirmat, petente Rotone praeposito. Baluzii Misc. IV. 584, (Bull. Lat. p. 3, Migne 163 p. 193). — „Desiderium, quod". |
| | | 6087 (4534) B(ernardum), archiepiscopum Toletanum, reprehendit, quod de rebus Hispanicis et de concilio celebrato ad sese parcius scripserit. Mandat, ut inter clericos Minduniensis et Compostellanos iudicium faciat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 79, Migne 163 p. 193. — „Litteras dilectionis". |
| Iun. 16. | Albani | 6088 (4535) Petri, archiepiscopi Acherontini, iura metropolitana confirmat, eumque pallio ornat. Ughelli It. sacr. VII. 29, Mansi XX. 1055, Migne 163 p. 194: „Dat. Albani . . . Ind. XIV, inc. a. MCVI. pont. a. VIII"; Pflugk-Harttung Iter p. 207 hanc clausulam praebet: „Dat. Albe . . . ind. X. inc. a. MCIII, pont. a. III", quae spectat ad a. 1102. — „Potestatem ligandi". |
| „ 20. | „ | 6089 Rambaldo, Romanae ecclesiae vicario, negotium S. Severi de Guasconia, cum fratribus S. Crucis Burdegalensibus de ecclesia S. Mariae Solacensi litigantis, committit. (In codice Alexandro II. ascripta est; sed Paschali II. epistolam adiudicandam esse, et argumentum probat et clausula: „Dat. Albani, 12. kal. Iul.". Cf. supra ep. 6066.) In bibl. nat. Paris. ms. suppl. lat. 1075 in fine. Cum Jafféo communicavit L. Delisle. — „In discernendis". |
| Iul. 4. | Albae | 6090 Gu(acelino abbati) et fratribus Montis S. Petri (d. Met.) indulget, quia „in Lotharingiae partibus scismaticorum error convaluerit, ut quamdiu parochiae, in qua degant, episcopum deesse contigerit catholicum et catholice ordinatum, clericalium ordinationum sacramenta ab aliarum parochiarum catholicis episcopis suscipere" eis liceat. Pflugk-Harttung Acta I. 79. — „In Lotharingiae partibus". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1106.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 7. — 14. Aug. — 8.)* |
| Sept. 19. | Florentiae | 6091 (4536) Monasterii S. Salvatoris Moxiensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Benedicto abbate. Muratori Ant. It. III. 1105, Migne 163 p. 195. — „Pie postulatio". |
| („) | „ | „Concilium celebravit, in quo cum episcopo loci de antichristo, quia eum natum dicebat, satis disputatum est; sed frequentia populi, qui ob audiendam rei novitatem hinc inde confertim tumultuatimque confluxerat, nec concilium finem, nec disputatio deliberationem suscepit". Petri Pisan. Vita Paschalis ap. Watterich II. 6. |
| Oct. 5. | Bononiae | 6092 *„De Geraldo, episcopo Cadurcensi meminit et ab eo decanatum, sacristiam, praeceptoriam, ceterosque honores Viganensi ecclesiae concessos esse testatur." Cruceі Rer. Cadurc. hist. p. 69. |
| „ 7. | Mutinae | cum S. Geminiani corpus detegitur. Translatio S. Gem. ap. Muratori R. It. SS. VI. 92. Cf. ea, quae sequuntur. |
| „ 8. | „ | altare S. Geminiani consecrat „VIII. id. Oct., transactis iam die nocteque" post corpus sancti revelatum. Translatio S. Gemin. l. l. |
| „ 18. | ap. Guardastallum | 6093 (4537) Monasterii S. Lamberti Laetiensis tutelam suscipit, possessionesque et libertatem confirmat, petente Gontero abbate. Duvivier Recherches p. 491. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 21. | „ | 6094 *Conradum, archiepiscopum Salzburgensem, consecrat et „pallio honorat". Gesta archiep. Salisburg. in MG. SS. XI. 41. Cf. Ekkehardi Chron. univers. 1106 in MG. SS. VI. 240. |
| „ 21. | „ | Gebehardum, episcopum Tridentinum, consecrat. Ekkehardi Chron. univ. 1106. |
| „ 22. | „ | Concilium, in quo 1) statuitur, „ut Aemilia tota cum suis urbibus, id est Placentia, Parma, Regio, Mutina, Bononia nunquam ulterius Ravennatensi metropoli subiaceant"; 2) „regni Teutonici episcopi in schismate ordinati, nisi aut invasores aut simoniaci aut criminosi comprobentur, in officio episcopali suscipiuntur; id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis constituitur, quos vita scientiaque commendat"; 3) „ecclesiarum investiturae a laicis fieri" vetantur; 4) statuunt, ne quis abbas, archipresbyter, praepositus „audeat possessiones ecclesiae suae vendere, commutare, locare, vel in feudum dare sine communi fratrum consensu vel episcopi propriae civitatis". Mansi XX. 1209, Ekkehardi Chron. univ. 1106 p. 240; cf. MG. Leg. II. app. 180. |
| | | In eodem concilio „plures episcopi Italiae damnantur, quidam anathemizantur; patriarcha Aquileiae (Ulricus I.) anathemizatur; Fridericus Halverstatensis, accusantibus eum ecclesiae canonicis, honore episcopali privatur; similis sententia de Widelone Mindensi habetur; Leodicensis (Otbertus) et Cameracensis (Odo I.) anathemizantur. Chron. reg. Colon. 1106 in MG. SS. XVII. 746, ed. Waitz p. 45 (ex Annal. Patherbrunnens. 1106 p. 116). |
| | | In eodem concilio causa Herimanni, episcopi Augustensis, tractari coepta sed in aliud tempus dilata est. Uodalscalcus de Eginone et Herim. c. 14 in MG. SS. XII. 438. |
| | | Ad hoc concilium referenda videntur ea, quae de Brunone, archiepiscopo Trevirensi, narrantur in Gest. Trev. Cont. I. c. 18, MG. SS. VIII. 192. Cf. Hefele Conciliengesch. V. 257, Peiser Der deutsche Investiturstr., dissert. Lips. 1883, p. 28. |
| „ 23. | „ | 6095 Diffinitionem inter fratres Corbeienses (d. Ambian.) et canonicos Brugenses, a Iohanni Morinensi et Godefrido Ambianensi episcopis factam, approbat. Pflugk-Harttung Acta I. 88. — „Venerabilium fratrum nostrorum". |
| „ 25. | „ | 6096 (4538) Episcopis Galliarum mandat, ut abbatis Vizeliacensis interfectores aut in exsilium pellant, aut excommunicent. D'Achery Spic. II. 506, Bouquet Rec. XV. 34, Mansi XX. 1031, Migne 163 p. 196. — „Sacerdotalis ordinis". |
| „ 27. | „ | 6097 (4539) Gislae, abbatissae Romaricensi, si suum de monachis Calmosiacensibus praeceptum „usque ad proximae quadragesimae initium adimplere contempserit, ex tunc aditum ecclesiae interdicit". MG. SS. XII. 337, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 104, Martene Thes. III. 1180, Bouquet Rec. XIV. 134, Migne 163 p. 197. — „Pro iniuria". |
| Nov. 2. | Parmae | 6098 (4541) Monasterio S. Aegidii asserit monasterium Scumichense, a Latislavo, Hungarorum rege, fundatum. Baluzii Misc. III. 11, Gall. Chr. VI. Instr. p. 189, Fejér C. D. H. II. 43, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 41, Migne 163 p. 198. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 4. | „ | ecclesiam S. Mariae consecrat „pridie (nonas) Novembris". Chron. Parmense 1106 ap. |

**1106.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 7. — 14. Aug. — 8.)*

Muratori R. It. SS. IX. 759, MG. SS. XVIII. 662. Cf. Donizonis Vita Math. L. II. 1111 in MG. SS. XII. 401.

Nov. 10. — 6099 (4589) B(runoni), archiepiscopo Trevirensi, mandat, „ut, scripto professionis accepto, (Otbertum) episcopum et Leodiensem clerum sive populum a vinculo excommunicationis absolvat; quod enim" inquit „Magdeburgensis episcopus (Heinricus) super huiusmodi reconciliationibus passim facere dicitur, tamquam sine Romanae ecclesiae praecepto factum, ratum habere non possumus". Jaffé Bibl. V. 508 (cf. Neues Arch. VI. 477): „4. id. Nov."; Martene et Dur. Vet. script. I. 620, Hontheim Hist. Trev. I. 488, Migne 163 p. 234: „III. id. Nov.". — „Frater noster".

„ 15. ap. Platenam — 6100 (4542) Monasterii S. Stephani (dioec. Laudensis) possessiones et privilegia confirmat, petente Guidone abbate. (Archetypum huius bullae praebet: „ap. Platenam", non „ap. Placentiam", ut in editionibus legitur; cf. Neues Archiv VI. 594 not.) Ughelli It. sacr. IV. 664, Vignati Cod. d. Laud. I. 83, Mansi XX. 1054, Migne 163 p. 199. — „Divinis praeceptis".

„ 19. — 6102 (4543) Monachis S. Petri et S. Salvatoris Papiensibus haec scribit: „cum Ticinensis episcopus G(uido) et abbates vestri A(nselmus) et .... ante nostram praesentiam convenissent, .... placuit ad finem illum recurrere, qui aestate praeterita in eis litteris deliberatus est, quas a Casino Monte (supra ep. 6080) pro eisdem querelis episcopo miseramus". Praecipit, ut quod statutum sit, firmiter observetur. Pflugk-Harttung Acta II. 195, Robolini Notizie III. 226, Migne 163 p. 200. — „Cum venerabiles".

„ 22. — 6103 (4544) Canonicis Augustensibus significat, Herimannum episcopum ante diem in concilio (Guastallensi) praestitutam ad sese venisse. Iudicium differt „in proximas kalendas Novembris". Interea servari pacem iubet. Udalscalcus de Egin. et Herim. c. 14 in MG. SS. XII. 438, Mansi XX. 1214, Migne 163 p. 200. Cf. Neues Archiv VI. 594. — „Venit ad nos".

Nov. Dec. Veronae? — Ekkehardi Chron. univ. 1107 p. 242: „. . . propter seditiosum quendam tumultum, qui sibi Veronae hospitanti dudum occurrerat". Cum priore tempore papa Veronae morari non potuerit, aut pro „dudum" corrigendum esse „noctu" aut totam Ekkehardi relationem omnino reiiciendam opinor. Aliter haec verba exponit Giesebrecht Gesch. d. d. K. III. 1193.

(Dec.) per Burgundiam — Vide Ekkehardi Chron. univ. 1107 p. 242.

„ 25. in Cluniacensi — monasterio „natalem domini" celebrat. Ekkehardi Chron. univ. 1107 p. 242.

6104 (4545) *Didaco, episcopo Compostellano, mandat, ut una „cum provincialium sedium episcopis, Petro Legionensi, Pelagio Asturicensi et aliis inter Oxomensis et Burgensis ecclesiae clericos ambiguitatem de finibus communis parochiae certissima indagine determinet". Vide Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 63.

6105 *Henrico regi postulanti, ut patris sui corpus in ecclesia (Spirensi) sepeliri permittatur, respondet, notum esse „Dei martyres terribiliter exegisse, ut sceleratorum cadavera de suis basilicis pellerentur; ut quibus" inquit „viventibus non communicamus, nec mortuis communicare possimus". Vide Petri Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 779 (perperam ad a. 1111; sed iam a. 1106 nuntios sepulturam regis postulantes Romam missos esse, narrant Annal. Hildesheim. 1106 in MG. SS. III. 111 et Chron. reg. Colon. 1106 in MG. SS. XVII. 746, ed. Waitz p. 45 (ex Annal. Patherbrunnens. 1106 p. 115).

6106 *Richardo, subdiacono Virdunensi (electo archiepiscopo Remensi), mandat, „ut a Richardo, episcopo Albanensi, Romanae sedis legato, in diaconum ordinetur, et sic consecretur Remorum archiepiscopus". Laurentii Gesta epp. Virdun. in MG. SS. X. 499.

6107 *Quae monasterio Isnensi comes Manigoldus (de Veringen) et uxor eius Lietphilda aliique tradiderunt, ea confirmat. Notae Isnenses in Neues Archiv VIII. 160.

**c. 1106.**

6108 R (Berardo?) Hydruntino et R(ainaldo) Tarentino archiepiscopis mandat, cum ecclesia Brundisina „nuper acceperit dignitatem", ne Oritanis ei subiectis officia episcopalia impendant, „donec sub capite reconcilientur". Pflugk-Harttung Acta II. 188. — „Non ignorat dilectio".

**c. 1106.**

Apr. 19. — 6109 (Rainaldo) archiepiscopo Tarentino et ceteris vicinis per Apuliam episcopis significat, synodali constitutione firmatum esse, ut Oritana civitas Brundisinae ecclesiae subiecta sit. Prohibet, ne quis populo Oritano, Brundisino obedire contemnenti, chrisma vel alia officia pontificalia exhibeat. Pflugk-Harttung Acta II. 188. — „Nov(er)it dilectio vestra".

**1099—1107.**

6110 (4546) Ecclesiae Colimbriensis fines et possessiones confirmat. (Fragmentum.) Brandão Monarchia Lusitana III. 283, Migne 163. p. 201. — „Apostolicae sedis".

**1105—1107.**

6111 Monasterii Corbeiensis (dioec. Ambian.) bona, libertatem, privilegia, petente Nicolao abbate, confirmat, ea tamen lege, ut uncia auri Lateranensi palatio annuatim persolvatur. (Privilegia papalia, a. 1105 et 1107 Nicolao abbati concessa, memorantur in Gall. Chr. X. 1274, cuius auctores ea in chartulario quodam repperisse persuasum habeo; horum privilegiorum alterum fuisse nostrum existimem.) In bibl. nat. Paris. Cartul. de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 8[b]. — „Apostolicae sedis auctoritate".

**1107.** (*Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 8. — 14. Aug. — 9.*)

6112 (4380) Clero et populo Argentoratensi respondet, se „ecclesiae eorum destructionem" dolere. Hortatur, ut intruso illi (Cunoni) renitantur. Affirmat, se „neque electioni neque consecrationi eius assensum dedisse nec daturum". Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 256, Wiegand Urkundb. v. Strassb. I. 55, (Tengnagel Vet. Mon. p. 348, Bouquet XV. 18, Mansi XX. 1092, Migne 163 p. 60). — „Perspectis litteris".

Ian. 4. — Casale — ecclesiam b. Evasii consecrat. Vide Martyrolog. eccl. b. Ev. Casal. in Hist. Patr. Mon. SS. III. 446 („anno 1106").

„ 29. — Lugduni — ecclesiam S. Martini Athanacensem consecrat „IV. kal. Febr.". Ex hagiologio S. Mart. de Canali ap. Bouquet Rec. XIII. 728. Cf. infra bullam 6163.

Febr. 2. — Cabilone — 6113 (4547) Hugoni, abbati Cluniacensi, concedit, „ut a Matiscone usque Cluniacum, a S. Maria de Bosco usque Cluniacum, a Carella usque Cluniacum cet., nullus hominum praesumat pedaticum levare". Bull. Cluniac. p. 34, Bouquet Rec. XV. 34, Migne 163 p. 201. — „Sicut praedecessores".

„ 4. — ap. Cluniacum — 6114 (4548) Monasterii Casae-dei rogatu Aimerici abbatis, tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, imposito monachis unius bizantii tributo annuo. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVIII. 403, Mon. pont. Arverniae p. 118, Pflugk-Harttung Acta II. 188, (Mabillon Ann. ord. Ben. V. 499, Migne 163 p. 201). — „Apostolicae sedis auctoritate".

„ 4. — „ — 6115 Monasterii b. Martini Savigneiensis possessiones et privilegia, petente Iterio abbate, confirmat. Bernard Cartul. de Sav. I. 424. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 4. — („) — 6116 (4549) Militibus quibusdam, Bertranni comitis sociis, sub excommunicationis poena praecipit, ut de iniuriis monasterio S. Aegidii illatis coram (Ricardo) archiepiscopo Narbonensi rationem reddant. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 26, Bouquet Rec. XV. 34, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 42, Migne 163 p. 202. — „Raimundi, egregie memorie".

„ 4. — („) — 6117 (4550) Ricardo, archiepiscopo Narbonensi, et Raimundo Uceticensi ac Raimundo Nemausensi episcopis iudicium demandat in milites quosdam, participes iniuriarum, quibus Bertrannus comes monasterium S. Aegidii affecerit. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 27, Bouquet Rec. XV. 35, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 44, Migne 163 p. 203. — „Non solum vobis".

„ 6. — („) — 6118 Gibelino (archiepiscopo) Arelatensi et Arberto (episcopo) Avenionensi scribit de puniendo Bertranno comite (Tolosano) et Guillelmo Botino, eius consiliario, qui villam et monasterium S. Egidii gravissimis iniuriis affecerint. Pflugk-Harttung Acta I. 88, cf. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 45. — „Notissimum vobis est".

„ 6. — („) — 6119 (4551) Clericos Augustenses in gratiam rediisse cum Herimanno episcopo gaudet, „si eamdem concordiam gratis factam esse constiterit". Die constituta se iustitiam exerciturum. Uodalscalcus de Egin. et Her. c. 15 in MG. SS. XII. 438, Mansi XX. 1215, Migne 163 p. 204. — „Post impetitionem".

**1107.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 8. — 14. Aug. — 9.)*

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 7. | Cluniaci | 6120 Monasterii S. Andreae Viennensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, Petro abbate et Widone, archiepiscopo Viennensi, petentibus. Gall. Christ. XVI. Instr. p. 28, Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 140. — „Officii nostri nos". |
| „ 8. | | 6121 Bernardo vicecomiti Biterensi, Aimirico vicecomiti Narbonensi, Guillelmo de Monte Pessula, Bernardo Andusiensi, Raimundo decano Poscheriensi, et ceteris S. Aegidii fidelibus praecipit, „ut ad defendendas S. Aegidii res, prout abbas expetierit, adversus Bertrannum comitem insurgant". Ex chartul. S. Aegidii bibl. nat. Paris. ms. lat. 11018. f. 36 misit Delisle. Cf. Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 45. — „Non solum vobis". |
| „ 8. | ap. villam S. Hippolyti | 6122 (4552) Monasterii Cluniacensis possessiones confirmat. Bibl. Clun. p. 537, Bull. Clun. p. 34, Trouillat Mon. de Bâle I. 228, Mansi XX. 1039, Migne 163 p. 204. — „Religioni vestrae". |
| „ 10. | Albae | 6123 Casae dei et Anianensi abbatibus nuntiat, se controversiam eorum super ecclesia Gordanicensi Gu(idoni) Viennensi, A(rberto) Avenionensi, Eu(stachio) Valentino et I(smioni) Diensi episcopis commisisse. Praecipit, ut „VIII. kal. Iunii proximi" (25. Mai.) ad eorum iudicium Valentiam accedant. (Rectene ascribatur huic anno epistola, non satis constat.) Loewenfeld Epistolae p. 69. — „Querelam, quae inter". |
| „ 12. | ap. Belnam | 6124 (4553) Monasterii Athanacensis possessiones confirmat, petente Gauceranno abbate. Gall. Chr. IV. Instr. p. 13, Migne 163 p. 205. — „Ad hoc in". |
| „ 16. | Divione | ecclesiam S. Mauricii dedicat „14. kal. Martii". Annales S. Benigni Divion. 1107 in MG. SS. V. 43, in Analect. Divion. p. 422. Cf. tabulam ap. Chifflet S. Bern. gen. p. 428, et Lettre touchant Beatrix de Chalon p. 177. |
| „ 18. | In monasterio Besuensi | ecclesiam S. Petri consecrat „12. kal. Marcii". Annales Besuenses 1107 in MG. SS. II. 250, Chronicon Besuense ap. D'Achery Spicil. II. 444, in Analect. Divion. p. 422. |
| „ 24. | Lingonis | 6125 (4554) Parthenonis Romaricensis et canonicae Calmosiacensis controversiam diiudicat. MG. SS. XII. 338, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 106, Martene Thes. III. 1182, Bouquet Rec. XV. 36, Migne 163 p. 206. — „Inter Romaricense". |
| Mart. 8. | In monast. Charitatis | pervenit „VIII. id. Martii". Relatio ap. Bouquet Rec. XIV. 120. |
| „ 9. | „ | consecrat monasterium. Relatio ap. Bouquet Rec. XIV. 120: „in crastino". Chron. Fiscanense 1105 (1107) ap. Labbe N. B. M. I. 326, Chron. S. Taurini Ebroic. ap. Bouquet Rec. XII. 777: „7. id. Mart.". Cf. Sugerii Vit. Ludov. Grossi ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 288, MG. SS. XXVI. 49, et infra bull. 6127 et 6400. |
| „ 14. | | 6126 (4555) Monachos S. Aegidii de promulgata in Bertrannum comitem sociosque excommunicatione certiores facit. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 27, Bouquet Rec. XV. 37, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 46, Migne 163 p. 207. — „Altaris beati". |
| „ 16. | ap. monasterium Dolense | 6127 Monasterii S. Mariae de Caritate, „currente indictione XV.", a sese consecrati, possessiones iuraque confirmat, rogatu Odonis prioris et „pro dilectione Hugonis, abbatis Cluniacensis, ad cuius curam locus pertineat". Pflugk-Harttung Acta I. 89. — „Ad hoc in apostolice". |
| („) | Dolensem | ecclesiam b. Mariae consecrat. Chron. Dolense 1106 (1107) ap. Labbe N. B. M. I. 316, Chron. Willelmi Godelli in MG. SS. XXVI. 194. |
| „ 24. | Turoni | ap. S. Martinum, „Lactare Hierusalem". Sugerii Vit. Ludov. Grossi p. 289, MG. SS. XXVI. 49. |
| Apr. 1. | „ | 6128 (4556) Monasterii S. Germani Parisiensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Rainaldo abbate. (Pro „Laterani" legendum arbitror: „Turoni".) Dubois Hist. eccl. Paris. II. 60, Bouillard Hist. de St. Germ. des Prez p. 33, Launoii Opp. III. I. 214, Migne 163 p. 207. — „Religiosis desideriis". |
| „ 2. | ap. Maiusmonasterium | 6129 (4557) Monasterii S. Launomari Blesensis possessiones confirmat, petente Mauricio abbate. (Fragmentum.) Ms. lat. 12678 f. 72 et 16991 f. 36 in bibl. nat. Paris., (Mabillon Ann. ord. Ben. V. 500). |
| „ 14. | Carnoti | „Paschale festum celebrat". Orderic. Vitalis ap. Bouquet Rec. XII. 666. 691, ed. Le Prevost IV. 4. |
| „ 19. | „ | 6130 (4558) Monasterii S. Iohannis Carnotensis privilegia confirmat. Ex chartul. S. Ioh. in Valle n. 5481 p. 59 bibl. nat. Paris. misit Delisle. (Gallia Christ. VIII. Instr. p. 308.) — „Piae postulatio". |
| „ 30. | ap. monast. S. Dionysii | 6131 (4559) Monasterii S. Martini de Campis Parisiensis protectionem suscipit, et bona confirmat, petente Theobaldo priore. Marrier Mon. S. Martini de Campis p. 153, Migne 163 p. 209. — „Religiosis desideriis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1107.** *(Ind. 15. – 1. Sept. — 1, pont. a. 8. – 14. Aug. — 9.)* |
| (Apr.) | ap. monast. S. Dionysii | cum Philippo rege et eius filio Ludovico. Sugerii Vit. Lud. Grossi p. 289, MG. SS. XXVI. 49. |
| Mai. 3. | ap. Latiniacum | 6132 (4560) Monasterii S. Arnulfi Crispeiensis bona confirmat, petente Stephano priore. Carlier Hist. de Valois III. Pr. p. 10, Migne 163 p. 210. — „Religiosis desideriis dignum“. |
| „ 11. | | †6133 Parthenonis S. Iohannis in insula Cornu (Mantuani), a Poma vidua b. Petri oblati, possessiones et privilegia confirmat. Sororibus duorum solidorum Lucensium tributum annuum imponit. („Dat. Laterani p. m. Iohannis S. R. E. diaconi et card. ac bibl.“ cet.) Pflugk-Harttung Acta II. 189, vide Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 704 ad CCCCIV$^{a}$. — „Devotionem tuam spectavimus“. |
| („) | Catalauni | Vide Sugerii Vit. Ludov. Grossi p. 289, MG. SS. XXVI. 50, ibi legatos Heinrici V. recipit. Vide Chron. reg. Colon. 1107 in MG. SS. XVII. 747, ed. Waitz p. 46. |
| „ 13. | In villa Sesanne | 6134 Monasterii S. Vedasti patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia, petente Heinrico abbate, confirmat. Transactionem inter Lambertum, episcopum Atrebatensem, et b. m. Aloldum, abbatem S. Vedasti, super altaribus monasterii factam corroborat. Guimann Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 73. — „Desiderium quod ad“. |
| „ 13. | Meldis | 6135 Ecclesiae S. Genovefae Parisiensis possessiones ac libertatem confirmat, petente Philippo Francorum rege. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 55 f. 158. — „Subiectis ecclesiis“. |
| „ 21. | Trecis | 6136 Monasterii Aridagamantini (Aroasiensis) tutelam suscipit, disciplinamque et possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 90. — „Austri terram inhabitantibus“. |
| c. Mai. 23. | „ | Concilium „circa ascensionem domini“ (i. e. 23. Maii), in quo haec decernunt: 1) „qui ab hora investituram episcopalem seu aliquam spiritualem dignitatem a laicali manu susceperit, si ordinatus fuerit, deponatur, simul et ordinator eius“; 2) „decani, nisi adepto presbyteratus ordine, non sint“; 3) „archidiaconi, nisi adepto diaconatus ordine, non sint“; 4) „uxorati sacerdotes sive concubinarii, nisi cessaverint, ab altari moveantur, simul et de choro segregentur; si nec tunc cessaverint, procul a liminibus ecclesiae arceantur, nec ipsa laicali communione fruantur“. Ekkehardi Chron. 1107 in MG. SS. VI. 242, Annalista Saxo ibid. VI. 745 (ex Annal. Patherbrunnens. 1107 p. 117). In Annal. Besuens. 1107 ibid. II. 250 et Annal. S. Ben. Divion. 1107 ibid. V. 43 legitur concilium „idus Maii“ actum esse. Cf. Mansi XX. 1217 sqq., MG. Legg. II. 181. |
| | | In eodem concilio Gervasius, archiepiscopus Remensis deponitur. Lamberti Waterlosii Annal. Camerac. ap. Bouquet XIII. 498, in MG. SS. XVI. 511. |
| Mai. 24. | „ | 6137 (4561) Monasterii S. Amandi Elnonensis tutelam suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Miraei Opp. dipl. II. 2151, Binterim u. Mooren Erzd. Köln III. 73, Sloet Oorkondenboek I. 211, Migne 163 p. 211. — „Ad hoc nos“. |
| „ 24. | „ | 6138 Monasterii S. Trudonis (Sarciniensis) possessiones et privilegia confirmat, petente Theoderico abbate. Piot. Cart. de S. Trond I. 29, Van den Bergh Oorkondenboek I. I. 63. — „Et divinis preceptis“. |
| („) | „ | 6138a Monasterii S. Winnoci Bergensis possessiones confirmat, petente Hermete abbate. Pruvost Chron. de Bergues-St.-Winoc I. 86. — „Religiosis desideriis dignum“. |
| „ 25. | „ | 6139 Monasterium de Bonavalle (d. Carnot.) tuendum suscipit possessionesque et privilegia, petente Bernerio abbate, confirmat, imposito monachis duorum Carnotensium solidorum censu annuo. Thiroux et Lambert L'abbaye de Bonneval p. LXIX. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 25. | „ | 6140 Monasterio Tomeriensi asserit ecclesiam S. Petri Oscensem, a b. m. Petro, eiusdem civitatis antistite, ei donatam et a b. m. Petro rege, Sancii regis filio, confirmatam. Addit haec: „Is siquidem rex prefatam urbem Oscham de Moabitarum manibus per Dei gratiam liberatam Christiane dignitati labore bellico restituerat et episcopalem cathedram ab illa antiqua ecclesia in Moabitarum Mischidam, que pro ampliori magnitudine dignior videbatur, episcopo petente, transtulerat“. Ramon de Huesca Iglesias de Aragon VII. 425. — „Officii nostri nos“. |
| „ 25. | „ | 6141 Monasterii S. Petri insulae Germanicae tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Radulfo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 91, Lalore Coll. des cartul. VI. 202. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 25. | „ | 6142 Canonicorum S. Stephani Catalaunensium possessiones confirmat, petente Guarino decano. Pflugk-Harttung Acta I. 92. — „Subiectis ecclesiis“. |

**1107.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 8. — 14. Aug. — 9.)*

6143 (4562) G(ebehardum), episcopum Constantiensem, reprehendit, quod investiti (Heinrici archiepiscopi Magdeburgensis?) consecrationi interfuerit, nec venerit ad concilium vocatus; „propter haec" inquit „cum usque ad interdictionem tui officii iusticie gladius desevisset, preteritorum bene gestorum memoria et fratrum nostrorum nos supplicatio revocavit". (Rothardum) archiepiscopum Moguntinum „cum omnibus suffraganeis praeter (Ottonem) Bambergensem et (Widonem) Curiensem, qui synodo Longobardiae interfuissent, pro concilii (Trecensis) absentia ab officiis interdictos" nunciat. Jaffé Bibl. III. 383, Neugart C. D. Al. II. 42, Migne 163 p. 213. Cf. Henking Gebhard III. v. Const. p. 100. — „Pro multis laboribus".

6144 (4563) Reinhardi, episcopi Halberstadensis, petitioni non satisfacit, quod „ecclesiae regimen per investituram manus laicae susceperit". In concilio Trecensi quid statutum sit, nunciat. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 256, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halb. I. 88, Martene et Dur. Vet. Script. I. 618, Mansi XX. 1091 et 1221, (Migne 163 p. 214). — „Ad hoc in" „Pro ecclesiae".

6145 (4564) Rothardum, archiepiscopum Moguntinum, vituperat, „quod vocatus ad concilium non accesserit, episcopumque Hildesheimensem (Udonem) „publice criminosum, post synodicam prohibitionem" restituerit. Significat de concilii Trecensis decretis, additque haec: „Licet nunc usque horum praeceptorum transgressor extiteris, tamen (Brunonis) Trevirensis, (Gebehardi) Constantiensis, (Ottonis) Bambergensis episcoporum, (Brunonis) Hirsaugiensis abbatis precibus inclinati, misericorditer personae tuae officia agenda indulgemus, si horum praeceptorum custos et observator extiteris". Jaffé Bibl. III. 384, Martene et Dur. Vet. Script. I. 616, Mansi XX. 1220, Migne 163 p. 214. — „Quanto magis".

6146 *Brunoni, archiepiscopo Trevirensi, Richardum episcopum Virdunensem, qui „de manu regis baculum pontificii suscepisset, denunciat excommunicatum". Laurentii Gesta ep. Vird. in MG. SS. X. 500.

Mai. 29. | Autissiodori | 6147 (4565) Nicolao abbati et fratribus monasterii Corbeiensis asserit privilegium a Philippo, Francorum rege, concessum, „ut quicumque negotiatores ad forum Corbeiae venire voluerint, libere sive per aquam, sive per terram valeant commeare". („IV. kal. Iun.") Thierry Rec. des mon. inéd. III. 421; Bouquet Rec. XV. 37 et Migne 163 p. 215 perperam habent „IV. kal. Iul.". — „Bonis scholarum" (corrige: „secularium").

„ 29. | „ | 6148 Canonicis Catalaunensibus collata ab Hugone, comite Trecensi, bona iuraque confirmat. Pflugk-Harttung I. 93. — „Bonis secularium studiis".

(„) | „ | 6149 (4566) Monasterii S. Remigii Remensis privilegia quaedam confirmat, petente Azenario abbate. Varin Archives admin. de Reims I. I. 255, Migne 163 p. 216. — „Sicut iniusta poscentibus".

6150 (4567) Ecclesiae Altissiodorensis bona, petente Humbaldo episcopo, „praesenti XV. indictione" confirmat. Labbe N. B. M. I. 458, Acta SS. Oct. VIII. 1003, Migne 163 p. 217. — „Iustis votis assensum".

„ 30. | ap. Clamitiacum | 6151 (4568) Monasterii S. Martini in insula Ayia possessiones et privilegia confirmat, petente Guillelmo priore. Arcere Hist. de la Rochelle II. 637, Migne 163 p. 218. — „Religiosis desideriis dignum".

„ 30. | 6152 (4569) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, concedit, ut a lege „de presbyterorum filiis" recedat, „quia in Anglorum regno tanta huiusmodi plenitudo sit, ut maior pene et melior clericorum pars in hac specie censeatur". Henrici regis et Willielmi de Warelwast rogatu permittit, ut Richardum, abbatem Eliensem, excommunicatione solvat. Haec addit: „Caetera etiam, quae in regno illo pro necessitate temporis dispensanda sunt, iuxta gentis barbariem, iuxta ecclesiae opportunitates sapientiae ac religionis tuae sollicitudo dispenset". Eadmeri Hist. novor. L. IV. p. 76, Wilkins Conc. I. 378, Mansi XX. 1063, Migne 163 p. 219. — „De presbyterorum".

„ 31. | ap. Lupertiacum | 6153 (4570) Monasterium Corbiniacense rogatu Hugonis abbatis vetat per monachos Flaviniacenses iniuriis affici. Gall. Chr. IV. Instr. p. 85, Cocqu. II. 137, Migne 163 p. 220. — „Officii nos".

Iun. 6. | Silviniaci | 6154 (4571) Monasterii Cluniacensi monasterium S. Dionysii de Nogento asserit. Bull. Clun. p. 35, (Bibl. Cluniac. p. 548, Bouquet Rec. XV. 37, Mansi XX. 1040, Cocqu. II. 136, Migne 163 p. 220.) — „Quae semel iuste".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1107.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 8. — 14. Aug. — 9.)* |
| Iun. 9. | Silviniaci | 6155 (4572) Hugonem, abbatem S. Germani Altissiodorensem et monasterii disciplinam regularem confirmat. Quantin Cart. gén. I. 212. — „Officii nostri nos". |
| „ 10. | „ | 6156 *Monasterii S. Albini Andegavensis protectionem suscipit et possessiones confirmat. Bilard Analyse des docum. p. 51, ubi perperam bulla d. 4. Iun. data legitur. (Clausula integra: „Dat Silviniaci p. m. Iohannis S. R. E. diac., 4. id. Iun." cet. exstat in bibl. nat. Paris. ms. lat. 17126. f. 173.) |
| „ 28. | ap. Celsinianas | „in vigilia apostolorum Petri et Pauli, quo die Gerardus de Sallent miles, ac nepotes eius cum ad sepeliendum illic avunculum suum convenissent, donationem ecclesiae S. Iuliani a Paschali factam confirmaverunt". Mabillon Ann. ord. Ben. V. 501. |
| Iul. 13. | ap. Privatam | 6157 (4573) Ecclesiae Narbonensis possessiones iuraque, petente Ricardo archiepiscopo, confirmat. Marcae Dissert. tres p. 357, Mansi XX. 1025, Migne 163 p. 222. — „Caritatis est donum". |
| („) | | 6158 (4574) P(etro) S. Pontii et R(aimundo) Electensi abbatibus praecipit, ne neglecto Trecensis concilii decreto, quos excommunicaverit Richardus, archiepiscopus Narbonensis, suscipere pergant. Mansi XX. 1026, Bouquet Rec. XV. 38, Migne 163 p. 223. — „Frater noster". |
| „ 14. | ap. Anicium | 6159 Narrat, sese assistentibus quibusdam episcopis et presbiteris cardinalibus decaniam quandam, a canonicis Montis-salvi occupatam, monasterio Aureliacensi adiudicasse. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVIII. 409, Mon. pont. Arverniae p. 124, Pflugk-Harttung Acta I. 94. — „Inter Aureliacensis". |
| „ | ap. Valentiam | „Facta sunt haec apud Valentiam temporibus domni Paschalis II. papae et coram eo, dom. inc. a. 1107, m. Iulio, ind. XV.". Sic est in tabulis ap. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 676, et Gall. Chr. VI. Instr. p. 297. |
| „ 20. | „ | 6160 Infra terminos monasterii S. Theofredi hominem capi vel alias iniurias fieri vetat, Willelmo abbate et Pontio, episcopo Aniciensi, petentibus. Loewenfeld Epistolae p. 70. — „Postulationi vestrae". |
| „ 25. | ap. cellam S. Marcelli | 6161 (4575) Monachis S. Aegidii Bertrannum comitem excommunicatione absolutum nunciat. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 27, Bouquet Rec. XV. 38, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 46, Migne 163 p. 223. — „Propter oppressiones". |
| „ 29. | ap. villam Lousonne | 6162 Ecclesiam Romanensem tuendam suscipit eiusque possessiones, libertatem et privilegia confirmat, imposito clericis sextarii amygdalarum censu annuo. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Preuv. p. 16. — „Sicut iniusta". |
| Aug. 2. | ap. ecclesiam S. Petri de Alaverdo | 6163 (4576) Pagi Salmoracensis divisionem „IV. kal. Febr." (29. Ianuar.) Lugduni a sese factam inter Guidonem archiepiscopum Viennensem et Hugonem episcopum Gratianopolitanum confirmat. Theodori Poenitentiale II. 536, Bouquet Rec. XIV. 761, Marion Cartul. de Grenoble p. 1, Gall. Chr. XVI. Instr. p. 29, Migne 163 p. 224. — „Inter venerabiles" „Novissime ante". |
| „ 4. | ap. Aquambellam | 6164 (4577) Hugoni, abbati Cluniacensi, eiusque successoribus monasterium S. Vulmari (Samerense) a Iohanne, Morinorum episcopo, concessum, in perpetuum addicit. Concedit, „ut quisquis ad eos alieni monasterii monachus pro vitae melioratione transierit, licenter recipiatur". Bibl. Cluniac. p. 540, Bull. Cluniac. p. 35, Bouquet Rec. XV. 39, Gall. Chr. X. Instr. p. 397, Mansi XX. 1040, Cocqu. II. 138, Migne 163 p. 226. — „Desiderium, quod ad". |
| Sept. 1. | Mutinae | 6165 (4578) Monasterio S. Benedicti Padilironensi privilegia quaedam concedit, petente Alberico abbate. Bacchini Dell' ist. di S. Bened., Racc. p. 68. — „Ecclesiae filios". |
| „ 8. | | 6166 R(aimundo) Uceticensi, A(rberto) Avinionensi, C (leg. Eustachio) Valentinensi episcopis litteris iteratis mandat, ut „in quinta feria primae hebdomadae quadragesimae" (d. 26. Febr. 1108) Nemausum conveniant litemque inter fratres Anianenses et Casaedei de ecclesia Gordanicensi agitatam determinent. (Pro „VI. id. Febr." legendum videtur „VI. id. Sept.".) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 fol. 71[b], ms. lat. 12772 fol. 23. — „Pro causa ecclesiae". |
| „ 18. | Fesulis | 6167 (4579) Ecclesiae Lucensis privilegia, petente Rangerio episcopo, confirmat. Memorie e doc. IV. II. append. 125, Baluzii Misc. IV. 187, Migne 163 p. 226. — „Iustis votis assensum". |
| „ 18. | „ | 6168 (4580) Gregorii archidiaconi, Huberti archipresbyteri, Rainerii primicerii, Guidonis cantoris et fratrum ecclesiae Lucanae privilegia quaedam confirmat. Mem. e doc. di |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1107.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 8. — 14. Aug. — 9.)* |
| | | Lucca V. I. 378. (Aliud huius bullae exemplar, a falsario depravatum, praebet Pflugk-Harttung Acta II. 190.) — „Apostolo referente“. |
| Sept. 21. | | 6169 Parthenonis S. Mariae de Figline possessiones confirmat, Carabona abbatissa per Iohannem, episcopum Faesulanum, petente. Pflugk-Harttung Acta II. 192. — „Religiosis desideriis dignum“. |
| „ 24. | Florentiae | 6170 (4581) Monasterium S. Mariae Florentinum tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Iohanne abbate. Puccinelli Cron. dell' abadia di Fiorenza p. 257, Ughelli It. sacr. III. 88, Mansi XX. 1052, Margarini Bull. Cas. II. 125, Lami Eccl. Fl. Mon. I. 109, Migne 163 p. 227. — „Piae postulatio“. |
| Oct. 3. | ap. Biblenam | 6171 (4582) Parthenonem S. Petri de Luco tuendum suscipit eiusque bona confirmat, petente Beatrice abbatissa. Mittarelli Ann. Cam. III. append. 204, Migne 163 p. 228. — „Austri terram“. |
| „ 23. | ap. Tiphernum | 6172 (4583) D(aimberto), archiepiscopo Senonensi, mandat, iudicet inter Virzeliensem et Floriacensem abbates. D'Achery Spic. III. 439, Bouquet Rec. XV. 45, Mansi XX. 1016, Migne 163 p. 229. — „Quanto maior“. |
| | | 6173 (4588) De Adelgoti, archiepiscopi Magdeburgensis „excessu miratur, quod post synodalis mandati celebrationem primus praevaricationem incurrerit“. Praecipit, ut ad sese veniat. Jaffé Bibl. V. 510, (Martene et Dur. Vet. script. I. 620, Mansi XX. 1223, Migne 163 p. 233). — „Quanto te“. |
| c. Nov. | Pontec(e)lem | expugnat. Petri Pisan. Vit. Paschal. ap. Watterich II. 6; cf. Gregorovius Gesch. d. St. R. IV. 307. |
| „ | Montem-altum | „ob impatientem in locis illis autumnum, depopulatis quae extra erant, dimisit“. Petr. Pisan. l. l. |
| „ | In Maritimis | Petrus Pis. l. l. p. 7. |
| „ | Albae | Petrus Pis. l. l. |
| Nov. 16. | Romae in porticu b. Petri | 6174 Canonicorum ecclesiae Spoletinae possessiones confirmat, petente Transerico abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 192. — „Iustis votis assensum“. |
| Dec. 4. | Laterani | 6175 (4584) Hierosolymitanae ecclesiae clericis, regi (Balduino) et populo scribit, in synodo Lateranensi (a. 1105) cum decretum esset, ut Daibertus, patriarcha expulsus, in integrum restitueretur, et Evremarus, nisi post Daiberti mortem denuo eligeretur, ecclesia Hierosolymitana cederet, e vita profectum Daibertum esse ac postea Evremarum ad se accessisse. Quocum legatum mittit, qui videat, ut „si post certam sententiae suae synodalis notitiam Evremarum communiter in capitulo elegerint, omnino ipsi deinceps obediant; si vero secus actum constiterit, ipse deinceps Hierosolymitana cedat ecclesia“. Rozière Cartulaire du saint sepulcre p. 8, Hagenmeyer Ekkehardi Hierosolymita p. 388, Migne 163 p. 230. — „Ecclesiae vestrae scandalis“. |
| „ 5. | „ | 6176 (4585) Aimerico abbati Casae-dei eiusque successoribus monasteria quaedam subiicit, in his S. Marini Papiense et Fraxinorense. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVIII. 414, Mon. pont. Arverniae p. 129, (Mabillon Ann. ord. Ben. V. 453 et 501). — „Ait gentium doctor“. |
| „ 15. | „ | 6177 Episcopis citra vel ultra Rodanum constitutis scribit, S. Aegidii monasterium S. Petri salarium esse. Mandat, ut „si quis novum quid a monasterio ipso exigere aut quaslibet inusitatas consuetudines ei vel locis eius temptat imponere, ad se primum cum ipsius monasterii abbate vel monachis accedat. (Anno 1107 haec epistola attribuenda videtur, quia in cartul. mss. inter epistolas a. 1107 et 1108 posita sit.) Pflugk-Harttung Acta I. 95, (cf. Histor. Jahrbuch II. 113), Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 47. — „Ab abbate vel“. |
| | | 6178 (4586) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, iudicet de matrimonio Roberti comitis, a rege Angliae capti. Anselmi epist. L. IV. ep. 83, Opp. p. 447, Bouquet Rec. XV. 39, Migne 163 p. 232. — „Omnipotenti Deo“. |
| | | 6179 (4587) Monasterium S. Martini, ab Udalschalco abbate Tegernseensi fundatum, protegendum suscipit, et possessiones eius confirmat. Meichelbeck Hist. Fris. I. I. 293, Migne 163 p. 232. — „Iustis votis assensum“. |
| | | **1107.** |
| | | 6180 *Adelgoto, archiepiscopo Magdeburgensi, pallium tribuit. (Vide ep. 6173.) Gesta archiep. Magdeb. c. 24 in MG. SS. XIV. 409. |

**1099—1108.**

6181 (4591) Hugoni, abbati Cluniacensi, eiusque successoribus monasterium S. Germani Altissiodorense addicit. (Fragmenta.) Baluzii Misc. II. 177, Migne 163 p. 235.

6182 (4592) R(angerio), episcopo Lucensi, canonicos S. Frigdiani commendat. Baluzii Misc. IV. 586, Migne 163 p. 235. — „De probitate et".

6183 (4593) R(angerium), episcopum Lucensem, reprehendit, quod canonicos S. Frigdiani patiatur iniuriis affici. Mandat, ut capellam S. Michaelis, destructam a quodam plebano eius, renovari, canonicisque reddi ante kal. Augustas iubeat. Baluzii Misc. IV. 585, Migne 163 p. 236. — „Pastorum est".

6184 (4594) R(othoni praeposito S. Frigdiani) significat, se a (Rangerio) episcopo Lucensi per litteras ac per episcopum Reginum petiisse, ut mitiorem se erga eos praeberet. Mandat, ut b. Floridi canonicam visitet. Baluzii Misc. IV. 584, Migne 163 p. 236. — „Illud tibi et".

6185 (4595) R(angerium) episcopum et canonicos ecclesiae Lucensis laudat, quod canonicos S. Frigdiani benevolentia prosequantur. Baluzii Misc. IV. 585, Migne 163 p. 236. — „Audivimus vos erga".

**1106—1108.**

6186 *Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut clerico, cuius ecclesiam Engelramus clericus Lincolniensis invaserit, satisfactionem exhibeat. Ex ep. Gerardi arch. Eborac. ad Anselmum arch. Cantuar. in bibl. London. Lambeth. ms. 59. Dedit Felix Liebermann.

**1108.** *(Ind. 1, pont. a. 9.—14. Aug.—10.)*

6187 Eustachio Valentino, Raimundo Nemausensi, Raimundo Uceticensi episcopis mandat ut Bertrannum (comitem Tolosanum) et parochianos quosdam ab iniuriis in monasterium S. Aegidii, anathemate proposito, dehortentur. Pflugk-Harttung Acta I. 98, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 51. — „Scitis, que et quanta".

Ian. 7. | Romae in porticu b. Petri | 6188 (4596) Monasterii S. Michaelis Siegburgensis tutelam suscipit possessionesque et ius abbatis eligendi confirmat, petente Conone abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 97. — „Sicut iniusta poscentibus".

6189 (4597) Lamberto Atrebatensi et Iohanni Tarvanensi episcopis mandat, iudicent inter canonicos Tornacenses et monachos S. Martini. (Cf. acta synodi ap. Capicastellum, Baluzii Misc. II. 157, Mansi XX. 1231.) Baluzii Misc. II. 156, Migne 163 p. 237. — „Querimonia Tornacensium".

Febr. 25. | Laterani | 6190 (4597a) Ecclesiae S. Evasii (Casalensis) bona ac privilegia confirmat, petente Girardo praeposito. De-Conti Not. stor. I. 326, Migne 163 p. 237. — „Religiosis desideriis".

Mart. 4. | „ | 6191 (4598) Ottoni, episcopo Bambergensi, asserit oppidum Albeguinstein, ab Heinrico rege traditum. Pflugk-Harttung Acta I. 97. — „Sicut iniusta poscentibus".

Apr. 11. | | 6192 (4599) P(etro) Legionensi, D(idaco) Compostellano, R. Palentino, P. Nazarensi, P(elagio) Asturicensi episcopis scribit de ecclesiae Burgensis finibus non imminuendis; nam „scriptum illud vetus" inquit „quod Oxomensis episcopus habere se dicit, sicut nec a vobis, nec a nobis autenticum creditur". Florez Esp. sagr. XXVI. 469, Loperraez Corvalan Descr. hist. del ob. de Osma III. 556, Migne 163 p. 238. — „Voluntatis quidem".

(„) | | 6193 (4600) Dioecesis Burgensis fines, petente Garsia episcopo, confirmat. Florez Esp. sagr. XXVI. 467, Loperraez Corvalan Descr. hist. del ob. de Osma III. 555, Migne 163 p. 239. — „Non incertum".

„ 27. | „ | 6194 (4602) Ecclesiae S. Mariae, rogante Rostagno episcopo, asserit mediam civitatis Vasionensis partem ad eam antiquitus pertinentem, alteramque partem a Guifredo Provinciae comite donatam. Bouche L'Hist. de Prov. II. 64, Migne 163 p. 241. — „Iustis votis assensum".

6195 (4603) Laurentio, abbati S. Vitoni, significat, Richardum episcopum Virdunensem in communionem a sese receptum non esse. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 219, Wassebourg Antiqu. I. 267 et 277b, MG. SS. X. 500, Migne 163 p. 242. — „Richardus Virdunensis".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1108.** *(Ind. 1, pont. a. 9.— 14. Aug. — 10.)* |
| Mai. 7. | Laterani | 6196 Monasterii S. Prejecti, in pago Viromandensi siti, tutelam suscipit et possessiones, in his altaria ab episcopis Noviomensibus tradita, confirmat, petente Guerinbaldo abbate. (Notae temporis corruptae.) Pflugk-Harttung Acta I. 98. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 8. | „ | 6197 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis possessiones confirmat, petente Odone decano. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 868 f. 55 et t. 973 f. 48. — „Iustis votis petentium". |
| „ 14. | ap. Sutriam | 6198 (4604) Eustachio Valentino et Leodegario Vivariensi episcopis mandat, ut Bertrannum comitem ab iniuriis, quibus post absolutionem acceptam monasterium S. Aegidii denuo afficiat, dehortentur. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 28, Bouquet Rec. XV. 41, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 48, Migne 163 p. 242. — „Dilectionem vestram". |
| „ 14. | „ | 6199 (4605) Berengario Foroiuliensi et Leodegario Attensi (Aptensi) episcopis interdicit, ne Bertrannum comitem in expugnando monasterio S. Aegidii adiuvent. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 28, Bouquet Rec. XV. 42, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 49, Migne 163 p. 243. — „Contra sacerdotale". |
| „ 14. | „ | 6200 Monachis et burgensibus S. Aegidii nunciat, Bertrannum comitem, nisi resipuerit, „insolubili maledictionis vinculo alligatum iri". Pflugk-Harttung Acta I. 99, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 50. — „Audivimus oppressiones". |
| „ 25. | Laterani | 6201 (4605a) Monasterii S. Bertini Sithiensis libertatem, privilegia, possessiones confirmat, bulla Lamberto abbati directa. (Signa chronologica sunt corrupta.) Collect. des Cartulaires III. 217, Migne 163 p. 243, (Miraei Opp. dipl. III. 24). — „Ad hoc nos" |
| | „ | 6202 Canonicorum Tornacensium possessiones, petente Gotero decano, confirmat. Analectes p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique IV. 267. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| | | †6203 Civibus Albanis vectigal imponi vetat „quoad caballationem atque super duas mensuras molendinorum". Bulla marmori incisa data est: „Albani p. m. Iohannis S. R. E. diac. card., ind. 1, inc. a. 1108, p. a. 10.".) Riccy Mem. di Albano p. 198, Giorni Stor. di Alb. p. 232. — „Quoniam statuta". |
| Sept. 4. | Ceperani | 6204 (Augustini) episcopi Verulani eiusque successorum possessiones confirmat. (Bulla mutila.) Pflugk-Harttung Acta II. 195, vide Ughelli It. sacr. I. 1391. — „. . . in ecclesia sancti". |
| „ | In Casinensi | monasterio „mense Octobrio adveniente". Petri Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 777. |
| „ 25. | Beneventi | 6205 Monasterii S. Gabrielis Airolensis possessiones confirmat. Lancelottus Historiae Olivetanae p. 346. — „Ad hoc nos". |
| Oct. | „ | Synodus, in qua Paschalis „constituit, ut quicumque investituram ecclesiae vel ecclesiasticam dignitatem de manu laici acceperit, et dans et accipiens communione privetur; vestimenta vero saecularia et pretiosa clericis reprehendit, et talibus uti interdicit". Petri Chron. mon. Cas. p. 777, cf. Annal. Benevent. 1108 in MG. SS. III. 183. |
| „ 12. | „ | 6206 (4606) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, respondet, se eius ecclesiae privilegiis consulturum. Haec addit: „Quod significasti, scandalizari quosdam, quod regem Teutonicum dare investituras ecclesiarum toleramus, nec tolerasse nos aliquando, nec toleraturos scias; exspectamus quidem, ut ferocia illius gentis edometur, rex vero, si in paternae nequitiae tramite perseveraverit, b. Petri gladium, quem iam educere coepimus, procul dubio experietur". Eadmeri Hist. novor. L. IV. 81, Anselmi epist. L. III. 153, Opp. p. 421, Wilkins Conc. I. 390, Mansi XX. 1023, Migne 163 p. 245; de tempore cf. Peiser Der deutsche Investiturstreit, Dissert. Lips. 1883, p. 48. — „Litteras dilectionis". |
| „ 16. | „ | 6207 (4607) Monasterium Selboldense, a Dietmaro comite per Rabenuldum sacerdotem b. Petro oblatum, tuendum suscipit, et eius possessiones confirmat, monachisque „unius aurei nummi" tributum annuum imponit. Wenck Hess. Landesg. II. 57, Migne 163 p. 246. — „Bonis secularium". |
| „ 30. | „ | 6208 (4608) Septem presbyterorum cardinalium Compostellanorum numerum, a Didaco episcopo constitutum, immutari vetat, „nec per aliam quamlibet personam, nisi per praefatos sacerdotes, aut episcopos, aut Romanae ecclesiae legatos missarum sollemnia super altare b. Iacobi statuit celebrari". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 93, Migne 163 p. 247. — „Piae voluntatis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1108.** *(Ind. 1, pont. a. 9.— 14. Aug. — 10.)* |
| Nov. 8. | Beneventi | Landulphum archiepiscopum Beneventanum consecrat „VI. id. Nov.". Annal. Benevent. 1108 l. l. Cf. Falcon. Benev. Chron. 1108. |
| „ 12. | „ | 6209 (4609) Ecclesiae Burgensis fines libertatemque, petente Garsia episcopo, confirmat. Florez Esp. sagr. XXVI. 466, Loperraez Corvalan Descr. hist. del ob. de Osma III. 554, Migne 163 p. 247. — „Egregias quondam". |
| „ 21. | Ap. Troiam | 6210 (4611) Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, significat, se Henrico, Anglorum regi, novi episcopatus in paroeciae Lincolnensis urbe Ely constituendi licentiam tribuisse. Mon. Angl. nov. ed. I. 482, Bentham Hist. of Ely App. p. 12 ep. 5. (In Seldeni notis ad Eadmeri Hist. novor. p. 132, Wharton Angl. sacra I. 608, Mansi XX. 1064, Migne 163 p. 250.) — „Inter caetera". |
| „ 21. | „ | 6211 Anselmo, archiepiscopo Cantuariensi, Herveum „ob barbarorum immanitatem officium episcopale in ecclesia sua (Bangorensi) adimplere" impeditum commendat, ut si aliqua sedes vacaverit, ei tribuatur. Bentham Hist. of Ely App. p. 12 ep. 4, Haddan and Stubbs Councils I. 305. — „Novit fraternitas tua". |
| „ 21. | („) | 6212 (4610) Henrico, regi Anglorum, permittit, ut in urbe Eliensi sedem episcopalem constituat. Herveum episcopum, „nimia barbarorum ferocia et persecutione expulsum", commendat. (Epistolam hanc a. 1108, non 1107, datam esse, patet ex superiore epistola 6210 et ex Eadmeri Hist. novorum L. IV. p. 79.) Bentham Hist. of Ely App. p. 11, Wharton Angl. sacra I. 679, Monast. Anglic. I. 95, nov. ed. I. 482, in Seldeni notis ad Eadmeri Hist. nov. p. 132, Mansi XX. 1064, Migne 163 p. 249. — „Omnipotenti Deo". |
| („ 21.) | („) | 6213 Henrico, Anglorum regi, scribit, se causae, secrete sibi intimatae, operam quam maximam daturum esse. Excambium, „de quo per Herveum episcopum et Petrum camerarium rogaverit," permittit. Herveum commendat. Bentham Hist. of Ely App. p. 12 p. 3. — „Dulcissime nobis dilectionis". |
| Dec. 24. | Beneventi | 6214 Monasterium SS. martyrum Marcellini et Petri Bonavallense tuendum suscipit, eiusque possessiones, rogatu Bernerii abbatis, confirmat. Fratribus liberum eligendi abbatis arbitrium concedit. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 38. f. 13. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| | | 6215 Monasterio Gorziensi, petente Mathilde comitissa, asserit bona, a Godefrido, quondam (Lotharingiae) duce et uxore eius Beatrice, matre Mathildis, donata. Pflugk-Harttung Acta I. 96. — „Desiderium quod ad". |
| | | 6216 *Monasterio S. Salvatoris de Insula (Senensi) privilegium dat. Pflugk-Harttung Iter p. 211. |
| „ | Capuae | ecclesiam S. Benedicti dedicat. Petri Chron. mon. Cas. p. 777. |
| „ | In Casinensi | monasterio. Vide Petri Chron. mon. Cas. p. 777. |
| | | **c. 1108.** |
| | | 6217 R(ichardo) episcopo Albanensi mandat, ut ecclesiae Antipolitanae invasorem et qui eum consecraverit (Benedictum archi)episcopum Ebredunensem ante concilium suum evocet. Pflugk-Harttung Acta I. 95, Moris et Blanc Cart. de Lérins I. 339. — „Postquam a nobis". |
| | | **1099—1109.** |
| „ 24. | Laterani | 6218 (4749) Monachis Conchensibus privilegia quaedam concedit. Martene Thes. I. 337, Acta SS. Oct. III. 282, Migne 163 p. 364. Cf. Bibl. de l'éc. des chartes XXXIII. (1872) p. 273. — „Licet ecclesiasticorum". |
| | | **1100—1109.** |
| | | 6219 (4612) S(tephano) episcopo Oscitano praecipit, ut episcopo Barbastrensi de illatis iniuriis satisfaciat. Villanueva Viage literario XV. 288, Ramon de Huesca Iglesias de Aragon IX. 466, De la Canal Esp. sagr. XLVI. 246, Aynsa Fundacion de Huesca p. 318, Acta SS. Iun. T. IV. 131, Migne 163 p. 251. — „Extulisti frater in". |
| | | 6220 (4613) Ildefonsum, Hispanorum regem, hortatur, ne ecclesiarum paroecias, per pontifices Romanos confirmatas, confundi patiatur; „se enim Oscitanae seu Barbastrensis ecclesiae paroquiam omnino quietam et integram velle conservari". Villanueva Viage lit. XV. 286, Ramon de Huesca Iglesias de Aragon IX. 466, De la Canal |

**1100—1109.**

Esp. sagr. XLVI. 246, Aynsa Fundacion de Huesca p. 316, Acta SS. Iunii T. IV. 131, Migne 163 p. 251. — „Principatus tui tempore".

**1106—1109.**

6221 *Fratres quosdam dioecesis Coloniensis exigentes, ut Iohannes res ecclesiae ablatas reddat, simoniae redarguit et officio supendit. Iohannem in integrum restitui iubet. (De hisce litteris sic notatur: „Dicunt, qui viderunt, quod litterae, quas attulit Iohannes, non proferunt diem nec indictionem et solito more non sunt sigillatae; decreta autem Romana affirmant, nullius esse vigoris epistolas, quae carent die et indictione". Quod haud rectum esse, nemo harum rerum peritus nescit.) Bernheim Artikel gegen Eingriffe Pasch. II. in Westdeutsche Zeitschr. f. Gesch. u. Kunst I. 1882. p. 374.

**1108—1109.**

6222 Ecclesiae Bracarensis suffraganeis scribit de electione archiepiscopi sine consensu sedis apostolicae facta. („In Reg. lib. X.") Neues Archiv VI. 296.

**1109.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 10. — 14. Aug. — 11.)*

6223 Richardo archiepiscopo Narbonensi, Galterio Magalonensi et ceteris episcopis suffraganeis nuntiat, Bernardum vicecomitem Biterrensem, qui ter commonitus ab iniuriis in monasterium S. Aegidii nequaquam destiterit, interdicto subiectum esse. (Fragmentum.) Pflugk-Harttung Acta I. 88, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 51. — „Non latere vos".

6224 (4614) B(aldrico), archiepiscopo Dolensi, pallium tribuit. Martene Thes. III. 883, Morice Mém. de Bret. I. 498, Migne 163 p. 251. — „Si pastores ovium".

6225 (4615) Suffraganeos, clerum et populum ecclesiae Dolensis hortatur, ut Baldrico, per Girardum episcopum Engolismensem, legatum suum, constituto archiepiscopo, qui pallium a sese acceperit, obediant. Martene Thes. III. 882, Morice Mém. de Bret. I. 497, Bouquet Rec. XV. 44, Migne 163 p. 253. — „Sicut a quibusdam".

Mart. 7. Laterani — 6226 (4616) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones iuraque confirmat. Bull. Lat. p. 4. — „Religiosis desideriis".

„ 18. „ — 6227 (4617) Ecclesiae Virdunensis fratribus catholicis praecipit, ut Richardum episcopum excommunicatum vitent, abbatemque S. Vitoni et Guidonem archidiaconum, ab eodem deiectos, in integrum restituendos curent. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 221, D'Achery Spicil. II. 248, Bouquet Rec. XV. 44, Wassebourg Antiqu. I. 268[b] et 277, MG. SS. X. 501, Migne 163 p. 253. — „Richardum vestrae".

(„) („) — 6228 (4618) Abbates et clericos archidiaconatus Guidonis hortatur, ut Guidoni, deiecto per Richardum, ecclesiae Virdunensis invasorem, obediant. Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 220, D'Achery Spicil. II. 248, Bouquet Rec. XV. 45, Wassebourg Antiqu. I. 268, MG. SS. X. 501, Migne 163 p. 254. — „Pro catholicae unitatis".

„ 21. „ — 6229 (4619) Monasterium S. Salvatoris et S. Mariae Calmosiacense tuendum suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat, petente Sehero abbate. Martene Thes. III. 1194, Migne 163 p. 254. — „Sic (Piae) postulatio voluntatis".

„ 25. „ — 6230 (4620) Monasterii S. Lamberti in Carinthia rogatu Iacobi abbatis possessiones et iura confirmat, imposito monachis bizantii unius censu annuo. Archiv f. Kunde öst. Gesch.-Qu. XII. 195, Zahn Urk. v. Steiermark I. 114. — „Religiosis desideriis".

„ 25. „ — 6231 Monasterii S. Kiliani Lambacensis patrocinium suscipit, ac disciplinam, possessiones iuraque confirmat, petente Sigiboldo abbate. Urkundenbuch des Landes ob d. Enns IV. 553. — „Desiderium, quod ad".

Apr. 10. „ — 6232 (4621) Ecclesiae S. Deodati in valle Galilaea possessiones ac iura confirmat. Defense de l'égl. de Toul. Pr. p. 5, Sommier Hist. de l'égl. de St. Diez p. 362, Migne 163 p. 256. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 14. „ — 6233 (4622) Monasterium Weissenoense tuendum suscipit, et eius possessiones et iura confirmat, imposito monachis bizantii unius censu annuo. Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 62. — „Desiderium, quod ad".

„ 18. „ — 6234 (4623) Ecclesiae Gratianopolitanae bona alienari ab Hugonis episcopi successoribus vetat; praeterea sancit, ne mortuo episcopo „quisquam palam furtimve audeat bona ipsa subtrahere, donec pastor substituatur ecclesiae". (Altera pars sententiae in

| | | |
|---|---|---|
| | | **1109.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 10. — 14. Aug. — 11.)* |
| | | orbiculo notatae: „Verbo . . . sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum“ certe aliena manu est addita.) Theodori Poenitentiale II. 419, Gall. Chr. XVI. Instr. p. 84, Marion Cart. de Grenoble p. 4, (Migne 163 p. 257). — „Religiosis desideriis“. |
| Apr. 26. | | 6235 (4624) Ecclesiae b. Alexandri Bergomatis possessiones confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 859. — „Religiosis desideriis“. |
| Mai. 11. | Romae in porticu beati Petri | 6236 (4625) Ecclesiae S. Martini Ambianensis possessiones et iura, petente Godefrido episcopo, confirmat. Gall. Chr. X. Instr. p. 302, Migne 163 p. 258. — „Desiderium, quod“. |
| „ 11. | „ | 6237 Parthenonis S. Mariae de Wasto protectionem suscipit, possessionesque et liberum abbatissae eligendae arbitrium confirmat, petente Godefrido, episcopo Ambianensi. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bertaucourt in Coll. Grenier 93. f. 38b, (Coll. Moreau t. 44. f. 87). — „Religiosis desideriis dignum“. |
| Iun. 2. | in porticu b. Petri | 6238 (4627) Monasterii Cluniacensis privilegia, instituta a decessoribus suis, confirmat, petente Pontio abbate. Bull. Cluniac. p. 36, Migne 163 p. 260. — „In provectionis tuae“. |
| „ 4. | Signiae | 6239 (4628) Episcopo Anagnino et aliis episcopis per Campaniam constitutis Petrum, quondam episcopum Anagninum, sanctorum ordinibus ascriptum nunciat, eiusque sollemnia celebrari die 3. Augusti iubet. S. Brunonis Opp. ed. Bruni II. 624, Mansi XX. 1001, Cocqu. II. 140, Migne 163 p. 261: „II. non. Iun., p. a. X.“; Cappelletti Chiese d'It. VI. 328: „II. non. Iul., p. a. XI.“. — „Dominum excelsum“. |
| Aug. 22. | in Sublacensi | monasterio „missarum solemnitate peracta, scilicet octavarum die genetricis domini, pernoctat“. Chronicon Sublacense ap. Muratori Ant. It. IV. 1049, R. It. SS. XXIV. 939. |
| „ 23. | Effidis | et Pontiae castra obsidione cingit „altera die“. Chronicon Sublacense l. l. |
| „ 26. | in Campania | „Septimo kal. Sept., facta obsidione, recipit castellum Pontiae et Efides“. E cod. Cencii camerarii ap. Muratori Ant. It. I. 619, (Gregorovius Gesch. d. St. R. IV. 308, ubi non recte „7. id. Sept.“ legitur). Cf. Chronicon Sublacense l. l.; Pflugk-Harttung Iter p. 140: „Ex reg. Paschalis libro XII“, pro quo legendum esse „libro XI“ colligo ex notitia, quam scripsit Fabre Etude sur un ms. de Cenc. cam. in Mélanges d'archéol. et d'hist. III. 1883. p. 354 (ad a. 1109). |
| „ 27. | in Sublacense | monasterium redit. Chron. Sublacense l. l. |
| „ 28. | in Sublacensi | monasterio. „Altera die dedicat in specu altare in honorem S. Benedicti et S. Mauri, V. kal. Sept.“ Chron. Sublacense l. l. |
| „ | Sabinam | it. Chronicon Sublacense l. l. |
| Sept. 7. | iuxta castellum Taranum | (in territoria Sabinensi) „septimo idus Septembris commisit oppida Pontiae et Efides Iohanni Sublacensi abbati“. E cod. Cencii Camerarii ap. Muratori Ant. It. I. 619. Cf. Chronicon Sublacense l. l. |
| „ 29. | ap. Castellionem | 6240 (4629) Petro presbytero concedit, „ut in burgo Senae monasterium aedificet“, ea lege „ut sub Passinianensis et Vallumbrosanae congregationis custodia sit mansurum“. Lami Delic. erud. 1737 p. 204, Migne 163 p. 261. — „Devotionis tuae petitiones“. |
| Oct. 16. | ap. Castellium | 6241 (4630) Monasterii Cluniacensis possessiones privilegiaque confirmat, petente Pontio abbate. Bibl. Cluniac. p. 569, Bullar. Clun. p. 36, Duchesne Hist. des card. Franç. II. 67, (Mansi XX. 1041, Migne 163 p. 262). — „Et religio“. |
| „ 17. | „ | 6242 (4631) Pontio, abbati Cluniacensi, dalmaticae, compagorum, chirothecarum et mitrae usum concedit, palliumque mittit, „de quo dalmaticas in usum debeat suae ecclesiae praeparare“. Bullar. Cluniac. p. 36, Migne 163 p. 263. — „Bonum et laudabile“. |
| „ 31. | Laterani | 6243 (4626) Maiori-monasterio asserit cellam S. Maclovii de insula Aaron et castri Dinanensis ecclesiam, a Benedicto episcopo Aletensi concessas. (Pro „II. id. Maii“ legendum esse „II. kal. Nov.“ liquet ex bibl. nat. Paris. ms. lat. 12880 f. 128b et probatur notis temporis: „ind. 3. a. inc. 1109“.) Du Paz Hist. gén. de Bretagne II. 118, Migne 163 p. 259. — „Et litterarum et nunciorum“. |
| Nov. 1. | „ | 6244 Monasterii S. Sepulchri Cameracensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Rainerio abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 100. — „Pie postulatio voluntatis“. |
| „ 3. | „ | 6245 Episcopatus Burgensis, petente Garsia episcopo, fines constituit eumque nulli nisi Romano pontifici subiectum esse decernit. Neues Archiv VI. 295: „III. non. Nov.“; |

**1109.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 10. — 14. Aug. — 11.)*

Pflugk-Harttung Acta II. 196 (ubi nota 2 delenda est): „III. non. Dec." — „Egregias quondam".

Nov. 28. | Laterani | 6246 (4632) Monasterii Siegburgensis bona confirmat, petente Cunone abbate. Lacomblet Urk. I. 175, Migne 163 p. 263. — „Sicut iniusta".

6247 (4633) *Theodorico duci et Riquino, electo Tullensi, mandat, ut monasterii Calmosiacensis „adversarios saeculari et ecclesiastica censura ab oppressione monachorum repellant". Vide Seheri primord. Calm. in MG. SS. XII. 344.

6248 (4634) Henricum, abbatem S. Vedasti, laudat, quod „assumptis de Cluniacensi congregatione fratribus, monasterii mores corrigere iam coeperit". Baluzii Misc. II. 150, Bouquet Rec. XV. 46, Migne 163 p. 265. — „Rumor, quem".

6249 *(Didaco) episcopo Compostellano, ecclesia eius ab Adephonso rege reaedificata, pallium tribuit. Neues Archiv VI. 301.

6250 *Archiepiscopo Remensi mandat, ut Gualcherio, ecclesiae Cameracensis regimine ab Urbano II. privato et excommunicato (vide supra p. 681 ad conc. Clarom.), honores reddat, quos ante susceptum episcopatum habuerit. (De tempore huius epistolae, a suspicione non remotae, non satis constat.) Gesta epp. Camer. ed. De Smedt p. 99, in MG. SS. XIV. 208. Cf. Gesta Odonis ibid. p. 111, in MG. SS. XIV. 211.

6251 *Gualchero redditus Braibatensis archidiaconatus asserit, eo privilegio, „quod inde Cameracensi episcopo non respondeat et a quocumque velit presule chrisma in ministerio suo quotannis haberet". Vide Gesta epp. Cam. ed. De Smedt p. 111, in MG. SS. XIV. 211.

**1101—1110.**

Febr. 6. | Laterani | 6252 (4635) Gebeardo, episcopo Constantiensi, consulenti respondet 1) „qui aut ignari aut inviti necessitate excommunicatis communicent, propter hoc reos in conspectu aeterni iudicis" non esse; 2) „excommunicatorum cadavera de sanctorum basilicis proiicienda esse"; 3) „confectum ab haereticis chrisma vel oleum intra ecclesiam debere concremari"; 4) „ab haereticis venientes" more maiorum recipiendos esse. (Fortasse anno 1104 data est, vide supra epp. 5970 sq.) Muratori R. It. SS. III. I. 363, Martene Thes. I. 336, Watterich I. p. LXXVII, Mansi XX. 1083, Migne 163 p. 265. — „Quaestionum, quas".

**1108—1110.**

Apr. 1. | Laterani | 6253 Rogerio duci (Apuliae et Calabriae) nuntiat, sese „causam G. genitoris tui" (corr.: Gregorii Horitani?), ob flagitium quoddam excommunicati, Hydruntino, Tarentino ac Brundisino archiepiscopis terminandam commisisse. Mandat ei, ut cives Oritanos archiepiscopo Brundisino obedire faciat. (In hac epistola male descripta minime agi de patre Rogerii ducis, patet ex verbis: „Pro amplioris dilectionis tuae gratia non solum consanguineis tuis, sed extraneis quibuslibet personis, quae cum Deo possumus, liberaliter impendimus". De quodam vero Oritano, clerico vel laico, loqui papam, colligo ex altera epistolae parte, quae incipit: „Porro de Horitano municipio". Ceterum post: „omnino deserere" complura verba excidisse, manifestum est; quae sequuntur inde a „nec enim" usque ad „vivificat" mendis referta sunt neque omnino intellegi possunt. — De tempore cf. supra epp. 6108. 6109.) Pflugk-Harttung Acta II. 196. — „Pro amplioris dilectionis".

**1109—1110.**

Oct. 29. | Laterani | 6254 (4699) Baldricum, episcopum Noviomensem et Tornacensem, hortatur, ne monasterii S. Martini fratres vexari a clericis Tornacensibus sinat, „neve cathedram ibi collocet, neve aliud quid inferat, quo regularis ordo turbetur". (Vide ep. 6189.) D'Achery Spic. II. 915, Miraei Opp. dipl. III. 321, De Smet Corp. chron. Flandr. II. 557, Bouquet Rec. XV. 43, MG. SS. XIV. 316, Migne 163 p. 310: „IV. kal. Nov."; Pflugk-Harttung Acta I. 101: „IV. id. Nov.". — „Fraternitati tuae iam".

**1110.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 11. — 14. Aug. — 12.)*

Ian. 3. | Laterani | 6255 (4636) Monasterii S. Remigii Remensis tutelam suscipit, possessiones confirmat, privilegia quaedam statuit, petente Azenario abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 102,

**1110.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 11. — 14. Aug. — 12.)*

(Varin Archives admin. de Reims I. ı. 255 not. 2 et p. 257 not. 1). — „Sicut iniusta poscentibus".

Ian. 9. | Laterani | 6256 (4637) Monasterii S. Miniatis Florentini possessiones confirmat, petente Benedicto abbate. Lami Eccl. Fl. M. II. 1182, Migne 163 p. 266. — „Pie postulatio".

Febr. 9. | „ | 6257 (4638) Dioecesis Soranae fines, ecclesiaeque possessiones, rogante Goffrido episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1245, Cocqu. II. 141, Migne 163 p. 267. — „Sicut iniusta petentibus".

Mart. 7. | in Lateranensi ecclesia | Synodus, in qua sanciunt 1) „ut quicumque clericorum ab hac hora investituram ecclesiae vel ecclesiasticae dignitatis de manu laici acceperit, et qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat et communione privetur"; 2) „si quis principum vel aliorum laicorum dispositionem vel donationem rerum sive possessionum ecclesiasticarum sibi vindicaverit, ut sacrilegus iudicetur; 3) clerici vero sive monachi, qui eas per illorum potestatem susceperint, excommunicationi subiiciantur"; 4) „quicumque res naufragorum diripiant, ut raptores et fratrum necatores ab ecclesia excludantur"; 5) „quidquid vel in sacris ordinibus vel in ecclesiasticis rebus data vel promissa pecunia, lingua aut obsequio requisitum sit", viribus careat; 6) a simoniacis ordinati, qui probare potuerint, sese in ordinatione nescisse simoniacos esse, pro catholicis habeantur, „qui vero scienter a simoniacis consecrari passi sint", eorum ordinatio irrita sit; 7) „quicumque cupiditate parentum, cum adhuc parvuli essent, ecclesias vel ecclesiarum partes per pecuniam adepti sint, postquam omnino eas dimiserint", pro misericordia denuo ibidem instituantur; „illi vero, qui per se ipsos, cum iam maioris essent aetatis, eas emerint, si in aliis ecclesiis canonice vivere voluerint, servatis propriis ordinibus pro misericordia ibi eos ministrare permittatur"; 8) „si qui ante emptionem catholice ordinati sint, cum ea, quae emerint, dimiserint, in suis gradibus permittantur neque promoveri prohibeantur"; 9) „ordinationes, quae a Guiberto heresiarcha et ceteris heresiarchis nominatim excommunicatis et ab his, qui catholicorum et adhuc viventium episcoporum sedes invaserint, factae sint", irritae iudicentur; qui vero catholice sint ordinati, sed in schismate a Romana ecclesia secesserint, servatis propriis ordinibus misericorditer recipiantur, si ad unitatem catholicam redierint; . . . „ubi enim multorum strages iacet, subtrahendum est aliquid severitatis, ut addatur amplius caritati"; 10) „pro chrismate, baptisma et sepultura nihil unquam exigatur"; 11) quo ordine ieiunia quatuor temporum celebrentur. (Nec canonum nec paragraphorum numerus constat.) Pflugk-Harttung Acta II. 197; cf. Annalistam Saxo. 1110 in MG. SS. VI. 748, Annal. Hildesh. 1110 ibid. III. 112, Annal. Colon. ibid. XVII. 748, ed. Waitz p. 48, (ex Annal. Patherbrunnens. 1110 p. 120); Mansi XXI. 7 (ubi in notitia Chronici S. Petri vivi Senon. sic corrigendum est ex nova ed. in MG. SS. XXVI. 33: „. . . Paschali II. ind. III., Nonas Martii factum est concilium").

„ 13. | Laterani | 6258 (4639) Monasterio Fructuariensi medietatem Villae novae, donatam ab Agnete comitissa, asserit, petente Mainardo, episcopo Taurinensi. Guichenon Hist. de Sav. II. 24, Migne 163 p. 268. — „Religiosis desideriis".

Apr. 5. | „ | 6259 (4640) Ecclesiae Scyllacensis libertatem, privilegia, possessiones, petente Petro episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. IX. 429, Cocqu. II. 142, Regii Neapolitani archivi monum. VI. 182, Migne 163 p. 268. — „Apostolicae sedis".

„ 9. | „ | 6260 (4641) Ecclesiae S. Christophori Phalempiniensis disciplinam et possessiones confirmat, eique privilegia quaedam concedit, petentibus Iohanne Tarvannensi et Baldrico Noviomensi episcopis. Miraei Opp. dipl. III. 317, Buzelini Gallo-Flandria p. 374, Migne 163 p. 270. — „Devotionem vestram".

„ 14. | „ | 6261 Ecclesiae Engolismensis possessiones canonicorumque ius episcopi eligendi confirmat. (Superior bullae pars abscisa est) Pflugk-Harttung Acta II. 198. Copia s. XIII. in bibl. nat. Par. ms. lat. 5288 folio 59. — „. . . ad mensam canonicorum".

„ 14. | „ | 6262 (4601) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus atque principibus per Bituricensem, Burdigalensem, Auscitanam, Turonensem atque Britannicam provincias constitutis significat, se Girardum, episcopum Engolismensem, vicarium suum constituisse. (Quae solet anno 1108 attribui, epistolam eodem tempore quo bullam praecedentem scriptam esse, et dies et locus probant; ceterum in Gestis pont. Engol., MG. SS. XXVI. 823, Girardus „prius in Britannia et deinde in Turonensi cet. provinciis legationis

**1110.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 11. — 14. Aug. — 12.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | munus nactus esse narratur. Corrigenda igitur sunt ea, quae disserit Schellert Girart von Angoulême, dissert. Halens. 1880, p. 13.) D'Achery Spic. III. 444, Marca de conc. II. 184, Mansi XX. 1016, Migne 163 p. 240: „XVIII. kal. Maii“, (Bouquet Rec. XV. 41, ubi bulla mendose expressa est: „XIII. kal. Maii“). — „Apostolicae sedis“. |
| Apr. 16. | Laterani | 6263 (4642) Monasterii b. Petri Mellicensis, a conditore Leopoldo marchione b. Petro oblati, tutelam suscipit, privilegiaque, petente Udalrico episcopo Passaviensi, constituit, imposito monachis unius aurei censu annuo. Schramb Chron. Mell. p. 52, Hueber Austria p. 3, Migne 163 p. 270. — „Religiosis desideriis“. |
| „ 21. | „ | 6264 (4643) Ecclesiae S. Iacobi Compostellanae possessiones, Didaco episcopo per nuncios petente, confirmat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 85, Migne 163 p. 272. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| („) | | 6265 (4644) D(idaco), episcopo Compostellano, scribit, dolere se de ecclesiarum Hispanicarum angustiis. Optata eius expleri in praesentia non posse. Hist. Comp. l. l. p. 86, Migne 163 p. 273. — „Oppressiones et“. |
| („) | | 6266 (4645) D(idaco), episcopo Compostellano, mandat, cogat Suarium, ut ecclesiam S. Michaelis P(etro) capellano restituat. Hist. Comp. l. l. p. 87, Migne 163 p. 273. — „Filius noster“. |
| „ 27. | Romae in porticu b. Petri | 6267 Monasterii SS. Gervasii et Protasii Fossensis (d. Arelatensis) bona confirmat, petente Jozzeranno abbate, ea lege, ut sex nummi argentei quotannis Lateranensi palatio persolvantur. Autographum in ms. lat. 9236 Nr. 1. (Fragmentum in Nouveau traité de diplomatique V. 255 n. 2 et specimen scripturae ibid. tab. 84). — „Apostolicae sedis auctoritate“. |
| „ 27. | „ | 6268 (4646) Monasterium S. Maxentii tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia, rogatu Gosfridi abbatis, confirmat, imposito monachis solidorum quinque tributo annuo. Besly Hist. des comtes de Poict. p. 431, Mansi XX. 1035, Migne 163 p. 274. — „Piae postulatio“. |
| („) | | 6269 (4647) P(etro), episcopo Pictaviensi, mandat, compellat Hugonem de Liciniaco, ut monasterio S. Maxentii de illatis iniuriis satisfaciat. Bouquet Rec. XV. 46, Migne 163 p. 275. — „Hugonem de“. |
| („) | | 6270 (4648) P(etro), episcopo Pictaviensi, mandat, ut G(osfridum) abbatem S. Maxentii ab adversariorum iniuriis tueatur. „Terram de Pampro et de Rigaudano et S. Germerii, de qua Romanae ecclesiae census annuus solvitur, tutelae eius specialius commendat“. Bouquet Rec. XV. 46, Migne 163 p. 275. — „Lator praesentium G.“. |
| („) | | 6271 P(etro), episcopo Santonensi, mandat, ut monasterio S. Maxentii de iniuriis ab Isemberto de castello Allione et Iohanne de Engomesio illatis satisfaciat. Pflugk-Harttung Acta I. 102. — „Adversus Isembertum“. |
| „ 29. | „ | 6272 Monasterii S. Petri Vallis-Pontis sedi Romanae subiecti possessiones et iura confirmat, petente Guidone abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 200. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| Mai. 2. | „ | 6273 (4649) „Episcopalem sedem, hactenus Rotae vel Barbastrae habitam, ad Ilerdae urbem in posterum referri iubet, cum eam Dominus Christianorum restituerit potestati“. Ecclesiae possessiones, petente Raimundo episcopo, confirmat. De la Canal Esp. sagr. XLVI. 329, Villanueva Viage literar. XV. 288, Ramon de Huesca Iglesias de Aragon IX. 463, Migne 163 p. 275. — „Spiritu Domini docente“. |
| | Romae | 6274 Monasterii S. Angeli, quod dicitur Gaifa, possessiones confirmat. (Fragmentum.) Lancelottus Historiae Olivetanae p. 244. |
| Iun. | prope Casi- | nense monasterium. Vide Petri Chron. mon. Cas. p. 778. |
| Iul. 15. | Beneventi | 6275 (4650) Monasterium S. Benedicti Cupersanum, rogatu Vincentii abbatis, tuendum suscipit, eiusque possessiones ac privilegia confirmat, imposito monachis dimidiae auri unciae tributo annuo. Ughelli It. sacr. VII. 703, Cocqu. II. 143, Migne 163 p. 277. — „Piae postulatio“. |
| Sept. 4. | S. Agathae | ecclesiam S. Mariae consecrat „II. non. Sept.“. Vide titulum ap. Ughelli It. sacr. VIII. 346; „III. non. Sept.“ praebet Schulz Denkmäler d. Kunst in Unterit. II. 333. |
| Oct. 16. | Laterani | 6276 (4651) Ecclesiae Sonnebecanae possessiones et privilegia confirmat, petente Lamberto praeposito. Miraei Opp. dipl. II. 1152, Migne 163 p. 278. — „Ex Drogonis“. |
| „ 16. | „ | 6277 (4652) Ecclesiae S. Donatiani Brugensis possessiones confirmat, petente Bertulfo praeposito. Miraei Opp. dipl. III. 26, Migne 163 p. 279. — „Officii nostri nos“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1110.** (*Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 11. — 14. Aug. — 12.*) |
| Oct. 18. | Laterani | 6278 (4653) (Leodegario) episcopo Vivariensi interdicit, ne S. Andeoli ecclesiam, fratribus S. Ruffi datam, repetat. Theodori Poenitentiale II. 505, Bouquet Rec. XV. 47, Migne 163 p. 280. — „Non est episcopalis". |
| | | **c. 1110.** |
| | | 6279 (4654) Didaco, episcopo Compostellano, mandat, „tantum incesti facinus, ab (Alphonsi Castellae) regis filia (Uraca) perpetratum (matrimonio cum Alphonso Aragoniae rege ineundo), debita ultione corrigat, ut vel a tanta praesumptione desistat, vel ecclesiae consortio et saeculari potestate privetur". (Fragmentum.) Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 98, Mariana Hist. Hisp. L. X. c. 8, Mansi XX. 1006, Migne 163 p. 280. — „Ad hoc te". |
| | | 6280 (4655) Pontium abbatem et monachos Cluniacenses hortatur, ne in (Berardi) episcopi Matisconensis iniuriam chrisma in monasterio consecretur. Severtii Chronol. hist. II. 121, Ragut Cart. de St.-Vinc. de Mâcon p. 334, Bouquet Rec. XV. 47, Mansi XX. 1043, Migne 163 p. 281. — „Confrater noster". |
| | | **1099—1111.** |
| Oct. 14. | Laterani | 6281 Monachis Casalis S. Petri scribit, „placitum (Andreae) abbatis cum canonicis S. Cyrici contractum nihil simoniaci flagitii habere"; interdicit, ne monasterium derelinquant. Loewenfeld Epistolae p. 70. — „Audivimus abbatem". |
| | | **1103—1111.** |
| Nov. 4. | Laterani | 6282 (4656) Ecclesiae Lucensis canonicis interdicit, ne S. Frigdiani canonicorum parochianos excommunicent, aut invitis illis ad poenitentiam admittant. Baluzii Misc. IV. 586, Migne 163 p. 281. — „Gaudere multum". |
| „ 4. | „ | 6283 (4657) Parochianos ecclesiae S. Frigdiani Lucensis ad studium fidemque erga canonicos cohortatur. Baluzii Misc. IV. 586, Migne 163 p. 282. — „Devotionem vestram, quam". |
| | | **1110—1111.** |
| Oct. 28. | Romae | 6284 Inter I(ohannem), metropolitanum Gradensem, eiusque comprovinciales discordiam in eorum concilio aestate praeterita celebrato „pro vano cathedrarum situ" ortam esse dolet. P(etri) episcopi Torcellani sententiam de clericis Amianensibus latam retractari iubet. „Propter exiguitatem metropolis metropolitanum in suae metropolis patrimoniis per alienas totius provinciae parochias habitare et antiquas suae dignitatis consuetudines obtinere", vult, donec legatus apostolicus ad eos accesserit idoneamque paroeciam metropoli assignaverit. Pflugk-Harttung Acta II. 201. — „Nos pro concordia". |
| „ 31. | Laterani | 6285 Episcopos, clericos, (Ordelafum) ducem, nobiles et populum Venetiae hortatur, ut, metropoli Gradensi inopia laborante, (Iohanni) patriarchae condignam paroeciam provideant; alioquin fore, ut dignitas metropolitana ab eorum provincia in aliam transferatur, scribit. Pflugk-Harttung Acta II. 201. — „Metropolim vestram". |
| | | **1111.** (*Ind. 4, pont. a. 12. — 14. Aug. — 13.*) |
| Ian. 1. | Laterani | 6286 A(nsgario) episcopo Cataniensi, H. abbati S. Euphemiae et domino L(annino) priori Eremi (S. Mariae Turritano) causam G(ualteri), in adipiscendo episcopatu Panormitano simoniae accusati, investigandam committit. Mandat, ut, R(angerio) episcopo Rhegitano aliisque adhibitis, apud Rhegium conveniant et, si episcopus „quinta manu ordinis sui se expurgaverit", eum in integrum restituant. Terminum purgationis initium proximae quadragesimae (d. 15. Febr.) constituit. Zeitschrift für Kirchenrecht III. 142, Neues Archiv VI. 292. — „Frater noster G.". |
| „ 2. | „ | 6287 (4658) Clerum populumque Arelatensem hortatur, ut in locum Gibelini archiepiscopi, qui patriarcha Hierosolymitanus exstiterit, alium eligant. (In charta Balduini regis Hieros. ap. Wilh. Tyr. L. XI. c. 12 data anno 1110 Gibelinus „in patriarcham electus" perhibetur, cf. Rob. de Monte in MG. SS. VI. 483, ed. Delisle I. 139.) Saxii Pontif. Arelat. p. 219, Bouquet Rec. XV. 39, Mansi XX. 1003, Migne 163 p. 282. — „Pro negotiis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1111.** *(Ind. 4, pont. a. 12. — 14. Aug. — 13.)* |
| Febr. | | 6288 (4660) *Normannos et Longobardos „ad Romanae ecclesiae servitium invitat". Vide Petri Chron. mon. Cas. p. 779. |
| „ 4. | Romae | „2. Nonas Februarii". Vide Annales Romanos in MG. SS. V. 474; cf. MG. Leg. II. 67, Watterich II. 52. |
| „ | | 6289 (4661) Heinrico regi ab episcopis et abbatibus reddi regalia iubet. „Interdicit et sub anathematis districtione prohibet, ne qui episcoporum seu abbatum presentium vel futurorum eadem regalia invadant; id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias regni, iura centurionum et curtes, quae manifeste regni erant, cum pertinentiis suis, militiam et castra regni; nec se deinceps, nisi gratia regis de ipsis regalibus intromittant". MG. Leg. II. 68, Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 272, Watterich II. 55, Mansi XXI. 42, Migne 163 p. 183. — „Et divinae". |
| „ 12. | Romae in ecclesia b. Petri | capitur ab Heinrico rege „dominica quinquagesima", Annales Romani p. 474 sqq.; „Mense Februarii II. idus", Petri Pisan. vita Pasch. ap. Watterich II. 9; „Pridie idus Febr., die dominica ante caput ieiunii", Epist. Iohannis episc. Tuscul. ap. Mansi XXI. 59; „II. id. Febr.", Annal. Hildesheim. 1111 in MG. SS. III. 112 (ex. Annal. Patherbrunnens. 1111 p. 123). Ekkehardus in Chron. univ. 1111, ibid. VI. 244, perperam habet: „in dominica quadragesima". Cf. Vit. Chunradi archiep. Salzb. ibid. XI. 68; notitiam ibid. XIX. 223 et XXIV. 81 n. 1; Chron. pont. ex cod. Veneto 1111 ibid. p. 114. |
| „ | Romae | in hospitio extra ecclesiae S. Petri atrium custoditur. Annales Romani p. 475. |
| „ 16. | Roma | educitur ab Heinrico rege. Ekkehardi Chron. univ. 1111 p. 245: „post triduum"; cf. Annal. Roman. p. 475. |
| | ap. Trebicum | castellum in custodia habetur. Annales Romani p. 475. |
| Apr. 2. | non longe ab Urbe | in castris Heinrici regis. Ekkehardi Chron. univ. 1111 p. 245: „pascha". |
| „ 11. | in agro | iuxta pontem Mammeum. Pactionem cum Heinrico rege facit. Paschalis registrum in MG. Leg. II. 71, Annales Romani p. 475. 476. |
| „ 12. | iuxta pontem | Salarium, Tiberim transit cum Heinrico rege „altero die". Annales Romani p. 476. |
| „ 12. | („apud octavum" milliarium a Roma) | 6290 (4662) Heinrico Teutonicorum regi concedit, „ut regni episcopis vel abbatibus libere preter symoniam et violentiam electis, investituram virgae et anuli conferat". „Post investitionem vero" inquit „canonicam consecrationem accipiant ab episcopo, ad quem pertinuerint; si quis autem a clero et populo praeter tuum assensum electus fuerit, nisi a te investiatur, a nemine consecretur; sane episcopi et archiepiscopi libertatem habeant, a te investitos episcopos vel abbates canonice consecrandi; populares dissensiones, que in electionibus sepe contingunt, regali oporteat maiestate compesci". MG. Leg. II. 72, Sigeberti Chron. 1111 in MG. SS. VI. 374, Watterich II. 66, Udalrici Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 276, Florentii Wigorn. chron. ed. Thorpe II. 62, Migne 163 p. 284. — „Regnum vestrum". |
| „ 13. | Romae in ecclesia b. Petri | Heinrico insigne imperatorium imponit. Annales Romani p. 476, Annal. Hildesheim. 1111 p. 112 (ex Annal. Patherbrunnens. 1111 p. 124); cf. Paschalis registrum in MG. Leg. II. 73; Florentii Wigorn. chron. II. 64, Notas Romanas in MG. SS. XIX. 273, MG. SS. XXIV. 81. |
| „ 15. | Romae in insula Lycaoniae | 6291 (4663) Ottoni, episcopo Bambergensi, eiusque successoribus pallii utendi crucisque praeferendae copiam facit. Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 63, Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 277, (Ebbonis Vita Otton. c. 12 in MG. SS. XII. 830, Ludewig SS. R. G. I. 413, Migne 163 p. 285). — „Caritatis bonum". |
| „ 15. | „ | 6292 (4664) Monasterii Hersfeldensis iura bonaque confirmat, petente Reginhardo abbate. Wenck Hess. Landesg. II. 58, Migne 163 p. 286. — „Sicut iniusta poscentibus", |
| („) | | 6293 (4665) Heinrico imperatori scribit, se „post parvi temporis spatium quiddam de eo sinistrum audivisse". „Pervenit enim ad nos" inquit „quod ad perturbationem quietis ecclesiasticae H. apud Ariciam dimittere disposueris, ut ablatas possessiones ecclesiae retineat, et reliqua inquietare non desinat". Hortatur, ut episcopum Aretinum in gratiam recipiat, ecclesiae bona restituat, fidelibusque episcopi imperet, ut ad eiusdem obedientiam revertantur. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 279, Mansi XX. 1094, Migne 163 p. 287. — „Post parvi". |
| („) | | 6294 (4666) Clero et civibus Aretinis praecipit, ut ante d. 24. Decembris ad episcopi |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1111.** *(Ind. 4, pont. a. 12. — 14. Aug. — 13.)* |
| | | obedientiam redeant. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 280, Mansi XX. 1092, Migne 163 p. 287. — „Officii nostri". |
| Mai. 3. | Laterani | 6295 (4667) Heinrico imperatori scribit, post eius a se discessum nihil sibi de eo nunciatum esse. Queritur, „quosdam iussioni eius in his, quae b. Petro restitui iusserit, adhuc noluisse obedire, incolas videlicet civitatis Castellanae, Castri Corcoli, Montis alti, Montis acuti et Narnienses". „Se tamen ea et comitatus Peruginum, Eugubinum, Tudertinum, Balneum regis, Castellum felicitatis, ducatum Spoletanum, marchiam Ferrariam et alias b. Petri possessiones per mandati eius praeceptionem confidere obtinere". Hortatur, ut captum comitis Rusticelli filium dimitti iubeat. Watterich II. 68, Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 281, Mansi XX. 1093, Migne 163 p. 288. — „Ex quo a nobis". |
| („) | | 6296 (4668) Heinricum imperatorem rogat, ut ecclesiae Ariminensi ablata bona restitui iubeat. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 282, Mansi XX. 1094, Migne 163 p. 288. — „Ariminensem episcopatum". |
| Iun. 8. | „ | 6297 (4669) B(alduino), Hierosolymitanorum regi, concedit, „ut, quia pro Hierosolymitanae ecclesiae sublimatione personam suam extremis periculis devoverit, quascumque infidelium urbes ceperit, eiusdem ecclesiae regimini dignitatique subiaceant; porro earumdem civitatum episcopi patriarchae, tamquam proprio metropolitano, obedientiam exhibere procurent". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 13, Wilh. Tyr. L. XI. c. 28, Mansi XX. 1005, Migne 163 p. 289. — „Ecclesiarum, que in". |
| („) | | 6298 (4670) Gibelino, patriarchae Hierosolymitano, eiusque successoribus ius metropolitanum concedit de omnibus civitatibus, a Balduino rege subactis ac subigendis. Wilh. Tyr. L. XI. c. 28, Delisle Chron. de Robert de Torigni I. 90, Mansi XX. 1005, Migne 163 p. 289. — „Secundum mutationes". |
| („) | | 6299 (4671) Heinrico imperatori gratias agit, quod clericis Pataviensibus et H. iudici amissa bona reddi iusserit. Laicos quoque commendat. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 282, Mansi XX. 1094, Migne 163 p. 290. — „Pro clericis". |
| „ 9. | Romae | „quinto idus Iunii". Vide titulum ap. Ciaconium, Vit. pont. Rom. I. 905. |
| „ 11. | „ | „in tertia die". Vide tit. ap. Ciaconium, Vit. pont. Rom. I. 905. |
| c. Iun. | | 6300 (4672) Heinrico imperatori significat, legatum ad eum a sese missum „usque Ravennam venientem transire ulterius timuisse propter perturbationes itinerum, quae post transitum exercitus fiant". Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 282, (Migne 163 p. 290). — „De magnificentia". |
| Iul. 5. | Terracinae | 6301 (4673) Iohannem Tusculanum et Leonem Velitrensem episcopos et cardinales in unum congregatos reprehendit, quod in sese impie consuluerint. Promittit, se „commissum, quod pro fratribus atque filiis, pro excidio Urbis et universae provinciae fecerit, emendare curaturum". Cardin. de Arag. ap. Muratori R. It. SS. III. 1. 363, (Mansi XX. 1008, Watterich II. 69, Migne 163 p. 290). — „Id quod in". |
| | | 6302 (4674) *Brunoni, episcopo Signiensi abbati Casinensi, scribit, „non debere episcopum simul esse et abbatem". Praecipit, ut abbatiam dimmittat. Vide Chron. mon. Cas. p. 783 et 784. |
| | | 6303 (4675) *Monachos Casinenses Brunonis abbatis obedientia solvit, eique substitui successorem iubet; quod nisi faciant, fore ut omnibus monasterii cellis proprios abbates praeponat. Vide Petri Chron. mon. Cas. p. 783 et Vitam S. Brunonis, Acta SS. Iul. T. IV. 483. |
| | | 6304 (4676) *Signienses hortatur, ut loco Brunonis alium sibi episcopum sumant. Vita Brunonis, Acta SS. Iulii T. IV. 484. |
| | Ad Pontianam | insulam confugit. Epist. Hildeb. ap. Mansi XXI. 46, Migne 171 p. 235; cf. Vitam Ludovici Grossi ap. Duchesne IV. 291, MG. SS. XXVI. 52, Hist. pont. Engolism. in MG. SS. XXVI. 823. Vide Schum in Jahrb. d. Akad. gem. Wissensch. zu Erfurt 1877 p. 221. |
| Oct. 26. | Laterani | 6305 (4677) Heinrico imperatori restitutam valetudinem gratulatur. Haec nunciat: „Ex quo vobiscum illam, quam nostis, pactionem fecimus, non solum longius positi, sed ipsi etiam, qui circa nos sunt, cervicem adversus nos erexerunt, et intestinis bellis viscera nostra collacerant et multo faciem nostram rubore perfundunt". „Ceterum miramur" inquit „quod N. vester ecclesiis oppressiones inferat, quas hostiliter occupat atque depopulatur, et mutuae pactionis immemor, quae nostri iuris sunt, suae vendicat usurpationi; miramur etiam, quod dati a nobis obsides dure, ut audivimus, |

**1111.** *(Ind. 4, pont. a. 12. — 14. Aug. — 13.)*

turpiter tyranniceque tractentur". Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 283, (Mansi XX. 1094, Migne 163 p. 291). — „In litteris, quas".

6306 (4680) *Monasterii Corbeiensis (dioec. Paderb.) privilegia confirmat. Vide Annal. Corbei. 1111 in MG. SS. III. 7, ap. Jaffé Bibl. I. 42.

**1112?**

Febr. 15. Laterani 6307 (4681) R(adulfo), archiepiscopo Turonensi, I(ldeberto) Cenomanensi et M(arbodo) Redonensi episcopis mandat, ut P(agani)-Alerici abbatis S. Albini, a R(ainaldo) episcopo Andegavensi deiecti, causam suscipiant. Pavillon Vie de Rob. d'Arbrissel p. 542, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 675, Bouquet Rec. XV. 48, Migne 163 p. 293. — „Sancta Romana ecclesia".

**1100—1112.**

6308 N(orgaudum) episcopum Aeduensem iterum hortatur, ut aut fratres Cluniacenses ecclesias quasdam quiete possidere sinat aut ante legatum apostolicum iustitiam exhibeat; nisi infra 40 dies fecerit, se ei officio episcopali interdicturum esse. Pflugk-Harttung Acta I. 72. — „Pro querela Cluniacensium".

**1103—1112.**

6309 Geramno (Ioranno) abbati S. Nicasii Remensis bullam dat. (Tempus liquet ex nomine „Iohannis scrin. regionarii et notarii", qui scripsit bullam.) Neues Archiv VII. 87. — „Pie postulatio".

**1112.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 13. — 14. Aug. — 14.)*

Ian. 20. Romae ecclesiam SS. Quatuor Coronatorum consecrat. Petri Pisan. Vita Paschal. ap. Watterich II. 17.

„ 27. „ in titulo S. Laurentii in Lucina „VI. kal. Febr.". Vide titulum ap. Ciaconium, Vita Pont. Rom. I. 907.

Febr. 4. Laterani 6310 (4684) Girardi, abbatis Casinensis a sese consecrati, privilegia ac monasterii possessiones iuraque confirmat. Gattula Hist. Cas. p. 333, Margarini Bull. Cas. II. 129, Migne 163 p. 295. — „Scriptum est".

Mart. 18. „ (in basilica Constantiniana) Concilii dies primus „15. kal. April.". Acta in MG. Leg. II. app. 181, Watterich II. 73, cf. Bosonem card. ap. Muratori R. It. SS. III. 1. 363, et relationem ap. Böhmer Acta imp. p. 595, in Neues Archiv VI. 449, ubi CXXX episcopi concilio affuisse leguntur.

„ 21. „ Concilii die quarto Paschalis Wibertinis, nisi poenitentiam satisfactionemque egerint, interdicta officia restitui vetat. Boso cardin. l. l.

„ 22. „ Concilii die quinto exponit, „qualiter ab Henrico Teutonicorum rege captus fuerit, quodque coactus fuerit pro redemptione captivorum, pro pace populi, pro libertate ecclesiae, ut regi de investituris scriptum concessionis daret, et iuramenta per episcopos seu cardinales praeciperet, quatenus nec de investituris deinceps eum inquietaret, nec in persona regis anathema poneret. „Quamvis autem" inquit „conditio, iuramentis praeposita, ab ipso et suis minus observata sit, ego tamen eum nunquam anathematizabo et nunquam de investituris inquietabo; porro scriptum illud, quod, magnis necessitatibus coactus, non pro vita mea, non pro salute aut gloria mea, sed pro solis ecclesiae necessitatibus sine fratrum consilio aut subscriptionibus feci, super quo nulla conditione, nulla promissione constringimur, prave factum confiteor et omnino corrigi, Domino praestante, desidero". Boso cardin. l. l., cf. Mansi XXI. 50.

„ 23. „ Concilii die sexto et ultimo „privilegium illud, quod non est privilegium, sed vere debet dici pravilegium, pro liberatione captivorum et ecclesiae a domino papa per violentiam Heinrici regis extortum, damnant et irritum esse iudicant, atque omnino cassant et ne quid auctoritatis et efficacitatis habeat, penitus excommunicant". Acta concilii in MG. Leg. l. l., ap. Watterich l. l., cf. Bosonem card. l. l.

„ 27. „ 6311 Monasterii S. Vedasti possessiones et iura confirmat, petente Henrico abbate. (Temporis significatio vehementer est corrupta.) Guimann Cart. de St.-Vaast d'Arras p. 150. — „Pie postulatio voluntatis".

**1112.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 13. — 14. Aug. — 14.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 27. | Laterani | 6312 (4682) Lamberto, episcopo Atrebatensi, mandat, ut clericorum Atrebatensium et abbatis S. Vedasti controversiam praesentibus (Iohanne) Tarvanensi et (Godefrido) Ambianensi episcopis disceptet. Baluzii Misc. II. 155, Bouquet Rec. XV. 50, Migne 163 p. 294. — „Abbatem sancti". |
| | | 6313 G(uidoni) archiepiscopo Viennensi, ap. sedis vicario, significat, de actione concilii nuper celebrati ab eis, qui interfuerint, certiorem eum redditum iri; se ipsum „praedecessorum statuta sequentem, praecipue Gregorii VII. et Urbani II., quod damnaverint, damnavisse, quod firmaverint, firmavisse, quod statuerint, statuisse". Ut officium legationis bene exsequatur, monet. Jahrb. d. Akad. gemeinnütziger Wissensch. in Erfurt 1877 p. 278. — „Actionem concilii" „Actionem omnem". |
| Apr. 2. | „ | 6314 Riso, archiepiscopo Barensi, quem scribit a sese consecratum esse, pallii usum concedit, possessionibus et iuribus ecclesiae eius confirmatis. Putignano Vindiciae S. Nicolai II. 316, Pflugk-Harttung Acta II. 202. — „Caritatis bonum". |
| „ 5. | „ | 6315 (4685) Parthenonis Fontebraldensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia, rogatu Roberti de Arbrissel, confirmat, imposito sororibus duorum monetae Pictaviensis solidorum censu annuo. Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 607, Migne 163 p. 296. — „Cum universis sanctae". |
| „ 5. | „ | 6316 Parthenonis Burburgensis possessiones et privilegia confirmat, petente Clementia, comitissa Flandrensi. In bibl. nat. Paris. Chartul. Broburg. ms. lat. 9920. s. XIII. f. 37$^b$. (Le Glay Mém. sur les arch. de Bourbourg p. 8 testibus Wauters Table chron. II. 66 et Coussemaker Notice p. 36.) — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 6. | „ | 6317 (4686) Radulfo, archiepiscopo Remensi, scribit, se Atrebatensem ecclesiam subiici Cameracensi nunquam siturum esse. Mandat, ut post futuram episcopi Atrebatensis mortem successorem eligendum curet, electumque sine mora consecret. Baluzii Misc. II. 136, Bouquet Rec. XIV. 756, D'Achery Spic. III. 436, Mansi XX. 1031, Migne 163 p. 297. — „Quod de Atrebatensis". |
| „ 6. | „ | 6318 (4687) Clero et populo Atrebatensi scribit de eorum episcopatu ecclesiae Cameracensi nunquam subiiciendo et de episcopo post futuram Lamberti mortem eligendo. Baluzii Misc. II. 136, Bouquet Rec. XIV. 757, D'Achery Spic. III. 463, Mansi XX. 1032, Migne 163 p. 297. — „Audivimus quosdam". |
| „ 6. | „ | 6319 (4688) Balduinum, Flandrensium comitem, et Clementiam matrem eius hortatur, ut ecclesiae Atrebatensis libertati faveant, possessionesque tueantur. Baluzii Misc. II. 136, Bouquet Rec. XIV. 757, Migne 163 p. 298. — „Quod de Atrebatensis". |
| „ 14. | „ | 6320 (4689) Monasterii S. Martini de Valle possessiones et privilegia confirmat, petente Uberto abbate. Bull. Vatic. I. 44, Migne 163 p. 298. — „Austri terram". |
| „ 16. | „ | 6321 Guillelmo abbate petente, Maioris-monasterii possessiones confirmat, in his ecclesias Loviniaci, S. Mariae de Castro Filgeriensi, S. Medardi de Dolon cet. Bullet. de l'assoc. bretonne III. II. 198. — „Apostolicae sedis auctoritate". |
| Iun. 19. | „ | 6322 (4690) Monasterii S. Bertini Sithiensis protectionem suscipit, bonaque ac iura, petente Lamberto abbate, confirmat. Collect. des Cartulaires III. 250, Migne 163 p. 301. — „Ad hoc in apostolicae". |
| | | 6323 (4717) *Monasterii S. Berthini Sithiensis libertatem contra Pontium, abbatem Cluniacensem, tuetur. Vide Iohannis Longi Chron. S. Bert. in MG. SS. XXV. 790 (ad a. 1113, qui in plerisque anni 1112 privilegiis notatus reperitur. Bullam hanc non eandem esse ac praecedentem, prima eius verba probant). — „Ad hoc nos". |
| „ 19. | „ | 6324 (4691) Monasterio Aquicinctino asserit ecclesiam S. Georgii prope Hesdinium, a Iohanne, episcopo Morinensi, datam. Miraei Opp. dipl. I. 170, Escallier L'abbaye d'Anchin p. 52, Pflugk-Harttung Acta I. 103, Migne 163 p. 303. — „Officii nostri nos". |
| | | 6325 (4678) Guidonem, archiepiscopum Viennensem, hortatur, ne minis neu blandimentis cedat. Ita addit: „Scripta, quae in tentoriis, in quibus cum multitudine clericorum et civium Urbis et totius provinciae custodiebamur, pro libertate ecclesiae et pro absolutione captivorum omnium et pro excidio, quod ecclesiae, Urbi et universae provinciae, superincumbente undique gladio, imminere videbatur, de electione seu de investituris personarum facta sunt, videlicet ut, electione libera facta sine vi et simonia consensu regis, facultatem habeat rex investiendi per virgam et annulum, et electus a clero et populo non consecretur, nisi a rege investiatur: ego canonica censura cassa omnino et irrita decerno". (De tempore v. Giesebrecht III. 1201.) |

**1112.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 13. — 14. Aug. — 14.)*

Card. de Arag. ap. Muratori R. It. SS. III. I. 365, Ivonis Opp. II. 195, Watterich II. 71, Mansi XX. 1008, Migne 163 p. 292. — „Si constantiam".

6326 (4679) *Ivoni, episcopo Carnotensi, „de investituris ecclesiarum" scribit, „se coactum fecisse, quod fecerit, et adhuc se prohibere, quod prohibuerit, quamvis quaedam nefanda quibusdam nefandis scripta permiserit". Vide Ivonis ep. 233 et 236, Opp. II. 99. 100.

6327 G(irardo) episcopo Engolismensi, ap. sedis legato, scribit, se „nefandis nefanda quaedam permisisse, quae interdixerit et interdicat ac prohibuerit et prohibeat", praefatus, machinationibus inimicorum „clerum et populum urbis et universae fere provinciae in templo Dei ante corpus b. Petri iugo barbaricae dominationis suppositos fuisse". Jahrb. der Akad. gemeinnütziger Wiss. in Erfurt 1877 p. 279, (ubi haec et ea, quae praecedit, epistola ad finem anni 1111 a Guillelmo Schum referuntur, cf. ibid. p. 318). — „Osculo proditionis".

Aug. 8. Laterani 6328 (4692) Bernardo, patriarchae Antiocheno, affirmat, se ecclesiae eius imminutionem non spectasse, „si quid vel Antiochenae vel Hierosolymitanae ecclesiae aliter fortasse, quam oportuit, de parochiarum finibus scripserit". „Et locorum longinqua prolixitas" inquit „et antiquorum nominum commutatio, quae civitatibus vel provinciis accidit, magnam nobis ambiguitatem vel ignorantiam attulerunt". Wilh. Tyr. L. XI. c. 28, Mansi XX. 1006, Migne 163 p. 303. — „Quamvis inter".

Oct. 18. „ 6329 (4693) Arausicanae ecclesiae a Tricastinensi disiunctae libertatem confirmat. (Fragmentum.) Gall. Chr. I. Instr. p. 132, Migne 163 p. 304. — „..... Arausicae siquidem".

„ 20. „ 6330 (4694) Decreta concilii, a Guidone Viennensi aliisque archiepiscopis, episcopis, abbatibus Viennae celebrati, confirmat. Mansi XXI. 76, Bouquet Rec. XV. 52, Migne 163 p. 305. — „Cum alicuius".

6331 (4695) *Episcopos Hispaniae ad synodum, „proxima b. Mariae festivitate" (2. Febr. 1113, Beneventi) agendam, vocat, „ut de Aragonensis regis et Urracae reginae negotio et de pacis atque concordiae colloquio in praesentia sua tractent". Vide Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 139 et 140.

Nov. 10. Tiberiae 6332 (4696) Monasterii Nonantulani possessiones et privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Muratori Ant. It. V. 343, Migne 163 p. 306. — „..... auctoritate" (leg. „Apostolicae sedis auctoritate").

„ 15. Princerni 6333 (4697) Monasterii S. Petri Aureavallensis disciplinam et possessiones confirmat, petente Gisleberto abbate. Gall. Christ. ed. 1. T. IV. 113 et Migne 163 p. 308: „pont. a. XIV.", (ed. 2. T. II. 1387 pont. a. XIII.). — „Desiderium, quod ad".

(„) prope Casinense monasterium. Vide Petri Chron. mon. Cas. p. 785.

(„) Troiae 6334 (4782) „Alexio, Constantinopolitano imperatori. Omnipotentis Dei dignationi et miserationi gratias agimus, quia cor vestrum ad reformandam catholice ecclesie unitatem animare et confortare dignatus est, s. spiritus paracliti potentiam deprecantes, ut sicut in apostolis suis omnium gentium diversitates unire dignatus est, ita in nobis unitatis huius operetur effectum. In quo nimirum negotio nobis quidem grandis est difficultas, quia nostrarum gentium diversitas non facile in unum potest convenire consensum. Vobis autem per omnipotentis Dei gratiam facultas patet, quia clericorum ac laicorum, prepositorum ac subditorum .... de vestro pendet arbitrio, cum vestre adsit benignitas voluntatis. De cuius religioso sanctoque proposito et vestre nos littere instruxerunt et fidelissimi ac sapientissimi nuntii vestri, B. mesimeri relatio nos plenius certificavit. Ipse enim legationi vestre totis profecto desideriis instare contendit, utpote qui et vestre fidelitatis studiis et catholice unitatis votis totus exestuat. Novit sane vestre sagacitatis experientia, quanta olim Constantinopolitani patriarche circa Romanum episcopum devotio ac reverentia fuerit. Ceterum ex multis iam annorum curriculis adeo se civitatis regie presules cum clero suo preter omnem audientiam a Romane ecclesie caritate ac obedientia subtraxerunt, ut neque litteras ab apostolica sede directas suscipere, nec eius apocrisariis communicare dignati sint. Et nisi vestri imperii sapientia amoris circa nos et nuntios nostros dulcedinem demonstraret, omnimodo inter nos divisio permaneret, ut neque nos vestri, neque vos nostri notitiam haberetis, nec ulla inter nos hodie reconciliationis memoria gereretur. Prima igitur unitatis huius via hec videtur, ut confrater noster Constan-

**1112.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 13. — 14. Aug. — 14.)*

tinopolitanus patriarcha primatum et reverentiam sedis apostolice recognoscens, sicut in religiosi principis Constantini sanctionibus institutum et sanctorum conciliorum consensu firmatum est, obstinatiam preteritam corrigat, sicut ex legatorum nostrorum suggestione cognosces; metropoles vero ille sive provincie, que sedis apostolice quondam dispositionibus subiacebant, ad eiusdem sedis obedientiam dispositionemque concurrant, ut status ille, qui inter veteris et nove Rome nostrorum ac vestrorum predecessorum temporibus habebatur, nunc cooperante Deo per vestre sublimitatis industriam reformetur. Ea enim, que inter Latinos et Graecos fidei vel consuetudinum (diversitatem) faciunt, non videntur aliter posse sedari, nisi prius capiti membra cohereant. Quomodo enim inter dissidentium et sibi invicem adversantium pugnas questionum poterit diversitas pertractari, dum alteri alteris nec obedire nec consentire dignantur. Mox per Dei gratiam apostolicarum sedium presules, et nostro et vestro cooperante studio, loco et tempore, quod statuerimus, convenire debebunt, ut communicatis consiliis secundum sanctarum rectitudinem scripturarum de medio questionum scandala resecentur. Cuius conventus locum vestre imminet prudentie deliberare, qui nostris ad vos convenientibus fratribus salubrior atque commodior sit. Tempus autem oportunum Octubrem sequentis anni mensem Domino cooperante previdimus. Propter que omnia cum vestre sapientie moderatione tractanda venerabilem fratrem nostrum, M(aurum), Amalfitanum episcopum, et carissimos filios N. abbatem et Hugonem, sedis nostre presbyteros, et carissimum B., sedis nostre subdiaconum, ad vestram presentiam destinamus. Quos rogamus ad nos celerius remitti, ut responsionis vestre certitudinem cognoscentes, que in posterum ad id peragendum disponenda fuerint, auctore Deo congruenti disponamus. Troie". („Ex reg. Paschalis II. libro XIIII. cap. 6".) E cod. Vatic. Ottobon. No. 3057 dedit W. Giesebrecht. De tempore cf. eiusdem Gesch. d. d. K. III. 1201. (In priore regestorum editione Jaffé a. 1115 attribuerat hanc epistolam.) — „Omnipotentis Dei".

Dec. 2. Beneventum — pervenit „secundo die intrante mensis Decembris". Falconis Beneventani Chron. 1112, ind. VI.

**1100—1113.**

Mai. 8. Laterani — 6335 (4698) „Episcopis per Daciam constitutis inter cetera: De censu etiam, quem b. Petro praedecessores vestri singulis annis instituerunt, fraternitatem vestram una cum eodem fratre nostro, Lundense archiepiscopo, volumus esse solicitam, ne in ipso negotio fraudem Romana ecclesia ulterius patiatur, sed integre huiusmodi caritatis debitum prudentia vestra satis sapienter suscipiat". (Fragmentum.) Centii Camerarii lib. cens. ap. Muratori Ant. It. V. 891.

**1113.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 14. — 14. Aug. — 15.)*

Ian. 2. Beneventi — 6336 Monasterium S. Mariae de Valle Iosaphat tuendum suscipit, eiusque possessiones, a Godefrido duce et Balduino rege Hierosolymitano donatas, ac privilegia confirmat. Delaborde Chartes de Terre Sainte p. 22, Pflugk-Harttung Acta II. 203. — „Redemptori omnium gentium".

„ 3. „ — 6337 Monasterii S. Mariae de Valle Iosaphat patrocinium suscipit bonaque in Sicilia et Calabria sita confirmat, petente Hugone abbate. (Notae temporis corruptae.) Delaborde Chartes de Terre Sainte p. 24. — „Possessiones et bona".

„ 24. „ — 6338 (4700) Galoni episcopo et capitulo ecclesiae Parisiensis concessum a Ludovico rege privilegium confirmat, ut ecclesiae Parisiensis famuli („qui apud vos servi vulgo improprie nuncupantur") „in forensibus et civilibus causis vel placitis adversus quaslibet saeculares personas in testimonium efficaciter admittantur". Baluzii Misc. III. 11, Bouquet Rec. XV. 52, Mansi XX. 1036, Collection des cartulaires IV. 223, Migne 163 p. 311. — „Sicut ex relatione".

„ 25. „ — 6339 (4701) Heinricum imperatorem hortatur, ut infamiam vitet, et A(dalbertum) cancellarium (archiepiscopum Moguntinum) e custodia dimittat; „de quo" inquit „quantum novimus, quantum experti sumus, testimonium ferimus, quia te super omnia diligebat". Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 290, (Mansi XX. 1095, Migne 163 p. 312). — „Cum amicorum".

**1113.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 14. — 14. Aug. — 15.)*

| | | |
|---|---|---|
| Febr. | Beneventi | Synodus. Vide Falconis Benevent. Chron. 1112, ind. VI., Annal. Benev. 1113 p. 184, Petri Chron. mon. Cas. p. 785. In hac synodo legatis Rogerii principis et Bernardi patriarchae Antiocheni, ut contra usurpationes patriarchae Hierosolymitani ecclesiae Antiochenae suum ius restituatur, petentibus papa respondet, confirmare se Urbani II. decretum in concilio Claromontensi promulgatum: „quod, quicunque principes provincias vel civitates supra gentiles conquirerent, eorum principatibus, eliminatis gentium ritibus, ecclesiae restitutae pertineant". Vide notitiam ap. Rozière Cart. du Saint-Sép. p. 8, uberioremque relationem ap. Pflugk-Harttung Acta II. 205. Cf. epp. 6343. 6344. (Inter testes bullae die 13. Febr. datae nomina duorum ecclesiae Antiochenae legatorum reperimus.) |
| „ 11. | „ | in palatio principali. Vide infra bullam 6340. |
| „ 12. | „ | in palatio principali. Vide infra bullam 6340. |
| „ 13. | „ | 6340 (4702) Ecclesiam S. Mariae in Casali plano, a monasterii Terrae-maioris abbate invasam, monasterio Casinensi adiudicat. („Actum Beneventi in palatio principali III. et II. idus Febr.; datum idib. Febr."). Gattula Access. p. 714, Cocqu. II. 147, Migne 163 p. 312. — „Rerum gestarum". |
| „ 15. | „ | 6341 (4703) Xenodochii S. Iohannis Hierosolymitani tutelam suscipit, bonaque confirmat et privilegia quaedam ei concedit, petente Geraudo institutore ac praeposito. Bosio Ist. della mil. di Gio. I. 47, (Cod. dipl. del ord. Geros. I. 268, Mansi XXI. 87, Migne 163 p. 314). — „Piae postulatio". |
| „ 20. | „ | 6342 (4704) Lanuino, magistro eremi, scribit haec: „Peccatis nostris exigentibus ad id tempora devenerunt, ut mala quaelibet iam quasi ex licentia committantur; laici ecclesiarum bona diripiunt, et in ipsas ecclesiasticas personas manus extendere non verentur, quibus nos obviare compellimur". Itaque permittit ei, ut in laicos, qui illa crimina commiserint, interdictionem et excommunicationem proferat. Concedit, „ut anachoretas doceat et benedicat, et si qui de loginquis partibus forte advenerint, suscipiendi et benedicendi habeat potestatem". Tromby Stor. Cart. III. append. 124, Regii Neapol. arch. mon. V. 363, (Vita S. Brunonis p. 409, Pflugk-Harttung Acta II. 204). — „Peccatis nostris" („Tibi quia multorum"). |
| Mart. | „ | Landulfum de Graeca comestabulum Beneventanorum instituit. Falc. Benev. Chron. 1113, ind. VI. |
| „ 18. | „ | 6343 (4705) Bernardo, patriarchae Antiocheno, iterum confirmat, privilegium de civitatibus a Balduino rege subigendis Gibelino, „felicis memoriae patriarchae Hierosolymitano", non esse concessum, ut in eum iniuria immitteretur. (Cf. supra ad synodum.) Wilh. Tyr. L. XI. c. 28, Mansi XX. 1010, Migne 163 p. 316. — „Sicut aliis". |
| „ 18. | „ | 6344 (4706) Balduinum, Hierosolymitanorum regem, hortatur, ne in ecclesiae Hierosolymitanae gratiam veteris ecclesiae Antiochenae fines invadat. (Pro „Laterani" leg. „Beneventi".) Wilh. Tyr. L. XI. c. 28, Mansi XX. 1011, Migne 163 p. 316. — „Concessio illa". |
| Apr. 9. | Laterani | 6345 (4683) Lamberto, episcopo Atrebatensi, significat, clericorum eius et S. Vedasti monachorum controversias quo pacto composuerit. (Epistolam hanc a. 1113 scriptam esse, et indictio probat et ep. 6312; non recte igitur Brial ap. Bouquet l. l. statim post concilium a. 1112 eam datam esse annotat.) Baluzii Misc. II. 155, Bouquet Rec. XV. 51, Guimann Cart. de St.-Vaast p. 149, Migne 163 p. 294; Pflugk-Harttung Acta I. 104, ubi in clausula praebetur „ind. VI."; quam indictionem aliena manu additam esse, non concedam Kaltenbrunnero in Mittheil. d. Inst. f. östr. Gesch. I. 460. — „Querimonias clericorum". |
| „ 10. | „ | 6346 (4707) Monasterio S. Nicasii Remensi ecclesiam S. Petri Ruminiacensem et altaria quaedam asserit. Pflugk-Harttung Acta I. 104, (Marlot Metr. Rem. II. 253, Migne 163 p. 317). — „In pastorum specula". |
| „ 10. | „ | 6347 (4708) Monasterii S. Nicasii Remensis possessiones confirmat, petente Ioranno abbate. Varin Archives admin. de Reims I. I. 261, Migne 163 p. 318. — „In pastorem super". |
| „ 12. | „ | 6348 (4709) Monasterio Anianensi cellam Gordanicensem addicit. Gall. Chr. VI. Instr. p. 298, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 693, Mon. pont. Arverniae p. 134, Bouquet Rec. XV. 53, Cocqu. II. 148, Migne 163 p. 320. — „Apostolicae sedis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1113.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 14. — 14. Aug. — 15.)* |
| (Apr.) | (Laterani) | 6349 R(aimundo) episcopo Ucceticensi nuntiat, sese ex iudicio Ar(berti) Avenionensis, C. (Eustachii) Valentinensis, et His(mionis) Diensis episcoporum cellam Gordanicensem monasterio Anianensi asseruisse. Mandat, ut de ecclesia S. Martini de Plano, ad ecclesiam Gordanicensem pertinenti, fratribus Anianensibus iustitiam exequantur. Loewenfeld Epistolae p. 71. — „Iuxta confratrum". |
| „ 14. | „ | 6350 (4710) B(ernardum archiepiscopum Toletanum) primatem et ceteros episcopos et principes Hispaniae hortatur, ut „ecclesiarum subversionibus, caedibus, rapinis, incendiis" finem imponant. Legatum a sese missum iri. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 166, Salazar Anamnesis II. 473, Aguirre Conc. V. 31, Mansi XXI. 118, Migne 163 p. 321. — „Regionum vestrarum". |
| „ 14. | „ | 6351 Monasterii S. Nicasii Remensis, rogatu Ioranni abbatis, possessiones confirmat, fratribusque liberam abbatis eligendi facultatem indulget. Pflugk-Harttung Acta I. 105. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 15. | „ | 6352 (4711) Pacem inter S. Remigii et S. Nicasii monasteria Remensia de burgo factam confirmat. Varin Archives administr. de Reims I. I. 264, Migne 163 p. 322. — „De Deo et homine". |
| „ 23. | „ | 6353 (4712) Monasterii S. Victoris Massiliensis possessiones confirmat, petente Ottone abbate. Acta SS. Maii T. IV. 13, Gall. Christ. I. Instr. p. 115, Coll. des Cartulaires IX. 234, Migne 163 p. 327. — „Apostolicae sedis". |
| Iun. 11. | „ | 6354 Monasterium Nonantulanum tuendum suscipit eiusque bona et privilegia confirmat. Iohanni abbati usum dalmaticae, mitrae, chirothecarum sandaliorumque concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 205. — „Apostolicae sedis auctoritate". |
| Oct. 27. | Romae | 6355 (4800) A(delgoto), archiepiscopo Magdeburgensi, mandat, ut (Gerhardum) electum Merseburgensem, iniuste expulsum, Roma redeuntem, restituat, eiusque causam aut canonice iudicet, aut ad sese deferat. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 291, (Hahn Coll. mon. I. 121, Migne 163 p. 396). — „Veniens ad apostolorum". |
| „ 27. | „ | 6356 (4801) Clerum populumque Merseburgensem de superiore ad Adelgotum epistola certiorem facit. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 292, (Hahn Coll. mon. I. 121, Migne 163 p. 396). — „Lator praesentium". |
| Nov. 4. | Anaguiae | 6357 (4713) Congregationem Camaldulensem confirmat, eiusque patrocinium suscipit, bulla ad Guidonem priorem. Mittarelli Ann. Cam. III. app. 243, Migne 163 p. 330. — „Gratias Deo". |
| „ 6. | „ | 6358 (4714) G(oterum) decanum ecclesiae Tornacensis, L(ambertum) archidiaconum et capitulum, abbates et ceteros ecclesiarum praepositos hortatur, „ut communicato comprovincialium episcoporum (Iohannis) Morinensis et L(amberti) Atrebatensis consilio, pastoris electionem faciant, ut a Noviomensi ecclesia eorum penitus avellatur". Cousin Hist. de Tounray II. 187, Bouquet Rec. XV. 55, Migne 163 p. 332. — „Ecclesiam vestram non". |
| „ 7. | „ | 6359 (4715) Lambertum episcopum canonicosque Atrebatenses dolet tam diu cum S. Vedasti monachis discordare. Praecipit, ne fratres capellae S. Mauritii iniuriis afficiant. Guimann Cart. de St.-Vaast p. 145: „VII. id. Nov."; Baluzii Misc. II. 156, Migne 163 p. 333: „V. id. Nov.". — „Dissensio, quae". |
| Dec. 13. | Laterani | 6360 (4716) Lamberto, episcopo Atrebatensi, significat, se decrevisse, ut „parochiani omnes ecclesiae b. Mariae, tam infra quam extra Atrebatum, eidem matrici ecclesiae primitias, decimas, oblationes solemnes et cetera parochialia iura persolverent, illi videlicet parochiani, qui ab ipsa matrice ecclesia baptismum, doctrinam, sepulturamque percipiunt". Monachis S. Vedasti „ea manere concedit, quae suae sint auctoritatis litteris designata". Baluzii Misc. II. 156, Bouquet Rec. XV. 56, Migne 163 p. 333. — „Infirmitatis tuae". |
| | | 6361 *Canonicis Tornacensibus praecipit, Baldrico episcopo Noviomensi simulque Tornacensi mortuo, ut proprium pastorem sibi eligant electumque (Radulpho) Remensi metropolitano consecrandum transmittant. Hist. Tornac. L. IV. c. 2 in MG. SS. XIV. 342. |
| | | 6362 *(Radulpho) archiepiscopo Remensi mandat, operam det, ut in ecclesia Tornacensi episcopus eligatur, qui consecrationem ab eo recipiat. Hist. Tornac. L. IV. c. 2 l. l. |

**c. 1113.**

6363 W(idoni) episcopo Curiensi scribit, pactum cum imperatore factum inimicitiis adhuc non esse violatum. Neues Archiv III. 173. — „Ex quo cum".

**1099—1114.**

6364 I(snardo) episcopo Niciensi praecipit, ut fratribus Lerinensibus ecclesiam b. Torpeti restituat. Pflugk-Harttung Acta I. 106, Moris et Blanc Cart. de Lerins I. 338. — „Fratres Lirinensis monasterii".

**1100—1114.**

Mai. 14. | Laterani | 6365 (4718) Guillelmo, archiepiscopo Vesontionensi, mandat, iudicet inter S. Stephani et S. Iohannis canonicos. Mansi XXI. 140, Bouquet Rec. XV. 47, Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 370. — „Fratrum ecclesiae vestrae".

**1113—1114.**

Nov. 6. | Anagniae | 6366 (4719) Hugonem maiorem, Dodonem de hastis, Guazelinum, Gonzelinum, Fulconem filium Anselmi, Hilvinum filium Adelfridi, Guaselinum militem, Girardum Saracenum, Gerboidum patrem Balduini, Thebaldum filium Bonaevitae, Heribertum, Aganonem, Atrebatensis municipii cives, arbitros a canonicis Atrebatensibus et S. Vedasti monachis sumptos, hortatur, ut illorum litem diligenter discernant. D'Achery Spic. III. 463, Bouquet Rec. XV. 56, Mansi XX. 1033, Migne 163 p. 335. — „Viros bonos".

„ 6. | „ | 6367 (4720) Lamberto, episcopo Atrebatensi, significat, ad dirimendam litem inter eius canonicos et monachos S. Vedasti a litigatoribus suo iussu electos arbitros esse. D'Achery Spic. III. 463, (Bouquet Rec. XV. 56, Mansi XX. 1032, Migne 163 p. 336). — „Pro canonicorum".

„ 6. | „ | 6368 Petro, episcopo Pictaviensi, praecipit, ut infra XL dies canonicam iustitiam faciat de Guillelmo de Mirabello, qui Monasterio-novo Pictaviensi villam Agriciacum violenter abstulerit. Archives hist. du Poitou I. 45, Pflugk-Harttung Acta I. 106. — „Non modicum".

**1114.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 15. — 14. Aug. — 16.)*

Ian. 10. | Laterani | 6369 (4721) Monasterii b. Ruffi (Avenionensis) tutelam suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Odolgerio abbate. Gall. Chr. ed. 1. T. IV. 802, ed. II. T. XVI. Instr. p. 102, Migne 163 p. 336. — „Religiosis desideriis".

„ 13. | „ | 6370 (4722) Ecclesiae Aptensis canonicorum possessiones ac iura confirmat. Gall. Chr. I. Instr. p. 77, Migne 163 p. 337. — „Officii nostri".

Febr. 25. | „ | 6371 (4723) Ecclesiae Marsorum possessiones, petente Berardo episcopo, confirmat. Phoebonii Hist. Marsor. p. 218, Ughelli It. sacr. I. 892, Migne 163 p. 338. — „Sicut iniusta".

„ 25. | „ | 6372 Monasterii S. Bartholomaei Noviomensis disciplinam ac possessiones confirmat, petente Lamberto abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 106. — „Austri terram inhabitantibus".

Mart. 20. | „ | 6373 (4724) Iohanni, episcopo Morinorum, de conservanda monasterii S. Bertini Sithiensis libertate respondet. Collection des Cartulaires III. 253, Migne 163 p. 340. — „Tam ex fraternitatis".

„ 25. | „ | 6374 (4725) Monasterio S. Bertini Sithiensi asserit terram Berquariam, a Balduino Flandriae comite pro villa Ostresela datam. Collection des Cartulaires III. 258, Migne 163 p. 341. — „Officii nostri nos".

„ 31. | „ | 6375 (4726) Monasterii Tutelensis possessiones confirmat, petente Ebalo abbate. Baluzii Hist. Tutelensis p. 464, Migne 163 p. 341. — „Apostolicae sedis auctoritate".

Apr. 4. | „ | 6376 (4727) Monasterii Ebroliensis tutelam suscipit et bona iuraque confirmat, petente Theotardo abbate. Gall. Chr. II. Instr. p. 121, Mon. pont. Arverniae p. 137, Migne 163 p. 343. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 11. | „ | 6377 (4728) Monasterii Sublacensis possessiones omnes et privilegia confirmat, bulla Iohanni abbati inscripta. Muratori Ant. It. IV. 1058, R. It. SS. XXIV. 949, Migne 163 p. 345. — „Glorificantes me".

**1114.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 15. — 14. Aug. — 16.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 13. | | 6378 (4729) *Landulphum, archiepiscopum Beneventanum, episcopali officio multatum, ad synodum idibus Octobribus celebrandam „accersiri iubet". Vide Falcon. Beneventanum 1114 p. 88 („Cum me litteris vestris accersiri iussistis"; et: „terminum veniendi proculdubio largitus fui ab idibus scilicet Aprilis et sex mensium spatio interposito"). |
| | | 6379 (4730) *Landulphum de Graeca, comestabulum Beneventanorum, invitat ad synodum idibus Octobribus agendam. Vide Falcon. Benev. 1114 p. 87. |
| „ 14. | Laterani | 6380 (4731) Ecclesiae Farinatensis, a comitibus Bergomatibus conditae ac b. Petro collatae, possessiones confirmat, ea lege, ut duodecim monetae Mediolanensis nummi quotannis palatio Lateranensi persolvantur. Lupi C. D. Berg. II. 885. — „Devotionem vestram". |
| „ 15. | „ | 6381 (4732) Ecclesiae S. Laurentii Florentinae tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Iohanne priore. Lami Eccl. Flor. Mon. III. 1772, Cianfogni Mem. ist. p. 201, Migne 163 p. 349. — „Piae postulatio". |
| „ 16. | „ | 6382 W(idoni) episcopo Curiensi praecipit, ut Fabariense monasterium, a (Rudolfo) episcopo Basiliensi „vel emptione vel commutatione illicite occupatum", ab iniuriis defendat. (Anno 1114 attribuendam esse epistolam, probavi in Neues Archiv VI. 597. Ibidem vero VII. 206 annum 1115 praeferendum esse, putat Ewald; cui ne adsentiamur, impedit epistola ad Rodolfum episcopum infra 6416 notata.) Neues Archiv III. 176. — „Fabariense cenobium". |
| | | 6383 Rudolfo, episcopo Basiliensi, praecipit, ut monasterium Fabariense „cum omnibus rebus suis omnino dimittat ab occupatione sua liberum et quietum; alioquin se eum ut ab ecclesia alienum habiturum, donec ecclesiae praeceptis obediat et ab illa penitus invasione et occupatione secedat". (Fragm.) MG. SS. XII. 411. — „Tibi frater". |
| „ 18. | „ | 6384 (4733) Mauritio, archiepiscopo Bracarensi, propter invasam ecclesiam Legionensem a sacerdotali et episcopali munere per Bernardum, archiepiscopum Toletanum, vicarium suum, remoto „et eadem officia et Bracarensis ecclesiae obedientiam interdicit, donec resipiscens obediat et plenius satisfaciat". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 184, Aguirre Conc. V. 31, Salazar Anamnesis II. 473, Mansi XXI. 117, Migne 163 p. 350. — „Inter querelas". |
| „ 23. | „ | 6385 Fratribus S. Michaelis Clusinis ob amorem erga S. Petri fideles indulget, ut eorum abbas sandaliis, dalmatica mitraque utatur. Pflugk-Harttung Acta II. 207. — „In scriptura sua". |
| „ 27. | „ | 6386 (4733a) Ecclesiae S. Evasii Casalensis privilegia confirmat, petente Girardo praeposito. De-Conti Not. stor. I. 332, Migne 163 p. 350. — „Religiosis desideriis". |
| „ 30. | Albe | 6387 (4734) Episcopatus Bononiensis fines possessionesque, petente Victore episcopo, confirmat. Statuit, ut episcopi Bononienses a pontifice Romano consecrentur. (Pro: „II. Men. Martii" legendum esse videtur: „II. kal. Maii.") Savioli Ann. Bol. I. II. 152, Migne 163 p. 351. — „Sicut(i) iniusta petentibus". |
| Mai. 25. | Laterani | 6388 Fratres Anianenses et Casae-dei, super ecclesia Gordanicensi litigantes, in proximum beati Martini festum (d. 11. Nov.) ad sese evocat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816 f. 72: „VIII. kal. Iun.", (ms. lat. 12772 f. 24, ubi perperam legitur: „VIII. id. Iun."). — „Causam de Gordanico". |
| „ 28. | Tyberiae | 6389 (4735) Ecclesiae Reiensis bona confirmat, et terminos episcopatus statuit, petente Oggerio episcopo. Bartel Hist. praes. Reg. eccl. nom. p. 175, Migne 163 p. 353. — „Iustis votis assensum". |
| Iun. 5. | „ | 6390 (4736) Ecclesiae Lascurrensis protectionem suscipit, disciplinamque canonicam et possessiones ac privilegia confirmat, petente Guidone episcopo. Marca Hist. de Béarn p. 383, Migne 163 p. 354. — „Iustis votis assensum". |
| „ 8. | „ | 6391 Ecclesiae Niciensis possessiones confirmat, petente Petro episcopo. Pflugk-Harttung Acta II. 207. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 10. | Tyberi | 6392 (4737) Monachis S. Vitoni praecipit, ne excommunicatis clericis Virdunensibus obediant. Martene Thes. I. 338, Bouquet Rec. XV. 54, Migne 163 p. 355. — „Virdunenses clericos". |
| „ 10. | Tiburi | 6393 Laurentio abbati S. Vitoni Virdunensi eiusque successoribus curtem Alzei, a Rainaldo comite Tullensi, per Richardum episcopum Albanensem b. Petro traditam asserit, |

**1114.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 15. — 14. Aug. — 16.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | iniuncta eis duodecim denariorum Catalaunensium pensione annua. Decumarum immunitatem confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 107. — „Apostolicae sedis“. |
| Iun. 10. | Tiberiae | 6394 W(idoni) episcopo Curiensi, R. decano ceterisque ecclesiae Constantiensis canonicis mandat, ut aut ipsi iudicent inter fratrem Adalbertum et alium canonicum, a b. m. G(ebehardo) episcopo constitutos, aut utramque partem cum instrumentis necessariis ad se mittant. Neues Archiv III. 175. — „Neque nostris litteris“. |
| „ 12. | „ | 6395 W(idoni) episcopo Curiensi mandat, ut presbytero cuidam poenitentiam iniungat. Neues Archiv III. 175. — „Quotiens humana“. |
| „ 18. | Tiburiae | 6396 Bernardo, archiepiscopo Toletano, de mutatione ecclesiae Minduniensis scribit. („In regesto lib. XV.“) Neues Archiv VI. 296. (Cf. infra ep. 6460.) — „Et tua et aliorum“. |
| „ 21. | Tyberiae | Richardo, episcopo Virdunensi, expetitam gratiam denegat. Id die 21. m. Iunii factum esse, videtur ex Paschalis verbis his: „cras Romam revertar“. Laurentii Gesta epp. Vird. in MG. SS. X. 504. |
| „ 22. | Romam | revenit „pridie ante b. Iohannis vigilias“. Vide epist. Iohannis diaconi in Hist. Compost. ap. Florez Esp. sagr. XX. 193. |
| „ 24. | Laterani | 6397 (4738) D(idacum) episcopum Compostellanum hortatur, ut paci restituendae operam tribuat. „Propter regni vestri et ecclesiae perturbationes“ inquit „postulationi tuae ad praesens respondere non possumus, quia ecclesiarum novae dispositiones in huiusmodi tumultibus minus competenter fieri possunt“. (Franz Papst Paschalis II., Bresl. Dissert. 1877 p. 46, perperam a. 1115 epistolam ascribit.) Hist. Comp. l. l. p. 193, Migne 163 p. 356. — „Etsi procul“. |
| Iul. 5. | „ | 6398 (4739) Ecclesiae b. Mariae in portu Ravennae possessiones et iura confirmat. Bull. Lat. p. 5. — „Desiderium, quod“. |
| Aug. 24. | | 6399 Monasterii Cellae-Paulinae possessiones confirmat. Abbati praeterea et fratribus liberam eligendi advocati facultatem ea lege concedit, ut byzantium aureum Lateranensi palatio annuatim persolvant. Stumpf Acta Maguntina p. 9. — „Religiosis desideriis dignum“. |
| | | 6400 (4740) Monasterii S. Mariae de Caritate, a sese quondam consecrati, protectionem suscipit, possessionesque „in praesenti septima indictione“ confirmat, Odone priore per Pontium, abbatem Cluniacensem, petente. In bibliotheca Hamburgensi. Ex schedis societatis Mon. Germ. — „Apostolicae sedis auctoritate“. |
| Oct. 15. | Ceperani | Concilium „mense Octobri“. Vide Falconem Benevent. 1114 p. 87. Initium concilii videtur ad d. 15. Oct. referendum esse; vide supra ep. 6378. |
| „ 17. | „ | (in ecclesia S. Paterni). In concilio Paschalis Guillelmo duci ducatum Apuliae, Calabriae et Siciliae concedit. — Concilium si die 15. Oct. incepit, Falconem necesse est verbis: „in medio conventus, die videlicet sabbati“ significare diem 17. Oct. Cf. Petri Chron. mon. Cas. p. 786, Romuald. Salernit. Annales 1115 ind. 8 in MG. SS. XIX. 415, Annal. Ceccanenses 1114 ibid. p. 282. |
| „ 19. | „ | in concilio Landulphus, archiepiscopus Beneventanus, deiicitur „die lunae“. Falco Benevent. l. l. Cf. Petri Chron. mon. Cas. l. l., Romuald. Salernit. Annal. 1115 ind. 8 l. l. |
| „ 21. | Berulc | 6401 Canonicorum S. Stephani protomartyris Tullensium privilegia et possessiones confirmat. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 16991 f. 222 et 228. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 22. | „ | 6402 Monasterii Montis-maioris possessiones et privilegia confirmat, petente Petro abbate. (Pro „XV. kal. Nov.“ leg. puto „XI. kal. Nov.“) Hist. Montis-maioris auctore Claudio Chantelou, ms. lat. 13915 f. 146 in bibl. nat. Paris. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 28. | Anagniae | 6403 (4741) Canonicorum Carnotensium privilegia quaedam, ab Ivone episcopo constituta, confirmat. Ivonis Opp. II. 252, Lépinois et Merlet Cart. I. 121, (Bouquet Rec. XV. 54, Migne 163 p. 357). — „Ex venerabilis fratris“. |
| Nov. 1. | „ | 6404 Monasterio Corbeiensi bona quaedam, opera Rudolfi, archiepiscopi Remensis, e manibus Godescalci et Lamberti clericorum erepta, restituit. In bibl. nat. Paris. Cart. noir de Corbie ms. lat. 17758. s. XIII. f. 214, Cart. blanc ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 29. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 5. | „ | In praesentia Paschalis papae controversia inter Letonem episcopum Verulanum et Girardum abbatem Casinensem diiudicatur. Vide Pflugk-Harttung Iter p. 212. |

**1114.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 15. — 14. Aug. — 16.)*

| | | |
|---|---|---|
| Nov. 7. | Anagniae | 6405 (4742) Monasterii Cluniacensis possessiones, a Pontio abbate acquisitas, confirmat. Bullar. Clun. p. 37, Bibl. Cluniac. p. 571, Duchesne Hist. des card. Fr. II. 68, Mansi XX. 1042, Cocqu. II. 152, Migne 163 p. 358. — „Apostolicae sedis". |
| „ 7. | „ | 6406 (4743) Pontio, abbati Cluniacensi, et eius successoribus concedit mitrae, dalmaticae, chirothecarum et sandaliorum usum. Bibl. Cluniac. p. 572, Bull. Clun. p. 37, Duchesne Hist. des card. Franç. II. 68, Mansi XX. 1043, Migne 163 p. 359. — „Cum differentiam". |
| „ 18. | Tibere | 6407 Gerardo, episcopo Engolismensi, (ap. sed. legato) mandat, ut priorem et secundam abbatis electionem, in monasterio S. Stephani Beaniensi celebratam, diligentius investiget. („Dat. Tibere XIIII. kal. Dec.", quae verba epistolae sequenti errore quodam proposita sunt, huc conferenda videntur.) Cholet Cart. de Baigne p. 6. — „Apostolicae sedis amministratio". |
| „ 18. | „ | 6408 Arnaudo Burdegalensi (archiepiscopo), Gerardo Engolismensi, apost. sedis legato, et Rainaldo Santonensi episcopis significat, se monasterii S. Stephani Beaniensis possessiones et libertatem confirmare. („Dat. Tibere XIIII. (XIII.) kal. Dec."; ceterae, quae additae sunt, notae chronologicae casu nescio quo huc collatae sunt. Cf. Delisle in Revue d. soc. sav. IV. sér. III. 1866. p. 511.) Cholet Cart. de Baigne p. 1 et 6. — „Fratres isti latores". |
| „ 27. | Laterani | 6409 Cellam Gordanicensem, monachis Casae-dei abiudicatam, in possessione ac subiectione monasterii Anianensis permanere iubet. Loewenfeld Epistolae p. 71. — „Causam cellae de". |
| „ 27. | „ | 6410 (4761) R(aimundum), episcopum Uceticensem, obiurgat, quod Pontium-Guillelmi de Barriaco excommunicatum absolverit, nec curaverit, ut ille de occupato monasterio Gordianensi monachis Anianensibus satisfaceret. Gall. Chr. VI. 655, Bouquet Rec. XV. 54, Migne 163 p. 369. — „Ex fratrum Anianensium". |
| Dec. 1. | „ | 6411 Monasterii S. Quintini de Insula possessiones confirmat, fratribusque liberam abbatis eligendi facultatem concedit, petente Lamberto, episcopo Noviomensi. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Quintini, ms. lat. 12895. s. XVII. f. 83, Coll. Grenier 255. f. 122. — „Sicut iniusta poscentibus. |
| „ 1. | „ | 6412 (4744) Ecclesiae S. Victoris Parisiensis possessiones ac iura quaedam confirmat, petente Gilduino priore. (Specimen scripturae ap. De Wailly El. de paléogr. II. pl. XII. n. 7.) Dubois Hist. eccl. Paris. I. 797, Martene Coll. VI. 219, Migne 163 p. 359. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 2. | „ | 6413 (4745) Ecclesiae S. Petri de Valeriis privilegia confirmat, imposito Iohanni priori eiusque successoribus solidorum quinque denariorum Lucensium censu annuo. Baluzii Misc. III. 12, Migne 163 p. 360. — „Apostolicae sedis". |
| „ 4. | „ | 6414 (4746) Dioecesis Bracarensis fines, petente Mauritio archiepiscopo, confirmat. Risco Esp. sagr. XL. 351, Argote Memorias II. 861, Migne 163 p. 361. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 4. | „ | 6415 Berengario abbati, B. priori et eorum fratribus ecclesiam S. Iohannis Rivipullensem, a comite Bisuldunensi coenobio Massiliensi iniuste donatam, restituit ea lege, ut trium aureorum censum annuum palatio Lateranensi persolvant. Villanueva Viage literario VIII. 246. — „Quae iiudicii apud nos". |
| | | 6416 Rudolfum, episcopum Basileensem, iterum hortatur, ut „Fabariense coenobium cum locis suis ac possessionibus quietum dimittat". Haec addit: „Si vero aliquam te confidis habere iustitiam, ante medium proximae quadragesimae, videlicet 12. kal. Apr. anno ab incarn. Dom. 1115 (21. Mart. 1115), nostrae te audientiae praesentato; interim monasterii bona, quae abstulisti, restituens". MG. SS. XII. 411. — „Quia pro querela". |
| | | 6417 *(Radulpho) archiepiscopo Remensi negotium dat, inquirat, utrum et in Tornacensi et Noviomensi ecclesiis an, redditibus haud sufficientibus, Noviomi tantummodo episcopus instituendus sit. Vide Hist. Tornac. L. IV. c. 2 in MG. SS. XIV. 342. |

**c. 1114.**

6418 *Canonicis Tornacensibus mandat, ut, Lamberto archidiacono episcopo Noviomensi facto, novum sibi archidiaconum eligant. Vide Libr. de restaur. S. Martini Torn. Continuat. c. 9 in MG. SS. XIV. 321.

**c. 1114.**

6419 *(Radulfo) archiepiscopo Remensi mandat, ut Lamberto, episcopo Noviomensi, „ecclesias Tornacensis episcopatus ex toto interdicat“. Vide Libr. de restaur. S. Martini Torn. Contin. c. 9. l. 1.

**1099—1115.**

Nov. 23. Laterani 6420 (4748) Clericos ecclesiae Carnotensis, qui „pro sacramentis illis, quae ad repellendos conditionarios facta sint, alteri alteris convicia, contumelias et iniurias intulerint, insuper obligationes quasdam et pacta ad laedendam fraternitatem contra pactum Domini concinnaverint“, ad pacem hortatur; et „hominia, quae apud eos clerici sibi invicem faciant, ut ne fiant ulterius prohibet, et quae facta sint, irrita ducit“. Lépinois et Merlet Cart. I. 112, Ivonis Opp. II. 233, Bouquet Rec. XV. 27, Migne 163 p. 364. — „Indubia veracium“.

6421 (4750) Lamberto, episcopo Atrebatensi, mandat, iudicet inter clericos Atrebatenses et monachos S. Vedasti, de burgo vetere et burgo novo litigantes. Baluzii Misc. II. 155, Bouquet Rec. XV. 55, Migne 163 p. 365. — „De mota“.

6422 L(amberto), episcopo Atrebatensi, Veteris- ac Novi-burgi divisionem iterum committit. Loewenfeld Epistolae p. 72. — „Veteris ac novi“.

6423 L(ambertum), episcopum Atrebatensem, ab omnibus peccatis absolvit. Loewenfeld Epistolae p. 73. — „Per merita beatae“.

6424 Lamberto, episcopo Atrebatensi, indulget, ut „in eius potestate iudicioque rerum ecclesiasticarum dispensatio maneat“. Loewenfeld Epistolae p. 73. — „Cum ea quae“.

6425 (4751) Husgerum, canonicum Altissiodorensem, vetat praepositura tributa ab Humbaldo episcopo privari. Labbe N. B. M. I. 459, Acta SS. Oct. VIII. 1004, Migne 163 p. 366. — „Quod confrater noster“.

6426 (4752) Milites de S. Geminiano aliisque oppidis iuxta positis hortatur, ut ad Rogerii, episcopi Volaterrani, fidelitatem redeant; „qui fidem“ inquit „quam patri suo debet ac domino, abiurare compellitur, is, (si) cum possit, ad correctionem non revertitur, non iam fidelis, sed perfidus comprobatur“. Mansi XX. 1097, Migne 163 p. 366. — „Unam esse“.

6427 (4753) Mathildae comitissae mandat, ut ecclesiae Carpensi ablata ab abbate Fraxinorensi restitui iubeat. Mansi XX. 1074, Migne 163 p. 366. — „Pervenit ad“.

6428 P(etro), episcopo Pictaviensi, scribit de querela inter Turonenses et Quinciacenses fratres agitata. Maius-monasterium ei commendat. Marchegay Cartul. du Bas-Poitou p. 75. — „De querela quae“.

6429 P(etro), episcopo Pictaviensi, mandat, curet ut Maiori-monasterio ablata a Petro quodam parochiano monasteria restituantur. Marchegay Cartul. du Bas-Poitou p. 157. — „Petrum quendam“.

6430 Fratribus Maioris-monasterii asserit ecclesiam S. Martini de Valle, collatam ab Ivone, episcopo Carnotensi, „rogantibus et conferentibus Adela comitissa et eius filiis Guillelmo et Theobaldo pro anima b. m. Stephani comitis“. Loewenfeld Epistolae p. 74. — „Officii nostri nos“.

**1100—1115.**

Mart. 21. Laterani 6431 (4754) Lamberto, episcopo Atrebatensi, Robertum et A. commendat. Baluzii Misc. II. 149, Migne 163 p. 367. — „Latores praesentium“.

„ 26. „ 6432 (4755) Canonicos Carnotenses hortatur, „ut, si forte aliqui Carnotensium comitum vel ministrorum eorumdem libertatem a Stephano (al. Roberto) comite concessam infregerint, tanquam ecclesiastici iuris sacrilegi pervasores excommunicentur“. Theodori Poenitentiale II. 550, D'Achery Spic. III. 440, Bouquet Rec. XV. 23, Mansi XX. 1070, Migne 163 p. 367. — „Quoniam pravas“ „Quam pravas“.

Apr. 7. „ 6433 (4756) Berchtesgaden et Niedernheim, allodiorum Beringarii et Chunonis comitum, aedificando monasterio destinatorum, protectionem suscipit, ea lege, ut census quotannis persolvatur. Hund II. 155, Migne 163 p. 368. — „Piae postulatio voluntatis“.

„ 7. „ 6434 (4747) Monasterii S. Margarethae Baumburgensis, a fundatore Berengario, comite Sulzpacensi, „sub unius aurei censu annuo“ b. Petro oblati, tutelam suscipit et bona

**1100—1115.**

iuraque confirmat, bulla Eberbino praeposito inscripta. Mon. Boic. II. 179, Migne 163 p. 363. — „Sicut iniusta poscentibus".

Apr. 17. Laterani — 6435 (4758) *G. episcopum Papiensem de controversiis cum monachis S. Petri Coeli-aurei componendis hortatur. Robolini Notizie III. 224. 225.

„ 26. „ — 6436 (4759) Bonumseniorem, episcopum Reginum, docet 1) „qui ex compatre vel commatre nati fuerint, eos matrimonio coniungi non posse"; 2) „post uxoris obitum cum commatre uxoris viri superstitis coniugio copulari" licere; 3) „duorum consobrinorum coniuges viro uni alteram post alterius obitum nubere" non debere. (Fragmenta.) Gratiani decr. C. XXX. qu. 3. c. 5, cf. Richteri annotationem, C. XXX. qu. 4. c. 5, C. XXXV. qu. 2 et 3. c. 22. (Mansi XX. 1073.) — „Post susceptum" „Post uxoris" „Porro duorum".

Nov. 14. „ — 6437 (4760) Paroeciae Tarvanensis clericis denunciat, qui clerici non abstinuerint mulieribus, eos remotum iri. Mansi XX. 1024, Bouquet Rec. XV. 23, Migne 163 p. 369: „VIII. kal. Dec."; in bibl. nat. Paris. suppl. lat. 271 fol. 77: „XVIII. kal. Dec.", ut cum Jafféo communicavit Leop. Delisle. — „Gravem valde".

Dec. 4. „ — 6438 R(othoni) priori S. Frigdiani Lucensis mandat, ut ad sese venire diutius non differat aut dilationis causam litteris exponat. Adventum eius „usque ad proximam nativitatem Domini" (Dec. 25) expectat. Pflugk-Harttung Acta II. 208. — „Super dilatione adventus"

„ 23. „ — 6439 (4762) B(ernardum), Toletanum primatem, hortatur, ne ecclesiam Burgensem iniuriis afficiat, utque eam ab Oxomensi episcopo defendat. Florez Esp. sagr. XXVI. 470, Loperraez Corvalan Descr. hist. del ob. de Osma III. 557, Migne 163 p. 370. — „Felicis memoriae".

**1102—1115.**

Mart. 4. Laterani — 6440 R(ainaldo), episcopo Andegavensi, praecipit, ut G(aufrido) abbati Vindocinensi satisfaciat de ecclesia infra monasterii terminos edificata, quam clerici S. Nicolai de castro Credonensi possideant. (Haec et duae, quae sequuntur epistolae, verisimiliter a. 1102 datae sunt; cf. num. 5899.) Pflugk-Harttung Acta I. 111. — „Dilecti filii nostri".

„ 4. „ — 6441 Iohanni (leg. Ivoni) episcopo Carnotensi mandat, ut Ursionem et patrem eius Nevelonem, monasterii Vindocinensis malefactores, excommunicet et in eorum terris divina interdicat, donec satisfecerint. Loewenfeld Epistolae p. 74. — „Dilectissimi filii nostri".

„ 13. „ — 6442 Monasterio Vindocinensi asserit ecclesiam S. Sepulcri, a Landrico vel Lancelino de Balgentiaco, fundatore eius, donatam. Loewenfeld Epistolae p. 75. — „Veniente ad me".

**1107—1115.**

Dec. 9. Laterani — 6443 (4871) Petro abbati et fratribus Montis-maioris indulget, ne „milites, episcopi aut personae ceterae ab eis de laboribus seu animalibus, nec ab aliquibus monachis sive clericis communiter viventibus decimas de laboribus seu nutrimentis propriis ex torqueant". Loewenfeld Epistolae p. 75, (Gratiani decret. C. XVI. qu. 1. c. 47, Mansi XX. 1072, Migne 163 p. 437). — „Decimas a populo".

†6444 Quae comitissa Mathildis ecclesiae Virdunensi dedit, ea confirmat. Calmet Hist. de Lorraine I. Pr. p. 524, Neues Archiv VII. 166. — „Quod comitissa".

**1113—1115.**

Dec. 9. Laterani — 6444a (4763) Canonicis Lugdunensibus in fratrum Savigneiensium gratiam scribit, castellum de Varennis „rite destructum esse". Obsides quosdam restitui abbati iubet. Coemeterium Bulliacense monasterio asserit. Concordiam factam inter abbatem et Stephanum de Varennis servari vult. Mabillon Ann. ord. Ben. V. 670, Bouquet Rec. XV. 24, Bernard Cart. de Savigny I. 475, Migne 163 p. 370. — „Savigniacensium fratrum".

**1114—1115.**

Nov. 23. Romae — 6445 (4822) Clericis Augustensibus scribit, Herimanno episcopo episcopale officium „ante quinquennium" interdictum esse, „quia et a suo id temporis legato, bonae

**1114—1115.**

memoriae Richardo Albano episcopo, invitatus et sua praeceptione praemonitus“ statuta die ad se non venerit. Negat, se „ex illo tempore unquam interdicti remissionem ei fecisse“. Udalscalci narrat. c. 17 in MG. SS. XII. 439, (Mansi XX. 1009, Migne 163 p. 412). De tempore vide Neues Archiv VI. 592 et VII. 204. — „Pro querelis quibusdam“.

**1115.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 16. — 14. Aug. — 17.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 22. | Laterani | 6446 (4764) Ecclesiae Gerundensis possessiones et privilegia, petente Berengario episcopo, confirmat. Marca Marca Hisp. p. 1243, Aguirre Conc. V. 39, Cocqu. II. 152, Mansi XX. 1071, Migne 163 p. 371. — „Sicut iniusta“. |
| Febr. 8. | „ | 6447 (4765) Monasterium Vallumbrosanum tuendum suscipit et eius possessiones ac iura, rogatu Ademari abbatis, confirmat, ea lege, ut monachi singulis annis „duodecim sagi cilicini brachia“ palatio Lateranensi persolvant. Lami Eccl. Fl. M. I. 559, Migne 163 p. 372: „VI. id. Febr.“; Pflugk-Harttung Acta II. 209: „V. id. Febr.“. (Textus in bonis enumerandis inter se pugnant.) — „Desiderium, quod“. |
| „ 8. | „ | 6448 (4766) Monasterii S. Petri Perusini possessiones ac privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Margarini Bull. Cas. II. 132, Migne 163 p. 374. — „Apostolicae sedis“. |
| „ 18. | „ | 6449 (4767) Ecclesiae Cantuariensis filios redarguit, quod inconsultu suo Radulfum, episcopum Roffensem, archiepiscopum elegerint. Huius virtutum respectu peccatum iis ignoscit. Legatum scribit a sese missum iri. Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 88, Wilkins Conc. I. 377, Mansi XX. 1066, Migne 163 p. 376. — „Ecclesiae vestrae“. |
| Mart. 30. | „ | 6450 (4768) Henricum, Anglorum regem, reprehendit, quod in regno eius „sedis apostolicae nuncii vel litterae praeter iussum regiae maiestatis nullam susceptionem aut auditum promereantur, neque ullus inde clamor, neque ullum inde iudicium ad sedem apostolicam destinetur“. Mittit Anselmum, abbatem S. Sabae, qui eius et episcoporum „petitioni in causa Cantuariensis episcopi, quamvis contra auctoritatem sedis apostolicae, satisfaciat“. „Eleemosynam b. Petri, perperam doloseque collectam, plenius colligi“ vult. Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 88, Mansi XX. 1066, Migne 163 p. 376. — „Cum de manu“. |
| „ 31. | „ | 6451 (4769) Ecclesiae Carcassonensis bona, petente Arnaldo episcopo, confirmat. Gall. Chr. VI. Instr. p. 433, Migne 163 p. 377. — „Iustis votis petentium“. |
| Mrt. Apr. | | 6452 Rudolfo, episcopo Basileensi, scribit: „Et quia regum et imperatorum praeceptis statutum est, ut abbatia illius monasterii Fabariensis libera sit, nec alicui regum vel imperatorum liceat eam vel res eius alienare: quam ob rem nostro et fratrum nostrorum iudicio diffinitum est, ut abbatia in sua permaneat libertate. Quare que per te illis ablata sunt, restituenda praecipimus“. (Fragment.) MG. SS. XII. 413. Cf. supra 6416. — „Et quia regum“. |
| Apr. 1. | „ | 6453 (4770) In Heinricum regem et episcopos regni Anglici invehitur, quod se inconsulto „episcoporum negotia definiant, oppressis apostolicae sedis appellationem subtrahant, se inscio concilia synodalia celebrent, praeter auctoritatem suam episcoporum quoque mutationes praesumant“. Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 89, Mansi XX. 1067, Migne 163 p. 378. — „Qualiter ecclesia“. |
| „ 3. | „ | 6454 Bernardo, praeposito ecclesiae Mortariensis, et suis successoribus ecclesiam S. Matthaei Terdonensem, b. Petro collatam ab Alberto presbytero, regendam disponendamque committit. Pennotti Ord. cleric. canonic. hist. ed. Rom. p. 328, ed. Colon. p. 326. — „Desiderium quod ad“. |
| „ 10. | „ | 6455 (4771) Bernardo, archiepiscopo Toletano, significat, post missas ad eum de consecrando Paschali electo Burgensi litteras, allatum sibi esse, Paschalem archidiaconum consilio eius quidem, „sed rege nesciente et populo ignorante“, regis fratrem vero „populo expectante, universo clero consentiente, rege quoque volente“ electum esse. Mandat, ut convocatis episcopis comprovincialibus, causa utrius iusta sit, examinet. Mansi XX. 1036, Aguirre Conc. V. 27, Migne 163 p. 380. — „Postquam litteris“. |
| „ 22. | „ | 6456 (4772) Guidoni, archiepiscopo Viennensi, sedis apostolicae legato, praescribit, litem inter Vesontionenses S. Iohannis et S. Stephani canonicos quo modo discernat. Mansi XXI. 141 (XX. 1047), Bouquet Rec. XV. 57, Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 371, Migne 163 p. 334. — „Controversia, quae“. |

**1115.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 16. — 14. Aug. — 17.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mai. | in Casinensi | monasterio. Vide Petri Chron. mon. Cas. p. 788. |
| „ 24. | Beneventi | 6457 (4773) (in palatio principali) Fidelibus Tullensis parocciae inter fratres Molismenses et monachos S. Apri de cella Castiniacensi litigantes pacem factam esse significat. (Subscripserunt episcopi sex.) Calmet Hist. de Lorr. I. Pr. p. 537, Migne 163 p. 380. — „Inter religiosos viros“. |
| „ 25. | „ | 6458 (in palatio principali) Fidelibus in dioecesi Lingonensi constitutis eadem nuntiat. Pflugk-Harttung Acta I. 108. — „Inter religiosos viros“. |
| „ 25. | „ | 6459 (4774) Arcimbaldo, monasterii S. Albini Andegavensis abbati, addicit ecclesiam S. Iohannis, a Ioffrido, Vindocinensi abbate, affectatam. Baluzii Misc. III. 53, Bouquet Rec. XIV. 88, Migne 163 p. 382. — „Ex praedecessoris“. |
| Iul. 3. | „ | 6460 (4775) Mauricio, archiepiscopo Bracarensi, scribit de „Minduniensis cathedrae transmutatione facta provincialis deliberatione concilii“ ac de legato in Hispaniam mittendo. Clericis Minduniensibus inferri iniurias vetat, ablataque reddi iubet. Argote Memorias III. 451, Migne 163 p. 383. — „Minduniensis cathedrae“. |
| „ 18. | „ | 6461 (4776) Ecclesiae Teatinae possessiones quasdam, rogante Guillelmo episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. VI. 702, Cocqu. II. 153, Migne 163 p. 383. — „Ex praedecessoris“. |
| Aug. 15. | „ | 6462 (4777) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus sive clericis per Hispaniam significat, se „generale concilium“ celebraturum, quia „pro investituris episcopatuum vel abbatiarum, quas sibi iam dudum assumpserint laici, tantum in ecclesia scandalum sit exortum, ut ad schisma processerit“. Praecipit, „ut de provinciis singulis, qui sapientiores vel religiosores cognoscantur, episcopi, et de parochiis abbates sive clerici, scripturis sanctis et institutis ecclesiasticis eruditi, IV. non. proximi Martii (4. Mart. a. 1116) secum in urbe Roma studeant omnimodis convenire“. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 203, Migne 163 p. 385. — „Ab ecclesiae“. |
| „ 15. | „ | 6463 (4778) Hugonis, episcopi Portugalensis, „ad reformandum Portugalensis ecclesiae statum communi fratrum concilio deputati“, protectionem suscipit, eique concedit, „ut nullius metropolitani nisi Romani pontificis aut legati, qui ab eius latere missus fuerit, subiectioni teneatur obnoxius“. Ecclesiae eius fines et possessiones confirmat. Cunha Cat. dos bispos do Porto II. 2, Florez Esp. sagr. XXI. 297, Migne 163 p. 385. — „Egregias quondam“. |
| „ 19. | „ | 6464 (4779) *Gonsalvo, episcopo Colimbriensi, praecipit, ut occupatam dioecesis Portugalensis partem Hugoni episcopo restituat. Ribeiro Dissert. V. 6. |
| („) | („) | 6465 Bernardo, archiepiscopo Toletano, mandat, discernat inter (Hugonem) Portugalensem et (Gonsalvum) Colimbriensem episcopos, uterius sit iurisdictio parochiae cuiusdam. („In regesto lib. XVII.“) Neues Archiv VI. 296. — „Fratrum nostrorum oportunitatibus“. |
| „ 20. | „ | 6466 (4780) Didacum, episcopum Compostellanum, inimicorum insidias vitandi causa „a conciliorum, quae per provincias fiunt, conventibus solvit“. Concedit, „ut in quotidiana conversatione tunica et stola indutus incedat“. Hist. Comp. l. 1. p. 202, Migne 163 p. 387. — „Perturbationem regni“. |
| „ 24. | „ | Troiam versus discedit „IX. kal. Sept.“. Falco Benev. p. 89. |
| „ | Troiae | Concilium, in quo „comes Iordanus et comes de Lauritello et alii barones Apuliae sacramento firmant, treugam Dei spatio annorum trium fore tenendam et custodiendam“. Falco Benev. p. 89, cf. Petri Chron. mon. Cas. p. 788. |
| „ 27. | „ | 6467 (4781) Guidonem, archiepiscopum Viennensem, sedis apostolicae vicarium, reprehendit, quod clericorum b. Stephani Vesontionensium testimonium contra S. Iohannis canonicos respuerit. Hortatur, ut secundum „alias litteras“ litem componat; „alioquin ad praesentiam suam parati prorsus et instructi proximi quadragesimalis concilii tempore revertantur“. Mansi XX. 1047, XXI. 142, Bouquet Rec. XV. 58, Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 372, Ragut Cart. de St.-Vinc. de Mâcon p. 348, Migne 163 p. 387, (D'Achery Spic. III. 459). — „Super prudentia“. |
| Sept. 3. | Beneventum | „tertio die intrante mensis Septembris revertitur“. Falco Benevent. p. 90. |
| „ 9. | Beneventi | 6468 Monasterii Omnium sanctorum (in loco Cuti) Barensis iura et possessiones confirmat, petente Eustasio fundatore et abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 211. — „Ad hoc nos“. |
| „ 25. | Benevento | digreditur Romam versus „VII. kal. Oct.“. Falco Benev. p. 90. |

**1115.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 16. — 14. Aug. — 17.)*

| | | |
|---|---|---|
| Sept. Oct. | Vulturnense | S. Vincentii monasterium dedicat. Vide Falcon. Benev. p. 90, Petri Chron. mon. Cas. p. 788, tabulam ap. Muratori R. It. SS. I. II. 517. |
| Oct. 10. | Ferentini | 6469 (4783) T(heoderico), presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, Saxoniam ingresso, mandat, ut „si quod consolationis auxilium Halberstadensi episcopo (Reinhardo) conferre potuerit, conferat". Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 303, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halb. I. 106, (Mansi XX. 1096, XXI. 146, Migne 163 p. 389). — „Ex antiqua". |
| „ 18. | Anagniae | 6470 (4784) Oratorium S. Mariae penes Novum-burgum apud Aldenardum tuendum suscipit et Gilberto, abbati Eihamensi, eiusque successoribus subiicit. Van Gestel Hist. archiep. Mechlin. II. 253, Piot Cart. d'Eename p. 19. — „Oratorium sanctae Dei". |
| „ 18. | „ | 6471 Monasterium Eihamense tuendum suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Gilleberto abbate. Van Gestel Hist. archiep. Mechlin. II. 253, Piot Cart. d'Eename p. 17. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 30. | Laterani | 6472 (4785) Monasterii S. Xisti Placentini (ubi agente praecipue comitissa Mathildi monachi loco sanctimonialium male viventium substituti fuerint) possessiones confirmat, monachisque ius eligendi abbatis tribuit. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12766. f. 258. (Fragm. ap. Campi Hist. di Piacenza I. 385 et in Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVIII. 422). — „Legimus in prophetis". |
| „ 31. | „ | 6473 G(erardo) Engolismensi, apost. sedis legato, A(rnaldo) Burdegalensi, R(ainaldo) Sanctonensi episcopis significat, confirmare se, quae Arnaldus cum consensu Rainaldi „tunc ecclesiae Santonensis electo" constituerit de abbate Beaniensi substituendo. (Cf. supra 6407. 6408.) Cholet Cart. de Baigne p. 7. — „Fratres de monasterio". |
| Nov. 3. | Anagniae | 6474 (4786) G(onsalvo), episcopo Colimbriensi, praecipit, ut ad Mauritii archiepiscopi Bracarensis obsequium redeat. Brandão Monarchia Lusitana III. 282[b], Baluzii Misc. I. 139, Migne 163 p. 390. — „Quanti criminis". |
| „ 3. | „ | 6475 (4787) Bernardum archiepiscopum Toletanum, apostolicae sedis legatum, „ab iniuncta super Mauritium archiepiscopum et provinciam Bracarensem cura legationis absolvit", quia „Colimbriensis episcopi obedientiam Mauritio subtraxerit, in Lucensi ecclesia, episcopo praeter iudicium eiecto, superordinari alium proposuerit, Asturicensis ecclesiae parochiam, ut Salmanticensem augeret, imminuerit". Brandão Monarchia Lusitana III. 39, Baluzii Misc. I. 139, Risco Esp. sagr. XLI. 295, Migne 163 p. 391. — „Pro iniuriis". |
| „ 13. | Laterani | 6476 Monasterii Dolensis possessiones confirmat ac iura quaedam statuit, petente Iohanne abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 109. — „Apostolicae sedis auctoritate". |
| „ 17. | „ | 6477 Ecclesiae Aretinae possessiones et privilegia confirmat, petente Guidone episcopo. Pflugk-Harttung Acta II. 212. — „Iustis votis assensum". |
| „ 21. | „ | 6478 Ecclesiae SS. Faustini et Iohannis plebis de Elsa, iuris S. Petri, possessiones et iura confirmat, imposita ei duodecim nummorum pensione annua. Privilegium apostolicum qui violaverit, ei penam quatuor auri librarum iniungit, quarum medietas Lateranensi palatio, medietas predictae ecclesiae persolvatur. Pflugk-Harttung Acta II. 213. — „In pastorum specula". |
| „ 24. | (Romae) | 6479 (4788) Inter Anastasium, monasterii SS. Andreae et Gregorii in Clivo Scauri Romae siti abbatem, et „scholam piscatorum stagni" de parte eiusdem stagni litem pro abbate discernit. Vide tabulam ap. Mittarelli Ann. Cam. III. 166. 167. |
| Dec. 2. | Laterani | 6480 In ecclesia Atrebatensi sedem episcopalem permanere vult eiusque possessiones confirmat. In bibl. nat. Paris. Chartul. Atrebat. ms. lat. 17737. s. XIII. f. 49. — „Officii nostri nos". |
| | | 6481 (4789) *Monasterii Sinsheimensis privilegia confirmat. Chron. Sinsheim. ap. Mone Quellensammlung I. 206. |
| | | 6482 *Radulfo, archiepiscopo Cantuariensi, pallium mittit. Annal. Anglosax. 1115 ap. Liebermann Anglo-Norm. Geschichtsquellen p. 5. |

**c. 1115.**

6483 *(Radulphum) archiepiscopum Remensem increpat, quod ecclesiam Tornacensem interdicto subiecerit; quod irritum esse vult. Vide Libr. de restaur. S. Martini Torn. Contin. c. 9 in MG. SS. XIV. 322.

**1100—1116.**

Ian. 10. Laterani — 6484 W(idoni) episcopo Curiensi mandat, ut monasterium Alpersbacense a malefactorum iniuriis defendat. (Ewald anno 1114 hanc epistolam scribit.) Neues Archiv III. 174, cf. ibid. VI. 599 et VII. 209. — „Non solum postulantium".

„ 12. „ — 6485 Martino priori et capitulo S. Mariae et Martino Muniz et omnibus Christianis Colimbriae nuntiat, sese episcopalem sedem tempore Gundisalvi episcopi a suae dignitatis pristino gradu non removere, immo exaltare velle. H. comiti gratias agit, quod ecclesiam de Lorvan a laicali manu liberatam „hereditarie sub pontificali manu constituerit". Filiis Colimbriae contra Mauros pugnantibus tutelam b. Petri et absolutionem peccatorum indulget. Memor. da acad. real das sciencias de Lisboa, Classe de sc. moraes, polit. cet., Nova serie I. ɪ. (1854) 73. — „Sciatis omnes".

„ 29. „ — 6486 (4792) Parochianos ecclesiae S. Frigdiani Lucensis hortatur, ut decimas et oblationes subtractas ecclesiae restituant. Baluzii Misc. IV. 587, Migne 163 p. 392. — „Et a nobis et".

„ 30. „ — 6487 (4793) Episcopum Comensem hortatur, ne numerum canonicorum S. Fidelis „contra ipsius ecclesiae possibilitatem" augeri patiatur. Tatti Ann. di Como II. 866, Migne 163 p. 393. — „Episcopalis officii".

Mart. 5. „ — 6488 W(idoni) episcopo Curiensi praecipit, ut abbatem quendam, Roma redeuntem, convocatis ecclesiae Constantiensis abbatibus, monasterio, cui praefuerit, restituat. (Anno 1114 ascripsit Ewald in) Neues Archiv III. 174; cf. ibid. VI. 599 et VII. 209. — „Latoris praesentium".

„ 13. „ — 6489 Hugonem, episcopum Gratianopolitanum, et ecclesiam eius tuendos suscipit contra Guigonis comitis aliorumque laicorum iniurias. Marion Cartulaires de Grenoble p. 236. — „Ex dilectionis tue".

„ 17. „ — 6490 (4794) Bernardo, archiepiscopo Toletano, „Segoviensem civitatem, nisi proprium desideret civitas ipsa episcopum, pro gravioris paupertatis necessitate permittit", ac monasterium S. Servandi, destitutum monachis, restituendum tradit. Mansi XX. 1037, Aguirre Conc. V. 27, Migne 163 p. 393. — „Fraternitatis tuae".

„ 23. „ — 6491 W. archidiaconem Parisiensem, censura proposita ecclesiastica, ab iniuriis in homines monasterii S. Dionysii dehortatur. (Epistola mutila.) Loewenfeld Epistolae p. 76. — „Sicut apud nos".

**1101—1116.**

Mart. 6. Laterani — 6492 (4795) Excommunicationem Uberti presbyteri prolatam a R(othone) praeposito et fratribus S. Frigdiani Lucensis probat. Baluzii Misc. IV. 585, Migne 163 p. 394. — „Vitae regularis propositum".

„ 13. „ — 6493 (4796) Clericis Florentinis sub poena praecipit, ut vetere ecclesiae cathedralis more „tam in dominicis diebus, quam in praecipuis festivitatibus in processionibus et in officio maioris missae usque ad perlectum evangelium conveniant". Ughelli It. sacr. III. 88, Mansi XX. 1052, Migne 163 p. 394. — „Antiquum morem".

**1102—1116.**

Ian. 15. Laterani — 6494 (4790) Canonicos et laicos parochianos ecclesiae S. Frigdiani Lucensis rogat, ne prioris absentiam indignentur, quem scribit sibi usui esse. (Cf. supra ep. 6438.) Baluzii Misc. IV. 586, Migne 163 p. 391. — „Caritatis utilitas".

„ 27. „ — 6495 (4791) Canonicos S. Frigdiani Lucenses reprehendit, quod legatos ad sese miserint petitum, ut aut prior, commorans apud ipsum, dimitteretur, aut eligendi prioris novi concederetur licentia. Baluzii Misc. IV. 586, Migne 163 p. 392. — „De religione vestra".

„ 27. „ — 6496 (4797) Lanuino (Turris priori) permittit, ut „in ecclesia illa iuris eremi, quae apud Scyllacium sita est, monasterium constituat". Mabillon Ann. ord. Bened. V. 456, Tromby Stor. Cart. III. append. 125, Migne 163 p. 395. — „Quoties a fratribus".

Mart. 14. „ — 6497 Lanuino priori et ceteris fratribus eremi concedit, „ut nemini liceat Montauri cellam ab eremi unitate dividere". Tromby Stor. Cart. III. app. 126, (Pflugk-Harttung Acta II. 209). — „Non facile est".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1104—1116.** |
| Mart. 21. | Laterani | 6498 Monasterio S. Vedasti servientibus ad petitionem Henrici abbatis liberam in ecclesia eius sepulturam asserit. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 75. — „Nostri nos cogit". |
| | | **1107—1116.** |
| Dec. 27. | Romae | 6499 (4798) O(tberto), episcopo Leodiensi, praecipit, ut quam occupaverit „in castello Bullionis partem Remensis parochiae" Radulfo archiepiscopo restituat, „aut de ea iudicio Catalaunensis et Tullensis episcoporum Remensi ecclesiae iustitiam exsequatur". Martene Coll. II. 624, Migne 163 p. 395. — „Confratris nostri Radulfi". |
| | | **1108—1116.** |
| Mart. 20. | Laterani | 6500 (4799) Reinhardum, episcopum Halberstadensem, laudat, quod partheniorum quorundam disciplinam restituerit. Jaffé Bibl. V. 512, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halb. I. 107, (Mabillon Ann. ord. Bened. V. 625, Martene et Dur. Vet. script. I. 637, Migne 163 p. 395). — „Quaedam monasteria". |
| | | **1112—1116.** |
| Mart. 23. | Lateranis | 6501 (4802) Fratribus Savigneiensibus permittit, ut, interdicto in universam paroeciam prolato, sacris libere operentur. Martene Thes. I. 336, Migne 163 p. 397. — „In nemore". |
| | | **1113—1116.** |
| Mart. 27. | Laterani | 6502 W(idonis) episcopi Curiensis devotionem erga Romanam ecclesiam laudat. Queritur de his, „qui ecclesiam Dei callide occupare et dolose eam tam in spiritualibus quam in corporalibus deterrere (an deterere?) paccionis immemores moliuntur". Neues Archiv III. 173. — „Dilectionem et devotionem". |
| | | **1116.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 17. — 14. Aug. — 18.)* |
| Ian. 2. | Laterani | 6503 W(idonis) episcopi Curiensis obedientiam erga sedem Romanam laudat. Addit, „pro quibusdam ecclesiae casibus, propter quos eam potentes occupent et affligant, et sibi quasi saecularia vendicare contendant, generale concilium in Urbe IIII. nonas proximi Marcii" celebratum iri. (Non recte hanc epistolam anno 1110 attribuisse videtur Ewald; in Chronico praeterea Senonensi pro „III. non. Mart." legendum esse: „ind. III., non. Mart.", docet nova editio in MG. SS. XXVI. 33.) Neues Archiv III. 169 (et 660). De tempore cf. ibidem VI. 596 et VII. 205. — „De dilectione et". |
| „ 29. | „ | 6504 (4803) Monasterium Fabariense ab episcopi Basileensis potestate liberat, et bona eius, petente Geroldo abbate, confirmat. MG. SS. XII. 413, Pflugk-Harttung I. 111, (Eichhorn Ep. Cur. C. Pr. p. 46, Trouillat Monuments de Bâle I. 237). — „Sicut iniusta petentibus". |
| Febr. 18. | „ | 6505 Universis fidelibus in parochia Barensi constitutis nuntiat, sese monasterii Omnium sanctorum protectionem suscepisse et possessiones confirmasse. Sub excommunicationis poena praecipit, ne quis eam iniuriis afficiat. Pflugk-Harttung Acta II. 214. — „Omnium vestrum dilectio". |
| „ 24. | „ | 6506 (4880) Ecclesiae S. Quintini concessum a Lamberto episcopo Noviomensi privilegium, ut altaria quaedam, „remota personatus difficultate, quieta deinceps in b. Quintini possessione permaneant", confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 112, (Colliette Mém. du Vermandois II. 157, Migne 163 p. 443). — „Officii nostri nos". |
| Mart. 3. | „ | 6507 Ecclesiae Magalonensis patrocinium suscipit possessionesque et privilegia confirmat, petente Galterio episcopo. Mém. de la soc. arch. de Montpellier V. 514. — „Iustis votis assensum". |
| „ 3. | „ | 6508 (4804) Clero populoque Florentino nunciat, archidiaconum eorum et Iohannem S. Laurentii, Petrum S. Petri, Rambaldum S. Stephani priores, socios conspirationis in G(odifredum) episcopum, dignitatibus privatos esse. Ughelli It. sacr. III. 90, Mansi XX. 1053, Cocqu. II. 115, Migne 163 p. 397. — „Iam dudum". |
| „ 6. | Laterani in ecclesia S. Salvatoris | Concilii die prima („secunda feria tertiae ebdomadae quadragesimalis, 2. non. Mart.") agitur de lite inter Grosulanum et Iordanem, electos archiepiscopos Mediolanenses. Ekkehardi Chron. 1116 p. 250. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1116.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 17. — 14. Aug. — 18.)* |
| Mart. 7. | Laterani in ecclesia S. Salvatoris | Concilii die secunda de eadem lite Mediolanensi agunt „sequenti die". Ekkehardi Chron. l. l. |
| „ 8. | „ | Concilii die tertia („quarta feria") de controversia inter episcopum Lucensem et Pisanos agitur; et privilegium Heinrico regi datum, a Paschali „condemnatur sub perpetuo anathemate". Ekkehardi Chron. l. l., cf. Gerhohi Libr. de aedif. Dei ap. Pez Thes. anecd. II. ii. 411, Migne 194 p. 1718. |
| „ 9. | | „Quinta feria papa in concilio non sedit, multis et maxime regis negociis per domnum Cluniacensem, Iohannem Caietanum et Petrum Leonis et Urbis praefectum caeterosque illius partis fautores impeditus". Ekkeh. Chr. 1116 p. 251. |
| „ 10. | Laterani | Concilii die quarta („sexta feria") Paschalis „investituram ecclesiasticarum rerum a manu laica rursus excommunicat sub anathemate dantis et accipientis"; deinde „quidquid Cono Praenestinus ceterique cardinales episcopi, legati apostolici, Romanae sedis et sua auctoritate fecerunt, probaverunt, confirmaverunt, probat et confirmat; quidquid damnaverunt, damnat". Ekkeh. Chron. l. l. |
| „ 11. | „ | Concilii die quinta eaque postrema („sabbato") Iordanus archiepiscopus Mediolanensis sancitur, Grosulanus episcopus Savonensis restituitur. Ekkeh. Chron. l. l., Landulphi de S. Paulo hist. Med. c. 41 in MG. SS. XX. 38. (Cf. Petri Chron. mon. Cas. p. 790, Falc. Benev. 1116 p. 90.) |
| „ 14. | „ | 6509 (4805) Ecclesiae Augustodunensis possessiones, petente Stephano episcopo, confirmat. Charmasse Cart. de l'égl. d'Aut. p. 4, Gall. Chr. IV. Instr. p. 88, Cocqu. II. 153, Migne 163 p. 398. — „Iustis votis". |
| „ 14. | „ | 6510 (4806) Gozeranno, archiepiscopo Lugdunensi, et eius successoribus Lugdunensis, Rotomagensis, Turonensis et Senonensis provinciarum primatum asserit. Bouquet Rec. XV. 59, (Mansi XX. 1073, Migne 163 p. 399). — „Caritatis bonum est" („Idcirco venerabilis"). |
| „ 17. | „ | 6511 Alberto, abbati monasterii S. Crucis de Saxovivo, et eius successoribus ecclesiam S. Apolenaris iuxta Sambrum fluvium regendam committit, imposito eis denariorum quatuor censu annuo. (Pro „Cono presbyter ep." lege „Cono Praenestinus ep.") Costanzo Disamina risguard. S. Rufino p. 391, Epist. Innoc. III. ed. Baluzius II. 179, ed. Migne 215 p. 1410. — „Divinis praeceptis et". |
| „ 20. | „ | 6512 (4807) Ecclesiae S. Pancratii Hadmerslebensis tutelam suscipit, iuraque confirmat, petente Reinhardo, episcopo Halberstadensi. Leuckfeld Ant. Halb. p. 704, et Ant. Walkenr. II. 209, Migne 163 p. 399. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 21. | „ | 6513 (4808) Dominico, monasterii S. Facundi Sahagunensis abbati, „ligandi ac solvendi potestatem super burgenses S. Facundi" concedit, qui „tempore cum inter regem Alfonsum, regis Sancii filium, et Urracam reginam, Aldefonsi regis filiam, bellum vehemens et diutinum emersisset", et abbatem et monasterium variis iniuriis affecerint. Escalona Hist. de Sahagun p. 514. — „In pastorum specula". |
| „ 22. | „ | 6514 (4809) Monasterii S. Tiberii bona iuraque, rogatu Arnaldi abbatis, confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Gall. Christ. VI. Instr. p. 316, Migne 163 p. 401. — „Iustis votis assensum". |
| „ 22. | „ | 6515 (4810) Monasterii S. Facundi Sahagunensis possessiones quasdam et privilegia rogatu Dominici abbatis confirmat, imposito monachis duorum solidorum censu annuo. Escalona Hist. de Sahagun p. 513. — „Apostolice sedis auctoritate". |
| „ 23. | „ | 6516 M(arbodo) episcopo Redonensi scribit de pace facta inter clericos S. Mariae Filgeriensis et monachos Maioris-monasterii. De la Bigne Hist. de St. Georges de Rennes p. 133. — „Fratrum Maioris-monasterii". |
| „ 24. | „ | 6517 (4811) Sedem episcopalem Vesontionensem ex synodi sententia iubet in ecclesia b. Stephani permanere. Bouquet Rec. XV. 59, Mansi XXI. 149, Cocqu. II. 154, Gall. Chr. XV. Instr. 19, Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 375, Migne 163 p. 402. — „Inter S. Stephani". |
| Apr. 3. | ap. b. Petrum | „secunda feria" paschatis. Petri Pisan. vit. Paschalis ap. Watterich II. 12. |
| „ 5. | Laterani | 6518 Clero populoque Carnotensi (Gaufredum) episcopum, a sese consecratum, commendat, eosque hortatur, ut in recuperandis ecclesiae possessionibus eum adiuvent. Lépinois et Merlet Cartul. de N.-D. de Chartres I. 124. — „Apostolicae sedis administratio". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1116.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 17. — 14. Aug. — 18.)* |
| Apr. 5. | Laterani | 6519 D(aimberto), archiepiscopo Senonensi, eiusque suffraganeis mandat, ut Gaufredum episcopum, Roma redeuntem, contra Theobaldi comitis iniurias defendant; quem, nisi infra quadraginta dies satisfecerit, anathematizari iubet. Lépinois et Merlet Cartul. de N.-D. de Chartres I. 125. — „Ex litteris experientiae". |
| „ | e Lateranensi | palatio effugit. Vide Petr. Pisan. l. l. et Annales Romanos in MG. SS. V. 477. |
| „ | Romae | in monasterio Clivi Scauri. Vide Annales Romanos p. 477. |
| „ 11. | Albae | 6520 (4812) Monasterium S. Archangeli de Morfisa Neapolitanum tuendum suscipit eiusque bona et privilegia confirmat, petente Gregorio archiepiscopo. Ughelli It. sacr. VI. 94, Cocqu. II. 155, Migne 163 p. 404. — „Piae postulatio". |
| „ 13. | „ | 6521 (4813) Monasterium Nantense iubet abbati Vabrensi ad tempus subiacere. Gall. Chr. I. Instr. p. 61, Bouquet Rec. XV. 61, Migne 163 p. 405. — „Ex illius boni viri". |
| Mai. 13. | Romae in castello S. Angeli | 6522 Parthenonis S. Mathaei Pisani protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, Mingarda abbatissa per Petrum presbiterum petente. Pflugk-Harttung Acta II. 215. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 23. | ap. Transtiberim | 6523 (4814) Oldegarium, abbatem S. Ruffi, electum episcopum Barcinonensem, a monasterii regimine solvit, eique praecipit, ut episcopatum suscipiat. Bosonem, presbyterum cardinalem, in Hispaniam legatum mittit. Acta SS. Mart. T. I. 485, Risco Esp. sagr. XXIX. 468, Salazar Anamnesis II. 100, Migne 163 p. 405. — „Cum pastoralis officii". |
| „ 23. | „ | 6524 (4815) Raymundum, Barcinonensium marchionem, Bisuldunensem et Provinciae comitem, post victoriam in Balearibus insulis partam bellum contra Mauros ac Moabitas in Hispania et contra Tortosam parantem, cum uxore et filiis tuendum suscipit „sub triginta morabatinorum censu annuo". Martene et Dur. Vet. script. I. 636, Salazar Anamnesis II. 99, Puiades Cronica VIII. 197, Diago Hist. de Barcel. p. 160$^{b}$, Bouquet Rec. XV. 61, Migne 163 p. 407. — „Devotioni tuae". |
| „ 24. | „ | 6525 (4816) Archiepiscopis, episcopis et abbatibus per Angliam commendat Anselmum, S. Sabae abbatem, missum, „ut cum iis synodales deberet celebrare conventus". Haec addit: „Super b. Petri eleemosyna colligenda segnius vos hactenus egisse cognovimus; praecipimus, ut eam deinceps studiosius et sine dolo Romanae ecclesiae transmittere debeatis". Wilkins Conc. I. 377, Migne 163 p. 407. — „Licet vos religiosos". |
| (Mai.) | | 6526 (4817) *Henrico, Anglorum regi, significat, se Anselmo (abbati S. Sabae) „vices apostolicas in Anglia administrandas" tribuisse. Vide Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 91. |
| Iun. 18. | | 6527 (4818) *B(ernardo) Toletano et M(auritio) Bracarensi archiepiscopis, atque Al(fonso) Tudensi, Ie(ronimo) Salmanticensi, T. reginae et baronibus eius P. Gunçalviz, E. Muniz, E. Gusendiz significat, se ecclesiam Lamegensem, Gonsalvo episcopo Colimbriensi abiudicatam, Hugoni episcopo Portugalensi addixisse. Ribeiro Dissert. IV. I. 157. |
| | ap. Setium | castrum. Vide Falcon. Benev. 1116 p. 90. |
| Iul. 19. | Priverni | 6528 (4819) Episcopis suffraganeis, abbatibus, prioribus, clero, regi, principibus et populo Hierosolymitanae ecclesiae significat, Arnulfum patriarcham, cui legatus suus officio pontificali interdixisset, a sese restitutum pallioque donatum esse. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 11, Migne 163 p. 408. — „Pro sedandis ecclesiae". |
| Aug. | | †6529 Ecclesiae Christi Colcestriensi privilegia varia tribuit, et eius possessiones confirmat. („Dat. Laterani p. m. Gaietani cancellarii ac bibliothecarii s. sed. apost." cet.) Monast. Angl. II. 45, nov. ed. VI. 106, Migne 163 p. 443. Cf. infra bullam 6625. — „Singulare semper". |
| Oct. 25. | ap. Transtiberim | 6530 (4820) Robertum, abbatem Vizeliacensem, vetat iniuriis affici. D'Achery Spic. II. 505, Bouquet Rec. XV. 61, Mansi XX. 1030, Migne 163 p. 410. — „Et divinarum et". |
| Nov. 23. | „ | 6531 (4821) Ecclesiam S. Policarpi, a monachis Crassensibus vindicatam, monasterio Electensi addicit. Gall. Chr. VI. Instr. p. 107, Hist. de Languedoc II. Pr. p. 397, nov. ed. V. 856, Mahul Cart. de Carcassonne II. 244, Migne 163 p. 410. — „Frequens ad apostolicam". |
| Dec. 2. | „ | 6532 (4824) Monasterium S. Bartholomaei (dioec. Pennensis) tuendum suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Anecdota Ughelliana p. 390, Migne 163 p. 413. — „Ad hoc in". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1116.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 17. — 14. Aug. — 18.)* |
| Dec. 21. | ap. Transtiberim | 6533 (4825) Canonicos S. Mariae in portu Ravennatis praecipit, „ut institutionis canonicae regulam" a Petro canonico „tam ex sanctorum patrum auctoritate, quam religiosorum virorum exemplis et morum honestate conceptam", observent. Bull. Lat. p. 6, Petri Damiani Opp. IV. 175, Rubei Hist. Rav. p. 321, Pennotti Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 453, ed. Colon. p. 460, Mon. ist. della Romagna 2 ser. carte I. 35, Migne 163 p. 414. — „Hanc institutionis". |
| „ 22. | „ | 6534 (4826) Ecclesiae b. Mariae in Portu Ravennatis possessiones ac privilegia confirmat, petente Petro priore. Fantuzzi Mon. Rav. IV. 237, Migne 163 p. 414. — „Ad hoc in". |
| | Romae ap. S. Paulum | 6535 (4827) Ecclesiam S. Pancratii Backnangensem rogatu Hermanni marchionis tuendam suscipit et eius possessiones confirmat, ea lege, ut aureus unus quotannis Lateranensi palatio persolvatur. Wirtemb. Urkundenb. I. 343. — „Devotionem tuam". |
| | | 6536 *Ecclesiae Palentinae fines et possessiones a regibus donatas confirmat, petente Petro episcopo. Neues Archiv VI. 301. |
| | | **1116?** |
| Oct. 8. | Viterbii | 6537 (4828) Monasterii S. Bertini Sithiensis disciplinam Cluniacensem libertatemque confirmat, bulla ad Lambertum abbatem. Collection des Cartulaires III. 251, Migne 163 p. 415. — „Quae religionis". |
| „ 15. | trans Tiberim | 6538 (4829) A. (leg. Rothonem) priorem et fratres S. Frigdiani Lucenses afflictos consolatur. De vitanda sacrilegorum societate addit. Baluzii Misc. IV. 586, Migne 163 p. 416. — „Multae tribulationes". |
| | | **c. 1116.** |
| | | 6539 (4823) Adelberto, archiepiscopo Moguntino, mandat, ut de episcopo Augustensi (Herimanno) iudicium faciat. Udalscalci narrat. c. 18 in MG. SS. XII. 439, Jaffé Bibl. III. 386, (Mansi XX. 1009, Migne 163 p. 412). De tempore vide Neues Archiv VI. 594 et VII. 204. — „Super caetera horrenda". |
| | | **1110—1117.** |
| Iun. 29. | Beneventi | 6540 (4829a) Monachos S. Aegidii hortatur, ut disciplinam Cluniacensem religiose servent. Baluzii Misc. III. 10, Mansi XX. 1070, Migne 163 p. 416. — „Monachorum status". |
| | | **1113—1117.** |
| Oct. 12. | Anagniae | 6541 R(adulfo) archiepiscopo Remensi interdicit, ne monasterium S. Remigii, „per occasionem privilegii apostolici, abbatis S. Nicasii causa" inquietet. Mandat, ut aut ipse cum episcopis et abbatibus quibusdam controversiam abbatum dirimat aut eos „usque ad proximae quadragesimae initia" ad sese mittat. Loewenfeld Epistolae p. 76. — „Adversus fraternitatem tuam". |
| | | 6542 R(adulfo) archiepiscopo Remensi significat, sese abbates S. Remigii et S. Nicasii „usque ad proximam nativitatem Domini" iudicii causa ad sese evocasse. Addit de privilegio monasterio S. Remigii concesso. Loewenfeld Epistolae p. 77. — „Fraternitatis tuae scripta". |
| | | 6543 Iohanni episcopo Tarvannensi scribit de Rainaldo milite, qui pollicitus, sese filiam Eustachii in matrimonium ducturum esse, fide fracta aliam duxerit. Loewenfeld Epistolae p. 78. — „Latore presentium". |
| | | **1117.** *(Ind. 10, pont. a. 18. — 14. Aug. — 19.)* |
| Ian. 1. | Transtyberim | 6544 (4831) Episcopo Comensi praecipit, ne clericos S. Fidelis iniuriis afficiat. Tatti Ann. di Como II. 866, Migne 163 p. 417. — „Licet in ecclesiarum". |
| Febr. Mart. | in Casinensi | monasterio. Vide Petri mon. Cas. p. 791. |
| Mart. 12. | Capuae | 6545 (4832) Canonicorum Curiensium bona, petente Guidone episcopo, confirmat. Hormayr Sämmtl. Werke II. Urkundenb. p. 49, Mohr Cod. dipl. I. 153. — „Iustis votis assensum". |
| „ 16. | Beneventi | 6546 (4833) Monasterii Miciacensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Stephano abbate. In bibl. nat. Paris. Chartul. Miciacensi ms. lat. 5420 fol. 7, Coll. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1117.** *(Ind. 10, pont. a. 18. — 14. Aug. — 19.)* |
| | | Baluze 78 fol. 107[b], (Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 2). — „Piae postulatio voluntatis". |
| Mart. 24. | Beneventi | 6547 (4834) Episcopis Angliae et Heinrico regi scribit, cognovisse se ex Radulfo, archiepiscopo (Cantuariensi), de legatione per Herebertum, episcopum Norwicensem, ab iis ad sese missa. Legatos ob valetudinem non advenisse. Negat, se ecclesiae Cantuariensis privilegia aut imminuturum, aut imminui passurum. Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 91, Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. I. ap. Savile R. A. SS. p. 131[b], ed. Hamilton § 69, Wilkins Conc. I. 376, Mansi XX. 1011, Migne 163 p. 417. — „Veniente ad nos". |
| Apr. | „ | Synodus, in qua Mauritius, archiepiscopus Bracarensis, excommunicatur. Falco Benev. 1117. Cf. Gelasii II. epistolam ap. Mansi XXI. 166, Migne 163 p. 489, Annal. Benev. 1117 p. 184. |
| „ 1. | „ | 6548 (4835) Canonicis Augustensibus significat, se Herimanni episcopi causam iudicio Widonis, episcopi Curiensis, permisisse, „si episcopus vester" inquit „de rerum ecclesiasticarum distractione et de perversae conversationis vita emendationem fecerit et de aliis, quae obiecta sunt, tertia episcoporum vel quinta presbyterorum manu se purgaverit, restitutionem interdicti sibi officii consequatur". Udalscalci Narrat. c. 20 in MG. SS. XII. 440, Mansi XX. 1009, Neues Archiv III. 176, cf. ibid. VI. 594, Migne 163 p. 418. — „Diu est quod". |
| „ 4. | „ | 6549 (4836) Albino abbati et canonicis S. Mariae de Bosco (de Rota) capellam b. Nicolai Credonensem asserit. Baluzii Misc. III. 18, Bouquet Rec. XV. 62, Migne 163 p. 419. — „Quia vos ad". |
| „ 4. | „ | 6550 Monasterium SS. Petri et Pauli Arremarense (sive Dervense) tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Gualterio abbate. Mulieres ambitum coenobii ingredi vetat. (Bulla arte heliographica descripta est in) Musée des archives départ. Atlas tab. XXII, Textus p. 65. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 5. | „ | 6551 (4837) Inter moniales S. Mariae Fontebraldenses et Gualterium, abbatem Nantoliensem, concordiam super locum Tucianensem factam confirmat. Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 623, Migne 163 p. 419. — „Beatae memoriae Petrus". |
| „ 5. | „ | 6552 (4838) Henricum, regem Anglorum, hortatur, ut (Turstanum) electum Eboracensem, „sine iudicio ab ecclesia sequestratum", restituat. Nec Cantuariensia neque Eboracensia privilegia violari vult. Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 92, Wilkins Conc. I. 376, Rymer Foedera I. 9, (Willelmi Malmesb. Gest. pont. Angl. L. III. ap. Savile R. A. SS. p. 156, ed. Hamilton § 123, Wharton Angl. sacra I. 70, Mansi XX. 1012, Migne 163 p. 420). — „Nos auctore Deo". |
| („) | („) | 6553 (4839) R(adulpho), archiepiscopo Cantuariensi, praecipit, ne a (Thurstano) electo Eboracensi professionem exigat, neve consecrationem ei deneget; alioquin se a suffraganeis eundem consecrari iussurum. Monast. Anglic. III. 143, nov. ed. VIII. 1185, Migne 163 p. 421. — „Quanto amplius". |
| „ 13. | „ | 6554 (4840) Ecclesiae Carnotensi concessum a Ludovico Francorum rege privilegium confirmat, petente Gaufrido episcopo. Collection des Cartulaires II. 270, Bouquet Rec. XV. 62, Migne 163 p. 421. — „Quae a saecularibus". |
| „ 20. | „ | 6555 (4841) Monasterii S. Petri iuxta fluvium Tritanum in comitatu Valvensi (seu S. Petri ad Oratorium de Capistrano) renovati et a sese dedicati protectionem suscipit ac possessiones confirmat, rogatu Antonii praepositi, „quem" inquit „mox, praestante Deo, in nostra s. Romana ecclesia presbyterum cardinalem consecra(bi)mus". (Nec vitiis nec lacunis caret.) Pflugk-Harttung Acta II. 216, (Frag. ap. Ughelli It. sacr. IX. 506). — „Divinis praeceptis". |
| „ 20. | „ | 6556 Monasterium S. Salvatoris de castro Castellorum (in prov. Aprutii) renovatum et a sese dedicatum soli sedi Romanae subdit eiusque possessiones et privilegia confirmat. Amico, abbati, „nuper in Romana curia presbytero cardinali facto", eiusque successoribus mitrae, crociae, chirothecarum ac sandaliorum usum concedit. (Aut falsa bulla aut interpolata.) Chron. antiqu. Casin. illustr. a Math. Laureto, Neapoli 1616, p. 549. — „Divinis preceptis". |
| „ 23. | „ | 6557 (4842) „Danorum regi. Legimus in apostolo Paulo: non est potestas nisi a Deo. Tunc vero recte potestas agitur, cum ad Deum respicitur, a quo datur. Tu ergo fili ad Deum semper intendas, ut sicut a Deo potestatem accepisti, ita ei placere semper |

**1117.** *(Ind. 10, pont. a. 18. — 14. Aug. — 19.)*

per eius gratiam valeas, ecclesias et sacerdotes Domini gratanter et humiliter venereris, pupillis et viduis opem tue protectionis impendas. Iustitiam efficaciter exerceas et iustitie repugnantes tua comprimas potestate. Nec a quibuslibet iniquis ecclesiarum bona diripi patiaris, quia sacrilegii crimen est, et eorum culpa te respicit. Nec enim debent aliquorum violentia diripi, que pro multorum sunt concessa salute. In his et aliis nequitiis cohercendis regni tui debes pontificibus adiutor et cooperator existere. Tunc enim bene mundus regitur, cum sacerdotali auctoritati potestas regia comitatur, sacerdotes enim in Christi ecclesia oculi sunt. Quos sequi condecet populum, quia et virtute Domini corpus eius illuminatur. Ipsis profecto convenit veritatem Domini nuntiare, ut sponsam Domini castam illabatamque custodiant. Unde scire te volumus, quia de presbyterorum et diaconorum castitate et illi et nos verbum mutare non possumus. Dominica namque sententia est: Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris, ut casti simus corpore et luceamus operum claritate. Si qui autem veritati resistere moliuntur, et sacerdotali ministerio commonendi et regia sunt potentia cohercendi. Tue igitur potestati confratres nostros Lundensem metropolitanum et alios regni Danorum episcopos commendamus, ut eis et obedientiam reverenter exhibeas et adiutorium efficaciter sumministres, ut et temporalem gloriam pacifice per Dei gratiam optinere et ad eternam salutem mereamini feliciter pervenire. Dat. Benev. VIIII. kal. Maii". („Ex Reg. Paschalis II. libro XVIII. cap. XXI.") E Cod. Vatic. Ottobon. N. 3057 dedit W. Giesebrecht. — „Legimus in apostolo".

Apr. 24. | Beneventi | 6558 (4843) F(riderico), archiepiscopo Coloniensi, scribit, ex eius litteris cum regem cognovisset ab eo excommunicatum esse, se quoque regis communione abstinuisse. „Ipse autem" inquit „sive propter hoc, sive propter aliud ignoramus, Romam venit, seditionem in populo concitavit, excommunicatos ab ecclesia in communionem suscepit, b. Petri fideles impugnavit et impugnare non desinit, patrimonium b. Petri, quae potuit occupavit, alia devastationi exposuit; ad apostolorum limina et ad nostram praesentiam venientes, positis in via custodibus, capiuntur, bonis suis exspoliantur, nec liberum habere transitum permittuntur". Hortatur, ut ecclesiae Romanae auxilium ferat. (Epistolam datam esse: „Beneventi VIII. kal. Maii", ex cod. lat. Monac. p. 9516 docet Giesebrecht Gesch. d. d. K. III. 1213.) Pez Thes. anecd. VI. I. 300, Mansi XX. 1084, Migne 163 p. 423. — „Significavit nobis".

Siponti | Concilium. Sarnelli Cronol. dei vesc. Sipont. p. 155 teste Schulz Denkm. d. Kunst in Unterit. I. 214; papam hoc tempore concilium „in partibus Apuliae" celebrasse, narrat Petrus Pis. in Vit. Pasch. ap. Watterich II. 15.

In Campaniam | „rediens, Pillum Pullanumque in Maritimis et oppidum S. Silvestri in sui ditionem convertit". Petri Pis. Vit. Pasch. ap. Watterich II. 15.

Anagniam | se confert „autumno instante". Petri Pisan. l. l.

Aug. 20. | Anagniae | 6559 (4844) Ecclesias S. Petri de Nurki, S. Nicolai de Nugubii, S. Heliae de Setin, in Turritana et Empuritana parocciis sitas, earumque possessiones invadi vetat, petente Gunnario domnicello. (Pro: „a. 1113" legendum esse: „a 1117", patet ex ind. 10 et pont. a. 18.) Gattula Hist. Cas. p. 425, Hist. Patr. Mon. X. 186, Migne 163 p. 423. — „Devotionem tuam".

„ 24. | „ | 6560 (4845) Monasterii Sublacensis possessiones quasdam confirmat, petente Iohanne abbate. (Notas temporis praebet Pflugk-Harttung Iter p. 214.) Margarini Bull. Cas. II. 131, Migne 163 p. 424. — „Cum universis".

Oct. 1. | „ | 6561 Iuliano episcopo iterum tradit episcopatum Malacitanum, ubi, cum a rege Sarracenorum per septennium in carcere detineretur et iam defunctus diceretur, alius episcopus institutus erat. Clero Malacitano eum commendat. Neues Archiv VI. 295. — „Sicut ex vestris".

„ 1. | „ | 6562 (4846) „Rogerio comiti Siciliae. Ante Sarracenorum invasionem Siciliae insula Romane ecclesie adeo familiaris fuit, ut semper in ea Romani pontifices et patrimoniorum suorum curatores et sue vicis representatores habuerint. Patri autem tuo divina gratia prerogativam contulit, ut suo et suorum labore et sanguine Sarraceni ab eadem insula pellerentur, et in ea Dei ecclesie restituerentur. Unde, sicut in tuis litteris suggessisti, antecessor meus patri tuo legati vicem gratuita benignitate concessit. Nos quoque tibi post ipsum eius successori concessimus, ea videlicet ratione, ut si quando illuc ex latere nostro legatus dirigitur, quem profecto vicarium

**1117.** *(Ind. 10, pont. a. 18.— 14. Aug. — 19.)*

intelligimus, que ab eo gerenda sunt, per tuam industriam effectui mancipentur. Sic enim in ecclesia seculares potestates dispositas legimus, ut quod ecclesiastica humilitas minus valet, secularis potestas sue formidinis rigore perficiat. Nam personarum ecclesiasticarum seu dignitatum iudicia nusquam legimus laicis vel religiosis fuisse commissa. Porro episcoporum vocationes ad synodum, quas unquam sibi legatus aut vicarius usurpavit? quod aliquando singularibus, aliquando pluralibus litteris per quoslibet solet nuncios fieri. Cognosce fili carissime modum tuum et datam tibi a Domino potestatem, noli contra dominicam erigere potestatem. Sic enim a Domino Romane ecclesie potestas concessa est, ut ab hominibus auferri non possit. Disce in comitatu tuo bonorum imperatorum exempla, ut ecclesias non inpugnare studeas sed iuvare, non iudicare aut opprimere episcopos, sed tamquam Dei vicarios venerari. Que a patre tuo nobilis memorie R(ogerio) comite ecclesie data sunt, per te nullatenus minuantur, sed potius augeantur. Noli Deum precedere sed sequaris, quia eo duce non offendes, sed vite lumen habebis. Hec tibi tamquam filio carissimo precipio, hec moneo; si, ut spondes, obedieris et obtemperaveris, tuam profecto salutem obtemperabis. Omnipotens dominus suo te beneplacito dirigat, conservet atque custodiat. Dat. Anagniae kal. Octobris". („Ex Reg. Paschalis II. libro XVIIII. cap. III.".) E cod. Vatic. Ottobon. N. 3057 dedit W. Giesebrecht. — „Ante Sarracenorum".

Oct. 5. | Anagniae | 6563 Monasterii Cheminonensis tutelam suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, imposito monachis quindecim nummorum Catalaunensium tributo annuo. Pflugk-Harttung Acta I. 113. — „Austri terram inhabitantibus".

Nov. 30. | Trevanae | 6564 (4847) Gerardum, episcopum Engolismensem, afflictum consolatur, monetque „ut preces et gemitus effundat et id ipsum per universas parochias suas fieri praecipiat, quatenus Deus ecclesiam suam respiciat et persecutionum aestus cessare praecipiat". Interdictum, (Herveo) abbati Rotonensi illatum, confirmat. De litteris ad comitem suis significat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 634, Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 536, Bouquet Rec. XIV. 194, Migne 163 p. 426. — „Fraternitati vestrae compatitur".

„ 30. | „ | 6565 (4848) Conanum, Britannorum comitem, hortatur, cogat monachos Rotonenses, ut Bellam-insulam monachis Kemperlegiensibus restituant. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 634, Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 536, Bouquet Rec. XIV. 194, Migne 163 p. 427. — „Nosse debes fili".

Dec. 16. | Praeneste | ecclesiam dedicat. Vide titulum in Petrini Mem. Prenest. p. 402, Ughelli It. sacr. I. 198.

„ 21. | „ | 6566 (4849) Guillelmum, comitem Nivernensem, a vexando monasterio Vizeliacensi dehortatur. D'Achery Spic. II. 505, Bouquet Rec. XV. 63, Mansi XX. 1030, Migne 163 p. 427. — „Non parva".

„ 21. | „ | 6567 (4850) Daimberto, archiepiscopo Senonensi, et Hugoni Nivernensi, Stephano Augustodunensi, Ioceranno Lingonensi, Hugoni Autissiodorensi episcopis mandat, ut monasterium Vizeliacense protegant. D'Achery Spic. II. 506, Mansi XX. 1031, Bouquet Rec. XV. 63, Migne 163 p. 428. — „Ex fundatoris".

„ 24. | „ | 6568 „nativitatis Domini vigiliis". Petri Pisan. Vit. Pasch. ap. Watterich II. 15.

**c. 1117.**

6569 (4590) Conradum, archiepiscopum Salzburgensem, hortatur, ut iniurias eorum, „quos nutriendos in Domino susceperit", fortiter ferat. Significat, Henricum Carinthiae ducem, pro ecclesiis, interdicto per eum affectis, deprecatum esse. „De Hugone Brixiensi hoc servandum praecipit, quod et de ceteris Guibertinis in conciliis statutum est: ut nec promoveantur, nec in suis ordinibus recipiantur". (Pro „Innocentius" legendum esse: „P(aschalis)", e cod. Vindob. docet Wattenbach in Pertz Archiv X. 491. Aut Calixto II. ascribendam esse epistolam aut in dictaminum fictorum numerum relegandam, ex eius argumento censet Meiller Reg. arch. Salisb. p. 421; rectius vero, ut videtur, Meyer Konr. I. v. Salzb., dissert. Ienens. 1868, p. 59, eam datam esse docet, dum Conradus in partibus Saxoniae moraretur.) Tengnagel Vet. Mon. p. 383, Hansizii Germ. sacr. II. 227, Mansi XXI. 417, Migne 163 p. 234. — „Gravis quidem".

**1099—1118.**

6570 (4851) Archiepiscopo (Spalatino) explicat, cur legati sui pallium deferentes sacramentum ab eo exegerint. Saxonum et Danorum exemplum ad imitandum proponit,

**1099—1118.**

quorum metropolitas affirmat et idem iuramentum praestare, et legatos apostolicos honorifice tractare, et ad apostolicam sedem non tertio quoque anno, sed quotannis legare. (Epistola est perperam inscripta alias: „Poloniensi archiepiscopo“, alias: „Panormitano archiep.“ alias: „N. Polonorum archiep.“; alias: Colocensi archiep., id quod falsum esse, probat Katona Hist. Coloc. eccl. I. 166; cet.) Card. de Arag. ap. Muratori R. It. SS. III. i. 366, Coll. Casselana tit. XL. cap. 9, Comp. I. L. I. t. 4. c. 21, Mansi XX. 984, Fejér C. D. H. II. 32, Cod. dipl. mai. Pol. I. p. 7, Migne 163 p. 428. — „Significasti frater“.

6571 (4852) R(othoni) priori S. Frigdiani Lucensis gratias agit, quod „in unitate ecclesiae firmius perseveret“. Petit, „ut si qua forte scandala emergere viderit, sibi significet“. Baluzii Misc. IV. 587, Migne 163 p. 430. — „Dilectioni tuae gratias“.

6572 (4853) Canonicis S. Frigdiani Lucensibus de famae eorum celebritate scribit, eosque hortatur, ne desinant in virtute proficere. Baluzii Misc. IV. 585, Migne 163 p. 430. — „Benedictus dominus“.

6573 (4854) Canonicos b. Martini Lucenses ad colendam cum S. Frigdiani canonicis pacem hortatur. Baluzii Misc. IV. 585, Migne 163 p. 431. — „In negotiis vestris“.

6575 (4856) Rothonem priorem et canonicos ecclesiae S. Frigdiani Lucensis hortatur, ut tentationibus inimicitiisque fortiter resistant. Baluzii Misc. IV. 584, Migne 163 p. 431. — „Qui vos pro“.

6576 *Monasterii S. Michaelis Marturiensis possessiones et iura confirmat, petente Iohanne abbate. Pflugk-Harttung Iter p. 215.

6577 *Hermengaudo, abbati Clusensi, privilegium tribuit. Vide Mon. Germ. SS. XII. 196: ex cod. Vatic. Christ. 173 fol. 2; bullam Calixti II. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 237.

6578 *Ecclesiam S. Agathae Cremonensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 215.

6579 *Ecclesiae Anagninae protectionem suscipit possessionesque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 215.

6580 *Monasterii Ficiclensis tutelam suscipit bonaque et privilegia confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 215.

6581 *Monasterii S. Laurentii Aversani tutelam suscipit possessionesque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 215.

6582 *Monasterio S. Genesii castri Brixilii privilegium tribuit. Pflugk-Harttung Iter p. 88.

6583 Alfano, archiepiscopo Salernitano, ob amorem erga sedem Romanam asserit ecclesiam Nolanam „salva Neapolitanae ecclesiae querela“ et Malvitanam „salvis sedis apostolicae privilegiis“. Loewenfeld Epistolae p. 78, Pflugk-Harttung Acta II. 172. — „Sedis apostolicae liberalitas“.

6584 *Ecclesiae Sipontinae episcopatum Vestanensem subiicit. Epist. Innoc. III. ed. Baluzius I. 633, ed. Migne 215 p. 1000.

6585 *Alberto, archiepiscopo Sipontino, oblationes ecclesiae b. Michaelis concedit. Epist. Innoc. III. ed. Baluzius I. 633, ed. Migne 215 p. 1000.

6586 O(doni) episcopo Urgellensi praecipit, ne Barbastrensis vel Ilerdensis dioecesis terminos, a Romanis pontificibus constitutos, inquietet, neve canonicum quendam, ab episcopo Barbastrensi excommunicatum, in ecclesia sua commorari patiatur. Ramon de Huesca Iglesias de Aragon IX. 462. — „Querelam fratris nostri“.

6587 O(doni) episcopo Urgellensi praecipit, ut episcopo Barbastrensi ablatam parochiae partem restituat. Ramon de Huesca Iglesias de Aragon IX. 463. — „Pro querela parochiae“.

6588 *Nobilibus quibusdam castrum Frusinonis „usque in tertiam generationem“ ea lege concedit, ut trium solidorum aureorum census annuus Lateranensi palatio persolvatur. Vide tabulam ap. Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 40.

6589 (4858) Hartmanno, abbati Gottwicensi, „litteras mittit, in quibus cum et sibi subditos a communione excommunicatorum prohibet“. (Fragmentum.) Vita Altmanni ep. Pat. c. 40 in MG. SS. XII. 241. — „Coelum et terra“.

6590 W(idonem) episcopum Curiensem hortatur, ut „tabernacula peccatorum“ fugiat. (Ewald hanc epistolam anno 1100 attribuit.) Neues Archiv III. 169 (et 660), cf. ibid. VI. 598 et VII. 210. — „Ecclesia Dei“.

**1099—1118.**

6591 W(idoni) episcopo Curiensi inter alia scribit, „sacrilegum esse, ecclesiam Dei tradi vel disponi praeter a ministris, quibus a Deo concessum sit". (Ewald a. 1110—1111 hoc fragmentum attribuit.) Neues Archiv III. 170; de tempore vide ibid. VI. 598 et VII. 209. — „Bonum est confidere".

6592 W(idonem) episcopum Curiensem hortatur, ut commissum sibi populum „ad honorem Dei et animarum salutem custodiat." (Ewald anno 1113 hanc epistolam ascribit in) Neues Archiv III 173, cf. ibid. VI. 599 et VII. 209. — „Super quibusdam nos".

†6593 W(idoni) episcopo Curiensi scribit: „Sacri canones, quod adversus decretales constitutiones sanctorum patrum fit, nullius momenti esse sanxerunt; quos amplectentes prioribus adheremus, posteriora penitus abdicantes". (Hanc epistolam nimis scholam redolere, exposui in Neues Archiv VI. 596; aliter de ea censet Ewald ibid. VII. 211.) Neues Archiv III. 172. — „Dicit beatus evangelista".

6594 (4859) Monasterium S. Trinitatis Norwicense, ab Herberto episcopo conditum, sedemque episcopalem a Theodfordensi oppido Norwicum translatam confirmat. Monast. Anglic. I. 410, nov. ed. IV. 16, Migne 163 p. 432. — „Officii nostri".

6595 (4860) Monasterii Andrensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Iohanne, episcopo Tarvannensi. D'Achery Spicil. II. 794, Migne 163 p. 433. — „Piae postulatio voluntatis".

6596 (4861) Ecclesiae Viennensis privilegia et possessiones confirmat, petente Guidone archiepiscopo. Bosco Flor. Bibl. Iacv. xyst. p. 76, Mansi XX. 1046, Migne 163 p. 434. — „Potestatem ligandi".

6597 (4862) B. ecclesiae Bellilocensis abbati concedit, „ut sacratum eius ecclesiae cimiterium ad omnium tam clericorum quam laicorum Lochensis castri hominum sepulturam ceteris postpositis singulare sit". Gall. Chr. ed. 1. T. IV. 152, Migne 163 p. 435. — „Iustis votis assensum".

6598 (4863) Canonicis S. Martini ita scribit: „primitiae, decimae et oblationes in solis ecclesiarum bonis praecipue numerantur; quicumque igitur eas per potestatem saecularem obtinet, contra domini et ss. patrum nititur institutiones; quinimmo et qui accipit et qui tradit, raptor et sacrilegus iudicatur". (Fragmentum.) Comp. I. L. 5. t. 36. c. 13, Decr. Greg. L. V. t. 40. c. 13, Mansi XX. 1074, Migne 163 p. 436. — „Causa Carpensis" „Caeterum primitiae".

6599 Monasterii Omnium sanctorum de insula Catalaunensi possessiones quasdam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 114. — „In pastorum specula".

6600 Statuit, „ut in monasterio Fraxinorensi, quod ab egregia comitissa Mathildi vel eius parentibus aedificatum et b. Petro oblatum sit, abbas semper per abbatis Casaedei sollicitudinem ordinetur". (Fragmentum.) Vide bullam Eugenii III. in Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 56.

6601 A(rberto) episcopo Avenionensi praecipit, ut fratribus Lerinensibus ecclesiam S. Thomae de castro Laurata „ab omni infestatione absolutam et quietam permittat". Pflugk-Harttung Acta I. 114, Moris et Blanc Cart. de Lérins I. 338. — „Quemadmodum antecessoris".

6602 Lambertum, abbatem S. Bertini, docet, clericum vel monachum ab episcopo vel abbate ad aliam ecclesiam traditum „professionis vinculo non teneri". Loewenfeld Epistolae p. 78. — „Postquam ab episcopo".

6603 „Diffinitionem que inter monasterium Trenorciense et S. Florentii de ecclesia S. Nicolai et S. Crucis (de Lausduno) a praedecessore suo sanctae memoriae Urbano papa Turoni facta est, apostolicae sedis auctoritate confirmat". (Fragmentum.) Archives hist. du Poitou II. 28, cf. supra ep. 5622.

6604 (4864) (Widonem archiepiscopum Viennensem, ap. sed. legatum) docet haec: „In omni negotio principalis persona, dicens veritatem de re sibi nota, rectissime habenda est pro teste; cui adhibito uno efficiuntur duo testes, adhibitis duobus efficiuntur tres". (Fragmentum.) Coll. Lipsiens. t. 43. c. 16, Compil. I. L. II. t. 13. c. 5, Decr. Greg. L. II. t. 20. c. 4, Mansi XX. 1074, Migne 163 p. 436. — „In omni".

6605 (4865) Decernit ita: „novum genus exactionis est, ut clerici a clericis frugum decimas vel animalium exigant; illi profecto clerici, qui a clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent". (Fragmentum.) Appendix conc.

**1099—1118.**

Lat. t. 13. c. 16, Coll. Lipsiens. t. 23. c. 7, Coll. Cassel. t. 35. c. 3, Coll. Bamb. t. 25. c. 3, Compil. I. L. III. t. 26. c. 7, Decr. Greg. L. III. t. 30, c. 2, Mansi XX. 1074. XXII. 332, Migne 163 p. 437. — „Novum genus".

6606 (4866) Qui „non permittant ecclesias regulariter ordinari", eos docet sacrilegos esse. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 125, Mansi XX. 1072, Migne 163 p. 437. — „Sunt quidam".

6607 (4867) „Altare et decimas per pecuniam dare et spiritum sanctum vendere", simoniam esse scribit. (Hoc fragmentum, quamquam cum altera decreti parte in C. I. qu. 1. c. 3, supra ep. 1972, verbotenus concinat, cur Paschali II. abiudicetur non video.) Gratiani decr. C. I. qu. 3. c. 14, Mansi XX. 1072, Migne 163 p. 437, — „Altare et".

6608 (4868) Praecipit haec: „abbatibus, qui neque sub episcopo, neque sub metropolitano, neque sub primate, neque sub patriarcha sunt, nullus prorsus episcoporum episcopalia quaelibet administret". (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XVIII. qu. 2. c. 18, Mansi XX. 1072, Migne 163 p. 437. — „Abbatibus, qui".

6609 (4869) Decernit ita: „nullus laicorum ecclesias vel ecclesiarum bona occupet vel disponat". (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 18, Mansi XX. 1072, Migne 163 p. 438. — „Nullus laicorum".

6610 (4870) „In potestatem proprii episcopi ecclesias reduci et ab ipso ordinari" iubet. (Fragmentum.) Gratiani decr. C. XVI. qu. 7. c. 19, Mansi XX. 1072, Migne 163 p. 438. — „Sicut domini".

6611 (4871a) Statuit haec: „sicut morienti concedatur iudicium rerum suarum facere cuicumque loco sibi placuerit, sic iustum est, sui corporis licentiam habere eligendi sepulturam in quocumque loco voluntas exstiterit sive in monasteriis sive in aliis (religiosis) locis". Append. conc. Lat. t. 43. c. 1, Coll. Lips. t. 23. c. 26, Coll. Cassel. t. 36. c. 3, Coll. Bamb. t. 27. c. 3, Compil. I. L. III. t. 24. c. 2, Migne 163 p. 438. — „Volumus et iuxta" „Volumus ac iuxta".

6612 Definit, quid sit „testimonium" et „testis". Hinc eum, qui testamentum faciat, testatorem, et legem veterem ac novam testamenta vocari, addit. Pflugk-Harttung Iter p. 216. — „Testimonium est".

6613 Laicos ecclesias tenere aut aliis tradere, sub excommunicationis poena vetat. Neues Archiv VII. 166. — „Ex divinae legis".

†6613a (1941) Quendam ad destruendam simoniam hortatur. (Paschali I. aut II. perperam solet ascribi.) Mansi XIV. 378, Deusdedit Coll. can. IV. c. 53, Ivonis decr. II. c. 84, (panorm. III. c. 123). Cf. ea, quae annotavit Friedberg ad Gratiani decr. C. I. qu. 1. c. 5. 12, et qu. 3. c. 7, Ewald in Neues Archiv VIII. 420, Loewenfeld ibid. X. 312 not. — „Fraternae (aeternae) mortis".

**1101—1118.**

6614 (4872) Lanuino (Turris priori) de opera monasteriis ecclesiisque raparandis data gratias agit. Mandat, ut inter episcopum Miletensem et monachos S. Angeli pacem componat. Tromby Stor. Cart. III. append. 120, Capialbi Mem. d. chiesa Milet. p. 145, Mabillon Ann. ord. Ben. V. 456, Migne 163 p. 438. — „Religionis tuae sinceritas".

6615 (4873) Lanuino, Turris priori, scribit, gaudere se, „quoniam" inquit „quod fractum fuerat, consolidatum, et quod dissolutum fuerat, audivimus alligatum; cavete ergo, ne iterum vos satanas circumveniat; nolite de ieiuniis et orationibus praesumere". (Fragmentum.) Mabillon Ann. ord. Ben. V. 446, Tromby Stor. Cart. III. app. 117, Migne 163 p. 439. — „Repletum est gaudio".

**1104—1118.**

6616 (4874) Victori, episcopo Bononiensi, mandat, videat, ne monachi abbatesque episcopalia iura sibi arrogent, „videlicet poenitentiam, remissionem peccatorum, reconciliationem, decimas et ecclesias". Gratiani decr. C. XVI. qu. 1. c. 9, Sigonius De episc. Bonon. p. 73, Savioli Ann. Bol. I. II. 146, Mansi XX. 1073, Migne 163 p. 439. — „Pervenit ad".

**1105—1118.**

6617 (4875) Monasterium Othoniense eiusque possessiones confirmat, Nicolao rege et Hubaldo episcopo per litteras petentibus. Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 244, Migne 163 p. 439. — „Illustris filii nostri".

6618 (4855) Rothonem, priorem S. Frigdiani Lucensis, miratur disciplinam ecclesiae S. Floridi nondum restituisse. Praecipit, ut „proxima b. Martini festivitate" ad sese veniat, quo die et clericos illius ecclesiae et episcopum (Castellanum) affore nunciat. (Cf. ep. 6026.) Baluzii Misc. IV. 584, Muzi Mem. ecclesiast. di città di Cast. II. 41, Migne 163 p. 432. — „Provisioni tuae".

**1107—1118.**

6619 (4876) Conrado, archiepiscopo Salzburgensi, mandat, quaestionem instituat, num Pavo, monasterii S. Emmerammi Ratisponensis abbas, canonice deiectus sit. (In hac et duabus, quae sequuntur, epistolis codicem Vindobon. pro „Innocentius" praebere: „P(aschalis)", ac pro „Henrico Ratisponensi episcopo": „Ar(twico) Ratisp. ep.", monet Wattenbach in Pertz Archiv X. 491.) Tengnagel Vet. mon. p. 383, Mansi XXI. 418, Migne 163 p. 440. — „Postquam fraternitati".

6620 Hartwicum, episcopum Ratisponensem, iam iterum hortatur, ut P(abonem) abbatem S. Emmerammi restituat; alioquin se „adversus eum ut in contemptorem canonum acturum esse" minatur. Jaffé Bibl. V. 321. — „Quantum crimen".

6621 (4877) In Ar(twicum), episcopum Ratisponensem, invehitur, quod et litteras suas contempserit, neque ad „synodalem conventum" venerit vocatus. Interdicit ei officio episcopali, nisi Pavonem S. Emmerammi abbatem intra dies 20 in integrum restituerit. Tengnagel Vet. mon. p. 384, Mansi XXI. 419, Migne 163 p. 441. — „Nos ecclesiae".

6622 (4878) Conrado, archiepiscopo Salzburgensi, significat, se (Artwico) episcopo Ratisponensi, propter spretas litteras suas per abbatem S. Emmerammi missas, officio episcopali, donec satisfaceret, interdixisse. Tengnagel Vet. mon. p. 384, Mansi XXI. 418, Migne 163 p. 441. — „Sicut tua".

6623 Archiepiscopo Bituricensi significat, statuisse se, ut archiepiscopus Auscitanus „ei tamquam primati subditus esset, donec, si libertatem ecclesiae suae vindicare vellet, Romanae ecclesiae vel legatorum eius iudicio finis huic causae certior imponeretur". („In regesto Pasch. II.") Bouquet Rec. XIX. 657, Horoy Medii aevi bibl. patr. II., Ep. Hon. III. p. 692. — „Adversus fratrem nostrum".

**1109—1118.**

6624 (4879) Pontio, abbati Cluniacensi, scribit, in celebranda eucharistia „per se panem, per se vinum" esse dandum. Mansi XX. 1013, Migne 163 p. 442. — „Scribens ad".

6625 *Ecclesiae Colecestriensi bullam dat. Vide Guillelmi Neubrig. Hist. ed. Hearne III. 698 ex registro quodam, ubi sic legitur: „Qui papa ipsum paterne suscipiens bullas valde speciales concedens . . . illum remisit; sed Parisiis obiit redeundo; . . . . perdita prima bulla, secunda Colecestriam delata est, cuius copia intitulatur in: „Quanta"". Cf. supra bullam 6529. — „Quanta".

**1110—1118.**

6626 W(idoni) episcopo Curiensi nuntiat haec: „Longobardicos episcopos ad regem ituros prius audieramus, sed postea omnino destitisse audivimus. Nec ipsi autem nec alii per nos ad regem ituri sunt, nisi alia fortassis, que omnino nos latet, gravis causa emergeret. (Udalricus) Aquileiensis preter concessionem nostram pallio utitur Guibertino. De R. autem illo, qui ecclesiam vestram persequitur canonicam iusticiam exsere, quam nos sedis apostolicae auctoritate firmabimus. Quae minus litteris continentur, legato tuo viva voce commisimus". Neues Archiv III. 172; de tempore vide ibid. VI. 599 et VII. 209. — „Longobardicos episcopos".

**1111—1118.**

6627 W(idoni) episcopo Curiensi significat, episcopos „septentrionalem plagam habitantes, usque adeo longinquum secessisse, quod ad eos pertingere non valeret". (Epistolam confictam esse in schola, probare conatus sum in Neues Archiv VI. 596; opinioni meae repugnavit Ewald ibid. VII. 211.) Neues Archiv III. 170. — „Fraternitatem tuam".

**1115—1118.**

6628 G(uidoni) archiepiscopo Viennensi mandat, ut adhibitis (Hugone) Gratianopolitano et (Leodegario) Vivariensi episcopis causam investiget (Petri) abbatis S. Andreae, ab abbate Casae-dei in captionem positi. Gall. Christ. XVI. Instr. 30, Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 147. — „Ex monasterio vestro".

6629 Abbati Casae-dei praecipit, ut, quem ceperit, abbatem S. Andreae Viennensem in integrum restituat. Causam deinde vel suo vel dioecesani episcopi iudicio finitum iri scribit. Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 147, Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVIII. 422, Mon. pont. Arverniae p. 143, Pflugk-Harttung Acta I. 115. — „Ecclesiasticarum personarum".

**1118.** *(Ind. 11, pont. a. 19.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 6. | Praeneste | „epiphaniis". Petrus Pisan. ap. Watterich II. 15. |
| „ 14. | per Transtiberim | ad castellum S. Angeli venit „octavo die" ante obitum. Annales Romani in MG. SS. V. 477. |
| „ 19. | in porticu b. Petri | 6630 W(idoni), episcopo Curiensi, causam (Herimanni) episcopi Augustensis „sive in officio, sive in aliis" committit. De ecclesiae Romanae angustiis queritur. (Cf. ep. 6548.) Neues Archiv III. 178. — „Multis multociens". |
| „ 21. | Romae ap. castellum S. Angeli | moritur. Petri Chron. mon. Cas. p. 792, Falco Benevent. 1117 p. 81, Petr. Pisan. p. 16: „XII. kal. Febr." Annales Romani p. 477 et 478: „in vigilia beatorum Vincentii et Anastasii". — Annal. Benev. 1117 in MG. SS. III. 184: „mense Februario die 3", Annales Besuenses 1118 ibid. p. 250, et Annal. Ceccanenses 1118 in MG. SS. XIX. 282: „XI. kal. Febr.". |

---

## THEODERICUS antipapa. 1100.

**1100.**

| | | |
|---|---|---|
| Sept. | In basilica S. Petri | Eligitur et consecratur a Wibertinis post Wiberti mortem. Annales Romani in MG. SS. V. 477: „Huius (Paschalis II.) temporibus in hac civitate Romana tres pontifices helecti ac consecrati fuerunt a clero et populo, qui ex parte Clementis pontifici fuerunt: videlicet episcopus S. Rufine, in basilica b. Petri clam noctis tempore helegerunt et consecraverunt et in sede posuerunt". Hunc fuisse Theodericum illum, de quo dicitur in Petri Pisani Vita Paschalis II. ap. Watterich II. 4, sequentia docent. De mense v. infra. |
| „ 30. | (Romae) | concilium habuisse dicitur. Namque haec reperimus in Annal. Besuens. in MG. SS. II. 250: „a. 1101 (l. 1100). Hoc anno obiit Wibertus (m. Sept. a. 1100, vide supra Wiberti regesta), successit . . . . . et conciliabulum . . con . . . 2. kal. Octobr. . . .". |
| | Roma | digreditur. Annales Romani l. l.: „set non fuit ausus manere in civitate; egressus de hac urbe, ut pergeret ad regem —" |
| Dec.? | | capitur a Paschalis II. fidelibus. Annales Romani l. l.: „a fidelibus pontifici Paschalis compreensus". Petrus Pisan. l. l.: „post centesimum quintum electionis suae diem a fidelibus captus". Cum non constet, utrum ineunte mense Septembri an exeunte Theoderici electio habita sit, sane non est disceptandum, in mensem Dec. anni 1100 an in Ianuarium a. 1101 captio eius inciderit. Gregorovius igitur in Gesch. d. St. R. IV. 300 n. 2 et Franz Paschal. II., dissert. Vratisl. 1877, p. 23 corrigantur oportet. |
| „ | Romam | ad Paschalem II. mittitur. Annal. Romani l. l. |
| „ | In Cavense | monasterium includitur. Annal. Romani l. l.: „statim eum in Apuliam misit aput monasterium S. Trinitatis, quod situm est in Cava, ibique monachus effectus est". Petrus Pisan. l. l.: „Theodericus apud S. Trinitatem in Cava heremiticam vitam addiscere patrum iudicio adiudicatus". |

**1102.**

| | | |
|---|---|---|
| | In monasterio Cavensi | moritur. Vide titulum sepulcralem in Cod. dipl. Cavens. I. praef. p. 68. |

## ALBERTUS antipapa. 1102.

**1102.**

Fbr. Mart. — In basilica apostolorum — Eligitur. Annales Romani in MG. SS. V. 477: „Alter vero, scilicet episcopus Savinensis, elegerunt eum in basilica apostolorum“. — Annus intelligitur ex Ekkehardi Chron. univers. 1102 in MG. SS. VI. 223: „Imperator Heinricus Romam se profecturum, ac generale concilium circa Febr. kalendas inibi convocaturum condixit, quatinus tam sua, quam domini apostolici causa canonice ventilata, catholica inter regnum et sacerdotium confirmaretur unitas. Constat tamen, nec ipsum venisse, nec nuncia dignitati apostolicae subiectionem profitentia misisse. Nec hoc latet, quod alterum papam ipsi domno Paschali superponere, si fieri posset, conatus sit, nec profecerit“. Cf. supra in Paschalis II. regestis synodum post d. 12. Mart. a. 1102 celebratam. Quae Giesebrecht III. 1182 et Franz l. l. p. 24 aliique contra ordinem antipaparum chronologicum a Jafféo constitutum proferunt, ea omnino refutantur anno mortis Theoderici 1102 ex inscriptione Codicis dipl. Cavensis a nobis allato. Quo anno et Ekkehardi verba ad hasce res pertinere probantur et Petri Pisani relationem ap. Watterich II. 4: „Alter post alterum duo statim eliguntur pape“ melius nobis intellegere licet.

„ „ — In basilicam S. Marcelli — perducitur. Annal. Romani l. l.: „Hoc autem (sc. electio Alberti) cum ostensum esset per civitatem, concursus factus est populorum atque tumultus. Inter quos insimul fuerunt fideles pontifici Paschalis. Illi vero, qui adversarii erant pontifici, metu perculsi cum helectum eorum perrexerunt ad basilicam S. Marcelli aput Iohannem, Ocdoline filium, qui in eius erat auxilio. Ubi erat Romanus cardinalis, qui favebat eius parti. Set clerici, qui eum sequebantur, plures ex illis verberati et expoliati fuerunt“.

„ „ — Lateranum — ad Paschalem II. abstrahitur. Annal. Romani l. l.: „Ad ultimum data pecunia a pontifice dicto Iohanni Ocdoline, fefellit ei, ac dimisit illum in eorum potestate. Illi vero, qui ex parte pontifici erant, confestim apprecenderunt eum, et tulerunt pallium de collo eius, et turpiter extraxerunt eum de dicta ecclesia, ac posuerunt illum retro post unum equitem. Cum festinatione duxerunt eum Lateranum, ubi pontifex manebat“. Albertum eodem die et electum et captum esse, tradit Petrus Pisan. in Vit. Paschalis ap. Watterich II. 4.

„ „ — In turrem Aversae — retruditur. Annal. Romani l. l.
concluditur in monasterium S. Laurentii. Annal. Romani l. l.: „Non multo post misit eum in Apulea apud monasterium S. Laurentii, quod situm est in Adversa; ibi monachus effectus est“. Petrus Pisan. l. l.: „Albertus apud S. Laurentium Aversae retrudi . . . adiudicatus“.

## MAGINULFUS (SILVESTER IV.) antipapa. 1105—1111.

**1105.**

Nov. 18. — In basilica b. Mariae Rotundae — Eligitur. Annal. Ceccanens. 1105 in MG. SS. XIX. 281: „Marchion (Wernerus) venit Romam, consentientibus quibusdam Romanis, et elegit Adanulfum (l. Maginulfum) in papam Silvestrum ad S. Mariam Rotundam infra octavam S. Martini (18. Nov.). Annal. Leodiensis 1105 in MG. SS. IV. 29: „Maginulfus, qui et Silvester, in sede apostolica substituitur; Rainerius (Paschalis II.) a quibusdam damnatur“. Sigeberti Chronica 1105 ibid. VI. 368: „Excerptum epistolae directae Heinrico imperatori a Guarnerio, principe Anchonitano: „„Quidam Romanae ecclesiae clerici, qui pro religiosis et sapientibus habebantur, qui etiam Hildebrando papae, Odardo et Rainerio familiariter adhaeserant, relicta eorum secta, ad satisfactionem s. ecclesiae venerunt, . . . quia Rainerum papam pollutum esse symoniaca heresi compertum habebant. Preminebat inter Romanos quidam Maginolfus archipresbyter; cum etiam hic zelo Dei accensus contestaretur publice, Rainerum esse hereticum, tunc vero omnes fere

| | | |
|---|---|---|
| | | **1105.** |
| | | Romani conclamabant, Rainerum ut symoniacum esse deponendum, Maginolfum vero, ut veritatis testem, esse substituendum in sede apostolica"". Annales Romani ibid. V. 477: „Tertius, scilicet Maginulfus, archipresbyter S. Angeli; cui posuerunt nomen Silvester. Unde facta est (rectius: erat) coniuratio magna atque seditio tam de equitibus, quamque et peditibus, et elegerunt eum in basilica b. Mariae, que dicitur Rotunda, clerici ac layci, qui adversarii erant pontifici. Maiores vero, qui in hac coniuratione fuerunt, isti sunt: heredes Stephani Ocdonis cet., qui miserunt legatos ad marchionem Guarnerium, qui erat ex parte Heinrici regis, ut cum festinatione in eorum veniret auxilio. Ille vero cum festinatione Romam perrexit cum aliquantis militibus Teutonicorum. Mox pontifex ut audivit, egressus de patriarchio Lateranensi (inter d. 11. et 14. m. Novembris, vide supra Paschalis II. regesta) ad insulam Licaoniam in ecclesia b. Iohannis". Petri Pisani Vita Paschalis II. ap. Watterich II. 4: „Eligitur et tertius Maginulfus nomine; hic . . . gravem in ecclesia calcem impressit". Cf. supra Paschalis II. ep. 6054. (In variis errat Ekkehardus, in cuius chronico in MG. SS. VI. 234 sic legimus ad an. 1106: „Werinherus, quidam ex ordine ministerialium regis, qui marchae, quae in partibus est Aquinae, praeerat, collectis undecumque per Italiam copiis, corruptis quoque multa pecunia Romanis nonnullis, dum domnus apostolicus Beneventanis immoratur finibus, quendam pseudo-abbatem de Farfara kathedrae S. Petri imposuit et ipsum papam Caesaris sub vocabulo Silvestri appellari voluit".) |
| Nov. 18. | Laterani | consecratur. Annales Romani l. l.: „Mox tota coniuratione insimul coadunati, cum dicto marchione Guarnerio perrexerunt cum praenominato Maginulfo ad patriarchium Lateranense. Ibique eum consecraverunt Romanum pontificem". Cf. supra Paschalis II. ep. 6054. |
| „ 19. | Roma | discedit, Paschali II. „intra urbem" revertente. Vide supra Paschalis ep. 6054. Annales Romani p. 478: „Pecunia vero dicto Maginulfo deficiente, tota illa coniuratio eum reliquit". Petrus Pisan. l. l. p. 5: „miser amisit urbem". |
| | Tibure | Annal. Romani l. l.: „Non multo post dictus Guarnerius marchio eum secum duxit ad Hosmum. Set dum pergerent, dictus Maginulfus mansit in civitate Tiburtina cum aliquantis militibus modicum tempus". Sigeberti Chron. 1105: „At Maginolfus et insidias hominum et onus apostolici honoris fugiens in munitissimum locum se contulit. Berto vero caput et rector Romanae militiae eum inde extraxit et ad Warnerum, principem Anconae, in Tiburtinam adduxit; et sic electus, 4. Non. Novembris(?) in sedem apostolicam promotus et Silvester quartus appellatus est". |
| | | **1106?** |
| | ad Hosmum | (Auximum?) se confert. Annales Romani l. l. |
| | | **1110.** |
| | Hosmi | Annales Romani l. l.: „et postmodum sic profectus est ad Hosmum, et mansit ibi usque ad adventum regis". |
| | | **1111.** |
| c. Apr. 12. | in prata Neronis | ab Heinrico V. rege deiicitur, post pacem cum Paschali II. factam. Annales Romani l. l.: „Qui rex, postquam finem fecit cum dicto Paschali pontifice, cum in prata Neronis deposuit, quia ipse Maginulfus tunc erat in castra". Abdicationis verba leguntur in Pertz Archiv X. 464: „Hec est abrenuntiatio, qua papatum refutavit, qui iniuste rapuit: „„Ego Monocgealdus abrenuntio omni errori, maxime quem in apostolicam sedem presumpsi et promitto fidem et obcedientiam Deo digno et catholico papae Paschali"".<br>„Post hec dictus marchio (Guarnerius) pietateque commotus et in tali necessitate nec eum relinquere voluit, duxit secum, et mansit aput eum usque dum ex hac vita subtractus est". Annales Romani l. l. |

# GELASIUS II. 1118—1119.

In Gelasii bullis solent haec verba addi: „Ego Gelasius ecclesiae catholicae episcopus, signum manus meae: Deus in loco sancto suo“ (6636. 6639. 6640. 6641. 6643. 6647. 6651. 6652. 6653. 6654. 6656. 6657. 6663. 6668. 6670. 6671).

Subscripserunt:

ep. Ostiensis . . . . Lambertus 1118 Mart. 21, Sept. 26, Dec. 20,
„ Portuensis . . . . Petrus 1118 Mart. 21, Apr. 9, Apr. 12, Apr. 18,
„ Sabinensis . . . . Crescentius 1118 Mart. 21,
presb. card. tit. apostolorum . . . . . . . Hugo . . . . . . . 1118 Mart. 21, Apr. 9, Apr. 12, Apr. 18,
„ „ „ S. Balbinae . . . . . . . . Guido . . . . . . . 1118 Sept. 13, Sept. 26,
„ „ „ S. Laurentii in Damaso . Deusdedit . . . . 1118 Apr. 9, Apr. 12, Sept. 13, Sept. 26,
„ „ „ S. Susannae . . . . . . . . Petrus . . . . . . . 1118 Mart. 21, Apr. 9, Apr. 12, Apr. 18, Sept. 13,
diac. card. S. Adriani . . . . . . . . . . Petrus . . . . . . . 1118 Sept. 13, Sept. 26,
„ „ SS. Cosmae et Damiani . . . Petrus . . . . . . . 1118 Sept. 13, Sept. 26,
„ „ S. Georgii . . . . . . . . . . Rossemannus . . 1118 Apr. 9, Apr. 12,
„ „ S. Mariae (in via lata) . . . . Romoaldus . . . . 1118 Apr. 9, Apr. 12,
„ „ S. Mariae in Aquiro . . . . . Comes . . . . . . . 1118 Apr. 9, Apr. 12,
„ „ S. Nicolai in carc. Tull. . . Petrus . . . . . . . 1118 Dec. 20,
Boso cardinalis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 1118 Dec. 20,
subdiaconus cardinalis et abbas S. Laurentii foris muros Amicus . . . . 1118 Sept. 26.

Datae bullae sunt p. m.

Grisogoni S. R. E. diaconi cardinalis a. 21. Mart. 1118 ad 1. Ian. 1119.

**1118.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 24. | Romae in monasterio, quod Palladium dicitur | Eligitur „in vigilia conversionis b. Pauli apostoli“. Annales Romani in MG. SS. V. 478. Vide Gelasii litteras ap. Udal. Bab., Jaffé Bibl. V. 323. Locum indicat Pandulph. card. in Vit. Gelasii ap. Watterich II. 95. Vide etiam titulum ap. Forcella Iscrizioni XII. 416. |
| „ 24. | In domum Laterani | Cencii Frangipani electus abstrahitur, deinde liberatur. Pand. card. l. l. p. 96. Vide Pand. card. l. l. |
| „ Febr. 21. | „ | 6631 (4881) A. priori ecclesiae S. Frigdiani Lucensis commendat V., ecclesiae Lateranensis priorem. Muratori R. It. SS. III. I. 384, Baluzii Misc. IV. 587, Migne 163 p. 487. — „Sicut ipsi nostis“. |
| Mart. 1. | „ | Annales Romani p. 478: „mansit in patriarchio Lateranensi usque in diem Veneris ante quadragesimam“. |
| „ 1. | ad domum Bulgamini | fugit „in nocte ipsa“, qua Heinricus imperator Romam ingreditur. Pandulph. card. l. l. p. 97. — Hanc noctem intercessisse inter d. 1. et 2. Martii, patet ex Falcon. Benevent. 1118 ap. Murat. R. It. SS. V. 91: „Henricus . . . noctis silentio Romam ingreditur mensis Martii secundo die ingrediente“. |
| „ 2. | In ecclesia b. Mariae | „super fluvium Tiberis . . . in regione S. Angeli . . . manet tota die sabbati“. Annal. Romani p. 478. |
| „ 2. | Tiberim | „nocte“ intrat. Annal. Romani l. l., cf. Pand. card. p. 97, Falcon. Benevent. 1118 p. 91, Petri Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 792. |
| „ | Portum | pervenit. Pand. card. l. l. |
| „ | ad castrum | S. Pauli Ardeae „de nocte“ portatur ab Hugone presb. card. Pand. card. l. l. p. 98. |
| „ 3. | Ardeae | in castro S. Pauli „die altero“. Pand. card. l. l. |
| „ 3. | Portum | „nocte“ reducitur. Pand. card. l. l. |
| „ | mare | ingreditur. Pand. card. l. l.; cf. Falc. Ben. 1118, Petri Chron. mon Cas. l. l. |
| „ 4. | Terracinensi | ripae „die tertio vix applicat“. Pand. card. l. l. |
| „ 5. | Caietam | „in (die) quarto“ pervenit. Pand. card. l. l. |
| „ 9. | Caietae | presbyter ordinatur „die sabbati“ (quatuor temporum Martii). Ann. Rom. p. 478. |
| „ 10. | „ | Consecratur „die dominico“. Annales Romani p. 478. Cf. Land. de S. Paulo c. 46 in MG. SS. XX. 40, Falc. Benev. 1118 et Pandulph. card. l. l. p. 95, cuius verba: „infra kal. Martii“ certe vitiosa sunt. Boso in Vit. Gelasii ap. Watterich II. 105 consecrationem perperam tradit Capuae factam esse. |
| („) | „ | 6632 (4882) Clerum et populum Romanum collaudat, quod „communicare tenebrarum operibus noluerint“. Audivisse se, „familiarem suum, Mauritium Bracarensem archiepiscopum“, ab imperatore constitutum papam esse. Quem ne sequantur, monet. Baluzii Misc. I. 145, Mansi XXI. 168, Migne 163 p. 487. — „Dilectionis vestrae Domino“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1118.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)* |
| | | 6633 *Cononi, episcopo Praenestino, „officium legationis, quo praecessoris sui tempore fungebatur, denuo committit, atque persecutionem, quam a rege iniquo patiatur, innotuit hortatus, ut fluctuanti ecclesiae pro viribus subveniat". Vita Theogeri lib. II. c. 9 in MG. SS. XII. 470; cf. Annal. Patherbrunnenses 1118 p. 135. |
| Mart. 15. | Caietae | 6634 (4883) Iordano, archiepiscopo Mediolanensi, scribit de expulso fratre Landulpho restituendo. Land. de S. Paulo c. 48 in MG. SS. XX. 42, (Migne 163 p.4 88). — „Frater iste". |
| „ 16. | „ | 6635 (4884) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, principibus et ceteris per Galliam fidelibus significat, se post susceptum pontificatum egredi Roma coactum ab imperatore esse. Quo facto cum hic ab ipso postulasset, „ut iuramento pacis certitudinem faceret", se ita respondisse; „de controversia, quae inter ecclesiam et regnum est, vel conventioni, vel iustitiae libenter adquiescimus, et vel Mediolani vel Cremonae in proxima b. Lucae festivitate (18. Oct.) fratrum nostrorum iudicio, qui a Deo sunt iudices in ecclesia constituti; et quoniam dominus imperator a nobis securitatem quaerit, nos verbo et scripto ista promittimus". Imperatorem, simul atque responsum acceperit, „die videlicet post electionem nostram quadragesimo quarto" (8. Mart.), solis Guibertinis adiuvantibus, archiepiscopum Bracarensem nominasse pontificem Romanum. Ad ulciscendam ecclesiam hortatur. („Pro „XVII. kal. Febr." legendum est „XVII. kal. Apr.". In codice, quo est Bouquet Rec. XV. 223 usus, praebetur: „III. id. Mart.".) Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 93, Simeon. Dunelm. De gest. reg. 1118 ap. Twysden H. A. SS. I. 239, Willelmi Malmesb. Gesta reg. Angl. L. V. ed. Hardy II. 664, in MG. SS. X. 481, Baluzii Misc. I. 143, Mansi XXI. 166, Aguirre Conc. V. 40, Migne 163 p. 489. — „Quia vos Romanae". |
| „ 21. | „ | 6636 (4885) Oldegarium, episcopum Barcinonensem, ecclesiae Tarraconensi praeficit, eique pallium tribuit. Acta SS. Mart. T. I. 487, Florez Esp. sagr. XXV. 221, Puiades Cronica VIII. 218, Cocqu. II. 156, Migne 163 p. 489. — „Tarraconensis civitatis". |
| „ 25. | „ | 6637 (4886) Bernardo, archiepiscopo Toletano, Hispaniarum primati, scribit de Mauritio, archiepiscopo Bracarensi, ecclesiae Romanae invasore excommunicato. Mandat, ut ecclesiae Bracarensi alium episcopum praeficiendum curet. Baluzii Misc. I. 144, (Mansi XXI. 167, Migne 163 p. 491). — „Non latere". |
| „ 25. | „ | 6638 (4887) Bernardo, primati Toletano, et ceteris Hispaniarum episcopis mandat, „ut ad electionem in Bracarensi ecclesia faciendam operam praebeant". Muratori R. It. SS. III. ɪ. 390, Baluzii Misc. I. 144, Migne 163 p. 491. — „Non latere". |
| Apr. 7. | Capuae | Heinricum imperatorem et Burdinum antipapam excommunicat. Vide infra ep. 6642; cf. Ekkehardi Chron. 1118 in MG. SS. VI. 254, Petri Chron. mon. Cas. p. 792. |
| „ 9. | „ | 6639 (4888) Monasterii SS. Petri et Pauli et S. Gisleni Cellensis possessiones quasdam, petente Burcardo, episcopo Cameracensi, confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 339. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 12. | „ | 6640 (4889) Monasterii Cluniacensis possessiones, petente Pontio abbate, confirmat. Bibl. Clun. p. 572, Bullar. Clun. p. 38, Muratori R. It. SS. III. ɪ. 390, Duchesne Hist. des card. Franç. II. 69, Mansi XXI. 171, Cocqu. II. 157, Migne 163 p. 492. — „Cluniacensis monasterii". |
| „ 12. | „ | 6641 (4890) Monasterii SS. Petri et Pauli et S. Gisleni Cellensis possessiones quasdam, rogatu Burcardi, episcopi Cameracensis, confirmat. Reiffenberg Monuments VIII. 341. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 13. | „ | 6642 (4891) C(ononem), episcopum Praenestinum, sedis apostolicae legatum, certiorem facit de archiepiscopo Bracarensi („qui Burdinus a Normannis dicitur") papa per imperatorem constituto. Haec addit: „Sane nos cum fratribus nostris et episcoporum collegio in praeterito palmarum die (7. Apr.) regem ipsum cum idolo suo excommunicavimus". Quae vulgari iubet. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 322, (Bouquet Rec. XV. 224, Mansi XXI. 173, Migne 163 p. 492). — „Iamdudum nostras". |
| „ 14. | „ | „festivitatem paschalem celebrat". Pandulph. card. ap. Watterich II. 99, Petri Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 792. |
| „ 18. | „ | 6643 (4892) Bernardo, monasterii S. Sophiae Beneventani abbati, privilegium concedit de aqua ex Calore flumine ducenda. Muratori R. It. SS. ɪ. 390, Anecdota Ughelliana p. 497, Migne 163 p. 493, (Cocqu. II. 157). — „Religiosa loca". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1118.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)* |
| | S. Germani | Vide Pand. card. l. l. |
| | In Casinensi | monasterio. Vide Pand. card. l. l. et Petri Chron. mon. Cas. p. 792. |
| | | †6644 Monasterii Casinensis merita erga disciplinam monasticam laudat. Muratori R. It. SS. III. I. 380. — „Cum iniunctum nobis". |
| | In terra Laboris | Petri Chron. mon. Cas. p. 792: „per plurimos dies in hac terra moratus est". — Annal. Romani p. 478: „egressus inde (i. e. Caieta) perrexit Benevento (?) moratusque est ibi usque ad festivitatem apostolorum (29. Iunii)". |
| Iun. 16. | Ferentini | 6645 (4893) D(idacum), episcopum Compostellanum, hortatur, ut „Romanae ecclesiae, multis aggravatae multisque distractionibus fatigatae, memoriam habeat, et tam eius (ecclesiae Romanae) quam suis opportunitatibus subveniat". Commendat P. cardinalem et Petrum thesaurarium. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 259, Migne 163 p. 494. — „Licet gravioribus". |
| „ 29. | Romam | proficiscitur. Annales Romani p. 478. |
| Iul. 5. | Romae | (in basilica b. Mariae secundicherio in ripa apud heredes Stephani Ocdonis.) Hoc die Gelasius pervenisse Romam videtur ex Annal. Romanis p. 479: „altero die fuit octava fest. apost. Petri et Pauli". — Cf. Pandulph. card. l. l. p. 100. |
| „ 6. | „ | in basilica b. Pauli sacra procurat „octava fest. apost. Petri et Pauli". Annales Romani p. 479. |
| „ 23. | „ | 6646 (4894) („ap. S. Petrum"?) Abbati monachisque Terrae-maioris praecipit, ut quae Paschalis papa inter eos et episcopum Civitatensem (prov. Benevent.) constituerit, negligere desinant. (Bulla haec non videtur a suspicione remota.) Ughelli It. sacr. VIII. 271, Muratori R. It. SS. III. I. 396, Migne 163 p. 494. — „Cum super". |
| Aug. 7. | „ | 6647 (4895) Gualtero, archiepiscopo ecclesiae Ravennatis, ad fidem reversae, iura vetera restituit, palliumque donat. Savioli Ann. Bol. I. II. 165, Muratori R. It. SS. III. I. 396, Gattula Hist. Cas. p. 370, Rubei Hist. Rav. p. 321, (Mansi XXI. 168, Migne 163 p. 495). — „Unitati divinae". |
| „ 11. | „ | 6648 (4895a) R(ichardo) ecclesie Springersbacensis praeposito et eius fratribus scribit haec: „Questionem inter vos de b. Augustini regula emersisse audivimus, quoniam quedam in ea scripta sunt, videlicet de officiis, de labore manuum et de ieiunio, que non possunt in nostris provinciis adimpleri. Quibus in rebus competens moderatio adhibenda est. Ea enim, que ad mores bonos pertinent, divina cooperante gratia, observanda sunt. Ea vero, que de officiis ab eodem doctore scripta sunt, quia et in Romana et in ceterarum ecclesiarum consuetudine discrepant, observari non possunt; sicut in beati quoque Benedicti regula quedam de huiusmodi observationibus scripta sunt, que nostris temporibus per monasteria longe aliter sunt, neque tamen propter hoc monachorum professio creditur infirmari". Praecipit, ut officia divina iuxta communem catholicae ecclesiae consuetudinem observentur; opus vero manuum et ieiunium secundum loci qualitatem et personarum facultatem exerceatur. Addit de vitandis excommunicatis. Rogat ut „pro sua et Romanae ecclesiae tribulatione indesinenter apud Dominum intercedant". Jaffé Regesta Pont. Rom. ed. I. n. 4895a, (Compte rendu de la com. roy. d'histoire IX. 1845. p. 102, Ernst Hist. du Limbourg VI. 121, Migne 163 p. 496). — „Questionem inter vos". |
| | | 6649 Statuit, ut „qui post professionem secundum regulam b. Augustini exhibitam fratres in canonico ordine Deo servire volentes inquietaverit", si discedere voluerit, praepositi licentia discedat. Alia decernit. Compte rendu de la com. roy. d'histoire IX. 1845. p. 103, Ernst Hist. du Limbourg VI. 121. — „Si quis post". |
| Aug. 29. | „ | 6650 (Iuliano) archiepiscopo Brundisino scribit, S(ichelgaitam) comitissam questam esse, eum, contempta Brundisinae ecclesiae dignitate, in Oritano chrisma conficere et clericos ordinare; praecipit, ut quod Urbanus II. de hac re statuerit, observet. Pflugk-Harttung Acta II. 217. — „Communis filiae". |
| Aug.Sept. | „ | in ecclesia S. Praxedis procurat sacra, factaque a Frangipanis irruptione, effugit. Pandulph. card. p. 100, cuius verba de festivitate quadam appropinquante male intellexisse Gregorovium G. d. St. R. IV. 363 et Watterich II. 100. n. 5 et Giesebrecht III. 899, colligam ex hisce verbis: „quodam vespere eum invitavit; . . . die autem crastina". |
| „ „ | Intra campos | S. Pauli ecclesiae adiacentes. Vide Pandulph. card. p. 101. |
| Sept. 2. | | Navem Pisas versus conscendit. Falco Benev. 1118 p. 92: „Gelasius Gallias ivit secundo die mensis Septembris intrante, et Pisas applicuit". Cf. Pand. card. p. 102. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1118.** *(Ind. 11. — 1. Sept.— 12, pont. a. 1.)* |
| Sept. 13. | Pisis | 6651 (4896) Canonicorum Lucensium consuetudines et privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. I. 818, Muratori R. It. SS. III. I. 405, Mansi XXI. 173, Cocqu. II. 158, Migne 163 p. 497. — „Charitatis bonum". |
| „ 26. | „ | Novam S. Mariae ecclesiam consecrat. Vide Dedicationis historiam ap. Muratori R. It. SS. III. I. 404. Cf. Chron. Pisan. ibid. VI. 105, Petri Chron. mon. Cas. p. 792. |
| „ 26. | „ | 6652 (4897) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis privilegia confirmat, bulla ad Attonem praepositum. Bull. Lat. p. 6, Muratori R. It. SS. III. I. 405, Mansi XXI. 175, Cocqu. II. 159, Migne 163 p. 499. — „Docente nos apostolo". |
| „ 27. | „ | 6653 Ecclesiam SS. Faustini et Iohannis in Colle Vallis Elsae, iuris S. Petri, tuendam suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat, imposito clericis 12 nummorum tributo annuo. Privilegium violantibus penam quatuor librarum auri imponit. Pflugk-Harttung Acta II. 217. — „Quod a praedecessore". |
| „ 29. | „ | Vide Petri archiepiscopi Pisani tabulam ap. Gattula Hist. Cas. p. 422, Muratori Ant. It. III. 1127. |
| Oct. 1. | „ | 6654 (4898) Monasterium S. Mamiliani, situm in insula Monte-Christi, tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, petente Henrico abbate. Ughelli It. sacr. III. 379, Mittarelli Ann. Cam. III. app. 274, Cocqu. II. 160, Hist. Patr. Mon. X. 198, Migne 163 p. 500; cf. Pflugk-Harttung Iter p. 22. — „Ad hoc nos disponente" („Nos qui disponente"). |
| „ 2. | „ | 6655 (4899) Canonicis Lucensibus affirmat, se S. Frigdiani canonicorum privilegia confirmando eorum iura non imminuisse. Muratori R. It. SS. III. I. 406, Migne 163 p. 501. — „Fraternitatem vestram". |
| „ | „ | navi proficiscitur. Pand. card. p. 102, Falco Benev. 1118 p. 92, Chron. Pisan. p. 105. |
| „ 10. | Ianuae | ecclesiam SS. Laurentii et Syri dedicat. Vide tabulam ap. Ughelli It. sacr. IV. 851, et ap. Muratori R. It. SS. III. I. 413: „Sexto Idus Octobris, anno dominicae Incarnationis 1118, Ind. XII. dedicatio ecclesiae cet., quae consecrata fuit a D. Gelasio Papa, primo anno episcopatus sui". |
| „ 23. | Massiliae | 6656 (4900) Monasterii S. Iuniani Nobiliacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Radulpho abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12688 f. 406, Chartul. mon. Nobiliac. ms. lat. 5450 f. 27, (Gall. Chr. II. Instr. p. 347, Migne 163 p. 502). — „Sicut iniusta poscentibus". |
| Nov. 7. | ap. S. Aegidium | 6657 (4901) Bernardi, primatis Toletani, privilegia confirmat. Muratori R. It. SS. III. I. 411, Migne 163 p. 503. — „Charitatis est". |
| „ 7. | „ | 6658 Monasterii S. Dominici de valle Tablatelli protectionem suscipit, Iohanne abbate et Bernardo, primate Toletano, petentibus. („VII. (?) id. Sept. [leg. Nov.]".) Reg. in Neues Archiv VI. 295, Fragm. ap. Pflugk-Harttung Acta II. 218. — „Sicut iniusta petentibus". |
| („) | „ | 6659 *Norberto diacono et presbytero „liberam praedicandi facultatem" concedit. Vita Norberti archiep. Magdeb. c. 5 in MG. SS. XII. 674. |
| „ 15. | Magalone | 6660 S(tephanum) episcopum Oscitanum rogat, ut expulsum episcopum Barbastrensem in integrum restituat. In concilio d. 1. m. Martii Auverniae celebrando fore ut eorum causa ab episcopis tractetur. (Epistola haec perperam Calixto II. tribuitur.) Ramon de Huesca Igl. de Arag. IX. 467, (Aynsa Fundacion de Huesca p. 318, Acta SS. Iun. T. IV. 134, Migne 163 p. 1300). — „Tu ipse frater". |
| „ 17. | „ | 6661 (4902) D(idaco), episcopo Compostellano, commendat nuncios suos, qui episcopos Hispaniae („te solo excepto" inquit „quia illius regni negotia in manibus tuis pendent") ad concilium d. 1. m. Martii agendum Alverniae invitent. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 267, Migne 163 p. 504. — „Veteris charitatis". |
| „ 20. | „ | 6662 (4903) Abbatibus et prioribus monasteriorum interdicit, ne ecclesiae S. Mariae Fontis-Ebraldi professos suscipiant. Niquet Hist. de Font-Evraud p. 189, Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 623, Cocqu. II. 160, Migne 163 p. 504. — „Memores esse". |
| „ 30. | „ | 6663 (4904) Monasterii Crassensis, a Carolo imperatore b. Petro secundum „Lateranensis palatii tomos" donati, tutelam suscipit, ac bona iuraque confirmat, bulla ad Berengarium abbatem. Monachis aureorum quinque tributum annuum imponit. Gall. Chr. VI. 434, Hist. de Languedoc n. ed. V. 870, Mahul Cart. de Carcassonne II. 245, Migne 163 p. 504. — „In Lateranensis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1118.** *(Ind. 11. — 1. Sept. — 12, pont. a. 1.)* |
| (Dec.) | Monte pessulano | Boso ap. Watterich II. 105: „Gelasius . . . ad S. Aegidium applicavit . . ., postmodum vero per montem Pessulanum, Tholosam (?) et partes Alverniae transiens . . .“. |
| („) | Stagelli | ecclesiam S. Caeciliae dedicat. Pandulph. card. p. 103, Bouquet Rec. XV. 216 in annotatione censet locum esse Tavels in dioec. Ucceticensi. |
| („) | Tillani (al. Libani) | ecclesiam S. Silvestri dedicat. Pandulph. card. p. 103. Bouquetio l. l. locus est: „Quillan dioecesis Uceticensis“. |
| „ 8. | Tornaci | 6664 (4905) Bernardo, archiepiscopo Ausciensi, praecipit, „ne fratres monasterii S. Orientii super negotio cimiterii inquietet“. Brugèles Chron. eccl. d'Auch, Pr. I. 28, Bouquet Rec. XIV. 322, Migne 163 p. 507. — „De coemeterio“. |
| („) | „ | ecclesiam S. Stephani de Tornaco dedicat. Pandulph. card. p. 103. |
| „ 10. | Alesti | 6665 (4906) Exercitui Christianorum, obsidenti civitatem Caesaraugustanam, remittit (Petrum) electum Caesaraugustanum a sese consecratum. Peccatorum veniam concedit iis, qui hoc bello obierint; quique dirutae a Saracenis ecclesiae Caesaraugustanae subvenerint, eos poenitentiis solvit. Arruego Cat. ep. p. 778, Mansi XXI. 169, Muratori R. It. SS. III. ɪ. 411, Cocqu. II. 161, Aguirre Conc. V. 41, Bouquet Rec. XV. 225, Migne 163 p. 508. — „Litteras devotionis“. |
| „ 12. | Uticae | 6666 Inter Pontium, abbatem Cluniacensem, et Guidonem, episcopum Lascurrensem, concordiam super ecclesiis S. Fidis et S. Andreae novi-burgi de Morlano sese praesente „apud villam Alestensem“ factam confirmat. Loewenfeld Epistolae p. 79. — „Controversiam quae inter“. |
| „ 13. | | †6667 Universis fidelibus, qui ad ecclesiam S. Petri Avenionensem, a sese consecratam, „in die inventionis S. Crucis et per octavam eius“ accesserint, „septem annos et septem quarentenas“ de iniuncta poenitentia relaxat. („Dat. Laterani p. m. Petri S. R. E. diac. card.“) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12762. f. 257. — „Mandare studemus“. |
| „ 16. | Avinioni | 6668 (4907) Monasterii Cluniacensis possessiones iterum confirmat, ac Pontio abbati concedit, ut in sacris procurandis dalmatica sandaliisque utatur. Bullar. Clun. p. 38, Bibl. Clun. p. 1827, Mansi XXI. 171, Cocqu. II. 161, Migne 163 p. 509. — „Ignem semper“. |
| („) | („) | 6669 Henrico, Anglorum regi, scribit, „ut, si in consecratione Eboracensis electi Radulphus, archiepiscopus Cantuariensis, et Thurstinus, electus Eboracensis, non consentiant, ipse utrosque ad suam praesentiam dirigat.“ Vide Stubbs Actus pont. Eborac. ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1715, ubi pro „ap. urbem Ravennam“ puto „ap. urbem Avenionem“ legendum esse. |
| „ 20. | Arausicae | 6670 (4908) Monasterium Caunense tuendum suscipit et eius possessiones privilegiaque confirmat, bulla Arnaldo abbati inscripta. Baluzii Capitularia II. 1557, Gall. Chr. VI. Instr. p. 31, Migne 163 p. 511. — „Omnipotenti nos tribuere“. |
| „ 20. | „ | 6671 (4909) Monasterii S. Andreae Avenionensis privilegia, rogatu Petri abbatis, confirmat, ea lege, ut monachi tres libras cerae sibi suisque successoribus persolvant. Hist. de Languedoc II. Pr. p. 406, nov. ed. V. p. 872, Migne 163 p. 512. — „Officii nostri nos“. |
| („) | „ | 6672 A. B(ernardo) episcopo Agathensi factam inter canonicos eius et monachos Massilienses super ecclesia S. Andreae compositionem laudat. Coll. des Cartulaires IX. 158. — „Sicut nobis praesentibus“. |
| „ 21. | ap. S. Paulum | 6673 (Attoni) archiepiscopo Arelatensi, (Iohanni) Nemausensi, (Galtero) Magalonensi, (Raimundo) Uceticensi, (Ariberto?) Avenionensi episcopis significat, „sese, cum apud S. Aegidium esset, terminos circa villam S. Aegidii constituisse, intra quos super ipsam villam praedam vel assultum facere nemini liceret“. Pflugk-Harttung Acta I. 115, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 52. — Significamus dilectioni“. |
| („) | per Podium | Vide Pandulph. card. p. 103. „Per partes Alverniae“, Boso p. 418. |
| | | **1118—1119.** |
| | | 6674 B(ernardo), archiepiscopo Toletano, mandat, ut in concilio apud Carrionem congregando causam A. excommunicati canonice tractet. Pflugk-Harttung Acta II. 219. — „Lator praesentium“. |
| | | 6675 Monasterii Montis-maioris possessiones et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Hist. Mont.-maior. auctore Claudio Chantelou ms. lat. 13915. f. 148 in bibl. nat. Paris. — „Ad hoc nos disponente“. |

98*

| | | |
|---|---|---|
| | | **1118—1119.** |
| | | 6676 *Compositionem inter monachos Salmurenses et Trenorcienses, de ecclesia S. Nicolai de Lausduno litigantes, factam a G(erardo) episcopo Engolismensi, ap. sed. legato, confirmat. (Cf. ep. 6951.) Archives hist. du Poitou II. 27. |
| | | **1119.** *(Ind. 12, pont. a. 1.)* |
| | | 6677 *Clero ac populo Metensi divina officia interdicit, donec Theogerum episcopum a Conone, episcopo Praenestino, ap. sed. legato, ordinatum receperint. Vita Theogeri Lib. II. c. 25 in MG. SS. XII. 477. |
| Ian. 1. | Valentiae | 6678 Ecclesiam Atrebatensem ab Urbano II. „in antiquum episcopalis dignitatis statum reparatam" confirmat. Roberti episcopi eiusque successorum possessiones et privilegia instituit. Loewenfeld Epistolae p. 79. — „Certum apud nos". |
| („) | „ | 6679 (4910) *Benedictum, electum Lucensum, a Pistoriensi, Aretino et Clusino episcopis consecrari (haud dubie per litteras) iubet. Necrol. Lucense in Baluzii Misc. I. 432, in Neues Archiv III. 138. |
| „ | Viennae | Synodum celebrat secundum Ekkehardi Chron. 1119 in MG. SS. VI. 254. Cf. Calixti II. epist. ibid. p. 254, ap. Mansi XXI. 190, ap. Migne 163 p. 1093. |
| „ 14. | Lugduni | 6680 (4911) *Monasterii S. Petri Viennensis protectionem suscipit. Bosco Flor. bibl. xyst. laev. p. 107. |
| „ 18. | | †6681 Episcopo Atrebatensi scribit de Iterio et Normanno fratribus, in honorem S. Mariae confraternitatem erigere volentibus. („Cluniaci in Galliis".) Terninck Hist. de la chandelle d'Arras p. 81, Cavrois Cart. de N.-D. des Ardents à Arras p. 88. — „Pro parte devotorum". |
| „ | Matiscone | „gravissima aegritudine confectus se Cluniacum perferri praecipit". Epistola Hugonis monachi in Bibl. Cluniacens. p. 559, ap. Migne 166 p. 844. |
| „ 29. | Cluniaci | Moritur „IV. kal. Febr.", Necrol. Casin. ap. Muratori R. It. SS. VII. 939, Orderic. Vital. ap. Bouquet Rec. XII. 716, ed. Le Prévost IV. 334, Bosonis Vit. Gelasii ap. Watterich II. 105, Falco Benevent. p. 92. — Annales Romani p. 479 obiisse Gelasium tradunt „in festivitate Agnes secunde" (28. Ianuar.); Chron. S. Maxentii Pictav. 1119 ap. Marchegay et Mabille Chron. d'Anjou p. 428 (ap. Labbe N. B. M. II. 219): „III. kal. Febr." (30. Ian.). |

# CALIXTUS II. 1119—1124.

De Calixti II. cancellaria in libro suo: Étude sur les actes du pape Calixte II. Paris 1874 uberrime egit Ulyxes Robert, qui eiusdem pontificis integram actorum collectionem praeparat.

Calixti bullae continent modo vulgares modo Pisanos incarnationis annos. Sententiam praebent hanc: „Firmamentum est dominus timentibus eum" (6694. 6695. 6727. 6735. 6751. 6821. 6822. 6823. 6839. 6843. 6844. 6857 cet.)

Testes subscripserunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| ep. Albanensis | Vitalis | a 3. Ian. 1121 | ad 4. Iun. 1124 |
| „ Ostiensis | Lambertus | a 18. Iun. 1119 | ad 1. Iun. 1124 |
| „ Portuensis | Petrus | a 24. Sept. 1120 | ad 4. Iun. 1124 |
| „ Praenestinus | Cono | a 18. Iun. 1119 | ad 16. Mai. 1122 |
| | Guillelmus | a 6. Apr. 1123 | ad 1. Iun. 1124 |
| „ Sabinensis | Crescentius | a 3. Ian. 1121 | ad 4. Iun. 1124 |
| „ Tusculanus | Divizo | a 4. Mart. 1121 | ad 10. Nov. 1121 |
| | Aegidius | a 28. Dec. 1121 | ad 6. Apr. 1123 |
| pr. card. tit. S. Anastasiae | Boso | a 18. Iun. 1119 | ad 11. Mart. 1120 |
| | Theobaldus | a 6. Apr. 1123 | ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ „ SS. apostolorum | Hugo | a 3. Ian. 1121 | ad 10. Nov. 1121 |
| | Gregorius | a 6. Apr. 1123 | ad 4. Iun. 1124 |
| „ „ „ S. Balbinae | Othaldus | a 1. Dec. 1120 | ad 16. Mai. 1122 |
| „ „ „ S. Caeciliae | Iohannes | a 3. Ian. 1121 | ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ „ S. Callisti | Petrus | a 17. Apr. 1121 | ad 15. Apr. 1123 |
| „ „ „ S. Chrysogoni | Iohannes | a 18. Iun. 1119 | ad 15. Apr. 1123 |
| „ „ „ S. Clementis | Anastasius | a 24. Sept. 1120 | ad 4. Iun. 1124 |
| „ „ „ S. Crucis in Ierusalem | Amicus | a 3. Ian. 1121 | ad 28. Dec. 1121 |
| | Gerardus | a 1. Apr. 1124 | ad 26. Mai. 1124 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| pr. card. tit. | S. Eudoxiae | Benedictus | a 3. Ian. 1121 ad 4. Iun. 1124 |
| „ „ „ | S. Eusebii | Iohannes | a 24. Sept. 1120 ad 7. Ian. 1121 |
| | | Robertus | a 28. Dec. 1121 ad 6. Apr. 1123 |
| „ „ „ | S. Laurentii in Damaso | Deusdedit | a 18. Iun. 1119 ad 6. Apr. 1123 |
| „ „ „ | S. Lucinae | Gregorius | a 11. Mart. 1120 ad 15. Apr. 1123 |
| „ „ „ | S. Marcelli | Petrus | a 24. Sept. 1120 ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ „ | SS. Marcellini et Petri | Rainerius | a 3. Ian. 1121 ad 17. Apr. 1121 |
| | | Crescentius | a 28. Dec. 1121 ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ „ | S. Marci | Bonifatius | a 3. Ian. 1121 ad 4. Iun. 1124 |
| „ „ „ | SS. Nerei et Achillei | Petrus | d. 1. Nov. 1123 |
| „ „ „ | S. Pamachii | Theobaldus | a 3. Ian. 1121 ad 6. Apr. 1123 |
| „ „ „ | S. Pastoris | Conradus | a 25. Mai. 1121 ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ „ | S. Praxedis | Desiderius | a 24. Sept. 1120 ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ „ | S. Priscae | Gregorius | a 3. Ian. 1121 ad 25. Mai. 1121 |
| | | Petrus | d. 28. Dec. 1121 |
| „ „ „ | SS. Priscae et Aquilae | Gherardus | a 6. Apr. 1123 ad 4. Iun. 1124 |
| „ „ „ | S. Sabinae | Robertus | a 24. Sept. 1120 ad 28. Dec. 1121 |
| | | Comes | d. 15. Apr. 1123 |
| „ „ „ | SS. Silvestri et Martini tit. Equitii | Divizo | a 3. Ian. 1121 ad 28. Dec. 1121 |
| | | Petrus | d. 1. Apr. 1124 |
| „ „ „ | S. Sixti | Petrus | d. 3. Ian. 1121 |
| | | Sigizzo | a 7. Ian. 1121 ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ „ | S. Stephani | Saxo | a 17. Apr. 1121 ad 16. Mai. 1122 |
| „ „ „ | S. Susannae | Petrus | a 11. Mart. 1120 ad 4. Iun. 1124 |
| diac. card. | S. Adriani | Petrus | a 11. Mart. 1120 ad 28. Dec. 1121 |
| | | Matthaeus | a 6. Apr. 1123 ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ | S. Angeli | Gregorius | a 18. Iun. 1119 ad 15. Apr. 1123 |
| „ „ | SS. Cosmae et Damiani | Petrus | a 18. Iun. 1119 ad 21. Mai. 1120 |
| | | Ionathas | a 3. Ian. 1121 ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ | S. Eustachii | Gregorius | d. 3. Ian. 1121 ad 7. Ian. 1121 |
| „ „ | S. Georgii ad velum aureum | Rossemanus | d. 6. Apr. 1123 |
| „ „ | S. Laurentii | Gregorius | d. 15. Apr. 1122 |
| „ „ | S. Luciae | Gerardus | a 3. Ian. 1121 ad 15. Apr. 1122 |
| „ „ | S. Luciae septem solii | Gregorius | d. 6. Apr. 1123 |
| „ „ | S. Mariae in Aquiro | Comes | d. 6. Apr. 1123 |
| „ „ | S. Mariae in Dominica | Angelus | d. 6. Apr. 1123 |
| „ „ | S. Mariae novae | Theobaldus | d. 25. Mai. 1121 |
| „ „ | S. Mariae in Porticu | Romanus | a 5. Ian. 1120 ad 1. Apr. 1124 |
| „ „ | S. Mariae in via lata | Romoaldus | a 24. Sept. 1120 ad 28. Dec. 1121 |
| | | Ubertus | d. 6. Apr. 1123 |
| „ „ | S. Mariae scholae graecae | Stephanus | a 24. Sept. 1120 ad 6. Apr. 1123 |
| „ „ | S. Nicolai in carcere Tulliano | Petrus | d. 20. Dec. 1119 |
| | (S. Nicolai ad carceres) | Iohannes | d. 6. Apr. 1123 |
| „ „ | SS. Sergii et Bacchi | Aldo | a 3. Ian. 1121 ad 28. Dec. 1121 |
| | | Gregorius | d. 6. Apr. 1123 |
| „ „ | S. Theodori | Gualterius | a 3. Ian. 1121 ad 15. Iun. 1121 |
| | | Henricus | d. 28. Dec. 1121 |
| „ „ | S. Viti | Gregorius | d. 6. Apr. 1123 |

S. R. E. subdiaconus et subdiaconorum prior Iacinthus a 4. Mart. 1121 ad 16. Mai. 1122
„ subdiaconus Romanus a 4. Mart. 1121 ad 16. Mai. 1122
„ „ Hugo . . a 4. Mart. 1121 ad 16. Mai. 1122
„ „ Hermannus d. 1. Apr. 1124
abbas S. Laurentii foris muros Amicus d. 15. Iul. 1119.

Scriptae bullae sunt p. m.

Gervasii scriniarii regionarii et notarii sacri palatii (6886. 6895. 6897. 6921. 6955. 6968. 6969. 6971. 6972. 6973. 6994. 7012. 7017. 7019. 7023. 7047. 7064).

Raynerii (al. Rainerii, Ruverii) scriniarii regionarii et notarii sacri palatii (6889. 7041)

Ugonis subdiaconi (7020, cf. annotationem meam).

Datae p. m.

| | | |
|---|---|---|
| Grisogoni | S. R. E. diac. card. ac bibliothecarii | a 15. Apr. 1119 ad 26. Iun. 1122 |
| (Siconis | S. R. E. diac. card. ac bibliothecarii | d. 29. Nov. 1120, vide annot. meam) |
| Hugonis | S. R. E. subdiaconi | a 16. Sept. 1122 ad 26. Apr. 1123 |
| (Guidonis | Romanae curiae camerarii | d. 6. Apr. 1123) |
| Aimerici | S. R. E. diac. card. et cancellarii | a 8. Mai. 1123 ad 24. Nov. 1124. |

**1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)*

Febr. 2. | Cluniaci | Eligitur. Annales Romani in MG. SS. V. 479: „in purificatione b. Mariae“. Orderic. Vital. ed. Le Prévost. IV. 335, in MG. SS. XX. 69: „IV. nonas Februarii“.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)* |
| (Febr.) | | 6682 (4912) Adalberto, archiepiscopo Moguntino, de Gelasii morte suique electione significat. Ekkehardi Chron. 1119 in MG. SS. VI. 254, Watterich II. 121, Mansi XXI. 190, Migne 163 p. 1093. — „Domnus noster". |
| „ | Lugduni | Vide epistolam Cononis, episcopi Praenestini, ap. D'Achery Spic. II. 513. |
| „ 9. | Viennae | „Coronatur in dominica quinquagesimae". Epistola Cononis l. l. — Hoc die factam consecrationem esse, Calixti bullae abunde docent. |
| Mart. 2. | ap. oppidum Christam | 6683 (4913) D(idaco) episcopo Compostellano commendat „hunc virum nobilem et familiarem nostrum" (Robertum Franciscum, levirum suum). Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 273, Migne 163 p. 1093. — „Hunc virum". |
| „ 20. | Ecclesiam S. Antonii | 6684 (4914) Consecrat, et „omnibus ad eam spe impetrandae misericordiae confugientibus remissionem peccatorum concedit". Acta SS. Ianuar. T. II. 155, Gall. Chr. XVI. Instr. p. 31, Migne 163 p. 1093. — „Dominus noster Iesus". |
| Apr. 7. | Viennae | 6685 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis possessiones et privilegia confirmat. Ex bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 868. fol. $57^b$. Misit Robert. — „Et divinis praeceptis". |
| „ 15. | Anicii | 6686 (4915) B(ernardo), archiepiscopo Ausciensi, concedit, „ut mortuorum corpora libere deinceps apud ecclesiam S. Mariae Ausciensem sepeliantur". Brugèles Chron. eccl. d'Auch, Pr. I. 29, Bouquet Rec. XIV. 322, Migne 163 p. 1094. — „Apostolicae sedis administratio". |
| „ 15. | „ | 6687 (Poncium) abbatem et fratres Anianenses „in proximis octavis pentecostes" ad sese accedere iubet, quatenus controversiam eorum cum fratribus Casae-dei diu agitatam diiudicet. Robert Etude append. p. 1, Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVIII. 430, Mon. pont. Arverniae p. 145. — „Fratres Casae-dei". |
| „ 16. | „ | 6688 (4916) F(riderico), archiepiscopo Coloniensi, scribit haec: „Novimus quidem domini et ecclesiae inimicos adversus ecclesiam posse latratus emittere; illud autem omnino nec divinis, nec humanis legibus reperitur, ut ab aliquo sedes apostolica iudicetur, nedum ab illis, qui ecclesiae iudicio condemnati sunt". „Verumtamen" inquit „ne populus domini seducatur, si quis adversus ecclesiam Dei se habere confidit, ad concilium, quod in proximo autumno circa Remos celebraturi sumus, accedat". Hortatur, „caveat, ne pessima investitorum a tyranno illo putredine sua sinceritas contingatur". Martene et Dur. Vet. script. I. 651, Bouquet Rec. XV. 228, Migne 163 p. 1095. — „Quamdiu mundi". |
| „ 20. | „ | 6689 Ecclesiae Carpentoractensis privilegia et possessiones confirmat, petente Gaufredo episcopo. Orig. in bibl. Carpent., Copia in cartul. episc. Carpent. in eadem bibliotheca asservato ms. 537. Misit Robert, qui copiam bullae possidet. — „Dominus predecessor noster". |
| „ 28. | | 6690 Monasterii Casae-dei possessiones, petente Stephano abbate, confirmat, et fratribus eius indulget, ut „in communi interdicto, clausis ianuis, divina officia celebrent". Robert Etude app. p. 2, Mém. de l'acad. de Clermond-Ferrand XVIII. 431, Mon. pont. Arverniae p. 146. — „Ad hoc in apostolicae". |
| Mai. 1. | Brivati | 6691 (4917) Clero et populo Lucensi praecipit, ne vexari fratres S. Frigdiani patiantur. Baluzii Misc. IV. 587, Migne 163 p. 1096. — „Adversus fratres". |
| „ 1. | „ | 6692 Hugoni Gratianopolitano et Petro Diensi episcopis mandat, iudicent inter fratres monasterii S. Theofredi et priorem ecclesiae Vigilensis (Vicilensis) „usque ad proximam nativitatem S. Iuliani" (29. Ian.). Robert Etude app. p. 3, Doc. inéd. relat. au Dauph. II. Cartul. de St. Chaffre p. 23. — „Fratres monasterii". |
| „ 4. | „ | 6693 A(delgoto) archiepiscopo Magdeburgensi mandat, ut cum suffraganeis suis synodo in festivitate b. Lucae (18. Oct.) Remis celebrandae interesse studeat. Cod. dipl. Sax. reg. II. Hauptth. I. 46. — „Pro ecclesiae necessitatibus". |
| „ 10. | ap. Celsinianam | 6694 (4918) Monasterii Trenorciensis possessiones iuraque confirmat, petente Francone abbate. Chifflet Hist. de Tournus. Pr. p. 400, Iuenin Nouv. hist. de Tournus. Pr. p. 145, Cocqu. II. 162, (Mansi XXI. 203, Migne 163 p. 1096; cf. Innocentii IV. confirmationem d. 6. Iun. 1246 datam, Potthast 12147). — „Iustis votis". |
| „ 19. | ap. Clarummontem | 6695 Canonicorum Tarvannensium possessiones confirmat et „ab omni comitatu ac seculari potestate" eximit. Mém. de la soc. acad. de Boulogne XII. 5, Duchet et Giry Cart. de Térouane p. 429. — „Ad hoc nos disponente". |
| „ 24. | Mauciaci | 6696 (4919) Monasterii S. Mariae de Valle (dioec. Vesontion.) possessiones confirmat. Chevalier Mém. de Poligny I. 320, Migne 163 p. 1098. — „Officii nostri nos". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)* |
| (Mai.) | per montana | inter Podium et Nemausum. Vide Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 275: „Ab Alvernia, ubi cum Wilielmo, duce Aquitaniae, colloquium habuerat, per montana, quae sunt inter Podium et Nemausum, remeabat". |
| Iun. 1. | Brivatae. | 6697 (4920) Ecclesiam S. Iuliani Brivatensem tuendam suscipit et possessiones eius iuraque confirmat, imposito fratribus unius aurei censu annuo. Gall. Christ. II. Instr. p. 132, Mon. pont. Arverniae p. 150, Migne 163 p. 1099. — „Cum universis ecclesiae". |
| „ 2. | ap. S. Florum | 6698 Monasterii Aureliacensis a fundatore, b. Geraldo, sedi Romanae oblati possessiones et privilegia, rogatu Gosberti abbatis, confirmat, imposita monachis decem solidorum Pictaviensis monetae pensione annua. Robert Etude app. p. 4, Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XVIII. 443, Mon. pont. Arverniae p. 158. — „Officii nostri nos". |
| „ 2. | „ | 6698a Parthenonis S. Petri Blasiliensis privilegia, rogatu Florentiae abbatissae, confirmat omnibusque ecclesiam eius „in tribus b. Petri solemnitatibus" visitantibus peccatorum remissionem indulget. Misit Robert. — „In apostolice sedis". |
| („) | S. Iuliani ecclesiam | (cellam Psalmodiensis coenobii) dedicat. Pandulphi card. Vita Calixti ap. Watterich II. 115. |
| „ 18. | ap. S. Aegidium | 6699 (4921) Monasterii S. Blasii tutelam suscipit, et bona iuraque confirmat, petente Rustino abbate. Neugart C. D. Al. II. 47, Migne 163 p. 1100. — „Religiosis desideriis". |
| „ 19. | „ | 6700 (4922) Xenodochii Hierosolymitani privilegia et possessiones confirmat. Giraldo institutore ac praeposito petente. Cod. dipl. del ord. Geros. I. 269, Löher Arch. Zeitschr. VIII. 100. — „Ad hoc nos disponente". |
| „ 19. | „ | 6701 (4923) Monasterii b. Mariae Electensis possessiones ac privilegia, petente Raimundo abbate, confirmat, ea lege, ut monachi „argenti libram singulis trienniis Lateranensi palatio persolvant". („Dat. IIIX. kal. Iul.".) Hist. de Languedoc nov. ed. V. p. 876; ed. princeps II. Pr. p. 408 et Migne 163 p. 1102 (perperam habent: „III. kal. Iul."). — „Officii nostri nos". |
| („) | ap. Montempessulanum | Vide bullam ap. Mansi XXI. 228 et epist. ap. Robert Etude app. p. 10; Bosonis card. Vita Calixti ap. Watterich II. 118. |
| „ 28. | ap. Magalonam | 6702 (4924) Monasterii S. Aegidii iura ac bona confirmat, bulla ad Hugonem abbatem. Ménard H. de Nism. I. Pr. p. 28, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 55, Migne 163 p. 1103. — „Inter ceteras". |
| „ 28. | „ | 6703 (4925) Monasterii S. Aegidii bona vetat ab abbatibus monachisque alienari, „nisi forte pro his tribus causis: Pro redemptione videlicet captivorum, pro communi et graviori familiae inopia, et pro emptione seu redemptione". Hist. de Languedoc II. Pr. p. 468, nov. ed. V. p. 878, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 53, Migne 163 p. 1105. — „Propter dissensiones". |
| „ 28. | „ | 6704 (Attoni) archiepiscopo Arelatensi, et (Iohanni) Nemausensi, (Galtero) Magalonensi, (Raimundo) Uceticensi, (Arberto) Avenionensi episcopis scribit, se terminos circa villam S. Aegidii, a Gelasii II. constitutos (vide supra 6673), confirmasse, „infra quos nullus super ipsam villam praedam vel assultum facere auderet". (Pro „IIII. kal. Iunii" legendum est „IIII. kal. Iulii".) Robert Etude app. p. 6, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 58. — „Dominus predecessor noster". |
| „ 30. | „ | 6705 (4926) Ecclesiarum S. Iohannis et S. Stephani Vesontionensium canonicos solvit iuramentis de possessionum societate praestitis. Mansi XXI. 197, Cocqu. II. 163, Chifflet Hist. de Tournus. Pr. p. 378, Migne 163 p. 1106. — „Inter vestram". |
| | | 6706 *Radulfum, archiepiscopum Cantuariensem, cum Thurstano, electo Eboracensi, discordantem, „superbum vocat et de contemptu praedecessorum suorum Paschalis et Gelasii acriter redarguit". Vide Stubbs Actus pont. Ebor. ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1715. |
| Iul. 1. | Biterris | 6707 (4927) R(odulfo), abbati Massiliensi, concedit, ut in ecclesia apud Tarasconem a fratribus eius procurentur sacra, „et postquam ecclesia perfecta fuerit, si Avenionensis eam consecrare aut noluerit, aut propter clericorum contradictionem nequiverit, a quo maluerit catholico consecrari episcopo faciat". Martene et Dur. Vet. SS. I. 663, Bouquet Rec. XV. 229, Migne 163 p. 1107. — „Dominus praedecessor". |
| „ 6. | ap. castellum Avinionum | 6708 (4928) Monasterium S. Mariae Soricinense tuendum suscipit et eius bona confirmat, Amelio, episcopo Tolosano, et Petro abbate petentibus. Robert Etude app. p. 7, (Gall. Chr. XIII. Instr. p. 266, Migne 163 p. 1108). — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 8. | Tolosae | Concilium, in quo decernunt 1) ne quis „ordinetur per pecuniam in ecclesia vel promoveatur"; 2) ne quis fiat praepositus, archipresbyter, decanus, nisi presbyter; |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)* |
| | | neve archidiaconus, nisi diaconus; 3) ut excommunicentur et damnentur ii, qui „dominici corporis et sanguinis sacramentum, puerorum baptisma, sacerdotium et ceteros ecclesiasticos ordines et legitimarum damnent foedera nuptiarum“; 4) ne „primitiae, decimae, oblationes et coemeteria, domos et bona cetera deficientis episcopi et clericorum a principibus vel quibuslibet laicis diripiantur et teneantur“; 5) ne liberi homines in servitutem redigantur; 6) ne clerici „pro ecclesiasticis beneficiis servire laicis“ cogantur; 7) ne quis „oblationum partem ad episcopum pertinentem“ auferat; 8) ne ecclesiasticae dignitates vel beneficia hereditate relinquantur; 9) ne „pro sacri olei et chrismatis et sepulturae acceptione“ pretium exigatur; 10) ut excommunicetur „monachus, vel canonicus aut quilibet clericus“, qui „primam fidem irritam faciens, retrorsum abierit, aut tanquam laicus comam barbamque nutrierit“. Acta concilii, in quibus pro „VIII. id. Iunii“ legendum est: „VIII. id. Iulii“, extant ap. Mansi XXI. 225, cf. ibid. p. 233. In Udalrici Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 352 est „VII. id. Iulii“ scriptum. Dies 6. Iulii indicatur infra in ep. 6717. |
| Iul. 13. | Tolosae | 6709 Concordiam inter Hugonem, episcopum Gratianopolitanum, et Guigonem comitem factam a Leodegario Vivariensi et Petro Diensi episcopis approbat. Du Bois Vie de S. Hugues p. 477, Marion Cartulaires de Grenoble p. 231, Robert Etude app. p. 148. — „De querelis, que“. |
| „ 14. | „ | 6710 (4929) Monasterio Electensi ecclesiam S. Policarpi addicit, bulla ad Raimundum abbatem. Gall. Chr. VI. Instr. p. 108, Hist de Languedoc II. Pr. p. 409, ed. nov. V. p. 879, Mahul Cart. de Carcassonne II. 247, Mansi XXI. 231, Migne 163 p. 1108. — „Super ecclesia“. |
| „ 14. | „ | 6711 (4930) Didacum, episcopum Compostellanum, ad iuvandam ecclesiam Romanam hortatur. Rogat, ut regi, nepoti suo, enixe opituletur. Concilio „in festivitate b. Lucae“ (d. 18. m. Oct.) Remis celebrando eum interesse vult. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 278, Migne 163 p. 1109. — „Ante susceptum“. |
| „ 14. | „ | 6712 R(aimundo), episcopo Uceticensi, mandat, iterum commoneat uxorem Pontii Guillelmi de Barriaco et Raimundum, eius filium, ut monasterio Gordanicensi, quos pater ipsius R(aimundi) abstulerit, honores restituant. Nisi intra 30 dies satisfecerint, in eos se excommunicationis sententiam promulgaturum esse scribit. Robert Etude app. p. 9. — „Fratrum Anianensis monasterii“. |
| „ 15. | „ | 6713 (4931) Monasterio Casae-Dei ecclesiam b. Liberatae, donatam ab Hildeberto, episcopo Aginnensi, asserit, bulla ad Stephanum abbatem. Gall. Chr. II. Instr. p. 428, Mon. pont. Arverniae p. 167, Migne 163 p. 1110. — „In ecclesia“. |
| „ 15. | „ | 6714 (4932) Ex concilii sententia monasterio Anianensi cellam S. Mariae Gordanicensem addicit, bulla Pontio abbati directa. D'Achery Spic. I. 635, Bouquet Rec. XV. 229, Mon. pont. Arverniae p. 163, Mansi XXI. 228, Cocqu. II. 164, Migne 163 p. 1110. — „Super cella“. |
| „ 15. | „ | 6715 L(eodegarium) Vivariensem et G(alterium) Magalonensem episcopos iudices constituit inter fratres Anianenses et (Attonem) episcopum Arelatensem, de ecclesia S. Martini litigantes. Robert Etude app. p. 10. — „Ab Anianensis monasterii“. |
| „ 15. | „ | 6716 A(ttoni), episcopo Arelatensi, praecipit, ut iudicio (Leodegarii) Vivariensis et (Galterii) Magalonensis episcoporum fratribus Anianensibus de ecclesia S. Martini satisfaciat. Robert Etude app. p. 10. — „Anianensis monasterii“. |
| „ 15. | „ | 6717 (4933) B(ertoldo) praeposito, clero et populo Hildesheimensi significat, sese „in octavis apostolorum (6. Iulii) Tolose cum archiepiscopis et episcopis et abbatibus Provinciae, Goczie (= Gotie, cf. supra 5576), Guasconie concilium celebrasse, ibique investituram penitus dampnatam esse“. Praecipit, ut (Bruningum episcopum), qui „per secularem potentiam“ ecclesiam eorum invaserit, repellant et infra 20 dies post litteras susceptas, alium canonice eligant. (Pro „Non. Iun.“ videtur legendum: „Id. Iul.“) Jaffé Reg. Pont. ed. pr. n. 4933, Sudendorf Registrum III. 51, Migne 163 p. 1113. — „In octavis apostolorum“. |
| „ 17. | „ | 6718 Monasterii Crassensis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, imposito monachis quinque aureorum censu annuo. Scribit, se ex Gelasii II. privilegio cognovisse, „in thomis Lateranensis palatii reperiri, Karolum imperatorem b. Petro praefatum monasterium obtulisse“. (Cf. ep. 6663.) Mahul Cart de Carcassonne II. 248. Robert Etude app. p. 11. — „Ex domini nostri“ |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)* |
| (Iul.) | in villa Fronton | Vide narrationem ap. Bouquet Rec. XIV. 198, Mansi XXI. 231. |
| („) | in villa S. Audardi | (in pago Caturcensi). Vide narrationem ap. Bouquet Rec. XIV. 198, Mansi XXI. 231. |
| „ 20. | ap. S. Theudardum | 6719 (4934) Berengario, abbati Crassensi, eiusque successoribus ecclesiam S. Petri de Valeriis „sub censu annuo duorum aureorum" concedit. Baluzii Misc. III. 13, Migne 163 p. 1114, (Mahul Cart. de Carcassonne II. 248). — „Et iustitiae". |
| „ 20. | „ | 6720 (4935) Iussolinae, illustri feminae, et filiis eius Petro Sicardi et Rainardo de Perignano significat, se ecclesiam b. Petri de Valeriis Berengario, abbati Crassensi, tribuisse. Baluzii Misc. III. 13, Martene Thes. I. 347, Migne 163 p. 1114. — „Gratias omnipotenti". |
| „ 30. | ap. S. Leontium | 6721 (4936) Geraldi prioris et canonicorum ecclesiae S. Stephani Cadurcensis disciplinam, leges, possessiones confirmat. Crucei Rerum Cad. hist. p. 68, Migne 163 p. 1115. — „Praeceptum Domini habemus". |
| | | 6722 (4937) Henricum, Anglorum regem, rogat, ut (Thurstanum) electum Eboracensem, et (Radulphum) archiepiscopum Cantuariensem sinat ad concilium (Remis celebrandum) accedere, in quo eorum de professione lis dirimatur. Monast. Anglic. III. 143, nov. ed. VIII. 1185, Migne 163 p. 1117. — „Questio, quae tam diu". |
| | | 6723 *Radulphum, archiepiscopum Cantuariensem, ad concilium Remis celebrandum invitat. Vide Stubbs Actus pont. Ebor. ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1715. |
| | | 6724 *Thurstanum, electum Eboracensem, ad concilium Remis agendum vocat. Vide Stubbs Actus pont. Ebor. ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1715. |
| | | 6725 (Radulfum) Remensem, (Godofredum) Rothomagensem, (Daimbertum) Senonensem, (Leodegarium) Bituricensem, (Gilbertum) Turonensem, (Baldricum) Dolensem, (Arnaldum) Burdigalensem, (Bernardum) Ausciensem archiepiscopos et ceteros tam clericos quam laicos per easdem provincias constitutos ad concilium Remis agendum invitat. (Fragmentum. Inscriptionem librarii vitio depravatam esse puto.) Robert Etude app. p. 30. — „Ecclesiarum omnium". |
| Aug. 3. | Petragoricis | 6726 (4938) Herveo, abbati Rotonensi, praecipit, ut aut monachis Kemperlegiensibus ablatam pecuniam reddat, aut ad concilium Remense veniat. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 538, Bouquet Rec. XV. 231, Migne 163 p. 1117. — „Abbatis et fratrum". |
| „ 5. | „ | 6727 (4939) Monasterii Turturiacensis, petente Guidone abbate, protectionem suscipit et bona iuraque confirmat, imposita monachis aurei unius pensione annua. Gall. Chr. II. Instr. p. 491, Migne 163 p. 1117. — „Turturiacense monasterium". |
| „ 6. | ap. villam Brantolium | 6728 Ecclesiae Petragoricensis possessiones canonicorumque liberum episcopi eligendi arbitrium confirmat. (Pro „ap. villam Grontonium (al. Granconium)" legendum esse puto: „ap. villam Brantolium"; Robert putat: „ap. villam Brantomum".) Fragmentum in bibl. nat. Paris. Coll. de Périgord 30. f. 211. |
| „ 11. | Engolismi | 6729 W(idonem) episcopum Curiensem ad concilium Remense invitat. Neues Archiv III. 178. — „Quam obediens". |
| „ 27. | Pictavi | 6730 Ecclesiae Tullensis possessiones confirmat, canonicis et Ricuino episcopo per Gobertum cantorem et Hunaldum scholasticum petentibus. In bibl. nat. Par. ms. lat. 16991. f. 221. — „Ex divinis praeceptis". |
| „ 27. | „ | 6731 Monasterii S. Apri Tullensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, Petro abbate per Hunaldum, scolasticum Tullensem, petente. Robert Etude app. p. 14. — „Iustis votis assensum". |
| „ 27. | „ | 6732 Parthenonis S. Mariae Santonensis tutelam suscipit, possessionesque et iura, petente Sibilla abbatissa, ea lege confirmat, ut quinque solidi monetae Santonensis palatio Lateranensi annuatim persolvantur. Grasillier Cart. inéd. de la Saintonge II. 11, Robert Etude app. p. 16. — „Officii nostri nos". |
| „ 28. | „ | 6733 (4940) Parthenonis S. Trinitatis Pictaviensis patrocinium suscipit ac possessiones confirmat, petente Elisabeth abbatissa. Robert Etude app. p. 19, (Gall. Chr. II. Instr. p. 362, Migne 163 p. 1119). — „Piae postulatio voluntatis". |
| („) | „ | 6734 Monasterii SS. martyrum Marcellini et Petri Bonaevallensis (dioc. Carnot.), rogatu Bernerii abbatis, tutelam suscipit, et immunitatem ac possessiones confirmat, eique asserit ecclesiam S. Salvatoris Braiacensem, b. Petro censualem, salvo duorum Car- |

**1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | notensium solidorum censu annuo, Lateranensi palatio reddendo. (Clausula vitiosa.) Robert Etude app. p. 149. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| Aug. 30. | Losduni | 6735 Monasterii S. Cypriani Pictaviensis possessiones confirmat ac iura statuit, petente Petro abbate. Archiv. hist. du Poitou III. 17, ubi prima verba male leguntur; Robert Etude app. p. 21, cf. in priore parte eiusdem libri p. 60. n. 41. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 30. | Lauduni | 6736 Canonicorum ecclesiae S. Mariae et S. Launi confessoris disciplinam et possessiones confirmat, petente Guillelmo episcopo Pictaviensi. Imbert Cartul. de S. Laon de Thouars p. 2. — „Preceptum Domini habemus“. |
| „ 31. | In monasterio Fontis Ebraldi | ecclesiam maiorem consecrat. Nicquet Hist. de Font-Evraud p. 197 ex martyrologio Fontanensi: „le dernier iour d'Aoust.“ Cf. infra bullam 6739. |
| Sept. 1. | „ | Vide infra bullam 6739. |
| „ 3. | ap. S. Florentium | 6737 (4941) Ecclesiam S. Vincentii Silvanectensem tuendam suscipit et eius iura ac bona confirmat, bulla ad Balduinum abbatem. (Pro „S. Florentinum“ legendum est „S. Florentium“.) Gall. Chr. X. Instr. p. 210, Migne 163 p. 1119. — „Ecclesiam sancti Vincentii“. |
| („) | Glannafolii | ecclesiam S. Mauri consecrat. Petri Chron. mon. Cas. p. 793. |
| „ 7. | Andegavis | ecclesiam S. Mariae „vigilia nativitatis ipsius“ dedicat. Dedicatio ap. Bouquet Rec. XII. 480. not. b, et XIV. 199, Robert Etude app. p. 24. |
| „ 9. | „ | 6738 (4942) (Turgiso) Abrincensi et (Hildeberto) Cenomanensi episcopis, comiti Moritoniensi et dominis castellorum Filgeriarum et Meduanae et S. Hilarii significat, se monasterii S. Trinitatis Savigneiensis protectionem suscepisse. Commendat monasterium et eius possessiones. Martene et Dur. Vet. Script. I. 659, Bouquet Rec. XV. 231, Migne 163 p. 1120. — „Notificamus dilectioni“. |
| „ 15. | Turoni ap. Maius-monasterium | 6739 (4943) Parthenonis S. Mariae Fontis-Ebraldi possessiones et privilegia confirmat; ecclesiam eius sese dedicasse, (d. 31. Aug., vide supra) ac „sequenti die (1. Sept.) in capitulum venientem praecepta Roberti, presbyteri de Arbresselo, rata censuisse et illibata servari“ iussisse, scribit. Nicquet Hist. de Font-Evraud p. 218, Pavillon Vie de Robert d'Arbr. p. 624, Gall. Chr. II. in textu p. 1314, Migne 163 p. 1121. — „Cum per Pictaviensem“. |
| „ 16. | „ | 6740 Omnes Christi fideles hortatur, ut sororibus S. Mariae Fontebraldensibus auxilium porrigant. (In autographo legi „XVI. kal. Oct.“, me docet U. Robert.) Pavillon Vie de Rob. d'Arbr. p. 624. — „Apud beatae Mariae“. |
| „ 23. | Turoni | 6742 R(ainaldo) episcopo Andegavensi consecrationem ecclesiae B. Mariae de Spevano, rogatu St(ephani), abbatis S. Florentii Salmurensis, iniungit. Qui ad ecclesiam dedicandam accesserint, eos in eundo vel redeundo infestari vetat, eisque peccatorum remissionem indulget. Marchegay et Mabille Chron. de égl. d'Anjou p. 267. — „Veniens ad nos“. |
| „ 24. | „ | 6743 Fratribus Maioris-monasterii concessam ab Urbano II. peccatorum absolutionem confirmat. Robert Etude app. p. 25. — „Sicut certa religiosorum“. |
| „ 24. | „ | 6744 Omnibus archiepiscopis et episcopis Galliae praecipit, ne contra Arvernensis concilii decreta fratribus Majoris-monasterii „super vicariorum seu personarum relevatione molestias inferant“. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879 (Martene Hist. de Marmoutiers) f. 33^b^. — „In Arvernensi concilio“. |
| „ 24. | „ | 6745 Maioris b. Martini monasterii possessiones et privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Ex bibl. Turon. ms. 1384, Histor. Maioris mon. scr. a Dom Martene, probationes fol. 126. Dedit Ulyxes Robert. — „Apostolicae sedis auctoritate“. |
| („) | Aureliani | Vide Chronicon Mauriniacense ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 369, in MG. SS. XXVI. 39. |
| (Oct.) | Stampis | Cum Ludovico Francorum rege. Chronicon. Mauriniac. l. l. Cf. Goffridi abb. Vindocin. epist. L. II. 28 in Sirmondi Opp. III. 470, ap. Migne 157 p. 98. |
| „ 3. | „ | 6746 (4944) Monasterii SS. Petri et Pauli et S. Gisleni Cellensis possessiones confirmat, petente Odoino abbate. Reiffenberg Monuments VIII. 345. — „Iustis votis assensum“. |
| „ 3. | Mauriniaci | ecclesiam consecrat „V. non. Octobr.“ Chronicon Mauriniac. ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 369, in MG. SS. XXVI. 39. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)* |
| Oct. 8. | Parisiis | 6747 (4945) Monasterium Vindocinense rogatu Goffridi abbatis tuendum suscipit, eiusque privilegia confirmat, iniuncto monachis duodecim solidorum censu annuo. Sirmondi Opp. III. 469. not. c., Launoii Opp. III. I. 385, Mansi XXI. 195, Cocqu. II. 165, Migne 163 p. 1125. — „Cum universis". |
| „ 11. | ap. S. Dionysium | 6748 Monasterii Dolensis possessiones et immunitatem, petente Hugone abbate, confirmat. Robert Etude app. p. 26. — „Officii nostri nos". |
| „ 13. | Silvanecti | 6749 (4946) Monasterii S. Dionysii protectionem suscipit ac privilegia bonaque confirmat, petente Ada abbate. Doublet Hist. de St. Denys p. 477, Migne 163 p. 1126. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 16. | Suessioni | 6750 Monasterii Loensis disciplinam ac possessiones, in his, quas Philippus, filius Rotberti marchionis, cognomento Frisonis, cum fratre suo Rotberto, comite Flandrensi, ecclesiae concessit, petente Gerardo abbate, confirmat. Privilegia quaedam addit. Hollebeke Cart. de S. Pierre de Loo p. 10. — „Praeceptum domini habemus". |
| „ 16. | „ | 6751 Ecclesiam b. Petri et SS. Dubricii, Teliavi, Oudocei Landavensem, petente Urbano episcopo, tuendam suscipit et eius possessiones confirmat. The Liber Landavensis p. 85, Haddan and Stubbs Councils I. 310. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 16. | „ | 6752 Radulpho, archiepiscopo Cantuariensi, mandat, ut Urbano, episcopo Landavensi, „super iis, qui bona eius detineant, iustitiam faciat, et praecipue super episcopo S. Devi (Menevensi) et super episcopo Herefordiae, qui iniuste terras et parochias eiusdem dicantur ecclesiae obtinere". The Liber Landavensis p. 88, Haddan and Stubbs I. 311. — „Sic fratrum", „Sicut fratrum". |
| , 16. | „ | 6753 Monachis, capellanis, canonicis, Walterio filio Ricardi, Briano filio Comitis, Willelmo filio Badrun, Roberto de Candos, Gefrido de Broi, Pagano filio Iohannis, Bernardo de Novo Mercato, Guinbaldo de Badalon (Ludalou), Rogero de Berkele, Gulielmo vicecomiti de Cairti, Gulielmo filio Rogeri de Remi (Remu), Roberto filio Rogeri, Roberto cum tortis manibus, et ceteris per Landavensem episcopatum nobilibus praecipit, ut ablata ecclesiae Landavensi restituant. The Liber Landavensis p. 89, Haddan and Stubbs I. 312. — „Matris vestrae". |
| , 16. | „ | 6754 Clericis, monachis et laicis in Landavensis ecclesiae paroecia constitutis Urbanum episcopum commendat. Hortatur, „ut ablatas ecclesiae possessiones recuperare studeant". The Liber Landavensis p. 89, Haddan and Stubbs I. 312. — „Venientem ad nos". |
| „ 18. | Remos | venit in „festo S. Lucae evangelistae". Annal. Anglosaxonici in MG. SS. XIII. 118. |
| „ 19. | Remis | (in ecclesia metropolitana S. Mariae) sacra procurat „XIV. kal. Novemb." dominico (die), et Baiocensem Turstinum Eboracensibus archiepiscopum consecrat". Orderic. Vitalis in MG. SS. XX. 70, ed. Le Prévost. IV. 373. Cf. Stubbs Actus pont. Ebor. ap. Twysden H. A. SS. I. 1715. |
| „ 20. | „ | 6755 Monasterii S. Salvatoris Tironiensis protectionem suscipit, et possessiones confirmat, Guillermo abbate et (Gaufrido) episcopo Carnotensi petentibus. Robert Etude app. p. 36; Merlet Cart. de la Ste-Trin. de Tiron I. 36, ubi ante „kal. Nov." numerum „XIII" excidisse, liquet ex Gouverneur Ess. hist. s. le Perche p. 262. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 20. | „ | Synodi episcoporum amplius 200 dies primus, „XIII. kal. Nov.". Hessonis scholastici relatio in MG. SS. XII. 424, ap. Jaffé Bibl. V. 357, cf. Mansi XXI. 235. |
| „ 21. | „ | Synodi dies secundus. Hesso in MG. SS. XII. 425, Jaffé Bibl. l. l.: „Sequenti die". |
| „ 21. | „ | 6756 Monasterii Calmosiacensis possessiones quasdam, ab episcopis Tullensibus donatas, confirmat. Robert Etude app. p. 31. — „Officii nostri nos". |
| „ 22. | „ | 6757 (4947) Parthenonis S. Mariae Burburgensis tutelam suscipit, bonaque ac privilegia, petente Godilde abbatissa, confirmat. Miraei Opp. dipl. IV. 8, Migne 163 p. 1127. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 22. | „ | 6758 Henrico, Anglorum regi, Urbanum, episcopum Landavensem, a sese redeuntem commendat. The Liber Landavensis p. 88, Haddan and Stubbs I. 313. — „Venientem ad nos". |
| „ 22. | „ | proficiscitur Mosonium versus „feria quarta". Orderic. Vit. l. l. p. 72, Hessonis relatio in MG. SS. XII. 425, ap. Jaffé Bibl. V. 358. |
| „ 23. | Mosonium | pervenit „feria V.". Hesso l. l. |
| „ 24. | Mosonii | „feria VI.". Hesso l. l. Cf. Annales Mosomagenses 1120 (1119) in MG. SS. III. 162. |

**1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Oct. 25. | Mosonio | „sabbato . . . ad aliud castrum comitis Trecensis transit". Hesso in MG. SS. XII. 426, ap. Jaffé Bibl. V. 360. |
| „ 26. | Remos | revertitur „die dominico", Hesso in MG. SS. XII. 426, ap. Jaffé Bibl. V. 361. Orderic. Vital. ed. Le Prévost. IV. 383, in MG. SS. XX. 70: „Sequenti dominico Fredericum, Hermanni Namurci comitis fratrem, Leodiensibus episcopum benedixit". Cf. Laurentii Gesta epp. Vird. in MG. SS. X. 505. |
| „ 27. | Remis | Synodi dies tertius, „feria secunda". Orderic. Vit. l. l. p. 383 et 72, Hesso l. l. |
| „ 28. | „ | Synodi dies quartus. „Sequenti die", Orderic. Vital. l. l. „Feria III. infirmitate detentus in concilio sedere non potuit (papa)," Hesso in MG. SS. XII. 426, ap. Jaffé Bibl. V. 362. |
| „ 28. | „ | 6759 Sebero (leg. Sehero) abbati et fratribus S. Leonis Tullensibus concessas a Bartholomaeo, episcopo Laudunensi, aliisque possessiones confirmat. (Fragmentum.) Robert Etude app. p. 33. |
| „ 29. | „ | Synodi die quinto promulgantur decreta 1) de removendis et anathematizandis iis, qui beneficia vel officia ecclesiastica emerint vel venderint; 2) de „episcopatuum et abbatiarum investituris per manum laicam" non faciendis; 3) de ecclesiarum possessionibus non invadendis; 4) de dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis hereditate non relinquendis et de pretio non exigendo pro „baptismatis, chrismatis, olei sacri et sepulturae acceptione, infirmorum visitatione vel unctione"; 5) de removendis „presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, concubinarum et uxorum contubernia" habentibus. Hesso in MG. SS. XII. 426, ap. Jaffé Bibl. V. 362: „Feria quarta". Cf. Mansi XXI. 235. |
| „ 30. | „ | Synodi die sexto et ultimo Heinricus imperator et Burdinus antipapa eorumque socii excommunicantur, quique imperatori iuraverint, fidelitate eius solvuntur. Hesso in MG. SS. XII. 427, ap. Jaffé Bibl. V. 362: „Feria quinta". Order. Vital. l. l. p. 391 et p. 74: „in novissimo concilii die . . . III. kal. Nov." |
| („) | „ | In synodo Heinricus, episcopus Virdunensis, „per cardinales sibi conciliatos contra suorum accusationem praevalet et confirmationem episcopii accipit". Laurentii Gesta epp. Vird. in MG. SS. X. 505. |
| („) | „ | In synodo Theogeri episcopi Metensis electio et ordinatio confirmatur. Vita Theogeri in MG. SS. XII. 479. |
| („) | „ | 6760 *Laurentio, abbati S. Vitoni, „commendatorias pro Heinrico, episcopo Virdunensi, litteras" mittit. Laurentii Gesta epp. Vird. in MG. SS. X. 505. |
| | „ | 6761 *Norberto diacono et presbytero concessam a Gelasio II. praedicandi facultatem renovat. Vita Norberti archiep. Magdeb. c. 9 in MG. SS. XII. 677. |
| „ 30. | „ | 6762 (4948) Godebaldi, episcopi Ultraiectensis, in itinere ad concilium morbo detenti, excusationem absentiae accipit. Mandat, ut qui praepositi concilium vitaverint, poenam de iis capiat. Mitram episcopalem ei et successoribus eius tribuit. Hedae Hist. ep. Ultr. p. 148, Migne 163 p. 1130. — „Nos quidem". |
| „ 30. | „ | 6763 (4949) Monasterii Marbacensis protectionem suscipit, et privilegia confirmat, petente Gerungo praeposito. Würdtwein Nova subs. dipl. VII. 33, Grandidier Hist. d'Als. II. 236, Migne 163 p. 1130. — „Officii nostri nos". |
| „ 30. | „ | 6764 (4950) Ecclesiae S. Martini Turonensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Recueil sur S. Martin de Tours p. 14, teste Bréquigny Tabl. chron. II. 480. Migne 163 p. 1131. (Clausula est mendosa; in qua pro „Romae" legendum puto: „Remis", ac post „III. kal." addendum „Novembres"). — „Cum universis ecclesiae". |
| „ 30. | „ | 6765 Ecclesiae S. Martini Turonensis altaria quaedam, a Gisleberto archiepiscopo sub centum solidorum censu annuo concessa, confirmat, eodem archiepiscopo et Ludovico, Francorum rege, petentibus. Robert Etude app. p. 35. — „Officii nostri nos". |
| „ 30. | „ | 6766 Theoderico, episcopo Numburgensi, et eius successoribus concedit ius „mitrae deferendae et in diebus festis cum rationali missas celebrandi". Ecclesiae S. Maurici et ecclesiae S. Stephani Cicensis canonicos ac monasterii Bosoviensis et Reszoensis monachos confirmat. Lepsius Hist. Nachr. v. Kloster S. Moritz p. 93, Lepsius Gesch. d. Bischöfe v. Naumburg I. 241. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 30. | „ | 6767 *Thurstano, archiepiscopo Eboracensi, pallium tribuit, „die XII. post consecrationem eius". Vide Stubbs Act. pont. Ebor. ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1715. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)* |
| Oct. 30. | Remis | 6768 (4956) Monasterium S. Mariae Iosaphat tuendum suscipit bonaque eius confirmat, petente Girardo abbate. Baluzii Misc. III. 13, Gall. Chr. VIII. Instr. p. 317, Migne 163 p. 1136: „kal. Nov.“; Bulla „III. kal. Nov.“ data legitur in ms. lat. 12677. fol. 64 bibl. nat. Paris. — „Religiosis desideriis“. |
| „ 31. | „ | 6769 (4951) Monasterii S. Bertini Sithiensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat, petente Lamberto abbate. Collection des Cartulaires III. 260, Migne 163 p. 1133, (Miraei Opp. dipl. III. 32). — „Iustis votis assensum“. |
| „ 31. | „ | 6770 (4952) Ecclesiae Cameracensis possessiones et iura confirmat, petente Brucardo (Burchardo) episcopo. Choiseul Mém. pour M. l'archevêque de Cambrai p. 10, Duvivier Recherches p. 516: „II. kal. Nov.“; Robert Etude app. p. 33: „IV. kal. Nov.“. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 31. | „ | 6771 (4953) Hildeshemensis ecclesiae clero et populo nuntiat, sese in concilio Remis habito „canonicam electionem et liberam consecrationem B(ertholdi) episcopi cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus et cuncto clero approbasse et auctoritate apostolica roborasse“. Addit haec: „Si qui ergo vel ex populo canonicae vestrae electioni nondum consenserunt, commoniti a nobis id ipsum sentire vobiscum non differant, ne in sua pertinacia permanentes ecclesiasticae subiaceant ultioni“. Jaffé Reg. Pont. ed. pr. n. 4953, Sudendorf Registrum III. 51, Migne 163 p. 1134. — „Audita et cognita“. |
| „ 31. | „ | 6772 T(urgiso) episcopo Abrincensi praecipit, moneat Harcoitum (al. Horscoitum) parochianum, ut fratribus S. Michaelis de Periculo maris ablatas villas Crucem, Balevent, S. Iulium reddat. Loewenfeld Epistolae p. 80. — „Fratres monasterii“. |
| Oct. Nov. | („) | 6773 (4954) G(isleberto), archiepiscopo Turonensi, mandat, ut litteras sequentes ad (Henricum) Anglorum regem, in Normannia morantem, deferat, adhibitoque G(aufredo), archiepiscopo Rotomagensi, Thomam (leg. Thurstanum), archiepiscopum Eboracensem, regi diligenter commendet. Monast. Anglic. III. 144, nov. ed. VIII. 1185, Migne 163 p. 1135. — „Quia devotionis tuae“. |
| „ | („) | 6774 (4955) Henricum, Anglorum regem, obiurgat, quod, iam sepe pro Thoma (leg. Thurstano) archiepiscopo Eboracensi rogatus, precibus suis locum non reliquerit. Nunciat, se (Radulpho), archiepiscopo Cantuariensi, sacro munere interdixisse, quod neque electum Eboracensem consecrasset, nec vocatus ad sese accessisset. Haec addit: „nos consecratum iam nostris manibus (Thurstanum) exulare prorsus pati nec possumus nec debemus“. (Haec epistola cum superiore librarii culpa cohaeret, ut una videantur; incipit lin. 15, nov. ed. lin. 19, verbis: „servorum Dei“, ante quae addendum est: „Calixtus episcopus, servus“). Monast. Anglic. III. 144, nov. ed. VIII. 1185, Migne 163 p. 1135. — „Saepe iam dilectionem“. |
| Nov. 1. | „ | 6775 Monasterii S. Medardi Suessionensis possessiones et privilegia confirmat. (Fragmentum.) Robert Etude app. p. 36. |
| „ 2. | „ | 6776 Manasterii Fiscamnensis bona et privilegia confirmat, petente Rogero abbate. Ex bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 341. fol. 56[b]. Misit Robert. (Neues Archiv VII. 87). — „Iustis votis assensum“. |
| „ 2. | „ | 6777 (4957) Legem a Gaufrido episcopo conditam de dignitatibus ecclesiae Carnotensis sine simonia deferendis comprobat. Lépinois et Merlet Cartulaire I. 126, Gall. Chr. VIII. Instr. p. 318, Migne 163 p. 1137, (Theodori Poenitentiale II. 421). — „Quae religionis honestate“. |
| „ 4. | „ | 6778 (4958) Monasterium Springirsbacense confirmat, disciplinam statuit, privilegiaque auget. Beyer M. U. I. 499. — „Pie postulatia voluntatis“. |
| „ 5. | „ | 6779 Parthenonis S. Mariae Magdalenae Strumensis possessiones et iura confirmat, petente Beatrice abbatissa. Robert Etude app. p. 38. — „Ad hoc nos in“. |
| „ 8. | „ | 6780 Monasterii S. Crucis Kemperlegiensis, rogatu Gurthandi abbatis, tutelam suscipit, bonaque confirmat, imposito monachis duorum aureorum censu annuo. Gall. Chr. XIV. Instr. p. 189. — „Ad hoc nos disponente“. |
| „ 9. | „ | 6781 (4959) Morvano Venetensi et Briccio Namnetensi episcopis mandat, ut Herveum, abbatem Rotonensem, ad restituendam monasterio S. Crucis Kemperlegiensi ablatam pecuniam cogant; quod nisi usque ad „proximas epiphaniae octavas“ (d. 13. Ian.) fecerit, cum et abbatiam eius interdicto submittant. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 539, Bouquet Rec. XV. 231, Migne 163 p. 1138. — „Nuper Herveo“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)* |
| Nov. 11. | Remis | 6782 (4960) Monasterii S. Remigii Remensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Odone abbate. Robert Etude app. p. 41: „III. id. Nov.“; (Marlot Metr. Rem. II. 271, et Migne 163 p. 1138: „IV. id. Nov.“). — „Apostolicae sedis auctoritate“. |
| „ | Lauduni | Vide Herimanni de miraculis S. Mariae Laudunensis L. III. c. 2 in MG. SS. XII. 655, et Vitam Norberti c. 9 ibid. p. 678. |
| „ 18. | Briteoli | 6783 Monasterii S. Dionysii prope Montes (vel Brocareiense) possessiones et privilegia confirmat, petente Balduino abbate. (Notae temporis sunt vitiosae.) Duvivier Recherches p. 519. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 20. | Belvaci | 6784 (4961) Monasterii S. Amandi Elnonensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Bovone abbate. Miraei Opp. dipl. II. 1155, Migne 163 p. 1139. — „Et divinis praeceptis“. |
| „ 20. | „ | 6785 (4962) R(andulfum) Dunelmensem, R(adulfum) Orcadensem, I(ohannem) Glascuensem et universos per Scotiam episcopos ecclesiae Eboracensis suffraganeos hortatur, ut T(hurstano) archiepiscopo Eboracensi per ipsum consecrato obediant. Haddan and Stubbs Councils II. I. 193, Monastic. Anglic. III. 146, nov. ed. VIII. 1187, Migne 163 p. 1141. — „Ad hoc, disponente“. |
| („) | | 6786 (4963) Aistano et Siwardo Norwegiae regibus (Radulfum) episcopum Orcadensem, canonice electum et in metropolitana ecclesia Eboracensi consecratum, commendat. Haddan and Stubbs Councils II. I. 196, Monast. Anglic. III. 145, nov. ed. VIII. 1186, Migne 163 p. 1142. — „Ab ipso fidei“. |
| „ 20. | „ | 6787 Universis per Scotiam episcopis praecipit, ut „nullus in eorum ecclesiis in episcopum, nisi a metropolitano, archiepiscopo Eboracensi, aut eius licentia consecretur“. Cui ut pareant, hortatur. Haddan and Stubbs Councils II. I. 192. — „Gravis quaedam“. |
| „ 22. | „ | 6788 Ecclesiae Atrebatensis terminos constituit eique omnes abbatias in dioecesi sitas subiicit. Roberti episcopi bona quaedam confirmat. In bibl. nat. Paris. Chartul. Atrebat. ms. lat. 17737. s. XIII. f. 48. — „Dominum praedecessorem nostrum“. |
| („) | Gisortii | Cum Henrico, Anglorum rege; cui „omnes consuetudines, quas pater eius in Anglia habuerat, et in Normannia concedit, et maxime ut nemo aliquando legati officio in Anglia fungatur, si non ipse (rex), aliqua praecipua querela exigente et quae ab archiepiscopo Cantuariensi ceterisque episcopis regni terminari non possit, hoc fieri a papa postulaverit“. Eadmeri Hist. novor. L. V. p. 94; cf. Henrici Huntindon. hist. L. VII. ap. Savile R. A. SS. p. 218, Chron. de Mailros 1119 ap. Fell R. A. SS. p. 164, ed. Stevenson p. 66, Radulfi de Coggeshale chron. ed. Stevenson p. 8, Stubbs Actus pont. Eboracensium ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1715. |
| „ 27. | ap. S. Dionysium | 6789 (4964) Monasterii S. Martini de Campis Parisiensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Mathaeo priore. Bullar. Cluniac. p. 39, Duchesne Hist. des card. Franç. II. 78, Marrier Mon. S. Mart. de Camp. p. 156, Migne 163 p. 1142. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ | Parisiis | Vide Chronicon Mauriniacense ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 369, in MG. SS. XXVI. 39. |
| Nov. Dec. | Corbolii | Vide Chronicon Mauriniacense l. l. |
| „ „ | Miliduni | Vide Chronicon Mauriniacense l. l. |
| „ „ | In abbatia Ferrariis | Ludovico, Francorum regi, valedicit. Chronicon Mauriniacense l. l. |
| Dec. 4. | Senonis | 6790 (4965) Pacano abbati et canonicis S. Mariae Stampensibus concedit, „ne cuiquam praeter assensum eorum parrochianos eorum, milites seu alios, liceat sepelire“. Fleureau Les antiqu. d'Estampes p. 491, Menault Morigny pièces just. p. 14, Migne 163 p. 1145. — „Officii nostri nos“. |
| „ 4. | „ | 6791 Ecclesiae SS. Cornelii et Cipriani Compendiensis possessiones et iura confirmat, Odone decano et Ludovico, Francorum rege, petentibus. Robert Etude app. p. 43. — „Iustis votis assensum“. |
| „ 5. | „ | 6792 (4966) Ioseeranno, episcopo Lingonensi, mandat, ut monasterio S. Petri vivi Senonensi possessiones quasdam restitui a Molismensi et Remensi abbatibus iubeat. D'Achery Spicil. II. 483, Roverii Reomaus p. 186, Bouquet Rec. XIV. 207, Mansi XXI. 196, Migne 163 p. 1146. — „Abbatis Arnaldi“. |
| „ 7. | Altissiodori | 6793 (4967) Monachis Verziacensibus sub interdicti poena praecipit, „ut usque festum proximum b. Thomae priorem de Cluniacensi recipiant coenobio“. Bullar. Cluniac. p. 41, Bouquet Rec. XV. 232, Migne 163 p. 1146. — „Carissimi filii nostri“. |

**1119.** *(Ind. 12. — 1. Sept. — 13, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Dec. 11. | Altissiodori | 6794 (4968) B(enedictum), episcopum Lucensem, rogat, ut homines ad sese venientes vel ab ipso redeuntes praesidio firmo muniat. A. priorem et ecclesiam S. Frigdiani commendat. Baluzii Misc. IV. 588, Migne 163 p. 1146. — „Sicut aliis iam“. |
| „ 14. | „ | ecclesiae senioris altare dedicat „XIX. kal. Ianuarii“. Ex martyrologio S. Stephani Altiss. ap. Duchesne Hist. de card. Franç. II. 54. |
| „ 23. | Sedeloci Sodoloci | 6795 (4969) Monachorum Cisterciensium leges confirmat, petente Stephano abbate Cisterciensi. Henriquez Reg. p. 38 et 52, Manrique Ann. Cist. I. 115, Mansi XXI. 190, Fejér C. D. H. II. 61, Cocqu. II. 166, Yepes Coronica general. VII. app. p. 6, Migne 163 p. 1147. — „Ad hoc in“. |
| „ 25. | Augustoduni | (vel Eduae) „natali domini“. Gesta Trever. in MG. SS. VIII. 196; Stubbs Actus pont. Eborac. ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1716. |
| „ 29. | Eduae | 6796 Inter canonicos S. Mariae Belnenses et monachos S. Stephani (Divionenses) factam ab Humbaldo, archiepiscopo Lugdunensi, et Stephano Augustodunensi ac Gotheranno Lingonensi episcopis super iure parochiali castri Belnensis compositionem approbat. Pflugk-Harttung Acta I. 115. — „Officii nostri nos“. |
| „ 31. | Cluniaci | Praesente Calixto Thurstanus archiepiscopus Eboracensis (Humbertum) electum Genevensem ordinat hostiarium, lectorem, exorcistam, accolitum „feria quarta“. Vide Stubbs Actus Pont. Ebor. ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1716. |

**1119—1120.**

6797 *„Scripti, quod a se, in ultramontanis partibus adhuc posito, a parte monialium S. Sixti Placentini subreptum sit“, meminit in bulla d. d. 7. Mart. 1121, infra 6895.

**1120.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 9. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 1. | Cluniaci | „festo dominicae circumcisionis“, Epist. Hugonis monachi in Bibl. Cluniac. p. 559, ap. Migne 166 p. 845. (Hist. Compost. ap. Florez Esp. sagr. XX. 285 Calixtum perperam tradit „nativitate domini“ Cluniaci fuisse.) |
| „ 3. | „ | (Humbertum) electum Genevensem Calixtus consecrat episcopum „proximo sabbato“. Stubbs Actus Pont. Eboracensium ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1716. |
| „ 3. | „ | 6798 (4970) Ecclesiam Trevirensem Metensis, Tullensis, Virdunensis ecclesiarum metropolitanam confirmat. Brunoni archiepiscopo concedit, ut et pallio utatur et cruce praeferenda, atque in „iumento purpura instrato“ equitet. Brower et Masen Ant. et Ann. Tr. II. 16, Hontheim Hist. Trev. I. 504, Beyer M. U. I. 501, Migne 163 p. 1148. — „Dignitatem vel ecclesiis“. |
| „ 3. | „ | 6799 (4971) Brunonem, archiepiscopum Trevirensem, „a cuiuslibet legati potestate absolvit, nisi forte a suo latere dirigatur“. Gesta Trevir. in MG. SS. VIII. 197, Martene et Dur. Vet. SS. I. 660, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 264, Hontheim. Hist. Trev. I. 504, Beyer M. U. I. 501, Migne 163 p. 1148. — „Et consuetudo sedis“ „Consuetudo sedis“. |
| „ 3. | „ | 6800 (4972) Hospitalem domum, a Brunone, archiepiscopo Trevirensi, conditam Confluentiae ante ecclesiam S. Florini, conservari iubet. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 169, Beyer M. U. I. 502. — „Devotionis tuae“. |
| „ 3. | „ | 6801 (4973) Uo(dalrico), episcopo Constantiensi, praecipit, ut Schafhusensibus restituat praedium per vim ablatum. Neugart C. D. Al. II. 46, Udalr. Bab. ap. Jaffé Bibl. V. 365, Quellen z. Schweizer Gesch. III. i. 88, Meyer Turgauisches UB. p. 36, Migne 163 p. 1149. — „Scafhusenses fratres“. |
| „ 3. | „ | 6802 (4974) Monasterii S. Salvatoris Schafhusensis possessiones et privilegia rogatu (Brunonis) archiepiscopi Trevirensis confirmat, imposito monachis auri unciae censu annuo. Udalr. Bab. cod. n. 301 ap. Eccard Corp. hist. II. 299, Pflugk-Harttung Acta I. 116, Quellen z. Schweizer Gesch. III. i. 85, Migne 163 p. 1150, (Fickler Quellen und Forsch. p. 38 not. 5). — „Commissi nobis“. |
| „ 3. | „ | 6803 (4975) Hugoni, episcopo Autissiodorensi, concedit „licentiam in ecclesiis, in quibus clerici seculares sint, canonicos regulares vel monachos religiosos de ecclesiis parochiae suae ordinandi; et conferendi ecclesiis regularum fratrum canonicorum sive monachorum ecclesias quasdam, quas iniuste laici consueverint obtinere“. Bouquet Rec. XV. 232, Migne 163 p. 1152. — „Religiosis fratrum“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1120.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 9. Febr. — 2.)* |
| Ian. 5. | Cluniaci | 6804 (4976) Monasterii Cheminonensis, sibi ecclesiaeque Romanae a Guillelmo episcopo Catalaunensi restituti, bona et privilegia confirmat, bulla Alardo abbati inscripta. Monachis decem monetae Catalaunensis solidorum censum annuum imponit. Gall. Chr. X. Instr. p. 162, Bouquet Rec. XV. 233, Barthélemy Rec. de ch. de l'abb. de Cheminon p. 47, Migne 163 p. 1152. — „Locum vestrum". |
| „ 6. | „ | „Festo apparitionis", Epist. Hugonis monachi in Bibl. Cluniac. p. 559, ap. Migne 166 p. 845: „Die epiphaniae", Hist. Compost. ap. Florez Esp. sagr. XX. 285; Stubbs Actus pont. Eborac. ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1716. |
| „ 7. | Cluniaco | Discedit „in crastinum". Epist. Hugonis monachi l. l. |
| „ 12. | Trenorcii | 6805 (4977) Monasterii Vizeliacensis, abbatibus Cluniacensibus commissi, tutelam suscipit, et privilegia ac possessiones confirmat, imposita monachis librae unius argenti pensione annua. Robert Etude append. p. 46. — „Cum universis". |
| „ 14. | Matiscone | 6806 (4978) B(erardo) Matisconensi et G(ualterio) Cabilonensi episcopis significat, se monasterii Trenorciensis altaria nuper consecrasse, et coemeterium benedixisse, „ibique aquam benedictam fundentem terminos circumquaque poni praecipisse". Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 406, Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 148, Bouquet Rec. XV. 233, Mansi XXI. 205, Migne 163 p. 1155. — „Dilectioni vestrae". |
| „ 14. | („) | 6807 (4979) Canonicis Matisconensibus scribit de praedatoribus ecclesiae de Monte Godino excommunicandis. Severtii Chronol. hist. II. 127, Bouquet Rec. XV. 234, Mansi XXI. 214, Ragut Cart. de St.-Vinc. de Mâcon p. 349, Migne 163 p. 1155. — „Villam de monte". |
| „ 14. | „ | 6808 (4980) A(delberto), abbati Schafhusensi, significat, se monasterii tutelam suscepisse. Addit de suis ad Udalricum episcopum Constantiensem litteris d. 3. Ian. datis. Neugart C. D. Al. II. 46, Quellen z. Schweizer Gesch. III. 1. 88, Meyer Thurgauisches UB. p. 37, Migne 163 p. 1156. — „Suggerentibus nobis". |
| „ 23. | Lugduni | 6809 (4981) Ecclesiam Pulchri-loci, cuius possessiones et iura confirmat, asserit parthenoni Fontebraldensi, rogatu Humbaldi, archiepiscopi Lugdunensis. Lamure Hist. eccl. de Lyon p. 300, Migne 163 p. 1156. (Cf. Robert Etude p. 74. n. 95.) — „Quae divini amoris". |
| Febr. 2. | Viennae | „Festo b. Mariae, quod vocatur Epipanti". Narratio ap. Mansi XXI. 232. |
| „ 3. | „ | 6810 Attoni, archiepiscopo Arelatensi, mandat, ut Guillelmum Porcellet, Rainoardum de Medenas et Guillelmum, fratrem eius, qui villam S. Aegidii depraedati sint, ad satisfactionem usque ad medium proximae quadragesimae commoneat. Robert Etude app. p. 50, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 59. — „Fraternitatem tuam". |
| „ 5. | „ | 6811 (4982) Marbodum, episcopum Redonensem, laudat, quod sententiam excommunicationis prolatam in abbatem et monachos S. Melanii observaverit. Baluzii Misc. III. 14, Bouquet Rec. XV. 234, Migne 163 p. 1157. — „Prudentiae tuae". |
| „ 7. | „ | 6812 (4983) Monasterii S. Mariae Bonaevallensis (dioec. Rutenensis) protectionem suscipit, et possessiones confirmat, petente Iohanne abbate. Manrique Ann. Cist. I. 94, Migne 163 p. 1157. — „Etsi nos universis". |
| „ 10. | „ | 6813 (4984) Umbaldo, archiepiscopo Lugdunensi, mandat, ut Wicardum de Anton. et Guidonem Incatenatum ab iniuriis in ecclesiae Matisconensis villam de Monte Godino dehortetur, eosque, nisi obediant, pro sacrilegis habeat. Severtii Chronol. hist. II. 127, Bouquet Rec. XV. 234, Mansi XXI. 214, Ragut Cart. de St.-Vinc. de Mâcon p. 350, Migne 163 p. 1158. — „Venerabilis fratris". |
| „ 13. | Romanis | 6814 (4985) Monasterii S. Cucuphatis Octavaniensis, petente Rolando abbate, protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, imposito monachis bizantii unius censu annuo. (Pro: „Dat. Romae" legendum est: „Dat. Romanis".) Marca Marca Hisp. p. 1253, Migne 163 p. 1159. — „Religiosam vitam eligentibus". |
| „ 13. | „ | 6815 Monasterium S. Andreae Viennense tuendum suscipit possessionesque confirmat, petente Galterio abbate. („XVII. kal. Mart.") Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 142, Robert Etude app. p. 50. — „Iustis votis assensum". |
| „ 14. | „ | 6816 Monasterii Cluniacensis possessiones confirmat, petente Pontio abbate. (Fragmentum.) In tabul. nat. Paris. Cop. s. XVIII. L. 224. n. 3. Vide infra bullam 6821. |
| „ 15. | „ | 6817 (4986) Ecclesiae S. Iohannis Vesontionensis canonicorum possessiones privilegiaque confirmat. Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 379, Cocqu. II. 166, (Dunod Hist. de Besançon I. Pr. p. 60, Mansi XXI. 197, Migne 163 p. 1162). — „Sicut iniusta poscentibus". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1120.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 9. Febr. — 2.)* |
| Febr. 17. | Romanis | 6818 B(ernardo) archiepiscopo, archidiacono et clericis Toletanis mandat, ut R(adulfo) abbati Massiliensi ecclesiam S. Servandi, temporibus Paschalis II. „subreptione quadam" ablatam, infra XL dies post litteras acceptas restituant. Coll. des Cartulaires IX. 159, Robert Etude app. p. 52, ubi „XIII. kal. Mart." legendum est. — „Filii nostri R.". |
| „ 17. | „ | 6819 Aldemaro, episcopo Rutenensi, mandat, compellat abbatem Vabrensem, ut aut cum R(adulpho) abbate Massiliensi, cui subiacere noluerit, pacem componat aut „usque ad proximas octavas pentecostes" (d. 13. Iun.) ad sese veniat. Praeterea praecipit, ut S. Leontii ecclesiam interdicto solvat. Coll. des Cartulaires IX. 159, Robert Etude app. p. 53. — „Super Vabrensi monasterio". |
| „ 18. | Valentiae | 6820 (4987) (Attoni) Arelatensi, (Fulconi) Aquensi, (Guillelmo) Ebredunensi archiepiscopis et ceteris episcopis per Provinciam praecipit, „ut possessiones omnes, quas Massiliense monasterium per triginta et amplius annos tenuisse cognoscatur, quietas in posterum dimittant". L'antiquité de Marseille I. 442, Coll. des Cartulaires IX. 158, Migne 163 p. 1164. — „Massiliense monasterium". |
| „ 22. | „ | 6821 (4988) Monasterii Cluniacensis amplissima privilegia confirmat, petente Pontio abbate. (Vide supra bullam 6816.) Bibl. Cluniac. p. 573, Bullar. Clun. p. 38, Duchesne Hist. des card. Franç. II. 69, Mansi XXI. 208, Cocqu. II. 167, Migne 163 p. 1164. — „Religionis monasticae". |
| „ 25. | „ | 6822 (4989) Ecclesiae Viennensis privilegia ac iura metropolitana confirmat, statuitque, ut super Bituricam, Burdigalam, Auxitanam (sive Novempopulanam), Narbonam, Aquensem et Ebredunensem provincias primatum obtineat. Bosco Flor. Bibl. laev. xyst. p. 78, Marcae Dissert. tres p. 360, Bouquet Rec. XV. 235, Gall. Chr. XVI. Instr. p. 32, Mansi XXI. 191, Cocqu. II. 169, Migne 163 p. 1167. — „Etsi ecclesiarum". |
| „ 26. | „ | 6823 (4990) Ecclesiae Compostellanae metropolitanam ecclesiae Emeritanae dignitatem delegat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 292, Migne 163 p. 1168. — „Omnipotentis dispositione". |
| „ 27. | „ | 6824 (4991) Episcopis, abbatibus, clericis, principibus et ceteris fidelibus per Emeritanam et Bracarensem provincias constitutis significat, se Didaco, archiepiscopo Compostellano, vices suas in eorum partibus commisisse. Cui ut obtemperent, monet. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 295, Migne 163 p. 1170. — „Antiqua sedis". |
| „ 27. | „ | 6825 (4992) Didacum Compostellanum, et archiepiscopum et sedis apostolicae in Emeritana et Bracarensi provinciis vicarium constitutum, hortatur, „ut Romanae ecclesiae beneficium recognoscat". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 296, Migne 163 p. 1170. — „Et personam". |
| Mart. 2. | „ | 6826 (4993) Ecclesiae Portugalensis protectionem suscipit possessionesque confirmat. (Fragmentum.) Ribeiro Dissert. V. 5. |
| „ 2. | ap. castrum Cristam | 6827 (4994) G(undisalvum) Colimbriensem et I(eronymum) Salmanticensem episcopos iubet metropolitae Didaco, archiepiscopo Compostellano, obedire. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 294, Migne 163 p. 1170, (Dorado Comp. hist. de Salamanca p. 103). — „Commissi nobis". |
| „ 4. | Veneriis | 6828 (4995) Episcopis, principibus, comitibus, militibus et ceteris fidelibus per Hispaniam haec scribit: „Illefonsus rex, defuncto genero Raimundo comite, fratre nostro, filium eius regem instituit et regnum ei per iuramenta potentium stabilivit; postea vero ipsius pueri regis mater, praedicti regis filia (Urraca), cum eum coronari fecissent, alia iuramenta, prioribus contraria, violenter extorsit; . . . praecipimus, ut pro sequentis iuramenti extorsione, quae a praedicta regina facta est, nullus omnino dimittat, quin filio eius primum observet iuramentum". (Pro „Veneriis" legendum videtur „Veneriis", vide Robert Etude p. 78. n. 2.) Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 316, Migne 163 p. 1171. — „Egregiae memoriae". |
| „ 5. | Beveris | 6829 (4996) P(elagio), episcopo Bracarensi, praecipit, ut ecclesias quasdam Hugoni, episcopo Portugalensi, intra quadraginta dies restituat; alioquin iubet eum administrando munere abstinere. Cunha Cat. dos bispos do Porto II. 7, Migne 163 p. 1172. — „Portugalensis episcopatus". |
| „ 11. | Vapinci | 6830 (4997) Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Vesontionensis possessiones confirmat. Robert Etude app. p. 54, (Mém. et doc. inéd. de la Franche-Comté II. 317, et Migne 163 p. 1172, perperam praebent „Vapnuci" pro „Vapinci"). — „Officii nostri nos". |
| „ 11. | „ | 6831 Ecclesiae Eboracensis iura metropolitana ac possessiones confirmat. Thurstino |

**1120.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 9. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | archiepiscopo pallii usum concedit statuitque, „ne ulterius aut Cantuariensis archiepiscopus ab Eboracensi professionem quamlibet exigat, aut Eboracensis Cantuariensi exhibeat, neque, quod quondam penitus a B. Gregorio prohibitum sit, ullo modo Eboracensis ditioni Cantuariensis subiaceat; sed iuxta eiusdem patris constitutionem ista inter eos honoris distinctio in perpetuum conservetur, ut prior habeatur, qui prior fuisset ordinatus". (Textus interpolatus est nec tabula suspicione caret. Pro „Vero Id. Mart." legentum puto „V. Id. Mart.") Priory of Hexham, illustr. doc. p. 10. Vide Stubbs Actus pont. Ebor. ap. Twysden Hist. Angl. SS. I. 1716. — „Caritatis bonum est". |
| (Mart.) | (Vapinci) | 6832 *Heinrico, Anglorum regi, „de Thurstani, archiepiscopi Eboracensis, susceptione, litteras mittit". Vide Stubbs, ut supra I. 1716. |
| „ 15. | Ebreduni | 6833 Monasterii S. Hilarii (dioec. Carcasson.) tutelam suscipit et bona iuraque confirmat, petente Udalgerio abbate. Robert Etude app. p. 56, (Mahul Cart. de Carcassonne V. 68). — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 19. | | †6834 (CCCCVII) Monasterii S. Blasii in nigra silva possessiones quasdam et „dispositionem illam, quam filius suus carissimus imperator Heinricus de coenobii advocatia constituit", confirmat. („Dat. Laterani p. m. Chrisogoni S. R. E. diac. card. et bibl.... ind. XII, dom. inc. a. 1120, pont. . . . anno II.") Wirtemb. Urkundenb. I. 344, (Gerbert Hist. nigr. silv. III. 48, Migne 163 p. 1336). — „Ad hoc nos disponente". |
| („) | Ulcii | Vide Calixti ep. in Ulciensis eccl. chartar. p. 108, Mém. de l'acad. de Savoie 2. sér. IV. 339. |
| („) | ap. S. Ambrosium | Vide Bosonis card. Vit. Calixti ap. Watterich II. 118. |
| „ 28. | Astae | 6835 (4998) Canonicae ad Plebem martyrum (Ulciensis) disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Ulciensis eccl. chartar. p. 2. Vide Miscell. di stor. ital. XX. 560, ubi clausula bullae praebetur. — „Praeceptum domini". |
| „ 28. | „ | 6836 (4999) Amedeo, episcopo Maurianensi, praecipit, ut ecclesiam S. Mariae Secusiensem Arberto praeposito Ulciensi intra dies 40 restituat. Ulciensis eccl. chartar. p. 108, Mém. de l'acad. de Savoie 2. sér. IV. 339. — „Cum apud villam". |
| Apr. 7. | Melaci | 6837 S(ilvioni) archidiacono Viennensi praecipit, ut condaminas, canonicis ecclesiae concessas, usibus eorum restituat. (Chevalier et Robert hanc epistolam anno 1121 ascribunt.) Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 287, Robert Etude app. p. 65. — „Significatum nobis est". |
| „ 8. | Terdonae | 6838 W(idonem) episcopum Curiensem onus episcopale subterfugere non concedit; fideles eius nuntios exspectare se scribit. Mandat ei, curet, ut abbas Augiensis aut ipse Romam veniat aut nuntios idoneos, qui pro eo respondeant, mittat. Neues Archiv III. 179. — „Sicut ex carissimi". |
| „ 9. | „ | (in palatio) Landulfus de S. Paulo c. 48 in MG. SS. XX. 42; cf. infra ad 11. Apr. |
| „ 10. | „ | (in palatio) „die altera". Landulfus de S. Paulo c. 48 l. l. |
| „ 11. | „ | (in ecclesia S. Martiani) „in tertia die, quae dies fuit dominica de ramis palmarum". Landulfi c. 48 l. l. |
| „ 11. | „ | 6839 (5000) Ecclesiae S. Iohannis Modoetiensis tutelam suscipit possessionesque ac iura confirmat, petente Guillelmo archipresbytero. Giulini Mem. d. Mil. V. 555, Migne 163 p. 1173. — „Sicut iniusta". |
| „ 11. | „ | 6840 *Guazonis, clerici de Oreo et Mediolanensis ecclesiae lectoris, coniugium confirmat. Landulphi de S. Paulo Hist. Med. c. 48 in MG. SS. XX. 42. |
| „ 11. | | †6841 Monasterii S. Petri Coeli-aurei Papiensis possessiones et privilegia confirmat. Balduino abbati eiusque successoribus usum dalmaticae, sandaliorum cet. concedit. („Dat. Lateranensi".) Pflugk-Harttung Acta II. 219. — „Desiderium, quod religiosorum". |
| „ 12. | Terdona | Placentiam proficiscitur „die altera, quae fuit secunda feria". Landulfi de S. Paulo c. 48 l. l. |
| „ 17. | Placentiae | 6842 (5001) Monasterii S. Salvatoris Papiensis protectionem suscipit, et bona ac privilegia, petente Iohanne abbate, confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 135, Migne 163 p. 1174. — „Officii nostri". |
| „ 21. | „ | 6843 (5002) Monasterii S. Pauli de Argon patrocinium suscipit et possessiones confirmat, petente Alberto priore. Lupi C. D. Berg. II. 907. — „Sicut iniusta". |
| „ 23. | „ | 6844 (5003) Ecclesiae S. Evasii Casalensis protectionem suscipit ac privilegia et possessiones confirmat, petente Gerardo praeposito. De-Conti Not. stor. I. 334, Migne 163 p. 1176. — „Desiderium, quod ad". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1120.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 9. Febr. — 2.)* |
| Apr. 23. | ap. Roncum veterem | 6845 (5004) Oberto, episcopo Cremonensi, et eius successoribus concedit ius abbatum monasterii S. Petri consecrandorum. Ughelli It sacr. IV. 600, Migne 163 p. 1177, (Zacharias Crem. ep. ser. 110). — „Et tuam". |
| (Ap. Mai.) | per Montem | Burdonis (al. Bardonis). Vide Bosonis card. Vit. Calixti ap. Watterich II. 119. |
| (Mai.) | Lucae | Vide Boson. card. l. l. |
| „ 12. | Pisis | 6846 (5005) Monasterium S. Saturnini (dioec. Caralitanae), coenobio Massiliensi subiectum, tuendum suscipit, eiusque possessiones, petente Philippo priore, confirmat, ea tamen lege, ut monachi duos aureos Lateranensi palatio annuatim persolvant. Coll. des Cartulaires IX. 241. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 14. | „ | 6847 S(anctio) episcopo Pampilunensi scribit, excommunicatum fuisse (Stephanum), episcopum Oscitanum, propterea quod (Raimundum), episcopum Barbastrensem, expulisset, neque ad sese accessisset. Verum petente Aragoniae rege communionem ei restitutam esse ea lege, ut usque ad purificationis b. Mariae octavas (9. Febr.) ad se veniret. Hoc quoque termino peracto, indutias ad proximas b. Martini octavas (18. Nov.) ei datas esse. Ipse igitur et G. Lascarrensis episcopus Stephanum ad praesentationem et satisfactionem compellant. Ramon de Huesca Iglesias de Aragon VI. 448 et IX. 468, (Aynsa Fundacion de Huesca p. 319, Acta SS. Iun. T. IV. 135, Migne 163 p. 1300). — „In Oscitanum episcopum". |
| „ 14. | „ | 6848 Inter Benedictum episcopum canonicosque S. Martini ac canonicos S. Frigdiani Lucenses concordiam factam confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 222. — „Officii nostri cura". |
| „ 20. | Volaterris | ecclesiam cathedralem dedicat. Vide inscriptionem, a. 1610 „ex vetustissimis monumentis depromptam", ap. Ughelli It. sacr. I. 1439; cf. ep. 6851. |
| „ 21. | „ | 6849 (5006) Monasterium Sextense permanere sub Iohannis prioris Camaldulensis eiusque successorum regimine iubet. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 283, Migne 163 p. 1178. — „Que religionis". |
| „ 21. | „ | 6850 (5007) Monasterium S. Mariae Morronense tuendum suscipit eiusque bona confirmat, petente Gerardo abbate. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 285, Muratori Ant. It. III. 1131, Migne 163 p. 1179. — „Et divinis". |
| „ | ap. Rosellam | Vide Eginonis abbatis epistolam datam „Pisis anno MCXXII. id. Iulii" (leg. „MCXX. II. id. Iulii") ap. Khamm Hier. Aug. III. (Pars II. Colleg.) 230, Uodalscalci narrat. in MG. SS. XII. 446. |
| Iun. 3. | Romam | pervenit „III. Non. Iunii", Eginonis abbatis epist. l. l. et ipsius Calixti ep. 6852. (Falco Benevent. 1120 ap. Muratori R. It. SS. V. 95: „nono die intrante mensis Iunii Romam ingreditur"). |
| („ 3.) | Romae in ecclesia S. Petri | Inthronizatur. Vide Bosonis card. Vitam Calixti ap. Watterich II. 119: „...celebriter est receptus et in b. Petri cathedra solemniter positus". Cf. Zoepffel Papstwahlen p. 256. |
| („ 3.) | ad Lateranense | palatium deducitur. Vide Bosonis card. Vitam Calixti l. l. p. 120. |
| „ 7. | Laterani | 6851 Narrat, sese, nuper ad Urbem per partes Tusciae festinantem, ecclesiam Volaterranam, rogatu R(ogerii) episcopi, die „XIII. kal. Iun." (20. Mai) consecrasse. Qui in anniversario dedicationis die usque ad octavas eius ad ecclesiam accesserint, eis viginti dies de iniuncta poenitentia relaxat. Leoncini Illustr. s. cat. di Volterra p. 399, Pflugk-Harttung Acta II. 223. — „Nuper ad Urbem". |
| „ 11. | | 6852 (5008) Stephano camerario, legato suo (Treviris moranti), significat, itinere per Longobardiam et Thusciam feliciter facto, se die 3. m. Iunii Romam pervenisse, summisque honoribus exceptum, Frigiis prosequentibus, palatium Lateranense adiisse, atque ibi Petrum Leonis, Leonem Frangipanem „totamque illam gentem Stephanum Normannumque" et Petrum Columnam ceterosque nobiles Romanos ad iusiurandum adegisse. Brower et Masen Ant. et Ann. Tr. II. 16, (Hontheim Hist. Tr. I. 506, Migne 163 p. 1180). — „Celare te fili". |
| „ 22. | | †6853 Aynardum, dominum de Clermont, optime de se meritum amplissimis privilegiis ornat. („Dat. in Laterano p. m. Chrisogoni S. R. E. card. et bibl., ind. 13, a. inc. v. 1120.") Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 283, Robert Etude app. p. 58. — „Nos, Dei gratia". |
| „ 25. | „ | 6854 (5009) Eginoni, monasterii S. Udalrici et S. Afrae Augustensis abbati, condonat |

**1120.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 9. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | benedictionem acceptam ab Herimanno, episcopo interdicto. Khamm Hier. Aug. III. (Pars II. Coll.) 233, Uodalscalci narr. in MG. SS. XII. 446. — „Labore multo“. |
| Iun. 25. | Laterani | 6655 (5092) Ottonem comitem palatinum collaudat, quod in exercitu regis, cum caperetur Paschalis II., militasse eum poeniteat. Hortatur, construat ecclesiam in b. Petri potestate ponendam. A(zzonem) episcopum Aquensem, in Germaniam missum, commendat. (De tempore cf. Giesebrecht III. 1223 et Schum in Jahrb. der Akad. gem. Wissensch. in Erfurt 1877 p. 238). Mon. Boic. X. 233, Hund III. 440, Hundt Urk. d. Kl. Indersdorf I. 1, Migne 163 p. 1248. — „Dolere te“. |
| Iul. 1. | Romae | „in kal. Iulii“. Eginonis abbatis epist. l. l. |
| „ 16. | Praeneste | 6856 Sil(vionem) archidiaconum Viennensem vituperat, quod condaminas, ad communem utilitatem canonicorum spectantes, adhuc retineat. Mandat, ut infra XL dies eas restituat, alioquin se ei „locum chori, capituli et refectorii“ interdicturum esse. Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 287, Robert Etude app. p. 65, (qui hanc epistolam anno 1121 attribuunt; cf. supra ep. 6837). — „Viennensis ecclesiae“. |
| („) | per Campaniam | Vide Pandulphi card. Vitam Calixti ap. Watterich II. 115. |
| („) | in Casinensi | monasterio. Vide Petri Chron. mon. Cas. p. 796; Pandulphi card. Vita Calixti p. 115. |
| Aug. 8. | Beneventum | pervenit „octavo die intrante mensis Augusti“. Falco Benev. 1120 p. 96. |
| „ 9. | Beneventi | 6857 (5010) Monasterio Casinensi quasdam ecclesias Sardinienses, b. Petro a Gunnario donatas, rogatu Girardi abbatis, concedit, „salvo censu quatuor solidorum denariorum Papiensium, singulis annis Lateranensi palatio persolvendo“. Gattula Hist. Cas. p. 425, Cocqu. II. 169, Migne 163 p. 1181. — „Et commissi nobis“. |
| „ 10. | „ | 6858 (5011) Gunnarium, illustrem virum, eiusque uxorem Helenam, ac filias Veram et Susannam laudat, quod sint monasterium Casinense munerati. Hortatur, ut in virtute perseverent. Gattula Hist. Cas. p. 426, Migne 163 p. 1182. — „Audivimus de vobis“. |
| „ 10. | „ | 6859 (5012) D. (Rogerio) episcopo Volaterrano, apostolicae sedis legato, mandat, ut tueatur possessiones monasterio Casinensi a Gunnario donatas. Gattula Hist. Cas. p. 426, Migne 163 p. 1182. — „Quam specialiter“. |
| „ 19. | „ | Iohannem abbatem in monasterio S. Sophiae consecrat „XIV. kal. Sept.“, Falc. Benev. 1120 l. l. p. 96. |
| „ | („) | 6860 *G(altero) episcopo Magalonensi mandat, ut „fratres S. Sepulcri Hierosolymitanos ecclesiam Salvatoris de Rubo quiete faciat possidere“. Vide Calixti II. litteras ap. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 73, Migne 163 p. 1209. |
| Sept. 18. | „ | (in palatio) „tempore ieiunii mensis Septembris“ (i. e. sabbato quatuor temporum). Falco Benev. 1120 p. 96. |
| „ 19. | „ | „in crastinum, die dominico, fest. S. Ianuarii“. Falco Benev. 1120 p. 96. |
| „ 24. | „ | 6861 (5013) Ecclesiam Aversanam manere Romanae ecclesiae suffraganeam iubet, petente Roberto episcopo. Ughelli It. sacr. I. 486, Parente Origini d. citt. di Aversa I. 260, Migne 163 p. 1183. — „Ex fratrum“. |
| „ 28. | „ | 6862 (5014) Geraldum archiepiscopum Ragusinum consecrat pallioque donat, et ecclesiae eius possessiones iuraque confirmat. Farlati Illyr. sacr. VI. 60. — „De Domini“. |
| „ 28. | „ | 6863 (5015) Episcopis Dalmatiae superioris, seu Diocleae, praecipit, ut metropolitae, Gerardo archiepiscopo Ragusino, obediant. Farlati Ill. sacr. VI. 62. — „Omnis admonitio“. |
| Oct. 10. | „ | 6864 (5016) Monasterii S. Petri in monte Vulturno apud cryptam b. Michaelis possessiones et privilegia, rogatu Mansonis abbatis, confirmat, imposito monachis auri unciae censu annuo. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 641, Migne 163 p. 1184. — „Cum universis per“. |
| „ 16. | „ | 6865 (5017) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, principibus et ceteris tam clericis quam laicis, per Bituricensem, Burdigalensem, Ausciensem, Turonensem et Britannicam provincias constitutis, significat, se Paschalis II. exemplo (supra ep. 6262) Gerardum, episcopum Engolismensem, vicarium suum constituisse. Cui ut obediant, praecipit. Marca De concord. II. 185, Bouquet Rec. XV. 237, Mansi XXI. 213, Migne 163 p. 1186. — „Et patrum praecedentium“. |
| „ | „ | (in palatio) Guilielmo duci „per vexillum tradit omnem terram ipsius ducis“. Romuald. Salern. 1120 in MG. SS. XIX. 417. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1120.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 9. Febr. — 2.)* |
| (Oct.) | In monte Gargano(?) | Vide Ragguaglio dell' insigne santuario dell' arcang. S. Michele nel monte Gargano, Napoli 1827, p. 51. Ex schedis Ernesti Strehlke, quas dedit Philippo Jaffé. |
| „ | Troiae | Romuald. Salernit. Annal. 1120 in MG. SS. XIX. 417. |
| Nov. 6. | „ | 6866 Bisantio, archiepiscopo Tranensi, per „communem filium" Bajalardum, Romanae ecclesiae diaconum cardinalem, petenti, eiusque successoribus pallii usum concedit. Ecclesiae Tranensis possessiones confirmat eamque nulli nisi sedi Romanae subiectam esse vult. Prologo Le carte di Trani p. 72. — „Dignitatem ecclesiis". |
| „ | Bari | Vide infra epp. 6877 et 6892; Annal. Ceccanenses 1120 in MG. SS. XIX. 282. |
| „ 29. | Beneventi | 6867 (5018) Monasterium S. Sophiae Beneventanum tuendum suscipit et bona iuraque eius confirmat, petente Iohanne abbate. (Invocatio, quae dicitur verbalis, utpote a formulis in cancellaria apostolica saeculi XII usitatis aliena, a librario quodam inepto huic bullae proposita videtur. Ceterum et invocatio et nomen „Siconis" datarii, nisi sit corruptum ex nomine „Grisogoni", in suspicionem falsitatis bullam vocant.) Ughelli It. sacr. VIII. 104, Anecdota Ughelliana p. 505, Cocqu. II. 170, Migne 163 p. 1186. — „In apostolicae sedis". |
| | | 6868 (5019) *(Alpheradae) abbatissae parthenonis S. Mariae Capuani praecipit, ut „quinta feria post octavas pentecosten" (d. 9. Iunii 1121) ad sese veniat rationis reddendae causa, quo iure ecclesiam S. Mariae Cinglensem monasterio Casinensi abstulerit. Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 70, in MG. SS. VII. 797. |
| Dec. 1. | Capuae | 6869 (5020) Eremi (S. Mariae Turritani) libertatem, possessiones, privilegia confirmat. Tromby Stor. Cart. III. app. 171. — „Praeceptum domini habemus". |
| „ 3. | ap. S. Germanum | 6870 (5021) W(ulgrino), archiepiscopo Bituricensi, et canonicis S. Stephani mandat, ut, expulsis sanctimonialibus, ecclesiam S. Mariae de Carentonio canonicis regularibus restituant. Martene et Dur. Vet. Script. I. 664, Bouquet Rec. XV. 249, Migne 163 p. 1189. — „Praedecessorem tuum". |
| „ 4. | „ | 6870a Clero et populo Bituricensi Wulgrinum archiepiscopum a sese consecratum pallioque donatum commendat. Quem ut reverenter suspiciant, hortatur. Misit U. Robert, qui copiam epistolae possidet. — „Divine dispositionis prudentia". |
| „ 4. | „ | 6871 *Monasterii S. Melanii Redonensis possessiones confirmat, petente Radulfo, episcopo Trecorensi. Robert Etude p. 85 et in app. p. 61. |
| „ | per Maritimam | Pandulphi card. Vit. Calixti p. 116. |
| „ | Romae ap. S. Petrum | „Presbyterorum, diaconorum et subdiaconorum ordinationes facit". Vide infra epp. 6877 et 6892. |
| „ 15. | „ | 6872 (5022) Clericis ecclesiae S. Mariae Secusiensis proposita excommunicatione praecipit, ut ipsam ecclesiam intra dies 40 Arberto, praeposito Ulciensi, restituant. Ulciensis eccl. chartar. p. 111. — „Miramur de vobis". |
| „ 15. | „ | 6873 Albino abbati et capitulo S. Mariae de Bosco praecipit, ne potiantur ecclesia b. Nicolai in castello Credonensi sita, quae ad monasterium Vindocinense pertineat. Robert Etude app. p. 181. — „Vindocinense monasterium". |
| „ 15. | „ | 6873a G(aufrido) episcopo Carnotensi haec scribit: „Karissimi filii nostri Gaufridi, Vindocinensis abbatis, querelam accepimus, quod quidam parrochiani tui, Rainaldus videlicet de Turre, Wulgrinus frater Bartholomaei, et Goffridus Burrellus possessiones ad eius monasteria pertinentes depredati sunt. Unde fraternitatem tuam monemus, ut eos et ablata restituere et deinceps a monasterii persecutione omnino compellas", cet. Misit Ul. Robert. — „Karissimi filii nostri". |
| „ 17. | „ | 6874 Monasterium S. Petri Virzionense tuendam suscipit, bonaque eius confirmat, petente Herberto abbate. Robert Etude app. p. 62. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 18. | | †6875 „Omnibus episcopis sive abbatibus, monachis atque clericis cunctisque comitibus et totius militie optimatibus seu Claromontensi comitisse omnique populo christiano" significat, sese indulgentiam promittere eis, qui monasterium Lirinense ab iniuriis infidelium defendant. („Dat. XV. kal. Ian., anno n. pont. II.") Vie de S. Honorat de Lerins, Venet. 1501, fol. 90. (Ex unico huius libri exemplari apud Ferd. Denis Parisiensem mihi misit Ul. Robert.) — „Lyrinense monasterium". |
| „ 25. | Laterani | Vide infra ep. 6892. |
| „ 28. | „ | 6876 (5023) Monasterio Cluniacensi asserit ecclesiam S. Theodori de Rocha Bovecort a Willelmo episcopo Petrocoriensi donatam. Bibl. Cluniac. p. 581, Mansi XXI. 207 |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1120.** *(Ind. 13. — 1. Sept. — 14, pont. a. 1. — 9. Febr. — 2.)* |
| | | Migne 163 p. 1189, (Bullar. Clun. p. 41, Cocqu. II. 182): „Dat. . . . ind. 15, p. a. 2"; sed in bibl. nat. Paris. Cart. Cluniac. n. 40: „ind. 15, inc. a. 1122, p. a. 4", ut cum Jafféo communicavit Leop. Delisle; dubium est igitur, utrum in annum 1120 an 1121 redigenda sit bulla. — „Religionis monasticae". |
| Dec. 31. | Laterani | 6877 (5024) D(idaco), archiepiscopo Compostellano, S. Rom. ecclesiae legato, haec significat: „postquam in Urbe honorificentissime suscepti fuimus, in Beneventanas partes et inde in Apuliam usque Barum descendimus; Apuliae ducem, Capuae principem et alios comites et barones terrae in homagium et fidelitatem suscepimus; ad Urbem postea prospere redeuntes, b. Petri ecclesiam, quam fideles nostri de inimicorum manibus liberaverant, visitavimus". Hortatur, ut Illefonsum regem, nepotem suum, adiuvet. Commendat D. abbatem. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 309, Migne 163 p. 1190. Cf. Neues Archiv VI. 290. — „Speciali fraternitati". |
| | | 6878 (5025) Monasterii SS. Petri et Pauli Cantuariensis libertatem et privilegia confirmat. (Fragmenta.) Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1797, Migne 163 p. 1191. — „Sicut monasterium". |
| | | 6879 (5026) (Radulphum) archiepiscopum Cantuariensem hortatur, ne ecclesiam SS. Petri et Pauli „tardis signorum pulsationibus et indecenti arietum et panum et potus extortione gravet". (Fragmentum.) Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1797, Migne 163 p. 1191. — „Caeterum sicut". |
| | | 6880 (5027) Petente Pontio, abbate Cluniacensi, parthenonis Marciniacensis protectionem suscipit. (Fragmentum.) Bullar. Cluniac. p. 41. — „Desideras siquidem". |
| | | 6881 Arnaldo abbati et fratribus S. Tiberii indulget, „ne milites aut alii provinciae proceres castra seu fortalitia construant in territorio monasterii sine eorum licentia et consensu". (Fragmentum.) Gallia Chr. VI. 709. |
| | | 6882 *Monasterii S. Mathaei (Finis terrae) patrocinium suscipit, rogatu Radulfi abbatis. Robert Étude app. p. 64. |
| | | **1119—1121.** |
| | | 6883 Pontio, abbati Cluniacensi, eiusque successoribus indulget, ut liceat eis, unumquemque, monasterium eorum capessere volentem, suscipere, „nisi forte certa de causa excommunicatus sit". (Fragmentum.) Robert Etude app. p. 66. — „Si monachus, clericus". |
| | | **1121.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont, a. 2. — 9. Febr. — 3.)* |
| Ian. 2. | Laterani | 6884 Petro, abbati S. Honorati Lirinensis, asserit ecclesiam S. Mariae de Silva, a Petro, episcopo Portuensi, donatam. Robert Etude app. p. 64, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 302. — „Quae religionis intuitu". |
| „ 2. | | †6885 Omnes Christi fideles adhortatur, ut monasterium Lirinense contra infideles defendant. Qui usque ad festum S. Michaelis (29. Sept.) in tuendo monasterio perseveraverint, eis indulgentiam promittit. („Dat. Laterani.") Vie de S. Honorat de Lerins, Venet. 1501, fol. 92. (Ex unico huius libri exemplari, quod possidet Ferd. Denis Parisiensis, mecum communicavit Ul. Robert.) — „Lyrinenses fratres". |
| „ 3. | „ | 6886 (5028) Archiepiscopis Pisanis adimit ius consecrandi episcopos Corsicanos. Ughelli It. sacr. IV. 853, Mansi XXI. 269, Cocqu. II. 171, Hist. Patr. Mon. Lib. iur. Gen. I. 21, Migne 163 p. 1192. — „Nec facilitati". |
| „ 5. | „ | 6887 (5029) Canonicorum ecclesiae S. Laurentii Ianuensis possessiones, a Mariano iudice et Guilielmo archiepiscopo Calaritano donatas, confirmat, bulla ad Villanum praepositum. Ughelli It. sacr. IV. 852, Cocqu. II. 172, Migne 163 p. 1194. — „Bonis saecularium studiis". |
| „ 5. | „ | 6888 (5030) Umbaldi, archiepiscopi Lugdunensis, primatum confirmat. Primatie de Lyon Pr. p. 5, teste Bréquigny Table chron. II. 500. |
| „ 7. | „ | 6889 (5031) Ecclesiae Ravennatis iura metropolitana ac possessiones confirmat, petente Gualterio episcopo. Monum. ist. della Romagna Ser. II. Cart. I. 40 (et 42). — „Etsi universe". |
| „ 14. | „ | 6890 (5032) Ecclesiam Trium Tabernarum (in Calabria), quondam sedem episcopalem, postea propter Saracenorum impetus cum Scyllacensi ecclesia coniunctam, in statum pristinum restituit. Iohannem episcopum consecrat, et possessiones ecclesiae confirmat. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1121.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — 9. Febr. — 3.)* |
| | | Martene et Dur. Vet. Script. I. 669, Ughelli It. sacr. IX. 365, Migne 163 p. 1195. — „Et synodalium". |
| Ian. 22. | Laterani | 6891 (5033) Monasterii SS. Philippi et Iacobi et S. Walburgae in sacra silva protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Bertholfo abbate. Würdtwein Nova subs. dipl. VII. 43, Grandidier Hist. d'Als. II. 240, Migne 163 p. 1197. — „Religiosis desideriis dignum". |
| Febr. 4. | „ | 6892 (5034) W(idoni), episcopo Curiensi, narrat haec: „postquam in Urbe honorificentissime suscepti sumus et b. Petri ecclesiam et ceteras Urbis ecclesias de inimicorum manibus liberavimus, (a) nostris fidelibus invitati Beneventum perreximus, ubi ducem Apuliae, principem Capuae ac ceteros barones et capitaneos terrae in hominium et fidelitatem nostram recepimus, inde in Apuliam et usque Barum descendentes pacem et treuguam Dei per totam illam terram statuimus. Post haec ad Urbem reversi, b. Petri ecclesiam visitavimus et in ea presbyterorum, diaconorum ordinationes fecimus, et ad Lateranense palacium honorifice redeuntes, dominicae nativitatis festum (25. Dec. 1120) celebravimus; in quo nimirum palatio secure nunc permanemus". Hortatur, ut ad sese veniat. Borgia Breve ist. del dom. temp. app. p. 49, Neues Archiv III. 180. — „Quia speciali te". |
| „ 11. | ap. S. Petrum | 6893 (5035) Monasterio Affligemensi ecclesiam Bornhemiensem asserit, petente Fulgentio abbate. (Pro: „III. Febr." certe legendum est: „III. id. Febr.".) Miraei Opp. dipl. I. 171, (Cocqu. II. 173, Migne 163 p. 1199). — „Quae religionis". |
| Mart. 4. | Laterani | 6894 (5036) Episcopatus Mutinensis fines, ecclesiaeque bona et iura, petente Dodone episcopo, confirmat. Muratori Ant. It. V. 351, Tiraboschi Mem. Mod. II. 91, Savioli Ann. Bol. I. II. 169, (Ughelli It. sacr. II. 117, Migne 163 p. 1200). — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 7. | „ | 6895 Oddoni, abbati S. Sixti Placentino, significat, statuisse se, ut in monasterio eius congregatio virorum (loco monialium institutorum, cf. supra 6797) secundum Casaedei regulam semper vivat. Monasterii protectionem suscipit possessionesque et iura confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 224. — „Divine dispositionis". |
| „ 14. | „ | 6896 (5037) A. priori S. Frigdiani Lucensis significat, „placuisse fratribus suis episcopis et cardinalibus, ut regulares canonici, qui a Paschali papa in Lateranensi ecclesia constituti, postea persecutione cogente cesserint, nunc, quiete reddita, in locum ipsum reducantur". Hortatur, ut redeuntibus subveniat. Baluzii Misc. IV. 587, Migne 163 p. 1201. — „Placuit fratribus". |
| „ 29. | „ | 6897 (5038) Monasterii S. Clementis Piscariensis possessiones et privilegia confirmat, petente Gisone abbate. Chron. Casaur. ap. Muratori R. It. SS. II. II. 881, Cocqu. II. 175, Migne 163 p. 1201. — „Apostolicae sedis". |
| „ 30. | „ | 6898 (5039) Praedium Beurbergense, ab Ottone illustri viro de castro Iring, ibi monasterium aedificaturo, ecclesiae Romanae oblatum, tuendum suscipit ea lege, ut quarto quoque anno „alba cum amiciis suis Lateranensi basilicae b. Laurentii persolvatur". Mon. Boic. VI. 403, (Hund II. 135, Mansi XXI. 211, Cocqu. II. 176, Migne 163 p. 1203). — „Devotionem tuam". |
| „ 30. | „ | 6899 (5040) Ecclesiae S. Mariae et S. Walburgis Furnensis tutelam suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Frumoldo praeposito. (Significatio temporis est corrupta.) Miraei Opp. dipl. III. 33, Migne 163 p. 1204. — „Iustis votis assensum". |
| Apr. 6. | „ | 6900 W(idoni) episcopo Curiensi scribit, non posse se assensum praebere precibus eius de allevatione oneris episcopalis (cf. ep. 6838). Neues Archiv III. 179. — „De bona voluntate". |
| „ 10. | Romae | Vide infra ep. 6902. |
| „ 17. | Laterani | 6901 Iohanne, presbytero cardinali tit. S. Chrysogoni, petente, ecclesiae eius possessiones et privilegia confirmat. (Bulla est mendose descripta.) Monsignanus Bullar. Carmelitan. I. 517. — „Cum ecclesiis omnibus". |
| „ | ante Sutrium | Burdinum antipapam obsidet. „Octavo vero die illius obsidionis Sutrini dederunt eum (Burdinum) in potestate Calixti pape et Romanorum", Annales Romani in MG. SS. V. 479; Cf. Falc. Benev. 1121 p. 97, Petri Chron. mon. Cas. in MG. SS. VII. 796, Ekkehardi Chron. 1121 ibid. VI. 256. |
| a. Apr. 23. | Sutrii | Vide Falcon. Benev. 1121 p. 97, apud quem Burdinus legitur iam die IX. kal. Maias perductus Romam esse. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1121.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — 9. Febr. — 3.)* |
| Apr. 27. | Sutrii | 6902 (5041) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus et caeteris tam clericis quam laicis b. Petri fidelibus per Gallias constitutis significat, se, festis diebus paschalibus (10. Apr.) Romae celebratis, Sutrium urbem tamdiu obsedisse, quoad Burdinus antipapa et ipsa urbs tradita sibi sint. Baluzii Misc. I. 146, Willelmi Malmesb. Gest. reg. Angl. L. V. ed. Hardy II. 666, in MG. SS. X. 482, Simeon. Dunelm. de Gest. reg. 1121 ap. Twysden H. A. SS. I. 243, Rogeri de Hoveden Annal. ap. Savile R. A. SS. 273ᵇ, Bouquet Rec. XV. 238, Mansi XXI. 280, Migne 163 p. 1205. — „Quia dereliquit". |
| Mai. 9. | Laterani | 6903 (5042) Monasterii SS. Iohannis et Martini Berchtesgadensis privilegia, petente Eberquino praeposito, confirmat, annuumque aurei tributum monachis imponit. Hund II. 157, Fejér C. D. H. II. 64, Mansi XXI. 212, Migne 163 p. 1206 (cf. Meilleri annotationem in Reg. arch. Salisb. p. 430. n. 49). — „Praeceptum domini". |
| „ 18. | Albae | 6904 (5043) Monasterii Trenorciensis privilegia quaedam confirmat, petente Francone abbate. Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 409, Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 148, Mansi XXI. 205, Cocqu. II. 176, Migne 163 p. 1207. — „Venerabilia et Deo". |
| „ 18. | „ | 6905 (5044) Monasterii Trenorciensis possessiones iuraque confirmat, petente Francone abbate. Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 407, Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 149, Mansi XXI. 206, Migne 163 p. 1208. — „Venerabilia et Deo". |
| „ 24. | | †6906 Ainardo, domino Clarimontis, amplissima privilegia tribuit. („Dat. Laterani" cet.) In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 797 fol. 50; haec bulla eadem esse videtur ac ea ap. Pflugk-Harttung Acta II. 227; cf. etiam supra bullam 6853. — „Ad apostolicae dignitatis". |
| „ 25. | Laterani | 6907 Ecclesiae Salvatoris Constantinianae (Lateranensis) parochiam confirmat, rectoribus Saba et Silvio petentibus. (Ad hunc annum pertinere bullam, quae non omnino videtur a suspicione libera, et notae temporis et subscriptiones aperte probant.) Pflugk-Harttung Acta II. 232. — „Cum ecclesiis omnibus". |
| „ 29. | ap. Castrum Arenarium | 6908 (5045) G(alterum), episcopum Magalonensem, iam „Augusto praeterito" per litteras admonitum, iterum hortatur, ut iudicet inter fratres S. Sepulcri Hierosolymitani et monachos Anianenses, de ecclesia Salvatoris de Rubo litigantes. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 73, Migne 163 p. 1209. — „Pro ecclesia Salvatoris". |
| („) | „ | Annal. Ceccanenses 1121 in MG. SS. XIX. 282: „Calixtus papa cum Romanis et maxima gente venit super Arenariam, sed, fallaciter hoste suo proeliante, vacuus revertitur". |
| Iun. 14. | in territorio Palinensi | 6909 (5046) Canonicorum Veronensium bona et iura confirmat. Ughelli It. sacr. V. 772, Migne 163 p. 1210. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 15. | in territorio Pallianensi | 6910 Ecclesiae Verulanae possessiones confirmat, petente Leto episcopo. Pflugk-Harttung Acta II. 225. — „Apostolicae sedis auctoritate". |
| „ 21. | in territorio Tiburtino | 6911 (5047) D(idacum), archiepiscopum Compostellanum, hortatur, ut Colimbriensem et Lucensem et Minduniensem episcopos, mandatis eius reluctantes, ad obedientiam cogat; sed Bracarensis ecclesiae libertatem servari vult. Monet, ut ante d. 24. Iunii a. 1122 nuncios ad sese mittat. P. canonicum et capellanum ecclesiae Compostellanae commendat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 336, Migne 163 p. 1210. — „Dignitatem et". |
| „ 21. | „ | 6912 (5048) D(idaco), archiepiscopo Compostellano, scribit, Giraldi, qui consanguineam prioris coniugis duxerit, matrimonium esse dirimendum. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 381, Migne 163 p. 1211. — „Frater iste". |
| „ 21. | „ | 6913 (5049) Atoni Arelatensi, (Fulconi) Aquensi, Berengario Narbonensi archiepiscopis et Galterio episcopo Magalonensi mandat, ut Ildefonsum comitem et eius socios, nisi monasterio S. Aegidii intra dies quadraginta satisfecerint, excommunicent. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 30, Bouquet Rec. XV. 239, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 59, Migne 163 p. 1211. — „Abbatis et fratrum". |
| „ 22. | „ | 6914 (5050) Raimundo Ucecicensi, (Amelio) Tolosano, Iohanni Nemausensi episcopis mandat, ut in Ildefonsum comitem, nisi intra dies quadraginta monasterio S. Aegidii satisfecerit, excommunicationis sententiam promulgent. Ménard H. d. Nism. I. Pr. p. 30, Bouquet Rec. XV. 239, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 63, Migne 163 p. 1212. — „Quot mala, quot". |
| „ 22. | „ | 6915 (5051) Raimundum de Baucio, Guillelmum de Sabrano, Elesiarium de Castrias, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1121.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — 9. Febr. — 3.)* |
| | | Rainonem de Castlar et Guillelmum Rainoardi, Ildefonsii comitis socios, sub excommunicationis poena ab iniuriis in S. Aegidii monasterium dehortatur. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 30, Bouquet Rec. XV. 240, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 61, Migne 163 p. 1213. — „Relatum nobis est". |
| Iun. 22. | in territorio Tiburtino | 6916 (5052) Burgenses monasterii S. Aegidii iuramento, quod vi coacti Ildefonso comiti praestiterint, solvit eosque iubet fidelitatem (Hugoni) abbati factam observare. Ménard Hist. d. Nism. I. Pr. p. 30, Bouquet Rec. XV. 240, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 62, Migne 163 p. 1213. — „Nulli vestrum". |
| „ 22. | „ | 6917 (5053) Ildefonsum comitem, proposita excommunicationis poena, admonet, ut inimicitas in S. Aegidii monasterium deponat, eique de ablatis bonis ex Atonis Arelatensis et Berengarii Narbonensis archiepiscoporum et Galterii episcopi Magalonensis iudicio satisfaciat. Ménard Hist. de Nism. I. 29, Bouquet Rec. XV. 239, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 60, Migne 163 p. 1214. — „Raimundus, filius". „Karissimus filius" in chart. S. Aegidii f. 47, bibl. nat. Paris. ms. lat. 11018, ut nos docet Delisle. |
| („) | („) | 6918 (5054) *Pelagio, archiepiscopo Bracarensi, praecipit, „ut honorem b. Iacobi in Portugalia, quem praedecessor eius M(auritius) Bracarensis archiepiscopus a Compostellano archiepiscopo habuerit in praestimonium et quem ipse violenter retineat, redintegret". Vide Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 340. |
| „ 24. | Farfae | „in nativitate S. Iohannis". Vide Hist. Farfensem in MG. SS. XI. 582. |
| | | 6919 (5055) *(Alpheradam) parthenonis S. Mariae Capuani abbatissam reprehendit, quod „secundis transactis terminis" ad iudicium non venerit. Minatur, se, nisi veniat aut legatos mittat, ecclesiam Cinglensem monasterio Casinensi restituturum esse. Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 70 in MG. SS. VII. 797. |
| Iul. 5. | Laterani | 6920 (5056) D(idaco), archiepiscopo Compostellano, Guidonem militem, ad S. Iacobum iter facientem, commendat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 339, Migne 163 p. 1215. — „Miles iste". |
| „ 6. | „ | 6921 (5057) Fratrum ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae disciplinam regularem et possessiones confirmat, petente Gerardo priore. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 15, Migne 163 p. 1215. — „Praeceptum domini". |
| „ 6. | „ | 6922 (5058) (Ebremaro) archiepiscopo Caesariensi et ceteris episcopis, abbatibus, prioribus per Hierosolymitanam provinciam constitutis, B(alduino) regi, principibus, baronibus, clero et populo scribit, se Guarmundo patriarchae pallium misisse. Cui ut obediant, hortatur. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 14, Migne 163 p. 1216. — „Defuncto venerabili". |
| „ 6. | „ | 6923 (5059) Guarmundo, patriarchae Hierosolymitano, mandat, ne ecclesiae S. Sepulcri „cantorem et succentorem in domibus suis quasi seculariter manere, et ad libitum per quamcumque personam de divinorum officiorum celebratione praecipere" sinat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 72, Migne 163 p. 1217. — „In dominici sepulcri". |
| „ 24. | Aversae | 6924 (5060) Marco clerico (Veneto) scribit, ex P(etri) episcopi Portuensis, legati sui, litteris se cognovisse, eum possessiones suas b. Petro „sub censu annuo unius bizantii" obtulisse. Laudat pietatem eius mittitque fundamentorum condendae ecclesiae lapidem primum. Pennotti Ord. cler. canon. hist. ed. Rom. p. 305, ed. Colon. p. 313, Cornelii Eccl. Ven. V. 158, Ughelli It. sacr. V. 1238, Migne 163 p. 1218. — „Carissimus et" „Clarissimus et". |
| Sept. 5. | Salerni | „quinto die intrante m. Septembris". Falco Benev. 1121 p. 97. |
| „ 15. | „ | „Romualdum diaconum cardinalem archiepiscopum Salerni consecrat mense Septembris mediante". Falco Benevent. 1121 p. 97. |
| Oct. 4. | Melfiae | 6925 (5061) Berengario, archiepiscopo Narbonensi, et Iohanni Nemausensi et Galterio Magalonensi episcopis mandat, commoneant sub excommunicationis et interdicti poena Ildefonsum comitem, ut Hugonem S. Aegidii abbatem, quem captum eiurare monasterium coegerit, et iuramento solvat, et redire in monasterium sinat. Ménard Hist. d. Nism. I. Pr. p. 30, Bouquet Rec. XV. 236, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 64, Migne 163 p. 1218. — „Relatum nobis est". |
| „ 7. | „ | 6926 (5062) B(osoni) presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, hortetur Ildefonsi regis filiam, Urracam reginam, ut Didacum, archiepiscopum Compostellanum, e custodia emittat, et castella illi ablata restituat; eamque, nisi intra dies quadra- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1121.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — 9. Febr. — 3.)* |
| | | ginta obedierit, convocatis episcopis excommunicari, ac totam eius terram affici interdicto iubet. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 341, Migne 163 p. 1219. — „Saepe tibi scripsisse". |
| Oct. 7. | Melfiae | 6927 (5063) B(ernardo), archiepiscopo Toletano, apostolicae sedis legato, eadem, quae Bosoni cardinali epistola superiore, mandat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 342, Salazar Anamnesis II. 479, Migne 163 p. 1219. — „Egregiae memoriae". |
| „ 7. | „ | 6928 (5064) Archiepiscopos et episcopos Hispaniae de superioribus ad Bosonem cardinalem et Bernardum archiepiscopum Toletanum litteris certiores facit, iisque praecipit, ut utriusvis iussu Urracam reginam excommunicent, terramque eius interdicto afficiant. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 343, Migne 163 p. 1220. — „Quotiens nova". |
| „ 7. | „ | 6929 (5065) Urracae reginae sub poena praecipit, ut Didacum, captum archiepiscopum Compostellanum, sine mora dimittat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 344, Migne 163 p. 1221. — „Nisi gravissimam". |
| „ 7. | „ | 6930 (5066) Il(defonso), Hispaniarum regi, significat, se ex morbo convaluisse, et „infra Urbem et extra Urbem, necnon et per totam Italiam fideles ecclesiae sibi unitos esse". Mandat, ut ad liberandum Didacum, archiepiscopum Compostellanum, a matre eius, Urraca regina, captum, omne studium convertat. Frequentes litteras poscit. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 345, Migne 163 p. 1221. — „Omnipotenti Deo". |
| Nov. 3. | Mantiae | 6931 (5067) Bernardo, archiepiscopo Toletano, eiusque successoribus primatum per universa Hispaniarum regna addicit, ecclesiaeque Toletanae privilegia confirmat. Mansi XXI. 215, Aguirre Conc. V. 43, Migne 163 p. 1222. — „Postquam supernae". |
| „ 3. | „ | 6932 (5068) Bernardum, archiepiscopum Toletanum, constituit vicarium legatumque apostolicum universae Hispaniae, exceptis Bracarensi et Emeritana provinciis. Mansi XXI. 216, Aguirre Conc. V. 44, Migne 163 p. 1223. — „Pro bonitate". |
| „ 3. | „ | 6933 (5069) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, praepositis et ceteris tam clericis quam laicis per Hispanias constitutis praecipit, ut Bernardo, archiepiscopo Toletano, Hispaniae primati, vicario legatoque apostolico, obtemperent. Mansi XXI. 216, Aguirre Conc. V. 45, Migne 163 p. 1224. — „Notitiam vestram". |
| „ 3. | „ | 6934 (5070) (Pelagio) Ovetensi et (Didaco) Legionensi episcopis praecipit, ut (Bernardo) archiepiscopo Toletano, Hispaniae primati, obediant. Mansi XXI. 216, Aguirre Conc. V. 44, Migne 163 p. 1224. — „Praedecessor noster". |
| „ 10. | Tarenti | 6935 Ecclesiam S. Iohannis Vesontionensem perpetuo manere sedem episcopalem iubet. (Cf. bull. 6955.) Pflugk-Harttung Acta I. 117. — „Decessorum statuta". |
| Nov. Dec. | in littore S. Euphemie | „applicat". Vide Chron. Trium Tabernarum ap. Ughelli It. sacr. IX. 364. |
| Dec. 9. | Neocastri | 6936 (5071) Ludovici Francorum regis rogatu Noviomensis et Tornacensis episcopatuum unitatem confirmat. Marlot Metr. Rem. II. 277, Miraei Opp. dipl. II. 1157, Bouquet Rec. XV. 242, Migne 163 p. 1225. — „Patres tui". |
| „ 21. | Catanzarii | 6937 Petro, episcopo Scyllacensi, scribit, se in Trium Tabernarum dioecesi, secundum antiquam consuetudinem, (Iohannem) episcopum consecravisse; „unde oportere, quod ipsius parochiae partes, quae propter pastoris absentiam fuerint distractae, in eiusdem episcopi redeant potestatem". Praecipit, ut eidem, quod ad eius parochiam pertineat, castrum Rocca Falluca (al. Faliciae) restituat et quietum dimittat. Liverani Spicil. Liber. p. 598, Pflugk-Harttung Acta II. 227. — „Sicut tu ipse" („Hinc tu ipse"). |
| „ 21. | „ | 6938 Hugoni Rubeo (domino) et clero ac populo de Rocca (Falluca) mandat, ut Iohanni episcopo, dioecesi Trium Tabernarum restituta, obediant, „postposita occasione (Petri), episcopi Scyllacensis". Liverani Spicil. Liber. p. 598. — „Dilectionem vestram". |
| „ 23. | „ | 6839 (5072) Ecclesiae Miletensis privilegia ac possessiones, petente Gaufrido episcopo, confirmat. (Pro „Laterani" sine dubio legendum est: „Catanzarii"). Capialbi Mem. d. chiesa Milet. p. 145, Bisogni Hipp. p. 84, Ughelli It. sacr. I. 951, Migne 163 p. 1226. — „Officii nostri nos". |
| „ 28. | „ | 6940 (5073) Testatur, se „reformandae pacis causa inter Guglielmum ducem Italiae et Rogerium Siciliae comitem partes Calabriae adventasse, et (apud) Neocastrum praefata causa per quindecim dies moram fecisse et inde per Catanzarium reditum habuisse, ibique ecclesiam dedicasse et caput et dignitatem episcopatus totius parochiae et pertinentiae Trium Tabernarum ipsi ecclesiae concessisse". (Praeter cardinales sub- |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1121.** *(Ind. 14. — 1. Sept. — 15, pont. a. 2. — 9. Febr. — 3.)* |
| | | scripserunt 19 episcopi.) Ughelli It. sacr. IX. 367, Liverani Spicil. Liber. p. 596, Migne 163 p. 1227. — „Notum sit omnibus". |
| | | 6941 (5073a) A(lpheradam) parthenonis S. Mariae Capuani abbatissam vituperat, quod tribus iam terminis constitutis ad sese nec accesserit nec nuntios miserit. Casinenses vero, omnibus terminis paratos, „in apostolorum octavis" (Iul. 6.) iustitiam postulasse et a sese impetrasse scribit. Praecipit, ut „infra viginti dies" ecclesiam Cinglensem monasterio Casinensi restituat. Neues Archiv IV. 404. (Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 70. p. 798.) — „Pro controversia quae". |
| | | **1122.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 3. — 9. Febr. — 4.)* |
| (Ian.) | Crotone | Synodus, in qua ecclesiae Catacensis paroecia confirmatur. Chron. Trium Tabernarum ap. Ughelli It. sacr. IX. 364. |
| „ 6. | Russani | 6942 Hugonem Rubeum, dominum de Rocca et Tiriolo, iterum monet, ut omni timore sive (Petri), Scyllacensis episcopi, sive Rogerii comitis (Siciliae) remoto, Iohanni, episcopo Trium Tabernarum, ad quem castra illa pertineant, obedientiam praestet. Nisi ad initium proximae quadragesimae (8. Febr.) fecerit, et eum et loca eius interdictum iri scribit. Liverani Spicil. Liber. p. 598. — „Saepe dilectionem tuam". |
| „ 15. | Tarenti | 6943 (5074) A(lexandro), Scotorum regi, exprobrat, quod suis litteris de regni episcoporum insolentia et T(hurstani) archiepiscopi Eboracensis negotio non obedierit. Praecipit, „ut regni episcopos sese invicem consecrare absque metropolitani licentia nullatenus permittat". Haddan and Stubbs Councils II. I. 205, Monast. Anglic. III. 146 et 147, nov. ed. VIII. 1187 et 1188, Wilkins Conc. I. 481, Migne 163 p. 1229. — „Pro episcoporum". |
| „ 15. | „ | 6944 (5075) I(ohanni), episcopo Glascuensi, praecipit, ne professionem exhibere T(hurstano), archiepiscopo Eboracensi, recuset. Haddan and Stubbs Councils II. I. 20, Monast. Anglic. III. 147, nov. ed. VIII. 1188, Migne 163 p. 1230. — „Eboracensis ecclesiae" „Eborum ecclesiae". |
| „ 15. | „ | 6945 (5076) Universis per Scotiam episcopis praecipit, ut Thurstano, archiepiscopo Eboracensi, obtemperent. Haddan and Stubbs Councils II. I. 205, Wilkins Conc. I. 481, Migne 163 p. 1230. — „Nostris iamdudum". |
| „ 26. | ap. Aquam vivam | 6946 Monasterio S. Dionysii ecclesiam de Ciridiaco, a Ludovico Francorum rege donatam, asserit. In tabul. nat. Paris. Cart. de St. Denys s. XIII. LL. 1156. f. 84. — „Bonis secularium studiis". |
| „ 28. | Botonti | 6947 (5077) Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Hugone abbate. (Pro „Botenti" legendum esse „Botonti", docet autographum in tab. nat. Paris. L. 224. n. 4.) Bouillart Hist. de St. Germain des Prez Pr. p. 35, Migne 163 p. 1230. — „Piae postulatio voluntatis". |
| | | 6948 (5078) A(lpheradam) parthenonis S. Mariae Capuani abbatissam hortatur, ut quae abstulerit ecclesiae Cinglensi bona restituat, ipsamque ecclesiam Casinensi monasterio reddat. Quod nisi intra viginti dies fecerit, fore ut ecclesia Cinglensis interdicto afficiatur. Parthenonis administrationem ei prohibet, donec mandata sua adimpleverit. Neues Archiv IV. 405. (Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 70. p. 798.) — „De negotio Cinglensis". |
| Febr. 18. | Beneventi | 6949 Monasterii S. Florentii Salmuriensis privilegia et possessiones confirmat. (Fragmentum.) Robert Etude app. p. 77 et 191; Cf. Marchegay Archives d'Anjou I. 268. — „Cum universis ecclesie". |
| „ 19. | (ap. S. Leutium?) | 6950 (5079) Henrico „regi, consanguineo suo", scribit, se „dolere valde, quia visitare eum apostolicae salutationis alloquio non audeat". A(zzonem), episcopum Aquensem, utriusque consanguineum, mittit, ut rex „et voluntatem suam plenius recognoscat, et a nimietate duritiae resipiscat". „Nihil" inquit „Henrice, de tuo iure vendicare sibi quaerit ecclesia; nec regni nec imperii gloriam affectamus; obtineat ecclesia, quod Christi est, habeat imperator, quod suum est; si nos audire volueris, cum temporalis regni et imperii fastigio etiam aeterni regni gloriam consequeris; quodsi stultorum adulationibus adhaeseris, nec honorem Deo et ecclesiae debitum reddideris, per religiosos et sapientes viros ecclesiae Dei non sine laesione tua curabimus providere, quoniam sic esse diutius non valebimus". (Verba „Dat. XI. kal. Mart. Leguntii episcopi" mendum sine dubio continent; legendum videtur „Dat. . . . . . . . ap. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1122.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 3. — 9. Febr. — 4.)* |
| | | S. Leutium“, cuius ecclesia prope Beneventum sita erat, vide Giesebrecht III. 1223 not.) Neugart Cod. D. Al. II. 50, Watterich II. 146, Migne 163 p. 1232. — „Dolemus valde“. |
| Febr. 20. | Beneventi | 6951 Inter monachos Salmurenses et Trenorcienses, de ecclesia S. Nicolai de Lausduno litigantes, compositionem a G(erardo) episcopo Engolismensi, ap. sed. legato, factam et a Gelasio II. roboratam confirmat. Archives hist. du Poitou II. 27. — „De querela, que“. |
| („) | („) | 6952 *„Quibusdam nobilibus Brundisinis significat, quod concesserit ecclesiam Brundisinam Bailardo diacono cardinali (Gerardo diac. card. S. Luciae?) et quod ipse (eum) suis manibus consecraverat. Et ulterius monet per haec verba, videlicet: Monemus insuper, ne vobis displiceat, quod nos eidem fratri iniunxerimus episcopalia in Gritana etiam ecclesia celebrari; tanto siquidem Brundisinae ecclesiae dignitas maior habetur, quanto plures ei ecclesiae iniunguntur“. D'Avino Cenni storici p. 103. |
| „ 22. | „ | 6953 Bailardo, archiepiscopo Brundisino, a sese consecrato, eiusque successoribus pallii usum concedit; ecclesiaeque eius decimas a Brundisinis comitibus concessas ceterasque possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 228, (Fragmentum ap. D'Avino Cenni storici p. 104). — „Iustis votis iustisque“. |
| „ 23. | „ | „Septimo die kal. Mart.“ Falco Benev. 1121 p. 97. |
| Mart. 10. | Laterani | 6954 (5080) Monasterii S. Petri Mellicensis protectionem suscipit, privilegiaque confirmat, rogante Erkenfrido abbate et Reginmaro, Passaviensi episcopo. Schramb Chron. Mell. p. 67, Hueber Austria p. 7, Migne 163 p. 1233. — „Officii nostri nos“. |
| „ 19. | „ | 6955 (5081) Ecclesiam S. Iohannis Vesontionensem perpetuo manere sedem episcopalem iubet. Gall. Chr. XV. Instr. p. 22, Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 383, Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 142, Bouquet Rec. XV. 242, Mansi XXI. 199, Cocqu. II. 177, Migne 163 p. 1235. — „Decessorum statuta“. |
| „ 19. | „ | 6956 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis possessiones et privilegia confirmat, petente Aymone decano. Ex bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 868. f. 60ᵇ. Misit U. Robert. — „Et divinis praeceptis“. |
| „ 24. | „ | 6957 (5082) Monasterii S. Mariae Reichenbacensis, petente Erchengero abbate, protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia constituit, imposito monachis aurei unius censu annuo. Ried Cod. dipl. Rat. I. 180, Mon. Boic. XXVII. 5, Migne 163 p. 1238. — „Pie postulatio voluntatis“. |
| „ 24. | „ | 6958 (5083) Monasterii S. Mariae Zwifaltensis, rogatu Udalrici abbatis, protectionem suscipit privilegiaque confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Wirtemb. Urkundenb. I. 353, Hess Mon. Guelf. p. 185, Crusii Annal. Suev. II. 330, Petri Suev. eccl. p. 916, Migne 163 p. 1239. — „Religiosis desideriis“. |
| „ 24. | „ | 6959 (5084) Monasterium SS. Petri et Pauli Echenbrunnense tuendum suscipit eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Godeboldo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 120, (Lang Regesta I. 119). — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 24. | „ | 6960 (5085) Monasterium S. Mariae Gottesauense „sub censu annuo unius Spirensis monetae denarii“ tuendum suscipit, et eius bona ac privilegia confirmat, petente Burchardo abbate. Wenck Hess. Landesg. I. Urkb. p. 287, Migne 163 p. 1240. — „Officii nostri nos“. |
| „ 25. | „ | 6961 Richeri abbatis et canonicorum ecclesiae S. Gabrielis de Rode (Roldin dioec. Leodiensis) disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Compte rendu de la commission royale d'histoire IX, 1845, p. 103, Ernst Hist. du Limbourg VI. 122. — „Praeceptum domini habemus“. |
| „ 27. | „ | 6962 (5086) Monasterii S. Salvatoris Milstadensis protectionem suscipit iuraque confirmat. Hormayr Arch. f. Geogr. 1820 p. 329. — „Comperimus nobilem“. |
| Apr. 2. | „ | 6963 Antonio, abbati monasterii S. Arnulphi Metensis, bullam dat. (Huic anno ascribendam eam esse, docet et pontif. annus IV. et incarn. annus 1123 calculi Pisani, nobis 1122.) Neues Archiv VII. 87. — „Ad hoc in“. |
| „ 4. | „ | 6964 (5087) Ecclesiae Lucensis privilegia quaedam, rogante Benedicto episcopo, corroborat. Memorie e doc. IV. II. append. p. 132, Baluzii Misc. IV. 187, Migne 163 p. 1242. — „Omnipotenti Deo“. |
| „ 6. | „ | 6965 W(idoni) episcopo Cumano mandat, commoneat sub excommunicationis poena parrochianos suos Clavennates, ut Castrum Muri Widoni, episcopo Curiensi, reddant. Neues Archiv III. 181. — „Pro confratre nostro“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1122.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 3. — 9. Febr. — 4.)* |
| Apr. 15. | Romae ap. S. Petrum | 6966 Ecclesiae S. Agathae Cremonensis protectionem suscipit et privilegia confirmat, petente Ada praeposito. Wiener Sitzungsber. XCVII. 62. — „Officii nostri nos hortatur". |
| „ 17. | „ | 6967 Monasterii S. Salvatoris Septimiani tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Azone abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 229. — „Iustis votis assensum". |
| „ 24. | Laterani | 6968 Monasterii S. Salvatoris, in territorio montis Amiati siti, protectionem suscipit, iuraque et bona confirmat, petente Guinieldo abbate. Liverani Spic. Lib. p. 595, Robert Etude app. p. 68, Pflugk-Harttung Acta II. 230. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| Mai. 1. | „ | 6969 (5088) Monasterium S. Mariae Prataliense, rogatu Iselberti abbatis, tuendum suscipit eiusque bona confirmat, imposito monachis aureorum duorum tributo annuo. (Specimen scripturae ap. Gloria Tab. XIV. n. 15.) Orsato Hist. d. Pad. p. 295, Dondi Dissertat. IV. docum. p. 83, Gloria Cod. dipl. Pad. I. 116, Migne 163 p. 1243. — „Ex venerabilis". |
| „ 3. | „ | 6970 Monasterii Castrensis, „pro b. Benedicti, patris sui, devotione, cuius nomine locus insignis est", patrocinium suscipit, ac disciplinam, a Massiliensi monasterio sumptam, possessionesque et privilegia confirmat, petente Begone abbate. Quinque (solidorum) Merguliensis monetae censum annuum monachis iniungit. Robert Etude app. p. 70. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 5. | „ | 6971 Monasterii S. Trinitatis Malleonensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, Andrea abbate et Guillelmo, episcopo Pictaviensi, petentibus. Robert Etude app. p. 73. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 5. | „ | 6971a Matricis ecclesiae S. Petri Pictaviensis possessiones et privilegia confirmat, bulla ad Gosbertum decanum. Misit Ul. Robert, qui copiam bullae possidet. — „Ad nostram, quia". |
| „ 9. | | 6972 (5089) Monasterii Salvatoris et S. Bonifatii Fuldensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Erlolfo abbate. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 378, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 170, Migne 163 p. 1243. Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 487. — „Dum universis per". |
| „ 13. | „ | 6973 Canonicos Spoletanos tuendos suscipit eorumque possessiones confirmat, Beraldo priore petente. Pflugk-Harttung Acta II. 231. — „Officii nostri nos". |
| „ 16. | „ | 6974 (5090) Monasterio S. Remigii Remensi matricem S. Martini ecclesiam cum dimidia villae S. Remigii parte, et monasterio Montis maioris alteram villae partem cum capella S. Mariae addicit. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 644, Migne 163 p. 1246. — „Quae iudicii veritate". |
| „ 16. | „ | 6975 (5091) R(odulfo) archiepiscopo Remensi mandat, ne praebendam ecclesiae SS. Timothei et Apollinaris sinat ab abbate S. Remigii donari aut vendi, atque ut Rotbertum, priorem ecclesiae S. Oricoli, removeat, neu monachos ecclesiae S. Mariae Registetensis „de choro vel de processionibus expelli" patiatur. Mabillon De re diplom. p. 598, Bouquet Rec. XV. 236, Migne 163 p. 1247. — „Gaudemus de te". |
| „ 16. | „ | 6976 T(hurstano) archiepiscopo Eboracensi significat, sese Iohanni, episcopo Glasguensi, ut a professione metropolitano suo praestanda solveretur, petenti assensum non praebuisse. Nuntiat, „idcirco ipsum, Ierosolymam proficiscentem, de Urbe a sua licentia conscientiaque discessisse". Haddan and Stubbs Counc. II. I. 21. — „Confrater noster". |
| Iun. 25. | „ | 6977 (5093) (Baldricum) archiepiscopum Dolensem, eiusque suffraganeos, et abbates atque alios ecclesiarum praelatos per eandem provinciam constitutos, de concilio generali in proxima quadragesima Romae celebrando certiores facit, eosque iubet „dominica, qua oculi mei canitur" (d. 18. m. Martii a. 1123) in Urbe esse. Martene Thes. III. 885, Morice Mém. de Bret. I. 541, Bouquet Rec. XV. 245, Mansi XXI. 255, Migne 163 p. 1249. — „Pro magnis". |
| „ 26. | „ | 6978 Ecclesiae Ovetensis bona iuraque confirmat, petente Pelagio episcopo, (qui „privilegia regaliaque testamenta et dioecesis determinationes papae praesentaverat, sicut rex Adefonsus, Ordonii filius, et omnes illius temporis episcopi Hispalienses cum auctoritate Iohannis papae constituerint". Clausula corrupta.) Neues Archiv VI. 305. — „Ad sedem apostolicam". |
| | | 6979 (5094) R(aynulfo) comiti de (Alpheradae) abbatissae S. Mariae Capuanae inobedientia scribit, eique, ut spoliationis auctori, sub excommunicationis poena praecipit, ut intra dies 20 ecclesiam Cinglensem monasterio Casinensi restitui faciat. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1122.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 3. — 9. Febr. — 4.)* |
| | | Neues Archiv IV. 405. (Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 70. p. 798.) — „Querimoniam fratrum". |
| | | 6980 R(aynulfo comiti) iterum mandat, ut G(irardum) abbatem fratresque Casinenses de ecclesia Cinglensi reinvestiri faciat. Quod nisi infra 20 dierum terminum „in aliis litteris" (cp. 6979) constitutum, fecerit, fore ut excommunicetur. Neues Archiv IV. 406. — „Quia beati Petri". |
| | | 6981 (5095) Ottoni archiepiscopo et clero populoque Capuano interdictum Cinglensi ecclesiae et monasterio S. Mariae impositum, abbatissamque A(lpheradam) deiectam atque excommunicatam nunciat. Gattula Hist. Cas. p. 49, Migne 163 p. 1249. — „Noverit dilectio vestra". |
| Aug. 26. | Laterani | 6982 (5166) Iohanni, episcopo Glasguensi, scribit, se „Alexandri regis Scotorum precibus inclinatum, ei aliquanti temporis inducias dedisse, quatenus infra praefixi diei terminum ad obedientiam T(hurstani) Eboracensis archiepiscopi rediret"; sed relatum sibi esse, eum archiepiscopi obsequium omnino subterfugere. Praecipit, ut intra dies 30 officium praestet. Monast. Anglic. III. 145 (et 146), nov. ed. VIII. 1187, Haddan and Stubbs Councils II. I. 22, Migne 163 p. 1302. — „Multis dilecti" („Dilecti filii"). |
| | Velletri (?) | 6983 Monasterium SS. Iohannis et Pauli Casae Marii tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Petro abbate. (Bullae clausula valde depravata est.) Pflugk-Harttung Acta II. 234. — „Ad huius apostolicae". |
| Sept. 16. | Verulis | 6984 (5096) Monasterii Casinensis possessiones iuraque confirmat, petente Girardo abbate. Gattula Hist. Cas. p. 335, Margarini Bull. Cas. I. 13, Migne 163 p. 1250. Cf. Robert Etude p. 104. — „Omnipotenti Deo". |
| „ 18. | Anagniae | 6985 (5097) Monasterium S. Salvatoris Lutevense tuendum suscipit, et eius bona ac iura confirmat, petente Augerio abbate. Gall. Chr. VI. Instr. p. 277, Migne 163 p. 1254. — „Religiosis desideriis". |
| „ 23. | | 6986 H(enrico) Romanorum imperatori augusto concedit: „electiones episcoporum et abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertineant, in praesentia eius fieri absque symonia et aliqua violentia; . . . . Electus autem regalia absque omni exactione per sceptrum ab eo recipiat et, que ex his iure ei debeat, faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus infra sex menses regalia absque omni exactione per sceptrum ab eo recipiat et, que ex his iure ei debeat, faciat; exceptis omnibus, que ad Romanam ecclesiam pertinere noscantur". Contra resistentes auxilium pollicetur. Henrico et omnibus tempore discordiae eum secutis „veram pacem dat". Ekkehardi Chron. 1122 in MG. SS. VI. 260, Anselm. Gembl. ibid. p. 378, (MG. LL. II. 75, Watterich II. 149). Cf. Giesebrecht III. 1224 et Sickel-Bresslau in Mittheil. des Inst. f. österr. Gesch. VI. 105. — „Ego Calixtus". |
| („) | („) | 6987 (5098) *T(arasiae) reginae Portugalensi praecipit, ut quem ceperit, Pelagium, archiepiscopum Bracarensem, „usque ad proximum b. Iacobi apostoli et Thomae festum liberum cum hominibus et rebus suis quietumque dimittat, alioquin ex tunc in eam et fautores eius excommunicationis sententiam dat et in tota terra eius divina officia praeter infantium baptisma et morientium poenitentias interdicit". Vide Calixti epist. in Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 380, Migne 163 p. 1255. |
| „ 24. | „ | 6988 (5099) D(idaco), archiepiscopo Compostellano, mandat, hortetur T(arasiam), reginam Portugalensem, ut P(elagium) archiepiscopum Bracarensem secundum litteras suas e custodia dimittat. Quod nisi statuto tempore fecerit, reginae excommunicationem terraeque eius interdictum promulgari iubet. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 380, Migne 163 p. 1255. — „Pervenit ad nos". |
| Oct. 6. | Albe | 6989 Ecclesiae S. Audomari patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Otgero praeposito. Robert Etude app. p. 75, Duchet et Giry Cart. de l'égl. de Terouane p. 8. — „Commisse nobis apostolice". |
| „ 13. | „ | 6990 Monasterii Andrensis tutelam suscipit, et possessiones iuraque confirmat, petente Rainaldo abbate. (Notas temporis affert Robert Etude p. 105.) D'Achery Spicil. II. 797, Migne 163 p. 1301. — „Iustis votis assensum". |
| „ 21. | Laterani | 6991 (5100) Petro, creato abbati Cluniacensi, gratulatur. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 79, Bouquet Rec. XV. 246, Migne 163 p. 1256; Doniol Cart. de Sauxillanges p. 618, Mon. pont. Arverniae p. 171, ubi epistola „abbati Celsiniacensi" inscripta est. — „Filiorum nostrorum". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1122.** *(Ind. 15. — l. Sept. — 1, pont. a. 3. — 9. Febr. — 4.)* |
| Oct. 21. | Laterani | 6992 (5101) Monachos Cluniacenses de captis detrimentis consolatur. Petrum electum abbatem probat. Monet, ne quis „occassione Pontii olim abbatis audeat scandalum suscitare; nam ipse" inquit „monasterium ipsum per quamdam virgam b. Petro absque ulla recuperationis spe in perpetuum refutavit". Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 79, Bouquet Rec. XV. 247, Migne 163 p. 1256: „XII. kal. Nov."; Doniol Cart. de Sauxillanges p. 617: „XI. kal. Nov.". — „Quia nos in pastorem". |
| Nov. 12. | „ | 6993 (5102) Monasterii b. Martini Bernriedensis rogatu Othonis praepositi, tutelam suscipit, bona confirmat, iura statuit, ea conditione, ut fratres tertio quoque anno „albam cum cingulo et amictu beato Petro in Lateranensis palatii capella persolvant". Hund II. 149, Mon. Boic. VIII. 319, Mansi XXI. 211, Cocqu. II. 181, Migne 163 p. 1257. — „Religiosis desideriis". |
| „ 22. | „ | 6994 (5103) Monasterii S. Eustachii (Nervesini) possessiones et privilegia, rogatu Gerberti abbatis, confirmat, imposito monachis sex solidorum denariorum Venetorum censu annuo. Muratori Ant. It. V. 815, Migne 163 p. 1258. — „Officii nostri". |
| Dec. 13. | „ | 6995 (5104) Heinrico, glorioso Romanorum imperatori augusto, gratulatur, quod „nunc tandem ad ecclesiae gremium" redierit. Legatos suos apud eum morantes commendat. Imperatorios legatos ad sese mitti vult „ita instructos, ut iuxta promissum regalia in integrum ecclesiae Romanae restituant". Gratias agit „pro nepote suo, (Stephano) Metensi episcopo". Cocqu. II. 180, Watterich II. 150, Mansi XXI. 280, Migne 163 p. 1260. — „Omnipotenti Domino". |
| „ 28. | „ | 6996 (5105) Monasterii S. Mariae Pineroliensis possessiones quasdam confirmat, petente Dalmatio abbate. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 754. — „Iustis votis". |
| „ 28. | „ | 6997 (5105a) Monasterii S. Mariae Pineroliensis libertatem et privilegia confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 756. — „Cum universis". |
| | | **c. 1122.** |
| | | 6998 (5106) *(Ottoni) archiepiscopo Capuano mandat, ut a clericis, qui monasterium Capuanum, Casinensibus monachis subiectum, iniuriis affecerint, poenas petat. Vide Petri mon. Cas. L. IV. c. 72 in MG. SS. VII. 799. |
| | | **1120—1123.** |
| Dec. 24. | Laterani | 6999 (5107) Berengario, episcopo Foroiuliensi, mandat, compellat Troandum militem, ut monasterio Lerinensi ablatam villam restituat. De Adelberto et Raimundo, qui eandem villam combusserint, poenas peti vult. Barralis Chronologia sanctorum II. 159, Bouquet Rec. XV. 247, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 306, Migne 163 p. 1261. — „Filius noster Petrus". |
| („) | „ | 7000 Petro, episcopo Niciensi, commendat abbatem Lerinensem eiusque fratres. Monet, ut a suis clericis ecclesiam S. Torpetis restitui iis iubeat. Barralis Chronol. sanct. II. 158, Robert Etude app. p. 117, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 305. — „Dilectus filius noster". |
| „ 27. | „ | 7001 O(lrico) archiepiscopo Mediolanensi „de personae eius incolumitate et statu ecclesiae ei commissae gratulatur". Addit haec: „Super controversia inter canonicos et monachos S. Ambrosii habita, si qua per laicalem manum scripta sine auctoritate tua contra ius et contra ecclesiae Romanae privilegia facta vel contracta pacta noscuntur, ea in irritum ducimus". Clerum et populum Mediolanensem salutat. Sormanus In causa praeeminentiae p. 63; Pflugk-Harttung Acta II. 234, ubi haec epistola, nescio qua ratione, anno 1122 ascribitur. — „De persone tue". |
| | | **1121—1123.** |
| Ian. 25. | Laterani | 7002 (5158) C(onrado) archiepiscopo Salzburgensi commendat A. presbyterum, ab (Herimanno) episcopo Augustensi ordinatum. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 388, (Mansi XX. 1228, Migne 163 p. 1304). — „Frater iste". |
| | | **1122—1123.** |
| | | 7003 Ecclesiae S. Petri de Valeriis, a loci dominis b. Petro traditae, possessiones et privilegia, petente Giraldo priore, ea lege confirmat, ut quinque solidi denariorum Lucensium annuatim Lateranensi palatio persolvantur. Robert Etude app. p. 107. — „Apostolicae sedis auctoritate". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1123.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 4. — 9. Febr. — 5.)* |
| Ian. 1. | In ecclesia S. Mariae trans Tyberim | sacra procurat. Vide Notas Romanas 1123, MG. SS. XIX. 273: „statio diei octavi natalis Domini". |
| „ 3. | Laterani | 7004 Praeceptum suum de destruendis molendinis, a fratribus S. Sophiae (Beneventanis) in loco Ponticelli constructis, revocat ac Gelasii II. privilegium super aqua fluvii Caloris (supra 6643) confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 235. — „Cum Beneventi". |
| „ 8. | | 7005 (5108) *Xenodochii S. Iohannis Hierosolymitani possessiones et privilegia confirmat. Bosio Ist. della mil. di S. Gio. I. 48. |
| „ 15. | Romae ap. S. Petrum | 7006 Monasterii Calmosiacensis possessiones et iura, petente Sehero abbate, ea lege confirmat, ut fratres „sacerdotalem stolam unam singulis bienniis Lateranensi palatio persolvant". Robert Etude app. p. 79. — „Religiosis desideriis". |
| „ 28. | Romae | Ecclesiam S. Agnetis dedicat. Vide titulum in Baronii Annal. 1123 n. III. et ap. Forcella Iscrizioni IX. 51. |
| „ 31. | Laterani | 7007 Monasterium Aquicinctense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Alviso abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 121. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| | | 7008 (5109) *Monachos Casinenses hortatur, ut Oderisio electo abbati pareant. Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 78. p. 802. |
| Febr. 5. | „ | 7009 Monasterii S. Silvini Alciacensis patrocinium suscipit ac possessiones confirmat, petente Oddone abbate. Bétencourt Cartul. de S.-Silvin p. 44, Cardevacque L'abbaye d'Auchy-les-Moines p. 191, (Pflugk-Harttung Acta I. 123). — „Officii nostri nos hortatur". |
| „ 5. | „ | 7010 Monasterii Marcianensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Amando abbate. Robert Etude app. p. 82. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 6. | „ | 7011 *Guillelmo, abbati Maioris-monasterii, bullam tribuit. Robert Etude p. 107. |
| „ 10. | „ | 7012 (5110) Monasterii S. Euphemiae, in latere montis qui Dignus dicitur siti, possessiones confirmat, privilegiaque constituit, petente Petro abbate. Margarini Bull. Cas. II. 136, Migne 163 p. 1262. — „Divinis praeceptis". |
| „ 10. | „ | 7013 (5111) Ecclesiae S. Mariae Carpensis, ab Astulpho Longobardorum rege conditae, libertatem, possessiones, privilegia confirmat. Muratori Ant. It. V. 821, Tiraboschi Mem. Mod. II. 95, Migne 163 p. 1263, (Maggi Mem. ist. di Carpi p. 14). — „Commissa nobis". |
| „ 17. | „ | 7014 Monasterii S. Martini Savigneiensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Pontio abbate. Bernard Cartul. de Savigny I. 475, Robert Etude app. p. 86. — Religiosis desideriis". |
| „ 19. | „ | 7015 Omnes fideles hortatur, ne offendant eos, qui monasterium Savigneiense tribus diebus ante festum S. Martini totidemque diebus post festum adierint. („XI. kal. Mart.") Bernard Cart. de Savigny I. 477; Robert Etude app. p. 123, ubi clausula corrigenda et nota delenda est. — „Venerabilia et Deo". |
| „ 19. | „ | 7016 (5112) Ecclesiae S. Rudperti Salzburgensis disciplinam canonicam, a Chunrado archiepiscopo institutam, possessionesque confirmat, bulla ad Hermannum praepositum. Hansizii Germ. Sacr. II. 942, Migne 163 p. 1265. — „Iustis (lege: Austri) terram inhabitantibus". |
| „ 19. | „ | 7016a I(ohanni) episcopo Nemausensi mandat, ut pacta, inter R(aimundum) quondam episcopum Nemausensem et F(ulconem) abbatem Psalmodiensem olim de redditibus et oblationibus ecclesiarum quarundam facta, conservare studeat. Misit Ul. Robert. — „Domini predecessoris nostri". |
| „ 19. | „ | 7016b Monasterio Psalmodiensi concessam a Gelasio II. ecclesiam S. Silvestri de Telliano confirmat, petente Bertramno abbate. Misit Ul. Robert. — „Apostolice memorie predecessorem". |
| „ 20. | „ | 7016c Monasterii Psalmodiensis possessiones et privilegia, rogatu Bertramni abbatis, confirmat. Misit Ul. Robert. — „Cum universis ecclesiis". |
| „ 26. | „ | 7017 (5113) Ecclesiam S. Caesarii Wilzacarensem tuendam suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, ea lege ut canonici bisantium aureum quotannis palatio Lateranensi persolvant. Muratori Ant. It. V. 257, Migne 163 p. 1266. — „Officii nostri". |
| „ 27. | „ | 7018 Girardo praeposito et fratribus ecclesiae S. Ambrosii Mediolanensis asserit oblationes maioris altaris et ceterorum ecclesiae altarium. Sormanus In causa prae- |

**1123.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 4. — 9. Febr. — 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | eminentiae p. 63; Pflug-Harttung Acta II. 235, ubi nota 5 delenda est. — „Dominus praedecessor noster". |
| Mart. 6. | Laterani | 7019 (5114) Monasterii S. Mariae Vangadiciensis possessiones et privilegia confirmat, petente Litaldo abbate. Mittarelli Ann. Cam. III. append. p. 292, Migne 163 p. 1267, (Gloria Cod. dipl. Pad. I. 110). — „Officii nostri". |
| „ 6. | „ | 7020 (5115) D(idaco) archiepiscopo Compostellano scribit, se ex episcopi Lucensis nunciis comperisse, eum in legatione apostolicae sedis exercenda ab improbis quibusdam impediri. Quapropter ei legationem iterum asserit. (Clausula est: „Data ap. Later. II. Non. Mart.; scripta p. m. Ugonis subdiaconi", quem bullas dare solitum esse supra p. 781 demonstravimus.) Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 385, Migne 163 p. 1269. — „Perspectis Lucensis". |
| „ 6. | „ | 7021 (5116) Ecclesiam S. Mariae Cremonensem tuendam suscipit, canonicorumque bona ac privilegia confirmat. Muratori Ant. It. V. 247, Migne 163 p. 1269. — „Officii nostri". |
| | | 7022 *Monasterii S. Petri Cremonensis possessiones et privilegia confirmat. Pennotti Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 637, ed. Colon. p. 656. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 15. | „ | 7023 Monasterii SS. Iustinae et Prosdocimi Patavini protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Benzone abbate. Dondi Dissertazioni IV. docum. p. 78, Gloria Cod. dipl. Pad. I. 112. — „Apostolicae sedis auctoritate". |
| „ 16. | „ | 7024 (5117) Monasterii Lenensis tutelam suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Tebaldo abbate. Zaccaria Della badia di Leno p. 111. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 18. | „ | 7025 Canonicorum Mimatensium disciplinam, possessiones, privilegia confirmat. Robert Etude app. p. 88. — „Pie voluntatis affectus". |
| „ 18. | Romae in ecclesia Lateranensi | Concilii generalis initium. Cf. supra ep. 6977. Chronica de Mailros 1123 ap. Fell R. Angl. SS. p. 164, ed. Stevenson p. 67: „Calixtus papa tenuit Romae concilium XV. kal. Apr.". Bern. Guid. Vit. Calixti ap. Muratori R. It. SS. III. I. 421: „anno d. 1124 (leg. 1123) XV. kal. Apr. celebrata est magna synodus Romae". |
| „ 19. | Laterani | 7026 (5118) Theobaldi Blesensium comitis decretum de regularibus canonicis substituendis in locum secularium canonicorum ecclesiae b. Mariae Blesensis comprobat, bulla ad Stephanum abbatem. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 421, Migne 163 p. 1271. — „Bonis religiosorum". |
| „ 26. | „ | 7027 (5119) Monachorum Usenhovensium transmigrationem in monasterium Schirense probat. Monasterii huius protectionem suscipit, bona confirmat, iura constituit, petente Brunone abbate. Mon. Boic. X. 447, Hund III. 310, Migne 163 p. 1272. — „Omnibus nos debitores". |
| „ 27. | In ecclesia Lateranensi | Concilium generale, in quo edicunt 1) ne quis „per pecuniam in ecclesia Dei ordinetur vel promoveatur"; 2) ne „a suis episcopis excommunicati, ab aliis episcopis abbatibus et clericis in communionem recipiantur"; 3) ne quis, „nisi canonice electus", episcopus consecretur; 4) ne quis „archidiaconus, aut archipresbyter, sive praepositus, vel decanus, animarum curam vel praebendas ecclesiae sine iudicio vel consensu episcopi alicui tribuat"; 5) „ordinationes, quae a Bordino haeresiarcha, postquam a Romana ecclesia sit damnatus, quaeque et a pseudoepiscopis, per eum postea ordinatis, factae sint, esse irritas iudicant"; 6) sanciunt haec: „nullus in praepositum, nullus in archidiaconum ordinetur, nullus in decanum (?), nisi presbyter vel diaconus ordinetur"; 7) „presbyteris, diaconibus et subdiaconibus concubinarum et uxorum contubernia interdicunt, et aliarum mulierum cohabitationem praeter matris, sororis, amitae, materterae, aut alius huiusmodi, de quibus nulla iuste valeat oriri suspicio"; 8) statuunt, „ut laici nullam de ecclesiasticis rebus aliquid disponendi habeant facultatem"; 9) principes et alios laicos, si „dispositionem seu dominationem vel possessionem ecclesiasticarum rerum sibi vindicaverint", pro sacrilegis haberi iubent; 10) consanguineorum matrimonia vetant; 11) „Beneventum, b. Petri civitatem, invadi aut violenter teneri" vetant; 12) „iis, qui Hierosolymam proficiscuntur et ad christianam gentem defendendam efficaciter auxilium suum praebuerint", peccatorum veniam concedunt, eorumque „domos, familias atque omnia bona" violari vetant; 13) „eos, qui vel pro Hierosolymitano vel pro Hispanico itinere cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur et postea dimisisse, cruces iterate assumere et viam ab instanti pascha usque ad pro- |

**1123.** (*Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 4. — 9. Febr. — 5.*)

ximum pascha sequens" iubent; 14) „Porticanorum habitatorum sine heredibus morientium bona" invadi vetant: 15) „oblationes de altari b. Petri, et Salvatoris, et S. Mariae rotundae, ecclesiae S. Nicolai Barensis, S. Aegidii sive de aliis omnium ecclesiarum altaribus sive crucibus, a laicis auferri" vetant; 16) homines falsae monetae noxios et 17) eos, qui „Romipetas et peregrinos apostolorum limina et aliorum sanctorum oratoria visitantes, capere seu spoliare, et mercatores novis teloniorum et pedaticorum exactionibus molestare praesumpserint", excommunicari iubent; 18) „unctiones et visitationes infirmorum et publicas missas monachis interdicunt"; 19) „die resurrectionis leviticam et sacerdotalem fieri ordinationem" iubent et 20) „ut mane dominico, continuato ieiunio sabbati, possit fieri ordinatio", permittunt. Concilii canones in MG. Leg. II. 182, cf. Mansi XXI. 301: „anno 1123, ind. I., VI. kal. Apr."; cf. ibid. p. 282. (De alio quodam Calixti concilio dici ap. Landulfum de S. Paulo c. 50 in MG. SS. XX. 43, recte monet Mansi l. l. p. 298. Vide infra p. 818.)

In eodem concilio constituunt 21) de treuga non diffringenda; 22) de presbyteris per episcopos in parochialibus ecclesiis constituendis; 23) „servitium, quod monasteria aut eorum ecclesiae a tempore Gregorii VII. episcopis fecere, concedunt; possessiones ecclesiarum et episcoporum tricennales, abbates vel monachos habere omnimodis prohibent"; 24) „ecclesias cum bonis suis, tam personis, quam possessionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conversos, aratores quoque tutos et sine molestia esse statuunt"; 25) „alienationes, quae specialiter per Ottonem, Guidonem, Hieremiam seu forte Philippum ubilibet de possessionibus Ravennatis exarchatus factae sunt, damnant; generaliter autem omnium per intrusionem seu canonice electorum alienationes quocumque modo factas, nec non personarum ordinationes, ab eisdem sine communi consensu clericorum ecclesiae, sive per simoniam itidem factas, irritas iudicant". Vide Mansi XXI. 284, can. XIII., XVIII., XIX., XX., XXII., cf. ibid. p. 299.

In eodem concilio iudicant inter Pisanos et Ianuenses, de episcoporum Corsicanorum consecratione litigantes. Cafari Annal. in MG. SS. XVIII. 16. Cf. infra bullam 7056.

In eodem concilio statuitur, „ut Casinense coenobium cum omnibus attinentiis suis ab omnium mortalium iugo quietum semper et liberum manere et sub solius s. Rom. ecclesiae iure defensioneque perpetua maneat." Vide Chron. mon. Cas. L. IV. c. 78 in MG. SS. VII. 803.

In eodem concilio („in Lateranensi ecclesia Salvatoris") controversia inter Gualfredum Senensem et Guidonem Aretinum episcopos super 18 plebibus litigantes tractatur. Vide bullas ap. Pflugk-Harttung Acta II. 244. 245.

In eodem concilio Gualterium, archiepiscopum Ravennatem, de (Landulfi) episcopi Ferrariensis obedientia revestit. Vide infra ep. 7144.

In eodem concilio Novo-monasterio Pictavensi adiudicant ecclesiam de Magnetio super Ausantiam, a fratribus Burguliensibus vindicatam. Vide infra ep. 7037a.

Mart. 28. | Laterani | 7028 (5120) In generali concilio Chonradum, olim episcopum Constantiensem, sanctorum ordinibus ascribit. Duemgé Reg. Bad. p. 127, Mansi XXI. 289, Migne 163 p. 1273. — „Fratres vestri, quos".

„ 28. | „ | 7029 (5121) Girberto episcopo obedire omnes ad sedem Parisiensem pertinentes clericos et abbates iubet. Decernit, „ut si aliquis ecclesiae Parisiensis clericus ad episcopatus fuerit honorem promotus et alterius ecclesiae gubernacula beneficiaque susceperit, illius, de qua assumptus est, ecclesiae privetur canonica". Baluzii Misc. III. 14, Theodori Poenitentiale II. 616, Bouquet Rec. XV. 248, Mansi XXI. 210, Migne 163 p. 1274. — „Apostolicae administrationis".

„ 29. | „ | 7030 Iudithae, abbatissae Romaricensi, adiudicat occupatas a Theoderico duce eiusque subadvocatis possessiones quasdam et redditus, de quibus iam Gisela, quondam abbatissa, ab Henrico imperatore reinvestita erat. Guinot L'abbaye de Remiremont p. 397, Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 253, Robert Etude app. p. 91. — „Pervenit ad aures".

„ 30. | „ | 7031 (5122) Ex concilii generalis sententia decernit, ut monachi S. Macharii Burdigalenses ad obsequium Andronis, monasterii S. Crucis abbatis, revertantur, baculumque pastorale, quod a legato suo Gerardo, episcopo Engoslismensi, fraude impetraverint, frangatur. Gall. Chr. II. Instr. p. 312, Cocqu. II. 183. — „Inter vos et".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1123.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 4. — 9. Febr. — 5.)* |
| Mart. 30. | Laterani | 7032 (5123) Monasterii S. Bertini Sithiensis tutelam suscipit, et privilegia quaedam confirmat, petente Lamberto abbate. Collection des Cartulaires III. 262, Migne 163 p. 1275. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 30. | „ | 7033 (5124) Iohannem, Morinorum episcopum, hortatur, ut monasterii S. Bertini Sithiensis possessiones tueatur, prospiciatque, „ut (Lamberti) abbatis erogatio penes Alchiacum de praefato monasterio fiat". Collection des Cartulaires III. 294, Migne 163 p. 1276. — „Beati Bertini". |
| „ 30. | „ | 7034 (5125) Monasterio S. Crucis Burdigalensi ecclesiam S. Macarii asserit, bulla ad Andronem abbatem. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 98, Migne 163 p. 1276. — „Inter vos et". |
| „ 31. | „ | 7035 (5126) Augustensibus praecipit, ut (Hermanno) episcopo, Roma revertenti, studiosissime obsequantur. Khamm Hier. August. I. [P. I. Cath.] 198, (MG. SS. XII. 430, Migne 163 p. 1277). — „Dilectus frater noster". |
| „ 31. | „ | 7036 A(dalberto), archiepiscopo Moguntino, ap. sed. legato, commendat Hermannum, episcopum Augustensem. Gebele Hermann v. Augsb. p. 112. — „Frater noster". |
| „ 31. | „ | 7037 Novum-monasterium S. Iohannis Evangelistae tuendum suscipit, bonaque eius confirmat. Robert Etude app. p. 92. — „Officii nostri nos". |
| „ 31. | „ | 7037a Sententiam, qua in concilio Remensi Novo-monasterio Pictaviensi ecclesia de Magnetio super Ausantiam, a fratribus Burguliensibus vindicata, addicta erat, bulla ad Marcherium Novi-monasterii abbatem confirmat. Misit Ul. Robert. — „Iustis votis". |
| „ 31. | „ | 7038 (5127) Ecclesiae Monopolitanae libertatem et possessiones, petente Nicolao episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 963, Migne 163 p. 1277: „II. kal. Apr." (pro quo in Bull. Taurin. II. 330 perperam notatur: „XI. kal. Apr." Cf. infra notam meam ad 7145). — „Sicut iniusta". |
| | („) | 7039 (5128) Hamburgensibus commendat Adelberonem archiepiscopum, a sese consecratum, pallioque donatum. Lappenberg Hamb. Urk. I. 126, Migne 163 p. 1278. — „Desideriis vestrae dilectionis". |
| | („) | 7040 *Henrico imperatore (petente), ecclesiae Hamburgensis ius metropolitanum „super Danos et Suethos et Norwegos et Seridevingos" confirmat eique liberam praedicandi licentiam tribuit, „quousque terra ad Oceanum versus partes illas extenditur". Vide Annal. Patherbrunn. 1123 p. 143; Lappenberg Hamb. Urk. I. 125. |
| Apr. 1. | „ | 7041 Senebaldo, episcopo Patavino, possessiones quasdam asserit. Dondi Dissertazioni IV. docum. p. 80, Gloria Cod. dipl. Pad. I. 113. — „Potestatem ligandi atque". |
| „ 1. | „ | 7042 Ecclesiae Patavinae tutelam suscipit clericorumque bona confirmat. Dondi Dissertazioni IV. doc. p. 82 et V. doc. p. 12, Gloria Cod. dipl. Pad. I. 114. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 1. | „ | 7043 Monasterii Clusini tutelam suscipit libertatemque ac privilegia confirmat, petente Hermengaudo abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 237. — „Cum ecclesiis omnibus". |
| „ 1. | „ | 7044 Monasterii Gellonensis patrocinium suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Robert Etude app. p. 94, (Fragmentum huius bullae ibid. p. 109). — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 2. | „ | 7045 (5129) Petrum, ex episcopo Scyllacino Panormitanum archiepiscopum factum, pallio ornat. Ecclesiae possessiones ac iura confirmat. Pirri Sic. sacr. I. 82, Cocqu. II. 184, Migne 163 p. 1279. — „Iustis votis". |
| „ 2. | „ | 7046 (5130) Monasterii Senoniensis possessiones et privilegia confirmat, petente Antonio abbate. Robert Etude append. p. 96, (Gall. Chr. XIII. Instr. p. 488, Migne 163 p. 1280). — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 3. | „ | 7047 (5131) Reginsdorfense, Michaelfeldense, Ensdorfense, Uraugiense et Pruefeningense monasteria, ab Ottone episcopo constructa ecclesiaeque Bambergensi collata, tuenda suscipit eorumque possessiones confirmat. Mon. Boic. XXIV. 10, Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 72, (Fragm. ap. Giesebrecht IV. 519, Herbordi Dialog. in MG. SS. XII. 762, ibid. XX. 710, ap. Jaffé Bibl. V. 718, Monachi Priefl. Vita Ott. in MG. SS. XII. 887, Mansi XXI. 193, Migne 163 p. 1281). — „Bonis fratrum". |
| „ 3. | „ | 7048 (5132) Monasterium S. Benedicti Cremense, coenobio Casinensi subiectum, tuendum suscipit, ac bona eius confirmat, petente Viviano praeposito. Gattula Hist. Cas. p. 285, Migne 163 p. 1281. — „Religiosis desideriis". |

**1123.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 4. — 9. Febr. — 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 3. | Laterani | 7049 (5133) Parthenonem S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensem tuendum suscipit, eiusque possessiones ac privilegia confirmat, petente Ermengarda abbatissa. Margarini Bull. Cas. II. 137, Migne 163 p. 1283. — „Quae a praedecessoribus". |
| „ 3. | „ | 7050 Monasterii SS. Faustini et Iovitae Brixiensis possessiones et privilegia confirmat, bulla ad Olricum abbatem. (De fide bullae non videtur dubitandum.) Pflugk-Harttung Acta II. 236. Cf. Odorici Storie Bresciane V. 90. — „Quae a religiosis". |
| „ 3. | „ | 7051 (5134) Ecclesiae S. Deodati possessiones confirmat, bulla ad Albertum praepositum. Sommier Hist. de l'égl. de S. Diez p. 377, Trouillat Mon. de Bâle I. 241, Migne 163 p. 1284. — „Venientes ad nos". |
| „ 3. | „ | 7052 Ecclesiae Paterniacensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Poncio, abbate Cluniacensi. Zeerleder Urk. für Bern I. 65. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 4. | „ | 7053 (5135) Monasterio S. Gisleni asserit altaria nonnulla a Burcardo, episcopo Cameracensi, concessa. Reiffenberg Monuments VIII. 348. — „Omnibus ecclesiis et". |
| „ 5. | „ | 7054 (5136) Altari ecclesiae S. Stephani Metensis beneficia quaedam ab episcopis collata asserit, bulla ad Alberonem archidiaconum et thesaurarium. Meurisse Hist. de Metz p. 414, Migne 163 p. 1285. — „Quae a fratribus". |
| „ 6. | „ | 7055 (5137) Inter ecclesias S. Iohannis et S. Stephani Vesontionenses controversiam diiudicat. „Privilegium de maternitate", a Paschali II. canonicis S. Stephani datum, Anserico archiepiscopo vel episcopo Lausannensi tradi iubet. Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 389, Persan Recherches p. 365, Mansi XXI. 202, Cocqu. II. 186, Migne 163 p. 1286. — „Discordiam, quae". |
| „ 6. | „ | 7056 (5138) Ecclesiae Pisanae de consecratione episcoporum Corsicanorum privilegium testatur ultimo concilii Lateranensis die damnatum esse. Ughelli It. sacr. IV. 855, Mansi XXI. 290, Cocqu. II. 184, Hist. Patr. Mon. Libr. iur. Gen. I. 23, Migne 163 p. 1287. — „Quot mutationes". |
| „ 6. | „ | 7057 P(etro) abbati et fratribus S. Petri Montis-maioris ecclesiam S. Mariae, a Rostagno quondam episcopo Avenionensi donatam, et decimas quasdam asserit. Robert Etude app. p. 119. — „Quae religionis et". |
| „ 7. | „ | 7058 (Fulconi) archiepiscopo Aquensi praecipit, ut ab infestatione monasterii Montis-maioris desistat. Addit de controversia eius cum (Attone) archiepiscopo Arelatensi. (Fragmentum.) Robert Etude app. p. 120. — „Fratrum Montis-maioris". |
| „ 8. | (Romae) | 7059 Udalricum, abbatem Fuldensem, consecrat „die festo palmarum". Brower Fuldens. Antiquit. p. 297 ex fonte adhuc incognito. Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 490, Forsch. z. d. Gesch. XIX. 437. (Verumne sit privilegium, quod papa Udalrico tribuisse dicitur ap. Brower l. l., non diiudicem, cum monasterium Fuldense falsariis minime caruisse constet.) |
| „ 9. | Laterani | 7060 Monasterii S. Petri Montis-maioris possessiones confirmat, privilegia statuit, eique censum annuum quatuor solidorum Merguliensis monetae iniungit. Robert Etude app. p. 99. — „Piae voluntatis affectus". |
| „ 10. | „ | 7061 (5139) Litteris ad Petrum, episcopum Segoviensem, pristina ecclesiae eius, Saracenis ereptae, iura restituit, petente „nepote suo rege Illefonso". Colmenares Hist. de Segovia p. 110, Migne 163 p. 1290. — „Cunctis sanctorum". |
| „ 10. | „ | 7062 Monasterii Beccensis tutelam suscipit ac possessiones, petente Guillelmo abbate, confirmat. Robert Etude app. p. 102. — „Piae (postulatio voluntatis) effectum". |
| „ 11. | „ | 7063 (5140) Monasterio S. Victoris Massiliensi, petente Rodulfo abbate, asserit monasterium S. Salvatoris Quiriacense. Privilegia huius confirmat. Coll. des Cartulaires IX. 242, (Hist. de Languedoc II. Pr. p. 424, nov. ed. V. 907, Migne 163 p. 1291. — „Apostolicae sedis". |
| „ 15. | „ | 7064 (5141) Ecclesiae Papiensis privilegia, petente Bernardo episcopo, confirmat. Spelta Hist. di Pavia p. 287, Capsoni Origine p. 55, Migne 163 p. 1292. — „Iustis votis". |
| „ 15. | „ | 7065 Guidoni decano, Radulfo archidiacono et ceteris ecclesiae Laudunensis canonicis asserit villam suburbii Laudunensis, quae Vallis dicitur, et villam S. Marcelli, ac censum a macellariis et piscium venditoribus de stationibus suis reddendum. Capituli privilegia et possessiones confirmat. Robert Etude app. p. 104. — „Officii nostri auctoritas". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1123.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 4. — 9. Febr. — 5.)* |
| Apr. 18. | Laterani | 7066 B(artholomaeo) episcopo et clericis Laudunensibus scribit, ne rustici et homines ecclesiae a malefactoribus iniuste capiantur et „quolibet innocentibus ipsis imposito crimine per duella ei et eorum fideiussores ad redemptionem cogantur". Robert Etude app. p. 122, Pflugk-Harttung Acta I. 126. — „Sicut nostri officii". |
| „ 23. | „ | 7067 Ecclesiae S. Petri Triefensteinensis disciplinam regularem et possessiones confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Mone Zeitschrift f. Gesch. d. Oberrheins IV. 411. — „Praeceptum domini". |
| „ 26. | „ | 7068 (5142) Amedeo, episcopo Maurianensi, praeposituram ecclesiae S. Mariae Secusiensis ac de ipsa civitate Secusia ius parochiale concedit. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 751, Gall. Chr. XVI. Instr. 297. — „Omnium quidem". |
| „ 28. | „ | 7069 *Monasterii S. Ruffi possessiones confirmat. Gall. Chr. XVI. 359. (Tabula asservatur in arch. Valentinensis cod. 893.) |
| Mai. 6. | Romae | Ecclesiae S. Mariae in Cosmidin altare consecrat. Vide titulum ap. Muratori R. It. SS. III. I. 379 not. 15, in Baronii Annal. 1123 n. III. et IV, ap. Forcella Iscrizioni IV. 305 et 306. |
| „ 8. | Laterani | 7070 (5143) Monasterii S. Georgii Veneti libertatem, privilegia, possessiones rogatu Tribuni abbatis confirmat, imposito monachis aureorum duorum tributo annuo. Cornelii Eccl. Venet. VIII. 217, Ughelli It. sacr. V. 1204, Cocqu. II. 187, Migne 163 p. 1294. — „Piae postulatio". |
| „ 15. | „ | 7071 (5144) Monasterium S. Mariae Glastoniense tuendum suscipit, eiusque bona confirmat, petente Sigefrido Pelochino (?). Wil. Malmesb. de antiqu. Glast. eccl. ap. Gale Hist. Brit. SS. I. 334, Monast. Anglic. nov. ed. I. 36, Cocqu. II. 187, Migne 163 p. 1295. — „Religiosis desideriis". |
| „ 22. | „ | 7072 Monasterii Angeliacensis possessiones et iura, rogatu Henrici abbatis, confirmat. Statuit praeterea, ut obeunte vel absente episcopo Santonensi abbas Angeliacensis cum decanis et archidiaconis primum locum in electione habeat aut curam ecclesiae gerat. Pflugk-Harttung Acta II. 238. — „Iustis votis iustisque". |
| „ 25. | „ | 7073 Ecclesiae S. Davidis (Menevensis) possessiones confirmat, petente Bernardo episcopo. Haddan and Stubbs Councils I. 315. — „Iustis votis assensum". |
| | („) | 7074 Monasterium S. Edmundi ab omni saeculari potestate eximit eiusque possessiones ac iura confirmat. Statuit praeterea, ut „si locus in episcopatum fuerit commutatus, nullus ibi nisi monachus S. Edmundi in episcopum ordinetur". Qui devotionis causa ad monasterium accedant, eis 20 dies de iniuncta poenitentia relaxat. (Fragmentum.) Battely Antiqu. S. Edm. p. 65. |
| Iun. 7. | „ | 7075 Ecclesiae S. Mariae trans Tiberim tit. Calixti possessiones ac iura parochialia confirmat, petente Petro presbytero cardinali. Pflugk-Harttung Acta II. 239; Fragmentum in Dissert. d. pontif. acad. Romana XV. 217. — „Cum omnibus ecclesiis". |
| | „ | 7075a R(adulfo) archiepiscopo Remensi mandat, moneat (Robertum) episcopum Atrebatensem, ut ad sedem apostolicam accedat responsurus de eo, quod obedientiae, B(urchardo) episcopo Cameracensi debitae, se subtraxerat. (Cf. infra ep. 7143.) Misit Ul. Robert. — „Veniens ad nos". |
| | Magentiae | Annal. Ceccanenses 1123 in MG. SS. XIX. 282: „Calixtus papa iterum et iterum congregato exercitu post alia castra expugnavit, cepit Magentiam et Baro capite truncatus est uxorque illius et filii expositi, qui interfecerant apud Pipernum Crescentium, comitem domini papae. Idem fecit Aqueputiae". |
| | In Casinensi | monasterio. Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 80. p. 803. |
| Sept. 12. | Beneventi | 7076 (5145) Monasterii omnium sanctorum Barensis possessiones, libertatem, privilegia confirmat, petente Melo abbate. Ughelli It. sacr. VII. 618, Cocqu. II. 188, Migne 163 p. 1296. — „Sicut iniusta". |
| „ 30. | „ | 7077 (5146) Ludovico Francorum regi commendat P(etrum) presbyterum cardinalem, legatum suum. Reginam, Philippumque, regis filium, et Stephanum cancellarium salutat. D'Achery Spic. III. 478, Bouquet Rec. XV. 240, Mansi XXI. 210, Migne 163 p. 1297. — „Concessam tibi". |
| Oct. 7.? | „ | 7078 Ecclesiae Tricaricensis protectionem suscipit ac possessiones, petente Petro episcopo, confirmat. (In clausula „non. Oct." legendum videtur.) Zavarroni Esistenza append. p. 21. — „Aequitatis et iustitiae" |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1123.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 4. — 9. Febr. — 5.)* |
| Oct. 12. | Beneventi | 7079 (5147) Richardo, praeposito Springirsbacensi, et eius fratribus iura quaedam tribuit, et privilegium Remis datum (vide supra 6778) confirmat. Beyer M. U. I. 510. — „Religiosis desideriis". |
| Nov. 1. | ap. Montem Casinum | 7080 Monasterii Marceniensis tutelam suscipit, possessionesque et immunitatem confirmat, petente Amando abbate. (Aut bulla falsa aut pro „Conone ep. Praenestino" legendum in clausula est: „Guillielmus ep. Pr.") Le Glay Nouveaux Analectes p. 11, Duvivier Recherches p. 527, Robert Etude app. p. 110. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 1. | „ | 7081 Monasterii Formoselensis patrocinium suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Isaac abbate. Rec. de chroniques etc. de la Flandre occidentale, Chronicon Vormeselense p. 27. — „Equitatis et iusticie". |
| „ 3. | Ceperani | 7082 R(adulfo) archiepiscopo Remensi mandat, iudicet inter Marcenienses et Formoselenses canonicos, super decima de Reninga litigantes. Rec. de chroniques etc. de la Flandre occident., Chronicon Vormoselense p. 30. — „Controversiam, que inter". |
| „ 10. | Tarenti | 7083 (5148) Provinciae Vesontionensis episcopis suffraganeis et abbatibus ecclesiam S. Iohannis sedem episcopalem commendat. Addit, se S. Stephani canonicis praecepisse, ut „maternitatis privilegium", a Paschali II. acceptum, sibi redderent. Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 388, Mansi XXI. 202, Cocqu. II. 186, Bouquet Rec. XV. 241, Migne 163 p. 1298. — „Postquam nos". |
| „ 11. | in burgo S. Valentini | Vide bullam d. d. 1. Apr. 1124 ap. Pflugk-Harttung Acta I. 245. |
| „ 20. | Tarenti (?) | 7084 Parthenonis S. Petri Vicentini tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Merada abbatissa. Barbarano Hist. di Vicenza Lib. V. 271, ubi clausula haec est: „Dat. Laterani p. m. Almerici etc. XI. kal. Dec. (21. Nov.), Ind. XII, inc. a. 1123, p. a. V." Econtra inter Jaffei schedas argumentum huius bullae, quam saec. XV. copiatam ipse in tabulario Mediolanensi vidit, cum hac clausula reperi: „Datum Leterani (sic) p. m. Aimerici etc. XII. kal. Dec. (20. Nov.), Ind. II, inc. a. 1123, p. a. V." Pro „Laterani" vel „Leterani" legendum esse puto „Tarenti". (Cf. etiam Pflugk-Harttung Iter p. 830.) — „Aequitatis et iusticiae". |
| „ 29. | In burgo S. Fabiani | 7085 (5149) Archiepiscopum Bracarensem, et Colimbriensem, Portugalensem, Tudensem, Auriensem, Vallibriensem, Lucensem, Astoricensem, Avilensem, Salmanticensem episcopos, et abbates ac praepositos per Emeritanam et Bracarensem provincias constitutos hortatur, ut Didaco, archiepiscopo Compostellano, vicario suo, obediant. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 394, Migne 163 p. 1299. — „Antiqua sedis". |
| „ 29. | apud S. Flavianum | 7086 Ecclesiae S. Martini Yprensis possessiones quasdam confirmat, bulla Ylfrido praeposito inscripta. Les trois cart. de St.-Mart. à Ypres I. 6. — „Quecumque bona". |
| Dec. 3. | ap. Aquam pendentem | 7087 Canonicos S. Radegundis Pictavienses hortatur, ut S(arae) abbatissae S. Crucis eiusque sororibus debitum honorem exhibeant. Robert Etude app. p. 114. — „Abbatissa monasterii". |
| | | 7088 Monasterii S. Tiberii bona iuraque confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. (Fragmentum.) Robert Etude app. p. 115 et 116. — („Iustis votis assensum"). |

**1119—1124.**

7089 (5150) Episcopis, abbatibus, plebanis, canonicis ac capellanis et ceteris per Europam fidelibus nuncium R(aimundi), praepositi xenodochii Hierosolymitani, commendat. (Epistola scriptoris culpa depravata est, sed de fide eius non dubitaverim.) Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 390, Migne 163 p. 1299. — („Iustitiae ratio") „Latorem praesentium".

7090 (5151) Ecclesiae Bracarensis iura possessionesque confirmat, petente Pelagio archiepiscopo. Mansi XXI. 193, Aguirre Conc. V. 43, Migne 163 p. 1299. — „Bracarensem metropolim".

7091 (5154) Benedicto, episcopo Lucensi, et eius successoribus usum pallii concedit. Ughelli It. sacr. I. 819, Migne 163 p. 1300. — „Et charitatis".

7092 Ecclesiae Ariensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, Iohanne praeposito per Iohannem episcopum Morinensem petente. (Clausulam ab hac bulla alienam et ab alio nescio quo privilegio perperam huc allatam esse, manifestum est:

**1119—1124.**

neque vero bullam adulterinam esse censeo.) Rouyer Rech. sur S. Pierre d'Aire p. 249. — „Religiosis desideriis".

7093 Ecclesiae Magalonensis patrocinium suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gualterio episcopo. Monasterium Anianense debitam ei obedientiam exhibere iubet. Mém. de la soc. arch. de Montpellier V. 515. — „Et rationis ordo".

7094 Begonem abbatem et fratres Castrenses a Bertrammo episcopo Albiensi vel a successoribus eius excommunicari vel indebitis exactionibus aggravari vetat. Copiam bullae, in bibl. nat. Paris. Coll. Doat 117 fol. 56 asservatae, nobiscum communicavit Ulysse Robert. — „Quanto spiritualius".

7095 Monasterii S. Iohannis Montis-sancti protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Guillelmo abbate. Compositionem inter eum et ecclesiam Nugarolensem, a b. m. Austindo, archiepiscopo Ausciensi, et Bernardo, comite Tumbapalerio (Tumapalario) factam, approbat. Robert Etude app. p. 138. — „Sicut iniusta poscentibus".

7096 *Statuit, ut „Ascalona parochia Bethlemiticae subiecta permaneat ecclesiae". Ex bulla Clementis IV. d. d. 11. Mai. 1266 in L'Epoca (di Varazze), giorn. settim., 1874. I. n. 17. 19. 26, quam mihi misit comes Riant.

7097 Monasterii S. Salvatoris Schafhusensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia, rogatu Adelberti abbatis, confirmat, iniuncta fratribus unciae auri pensione annua. Pflugk-Harttung Acta I. 126, Quellen z. Schweizer Gesch. III. I. 90. — „Cum ex apostolice".

7098 Ecclesiam SS. Iohannis et Faustini de Elsa tuendam suscipit eiusque possessiones et iura, rogatu Teuzonis archipresbyteri, confirmat, tributo annuo 12 nummorum canonicis imposito. Pflugk-Harttung Acta II. 240. — „Officii nostri nos".

7099 Ecclesiae Antibarensis (antea: Diocletanae) iura metropolitana confirmat, ac Eliae archiepiscopo pallii crucisque praeferendae usum concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 242. — „Omnium ecclesiarum".

7100 *Radulfo, archiepiscopo Remensi, scribit de Balduino comite Flandrensi, qui iuramento pollicitus, sese neptim Clementiae comitissae Flandrensis in matrimonium ducturum esse, vilipenso iuramento Hiolendem, filiam Gerardi comitis Geldrensis, sibi copulaverit. Vide Herim. Libr. de rest. S. Mart. Torn. c. 33 in MG. SS. XIV. 287.

7101 Monasterii S. Ruffi (Avenionensis) ordinem vitae canonicae, a b. m. Pontio abbate institutum, corroborat. Catellan Antiqu. eccl. Valent. p. 309, teste Gall. Chr. XVI. 357.

7102 *Petrum, archiepiscopum Viennensem, admonet, ut ecclesiae Romanensis libertatem tueatur. Vide tabulam ap. Giraud L'abbaye de St.-Barnard I. Pr. p. 20.

7103 *Monasterii S. Sulpicii Bituricensis possessiones confirmat, petente Fulcone abbate. Robert Etude app. p. 134.

Mart. 9. | Laterani | †7104 Ecclesiae Wormatiensi donata ab Ottone rege bona quaedam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 124. — „Donationem karissimi".

†7105 H(enrico) Romanorum imperatori susceptam coronam gratulatur cumque monet, ut Christi fideles tueatur. (Dictamen fictum.) In bibl. nat. Paris. Recueil de lettres de Richard de Bury, évêque de Durham, ms. lat. nouv. acquis. 1266. f. 168. Cf. Neues Archiv IV. 621. — „Quia tuae nobilitatis".

†7106 P. archiepiscopum Metinensem (?), apost. sedis legatum, hortatur, ut populo sibi commisso sollerter invigilet. (Dictamen fictum.) In bibl. nat. Paris. Recueil de lettres de Richard de Bury, évêque de Durham, ms. lat. nouv. acquis. 1266. f. 169. Cf. Neues Archiv IV. 621. — „Cum totius ecclesiae".

†7107 B. archiepiscopum Coloniensem hortatur, „ut super fidelem populum assiduis admonitionibus invigilet, ut nomen Dei fideique virtus sincera de die in diem per doctrinae eius incrementum in adiacentibus eius praelationi regionibus sublimetur". (Dictamen fictum.) Codex Veterocell. Lipsiae Beda fol. 146. In schedis Soc. Mon. Germ. — „Cum totius ecclesiae".

†7108 Conventui Cluniacensi, Guillelmo patriarchae Ierosolymitano, Didaco archiepiscopo Compostellanensi mittit codicem continentem b. Iacobi miracula et historiam Karoli a b. Turpino archiepiscopo Remensi descriptam. Hortatur, ut diligenter ea legant. La Fuente Hist. eccl. de Esp. I. 296, Robert Etude app. p. 140, Chron. Albrici mon. Trium-font. in MG. SS. XXIII. 822. Cf. Paris De Pseudoturpino, Paris 1865, p. 5 et 30, Abel in Gött. Gel. Anz. 1866. p. 1295. — „Quoniam in cunctis" („Hanc beati Iacobi").

| | | |
|---|---|---|
| | | **1120—1124.** |
| Iun. 2. | Laterani | 7109 R(ainaldo), episcopo Andegavensi, monasterium S. Florentii Salmurense commendat. Mandat, cogat Arduinum S. Medardi et uxorem eius, ut monasterio pascua ablata restituant. (Fragmentum.) Robert Etude app. p. 139. — „Non latere vos". |
| Iul. 6. | Romae | 7110 (5156) A. priori S. Frigdiani Lucensi et eius fratribus commendat Blasium, eorum fratrem, ex ecclesia Lateranensi „pro temporis importunitate" ad eos revertentem. Baluzii Misc. IV. 587, Migne 163 p. 1303. (Prima verba ex integro epistolae textu mecum communicavit Ul. Robert.) — „Quod specialis b. Petri" („Fratrem vestrum"). |
| | | †7111 Omnes Christianos hortatur, ut Hispaniam et Hierosolymas e paganorum manibus eripiant. Crucem sumentibus peccatorum remissionem indulget. („Data Laterani, Letare Iherusalem, astantibus centum episcopis in consilio".) Robert Etude append. p. 143. — „Crebro, dilectissimi". |
| | | **1121—1124.** |
| Ian. 9. | Laterani | 7112 (5157) B(erardo), episcopo Matisconensi, officium episcopale interdicit, donec ab iniuriis in monasterium Cluniacense destiterit sibique de inobedientia satisfecerit. Martene Thes. I. 350, Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 38, Bouquet Rec. XV. 237, Migne 163 p. 1304. — „Quae b. Petri". |
| Mart. 20. | Laterani | 7113 Archiepiscopis et episcopis per Galliam constitutis mandat, ut ab abbate S. Dionysii requisiti, de parochianis suis, monasterii malefactoribus, iustitiam faciant. In tab. nat. Paris. Cartul. de St.-Denys s. XIII. LL. 1156. f. 82. — „Dilectioni vestrae ignotum". |
| „ 30. | „ | 7114 Mat. archipresbytero mandat, commoneat Iterium, canonicum Aniciensem, ut ecclesiam S. Clementis et parochiam de Crosis liberas dimittat; nisi usque ad proximam b. Iohannis festivitatem (d. 24. Iunii) fecerit, se in omnibus ecclesiis, quas Iterius in illius archipresbyteratu retineat, divina interdicturum esse officia, praeter infantium baptisma et morientium poenitentias. Chevalier Cart. de S.-André-le-Bas p. 146, Robert Etude app. p. 118. — „Noverit dilectio tua". |
| „ 30. | „ | 7115 (5159) Omnibus in ecclesia Compsana sepeliendis peccatorum omnium absolutionem concedit. Ughelli It. sacr. VI. 810, Migne 163 p. 1304. — „Quoniam Compsanae". |
| Apr. 2. | „ | 7116 (5160) Omnes episcopos, reges, comites, principes ceterosque Dei fideles excitat ad bellum contra paganos Hispaniae. „Omnibus" inquit „in hac expeditione constanter militantibus eandem peccatorum remissionem, quam orientalis ecclesiae defensoribus fecimus, . . . benigne concedimus". Oldegarium, archiepiscopum Tarraconensem, exercitui adiungit vicarium suum. Martene et Dur. Vet. script. I. 650, Diago Hist. de Barcel. p. 173ᵇ, Acta SS. Mart. T. I. 488, Aguirre Conc. V. 45, Puiades Cronica VIII. 236, Salazar Anamnesis II. 95, Mansi XXI. 217, Cocqu. II. 179, Migne 163 p. 1305. — „Pastoralis officii". |
| „ 2. | „ | 7117 Iuditham, abbatissam Romaricensem, consolatur de multis, „quas passa est et patitur, molestiis". Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 254, Robert Etude app. p. 119. — „Dilectus filius noster". |
| „ 6. | Romae | 7118 (5161) Goffrido, abbati Vindocinensi, affirmat, se privilegia eius servari velle. Sirmondi Opp. III. 407, Bouquet Rec. XV. 238, Mansi XXI. 195, Migne 163 p. 1306. — „Et tuae in". |
| „ 6. | Laterani | 7119 Monasterii Vindocinensis possessiones et libertatem confirmat. Robert Etude app. p. 152. — „Et vestrae in". |
| „ 9. | „ | 7120 Clero et populo Caturicensi interdicit, ne in tota parochia sua invitis fratribus Massiliensibus ecclesiam construere praesumant. Coll. des Cartulaires IX. 363, Robert Etude app. p. 121. — „Relatum siquidem nobis". |
| „ 11. | „ | 7121 Iudithae, abbatissae Romaricensi, praecipit, ne ulla conditione terras monasterii potentibus hominibus concedat, utque territorium Alberto Darnerio iam concessum recuperet. Guinot L'abbaye de Remiremont p. 398, Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 252, Robert Etude app. p. 117. — „Petis, ut sub signo". |
| „ 16. | „ | 7122 P(etro) archiepiscopo Viennensi mandat, ut G(alterium) abbatem et monachos S. Andreae tueatur contra iniurias Petri, olim abbatis, „sine recuperationis spe depositi", utque monasterio ablata a quibusdam parochianis bona restitui faciat. Gall. Christ. XVI. Instr. p. 33, Chevalier Cart. de S.-André-le-Bas p. 144, Robert Etude app. p. 66, Mon. pont. Arverniae p. 169. — „Fraternitatis tue noticiam". |
| „ 16. | „ | 7123 P(etro) archiepiscopo Viennensi significat, se villam de Crosis et de Valseriis |

**1121—1124.**

ecclesiae S. Andreae de Humiliano concessisse. Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 146, Robert Etude app. p. 122. — „Notum facimus dilectioni".

Mai. 2. Laterani — 7124 In ecclesiis monasterii S. Iohannis de Vineis Suessionensis saeculares sacerdotes institui vetat, nisi qui ab abbate episcopo dioecesano fuerint praesentati. Alia privilegia addit. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Ioh. de Vineis s. XIII. ms. lat. 1104. f. 13. (Originale huius bullae in bibl. imp. Petersburgensi, coll. bullarum 29, extare, nobiscum communicavit Ulysse Robert.) — „Ad hoc in apostolicae".

**1122—1124.**

Apr. 22. Laterani — 7125 (5162) Attoni, archiepiscopo Arelatensi, et Raimundo comiti Barcinonensi et Gaufredo Porceletto significat, Ildefonsum comitem, ob expulsos monasterii S. Aegidii abbatem (Hugonem) monachosque et ob invasa monasterii bona, a sese excommunicatum, terramque eius interdicto affectam esse. Hortatur, ut monachis auxilium ferant. Hist. de Languedoc II. Pr. p. 421, nov. ed. V. 901, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 68, Migne 163 p. 1306. — „Beati Aegidii".

„ 22. „ — 7126 (5163) Galterio, episcopo Magalonensi, Bernardo vicecomiti Biterrensi, aliis nunciat, Ildefonsum comitem sociosque excommunicatos esse, quod, Hugone abbate et fratribus expulsis, monasterium S. Aegidii occupassent. Ménard H. de Nism. I. Pr. p. 31, Bouquet Rec. XV. 244, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 65, Migne 163 p. 1307. — „Beati Aegidii".

„ 22. „ — 7127 Berengario, archiepiscopo Narbonensi, et Leodegario, episcopo Vivariensi, nunciat, Ildefonsum comitem, Raimundum de Baltio, G(uillelmum) de Sabrano, Elisiarium de Castris,Guillelmum Rainoardi de Medenas, vicecomites de Mesoaga, Ramonum de Castlar, eorumque fautores propter iniurias monasterio S. Aegidii illatas excommunicatos esse. Mandat, moneant eumdem comitem, „qui eorum potissimum consiliis uti dicatur", ut ablata restituantur. Robert Etude app. p. 125, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 66. — „Propter gravem in monasterium".

„ 22. „ — 7128 Hugoni abbati et monachis S. Aegidii significat, se „datam iam diu in Ildefonsum comitem eiusque fautores sententiam renovasse". Robert Etude app. p. 124, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 67. — „Laboribus vestris".

„ 22. „ — 7129 (5164) Episcopo Rossellano praecipit, ut vexare monasterium Alborense desistat. Ughelli It. sacr. III. 663, Migne 163 p. 1307. — „In nostra".

Mai. 14. „ — 7130 (5165) Monasterii Hugeshovensis, a Wernhero comite fundati, rogatu Adelheidis comitissae protectionem suscipit, possessiones confirmat, iura constituit, imposito monachis auri bizantii censu annuo. (Signa temporis sunt corrupta.) Wuerdtwein Nov. subs. dipl. VII. 36, Grandidier Hist. d'Als. II. 237, Schoepflin Als. Dipl. I. 194, Migne 163 p. 1308. — „Ad munimentum".

Oct. 11. „ — 7131 (5167) A. priori S. Frigdiani Lucensis et eius fratribus Ursum, quondam Lateranensis ecclesiae priorem, ob valetudinem ad eos revertentem, commendat. Mandat, ut fratres quatuor Lateranensi ecclesiae mittant, „quorum unus aliis pernoscat praeesse, alii vero reliquos fratres dulci moralitate et religione studeant informare". Baluzii Misc. IV. 588, Migne 163 p. 1312. — „Frater Ursus".

Nov. 15. „ — 7132 Excommunicationis sententiam a canonicis Tullensibus „canonice prolatam in Theodericum de Unbertcort (leg. Imbertcort), Theodericum castellanum, et Gerardum filium eius, oppressores ecclesiae Tullensis, nec non in Gislebertum et complices eius usque ad condignam satisfactionem de iniuria Haimoni archidiacono et eius sociis, qui in quadragesima capti fuerint, illata" confirmat. Loewenfeld Epistolae p. 81. — „Sicut mater ecclesia".

„ 21. „ — 7133 G(offredo) abbati fratribusque monasterii Vindocinensis asserit investituram capellae S. Nicolai, in castro Credonensi sitae, adiudicatam iis a G(isleberto) archiepiscopo Turonensi et R(ainaldo) Andegavensi ac I(ldeberto) Cenomanensi episcopis. Robert Etude app. p. 153. — „Investituram quam".

„ 22. „ — 7134 G(erardo), episcopo Engolismensi, ap. sed. legato, mandat, ut controversiam inter monachos Salmurenses et Trenorcienses, de ecclesiis S. Crucis et S. Nicolai Lausdunensibus litigantes, absque dilatione determinet. Archives hist. du Poitou II. 29. — „Querelam inter Salmurenses".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1123—1124.** |
| Febr. 25. | Laterani | 7135 (5169) Episcopum Rossellanum vituperat, quod contra praeceptum suum iniurias monasterio Alborensi inferre pergat. Ughelli It. sacr. III. 662, Migne 163 p. 1313. — „Miramur de te". |
| Mai. 21. | „ | 7136 Episcopis suffraganeis et clero populoque Cantuariensis ecclesiae nuntiat, Guillelmum archiepiscopum a sese pallio ornatum esse. Cui ut obediant, hortatur. In biblioth. palatii Lambethani cod. 482 et 580, in ms. capit. Herefordens. P. I. 3. saec. XII. fol. 2. Misit U. Robert Parisiensis. — „Venientem ad nos". |
| | | 7137 (5170) Monachis Cluniacensibus praecipit, ne amplius de Pontio cogitent, qui abbatia se abdicaverit, utque Petro abbati obediant. (Fragmentum.) Vide Honorii II. bullam ap. Mansi XXI. 340, Migne 166 p. 1267. — „Zelum inter". |
| | | 7138 (5171) Pontio praecipit, ne abbatiam Cluniacensem, „in manu sua sine recuperationis spe refutatam", molestiis afficiat. (Fragmentum.) Vide Honorii II. bullam ap. Mansi XXI. 340, Migne 166 p. 1267. — „Tibi praecipimus". |
| | Romae in palatio Lateranensi | Synodus „in secunda et in quarta feria". De hac synodo Landulfus de S. Paulo c. 50 in MG. SS. XX. 43 ita narrat: „Verum tamen illo Olrico archiepiscopo (Mediolanensi) sedente in Roma tunc, cum papa Calistus synodum Rome celebravit, ego, . . . coram domino papa Calisto eiusque curia, consedente in Lateranensi palatio, causam meam notavi et, ut eam explicarem in sinodo, ipsam sinodum intravi. In qua sinodo, gratia antique honestatis Mediolanensis ecclesie, . . . valde condolui de perturbatione, quam Ravenas archiepiscopus faciebat sibi. Poscebat enim Ravenas locum sedendi in sinodo ad dexteram apostolici nullo mediante; . . . set tamen ipse Mediolanensis Olricus in secunda feria, qua incepta et celebrata fuit sinodus, loco vacante, neque in palatio neque in sinodo apparuit. Sinodus vero tunc in tertia feria non fuit, et idem Mediolanensis palatium non intravit. Set in quarta feria, dum sinodus celebrata fuit, Olricus idem, Mediolanensis archiepiscopus ad dexteram apostolici Calisti nullo mediante sedit. Ego expectans alteram diem . . . ex inproviso vidi et audivi, quod dominus papa gratia consecrandi altare dissolvit sinodum in ipsa die Merchurii". (Hisce verbis Jaffé in MG. l. l. annotationem, quae sequitur, adiecit: „Haec synodus quo anno habita sit, nescimus. De generali enim concilio a die solis 18 ad diem 30. Martii a. 1123 Romae celebrato non agi hoc loco, intelligimus ex eo, quod hanc synodum die lunae inchoatam duobusque diebus peractam esse, diserte ostendit scriptor". — Equidem vero synodum aut exeunte anno 1123 aut a. 1124 celebratam Romae esse, ex Landulfi optime instructi verbis, quae addit, colligam: „Nec ultra ab eo sinodum celebrari audivi nec vidi".) |
| | | **1124.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 5. — 9. Febr. — 6.)* |
| Ian. 3. | Laterani | 7139 (5172) Ecclesiae S. Iohannis (Vesontionensi) remissas a Raynaldo Burgundiae comite consuetudines in villa Tussiaco, vulgo marascalciam et canariam vocatas, referri vetat. D'Achery Spic. III. 479, Bouquet Rec. XV. 249, Migne 163 p. 1314. — „In apostolicae sedis". |
| Febr. 1. | „ | 7140 Ecclesiae Cremonensis possessiones confirmat, petente Oberto episcopo. Pflugk-Harttung Acta II. 243. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 3. | „ | 7141 Monasterii Calmosiacensis tutelam suscipit, disciplinamque ac possessiones confirmat, petente Sehero abbate. Robert Etude app. p. 126. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 6. | „ | 7142 (5173) Ecclesiae S. Mariae Letonensis possessiones et privilegia confirmat, petente Geraldo priore. De la Canal España sagr. XLV. 300, Migne 163 p. 1314. — „Piis religiosorum fratrum". |
| „ 19. | „ | 7143 (5168) Ludovico, Francorum regi, significat, Robertum episcopum Atrebatensem, in generali concilio a Burchardo episcopo Cameracensi in ius vocatum, cum eius litteris ad sese venisse. Haec addit: „per quasdam nobis est litteras nunciatum, Cameracensem episcopum, ad nos pro executione sui negotii venientem, ab imperatore usque ad mutuum, quod cum eo sumus habituri, colloquium fuisse detentum, ideoque in alterius partis absentia eandem causam discutere non valuimus; in colloquio illo bonum, quod operati fuerimus, tibi significare curabimus". Adelaidi reginae, nepti suae, et eius filiis Philippo, Ludovico, Henrico, suis nepotibus, salutem ascribit. Baluzii Misc. III. 14, Bouquet Rec. XV. 250, Mansi XXI. 217, Migne 163 p. 1312. Cf. supra ep. 7075a. — „Venientem ad nos". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1124.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 5. — 9. Febr. — 6.)* |
| Mart. 14. | Perusii | 7144 M(anfredo) Mantuano et B(ernardo) Veronensi episcopis et omnibus Venetianis, tam clericis quam monachis per Ferrariensem parochiam constitutis, scribit, se „praeterita quadragesima (Mart. 1123) in Lateranensi generali concilio Gualterium, archiepiscopum Ravennatem, de (Landulfi) episcopi Ferrariensis obedientia revestivisse", quem vero, obedire nolentem, ab officio episcopali remotum et populum eius ab ecclesiae introitu exclusum esse. In civitate Ferrariensi divina officia celebrari vetat, praeter infantium baptisma et morientium penitentiam. Monum. ist. della Romagna Ser. II. Cart. I. 44. — „Preterita quadragesima". |
| „ 22. | Laterani | 7145 (5174) Inter Obertum, episcopum Cremonensem, et eius canonicos discordiam componit. Muratori Ant. It. V. 225, Migne 163 p. 1316 („XI. kal. Apr."; in nonnulis codicibus legi „II. kal. Apr.", monet Pflugk-Harttung Acta II. 243 not. Saepissime vero in modernis manuscriptis numerum latinum „II" haberi pro numero arabico „11" et vice versa, notetur oportet.) — „Nec capud". |
| „ 30. | „ | 7146 Clero populoque Senensi nuntiat, litem inter G(ualfredum) Senensem et G(uidonem) Aretinum super 18 plebibus diu agitatam in favorem Senensis compositam esse. Pflugk-Harttung Acta II. 244. — „Venerabilis frater". |
| Apr. 1. | „ | 7147 Gualfredum, episcopum Senensem, investit de 18 plebibus Guidoni, Aretino episcopo, abiudicatis. Pflugk-Harttung Acta II. 244. — „Cui negotiorum". |
| „ 5. | „ | 7148 (5175) Monasterium S. Mariae (cui ipse montis Angelorum [Engelberg] nomen imponit) tuendum suscipit, privilegiisque donat ea lege, ut „aureum pondus Turicensis monetae singulis annis ad altare S. Petri a patre monasterii" persolvatur. Gerbert Hist. nigr. silv. III. 52, Gall. Chr. V. Instr. p. 515, Migne 163 p. 1317. — „Veniens ad nos". |
| 11. | „ | 7149 (5176) Monasterium S. Benedicti Bifurcense rogatu Theoderici abbatis tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, imposito monachis duorum aureorum tributo annuo. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 301, Cianfogni Mem. ist. p. 202, Lami Eccl. Flor. Mon. III. 1777, Migne 163 p. 1318. — „Divinis praeceptis". |
| „ 13. | „ | 7150 (5177) Ottonis episcopi de stipendiariis ecclesiae Bambergensis mansis aliisque de rebus statuta sancit. Herbord. dial. in MG. SS. XII. 765, ibid. XX. 713, ap. Jaffé Bibl. V. 723, Ludewig SS. R. G. I. 433, Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 74, Mansi XXI. 194, Migne 163 p. 1319. — „Sanctorum patrum". |
| „ 13. | „ | 7151 Monasterii Nonantulani tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Perini Ist. di S. Silv. di Ver. II. 5. — „Divinis praeceptis". |
| „ 13. | „ | 7152 (5178) Monasterii SS. Petri et Pauli Dervensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Rogerio abbate. Robert Etude app. p. 128. — „Equitatis et iustitie". |
| „ 14. | „ | 7153 (5179) Iocerranno Lingonensi, Hatoni Trecensi, Ebaldo Catalaunensi, (Ricuino) Tullensi episcopis monasterium Dervense commendat. Bouquet Rec. XV. 250, Migne 163 p. 1320. — „Venerabilia loca". |
| Mai. 26. | „ | 7154 (5180) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis privilegia confirmat. Bull. Lat. p. 7. — „Quae salubri". |
| „ 26. | „ | 7155 Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis tutelam suscipit ac iura quaedam confirmat, petente Attone priore; praeterea capellam Mutilianensem ei asserit. Pflugk-Harttung Acta II. 246. — „Indubitatae veritatis". |
| „ 26. | „ | 7156 (5181) B(enedictum) episcopum et canonicos ecclesiae Lucensis rogat, concedant fratribus S. Frigdiani, ut altera paschae die sacra sollemniter procurent. Episcopo mandat, ut inter S. Frigdiani et S. Angeli canonicos iudicium faciat. Baluzii Misc. IV. 589, Migne 163 p. 1321. — „Bonorum virorum". |
| Iun. 1. | „ | 7157 Monasterii S. Benedicti Padilironensis tutelam suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Herimanno abbate. Fratribus duas auri uncias annuatim Lateranensi palatio praestandas iniungit. Pflugk-Harttung Acta II. 247. — „Piae voluntatis affectus". |
| „ 4. | „ | 7158 Lavinia abbatissa S. Ciriaci (Romani) petente, refutationem Iohannis Odonis et Gregorii de Monte Albano de parthenonis possessionibus quibusdam factam confirmat. Narrat, in conventu episcoporum, cardinalium et nobilium Romanorum illum quidem per cultellum, hunc per baculum in manu sua monasterii bona refutasse. Robert Etude app. p. 129. — „Aequitatis et iustitiae". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1124.** (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 5. — 9. Febr. — 6.*) |
| Iun. 11. | In territorio Cornetano | 7159 Gaufredo abbati et fratribus S. Mariae Silvae-maioris asserit ecclesiam S. Vincentii Aquensem, a G(uillelmo) eiusdem urbis episcopo donatam, itemque capellam S. Oricii, a Bosone presbytero cardinali (tit. S. Anastasiae), tunc apostolicae sedis legato, ea lege assignatam, ut census annuus decem solidorum Petragoricensis monetae Lateranensi palatio persolvatur. Robert Etude app. p. 131. — „Quoniam sine verae". |
| „ 23. | Laterani | 7160 (5182) Didaco, archiepiscopo Compostellano, concedit, ut „Emeritana civitas, quae nunc ab impia Sarracenorum tyrannide possideatur, Compostellanae civitati, sicut suae metropoli, perpetuis maneat subiecta temporibus". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 402, Migne 163 p. 1321. — „Potestatem ligandi". |
| „ 24. | In territorio Ortensi | 7161 (5183) M(unioni), episcopo Salmanticensi, significat, se „dignitatem Emeritanae metropolis Compostellanae ecclesiae perpetuis temporibus possidendam contulisse". Praecipit, ut metropolitae D(idaco), archiepiscopo Compostellano obediat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 409, Avila Hist. de Salamanca p. 112, Migne 163 p. 1322. — „Quoniam in Hispaniarum". |
| „ 24. | „ | 7162 (5184) G(undisalvo), episcopo Colimbriensi, quae superioribus litteris, eadem iisdem verbis scribit. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 410. — („Quoniam in Hispaniarum".) |
| | | 7163 (5185) Archiepiscopis ceterisque ecclesiasticis ordinibus per Galliam Germaniam et Franciam constitutis nunciat, Willehelmum, episcopum Praenestinum, missum esse, „ut si qui sint episcopi non consecrati consecret, et si qua sint alia huiusmodi ecclesiasticorum negociorum minus perfecta, in omnibus inoffensa fraternitate consummet". Gesta Godefridi arch. Trev. in MG. SS. VIII. 201, Migne 163 p. 1323. — „Mittimus ad vos". |
| | | 7164 *Henricum episcopum Virdunensem evocat, ut mediante quadragesima (anni 1125) ad sese veniat. Vide Honorii II. epist. d. 3. Oct. 1125 ap. Bouquet Rec. XV. 258, Migne 166 p. 1237. |
| Aug. 26. | Laterani | 7165 (5186) Gaufrido Carnotensi, Iohanni Aurelianensi, Stephano Parisiensi episcopis mandat, observent hanc I. presbyteri cardinalis sententiam: ut ubicumque Guillelmus, Roberti comitis filius, fuerit, sacra intermittantur, donec comitis Andegavensis filiam e matrimonio dimiserit. D'Achery Spic. III. 479, Bouquet Rec. XV. 251, (Mansi XXI. 214, Migne 163 p. 1323). — „Sicut omne". |
| Sept. 27. | „ | 7166 (5187) Monasterii Rastedensis protectionem suscipit et eius bona ac iura, rogatu Suideri abbatis, confirmat, imposito monachis duarum unciarum auri censu annuo. Lappenberg Hamb. Urk. I. 127, Zeitschr. f. Gesch. u. Alterth. Westf. XXV. 249, Migne 163 p. 1324. — „Cum piae desiderium voluntatis". |
| Oct. 11. | „ | 7167 (5188) Monasterii S. Bertini Sithiensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Iohanne abbate. Collection des Cartulaires III. 292, Migne 163 p. 1327. — „Equitatis et iustitiae". |
| „ 12. | „ | 7167a I(ohanni) episcopo Tarvanensi mandat, ut monasterium S. Bertini Sithiense a pravorum hominum incursionibus defendat. Misit Ul. Robert. — „Indubitatum est, quoniam". |
| „ 12. | „ | 7167b Fratres S. Bertini Sithiensis Iohanni abbati debitam obedientiam exhibere iubet. Misit Ul. Robert. — „Venientem ad matrem". |
| „ 16. | „ | 7168 (5189) Monasterium S. Mariae Pomposianum tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, petente Aurelio abbate. Muratori Ant. It. V. 823, Migne 163 p. 1328. — „Equitatis et iustitie". |
| „ 29. | „ | 7169 (5190) Monasterii S. Benigni Divionensis privilegia ac possessiones confirmat, petente Hugone abbate. Pérard Recueil p. 216, Migne 163 p. 1330. — „Sicut in humani". |
| Nov. 2. | („) | 7170 *Monasterii Balernensis libertatem confirmat. Iongelinus Notitiae abbatiarum IX. 100. |
| „ 10. | „ | 7171 (5191) Ecclesiae S. Stephani Divionensis disciplinam canonicam possessionesque confirmat, petente Galone priore. Pérard Recueil p. 100 (et 218), Hist. de l'égl. de S.-Estienne de Dijon Pr. p. 85, Migne 163 p. 1333: „IV. Id. Nov."; sed in chartul. S. Steph. Divion. I. fol. 69 et II. fol. 64, ms. lat. 17082 bibl. nat. Paris., legitur: „IV. Non. Nov.". — „Ad hoc universalis". |
| „ 15. | „ | 7172 Ecclesiae S. Gengulfi Tullensis possessiones et privilegia confirmat, petente Angel- |

**1124.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 5. — 9. Febr. — 6.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | berto decano. In tab. nat. Paris. Cartul. de St.-Gengoul s. XIV. LL. 986. f. 21. — „Quae pie religiosis“. |
| Nov. 16. | Laterani | 7173 Monasterium S. Mariae Humolariense tuendum suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Aldone abbate. Robert Etude app. p. 132. — „Aequitatis et iustitiae“. |
| „ 20. | „ | 7174 Parthenonis S. Felicitatis Florentini tutelam suscipit bonaque ac iura confirmat, petente Gasdia abbatissa. Pflugk-Harttung Acta II. 249. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 20. | „ | 7175 G(otifredo) episcopo Florentino et parochianis S. Felicitatis praecipit, ut ecclesiam infra parochiam parthenonis S. Felicitatis, contra voluntatem G(asdiae) abbatissae aedificatam, destruant. Pflugk-Harttung Acta II. 251. — „Querimoniam G(asdiae)“. |
| „ 24. | „ | 7176 (5192) Monasterii S. Nicolai Buttenbergensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, Iohanne Morinensi episcopo et Nicolao abbate petentibus. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 214, Miraei Opp. dipl. I. 524, Cronicum et cartul. S. Nicolai Furn. p. 54, Migne 163 p. 1334. — „Ad hoc universalis“. |
| | | 7177 (5193)* (Iordanum) principem Capuanum hortatur, ne monasterii Casinensis terram devastet. Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 82. p. 804. |
| Dec. 13-14. | Romae | Moritur. Utro die decesserit, inexploratum. Simeon. Dunelm. De gest. reg. Angl. 1124 ap. Twysden H. A. SS. I. 251: „obiit idus Dec.“ (13. Dec.). Pandulphi card. Vit. Calixti ap. Watterich I. 118: „sepultus est Laterani . . . in festivitate S. Luciae virg.“ (13. Dec.). — Emort. mon. Casin. ap. Muratori R. It. SS. V. 76, Necrol. Casin. ibid. VII. 947, Annal. Ceccanenses 1124 in MG. SS. XIX. 282, Annal. Cavens. 1125 ibid. III. 191, Annal. Anglosaxonici 1124 ibid. XIII. 119: „obiit XIX. kal. Ianuar.“ (14. Dec.). — Falco Benevent. 1124 p. 101: „duodecimo die stante (leg. intrante) mensis Decembris migravit ad dominum“. — Bosonis card. Vit. Calixti ap. Watterich II. 121: „defunctus est . . . XIV. (l. XIX.) kal. Ianuar.“. |

---

## BURDINUS (GREGORIUS VIII.) antipapa. 1118—1121.

Una, quae superest, Burdini bulla (7178) est data p. m. Petri S. R. E. cancellarii.

**1118.** *(Ind. 11, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 8. | Romae in ecclesia b. Petri | Eligitur et consecratur, praesente Heinrico imperatore, „in die Veneris de quattuor tempora, que sunt de mense Martio“, Annales Romani in MG. SS. V. 478. Landulfi de S. Paulo c. 45 in MG. SS. XX. 40 praebet: „septimo idus Martii“, et Annal. Ceccacenses 1118 in MG. SS. XIX. 282 revocant consecrationem ad diem 10. m. Martii. |
| „ 9. | „ | „Altera die . . . de clero (quendam) coram imperatore et pluribus Romanis ad ordines promovet“. Land. de S. Paulo c. 45 in MG. SS. XX. 40. |
| Apr. 12. | Laterani | 7178 (5194) Monasterii S. Petri Usercensis tutelam suscipit, et libertatem possessionesque confirmat, petente Adelberto abbate. Baluzii Misc. I. 145. — „Cum per Dei“. |
| Iun. 2. | Romae | Heinricum imperatorem coronat „die s. pentecostes“. Petri Chron. mon. Cas. p. 792. |
| Iul. 6. | ap. b. Petrum | sacra procurat „octava festivitatis apost. Petri et Pauli“. Annales Rom. p. 479. |
| | | 7179 *Augustensibus „litterarum salutationem“ mittit. Vide Eginonis epist. ap. Uodalscalcum in MG. SS. XII. 446. |
| | Viterbii | Vide Catal. pont. Rom. Viterb. in MG. SS. XXII. 350: „Recedente imperatore (Heinrico), Burdinus cum eo usque ad castrum Viterbium properavit.“ |

**1120.**

7180 (5195) Ad binas H(einrici) Romanorum imperatoris litteras, „onustas quidem floribus, sed utilitatis omnino nihil habentes“, respondet. Ex alteris se de curia „quae XIIII. kal. Novemb. celebrari deberet“ cognovisse, alteras promisisse, marchiones „multis comminationibus incitatos (al. invitatos) ad auxilium suum venturos“. Warnerum (marchionem Anconensem) queritur diebus 15 post quam cum militibus 70 ad

| | | |
|---|---|---|
| | | **1120.** |
| | | sese venisset, corruptum pretio abiisse, Fredericum (nepotem Conradi, marchionis Tusciae) quoque recessisse, utilitate sibi non illata. Scribit de periculis suis et angustiis, additque haec: „dicite, unde mansuetudini (vestrae) talis potuit impietas accidere, quia sic nostri voluistis oblivisci, nec in tantis manus porrigere periculis". Affirmat, se „pro veritate Dei et defensione iustitiae illa pati, quae intoleranda videantur". Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. III. 1255, (Baluzii Misc. III. 12, Pez Thes. VI. I. 386). — „Postremae litterae". |
| | | **1121.** |
| Apr. | Sutrii | obsidetur a Calixto II., cui die octavo traditur a Sutrinis. Annales Romani p. 479. Cf. Falc. Benev. 1121 p. 97, Heimonis libr. ap. Jaffé Bibl. V. 548. |
| „ 23. | Romam | perducitur captivus, in camelo sedens. Falco Benev. 1121 p. 97. Cf. Annal. Roman. p. 479, Bosonis card. Vit. Calixti II. ap. Watterich I. 119, Pandulphi card. Vit. Calixti II. ibid. p. 117, Chron. Breve in MG. SS. XXIV. 152, cet. |
| | per Transtiberim | „equo vilissimo" vehitur. Annales Romani l. l. |
| | ap. Sedem Solis | includitur. Annal. Rom. l. l. |
| | ad castrum | Passarani mittitur. Ann. Rom. l. l. |
| | in Cavense | monasterium relegatur. Falco Benev. 1121 p. 97, cf. Annal. Rom. l. l. Annal. Casinenses 1121 in MG. SS. XIX. 308, Pandulphi card. Vit. Calixti p. 117. |
| | | **1122.** |
| | in Ianulam castrum | transfertur. Annal. Casinens. 1122 in MG. SS. XIX. 308. |
| | | **1125.** |
| | in castro Fumonis | collocatur ab Honorio II. Annal. Casinenses 1125 l. l.; cf. Petri Chron. mon. Cas. p. 805. |
| | | **1130.** |
| Febr. 14. | in exilio | „Vivente adhuc Mauricio in exilio, Honorius papa defunctus est". Vide Haimonis libr. ap. Jaffé V. 549. |
| | | **1137.** |
| Aug. | in monasterio Cavensi | „ibi mansit usque ad tempus Lotharii, quem in expeditione in Siciliam videre Innocentius permisit." Annales Palidenses in MG. SS. XVI. 76. |
| | | **??** |
| | apud Cavam | moritur. Chron. breve in MG. SS. XXIV. 152. |

## THEBALDUS BUCCAPECUS (COELESTINUS). 1124.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1124.** |
| Dec. 15-16. | ap. b. Iohannis basilicam in ecclesia S. Pancratii | Eligitur paullo ante electionem Honorii II., Pandulphi card. Vita Honorii ap. Watterich II. 157. De die vide Honorii regesta infra. Cf. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 83 in MG. SS. VII. 804, Ekkehardi Chron. univ. 1124 ibid. p. 263, Bosonis card. Vit. Honorii ap. Watterich II. 158, Wilh. Tyr. L. XIII. c. 15. |
| „ | | Honorio II. cedit. Voluntate an coactus abdicaverit, parum liquet. |

# HONORIUS II. 1124—1130.

Honorii sententia haec est: „Oculi domini super iustos“ (7185. 7186. 7187. 7189. 7193. 7199. 7209. 7216. 7217. 7218. 7219 cet.).

Bullis eius subscripserunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| ep. | Albanensis | Vitalis | a 7. Mart. 1125 ad 28. Mart. 1126 |
| „ | Ostiensis | Iohannes | a 24. Mart. 1129 ad 10. Apr. 1129 |
| „ | Portuensis | Petrus | a 2. Apr. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ | Praenestinus | Guilielmus | a 2. Apr. 1125 ad 24. Mart. 1129 |
| „ | Sabinensis | Crescentius | a 2. Apr. 1125 ad 21. Iul. 1126 |
| | | Conradus | a 7. Mai. 1128 ad 10. Apr. 1129 |
| „ | Tiburtinus | Guido | a 7. Mart. 1125 ad 21. Iul. 1126 |
| „ | Tusculanus | Aegidius | a 7. Mart. 1125 ad 10. Apr. 1129 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| pr. card. tit. | S. Anastasiae | Petrus | a 7. Mai. 1128 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | SS. apostolorum | Gregorius | a 2. Apr. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | SS. Aquilae et Priscae | Gerardus | a 4. Mai. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | S. Balbinae | Gregorius | a 2. Apr. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | S. Caeciliae | Iohannes | a 5. Mai. 1125?ad 7. Mai. 1128 |
| | | Goselinus | d. 24. Mart. 1129 |
| „ „ „ | S. Calixti | Petrus | a 2. Apr. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | S. Chrysogoni | Iohannes | a 28. Mart. 1126 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | S. Clementis | Anastasius | d. 7. Mart. 1125 ad 5. Mai. 1125? |
| | | Ubertus | a 28. Mart. 1126 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | S. Crucis in Hierusalem | Gerardus | d. 6. Febr. 1126 |
| „ „ „ | S. Cyriaci | Rusticus | d. 24. Mart. 1129 |
| „ „ „ | Equitii | Petrus | a 5. Mai. 1125?ad 24. Mart. 1129 |
| „ „ „ | S. Eudoxiae | Benedictus | a 2. Apr. 1125 ad 21. Iul. 1126 |
| | | Matthaeus | a 7. Mai. 1128 |
| „ „ „ | S. Laurentii in Damaso | Deusdedit | a 5. Mai. 1125?ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | S. Laurentii in Lucina | Anselmus | d. 7. Mai. 1128 |
| „ „ „ | S. Lucinae | Gregorius | a 2. Apr. 1125 ad 28. Nov. 1125 |
| „ „ „ | S. Marcelli | Petrus | a 5. Mai. 1125?ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | SS. Marcellini et Petri | Crescentius | a 2. Apr. 1125 ad 7. Mai. 1128 |
| | | (Sigito? | d. 21. Iul. 1126) |
| „ „ „ | S. Marci | Bonifatius | a 4. Mai. 1125 ad 7. Mai. 1128 |
| „ „ „ | S. Pamachii (SS. Iohannes et Pauli) | Aldericus | a 28. Mart. 1126 ad 7. Mai. 1128 |
| „ „ „ | Pastoris | Conradus | d. 21. Iul. 1126 |
| „ „ „ | S. Petri ad Vincula | Benedictus | d. 5. Mai. 1125? |
| „ „ „ | S. Praxedis | Desiderius | a 7. Mart. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | S. Sabinae | Gregorius | d. 21. Iul. 1126 |
| | | Comes | a 7. Mai. 1128 |
| „ „ „ | S. Sixti | Sigizo | a 7. Mart. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | S. Stephani | Saxo | a 2. Apr. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | S. martyris Susannae | Petrus | a 7. Mart. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ „ | Vestinae | Lictifredus | a 7. Mai. 1128 |
| diac. card. | S. Adriani | Matthaeus | a 2. Apr. 1125 ad 5. Mai. 1125? |
| „ „ | S. Angeli | Gregorius | a 2. Apr. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ | SS. Cosmae et Damiani | Ionathas | a 2. Apr. 1125 ad 24. Mart. 1129 |
| „ „ | S. Georgii ad velum aureum | Rossemanus | a 2. Apr. 1125 ad 4. Sept. 1128 |
| „ „ | S. Luciae (in Orphea) | Stephanus | a 2. Apr. 1125 ad 7. Mai. 1128 |
| „ „ | S. Mariae in Aquiro | Comes | a 2. Apr. 1125 ad 6. Febr. 1126 |
| „ „ | S. Mariae in Cosmedin | Stephanus | a 5. Mai. 1125?ad 7. Mai. 1128 |
| „ „ | S. Mariae in Dominica | Angelus | a 2. Apr. 1125 ad 7. Mai. 1128 |
| „ „ | S. Mariae in Porticu | Romanus | a 2. Apr. 1125 ad 7. Mai. 1128 |
| „ „ | S. Mariae in via lata | Petrus | d. 28. Mart. 1126 |
| „ „ | S. Nicolai de carcere | Iohannes | a 28. Mart. 1126 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ | SS. Sergii et Bacchi | Gregorius | a 2. Apr. 1125 ad 10. Apr. 1129 |
| „ „ | S. Theodori | Hugo | a 7. Mart. 1125 ad 21. Iul. 1126 |
| diaconus card. et S. Petri archipresbyter | | Rusticus | d. 7. Mai. 1128 |

| | | |
|---|---|---|
| prior subdiaconorum sacrae basilicae | Hyacinthus | d. 21. Iul. 1126 |
| sacrae basilicae subdiaconi | Iohannes | d. 7. Mart. 1125 |
| | Rodulphus | d. 7. Mart. 1125 |
| | Hermannus | d. 21. Iul. 1126 |
| | Nicolaus | d. 21. Iul. 1126 |
| | Matthaeus | d. 21. Iul. 1126 |
| prior subdiaconorum de Cruce | Silvius | d. 21. Iul. 1126 |

sacri palatii subdiaconi Bobus . . . . d. 21. Iul. 1126
Stephanus . d. 21. Iul. 1126
subdiaconi Petrus . . . d. 21. Iul. 1126
Caleph . . d. 21. Iul. 1126
Iohannes . d. 21. Iul. 1126
Gerardus . d. 21. Iul. 1126
clericus Bonifatius d. 21. Iul. 1126.
Datae bullae sunt p. m.
Aimerici (al. perperam: Almerici, Armerici, Imerici, Ioserici cet.) S. R. E. diac. card. et cancellarii a 3. Febr. 1125 ad 19. Dec. 1129.
Aimerici S. R. E. diac. card. ac bibliothecarii vice domini Friderici, archicancellarii et Coloniensis archiepiscopi (7186).

**1124.** *(Pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Dec. 15-16 | ap. b. Iohannis basilicam in ecclesia S. Pancratii | Eligitur, dum Coelestino electo cappaque rubea induto iam canitur cantus, qui ita incipit: „Te Deum laudamus", Pandulphi card. Vit. Honorii ap. Watterich II. 158. Annales Cavenses 1125 in MG. SS. III. 191: „D. Kalixtus papa obiit, cui tertio die successit Honorius". |
| „ 21. | | Consecratur. Annal. Ceccanenses 1124 in MG. SS. XIX. 282: „obiit Calixtus papa 19. kal. Ianuar. (14. Dec.); consensu omnium clericorum Romanorum post septem dies ordinaverunt ... Honorium papam". Dies 21. m. Dec. a. 1124 fuit dominicus. |

**1125.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — 21. Dec. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 5. | Laterani | 7181 (5226) A(ugerio) Reiensi, B(erengario) Foroiuliensi, P(etro) Niciensi et M(anfredo) Antipolitano episcopis praecipit, ut monachis Lerinensibus, „ante Saracenorum fauces positis, captiones, catenas et mortis pericula metuentibus", ecclesias quasdam restituant, ablataque ab aliis reddi cogant. Pflugk-Harttung Acta I. 127, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 300, (Hist. Patr. Mon. Script. II. 378, Bouche L'hist. de Prov. II. 110, Barralis Chronologia Sanctorum II. 160, Bouquet Rec. XV. 265, Migne 166 p. 1245). — „Filii nostri Lerinensis". |
| „ 13. | „ | 7182 G(ofredo), episcopo Florentino, interdicit, ne parthenonem S. Felicitatis molestiis inquietet, neve ecclesiam in eius parochia aedificari patiatur. Liverani Opere IV. 115. — „Grave satis". |
| Febr. 3. | „ | 7183 Monasterii S. Victoris Parisiensis disciplinam ac possessiones confirmat, petente Gilduino abbate. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Victoris ms. lat. 14672. s. XVI. f. 6. — „Ad hoc universalis". |
| „ 11. | „ | 7184 Monasterium S. Vincentii Silvanectense („in alodio regali a rege Francorum Philippo et matre sua Anna fundatum et omni libertate ad instar ecclesiarum regalium S. Genovefae Parisiensis et S. Frambaldi donatum") tuendum suscipit eiusque bona et iura confirmat, petente Balduino abbate. (Subscriptiones, quae aliena manu additae videntur, ex tabula Innocentii II. depromptae sunt ipsamque bullam in suspicionem vocant.) In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 51. f. 179. — „Ad hoc universalis". |
| „ 19. | „ | 7185 (5196) Ecclesiae S. Vincentii Bergomatis canonicorum protectionem suscipit, et possessiones iuraque confirmat, petente Alberto archipresbytero. Lupi C. D. Berg. II. 917, Ughelli It. sacr. IV. 450, Migne 166 p. 1217. — „Ad hoc universalis". |
| „ 24. | „ | 7186 (5197) Monasterii Rhenaugiensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Dietmaro abbate. Zapf Mon. anecd. I. 471, Quellen z. Schweizer Gesch. III. n. 51 Migne 166 p. 1219. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 24. | „ | 7187 (5198) Monasterii Salfeldensis possessiones ac privilegia confirmat, bulla ad Waltherum abbatem. (Signa chronologica sunt corrupta.) Thuringia sacra p. 698, Migne 166 p. 1220. — „Quando dignitas et". |
| „ 24. | „ | 7188 Monasterii Cellae-Paullinae tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Gerungo abbate. Stumpf Acta Maguntina p. 12. — „Iniuncti officii". |
| Mart. 7. | „ | 7189 (5199) Monasterium Camaldulense tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Iohanne priore. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 306, Migne 166 p. 1223. — „Ad hoc universalis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1125.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — 21. Dec. — 2.)* |
| Mart. 20. | Laterani | 7191 Monasterium Calesiense, ab Hugone episcopo Gratianopolitano institutum, tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Bernardo abbate. Gall. Christ. XVI. Instr. p. 87, Pilot Cartul. de Chalais p. 20. — „Piae voluntatis affectus". |
| „ 20. | „ | 7192 (5200) Henrico, episcopo Virdunensi, scribit, ut Laurentio abbati S. Vitoni „mercatum de Monte S. Vitoni et teloneum cum pugillo frumenti, placitum et correctionem mensurarum, decimas foratici vini restituat, et de Richerio de Bu, qui allodium abbatis in Baronis-curte invaserit, iustitiam faciat". Reprehendit eum, quod a Calixto II. a seque vocatus Romam non venerit. Wassebourg Antiqu. I. $284^{b}$, Bouquet Rec. XV. 257, Migne 166 p. 1225. — „Veniens ad nos filius". |
| Apr. 2. | „ | 7193 (5201) Monasterii Cluniacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Bibl. Cluniac. p. 1377, Bull. Cluniac. p. 42, Cocqu. II. 194, (Mansi XXI. 323, Migne 166 p. 1225). — „Incomprehensibilis et". |
| „ 2. | „ | 7194 (5202) Monachis Cluniacensibus significat, Petrum abbatem a sese benigne receptum eique abbatias S. Aegidii, S. Bertini Sithiensem et S. Benedicti super Padum restitutas esse. Praecipit, ne audeant ad Pontium quondam abbatem invito Petro accedere. Martene Thes. I. 363, Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 140, Bouquet Rec. XV. 258, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 69, Migne 166 p. 1227. — „Laudes et". |
| („) | „ | 7195 (5203) Petrum, S. Aegidii abbatem, iubet ad Petri Cluniacensis abbatis obedientiam redire. Bullar. Cluniac. p. 42, Bouquet Rec. XV. 264, Gall. Chr. VI. Instr. p. 190, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 70, Migne 166 p. 1228. — „Ad hoc universalis". |
| („) | „ | 7196 (5204) Abbatem monachosque S. Bertini Sithiensis ad Petri abbatis Cluniacensis obsequium redire iubet. Bullar. Cluniac. p. 41, Bouquet Rec. XV. 263, Migne 166 p. 1229. — „Pax ecclesiae". |
| („) | („) | 7197 (5205) Monachis S. Benedicti Padilironensibus praecipit, ut Petro, abbati Cluniacensi, obtemperent. Bullar. Cluniac. p. 41, Migne 166 p. 1229. — „Pax ecclesiae". |
| „ 5. | „ | 7198 (5206) T(urstino) archiepiscopo Eboracensi significat, se „sanum et incolumem cum pacis tranquillitate in Urbe esse". Eboracensis et Cantuariensis ecclesiarum de primatu controversiam apud ipsum componi vult. Monast. Anglic. III. 143, nov. ed. VIII. 1185, Stubbs Actus Pont. Ebor. ap. Twysden I. 1718, Migne 166 p. 1230. — „Gratias clementiae". |
| „ 6. | „ | 7199 Monasterii Psalmodiensis possessiones et privilegia confirmat, petente Bertrammo abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13845. f. 140. — „Ad hoc universalis". |
| „ 7. | „ | 7200 Monasterii Senoniensis possessiones et privilegia confirmat, petente Antonio abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 127. — „Ad hoc universalis". |
| „ 12. | „ | 7201 (5207) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, proceribus et ceteris, tam clericis quam laicis per Angliam constitutis, Iohannem, legatum apostolicum, commendat. Simeon Dunelm. De gest. reg. 1125 ap. Twysden H. A. SS. I. 252, Wilkins Conc. I. 407, (Mansi XXI. 328, Migne 166 p. 1230). — „Quamvis in extremis". |
| „ 12. | „ | 7202 (5208) Ecclesiae S. Mauritii Turonensis clericis significat, se ratam habere I. presbyteri cardinalis, legati apostolici, sententiam interdicti et excommunicationis in Fulconem, comitem Andegavensem, terramque eius promulgatam. D'Achery Spic. III. 479, Bouquet Rec. XV. 258, Mansi XXI. 322 et 325, Migne 166 p. 1231. — „Sicut boni et". |
| „ 13. | „ | 7203 (5209) Iohanni, presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, mandat, ut legationem a Calixto II. acceptam in Anglia studiose gerat. Simeon Dunelm. De gest. reg. 1125 ap. Twysden H. A. SS. I. 252, Wilkins Conc. I. 406, Mansi XXI. 327, Migne 166 p. 1231. — „Quemadmodum bonorum". |
| „ 13. | „ | 7204 (5210) David, Scotorum regi, commendat Iohannem cardinalem, legatum suum, cui se mandasse scribit, ut de controversia inter Turstanum, archiepiscopum Eboracensem, et Scotiae episcopos quaestionem institueret. Haddan and Stubbs Councils II. I. 211, Simeon Dunelm. De gest. reg. 1125 ap. Twysden H. A. SS. I. 252, Wilkins Conc. I. 407, Mansi XXI. 329, Migne 166 p. 1232. — „Oportet devotos". |
| „ 21. | „ | 7205 (5211) Ecclesiam Monte-Feretranam, petente Petro episcopo, tuendam suscipit et eius possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. II. 844, Migne 166 p. 1232. — „Officii nostri". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1125.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — 21. Dec. — 2.)* |
| Apr. 26. | Laterani | 7206 Monasterii S. Bertini Sithiensis possessiones quasdam, a Roberto comite donatas, confirmat, ac fratribus privilegium de recipiendis monachis mortuisque concedit. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 52. f. 1. — „Aequitatis et iustitiae". |
| „ 30. | „ | 7207 In ecclesia S. Roberti Salzburgensi disciplinam, a Conrado archiepiscopo secundum b. Augustini regulam institutam, canonicorumque bona ac privilegia confirmat, bulla ad Herimannum abbatem. Pflugk-Harttung Acta II. 262, (Meiller Reg. arch. Salisb. p. 12. n. 68. Cf. Annal. Reichersperg. in MG. SS. XVII. 454). — „Ad hoc universalis". |
| Mai. 1. | „ | 7208 (5212) Didaco, archiepiscopo Compostellano, mandat, hortetur episcopum Salmanticensem, ut reddi iubeat bona a militibus Salmanticensibus Bernardo sacerdoti ablata. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 430, Migne 166 p. 1233, (Dorado Comp. hist. de Salamanca p. 112). — „Vestra siquidem". |
| „ 4. | „ | 7209 (5213) Ecclesiam S. Mariae in Portu Ravennatem tuendam suscipit et eius bona immunitatemque confirmat, petente Iohanne praeposito. Fantuzzi Mon. Rav. VI. 41, Migne 166 p. 1234. — „Ad hoc universalis". |
| „ 5.? | „ | 7210 Diffinitionem a iudicibus Lateranensis palatii die 22. Aprilis prolatam, qua Gualfredus episcopus Senensis 18 plebes Guidoni episcopo Aretino restituere iubetur, confirmat. (Clausula bullae a librariis depravata est.) Pflugk-Harttung Acta II. 253. — „Religionis unitas". |
| „ 5. | „ | 7211 Monasterium S. Georgii Venetum, rogatu Tribuni abbatis, tuendum suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, imposito fratribus duorum aureorum censu annuo. In fine textus ita addit: „Post hec nuntius vester nos usque Albanum secutus est et nos . . . usum dalmaticae, anuli et sandaliorum et cirotectis (leg. cirotecarum) et mitre persone vestre concedimus et tuis successoribus." Pflugk-Harttung Acta II. 251. Cf. Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 656 et 700. — „Ad hoc universalis". |
| („) | Albani | Vide eam, quae praecedit, bullam. |
| „ 15. | | „Idus Martii (legendum puto: Maii) venit Honorius papa cum maxima gente et cepit Trevem atque Magentiam et cremavit post tertium et Roccamsiccam et Iulianum et Sanctum Stephanum et Prosseum et abstulit S. Laurentium; postea comites Godefridus, Landulphus, Rainaldus iuraverunt papae". Annal. Ceccanenses 1125 in MG. SS. XIX. 282. |
| c. Iun. | In Casinensi | monasterio. Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 86 in MG. SS. VII. 805. |
| Iul. 11. | Beneventi | 7212 (5214) Monasterii SS. Philippi et Iacobi et S. Walburgae in sacra silva possessiones et privilegia confirmat, petente Bertolfo abbate. Wuerdtwein Nova subs. dipl. VII. 56, Grandidier Hist. d'Als. II. 256, Migne 166 p. 1235. — „Quoniam sine vere". |
| Oct. 3. | „ | 7213 (5215) In Henricum, episcopum Virdunensem, invehitur, quod rationis „de ordinatione illius Conradi Tullensis intrusi" reddendae causa a Calixto II. ab ipsoque in „mediantem quadragesimam praeteritam" vocatus Romam, ac de reddendis rebus ablatis abbati S. Vitoni commonitus, non obedierit. Iubet eum „proxima epiphaniorum festivitate" (6. Ian. 1126) Romam venire, „interim vero ab episcopali officio prorsus abstinere". Wassebourg Antiqu. I. 285, Bouquet Rec. XV. 258, Migne 166 p. 1237. — „Praedecessor noster". |
| „ 3. | „ | 7214 Ecclesiae Tullensis clericis haec scribit: „Sicut audivimus, vos super quosdam, qui bona Tullensis ecclesiae ausu sacrilego diripuerant, praedecessoris nostri fel. mem. papae Calixti praecepto anathematis sententiam protulistis. Nos vero, quod a vobis canónice factum est, ratum habemus." Loewenfeld Epistolae p. 81. — „Sicut audivimus". |
| „ 10. | | †7215 (ccccix) Ecclesiae S. Mariae Buronensis privilegia confirmat. („Dat. Romae p. m. Hymmerici vices agentis cancellarii, anno d. inc. 1124, VI. id. Oct., ind. IV. luna II.) Petri Suev. eccl. p. 213, Migne 166 p. 1312. — „Sicut irrationabilia". |
| „ 11. | „ | Vide Falcon. Benevent. Chron. 1125 ap. Muratori R. It. SS. V. 101, cf. Petri Chron. mon. Cas. l. l. |
| Nov. 21. | Laterani | 7216 (5216) Monasterii S. Pauli de Argon patrocinium suscipit bonaque confirmat, petente Ariprando priore. Lupi C. D. Berg. II. 923. — „Quoniam sine vere". |

**1125.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — 21. Dec. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Nov. 27. | Laterani | 7217 (5217) Monasterii S. Martini Alausani protectionem suscipit, bona confirmat, iura constituit, imposito monachis aurei unius censu annuo. Besold Doc. red. p. 197, Wirtemb. Urkundenb. I. 366 et III. 465, Petri Suev. eccl. p. 90, Steichele Beiträge I. 254, Migne 166 p. 1237. — „Sicut irrationabilia". |
| „ 27. | „ | 7218 (5218) Monasterii S. Mariae in Brisaquensi comitatu, Ottone abbate petente, tutelam suscipit, privilegia constituit, possessiones confirmat, ea lege, ut monachi „stolam sacerdotalem per singula biennia Romano pontifici persolvant". (Facsimile bullae ap.) Schreiber Urkundenb. I. 213, Petri Suev. eccl. p. 233, Migne 166 p. 1239. — „Ad hoc in". |
| „ 27. | „ | 7219 (5219) Monasterii S. Udalrici Neresheimensis possessiones et privilegia confirmat, petente Pilgerino abbate. Wirtemb. Urkundenb. I. 367. — „Cum ecclesiis omnibus". |
| „ 27. | „ | 7220 (5249) Monasterii S. Udalrici et S. Afrae Creuzlingensis disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, rogatu Udalrici, episcopi Constantiensis, ad sese venientis. Meyer Thurgauisches UB. p. 50, (Neugart C. D. Al. II. 60, Migne 166 p. 1270, cf. Pupikofer Regesten des Stifts Creuzlingen p. 5, Schweizerisches Urkundenreg. I. 493. n. 1640). — „Religiosorum fratrum". |
| „ 28. | „ | 7221 Ecclesiae Verulanae possessiones, rogatu Leti episcopi, confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 255. — „Sicut irrationabilia". |
| Dec. 9. | „ | 7222 Monasterii S. Vincentii Laudunensis privilegia et possessiones confirmat, petente Seifrido abbate. Ex archetyp. bibl. nat. Paris. Coll. Grenier 286 misit Delisle. (Coll. Moreau t. 52. f. 7, Coll. Grenier t. 255. f. 144). — „Desiderium quod". |
| „ 9. | „ | 7223 (5220) Monasterii Savigneiensis bona, Gaufrido abbate per Turstinum Eboracensem archiepiscopum petente, confirmat. Martene Thes. I. 361, Migne 166 p. 1241. — „Ad hoc nobis". |
| „ 9. | „ | 7224 (5221) S(igurdo) Norwegiae regi mandat, ut Radulphum, episcopum Orcadensem, a Thoma (lege Thurstano) archiepiscopo Eboracensi consecratum, posteaque demotum, in integrum restituat. Monast. Anglic. III. 144, nov. ed. VIII. 1186, Migne 166 p. 1241. — „Auribus nostris intimatum". |
| „ 9. | „ | 7225 (5222) (Gillae-Alan) Electo Candidae-casae praecipit, adeat T. (lege Thurstanum, non Thomam) archiepiscopum Eboracensem, a quo consecretur. Haddan and Stubbs Councils II. 1. 24, Monast. Anglic. III. 145, nov. ed. VIII. 1187, Migne 166 p. 1242. — „Cui alii a". |
| „ 9. | „ | 7226 (5223) G(uillelmo), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, et universis episcopis per regnum Angliae constitutis, et H(einrico) Anglorum regi praecipit, ut „Thomae (lege Thurstano) Eboracensi archiepiscopo iuxta antiquam consuetudinem crucem ante se deferri absque contradictione aliqua permittant, et regem more solito coronare". Monast. Anglic. III. 147, nov. ed. VIII. 1188, Migne 166 p. 1242. — „Quemadmodum nostrum". |
| („) | („) | 7227 (5224) Thurstano, archiepiscopo Eboracensi, eiusque successoribus privilegia quaedam concedit, in his: „ne ulterius aut Cantuariensis archiepiscopus ab Eboracensi professionem quamlibet exigat, aut Eboracensis Cantuariensi exhibeat". Monast. Anglic. III. 132, nov. ed. VIII. 1178, Wilkins Conc. I. 407, Mansi XXI. 335, Migne 166 p. 1242. — „In eminenti". |
| „ 9. | „ | 7228 I(ohanni) episcopo Glasguensi praecipit, ut Thurstano, archiepiscopo Eboracensi, debitam obedientiam exhibeat. Haddan and Stubbs Councils II. 1. 24. — „Saepe per apostolica". |
| „ 9. | „ | 7230 Monasterium S. Petri et S. Hildae Wytebiense Nicolao abbati asserit, petente Turstano, archiepiscopo Eboracensi. Cartularium abb. de Whiteby I. 116. (Haec bulla anglice reddita legitur apud Charlton Hist. of Whitby p. 85.) — „Ad hoc nobis a". |
| „ 12. | „ | 7231 Raymundo, archiepiscopo Toletano, primatum per universa Hispaniarum regna concedit; pallium ei dat et Calixti II. privilegium (supra 6931) confirmat. Neues Arch. VI. 352 („II. id. Dec.") et Pflugk-Harttung Acta II. 257 („II. kal. Dec."). — „Sacrosancta Romana et". |
| | | 7232 *Ad Guillelmum, archiepiscopum Cantuariensem, litteris interdicit, „ne bona ecclesiae dissipentur, defuncto archiepiscopo". Fifth report of histor. manuscr. p. 429. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1125.** (*Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 1. — 21. Dec. — 2.*) |
| | Laterani | 7233 (5225) Ecclesiae Ravennatis iura metropolitana possessionesque, petente Gualterio archiepiscopo, confirmat. Ughelli It. sacr. II. 365, Migne 166 p. 1243. — „Sacrosancta Romana". |
| | | **1125—1126.** |
| | | 7234 (5227) Ge(rardo), episcopo Teatino, mandat, moneat Rainaldum de Tocco, ut Gisoni, abbati Piscariensi, ecclesiam S. Mariae in Pesile restituat. Muratori R. It. SS. II. II. 1007, Migne 166 p. 1245. — „Veniens ad nos". |
| | | 7235 (5304) Chunrado, archiepiscopo Salzburgensi, scribit, Henricum, episcopum Frisingensem, questum esse, etsi Calixti II. veniam impetrasset, tamen ab eo se acerrime infestari. Monet, ut donec ab ipso res iudicetur, inimicitiis desistat. Meichelbeck Hist. Fris. I. I. 309, Migne 166 p. 1303. — „Frisingensis ecclesia". |
| | | **1126.** (*Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 2. — 21. Dec. — 3.*) |
| Ian. 10. | Laterani | 7236 (5228) Didaco, archiepiscopo Compostellano, respondet, in praesenti se eius optata explere non posse. Monet, ne „dignitate pallii abutatur". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 442, Migne 166 p. 1246. — „Nuntios eum". |
| „ 10. | „ | 7237 (5229) Didaco, archiepiscopo Compostellano, scribit, quamvis sinistra quaedam sint de eo sibi nunciata, tamen sperare se, cum „ita humiliter et devote se habiturum, ut plenarie gratiam b. Petri et suam valeat retinere". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 442, Migne 166 p. 1246. — „Quamvis de". |
| „ 15. | „ | 7238 Erleboldo praeposito, Oilardo decano et canonicis ecclesiae Cameracensis asserit, interventu Burchardi episcopi, bona ab eo eiusque successoribus concessa. Pflugk-Harttung Acta I. 129. — „Nobis in apostolicae". |
| „ 15. | „ | 7239 Alardo custodi vel thesaurario ecclesiae S. Mariae Cameracensis, rogatu Burchardi episcopi, asserit bona, ad ministerium eius pertinentia. Pflugk-Harttung Acta I. 130. — „Bona, quae Dei". |
| „ 25. | „ | 7240 Ecclesiae Ebroicensis tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Aldoeo episcopo. Cartul. du chap. d'Evreux s. XIII—XIV. f. 5 in Arch. dép. de l'Eure à Evreux. — „Equitatis et iusticie". |
| „ 30. | „ | 7241 (5230) Ecclesiae Lincolniensis tutelam suscipit, bonaque confirmat, petente Alexandro episcopo. Monast. Anglic. III. 268, nov. ed. VIII. 1276, Wilkins Conc. I. 406, Migne 166 p. 1246. — „Pia et diligens". |
| Febr. 6. | „ | 7242 Ecclesiae Castellanae tutelam suscipit, bonaque confirmat, petente Rainerio episcopo. Muzi Mem. eccl. di Città di Castello II. 46. — „Aequitatis et iustitiae". |
| „ 10. | „ | 7243 (5231) Monasterii S. Theoderici Remensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Guillelmo abbate. Varin Archives admin. de Reims I. I. 279, Migne 166 p. 1247. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 16. | „ | 7244 (5232) Fratrum ecclesiae S. Mariae Praemonstratensis disciplinam possessionesque, petente Norberto, confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 9, Hugo Vie de S. Norbert p. 238, Le Paige Bibl. Praem. p. 392, Migne 166 p. 1249. — „Apostolicae disciplinae". |
| „ 16. | „ | 7245 Ursioni abbati et fratribus S. Dionysii Remensibus privilegium tribuit. Neues Archiv VII. 87. — „Desiderium, quod". |
| „ 27. | „ | 7246 (5233) Ecclesiae S. Mariae Cappenbergensis privilegia constituit, possessionesque, petente Norberto, confirmat. Kindlinger Münst. Beitr. II. 160, Hugo O. P. A. I. Pr. p. 369, Erhard Reg. Westph. II. Cod. dipl. p. 3, Hugo Vie de S. Norbert p. 161, Migne 166 p. 1251. — „Ad hoc universalis". |
| „ 27. | „ | 7247 (5234) Monasterii S. Evangelistae Kaltenbornensis possessiones et privilegia, petente Godescalco praeposito, confirmat. Thuringia sacra p. 304, Menckenii SS. R. G. I. 763, Migne 166 p. 1252. — „Apostolici moderaminis". |
| Mart. 4. | „ | 7248 (5247) A(delberto), archiepiscopo Moguntino, respondet, Gebhardum „episcopatus Wirzeburgensis apicem non ulterius debere obtinere". (Anno 1126 datam esse epistolam, probant Kolbe Erzb. Adalb. v. Mainz p. 131, Bernhardi Lothar v. Supplinburg p. 108, alii.) Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 399, Ludewig SS. R. G. I. 830, Mansi XXI. 351, Migne 166 p. 1269. — „Super causa". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1126.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 2. — 21. Dec. — 3.)* |
| Mart. 9. | Laterani | 7249 (5235) Ecclesiam SS. Mariae et Iustinae Placentinam tuendam suscipit, canonicorumque bona confirmat, petente Arduino episcopo. Campi Hist. di Piac. I. 528, Migne 166 p. 1253. — „Ad hoc universalis". |
| c.Mart.21. | | In Oderisium, abbatem Casinensem, „in epdomada quinta quadragesimalis ieiunii sententiam depositionis vibrat". Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 88 in MG. SS. VII. 806. |
| Mart. 22. | | †7250 (ccccviii) Monasterii Altahensis (superioris) libertatem confirmat, imposito monachis nummi aurei censu annuo. („Dat. est Laterani in palatio anno dom. inc. 1126, ind. III, XI. kal. Apr., Ottone cancellario S. R. sedis.") Hund Metr. Sal. II. 50, Mon. Boic. XII. 98, Migne 166 p. 1314. — „Privilegium libertatis". |
| „ 28. | „ | 7251 (5236) Monasterii S. Blasii rogatu Bertoldi abbatis protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Gerbert Hist. Nigr. Silv. III. 59, Trouillat Mon. de Bâle I. 253, Migne 166 p. 1254. — „Ad hoc universalis". |
| „ 28. | „ | 7252 (5237) Monasterii Wiblingensis possessiones et privilegia confirmat, petente Warnero abbate. Wirtemb. Urkundenb. I. 371, Gerbert H. N. S. III. 55, Migne 166 p. 1257. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 28. | „ | 7253 Henrico, episcopo Tullensi, mandat, commoneat Theodericum de Imbertcort, Theodericum castellanum et Gerardum filium eius, ut canonicis Tullensibus ablata bona restituant; nisi usque ad festum SS. Petri et Pauli satisfecerint, excommunicari eos iubet. Loewenfeld Epistolae p. 81. — „Ad hoc episcopalem". |
| „ 29. | „ | 7254 (5238) Monasterii S. Lamberti in Carinthia, rogatu Odalrici abbatis, protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, annuo bizantii unius censu monachis imposito. Zahn Urk. von Steiermark I. 130. — „Quoniam sine vere". |
| Apr. 3. | „ | 7255 Maioris-monasterii possessiones et privilegia, rogatu Oddonis abbatis, confirmat, imposita fratribus unius auri unciae pensione annua. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12879 (Martene Hist. de Marmoutiers) f. 64. — „Habitantes in domo". |
| „ 6. | „ | 7256 Ecclesiae S. Deodati tutelam suscipit et possessiones, rogatu Alberti praepositi, confirmat, ea lege, ut unus aureus Lateranensi palatio annuatim persolvatur. Pflugk-Harttung Acta I. 130. — „Ex iniuncto nobis". |
| „ 7. | „ | 7257 (5279) Odalrico, episcopo Constantiensi, mandat, hortetur Rudolfum, comitem Lenzeburgensem, ne vexare monasterium Rhenaugiense pergat. Herrgott Geneal. Habsb. II. 142, Quellen z. Schweiz. Gesch. III. ii. 52, Migne 166 p. 1287. — „Quemadmodum cultores". |
| („) | („) | 7258 Rudolfum, comitem Lenzeburgensem, hortatur, ut ab iniuriis in monasterium Rhenaugiense desistat; alioquin ab Odalrico, episcopo Constantiensi, cum anathematizatum iri minatur. Herrgott Geneal. Habsb. II. 146, Quellen z. Schweiz. Gesch. III. ii. 53. — „Viri nobiles et". |
| „ 11. | | „In resurrectionis dominicae sollempnitate" Oderisium, abbatem Casinensem, sociosque excommunicat. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 88. p. 806. |
| „ 13. | | †7258a Monasterium SS. Petri et Pauli Dervense ab omni praeterquam Romanae sedis iurisdictione eximit, eiusque possessiones confirmat, petente Rogerio abbate. („Dat. Laterani p. m. Aymerici s. sed. ap. scriptoris et cancellarii.") Pflugk-Harttung Acta I. 131. — „Iusticie cultus". |
| „ 24. | „ | 7259 (5239) Archiepiscopis, episcopis, baronibus et aliis fidelibus per Franciam, Aquitaniam et Burgundiam constitutis mandat, iuvent Petrum diaconum cardinalem, legatum suum, in expellendo Pontio, monasterii Cluniacensis invasore. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 648, Bouquet Rec. XV. 260, Mansi XXI. 336, Doniol Cart. de Sauxillanges p. 619. n. 926, Migne 166 p. 1258. — „Universae bonitatis". |
| „ 24. | „ | 7260 (5240) Monachis Cluniacensibus significat, Pontium invasorem a Petro, legato suo, iterum anathematizatum iri. Hortatur, ut Petro abbati obtemperent. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 648, Bouquet Rec. XV. 261, Mansi XXI. 337, Doniol Cart. de Sauxillanges p. 619. n. 927, Migne 166 p. 1259. — „Gravamur admodum". |
| „ 24. | „ | 7261 (5241) Hu(mbaldo), archiepiscopo Lugdunensi, mandat, ut Pontium, monasterii Cluniacensis invasorem, in carcerem includendum curet. Legatum de latere a sese mitti, significat. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 648, Bouquet Rec. XV. 261, Mansi XXI. 337, Doniol Cart. de Sauxillanges p. 620, Migne 166 p. 1259. — „Dolemus, quoniam". |

**1126.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 2. — 21. Dec. — 3.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 25. | Laterani | 7262 (Henrico) episcopo Tullensi mandat, ut „ad recuperanda praedia et possessiones Tullensis ecclesiae tamquam bonus pastor et providus elaboret et canonicis Tullensibus de Theoderico de Castello et filio eius Gerardo, sicut per alia scripta ei mandaverit (supra ep. 7253), plenariam iustitiam faciat". Loewenfeld Epistolae p. 82. — „Pastores et praelati". |
| „ 29. | „ | 7263 *Monasterii Halensis, quod dicitur Novum-opus, possessiones et privilegia confirmat. Dreyhaupt Pagus Neletici I. 706. n. 2. |
| Mai. 6. | „ | 7264 *Bullam hoc die datam in tabul. Senonensi se vidisse dicunt auctores operis: Nouveau traité de dipl. V. 264. n. 1. |
| „ 29. | | †7265 Tebaldo, abbati S. Copratii de Bulla (?). Dat. Ferentini IIII. kal. Iun., Ind. IIII., Inc. a. MCXXVI. Sic legitur ap. Pflugk-Harttung Iter p. 222. (Aut falsam esse bullam aut, notis temporis correctis, Honorio III. ascribendam, apud me constat.) — „Pie postulationi". |
| Iul. 21. | „ | 7266 (5242) Rogerio, archiepiscopo Pisano, restituit ius consecrandorum episcoporum Corsicanorum, palliumque concedit. Ughelli It. sacr. III. 382, Tronci Mem. di Pisa p. 61, Mansi XXI. 343, Cocqu. II. 198, Migne 166 p. 1261. — „Ad hoc in". |
| | | 7267 *Lotharii electionem confirmat eumque „pro imperialis dignitatis plenitudine suscipienda ad sedem apostolicam evocat". Vide epistolas d. d. 6. Maii et 20. Iun. 1130; cf. Bernhardi Lothar von Suppl. p. 52 et 335. |
| Oct. 20. | „ | 7268 (5243) Petro abbati abbatiam Cluniacensem asserit, Pontiumque, „excommunicatum invasorem, depraedatorem, sacrilegum et schismaticum", damnat. Bullar. Cluniac. p. 43, Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 649, Bouquet Rec. XV. 261, Mansi XXI. 338, Migne 166 p. 1265. — „Universalis ecclesiae". |
| „ 28. | „ | 7269 Ecclesiae Caralitanae possessiones ac iura confirmat. Petro archiepiscopo eiusque successoribus pallium concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 257. — „In eminenti apostolicae". |
| Nov. 1. | „ | 7270 (5244) Parthenoni Fontis-Ebraldi privilegia concedit, et eius bona confirmat, petente P(etronilla) abbatissa. Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 625, Nicquet Hist. de Font-Evraud p. 190, Migne 166 p. 1268. — „Ad hoc universalis". |
| „ 30. | „ | 7271 Episcopis suffraganeis et clero populoque Toletano nuntiat, sese Raymundi antea Oxomensis episcopi electionem in archiepiscopum Toletanum confirmare eumque pallio ornatum Toletum remittere. Neues Archiv VI. 294. — „Sacrosancta Romana". |
| Dec. 14. | „ | 7272 (5245) Monasterii S. Remigii Remensis privilegia confirmat. Varin Arch. admin. de Reims I. I. 281: „XIX. kal. Ian."; Neues Archiv VII. 88: „XVIII. kal. Ian.". — „Equitatis et iustitie". |
| | „ | 7273 Monasterii Hersfeldensis bona et privilegia confirmat, petente Adelmanno abbate. Stumpf Acta Magunt. p. 13. — „Quia iustis poscentium". |
| | | 7274 (5246) Didacum, archiepiscopum Compostellanum, hortatur, „ut ita sapienter, mansuete et cum humilitate personam suam regat, quatenus Deo et b. Petro . . . gratus effici mereatur". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 445, Migne 166 p. 1269. — „Nobilis et famosa". |
| | | 7275 *Girardo, episcopo Engolismensi, ap. sed. legato, et Hildeberto, archiepiscopo Turonensi, et omnibus episcopis Britanniae mandat, „ut episcopali severitate tamdiu malefactores exerceant, donec monasterio S. Salvatoris Rotonensi ablata restituerint". Vide tabulam ap. Courson Cartul. de l'abb. de Redon p. 298. |
| | | 7276 *Herveo abbati et fratribus S. Salvatoris Rotonensibus privilegia concedit. Vide tabulam ap. Courson Cartul. de l'abb. de Redon p. 298. |
| | | „Honorius papa cepit Segnis et Vinculum". Annal. Ceccanenses 1126 in MG. SS. XIX. 282. |

**1125—1127.**

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 4. | Laterani | 7277 Norberto presbytero et fratribus b. Mariae Floreffiensibus significat, se eorum ecclesiam, a Godefrido comite Namurcensi fundatam, et ab Alberone episcopo Leodiensi roboratam, confirmare. Anal. p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique XII. 35. — „Rationabilibus postulationibus". |
| Mai. 17. | „ | 7278 (5248) Inter fratres S. Frigdiani et hospitale Altipassus de silva de colle Sacci prolatam a B(enedicto), episcopo Lucensi, sententiam confirmat. Baluzii Misc. IV. 588, Migne 166 p. 1270. — „Quemadmodum ea". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1127.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 3. — 21. Dec. — 4.)* |
| | Laterani | 7279 (5251) Petro, abbati Cluniacensi, significat, se Pontium, praeterito mense Decembri mortuum, quamvis de malis monasterio illatis poenitentiam non egisset, honeste tamen sepeliendum curasse. Bullar. Cluniac. p. 44, Bibl. Cluniac. p. 1313, Bouquet Rec. XV. 264, Mansi XXI. 321, Migne 166 p. 1272. — „Praeterito mense". |
| | | 7280 (5252) *Pandulfo, Landonis comitis Aquinensis filio, interdicit, „ne in possessione b. Benedicti castrum aedificet". Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 93. p. 809. |
| | | †7281 (5250) A(delbertum), archiepiscopum Moguntinum, reprehendit, quod (Gebehardum) designatum ecclesiae Wirzeburgensis episcopum ante diiudicatam causam contra canones excommunicaverit. („Epistola vehementius scholam redolet, quam quam pro genuina putemus", ut monet Jaffé l. l. Cf. Böhmer-Will Reg. archiep. Mag. p. 285, et Histor. Zeitschrift XXII. 176 et Bernhardi Lothar p. 110.) Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 412, Mansi XXI. 349, Migne 166 p. 1278, (ap. Ludewig SS. R. Germ. II. 834 epistola haec Innocentio II. perperam tribuitur). — „Scimus quidem zelum". |
| Ian. 23. | „ | 7282 (5253) Monasterium b. Martini Disertinense tuendum suscipit et eius bona confirmat, petente Walterio abbate. Eichhorn Ep. Cur. C. Pr. 47, Mohr Cod. dipl. I. 159. — „Ad hoc universalis ecclesiae". |
| „ 23. | „ | 7283 (5254) Monasterii Fabariensis patrocinium suscipit, ac libertatem, possessiones et privilegia confirmat, petente Wieramno abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 133, (Eichhorn Ep. Cur. C. Pr. p. 48). — „Apostolici moderaminis". |
| „ 25. | „ | 7284 (5255) Episcopis, abbatibus, baronibus et ceteris clericis et laicis per Angliam et Scotiam constitutis significat, se Guillelmo, archiepiscopo Cantuariensi, legationem Angliae Scotiaeque commisisse; cui obedire eos iubet. Wharton Angl. sacra I. 792, Wilkins Conc. I. 409, Migne 166 p. 1272. — „Sponsa Christi". |
| Mart. 8. | „ | 7285 (5256) Monasterii SS. Petri et Pauli Carnotensis possessiones confirmat, petente Willelmo abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 325, Migne 166 p. 1273. — „Aequitatis et iustitiae". |
| „ 9. | „ | 7286 Ecclesiae S. Mariae et S. Iohannis super Maternam fluvium iuxta Gornaium castrum possessiones confirmat, petente Mathaeo, episcopo Albanensi. In tab. nat. Paris. Cart. de Gournay s. XIII. LL. 1397. f. 1. — „Habitantes in domo". |
| „ 12. | „ | 7287 Ecclesiae Toletanae bona et privilegia confirmat, (petente) Raimundo archiepiscopo. Neues Archiv VI. 299. — „Iustitiae et unicuique". |
| „ 23. | „ | 7288 (5257) Monasterium S. Martini Sponheimense tuendum suscipit et privilegiis donat, petente Bernhelmo abbate. (Bulla non est a suspicione libera.) Gall. Chr. V. Instr. p. 448, Cocqu. II. 200, Migne 166 p. 1274. — „Religiosis desideriis". |
| | | 7289 (5258) *Monachis Casinensibus scribit, „si in manu et consilio suo monasterii Casinensis dispositionem et ordinationem libere et absque contradictione aliqua posuerint, se quantocius ad Casinense monasterium venturum et ob honorem, salutem et reformationem coenobii tam in spiritualibus quam in temporalibus laboraturum". Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 93. p. 809. |
| Apr. 6. | „ | 7290 P(etro) abbati et fratribus Anianensibus scribit, statuisse se, ut pro restauratione damnorum, cellae Gordanicensi illatorum, ab abbate Casae-dei 50 solidi Melgoriensis monetae duobus terminis eis persolvantur. Loewenfeld Epistolae p. 82. — „Controversia quae". |
| „ 26. | „ | 7291 St(ephanum) abbatem Casae-dei hortatur, ut fratribus Anianensibus de iniuriis, a monachis quibusdam cellae Gordanicensi illatis, satisfaciat. Loewenfeld Epistolae p. 83. — „Gravamur quoniam sicut". |
| Mai. 6. | „ | 7292 (5259) Richardo, episcopo Baiocensi, interdicit, ne monasterii S. Benigni Divionensis iura infringat. Pérard Recueil p. 219, Bessin Conc. Rotom. II. 257, Migne 166 p. 1275. — „Inter plures correctione". |
| | | „Honorius papa venit super Arpinum (al. Supinum) et plurimis interfectis cum dedecore reversi sunt Romam". Annal. Ceccanenses 1127 in MG. SS. XIX. 282. |
| Aug. Oct. | In Casinensi | monasterio. Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 95. p. 810. |
| „ „ | Beneventi | Vide Honorii orationem in Falconis Benevent. chron. 1127 p. 103. Cf. Petri Chron. mon. Casin. L. IV. c. 95 l. l., Alexandri Telesini hist. I. c. 8 ap. Muratori R. It. SS. V. 617. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1127.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 3. — 21. Dec. — 4.)* |
| Oct. 18. | Beneventi | 7293 (5260) Ottoni, episcopo Halberstadensi, simoniae accusato, haec suadet: „Si ergo huius sceleris te reum esse cognoscis, satius est, ut cedas, et delictum tuum in hac vita punias per poenitentiam, quam ante oculos districti iudicis iudicandus appareas". Ludewig SS. R. G. I. 826, Thuring. sacra p. 323, Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 405, Schmidt Urk. d. Hochst. Halb. I. 132, (Mansi XXI. 477, Migne 166 p. 1277). — „Gravis ad nos". |
| c. Nov. 11. | Troiae | Vide Honorii orationem ap. Falc. Ben. 1127 p. 104: „die festivitatis b. Martini". Cf. Alexandri Telesini hist. L. I. c. 10. p. 618. |
| | „ | Concilium, in quo Rogerius comes excommunicatur, et „quisquis ei ad adipiscendum ducatum consensurus seu opem collaturus sit". Alexandri Telesini Hist. L. I. c. 10. p. 618. |
| Dec. 6. | Beneventi | 7294 Henrico, episcopo Virdunensi, iam iterum mandat, ut L(aurentio) abbati S. Vitoni eiusque fratribus „ius suum" restituat. Pflugk-Harttung Acta I. 133. — „Non est episcopalis". |
| „ 8. | „ | 7295 Ecclesiae S. Mariae maioris Virdunensis protectionem suscipit, possessiones statuit, libertatemque a Godefrido duce super iure advocatiae indultam confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 53. f. 12. — „Aequitatis et iustitiae". |
| „ 20. | „ | 7296 Monasterii S. Winnoci Bergensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Alfgero abbate. (In clausula „XIII. kal. . . ." supplendum videtur: „XIII. kal. Ian.") Pruvost Chron. de Bergues-St.-Winoc I. 100. — „Ad hoc universalis". |
| „ 30. | Capuam | „III. kal. Ianuar. adit". Falco Benev. chron. 1127 p. 103. |
| | | **1128.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 4. — 21. Dec. — 5.)* |
| Ian. 29. | ap. Montem-sarculum | Vide Falcon. Benevent. Chron. 1127 p. 105. |
| Mart. 9. | Laterani | 7297 Montis sereni, a Chunrado marchione Misnensi „sub annua pensione unius aurei vel fertonis argenti" b. Petro oblati, protectionem suscipit. Köhler Das Kloster des h. Petrus bei Halle p. 47. — „Oblationes et vota". |
| „ 31. | „ | in palatio. Vide placitationem ap. Mabillon De re dipl. p. 599 et in Baluzii Misc. III. 68. |
| Apr. 4. | „ | 7298 (5262) Canonicorum Faventinorum bona confirmat. Ughelli It. sacr. II. 494, Migne 166 p. 1277. — „Pastoralis officii". |
| „ 9. | „ | 7299 (5263) Ecclesiae Trevirensis privilegia possessionesque confirmat, et Mainerio archiepiscopo concedit, ut pallio praeferendaque cruce utatur atque „in constitutis ecclesiae stationibus cum nacco albo equitet". Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 200, Beyer M. U. I. 516. — „In humani compage". |
| „ 9. | „ | 7300 Canonicorum Metensium possessiones ac privilegia, petente Alberone primicerio, confirmat; inter alia concedit, ut „percussuram proprie monete apud Sarebure habeant libere, que aequaliter ut Metensis in eadem civitate et toto episcopatu percurrat, sic tamen ut pondere et puritate argenti a Metensi non discrepet". Pflugk-Harttung Acta II. 258. — „Sicut sponsa Christi". |
| „ 10. | „ | 7301 Monasterii S. Mariae Springirsbacensis protectionem suscipit, ac disciplinam, privilegia, bona confirmat, petente Richardo praeposito. Beyer M. U. I. 517. — „Ad hoc universalis". |
| „ 12. | „ | 7302 Folmaro, abbati S. Trinitatis Luxemburgensi, concessum a Brunone, quondam archiepiscopo Trevirensi, privilegium, „ut proxima sexta feria post dominicam, qua cantatur Misericordia domini, parochiani villarum circumpositarum cum reliquiis et oblationibus in monasterio eius conveniant", roborat. (Fragmentum.) Brower et Masen Ant. et Ann. Trev. II. 24, (Bertholet Hist. de Luxembourg III. 401). — „Sicut venerabilis frater". |
| „ 18. | „ | 7303 Clero et populo Landavensi commendat Urbanum episcopum, Roma redeuntem, cui „ad recuperandas possessiones et bona Landavensis ecclesiae, quae distracta sint, unanimitate praebeant consilium et auxilium". The Liber Landavensis p. 37, Haddan and Stubbs Councils I. 322. — „Venientem ad apostolicae". |
| „ 19. | („) | 7304 Ecclesiam b. Petri et SS. Dubricii, Teliavi, Oudocei Landavensem, petente Urbano episcopo, tuendam suscipit, et eius possessiones confirmat. The Liber Landavensis p. 31, Haddan and Stubbs Councils I. 322. — „In eminenti sedis". |

**1128.** *(Ind. 6.— 1. Sept. —7, pont. a. 4.— 21. Dec. — 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 19. | Laterani | 7305 (5289) Willelmo, archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, et episcopis per Angliam constitutis significat, Urbanum, episcopum Landavensem, de paroeciis Ergin, Istratui, Guhir, Cetgueli, Cantrebichan a se investitum esse „salva iustitia ecclesiarum Herefordensis et S. Dewi (Menevensis)". Urbanum et Bernhardum Menevensem et Ricardum Herefordensem iubet proxima quadragesima mediante Romam aut ipsos venire aut legatos mittere. Wharton Anglia sacra II. 674, The Liber Landavensis p. 34, Haddan and Stubbs Councils I. 324, Migne 166 p. 1291. — „Frater noster Urbanus". |
| „ 19. | „ | 7306 Henrico, Anglorum regi, de eadem re significat, et Urbanum, episcopum Landavensem, commendat. The Liber Landavensis p. 35, Haddan and Stubbs Councils I. 325. — „Frater noster Urbanus". |
| „ 19. | „ | 7307 Clericis et laicis per paroecias Ergic, Istratiu, Guhir, Cetgueli, Cantrebichan praecipit, ut Urbano, episcopo Landavensi, obediant. The Liber Landavensis p. 36, Haddan and Stubbs Councils I. 326. — „Frater noster Urbanus". |
| „ 19. | „ | 7308 Monachis, capellanis, canonicis Walterio filio Ric., Briano filio Willelmi comitis, Pagano filio Iohannis, Miloni de Glocestria, Batrun filio Wil., Winbaldo de Badlon, Roberto de Candos, Ricardo filio Puntii, Roberto filio Martini, Roberto filio Rogeri, Mauritio filio Willelmi de Lundriis et ceteris per Landavensem episcopatum nobilibus praecipit, ut ablata ecclesiae Landavensi restituant et Urbano episcopo pareant. The Liber Landavensis p. 36, Haddan and Stubbs Councils I. 326. — „Fama referente". |
| „ 22. | Romae | in synodo „Conradum falso nomine regem et Fredericum, fratrem illius, cum suis complicibus in paschali die exstinctis luminibus dampnat et excommunicat". Annalista Saxo 1128 in MG. SS. VI. 765. Cf. Annal. Magdeb. ibid. XVI. 183: „Fridericus a papa Honorio et aliis ecclesiasticis viris, qui Romae ad synodum congregati fuerant" excommunicatus est. |
| „ 25. | Laterani | 7309 (5264) Dioecesis Mutinensis fines et ecclesiae possessiones, petente Dodone episcopo, confirmat. Tiraboschi Mem. Mod. II. 99. — „Equitatis et iusticie". |
| Mai. 4. | „ | 7310 (5265) M(atthaeo), episcopo Albanensi, sedis apostolicae legato, mandat, ut monasterio Luxoviensi, quae Divionenses ademerint, restituat. Bouquet Rec. XV. 266, Migne 166 p. 1278. — „Animadvertat fraternitatis". |
| „ 7. | „ | 7311 (5266) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones et privilegia confirmat. Bull. Lat. p. 8. — „Ad hoc universalis". |
| „ 7. | „ | 7312 Ptochii (i. e. domus hospitalis) iuxta Lateranense palatium siti possessiones confirmat, Saba et Silvio custodibus petentibus. Pflugk-Harttung Acta II. 260 (ubi bulla perperam legitur ecclesiae S. Iohannis Lateranensi concessa). — „Iustis votis assensum". |
| „ 20. | „ | 7313 (5267) Suffraganeos ecclesiae Turonensis episcopos hortatur, ut concilii Namnetensis decreta observent. Morice Mém. de Bret. I. 555, Bouquet Rec. XV. 265, Mansi XXI. 354, Migne 166 p. 1279. Cf. Neues Archiv VI. 359. — „Carissimus frater" „Carissimi fratres" („Sicut bonus"). |
| „ 29. | „ | 7314 (5268) Balduino, regi Hierosolymorum, scribit, Guillelmum, archiepiscopum Tyrium, et Rogerium, episcopum Ramensem, legatos eius, de iusticia et religione eius sibi narrasse. „Regnum Hierosolymitanum cum dignitate, a papa Pascali regi Balduino, atque Hierosolymitanae ecclesiae iustae discretionis moderamine concessa, ei concedit". Commendat Fulconem, comitem Andegavensem, „qui, postposito baronum suorum et innumeri populi dominio, Deo et ei servire decreverit". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 17, Migne 166 p. 1279. — „Laudes et gratiarum". |
| c. Iun. | Beneventi | Vide Falcon. Benev. chron. 1128 p. 105. |
| Iul. | in Apulia | cum exercitu moratur Rogerii expellendi causa „per quadraginta dies, ardenti sole mensis Iulii fatigatus". Falcon. Benev. chron. 1128 p. 105; Annal. Casinenses 1128 in MG. SS. XIX. 309, Romualdi Salern. Annal. ibid. p. 418. |
| „ 8. | in territorio Barensi | 7315 (5269) Guaremundo, patriarchae Hierosolymitano, nunciat, Wilhelmum, archiepiscopum Tyrium, a sese benigne receptum pallioque ornatum esse. De suis ad suffraganeos illius litteris significat. Will. Tyr. L. XIII. c. 23, Mansi XXI. 321, Migne 166 p. 1281. — „Susceptis fraternitatis". |
| („) | | 7316 (5270) Episcopis suffraganeis, clero populoque Tyri commendat Wilhelmum archiepiscopum, a sese pallio donatum. Will. Tyr. L. XIII. c. 23, Mansi XXI. 321, Migne 166 p. 1280. — „Venientem ad nos". |

**1128.** *(Ind. 6. — 1. Sept. — 7, pont. a. 4. — 21. Dec. — 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| (Iul.) | | 7317 (5271) Bernhardo, patriarchae Antiocheno, per Egidium, episcopum Tusculanum, apostolicae sedis legatum, praecipit, ut ecclesiae Tyriae restituat, quos detineat suffraganeos. (Fragmentum.) Will. Tyr. L. XIII. c. 23, (Migne 166 p. 1281). — „Unde per apostolica". |
| Iul. Aug. | ad fluvium | Bradanum, ubi Vadus Petrosus dicitur. Vide Alexandri Telesini Hist. L. I. c. 13 ap. Muratori R. It. SS. V. 618. |
| Aug. | Beneventi | Vide Falcon. Benev. chron. 1128 p. 105, Alex. Teles. Hist. L. I. c. 15. p. 619; cf. Romualdi Salern. Ann. l. l. |
| „ 22. | prope Beneventum ad pontem maiorem | (iuxta fluminis Sabbati ripam) Rogerium de ducatu Apuliae investit per vexillum „in octavo die assumptionis S. Mariae". Falco Benevent. 1128 p. 105, Romualdi Salern. Annal. l. l. Cf. Boson. card. Vit. Honorii ap. Watterich II. 159: „ad Ponticellum iuxta Beneventum". |
| Sept. 4. | Beneventi | 7318 (5272) Guillelmi, prioris dominici sepulcri Hierosolymitani, et eius fratrum protectionem, interventu Guarmundi patriarchae, suscipit, eorumque possessiones confirmat. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 18, Migne 166 p. 1281. — „Habitantes in". |
| a. Sept. 29. | Benevento | Romam versus proficiscitur. Vide Falc. Benev. 1128 p. 105: „Sed priusquam urbem Romam ingrederetur, secundo die stante mensis Septembris" cet. |
| | | 7319 Clero et populo Halberstadensi praecipit, ut, Ottone episcopo simoniae convicto ideoque deposito, idoneam personam canonice sibi in episcopum eligant. Gesta epp. Halberstad. in MG. SS. XXIII. 105, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halb. I. 133. Cf. Bernhardi Lothar von Supplinb. p. 212. — „Otto vester episcopus". |
| | | 7320 (5291) Mathaeo, episcopo Albanensi, apostolicae sedis legato, mandat, Catalaunum se conferat, adhibitoque (Meginhero) archiepiscopo Trevirensi iudicet inter Henricum episcopum Virdunensem et eius accusatores. Wassebourg Antiqu. I. 285$^b$, Bouquet Rec. XV. 269, Migne 166 p. 1292. De tempore cf. Bernhardi Lothar v. Suppl. p. 249. — „Quemadmodum tua novit". |
| Oct. 7. | Laterani | 7321 W(illelmo), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, mandat, videat, ne Urbanus, episcopus Landavensis, de controversia cum ecclesiis S. Dewi (Menevensi) et Herefordensi habita in proximam mediantem quadragesimam Romam vocatus, „aliquid in veniendo ad sese aut in aliis rebus incommodum vel detrimentum sustineat". The Liber Landavensis p. 38, Haddan and Stubbs Councils I. 327. — „Ex iniuncta nobis". |
| „ 7. | „ | 7322 Henrico, Anglorum regi, scribit, ne Urbano, episcopo Landavensi, „ullum in veniendo ad sese aut rebus eius impedimentum aut incommodum faciat, neve ab aliis inferri permittat". The Liber Landavensis p. 38, Haddan and Stubbs Councils I. 328. — „Ut liberius". |
| Nov. 4. | „ | 7323 (5273) Monasterii S. Mariae Floreffiensis tutelam suscipit, bona confirmat, privilegia instituit, petente Richardo abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 52, Migne 166 p. 1284. — „Cum sine . . . . religionis" (haud dubie corrigendum est: „Quoniam sine verae religionis". |
| „ 7. | „ | 7324 (5274) Alexandro episcopo et clero Leodiensi praecipit, recedant ab hac consuetudine, „ut, quicumque canonicus fieri voluerit, oporteat eum praeposito et decano determinatam pecuniam exhibere". D'Achery Spicil. III. 479, Migne 166 p. 1285. — „Relatione fratrum". |
| „ 19. | | †7325 Monasterium SS. Michaelis et Benedicti in burgo Senensi et hospitalia quaedam tuenda suscipit eorumque possessiones confirmat, petente Ambrosio, abbate Passignanensi. („Dat. ap. S. Iohannem de Laterano p. m. Anselmi S. R. E. presbyteri et cardinalis" cet.) Liverani Opp. IV. 382, Pflugk-Harttung Acta II. 261. — „Devotionis tuae". |
| Dec. 5. | „ | 7326 (5275) *Monasterii Huysburgensis possessiones confirmat, fratribusque asserit ius eligendi abbatis. Neue Mittheil. aus d. Geb. hist. ant. Forsch. IV. 1. 9. |
| „ 31. | | †7327 Monasterii Fuldensis possessiones et privilegia confirmat, petente Udalrico abbate. („Datum p. m. Petri diaconi et scriniarii S. R. E.") Harttung Dipl.-hist. Forschung. p. 491. — „Convenit apostolico moderamini". |

**1125—1129.**

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 13. | Laterani | 7328 *Monasterii S. Petri-vivi Senonensis patrocinium suscipit ac possessiones confirmat. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 216. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1125—1129.** |
| Febr. 2. | Laterani | 7329 B(erengario), episcopo Foroiuliensi, praecipit, ut infra unum mensem fratribus Lirinensibus de ecclesia Rocabrunensi satisfaciat aut in proxima festivitate S. Michaelis (29. Sept.) ad sese accedat. Pflugk-Harttung Acta I. 134, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 20. — „Filius noster G(uarinus)". |
| „ 16. | „ | 7330 Archiepiscopis et episcopis, in quorum dioecesibus monasterium Anianense et ecclesiae eius consistunt, praecipit, ne ab ipsis decimas exigant vel exigi a laicis patiantur. (Hae litterae an recte Honorio II. ascribantur, non satis constat, quippe quae nonnullis Hadriani IV. epistolis intermixtae reperiantur.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12772. f. 27. — „Absque mentis quiete". |
| „ 26. | „ | 7331 (5276) Canonicos S. Mariae Raitenbuchenses ad observandam S. Augustini regulam hortatur. Reg. ap. Lang Regesta I. 124, Neues Archiv VII. 88: „IIII. kal. Mart."; Textus ap. Pflugk-Harttung Acta II. 262: „VII. (?) kal. Mart.". — „Votum vovistis". |
| Mart. 12. | „ | 7332 Gilduino, abbati S. Victoris Parisiensi, eiusque successoribus asserit „annuales praebendarum reditus canonicorum sive defunctorum sive ad regularem vitam transeuntium" concessos in ecclesiis quibusdam ab Henrico, archiepiscopo Senonensi, et Gaufrido Carnotensi ac Stephano Parisiensi episcopis. Pflugk-Harttung Acta I. 134. — „Quotiens illud a". |
| „ 14. | „ | 7333 Hen(rico) archiepiscopo Senonensi, B(urcardo) Meldensi et S(tephano) Parisiensi episcopis mandat, ut parochianos quosdam ab infestationibus in monasterium Latiniacense dehortentur. Loewenfeld Epistolae p. 83. — „Quidam parochiani vestri". |
| „ 21. | „ | 7334 Monasterii Hoensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Ebrardo abbate. (Clausula mutila.) Pflugk-Harttung Acta I. 135. — „Desiderium quod ad". |
| „ 29. | „ | 7335 (5277) Clerum, consules et populum Pistoriensem hortatur, ut Il(deprando) episcopo ad ecclesiam b. Petro construendam pecuniam tribuant. Baluzii Misc. IV. 588, Migne 166 p. 1286. — „Venerabilis frater noster". |
| „ 31. | „ | 7336 (5278) Ludovici, Francorum regis, filium Henricum, cultui divino sacratum, tuendum suscipit, eiusque bona invadi vetat. D'Achery Spil. III. 479, Bouquet Rec. XV. 264, Mansi XXI. 322, Migne 166 p. 1286. — „Internae caritatis". |
| Apr. 11. | „ | 7337 Monasterium b. Mariae Werbense tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, imposito monachis aurei unius censu annuo. Varnhagen Grundlage, Urkundenbuch p. 3. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 15. | „ | 7338 (5280) Burchardo, episcopo Meldensi, pravam illam consuetudinem diripiendi post episcoporum obitum ecclesiae bona, assentiente Tebaldo, comite Blesensi, abolitam nunciat. Du Plessis Hist. de Meaux II. 24, Migne 166 p. 1287. — „Pravum igitur usum". |
| „ 15. | „ | 7339 (5310) Burcardo, episcopo Meldensi, et a clericis laicisque debita in villa Resbacensi et Iotrensi praestari, et ab abbate Resbacensi atque abbatissa Iotrensi obtemperari iubet. Epist. Innocentii III. ed. Baluzius II. 296, (Du Plessis Hist. de Meaux. II. 24, Migne 166 p. 1306). — „In eminenti apostolicae". |
| „ 20. | „ | 7340 Monasterii S. Petri Gloecestriensis protectionem suscipit, ac possessiones, reditus aliaque confirmat. Hist. et cart. mon. S. Petri Gloucestriae II. 47. — „Solet annuere sedes". |
| „ 29. | „ | 7341 (5281) Parochianos ecclesiae S. Frigdiani Lucensis hortatur, ut in studio erga A. priorem fratresque S. Frigdiani permaneant. Baluzii Misc. IV. 588, Migne 166 p. 1287. — „Gratias universitati". |
| „ 29. | „ | 7342 (5282) Monasterii S. Mariae Steinfeldensis bona ac S. Augustini disciplinam confirmat, petente Berwino praeposito. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 521, Migne 166 p. 1288. — „Quotiens illud a". |
| „ 30. | „ | 7343 Litifredo, episcopo Novariensi, petente, sententiam inter clericos S. Gaudentii et canonicos S. Mariae latam a Richardo, praedecessore eius, confirmat. Gemelli Dell' unica chiesa di Novara p. 241. — „Sicut ea que a". |
| Mai. 22. | „ | 7344 Ecclesiae S. Laudi Rotomagensi asserit ecclesias S. Mariae de Castineio et S. Martini de Criquebeuf. Ex chartular. S. Laudi, Rotomagi servato, chart. 16. Misit Delisle. |
| „ 23. | in territorio de Columna | 7345 (5283) Bernardo, comiti Melgoriensi, praecipit, ut „Melgoriensis moneta Melgorii tantummodo fiat apostolica auctoritate, et ut, si protectionem suam habere desideret, in fabricanda moneta nihil falsitatis admisceat, et ne aliter, quam tempore Callisti |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1125—1129.** |
| | | constitutum est, eam de cetero faciat fabricari". (In clausula manus aliena addidit: „pontificatus nostri anno 3".) Gariel ser. praes. Magal. I. 142, Bouquet Rec. XV. 265, Migne 166 p. 1288. — „Quod irreprehensibile". |
| Oct. 20. | Laterani | 7346 Ul(gerio), episcopo Andegavensi, iam iterum mandat, ut G(aufrido) abbati monachisque Vindocinensibus ablata restituat. Pflugk-Harttung Acta I. 132. — „Per apostolica scripta". |
| „ 20. | „ | 7347 G(odefrido) abbati Belli-loci scribit, ut Geraldum fugitivum monachum Vindocinensem G(aufrido) abbati fratribusque exhibeat. Pflugk-Harttung Acta I. 132. — „Filius noster G.". |
| „ 20. | „ | 7348 G(uidoni) episcopo Cenomanensi mandat, ut fratribus Vindocinensibus pasnagium de Gastina a canonicis S. Georgii de Bosco et monachis de Cruce vallis restitui faciat. Pflugk-Harttung Acta I. 132. — „Filius noster G.". |
| Nov. 26. | „ | 7349 A(rnaldo) archiepiscopo Burdegalensi scribit, laudare se sententiam a Calixto II. in generali concilio (a. 1123) prolatam, ut ecclesia S. Macharii monasterio S. Crucis subiaceret. Archives hist. de la Gironde I. 215. — „Romae in generali concilio". |
| „ 26. | „ | 7350 Monachis S. Macharii praecipit, ut abbati S. Crucis Burdegalensis obedientiam exhibeant. Archives hist. de la Gironde I. 216. — „Mandamus vobis atque". |
| „ 28. | „ | 7351 (5284) Hospitale Talponense domumque S. Mariae, rogatu Rainerii praepositi, tuenda suscipit, ea lege, ut fratres „unoquoque anno duas libras, unam incensi et alteram cere, Lateranensi persolvant palatio". Cornelii Eccl. Ven. X. III. 297, Migne 166 p. 1289. — „Religiosis desideriis". |
| Dec. 27. | „ | 7352 Omnes Christi fideles hortatur, ut monachos Lerinenses, Saracenorum invasionibus longo iam tempore affectos, de facultatibus suis adiuvent. (Aut falsa bulla aut interpolata.) Hist. Patr. Mon. Script. II. 379, Pflugk-Harttung Acta I. 136, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 298. — „C(h)aritas gemini". |
| | | 7353 *Hildeberto, archiepiscopo Turonensi, mandat, ut „causam, quae de coniugio Hugonis de Redone et Agnetis, eius uxoris, suscitata sit, utraque parte convocata, determinet". Epist. Hildeberti in Opp. ed. Beaugendre p. 145, ap. Migne 171 p. 264. |
| | | **1126—1129.** |
| Mai. 23. | Laterani | 7354 (5285) A(dalberoni), archiepiscopo Hamburgensi, commendat E. presbyterum cardinalem missum ad controversiam inter Adalberonem et A(scerum) archiepiscopum Lundensem dirimendam. Lappenberg Hamb. Urk. I. 130, Migne 166 p. 1289. — „Quoniam absque quiete". |
| „ 31. | „ | 7355 (5286) Archidiacono et precentori Agathensi mandat, iudicent inter G(alterum), episcopum Magalonensem, et abbatem Anianensem, synodis eius adesse recusantem. (De coniectura additam est: „pontificatus nostri anno 5".) Gariel Ser. I. 142, Migne 166 p. 1290. — „Significavit nobis frater". |
| Iun. 16. | „ | 7356 U(rbano) episcopo Landavensi mandat, ut monachis de Monte-acuto salvo ecclesiae suae iure concedat terram de Cairlion, a Winebaldo de Baeluna iis datam. The Liber Landavensis p. 51: „XVI. kal. Iul.", (ibid. p. 30: „kal. Iul."), Haddan and Stubbs Councils I. 335, Monast. Angl. nov. ed. V. 167. — „Winebaldus de Baeluna". |
| Iul. 15. | „ | 7357 (5287) A(mbrosium) episcopum Bergomatem hortatur, ut canonicos S. Alexandri bene tractet. Lupi C. D. Berg. II. 939. — „Per presentia". |
| | | **1127—1129.** |
| Mart. 17. | Laterani | 7358 (5288) Clero et populo per Tullensem parocciam constituto significat, se Theoderico de Imbecurte per Henricum, episcopum Tullensem, excommunicato communionem non restituisse. (Cf. supra ep. 7253.) Benoit Hist. de Toul p. CXXV, Bouquet Rec. XV. 266, Migne 166 p. 1290. — „Theodericus de". |
| | | **1128—1129.** |
| Nov. 7. | Laterani | 7359 (5290) Regulares canonicos in monasterio S. Mauritii Agaunensi constitutos confirmat. Gall. Chr. XII. Instr. p. 430, Guichenon Hist. de Sav. II. 32, Migne 166 p. 1292. — „Apostolica doctrina". |
| „ 19. | „ | 7360 Oddoni decano, Gau. thesaurario et canonicis S. Martini Turonensibus nuntiat, confirmare se sententiam G(irardi) episcopi Engolismensis, qua eis ecclesia Dociacensis adiudicata sit. Loewenfeld Epistolae p. 84. — „Sancta mater". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1129.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 5. — 21. Dec. — 6.)* |
| Febr. 10. | Laterani | 7361 Ecclesiae B. Vincentii Gratianopolitanae patrocinium suscipit, petente Hugone episcopo. Compositionem inter eum et Guidonem, quondam archiepiscopum Viennensem, a Paschali II. factam (ep. 6163) confirmat. Marion Cartulaires de Grenobles p. 237. — „Ad hoc universalis". |
| „ 22. | „ | †7362 Monasterii S. Benigni Divionensis tutelam suscipit, privilegiaque et possessiones confirmat, petente Hugone abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 137. — „Officii nostri nos". |
| Mart. 15. | „ | 7363 (5292) Ecclesiae b. Petri Bononiensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Lamberto archipresbytero. Savioli Ann. Bol. I. II. 174, Migne 166 p. 1293. — „Quotiens illud a nobis". |
| „ 24. | „ | 7364 (5293) Monasterii Vindocinensis, iuris S. Petri, possessiones et privilegia confirmat, petente Gaufrido abbate. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 653, Migne 166 p. 1294. — „Sacrosancta Romana". |
| Apr. 4. | „ | 7365 Urbano, episcopo Landavensi, et eius successoribus addicit paroecias Guhir, Cetgueli, Contrebachan, Estratiu, Ergin. The Liber Landavensis p. 39, Haddan and Stubbs Councils I. 329. — „Ad hoc in". |
| „ 4. | „ | 7366 W(illelmo), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, de superiore iudicio significat. The Liber Landavensis p. 44, Haddan and Stubbs Councils I. 330. — „Fratribus nostris". |
| „ 4. | „ | 7367 Henricum, Anglorum regem, de eadem re certiorem facit. The Liber Landavensis p. 45, Haddan and Stubbs Councils I. 331. — „Fratribus nostris". |
| „ 4. | „ | 7368 Clerum et populum per paroecias Guhir, Cetgueli, Cantrebichan, Istratcu, Ergyeg constitutum Urbano, episcopo Landavensi, parere iubet. The Liver Landavensis p. 46, Haddan and Stubbs Councils I. 331. — „Nos ex canonica". |
| „ 5. | „ | 7369 Ecclesiae b. Petri et SS. Dubricii, Teliavi, Oudocei Landavensis protectionem, petente Urbano episcopo, suscipit et eius possessiones confirmat. The Liber Landavensis p. 41, Haddan and Stubbs Councils I. 332. — „In eminenti apostolicae". |
| „ 10. | „ | 7370 Ecclesiam S. Iuvenalis Narniensem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Pomponio priore. (Pro „IV. Apr." legendum esse „IV. Id. Apr." docet Pflugk-Harttung Iter p. 804.) Bucciarelli Eccl. Narn. p. 4. — „Quoties illud a nobis". |
| „ 19. | „ | 7371 Ecclesiae Niciensis possessiones et iura confirmat, petente Petro episcopo. Pflugk-Harttung Iter p. 805. — „In eminenti". |
| „ 23. | „ | 7372 (5294) Sugerio abbati S. Dionysii mandat, ut prospiciat disciplinae parthenonis Argentoliensis, a Stephano episcopo Parisiensi monasterio S. Dionysii restituti. Doublet Hist. de S. Denys p. 483, Félibien Hist. de St. Denys, rec. des pièces p. 96, Gall. Chr. VII. Instr. p. 52, Mansi XXI. 380, Migne 166 p. 1296. — „Tunc religionis". |
| „ 27. | „ | 7373 (5295) Ecclesiam S. Martini Nivernensem tuendam suscipit et eius bona confirmat, petente Stephano priore. Gall. Chr. XII. Instr. p. 338, Migne 166 p. 1297. — „Apostolici moderaminis". |
| „ 27. | „ | 7374 Urbano, episcopo Landavensi, significat, post eius a se discessum Bernardum, episcopum S. Devi (Menevensem), litteras G(uillelmi) archiepiscopi Cantuariensis et aliorum Angliae episcoporum et regis et baronum quorundam apportasse de eius cum Bernardo controversia. Itaque „festivitate b. Lucae proximi futuri anni" (18. Oct. 1130) utrumque Romam adire vult. The Liber Landavensis p. 51, Haddan and Stubbs Councils I. 334. — „Post tuum a". |
| „ 28. | „ | 7375 Urbano, episcopo Landavensi, praecipit, ut Willelmo, archidiacono S. David, ablatam ecclesiam restituat. The Liber Landavensis p. 30, Haddan and Stubbs Councils I. 327. — „Veniens ad nostram". |
| Mai. 14. | „ | 7376 (5296) Canonicis S. Alexandri Bergomatibus significat, quemadmodum eorum cum Ambrosio episcopo controversiam composuerit. Lupi C. D. Berg. II. 937. — „Quoniam absque". |
| Aug. | Beneventi | Vide Falcon. Benevent. Chron. 1129 p. 106: „mense Augusto". |
| | in vico Leocabante | cum Rogerio duce. Falco Benev. 1129 l. l. |
| | in castro Ceppaluni | Vide Falcon. Benev. 1129 l. l. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1129.** *(Ind. 7. — 1. Sept. — 8, pont. a. 5. — 21. Dec. — 6.)* |
| Sept. 13. | ap. S. Mariam de Curatio | 7377 (5297) Monasterium S. Mariae Curatinum tuendum suscipit, quique diebus quibusdam monasterium adierint, iis „centum et quinquaginta annos de iniunctis poenitentiis relaxat". (Signa chronologica sunt corrupta, nec fides bullae explorata.) Manrique Ann. Cist. II. 369, Ughelli It. sacr. IX. 274, Migne 166 p. 1298. — „Desiderium, quod". |
| Dec. 5. | Laterani | 7378 (5298) Monasterium S. Mariae Amelunxbornense tuendum suscipit, et eius possessiones ac privilegia confirmat, abbatibusque tribuit mitrae, dalmaticae, sandaliorum, annuli usum. (Huius bullae fidem addubitandam esse, putant Janauschek Orig. Cist. I. 38 et Bernhardi Konrad I. 387.) Leuckfeld Ant. Amelunx. p. 21, Migne 166 p. 1299. — „Pium desiderium". |
| „ 19. | „ | 7379 (5299) Ecclesiae S. Martini Turonensis bona confirmat. Recueil sur S. Martin de Tours p. 15 teste Bréquigny Tabl. chron. II. 561, Migne 166 p. 1300. — „Apostolicae sedis". |
| | „ | 7380 (5303) Norbertum, archiepiscopum Magdeburgensem, laudat, quod „religiosos viros canonicam vitam professos" pro clericis ecclesiae S. Mariae substituerit. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 109, Hugo Vie de S. Norbert p. 253, Migne 166 p. 1303. — „Quae a fratribus". |
| | | 7381 (5300) P(elagium), archiepiscopum Bracarensem, „proxima dominica, qua legitur: Ego sum pastor bonus" (d. 13. Apr. 1130) ad sese venire iubet, propterea quod episcopum Colimbriensem, Didaci archiepiscopi Compostellani suffraganeum, consecrare sibi sumpserit. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 492, Migne 166 p. 1301. — „Placuit Romano". |
| | | 7382 (5301) Didaco, archiepiscopo Compostellano, gratias agit, quod ipsum et S. R. ecclesiam „visitaverit". Nuncios eius a sese benigne receptos esse. Commendat Hu(bertum), presbyterum cardinalem, legatum suum. De suis ad archiepiscopum Bracarensem litteris significat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 491, Migne 166 p. 1302. — „Super eo, quod". |
| | | 7383 (5302) A(defonso) Hispaniarum regi commendat legatum suum, Hubertum presbyterum cardinalem; quo reverso, se ea deliberaturum, quae pro Didaco, archiepiscopo Compostellano, petierit. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 491, Migne 166 p. 1302. — „Quanto affectu". |
| | | 7384 *Monasterii Balernensis libertatem confirmat. Jongelinus Notitiae abbat. IX. 101. |
| | | **1124—1130.** |
| | | 7385 (5305) Monasterii S. Petri (in nigra silva) protectionem suscipit, et privilegia confirmat, petente Eppone abbate. (Fragmentum.) Schannat Vind. lit. I. 162, Migne 166 p. 1304. — „Incomprehensibilis et". |
| | | 7386 (5306) Ecclesiae S. Pancratii Backnangensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Bertoldo praeposito. Wirtemb. Urkundenb. I. 358. — „Apostolice moderaminis". |
| | | 7387 (5307) Ecclesiae Hadmerslebensis tutelam suscipit ac possessiones et iura confirmat, petente Thietmaro praeposito. Leuckfeld Ant. Katelenb. p. 83, Migne 166 p. 1305. — „Habitantes in domo". |
| | | 7388 (5308) Decernit haec: „Curae sit omnibus episcopis, excommunicatorum nomina tam vicinis episcopis, quam suis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita prae foribus ecclesiae cunctis venientibus inculcare". Mansi XXI. 326, Migne 166 p. 1317. — „Curae sit". |
| | | 7389 (5309) Bituricensem, Turonensem, Burdegalensem, Auscicnsem et Dolensem archiepiscopos hortatur, ut G(erardo), episcopo Engolismensi, legato suo, obediant. Martene Thes. III. 885, Bouquet Rec. XV. 256, Migne 166 p. 1306. — „Divina disponente". |
| | | 7390 Ecclesiae Corneliensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Bennone episcopo. Manzoni Episc. Corn. hist. p. 91, Cappelletti Chiese d'It. II. 209. — „Officii nostri". |
| | | †7391 Bononiensi episcopo (Hugoni) super parvula puella, an baptizata sit, dubitanti respondet, ut „sacri baptismatis unda tinguatur". Hugonis Bonon. Rationes dictandi in Quellen und Erört. IX. I. 85. — „Sedem apostolicam". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1125—1130.** |
| Ian. 14. | Laterani | 7392 Eu(storgio), episcopo Lemovicensi, mandat, ut a clericis suis monasterio S. Petri Senonensi ablatas ecclesias restitui faciat. Loewenfeld Epistolae p. 85. — „Filius noster Erbertus". |
| („ 14.) | („) | 7393 Hen(rico) archiepiscopo Senonensi significat, relatum sibi esse ab Erberto, abbate S. Petri-vivi, eum infra tres continuos annos ducentas libras denariorum eidem monasterio extorsisse. A talibus iniuriis desistat, praecipit. Loewenfeld Epistolae p. 85. — „Dilectus filius noster". |
| („ 14.) | („) | 7394 A(imerico) episcopo Claramontensi praecipit, ut Erb(erto) abbati S. Petri Senonensi ablatam ecclesiam de Vercias restituat. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 30. — „Filius noster Erb(ertus)". |
| „ 21. | „ | 7395 (5311) Monasterium S. Georgii Pruefeningense, petente Ottone episcopo Bambergensi, tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat. Mon. Boic. XIII. 146, Migne 166 p. 1307. — „Apostolici moderaminis". |
| „ 25. | „ | 7396 Thomae, praeposito S. Iohannis Beverlacensi, litteras dat. Ex ms. Cheltenhamensi 23875 saec. XV. dedit Liebermann. — „Nobis apostolice cathedre". |
| „ 27. | „ | 7397 (5312) Monasterium Baumburgense, rogatu Godescalci praepositi, tuendum suscipit, eiusque bona et iura confirmat, imposito monachis unius aurei censu annuo. Mon. Boic. II. 180, Migne 166 p. 1308. — „Quotiens illud a nobis". |
| „ 27. | „ | 7398 (5313) Ecclesiae s. sepulcri Denckendorfensis, petente Conrado praeposito, protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia constituit. Wirtemb. Urkundenb. I. 359, Besold Doc. red. p. 275, Petri Suev. eccl. p. 260, Migne 166 p. 1309. Cf. Bernhardi Konrad I. 120. n. 41. — „Officii nostri nos" („Iniuncti officii"). |
| „ 29. | „ | 7399 (5314) Canonicis ecclesiae S. Frigdiani Lucensis significat, se A. priori eorum petenti, ut „a sollicitudine Lateranensis ecclesiae solveretur", non satisfecisse. Praecipit, „ut, si quem eorum praedictus prior ad hoc vocaverit, ut Lateranensi canonicae praeferatur, nullus eorum resistat". Baluzii Misc. IV. 588, Migne 166 p. 1310. — „Veniens ad nostram". |
| Febr. 5. | „ | 7400 (5315) Fratrum S. Frigdiani Lucensis virtutem confirmat, eosque hortatur, ut precationes pro ipso faciant. Baluzii Misc. IV. 588, Migne 166 p. 1311. — „Quod bonarum intentionum". |
| | | 7401 (5316) Heinrici quondam imperatoris de iureiurando a clericis non dando legem, die 3. m. Aprilis Arimini datam, confirmat. Append. conc. Lat. t. 23. c. 1, Coll. Lips. t. 37. c. 1, Coll. Cassellana t. 44. c. 1, Coll. Bamb. t. 35. c. 1, Compil. I. L. I. t. 35. c. 2, Decr. Greg. L. II. t. 7. c. 1, Migne 166 p. 1311. — „Adhaerentes vestigiis" „Inhaerentes vestigiis". |
| | | †7402 Marco Antonio, comiti Montis Martis et Onani et domno Lugnani, concessa ab Ottone II. et Henrico II. imperatoribus tria castella confirmat. („Dat. Laterani p. m. dom. Haimerici presb. card. S. Mariae novae et S. R. E. cancellarii".) Pflugk-Harttung Acta II. 263. — „Quoniam sacrosancta". |
| | | **1130.** *(Ind. 8, pont. a. 6.)* |
| Ian. Febr. | ad monasterium S. Gregorii | aegrotans defertur. Vide Romanae urbis cleri et populi epistolam in Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 514, ap. Watterich II. 187. |
| Febr. 13. | in monasterio S. Gregorii | Moritur. „V feria post datos cineres circa solis occasum" Romanae urbis cleri et populi epistolam l. l., ubi „V feria" legendum esse, docet Mühlbacher Die streitige Papstw. d. J. 1130 p. 97; cf. Bernhardi Lothar p. 294. (Sed in plerisque necrol. et annal. dies Honorii obitus notatur: „XVI. kal. Mart." Necrol. Casin. ap. Muratori R. It. SS. VII. 940, Annal. de Margan 1130 ap. Gale H. A. SS. II. 6, Annal. Reicherspergenses in MG. SS. XVII. 454; Gualteri Ravenn. ep. in Forsch. z. d. Gesch. VIII. 165: „In VI. feria capitis ieiunii".) — Chronicon Mauriniacense ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 376, in MG. SS. XXVI. 39: „Romae in ecclesia b. Andreae apud Clivum Emilii Scauri". Cf. Pandulfi Vit. Honorii ap. Watterich II. 158. Monasterium S. Gregorii idem esse ac monasterium S. Andreae in clivo Scauri, docet Ottonis III. diploma ap. Stumpf 1203. |
| „ 14. | In ecclesia S. Salvatoris | Sepelitur „XVI. kal. Mart.". Bosonis card. Vit. Honorii ap. Watterich II. 159. Cf. Zoepffel Papstwahlen p. 352, Bernhardi Lothar p. 294. |

# INNOCENTIUS II. 1130—1143.

Bullae huius pontificis ostendunt annos incarnationis vulgares aeque ac Florentinos et Pisanos. Indictiones quoque sunt modo Pontificiae modo Constantinopolitanae. Sententia, qua utitur Innocentius, haec est: „Adiuva nos Deus salutaris noster".

Subscripserunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| ep. Albanensis | Matthaeus | a 3. Apr. 1130 | ad 7. Nov. 1135 |
| | Albertus | a 11. Iun. 1136 | ad 19. Apr. 1141 |
| | Hugo | a 14. Mai. 1143 | ad 16. Mai. 1143 |
| „ Ortanus | Rodulphus | a 10. Aug. 1132 | ad 12. Ian. 1136 |
| „ Ostiensis | Iohannes | a 3. Apr. 1130 | ad 4. Iun. 1133 |
| | Drogo | a 11. Iun. 1136 | ad 30. Nov. 1137 |
| | Albericus | a 9. Apr. 1138 | ad 14. Mai. 1143 |
| „ Praenestinus | Guillelmus | a Mart. 1130 | ad 30. Ian. 1137 |
| | Stephanus | a 10. Ian. 1140 | ad 16. Mai. 1143 |
| „ S. Rufinae | Theodewinus | a 7. Ian. 1135 | ad 18. Mai. 1140 |
| „ Sabinensis | Conradus | a 3. Apr. 1130 | ad 16. Mai. 1143 |
| „ Tiburtinus | Guido | a 2. Nov. 1130 | ad 14. Apr. 1139 |
| „ Tusculanus | Egidius | a 21. Iun. 1138 | ad 1. Mart. 1139 |
| | Imarus | a 19. Apr. 1142 | ad 14. Mai. 1143 |
| pr. card. tit. S. Anastasiae | Petrus | a Mart. 1130 | ad 20. Febr. 1131 |
| | Azo | a 8. Ian. 1135 | ad 25. Mai. 1139 |
| | Ribaldus | a 6. Mai. 1140 | ad 16. Sept. 1141 |
| „ „ „ SS. apostolorum | Gregorius | a 21. Iun. 1138 | ad 18. Mart. 1139 |
| „ „ „ S. Balbinae | Gregorius | d. 25. Ian. 1139 | |
| „ „ „ S. Caeciliae | Goselinus | a 3. Apr. 1130 | ad 15. Iul. 1132 |
| | Goizo | a 3. Apr. 1140 | ad 14. Mai. 1143 |
| „ „ „ S. Calixti (S. Mariae trans Tiberim) | Gregorius | a 29. Apr. 1140 | ad 16. Mai. 1143 |
| „ „ „ S. Chrysogoni | Iohannes | a 3. Apr. 1130 | ad 11. Ian. 1134 |
| | Bernardus | a 27. Ian. 1137 | ad 17. Apr. 1137 |
| | Guido | a 10. Ian. 1140 | ad 23. Febr. 1143 |
| „ „ „ S. Clementis | Ubertus | a 2. Nov. 1130 | ad 2. Sept. 1133 |
| | Boetius | a 13. Febr. 1139 | ad 1. Mai. 1143 |
| „ „ „ S. Crucis in Ierusalem | Gerardus | a 20. Febr. 1131 | ad 15. Dec. 1141 |
| „ „ „ S. Cyriaci | Rusticus | d. 9. Mai. 1131 | |
| „ „ „ Equitii | Petrus | a 3. Apr. 1130 | ad 5. Dec. 1131 |
| | Matthaeus | d. 25. Ian. 1139 | |
| | Egmundus | d. 31. Mart. 1139 | |
| „ „ „ S. Eudoxiae | Comes | a 21. Iun. 1138 | ad 31. Mart. 1139 |
| „ „ „ SS. Iohannis et Pauli | Lucas | a 8. Mart. 1132 | ad 9. Mart. 1140 |
| | Hubaldus | a 23. Febr. 1141 | ad 19. Mai. 1142 |
| „ „ „ S. Laurentii in Lucina | Anselmus | a 7. Aug. 1130 | ad 21. Iun. 1141 |
| „ „ „ S. Laurentii in Damaso | Ivo | a 26. Iul. 1138 | ad 15. Ian. 1142 |
| „ „ „ S. Marcelli | Petrus | a 11. Iun. 1138 | ad 31. Mart. 1139 |
| „ „ „ SS. Marcellini et Petri | Crescentius | a 17. Dec. 1138 | ad 18. Mart. 1139 |
| „ „ „ S. Marci | Petrus | d. 3. Apr. 1130 | |
| „ „ „ S. Mariae fundentis oleum | Balduinus | a 16. Apr. 1137 | ad 12. Apr. 1138 |
| „ „ „ S. Martini in Montibus | Petrus | d. 20. Febr. 1131 | |
| „ „ „ S. Pastoris | Gripho | a 21. Iun. 1138 | ad 1. Mart. 1139 |
| | Petrus | a 16. Apr. 1140 | ad 14. Mai. 1143 |
| „ „ „ S. Praxedis | Desiderius | a 22. Apr. 1138 | ad 21. Iun. 1138 |
| | Chrysogonus | a 7. Ian. 1139 | ad 11. Apr. 1141 |
| | Hubaldus | a 21. Iun. 1141 | ad 26. Apr. 1143 |
| „ „ „ S. Priscae | Gregorius | a 18. Iun. 1135 | ad 30. Iun. 1137 |
| | Rainerius | a 10. Ian. 1140 | ad 14. Mai. 1143 |
| „ „ „ S. Sabinae | Stancius | a 22. Apr. 1138 | ad 30. Sept. 1142 |
| „ „ „ S. Stephani in Celio monte | Martinus | a 23. Ian. 1133 | ad 19. Mai. 1142 |
| „ „ „ S. Susannae | Petrus (Pisanus) | a 12. Ian. 1138 | ad 11. Apr. 1139 |
| „ „ „ S. Vitalis tit. Vestinae | Lictifredus | a 21. Dec. 1133 | ad 18. Mai. 1140 |
| | Thomas | a 11. Apr. 1141 | ad 14. Mai. 1143 |
| presbyter Guido („indignus sacerdos") | | a 12. Ian. 1134 | ad 16. Mai. 1143 |
| diac. card. S. Adriani | Guido | a 11. Ian. 1134 | ad 21. Iun. 1138 |
| | Ubaldus | a 13. Febr. 1139 | ad 21. Mai. 1141 |
| | Gilbertus | d. 23. Mart. 1142 | |
| „ „ S. Angeli | Gregorius | a 23. Mart. 1138 | ad 28. Febr. 1140 |
| „ „ SS. Cosmae et Damiani iuxta templum Romuli | Guido | a 8. Mart. 1132 | ad 30. Sept. 1142 |
| „ „ S. Eustachii iuxta templum Agrippae | Vasallus | a 13. Mart. 1135 | ad 25. Apr. 1142 |

diac. card. S. Georgii ad velum aureum Oddo . . . . . . . . a 8. Mart. 1132 ad 16. Mai. 1143
„ „ S. Luciae in Orphea (al. Orthea) . . . . . . . . . . Stephanus . . . . a 25. Iun. 1132 ad 10. Iun. 1135
„ „ S. Mariae in Aquiro . . . . Ivo . . . . . . . . . a 7. Febr. 1137 ad 12. Apr. 1138
Petrus . . . . . . . a 13. Dec. 1141 ad 22. Febr. 1143
„ „ S. Mariae in Dominica . . Gerardus . . . . . a 21. Iun. 1138 ad 14. Mai. 1143
„ „ S. Mariae in Porticu . . . Romanus . . . . . a 3. Apr. 1130 ad 21. Mai. 1135
Chrysogonus . . . a 25. Mai. 1135 ad 17. Dec. 1138
Ribaldus . . . . . a 22. Apr. 1139 ad 25. Mai. 1139
Petrus . . . . . . . a 10. Ian. 1140 ad 16. Mai. 1143
„ „ S. Mariae in via lata . . . Guido . . . . . . . . a 3. Apr. 1130 ad 21. Dec. 1133
Hubaldus . . . . . a 7. Ian. 1135 ad 14. Mai. 1143
„ „ S. Nicolai in carcere Tulliano Iohannes . . . . . a 21. Dec. 1133 ad 11. Ian. 1134
Octavianus . . . . a 9. Apr. 1138 ad 16. Mai. 1143
„ „ SS. Sergii et Bacchi . . . . Gregorius . . . . a 3. Apr. 1130 ad 16. Mai. 1143
„ „ S. Theodori . . . . . . . . Albertus . . . . . a 20. Febr. 1131 ad 1. Dec. 1131
„ „ SS. Viti et Modesti . . . . Boetius . . . . . . a 7. Iun. 1135 ad 23. Mai. 1138
S. R. E. diac. card. . . . . . . . . . . . . Guido . . . . . . . a 29. Apr. 1140 ad 25. Apr. 1142
„ „ „ . . . . . . . . . . . . Thomas . . . . . . a 16. Apr. 1140 ad 23. Febr. 1141
„ „ „ . . . . . . . . . . . . Goizo . . . . . . . . a 18. Febr. 1140 ad 9. Mart. 1140
„ „ „ . . . . . . . . . . . . Petrus . . . . . . . d. 19. Apr. 1141
„ „ „ . . . . . . . . . . . . Nicolaus . . . . . . d. 29. Oct. 1142
„ „ „ . . . . . . . . . . . . Haimericus . . . . d. 27. Iul. 1139
„ „ „ . . . . . . . . . . . . Presbyter . . . . . d. 26. Febr. 1140
„ „ „ . . . . . . . . . . . . Rainerius . . . . . a 17. Ian. 1140 ad 6. Mart. 1140,
prior subdiaconorum sacri palatii . . . Iacinthus . . . d. 22. Apr. 1138
sacri palatii subdiaconus et prior scolae crucis . . . Baro . . . d. 22. Apr. 1138
„ „ „ Bernardus . . . . d. 22. Apr. 1138
„ „ „ Iohannes . . . . . d. 22. Apr. 1138
„ „ „ Rainerius . . . . . d. 22. Apr. 1138
„ „ „ Presbyter . . . . . d. 22. Apr. 1138
„ „ „ Galganus . . . . . d. 22. Apr. 1138
„ „ „ Monachus . . . . d. 22. Apr. 1138
„ „ „ Baldicio . . . . . d. 22. Apr. 1138
„ „ „ Vulgarius . . . . d. 22. Apr. 1138
R. E. subdiaconus . . . Iohannes Paparo . . . d. 22. Apr. 1138.

Datae bullae sunt p. m.
Aimerici S. R. E. diac. card. et cancellarii . . . . a Mart. 1130 ad 20. Mai. 1141
Lucae S. R. E. presb. card. agentis vicem domini Aimerici eiusdem ecclesiae diac. card. et cancellarii (anno 1137 et 1138; bullae 7840. 7844. 7845. 7859. 7860. 7861. 7912. 7922. 7925. 7926. 7929. 7930. 7931)
Baronis capellani et scriptoris . . . . . . . . . . . . . a 21. Iun. 1141 ad 15. Dec. 1141 et 6. Iul. 1142
Gerardi S. R. E. presb. card. et bibliothecarii . . . a 4. Ian. 1142 ad 16. Mai. 1143.

**1130.** *(Ind. 8, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 14. | Romae in ecclesia S. Andreae ap. clivum Scauri | Eligitur circiter horam tertiam „XVI. kal. Martii“, Bosonis card. Vita Innocentii ap. Watterich II. 174: „in sexta feria de initio quadragesimae“, Epist. Huberti Lucensis episcopi in Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 425, Migne 179 p. 40; Gualteri Ravenn. ep. in Forsch. z. d. Gesch. VIII. 165. (Annal. de Margan 1130 ap. Gale H. A. SS. II. 6: „XV. kal. Mart.“) — Quo loco facta sit electio, liquet ex verbis Chron. Mauriniac. ap. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 376, in MG. SS. XXVI. 39. De electione Innoc. II. longe disseruerunt Zoepffel Papstwahlen p. 361 sq., Mühlbacher Die streit. Papstwahl d. J. 1130 p. 59 sq., Bernhardi Lothar p. 294 sq., Scheffer-Boichorst Die Neuordn. d. Papstw. p. 129. |
| „ 14. | in ecclesiam Lateranensem | deducitur. Epist. cardinalium in Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 429, Migne 179 p. 37. |
| „ 14. | in Palatio | accipit „insignia pontificalia“. Epist. cardinalium l. l. |
| „ 16. | „ | residet. Epist. card. l. l. |
| „ 18. | ap. Palladium | 7403 (5317) Lothario regi „G(regorius), quondam S. Angeli cardinalis diaconus, nunc autem in pontificem Romanum electus, Guill(elmus) Praenestinus, M(athaeus) Albanensis, Iohannes Hostiensis, Chuno Sabinensis episcopi et catholici cardinales, qui Romae sunt“, scribunt, Conradum regni invasorem ab Honorio II. excommunicatum esse. Hortantur regem, ut „proxima ventura hieme ad sedem apostolicam veniat, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1130.** *(Ind. 8, pont. a. 1.)* |
| | | honoris et dignitatis plenitudinem suscepturus". Addunt, se „causam (Ottonis) Halberstadensis episcopi G(erhardo) cardinali presbytero, apostolicae sedis legato, commisisse, Coloniensi vero archiepiscopo (Friderico) episcopale officium indulsisse". Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 419, (Mansi XXI. 430, Migne 179 p. 53). — „Karissimus pater" („Dilectissimus pater"). |
| Febr. 18. | ap.Palladium | 7404 (5318) Archiepiscopis, abbatibus, clero et aliis fidelibus per regnum Teutonicum constitutis significat „G(regorius), quondam diaconus cardinalis, nunc autem Romanus electus", Honorium papam vices in regno Teutonico suas G(erhardo) cardinali presbytero comisisse. Cui se mandasse, ut susceptum negotium perficeret. Hortatur, ut Lotharium regem „imperii dignitatem susceptururn ad apostolorum limina proxima futura hieme transmittant". Udalrici Bab cod. ap. Jaffé Bibl. V. 420, (Mansi XX. 429, Migne 179 p. 53). — „Karissimus pater" („Dilectissimus pater"). |
| „ 22. | | presbyter ordinatur „sabbato post proximum (corr. quadragesimam, Watterich II. 190) . . . in die cathedrae S. Petri". Annal. de Margan 1130 ap. Gale H. A. SS. II. 6. (In errore versatur Mühlbacher p. 115. n. 3, cum de presb. ordinatione agatur.) |
| „ 23. | ap. S. Mariam novam | Consecratur pontifex „in crastino", Annal. de Margan 1130 l. l. Cf. Annales Erphesf. 1130 in MG. SS. VI. 537: „Innocentius et Anacletus ambo Romae uno die electi, uno die consecrati"; vide Heimonis libr. ap. Jaffé Bibl. V. 549 et infra regesta Anacleti II. antipapae. |
| „ 25. | ap.Palladium | 7405 Clero et populo per paroecias Goher, Chedueli, Cantrebachan, Estrateu, Ergin constitutis praecipit, ut Urbano, episcopo Landavensi, obtemperent. The Liber Landavensis p. 53, Haddan and Stubbs Councils I. 336. — „Quemadmodum praedecessor". |
| („ „) | („) | 7406 Bernardo, episcopo S. David (Menevensi), scribit, se U(rbano), episcopo Landavensi, ab Honorio II. in proximam festivitatem S. Lucae (18. Oct. 1130) evocato, „inducias Romam veniendi ab hac media quadragesima usque ad tres annos indulsisse". Hortatur, ut eodem tempore de possessionibus quibusdam „ante suam praesentiam veniat respondere paratus". The Liber Landavensis p. 54. 59, Haddan and Stubbs Councils I. 336. — „Venerabilis frater noster". |
| Mart. 2. | | Petrum Leonis (Anacletum antipapam) excommunicat. Vide eam, quae sequitur, epistolam. |
| „ 3. | „ | 7407 Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, baronibus, clericis et laicis per regnum Anglorum constitutis significat, se per electionem Willelmi Praenestinensis, Matthaei Albanensis, Iohannis Ostiensis, Chunonis Sabinensis episcoporum" creatum pontificem esse; „postmodum vero Petrum Leonis per fratrum et parentum suorum potentiam et aliorum laicorum violentiam rubeam cappam sibi assumsisse. Ad fidem hortatur. Addit, se Petrum Leonis „tam de communi praedictorum episcoporum et catholicorum cardinalium consilio et voluntate, quam et aliorum episcoporum, qui de diversis mundi partibus congregati fuissent, desiderio, prima die dominica mensis Martii (2. Mart.) excommunicasse". The Liber Landavensis p. 52, Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserzeit IV. 504. — „Placuit ei, qui". |
| | „ | 7408 Monasterii Gorziensis tutelam suscipit ac possessiones et privilegia quaedam, petente Theodewino abbate, confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 138, (Hist. de Metz III. Preuv. p. 106 annot. a). De tempore cf. Mitth. d. Instit. f. österr. Gesch.-Forsch. I. 457 et Hist. Jahrb. II. 115. — „Ad hoc universalis". |
| Apr. 3. | Trans Tiberim | 7409 Parthenonis S. Fabiani Farinatensis, a comitibus Bergomensibus sub censu annuo 12 denariorum Mediolanensium b. Petro oblati, protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, Beatrice abbatissa per Iohannem pr. card. tit. S. Chrysogoni, petente. (Bulla mendose descripta; pro „Ratisbone" sine dubio legendum est „Trans Tiberim", cf. Wiener Sitzungsber. XCIV. 656.) Vignati Cod. dipl. Laud. I. 122. — „Ad hec (hoc) universalis". |
| Mai. 6. | „ | 7410 (5319) A(ttoni) priori et fratribus ecclesiae S. Frigdiani Lucensis scribit, „P(etrum) Leonis sanctam Romanam ecclesiam moliri opprimere et servituti perpetuae subiugare". Hortatur, ut in fide permaneant. Baluzii Misc. IV. 589, Migne 179 p. 54. — „Quanto vos in". |
| „ 11. | „ | 7411 (5320) L(othario) Romanorum regi, in memoriam redigit, eum ab Honorio II. et confirmatum regem, et per G(erardum) presbyterum cardinalem ad imperium suscipiendum Romam vocatum esse. Invitum se creatum pontificem esse, affirmat. Narrat |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1130.** *(Ind. 8, pont. a. 1.)* |
| | | de Petri Leonis rapinis, insidiisque suae vitae positis. Hortatur, ut hieme proxima Romam veniat. G(ualterium), archiepiscopum Ravennatem, legatum suum, commendat. R(ichinzae) reginae salutem ascribit, eamque una cum Lothario adire Urbem cupit. Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 427, (Mansi XXI. 428, Migne 179 p. 55). — „Quoniam excellentia" („Quod excellentia"). |
| (Mai.) | Trans Tiberim | 7412 Iohanne, presbytero cardinali tit. S. Chrysogoni, petente, ecclesiae eius possessiones et privilegia confirmat. Monsignanus Bullar. Carmelit. I. 519. — „Ad hoc in sancta". |
| Mai. Iun. | Tiberim | navigat. Bosonis card. Vit. Innoc. p. 175, Petri venerab. de miraculis L. II. c. 16 in Bibl. Cluniac. p. 1315, Ernaldi Vita S. Bern. c. 1 in S. Bernhardi Opp. II. 1107, in MG. SS. XXVI. 100. |
| „ „ | Pisas | pervenit. Bosonis card. Vit. Innoc. p. 175, Ernaldi Vita S. Bernhardi l. l., Chronicon Mauriniac. ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 376, in MG. SS. XXVI. 40. |
| Iun. 20. | Pisis | 7413 (5321) „Venerabilibus fratribus, archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis abbatibus et principibus per regnum Theutonicum constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Divina factum dispositione minime dubitamus, quod dilectum filium nostrum Lotharium, virum utique catholicum et iustitiae cultorem, in regem vobis unanimiter elegistis. Predecessor siquidem noster, felicis memoriae papa Honorius, pro unitate ecclesiae conservanda et statu imperii in melius reformando, quod a vobis de eo factum fuerat, auctoritate apostolica confirmavit, ipsumque pro suscipienda imperialis dignitatis plenitudine per dilectum filium nostrum, latorem praesentium, G(erhardum) sanctae Romanae ecclesiae presbiterum cardinalem, ad sedem apostolicam evocavit. Quo nimirum humanae conditionis lege rebus humanis exempto, quod (quamquam? qua?) ego dignus non fui, episcopi et catholici cardinales me licet invitum et renitentem in Romanum pontificem communiter elegerunt. Quibus, ut ante Deum loquar, nulla honoris ambitione, nulla omnino presumptione assensum prebens, sed sola tot tantorumque religiosorum virorum non contempnenda compulsus obediencia, confisus insuper de omnipotentis Dei misericordia, iniunctum michi officium ad honorem Dei et ecclesiae Romanae suscepi. Postmodum vero (Petrus) Leonis, qui papatum a longis retro temporibus affectaverat, parentum violentia, sanguinis effusione, destructione sacrarum imaginum, beati Petri cathedram occupavit et peregrinos ac religiosos quosdam ad apostolorum limina devotionis causa venientes captos et tetris carceris squaloribus ac ferreis vinculis mancipatos fame, siti, diversisque tormentorum generibus cruciare non desinit. Per presentia itaque scripta et karissimos fratres nostros, G(erhardum) sanctae Romanae ecclesiae presbyterum cardinalem et Gualterum, Ravennatem archiepiscopum, universitati vestrae mandando precipimus, ut matri vestrae, sanctae Romanae ecclesiae, modo cum maxime opus est, pro posse vestro subvenientes, prefatum filium nostrum, regem Lotharium, ad honorem et servitium nostrum animare attencius studeatis, ipsumque proxima hyeme ad nostram presentiam adducatis, ut de eo, quod faciendum fuerit, prestante Domino, faciemus. Ad hec prefatos legatos nostros G(erhardum) presbiterum cardinalem et Gualterum, Ravennatem archiepiscopum, dilectioni vestrae attentius commendamus, quos pro sedis apostolicae reverentia benigne suscipiatis et honeste tractetis. Omnipotens Dominus sua vos protectione custodiat et tam in presenti quam in futura suae vobis ubertatem benedictionis attribuat. Datum Pisis XII. kal. Iulii". Ex cod. capit. Olomucensis 205 f. 202. Dedit Wattenbach. (Watterich II. 192, Migne 179 p. 56). — „Divina factum dispositione". |
| („) | „ | 7414 (5322) Monasterii Vallumbrosani protectionem suscipit, iuraque confirmat, petente Attone abbate. Cocqu. II. 203, Migne 179 p. 57. — „Ad hoc universalis". |
| | | Pisis hoc anno Innocentium II. concilium celebrasse, falso, ut videtur, narrat Romualdus Salern. in MG. SS. XIX. 420, cum aliunde nihil traditum magnumque concilium Pisanum a. 1135 celebratum sit. |
| Iun.—Iul. | Portus Veneris | ecclesiam consecrat. Caffari Annal. Genuens. in MG. SS. XVIII. 18. |
| Aug. 2. | Ianuae | 7415 (5323) Didaco, archiepiscopo Compostellano, de muneribus missis gratias agit, nunciatque, se „postulationes eius per M. archidiaconum et P. presbyterum sibi expositas pro tempore novitatis suae ex parte admisisse". P. presbyterum commendat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 511, Migne 179 p. 58. — „Pro subiectione". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1130.** *(Ind. 8, pont. a. 1.)* |
| Aug. 2. | Ianuae | 7416 (5324) Didaco, archiepiscopo Compostellano, scribit, gaudere se, quod „iniqua consuetudo, quae olim in Compostellana b. Iacobi habebatur ecclesia, quoniam post mortem Compostellani pontificis redditus episcopatus in regios deducebatur usus, ab Adefonso rege damnata et regalis decreti auctoritate cassata sit". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 510, Migne 179 p. 59. — „Sancta mater". |
| „ 2. | „ | 7417 (5325) Archiepiscopis et episcopis Hispaniae praecipit, ne regum, principum et aliorum Dei fidelium votis b. Iacobo Compostellano solvendis impedimentum afferant. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 511, Ferrer Hist. de Sanctiago p. 578$^{b}$, Migne 179 p. 59. — „Reges, principes". |
| („) | („) | 7418 (5326) P(elagio), archiepiscopo Bracarensi, praecipit, ut villas quasdam Didaco, archiepiscopo Compostellano, restituat, et „vota fidelium, quae b. Iacobo per parochiam Bracarensem debeantur, absque contradictione dari et persolvi permittat". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 509, Migne 179 p. 59. — „Carissimus frater". |
| („) | („) | 7419 (5327) P(elagium), archiepiscopum Bracarensem, reprehendit, quod vocatus ab Honorio II., „praeterita dominica, qua legebatur: Ego sum pastor bonus (13. Apr.) ad sedem apostolicam non venerit. Mandat, ut „proxima b. Mariae purificatione" (2. Febr. 1131) ad sese adeat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 510, Migne 179 p. 60. — „Praedecessor noster". |
| „ 7. | „ | 7420 (5328) Ecclesiae Papiensis privilegia et possessiones, petente Bernardo episcopo, confirmat. Spelta Hist. di Pavia p. 289, Capsoni Origine p. 56, Migne 179 p. 60. — „Sacrosancta Romana". |
| „ 12. | „ | 7421 Henrico, Anglorum regi, Urbanum episcopum Landavensem commendat. The Liber Landavensis p. 55. 57, Haddan and Stubbs Councils I. 337. — „Honor Dei est". |
| „ 12. | „ | 7422 W(illelmo) archiepiscopo Cantuariensi interdicit, ne Urbani episcopi Landavensis „parochianis de Urceneveldc, in quos idem anathematis sententiam promulgaverit, ab Herefordensi ecclesia communicari permittat", neve „quendam priorem eiusdem, qui ad episcopatum Herefordensem impudenter anhelet, in eadem ecclesia episcopum ordinare conetur". The Liber Landavensis p. 55, Haddan and Stubbs Councils I. 338. — „Aequitati et iustitiae". |
| Sept. 11. | ap. S. Egidium | 7423 (5329) Monasterii SS. Gervasii et Protasii Fossensis possessiones et privilegia petente Guilielmo abbate confirmat, imposito fratribus sex nummorum argenteorum censu annuo. Ex autographo in ms. lat. 16992. f. 36 in bibl. nat. Paris. (Cf. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 192, Migne 179 p. 62. Scripturae specimen in Nouveau traité V. 267.) — „Desiderium quod ad". |
| „ 22. | „ | 7424 Gumandam et Simianam, comitissas Forcalcherienses, ac B. (et) R. nobiles viros hortatur, ne monasterium Montis-maioris super castro Pertusio inquietent. Loewenfeld Epistolae p. 85. — „Monasterium Montis-maioris". |
| Sept. Oct. | Vivarii | Bosonis card. Vit. Innoc. ap. Watterich II. 175. |
| „ „ | Anicii | Bosonis card. Vit. Innoc. l. l. |
| Oct. 24. | Cluniacum | pervenit. Vide Order. Vital. ed. Le Prévost V. 25, in MG. SS. XX. 80. Quem per undecim dies ibi moratum esse indeque die 3. m. Nov. discessisse constat, eius adventus ad d. 24. Oct. referendus est. |
| „ 25. | Cluniaci | monasterium consecrat. Vide infra bullam 7548. |
| Nov. 2. | „ | 7425 (5330) Monasterii S. Blasii in nigra silva patrocinium suscipit et privilegia confirmat, petente Bertholdo abbate. Neugart H. N. S. III. 62, Trouillat Monuments de Bâle I. 256. — „Officii nostri nos". |
| „ 2. | „ | 7426 (5331) Monasterio S. Dionysii monasterium Argentoliense asserit, bulla ad Sugerium abbatem. Doublet Hist. de St. Denys p. 484, Bouquet Rec. XV. 369, Migne 179 p. 64. — „Corpus ecclesiae". |
| „ 3. | „ | 7427 (5332) Monasterii S. Germani de Pratis Parisiensis protectionem suscipit, privilegiaque confirmat, petente Hugone abbate. Bouillart Hist. de St. Germain des Prez Pr. p. 36, Migne 179 p. 65. — „Quotiens illud a". |
| „ 4. | ap. Rohacennam | 7428 (5333) Monachos pro monialibus substitutos in coenobio S. Mariae Laudunensi confirmat. Guiberti Opp. p. 828, Gall. Chr. X. Instr. 193, Bouquet Rec. XV. 370, Mansi XXI. 374, Migne 179 p. 66. — „Ad hoc nobis". |

**1130.** *(Ind. 8, pont. a. 1.)*

Nov. 5. Rohennae. 7429 (5334) Monasterii Crispeiensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Aimaro priore. (Pro: „Ravennae“ lege „Rohennae“. Apographum ex originali factum in bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 54. f. 125 praebet „Robennae“.) Bullar. Cluniac. p. 46, Migne 179 p. 67. — „Desiderium, quod ad“.

„ 18. ap. Clarummontem. Synodus, in qua „obedientia domino papae Innocentio astanti ab universis constanter promittitur“. Statuunt 1) „ut si quis simoniace ordinatus fuerit, ab officio omnino cadat“; 2) ne episcopi aut clerici „in superfluitate, scissura, aut colore vestium, intuentium offendant aspectum“; 3) „ut decedentium bona episcoporum a nullo omnino hominum diripiantur“; 4) „ut ii, qui a subdiaconatu et supra uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque ecclesiastico beneficio careant“; 5) ne „monachi et regulares canonici, post susceptum habitum et professionem factam, leges temporales et medicinam addiscant“, 6) „ut laici, qui ecclesias tenent, aut eas episcopis restituant aut excommunicationi subiaceant“; 7) „ut nullus in archidiaconum nisi diaconus, nullus in decanum vel praepositum nisi presbyter ordinetur“; 8) de tregua servanda; 9) „illas nundinas vel ferias, in quibus milites ex condicto convenire solent et ad ostentationem virium suarum congrediuntur, omnimode interdicunt“; 10) „si quis in clericos vel monachos manus iniecerit, anathemati subiaceat“; 11) „ne quis ecclesias, praebendas, praeposituras, capellanias, aut aliqua ecclesiastica officia haereditario iure valeat vendicare aut expostulare praesumat“; 12) „coniunctiones consanguineorum omnino fieri prohibent“; 13) incendiarii excommunicentur. Acta leguntur ap. Mansi XXI. 437, (vide notam meam ad conc. Remense, infra p. 851). Dies synodi reperitur infra in ep. 7449; cf. etiam ep. 7435.

„ 28. „ 7430 (5335) Monasterii S. Michaelis Cuxanensis protectionem suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Gregorio abbate. Marca Marca Hisp. p. 1270, Cocqu. II. 203, Migne 179 p. 69, (Font Hist. de St.-Michel de Cuxa p. 393). — „Desiderium, quod ad“.

„ 29. „ 7431 (5336) Raimundo Magalonensi, B(ermundo) Biterrensi, P(etro) Lutevensi, Io(hanni) Nemausensi episcopis, et R(aimundo) electo Agathensi mandat, cogant milites quosdam, ut de interfecto monasterii Anianensis homine satisfaciant Petro abbati. Hist. de Languedoc II. Pr. p. 459, nov. ed. V. p. 974, Bouquet Rec. XV. 370, Migne 179 p. 70. — „Querelam filiorum“.

„ 29. „ 7432 Monasterii Anianensis tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 13816. f. $76^{b}$. — „Ad hoc universalis“.

Dec. 1. „ 7433 G. et R. vicecomitibus Massiliensibus praecipit, ut monasterio Massiliensi ablata bona restituant. Coll. des Cartulaires IX. 501. — „Massiliense monasterium“.

„ 3. „ 7434 (5337) Guilenco, episcopo Lingonensi, mandat, ut, adhibitis S(tephano) Cisterciensi et B(ernhardo) Clarevallensi abbatibus, iudicet inter S. Stephani (Divionensis) et S. Sequani ecclesias. Pérard Recueil p. 103, Bouquet Rec. XIV. 247, Migne 179 p. 70. — „Ne occasione“.

„ 4. „ 7435 Narrat, sese in octava S. Martini (18. Nov.) fratribus Montis-maioris ecclesiam S. Mariae Rocabrunensem, a fratribus Lirinensibus affectatam, adiudicasse. Loewenfeld Epistolae p. 86. — „Cum apud S. Aegidium“.

„ 11. ap. S. Portianum. 7436 Monasterii S. Martini Sparnacensis possessiones et privilegia confirmat. (Fragmentum.) Nicaise Epernay II. 124.

„ 19. Discsiae. 7437 (5338) Ecclesiae S. Martini Nivernensis patrocinium suscipit bonaque confirmat, petente Stephano priore. Gall. Chr. XII. Instr. p. 340, Migne 179 p. 71. — „In eminenti“.

„ 25. Augustoduni. Coronatur „in natali Domini“. Annal. S. Germani minores 1131 in MG. SS. IV. 4.

**1131?**

7438 (5339) Vulgrino, archiepiscopo Bituricensi, mandat, ut inter Sugerium S. Dionysii et Her. Clusinum abbatem d. 29. Sept. iudicium faciat. Doublet Hist. de St. Denys p. 489, Chazaud Fragm. du cartul. de la Chapelle-Aude p. 105, Migne 179 p. 71. — „Querelam dilecti“.

7439 (5340) Her., abbati Clusino, praecipit, ut d. 29. Sept. ad (Vulgrinum), archiepiscopum Bituricensem, aut „proxima b. Lucae festivitate“ (18. Oct.) ad sese accedat, rationem redditurus de ecclesiis b. Marcialis, S. Desiderati et S. Marini de Corciaco,

| | | |
|---|---|---|
| | | **1131?** |
| | | ablatis monasterio S. Dionysii. Doublet Hist. de St. Denys p. 489, Chazaud Fragm. du cart. de la Chapelle-Aude p. 106, Migne 179 p. 72. — „Dilectus noster". |
| | | **1131.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)* |
| (Ian.) | Floriaci | (ap. S. Benedictum super Ligerim) cum Ludovico, Francorum rege. Vide infra ep. 7449, Chron. Mauriniac. ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 376, in MG. SS. XXVI. 40, Sugerii Vit. Ludovici Grossi ap. Duch. l. l. p. 318, in MG. SS. l. l. p. 57. |
| („) | Aureliani | cum Ludovico, Francorum rege. Vide infra ep. 7449. Ernaldi Vit. S. Bernhardi in S. Bernh. Opp. II. 1109, in MG. SS. XXVI. 101, Bosonis card. Vit. Innocentii p. 175. |
| „ 13. | Carnoti | cum Heinrico, rege Anglorum „idus Ianuarii", Orderic. Vital. in MG. SS. XX. 80. Cf. infra ep. 7449, Ernaldi Vit. S. Bernh. l. l., Chron. Mauriniac. l. l., Sugerii Vita Ludovici Grossi l. l., Willelmi Malmesbir. Hist. nov. L. I. ed. Hardy p. 698, in MG. SS. X. 485, Bosonis card. Vit. Innocentii l. l. |
| „ 17. | „ | 7440 Urbano, episcopo Landavensi, praecipit, ut Rob(erto) priori de Lantoene, electo episcopo Herefordensi, muneris capessendi potestatem concedit; utque ecclesiae Herefordensi, „quemadmodum vivente Ricardo episcopo tenuerit, parochiam suam restituat". The Liber Landavensis p. 61, Haddan and Stubbs Councils I. 338. — „Herfordensis ecclesia". |
| „ 19. | Mauriniacum | pervenit. Chron. Mauriniacense ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 377, in MG. SS. XXVI. 40. |
| „ 20. | Mauriniaci | altare S. Laurentii et omnium martyrum consecrat „altera die . . . XIII. kal. Febr.". Chron. Mauriniac. l. l. |
| „ 20. | Stampis | 7441 (5341) Parthenonis Fontis-Ebraldi, rogatu P(etronillae) abbatissae, tutelam suscipit ac bona confirmat, in his „centum marchas argenti singulis annis ex dono Heinrici, Anglorum regis, LX de redditu eius in Londria de ferma civitatis et XL marchas de ferma civitatis Wintone". Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 626, Migne 179 p. 72. — „Quoniam sine verae". |
| „ 20. | „ | 7442 Monasterii S. Mariae de Deserto tutelam suscipit possessionesque confirmat, petente Hugone priore. Cart. du prieuré de Désert s. XVII. f. 7, in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Desiderium quod ad". |
| „ 21. | Mauriniaco | proficiscitur „luce tertia". Chron. Mauriniac. l. l. |
| „ 27. | Provini | 7443 (5342) P(etro) episcopo et canonicis Bellovacensibus praecipit, ut Serlonem, abbatem S. Luciani, „donec ipse ad partes eorum veniat, in pace dimittant". Louvet Hist. de Beauvaisis I. 393, Bouquet Rec. XV. 371, Migne 179 p. 74. — „Veniens ad nos dilectus". |
| „ 27. | „ | 7444 (5663) Stephano, episcopo Augustodunensi, significat, Al(bericum) subpriorem Cluniacensem monachis Vizeliacensibus abbatem a sese praefectum esse. Quem consecret. (Pro „Dat. Auin." quod praebetur in bibl. nat. Paris. ms. lat. 12703. f. 295 sine dubio legendum est: „Dat. Provini".) D'Achery Spicil. II. 506, Mansi XXI. 402, Migne 179 p. 394 locum non indicant. — „Quemadmodum tua". |
| „ 27. | „ | 7445 Hen(rico) archiepiscopo Senonensi, B(urcardo) Meldensi et S(tephano) Parisiensi episcopis mandat, commoneant parochianos quosdam, ut ab iniuriis in monasterium Latiniacense desistant. Loewenfeld Epistolae p. 87. — „Latigniacense monasterium". |
| „ 28. | „ | 7446 Fratribus Latiniacensibus asserit „omnium parochiarum atque capellarum succursum, quamdiu quavis de causa a presbyteris vacaverint". Addit de capellis eorum in dioecesi Parisiensi sitis, de oblationibus, de personis monasterii cet. In bibl. nat. Paris. Cart. de Lagny ms. lat. 9902. s. XVI. f. 13$^{b}$. — „Ad hoc in eminentia". |
| „ 28. | „ | 7447 Fratribus Latiniacensibus: „statuimus, ut si qua domus religionis in censuali vestro aliquam possessionem adepta fuerit, quatinus ipsam vendat infra annum, ne ecclesia vestra aliquod sui iuris vel consuetudinis aut redditus detrimentum patiatur". Monasterii possessiones quasdam confirmat. (Bulla mendosa videtur.) In bibl. nat. Paris. Cart. de Lagny l. l. f. 14. — „Iustis religiosorum petitionibus". |
| Febr. 14. | Catalauni | 7448 (5343) Ecclesiae S. Mariae Bellilocensis bona et iura, petente Hattone episcopo Trecensi, confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 254, Migne 179 p. 75. — „Ad hoc universalis". |
| „ 16. | „ | 7449 (5344) Didaco, archiepiscopo Compostellano, nunciat haec: „celebrato ap. Clarum montem praeteritis b. Martini octavis (18. Nov. 1130) concilio, . . . Ludovicus Francorum rex ap. S. Benedictum super Ligerim nobis laetanter occurrit et inde usque ad civitatem Aurelianensem nos deduxit; postmodum vero illustris |

**1131.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | rex Anglorum Henr(icus) apud Carnotum praesentiam suam humiliter nobis exhibuit et suum consilium et auxilium ad ecclesiae liberationem promittens nobis et fratribus nostris de bonis suis solatia ministravit; . . . Leodium properamus, ibi enim gloriosus filius noster Lothar(ius) Romanorum rex de pace ecclesiae et salute regni nobiscum disposuit pertractare". Significat de suis ad archiepiscopum Bracarensem litteris. P. presbyterum et G. canonicum Compostellanum commendat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 521, Migne 179 p. 76. — „Praedecessores nostri". |
| Febr. 16. | Catalauni | 7450 (5345) In P(elagium), archiepiscopum Bracarensem, invehitur, quod vocatus „praeterita b. Mariae purificatione" (2. Febr.) ad sese non accesserit. Praecipit, ut „proxima b. Lucae festivitate" (18. Oct.) veniat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 522, Migne 179 p. 77. — „Pro excessu". |
| „ 20. | | †7451 (5346) Archiepiscopos, episcopos, abbates, priores et universos ecclesiarum praelatos hortatur, ut xenodochio Hierosolymitano subveniant. De privilegiis eiusdem addit. („Dat. Laterani p. m. Haymerici S. Mariae novae, S. R. E. diac. card. cancellarii". Adulterinam hanc bullam esse, docet Bernhardi Lothar. von Supplinb. p. 308 et 350.) Bosio Ist. della mil. di S. Gio. I. 108, Migne 179 p. 77. — „Quam amabilis Deo". |
| „ 21. | Resbaci | 7452 (5347) Ecclesiae b. Mariae Magdalenae Castrodunensis possessiones confirmat, petente Archembaldo abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 326, Migne 179 p. 79. — „Ad hoc universalis". |
| „ 22. | „ | 7453 Pacem a Gaufredo, episcopo Carnotensi, et Bernardo, abbate Clarevallensi, constitutam inter monachos Maioris-monasterii et canonicos S. Iohannis de Valeia confirmat. Ex bibl. nat. Paris. chartul. S. Ioh. in Valle ms. lat. 5481 p. 175. Misit Delisle. — „Controversiam inter". |
| „ 25. | Iotri | 7454 (5348) Ecclesiam S. Memmii Catalaunensem tuendam suscipit et eius possessiones iuraque, petente Stephano abbate, confirmat. Gall. Chr. X. Instr. p. 164, S. Bernhardi Opp. I. append. p. LVI., (Mansi XXI. 398, Migne 179 p. 79). — „Officii nostri nos". |
| Mart. 14. | ap. S. Quintinum | 7455 W(illelmo), archiepiscopo Cantuariensi, et eius suffraganeis episcopis significat, Urbanum episcopum Landavensem, „quamvis aetas et aegritudo resisterent", ad sese accessisse; seque „de parochialibus terminis nihil innovavisse". Mandat, videat, ne idem episcopus „de parochia illa, super quam Bernardus de S. David (Menevensis episcopus) adversus eum conquueratur, aliquam imminutionem sustineat". Commendat Uctredum archidiaconum et Isaac, Urbani episcopi clericos. The Liber Landavensis p. 58. 62, Haddan and Stubbs Councils I. 339. — „Venerabilis frater noster". |
| „ 16. | Cameraci | „in ecclesia b. Autberti missam celebrat feria secunda hebdomadae secundae quadragesimae", Lamb. Waterlosii annal. 1131 ap. Bouquet Rec. XIII. 498, in MG. SS. XVI. 514; Cf. Gesta ep. Camerac. in MG. SS. VII. 506 et Chron. S. Andreae L. III. c. 37 ibid. p. 549. |
| („) | Laubiis | Vide Annal. Laub. 1131 in MG. SS. IV. 22; Gesta abb. Lobbiens. c. 23 ibid. XXI. 325. |
| „ 22. | Leodium | ad Lotharium regem venit „dominica tertia quadragesimae, 11. kal. Apr.". Anselmi cont. Sigeb. 1131 in MG. SS. VI. 383; Annal. Saxo 1131 ibid. VI. 767 (ex Annal. Patherbrun. 1131 p. 156). |
| „ | Leodii | Synodus, in qua Anacletus antipapa, et Conradus rex atque frater eius Fridericus excommunicantur; Otto episcopus Halberstadensis in integrum restituitur. „Statuitur quoque ab omnibus secundum decreta canonum illud antiquum, quod semper erit innovandum: presbyteros castos et sine uxoribus esse, missam autem uxorati presbyteri neminem audire debere". Annales Erphesfurdenses 1131 in MG. SS. VI. 538, Annal. Saxo 1131 ibid. 767, (Annal. Patherbrunnenses 1131 p. 156). Cf. Annal. Palidens. 1131 ibid. XVI. 78, Annal. Pegav. 1131 ibid. p. 256; Mansi XXI. 473. Vide Bernhardi Lothar p. 362 sq. |
| | | In eadem synodo Ursio, electus Virdunensis, „ad aures ipsius augusti et apostolici causam suae impossibilitatis ipse perorat, se expostulat, episcopalia reddit". Quo facto Albero episcopus Virdunensis eligitur. Laurentii Gesta epp. Vird. in MG. SS. X. 508. |
| „ 25. | „ | cum Lothario rege „annunciationem dominicam celebrat". Annales Brunwilarenses 1132 (1131) in MG. SS. II. 216. |
| „ 28. | „ | 7456 (5350) Monasterium Undersdorfense, conditum ab Ottone comite palatino, tuendum suscipit, bona eius confirmat et iura constituit, imposito monachis bizantii unius |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1131.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)* |
| | | censu annuo. Hund III. 441, Hundt Urk. d. Kl. Indersdorf I. 3, (Mon. Boic. X. 235, Cocqu. II. 204, Migne 179 p. 80). — „Ad hoc nobis a Deo". |
| Mart. 28. | Leodii | 7457 (5351) Monasterii S. Lamberti Laetiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Wedrico abbate. Duvivier Recherches p. 538. — „Officii nostri nos". |
| „ 29. | „ | „dominica in medio quadragesimae cum curribus et redis ab ecclesia S. Martini in publico monte, quasi Romae via triumphali, usque ad capitolium S. Lantberti ascendit, missam celebrat, (Lotharium) regem et (Richinzam) reginam coronat, coniugatos presbiteros excommunicat", Anselmi cont. Sigeb. 1131 l. l. Cf. Cosmae cont. Wissegrad. 1131 in MG. SS. IX. 136, Translat. S. Godehardi ap. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. I. 433: „ad dominicam Laetare Ierusalem". |
| „ 29. | | †7458 (5352) Ecclesiae S. Mariae Buronensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Friderico praeposito. („Actum Leodii".) Petri Suev. eccl. p. 214, Migne 179 p. 82. — „Sicut irrationabilia". |
| „ 29. | | 7459 Ecclesiae S. Mariae Buronensi concessum a Lothario rege diploma (genuinum) confirmat. (Et hanc uti eam, quae praecedit, bullam adulterinam esse, sunt, qui putent. Schum vero in Forsch. z. d. G. XX. 341 et Lothariani diplomatis et Innocentianae confirmationis fidem defendit.) Notizenblatt I. 99, Stumpf Acta imper. ined. p. 108. Cf. Ficker ap. Stumpf Reg. p. 540 ad n. 3258. — „Manuscriptum hoc". |
| „ 30. | „ | 7460 Monasterii S. Mariae Albae-vallis (d. Vesont.) possessiones ac decumarum immunitatem confirmat, petente Pontio abbate. Cartul. de Bellevaux, Collect. Moreau 870 f. 131 in bibl. nat. Paris. — „Quoniam sine verae". |
| „ 31. | „ | 7461 (5353) Ecclesiae Bonnensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, Gerardo praeposito et Gerardo decano petentibus. Guenther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 210, Eichhof Materialien I. 437, Migne 179 p. 83. — „Quotiens illud a". |
| Apr. 1. | „ | 7462 (5354) Monasterii Salvatoris et S. Bonifatii Fuldensiis possessiones ac privilegia, petente Henrico abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 383, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 172, Migne 179 p. 85. (Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 495.) — „In eminenti apostolicae". |
| „ 1. | „ | 7463 Monasterii Hersfeldensis patrocinium suscipit bonaque et iura confirmat, petente Henrico abbate. Stumpf Acta Maguntina p. 17, Pflugk-Harttung Acta I. 139. — „Officii nostri nos". |
| „ 2. | „ | 7464 Ecclesiae S. Mariae Magdeburgensis disciplinam, a Norberto archiepiscopo institutam, libertatemque confirmat. Geschichtsblätter für St. u. L. Magdeburg XIV. (1879), 106. — „Fidelis agricola". |
| „ 12. | Lauduni | 7465 (5355) Ordinis Praemonstratensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Norberto, archiepiscopo Magdeburgensi. Le Paige Bibl. Praem. p. 419, Migne 179 p. 87. — „Sacra vestri ordinis". |
| „ 12. | „ | 7466 Monasterii S. Petri Altimontensis tutelam suscipit, possessionesque et libertatem confirmat, petente Gualberto abbate. Duvivier Recherches p. 541. — „Officii nostri nos". |
| „ 12. | „ | 7467 (5356) Monasterii S. Martini Laudunensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Gualberto abaate. (Pro „XI. id. Apr." lege „II. id. Apr.".) Le Paige Bibl. Praem. p. 448, Migne 179 p. 88. — „Quoniam sine verae". |
| „ 12. | „ | „in die palmarum, anno 1131, pontificatus sui 2". Sigeberti auct. Laudunense ad 1136 in MG. SS. VI. 446. |
| „ 13. | „ | „in secunda feria sequenti". Sigeb. auct. Laudun. l. l. |
| „ 15. | ap. S. Dionysium | „pridie coenae domini". Sugerii Vita Ludovici Grossi ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 318, in MG. SS. XXVI. 58. |
| „ 16. | „ | „coena domini". Sugerii Vita Ludovici Grossi l. l. |
| „ 17. | „ | „venerandam domini crucifixionem venerando prosequitur". Sugerii Vita Ludovici Grossi l. l. |
| „ 18. | „ | „resurrectionis vigiliis". Sugerii Vita Ludovici Grossi l. l. |
| „ 18. | Parisiis | Alberonem, electum Virdunensem, „in sancto paschali sabbato" presbyterum consecrat. Laurentii Gesta epp. Virdun. in MG. SS. X. 508. |
| „ 19. | ap. S. Dionysium | coronatur „in pascha". Annales S. Germani minores 1131 in MG. SS. IV. 4; Sugerii Vita Ludovici Grossi l. l. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1131.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)* |
| Apr. 19. | Parisiis | Alberonem, electum Virdunensem, episcopum consecrat. Laurentii Gesta epp. Virdun. in MG. SS. X. 508. |
| „ 20. | ap. S. Dionysium | „sequente die“, Sugerii Vita Ludovici Grossi l. l. |
| „ 26. | Parisiis | 7468 (5358) Monasterium S. Petri Lobiense tuendum suscipit, privilegiisque ornat, petente Leone abbate. Vos Lobbes II. 445, Miraei Opp. dipl. II. 1161, Migne 179 p. 90. — „Quoties illud a“. |
| „ 27. | „ | 7469 Parthenonis S. Mariae de Avesnis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Beatrice abbatissa. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 55. f. 11. — „Desiderium quod ad“. |
| Mai. 4. | ap. Montem-Furtinum (ap. Montem Morentini?) | 7470 (5359) Universos Dei fideles per Segoviensem, Oxomensem, Palentinam et Seguntinam paroecias constitutos hortatur, ut Beltranum, episcopum Oxomensem, in aedificanda ecclesia S. Mariae adiuvent. Haec addit: „Confraternitas, quae (lege: Confraternitatem, quam) Raymundus, Toletanus archiepiscopus, ob loci sustentationem atque vestrarum salutem animarum ibidem stabilivit, confirmamus“. Loperraez Corvalan Descripcion hist. del ob. de Osma III. 13, Migne 179 p. 92. — „Inter cetera virtutis“. |
| („) | ap. Bellum-montem. | Vide Hist. coenob. Mortui-maris ap. Bouquet Rec. XIV. 509. |
| „ 5. | Pontisarae | 7471 (5360) Alviso, abbati Aquicinensi, electo episcopo Atrebatensi, praecipit, ut oblatum munus suscipiat. Baluzii Misc. II. 163, D'Achery Spic. III. 493, Bouquet Rec. XV. 372, Mansi XXI. 403, Migne 179 p. 93. — „Divinis ingratum“. |
| („) | Gisortii | Vide Hist. coen. Mortui-maris l. l. |
| „ 9. | Rotomagi | 7472 (5361) Monasterii S. Dionysii privilegia et possessiones, petente Sugerio abbate, confirmat. Doublet Hist. de St. Denys p. 485, Félibien Hist. de St. Denys rec. d. pièces p. 98, Migne 179 p. 93. — „Decor domus domini“. |
| „ 9. | „ | 7473 (5362) Domus hospitalis Falesinae, assensu Henrici Anglorum regis a Gonfrido conditae, protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Neustria pia p. 751, Hugo O. P. A. I. Pr. p. 699, Migne 179 p. 95. — „Ex iniuncto nobis“. |
| „ 10. | „ | cum Henrico Anglorum rege. Vide infra bullam 7476. Cf. Willelmi Malmesbir. Hist. nov. L. I ed. Hardy p. 698, in MG. SS. X. 485. |
| „ 11. | Pirerii (al. Pireti) | 7474 Urbano, episcopo Landavensi, scribit, „proxima divi Lucae festivitate“ (18. Oct.) ad sese accedat, ut eius cum Bernardo, episcopo S. David (Menevensi), controversia de paroeciis Goher, Chedueli, Cantrebachan, Istrateu, Hevias et de villa Talebont disceptetur. The Liber Landavensis p. 56. 60, Haddan and Stubbs Councils I. 340. — „Desiderium nostrum est“. |
| „ 19. | Belvaci | 7475 (5363) Didacum, archiepiscopum Compostellanum, vocat ad concilium „proxima b. Lucae festivitate“ (d. 18. Oct.) Remis celebrandum. G., ecclesiae Romanae subdiaconum, commendat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 525, Migne 179 p. 96. — „Pro unitate“. |
| „ 20. | „ | 7476 (5364) „Donationem ab Henrico Anglorum rege de centum marcis argenti per annos singulos Cluniacensi monasterio persolvendis factam“ confirmat; „haec autem donatio“ inquit „apud Rothomagum ab eodem filio nostro Henrico rege incarnationis dominicae anno 1131, indictione 9, mense Maio, die dominica (d. 10. Maii) in nostra et fratrum nostrorum praesentia facta est“. Bibl. Cluniac. p. 1392, Bull. Cluniac. p. 44, Mansi XXI. 407, Cocqu. II. 204, Migne 179 p. 96. — „Donationes et“. |
| „ 26. | Compendii | 7477 Cuidam (fortasse Willelmo archiepiscopo Cantuariensi) scribit, se Urbanum Landavensem et Bernardum S. David (Menevensem) in proximam divi Lucae festivitatem (18. Oct.) evocasse. Mandat, H(enricum) regem adeat, ut Urbano episcopo Landavensi villam S. Teliavi de Lannualt restitui a Rabel, camerario de Tancarvilla, cogat. (Haec epistola perperam Urbano, Landavensi episcopo, inscripta est.) The Liber Landavensis p. 57, Haddan and Stubbs Councils I. 341. — „Quemadmodum tua novit“. |
| „ 26. | „ | 7478 B(ernardo) episcopo S. David (Menevensi) significat, postquam eum et Urbanum, episcopum Landavensem, in proximam divi Lucae festivitatem (18. Oct.) evocaverit, Urbanum per litteras et nuncios sibi exposuisse, se ab archidiaconis eius de paroeciis litigiosis „violenter eiectum esse“. Monet, paroecias illi restituat, „ut possessor constitutus praefixo termino valeat ei iudiciario iure respondere“. (Pro „VII. id. Apr.“ |

**1131.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | videtur, ut in superiore epistola, legendum: „VII. kal. Iun.".) The Liber Landavensis p. 58, Haddan and Stubbs Councils I. 340. — „Ut pax ecclesiis". |
| Iun. 18. | Compendii | 7479 (5365) Clero et populo Atrebatensi Alvisum episcopum commendat. Baluzii Misc. II. 164, Migne 179 p. 97, (Bouquet Rec. XV. 372). — „Venientem ad". |
| („) | | 7480 (5366) Gualtero, abbati S. Vedasti, praecipit, ut Alviso, episcopo Atrebatensi, obediat. Baluzii Misc. II. 164, Bouquet Rec. XV. 404, Migne 179 p. 98. — „In sede iustitiae". |
| „ 27. | Crispiaci | 7481 (5367) Henricum (lege Hugonem), archiepiscopum Rotomagensem, episcopos, abbates, clericos, barones et alios Dei fideles per Rotomagensem provinciam constitutos hortatur, ut conferant ad restituendam ecclesiam Noviomensem, incendio absumptam. Bouquet Rec. XV. 372, Migne 179 p. 98. — „Utilis est et". |
| „ 27. | „ | 7482 Henrico, archiepiscopo Senonensi, mutatis mutandis eadem, quae precedenti epistola, scribit. Ex chartul. capit. Noviom. f. 54 in Arch. de l'Oise à Beauvais nobiscum communicavit Leop. Delisle. — „Utilis est et". |
| Iul. 26. | Autissiodori | 7483 (5368) Hugonem, archiepiscopum Rotomagensem, hortatur, ne in provincia Normaniae „laicos iura sibi episcopalia usurpare, altarium oblationes auferre, ecclesiasticos reditus occupare, ac se archidiaconos nominare" patiatur. „Ecclesias hereditario iure expeti" vetat. Alia praecepta addit. Bessin Conc. Rotom. II. 22, Mansi XXI. 421, Migne 179 p. 99. — „Qui in ecclesia Dei". |
| Aug. 12. | „ | 7484 Urbanum, episcopum Landavensem, invitat ad concilium Remense „proxima festivitate b. Lucae" (18. Oct.) celebrandum, ubi eius cum Bernardo, episcopo S. David (Menevensi), controversia dirimatur. The Liber Landavensis p. 63, Haddan and Stubbs Councils I. 341. — „Religiosorum animus". |
| Sept. 13. | „ | 7485 Domum leprosorum Belli-loci tuendam suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Gaufrido episcopo Carnotensi. In bibl. nat. Paris. Cartul. de la léproserie du Grand Beaulieu, ms. lat. nouv. acquis. 1408 folio non signato. — „Scripturae sacrae attestatione". |
| „ 24. | „ | 7486 (5369) Ecclesiae S. Amatoris Autissiodorensis disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Hugone episcopo. Lebeuf Mém. d'Auxerre II. preuv. p. 264, Quantin Cart. gén. I. 284, Migne 179 p. 101. — „Ad hoc nobis a". |
| „ 30. | Aurelianis | Odonem abbatem S. Medardi Suessionensem consecrat „pridie kalendas Octobris". Annal. S. Medardi Suession. 1131 ap. D'Achery Spicil. II. 489, in MG. SS. XXVI. 520. |
| Oct. 6. | Blesis | 7487 (5370) Hugone, archiepiscopo Rotomagensi, (qui „ambitionem invasoris Petri Leonis detestans ac Iudaicae perfidiae furorem conterens, clericorum, principum et ceterorum corda in fide catholica et obedientia sua firmaverit") petente, ecclesiae eius iura et possessiones confirmat. (Signa chronologica affert Bouquet Rec. XV. 347 in annotatione.) Bessin Conc. Rotom. II. 23, Mansi XXI. 423, Migne 179 p. 102. — „Apostolicae sedis consueta". |
| „ 6. | „ | 7488 Ecclesiae S. Iohannis de Valeia possessiones, petente Hugone abbate, confirmat. Ex chart. S. Ioh. in Valle, ms. lat. 5481 f. 60 in bibl. nat. Paris. misit Delisle; (Coll. Moreau t. 55. f. 29). — „In eminenti". |
| „ | Stampis | Vide Chronicon Mauriniacense ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 377, in MG. SS. XXVI. 41. |
| „ | Parisiis | Vide Chronicon Mauriniacense l. l. |
| „ 15. | Suessionis | ecclesiam b. Medardi consecrat „Id. Oct.". Annal. S. Medardi Suess. 1131 ap. D'Achery Spic. II. 489, in MG. SS. XXVI. 520, Sigeb. auct. Laudunense 1131 ibid. VI. 446. |
| „ 18. | Remis | Concilium episcoporum (50) et abbatum 300, in quo Anacletus antipapa et Conradus rex excommunicantur. Vide Annal. Blandinienses 1131 („15. kal. Nov. die Lucae evangelistae") in MG. SS. V. 28, Anselmi cont. Sigeb. 1131 ibid. VI. 384, Cosmae contin. Wissegrad. 1131 ibid. IX. 137. (Annal. S. Disibodi 1131 in MG. SS. XVII. 24: „14. kal. Nov.".) |
| | | Sanciunt: 1) „ne qua emptio aut venditio fiat doni ecclesiastici"; 2) „ne quis audiat missam presbyteri habentis concubinam vel uxorem"; 3) „ut omnes clerici a subdiacono et supra continentes sint"; 4) „ne quis in archidiaconum vel decanum sive episcopum eligatur, nisi qui diaconus vel presbyter est ordinatus"; 5) ne missae legantur nisi a litteratis; 6) „ut clerici ordinati et ecclesiastica beneficia possidentes ubicunque in habitu clericali sint, et capillos tonsos et barbam rasam habeant, vestes quoque rotundas"; 7) ut bona mortui episcopi vel sacerdotis in potestate oeconomi |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1131.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)* maneant, donec successor ea ex integro recipiat; 8) „ut quaelibet ecclesia, cuius dotes ad sustentationem clericis sufficiant, proprium habeat sacerdotem; nec recipiatur in ea mercennarius et conductus"; 9) ne quis, sub excommunicationis poena, clericum aut monachum violet; 10) ut ecclesiae, „ex quo consecratae fuerint", a potestate laicorum liberae sint; 11) ut „rustici habeant pacem quotidie in corpore et rebus suis, dum . . . sint in agricultura vel alio quolibet opere manuum"; 12) legem generalem de pace Dei servanda; 13) de coniugiis dissolvendis; 14) „invasores regni et ecclesiae", Petrus Leonis et Cuonradus, cum omnibus suis fautoribus excommunicantur. Udalr. Babenb. ap. Jaffé Bibl. V. 440, (Mansi XXI. 465). — Acta, quae leguntur apud Mansium XXI. 457, non ad concilium Remense referenda sunt; videntur potius esse altera recensio canonum in synodo Claromontana a. 1130 promulgatorum.) |
| Oct. 21. | Remis | 7489 (5371) Ayberto monacho et recluso asserit licentiam, a Paschali II. et Honorio II. concessam, „poenitentiam dandi et absolutionem faciendi confitentibus peccata sua". Alia quaedam privilegia adiicit. Acta SS. Apr. T. I. 679 not. d, Cousin Hist. de Tournay II. 211, Migne 179 p. 104. — „Quia veridica relatione". |
| „ 24. | „ | in concilio Ludovicum Francorum regem de exstincto Philippo filio consolatur „die Sabbati". Chron. Mauriniac. ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 378, in MG. SS. XXVI. 42. |
| „ 24. | „ | 7490 (5372) Ecclesiam S. Deodati in valle Galilaea tuendam suscipit, possessionesque ac iura eius confirmat, petente Alberto praeposito. Sommier Hist. de l'égl. de S. Diez p. 380, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 293, Migne 179 p. 105. — „Officii nostri nos". |
| „ 25. | „ | in concilio Ludovicum, filium Ludovici VI. Francorum regis, in ecclesia b. Mariae regem consecrat „8. kal. Nov." Sigeb. auct. Laudunense 1131 l. l.; „die dominica", Chronic. Mauriniac. ap. Duchesne H. Fr. SS. IV. 379, in MG. SS. XXVI. 42. |
| „ 26. | „ | in concilio litteras Lotharii regis a (Norberto) archiepissopo Magdeburgensi accipit „die crastina". Chronic. Mauriniac. l. l. |
| („) | „ | 7491 *Norberto, archiepiscopo Magdeburgensi, privilegia tribuit. Vita Norberti c. 19 in MG. SS. XII. 697. |
| „ 28. | „ | 7492 (5373) Canonicorum ecclesiae S. Martini Turonensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat. Recueil sur S. Martin de Tours p. 16, Migne 179 p. 106. — „Cum omnibus ecclesiis". |
| „ 28. | „ | 7493 (5374) Disciplinam in ecclesiis Bambergensibus ab Ottone episcopo institutam sancit. Basnage Thes. III. II. 50, Migne 179 p. 108, (Pflugk-Harttung Acta II. 265). — „Quotiens a nobis petitur". |
| „ 29. | „ | 7494 (5375) Ecclesiae Andegavensis possessiones et privilegia, petente Ulgerio episcopo, confirmat. Baluzii Misc. III. 15, Migne 179 p. 108. — „In eminenti". |
| „ 29. | „ | 7495 (5376) Monasterii S. Iohannis evangelistae Madelkardestorfensis (Mallersdorfensis), a Gebehardo quodam ecclesiae Bambergensi collati, protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Ottone episcopo Bambergensi. Pflugk-Harttung Acta II. 266, (Lang Regesta I. 134). — „Ex apostolatus officio". |
| „ 29. | „ | 7496 (5377) Clero et populo Hildeshemensi significat, Godehardum quondam episcopum in synodo Remensi sanctorum ordinibus ascriptum esse. Translat. Godeh. in MG. SS. XII. 642, Doebner Urk. d. St. Hildesh. p. 5, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. VI. P. I. 422, Cocqu. II. 205, Mansi XXI. 463, Migne 179 p. 110. — „Veniens ad nos venerabilis". |
| „ 29. | „ | 7497 Excommunicationem, ab Henrico episcopo Tullensi in Fridericum comitem, Theodericum de Soreeio, Gerardum, filium Theoderi castellani, ecclesiae Tullensis invasores, prolatam et a Calixto et Honorio roboratam, confirmat. Loewenfeld Epistolae p. 87. — „Venerabilis fratris nostri". |
| „ 29. | „ | 7498 Ecclesiae Misnensis possessiones, petente Godeboldo episcopo, confirmat. Neumann Meissner und Oberlausitzer Urk. p. 28, Cod. dipl. Sax. reg. II. Haupth. I. 47. — „In eminenti apostolicae". |
| „ 31. | „ | 7499 (5378) Petro abbati et monachis Cluniacensibus locum, qui dicitur Prins, asserit. Bibl. Cluniac. p. 1408, Bullar. Cluniac. p. 45, Mansi XXI. 416, Cocqu. II. 258, Migne 179 p. 110. — „Ex apostolicae sedis". |
| „ 31. | „ | 7500 G(uidoni) episcopo Cenomannensi mandat, cogat G. Ulgerii et eius filios, ut G(aufrido) abbati Vindocinensi ablata restituant et de iniuria illata satisfaciant. Pflugk-Harttung Acta I. 140. — „Quemadmodum episcoporum". |

**1131.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Nov. 1. | Remis | 7501 Ulg(erio) episcopo Andegavensi, mandat, ut monasterio Vindocinensi ablata restituat, proximaque purificatione S. Mariae (2. Febr. 1132) ad sese veniat, G(aufrido) abbati responsurus de ecclesia S. Nicolai. Pflugk-Harttung Acta I. 140. — „Quanto specialius". |
| „ 2. | „ | 7502 (5379) De Sugerii, abbatis S. Dionysii, et Lanzonis, abbatis S. Michaelis (dioec. Virdun.) controversia, a Matthaeo episcopo Albanensi, Rainaldo archiepiscopo Remensi, Gosleno episcopo Suessionensi, Alberone electo Trevirensi, actum arbitrium probat. Doublet Hist. de St. Denys p. 487, Migne 179 p. 111. — „Ne illa, quae". |
| „ 2. | „ | 7503 Vulgrino archiepiscopo Bituricensi mandat, iustitiam faciat de monachis S. Desiderii et abbate Clusino, qui ad Remense concilium invitati, ut de iniuriis contra Sugerium, abbatem S. Dionysii (de Capella) responderent, non accesserint. (Pro „4 nov." est fortasse legendum „4 non. nov.".) Chazaud Fragm. du cart. de la Chapelle-Aude p. 121. — „Querelam dilecti filii". |
| „ 3. | „ | 7504 Laurentio abbati S. Vitoni Virdunensis eiusque successoribus asserit curtem Alzei sub censu annuo 12 denariorum Catalaunensium. Decumarum immunitatem confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 141: „IIII. . . . Novembr.". (Fragm. ap. Wassebourg Antiquitez I. $291^{b}$: „III. non. Nov.".) — „In beati Petri". |
| „ 4. | „ | 7505 (5380) St(ephanum), abbatem Cisterciensem, iudicem constituit inter He(bertum) S. Stephani Divionensis et Her(bertum) S. Sequani abbates. Pérard Recueil p. 104, Bouquet Rec. XIV. 248, Migne 179 p. 112. — „Quoniam turbatus". |
| „ 5. | „ | 7506 (5381) Ecclesiae b. Satyri bona et iura confirmat, petente Petro abbate. Gall. Chr. II. Instr. p. 52, Cocqu. II. 205, Migne 179 p. 112. — „In apostolicae sedis". |
| „ 5. | „ | 7507 (5382) Monasterii Fusniacensis protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente Goswino abbate. Autograph. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier 289, (De Lancy Hist. Fusniac. coenobii p. 23). — „Desiderium quod ad". |
| | | †7508 (5383) Lotharii regis erga se studium laudat. De muneribus missis gratias agit. Hortatur, „quod in epistola significaverit, adimplere acceleret, ut imperialem coronam de manibus suis Romae suscipiat". (Exercitium.) Schlosser u. Bercht Archiv II. 370, Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XIV. 70. — „Quanta circa nos". |
| „ 9. | Catalaunis | 7509 Monasterii S. Vincentii Silvanectensis disciplinam, possessiones iuraque confirmat, petente Balduino abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 55. f. 36. — „Officii nostri nos". |
| „ 12. | „ | 7510 Ecclesiae Omnium sanctorum de insula Catalaunensi patrocinium suscipit, possessionesque confirmat, interveniente Gaufredo, episcopo Catalaunensi. Pflugk-Harttung Acta I. 142, (Lalore Collection IV. 248). — „Desiderium quod ad". |
| „ 21. | Trecis | 7511 Urbano, episcopo Landavensi, significat, cum „festivitate b. Lucae (18. Oct.) ad sese ob valetudinem non venisset, se W(illelmo) Cantuariensi, T(urstano) Eboracensi, H(ugoni) Rotomagensi archiepiscopis mandatum dedisse, ut „proxima dominica, qua legitur: Ego sum pastor bonus" (24. Apr. 1132) iudicium inter eum et Bernardum, episcopum S. David (Menevensem), facerent. The Liber Landavensis p. 63, Haddan and Stubbs Councils I. 342. — „Ut lis et controversia". |
| „ 23. | „ | 7512 Monasterii S. Urbani patrocinium suscipit, possessionesque confirmat, petente Hugone abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 143. — „Officii nostri nos". |
| „ 28. | Autissiodori | 7513 (5386) Parthenonem S. Trinitatis (Paraclitensem), Heloissae priorissae rogatu, tuendum suscipit et bona eius confirmat, ea lege, ut a monialibus nummi sex quotannis Lateranensi palatio persolvantur. Gall. Chr. XII. Instr. p. 259, Camuzat Promptuarium p. $346^{b}$, Abaelardi et Heloisae Opp. p. 346, Lalore Collection II. 1, Migne 179 p. 114. — „Quoties illud a". |
| „ 29. | „ | 7514 (5387) Iohanni, episcopo Glascuensi, praecipit, ut T. (lege Thurstano, non Thomae), archiepiscopo Eboracensi, pareat. Haddan and Stubbs Councils II. I. 26, Monast. Anglic. III. 146, nov. ed. VIII. 1187, Migne 179 p. 115. — „Praedecessor noster". |
| „ 29. | „ | 7515 (5388) Universos per Scotiam episcopos ecclesiae Eboracensis suffraganeos iubet T. (lege Thurstano, non Thomae) archiepiscopo obedire. Haddan and Stubbs Councils II. I. 217, Monast. Anglic. III. 147, nov. ed. VIII. 1188, Wilkins Conc. I. 480, Migne 179 p. 115. — „Equum est, ut". |
| Nov. Dec. | „ | 7516 (5441) Ecclesiae Magdeburgensis possessiones et iura metropolitana confirmat, et Norberto archiepiscopo eiusque successoribus crucis et pallii usum concedit, ita |

**1131.** *(Ind. 9. — 1. Sept. — 10, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | praefatus: „Quam firma perseverantique constantia causam matris tuae S. R. ecclesiae, incandescente Petri Leonis scismate, fervor tuae religionis et discretio prudentiae suscipit defensandam et se murum inexpugnabilem pro domo Dei opponens animos regis ac principum et aliarum tam ecclesiasticarum quam secularium personarum ad catholicae ecclesiae unitatem . . . frequentibus argumentis et ratione munitis inducere laboraverit, magna quae ecclesiae Dei et nobis provenit, utilitas manifestat. Löher Archiv. Zeitschr. IV. 47, (Ludewig Rel. XII. 388, Migne 179 p. 167). — „Tunc apostolicae sedi". |
| Dec. 1. | Autissiodori | 7517 Monasterii S. Mariae de Iosaphat possessiones confirmat, petente Gerardo abbate. Ex autogr. bibl. imp. Paris., ms. lat. 9223. Misit Delisle. — „Officii nostri". |
| „ 5. | „ | 7518 Monasterii Ursicampi tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Galeranno abbate. Peigné-Delacourt Cart. d'Ourscamp p. 286. — „In eminenti". |
| „ 10. | „ | 7519 Monasterii Igniacensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, Uberto abbate et Rainaldo, archiepiscopo Remensi, petentibus. (Ex bibl. nat. Paris. Chartul. Igniacensi ms. lat. 9904. s. XIII. f. 1) Péchenard Hist. d'Igny p. 553. — „Quotiens illud a". |
| „ 13. | „ | 7520 (5389) Stephanum, abbatem Regniacensem, a Stephani, episcopi Augustodunensis, obedientia absolvit, Hugonique, episcopo Autissiodorensi, parere iubet. Lebeuf Mém. d'Auxerre II. preuv. p. 265, Bouquet Rec. XV. 373, Migne 179 p. 116. — „Aequitatis ratio". |
| „ 17. | „ | 7521 (5390) H(ildeberto), archiepiscopo Turonensi, et eius suffraganeis, ac (Guillelmo) Pictaviensi et (Guillelmo) Santonensi episcopis scribit, moneant populum, „ut de bonis suis moniales Fontis-Ebraldi foveant et sustentent". Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 626, Migne 179 p. 116. — „Quanto muliebris sexus". |
| „ 18. | „ | 7522 (5391) Herberto, abbati S. Stephani Divionensis, concedit, ut canonicos regulares in vacantibus ecclesiis suis collocet. Pérard Recueil p. 104, Migne 179 p. 117. — „Ex administratione". |
| „ 20. | „ | 7523 (5392) (Alano) abbati S. Wandregisili (Fontanellensis) praecipit, ne Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, „professionem facere contemnat, utque divinum suscipiat sacramentum". Neustria pia p. 174, Guiberti Opp. p. 689, Bessin Conc. Rotom. II. 25, Bouquet Rec. XV. 373, Mansi XXI. 425, Migne 179 p. 117. — „Tyrannorum socium". |
| „ 30. | „ | 7524 (5393) Guilenco, episcopo Lingonensi, mandat, ut quae S(tephanus) Cisterciensis abbas et B(ernhardus) Clarevallensis statuerint inter Herbertum S. Stephani Divionensis et Herbertum S. Sequani abbates, observanda curet. Pérard Recueil p. 103, Bouquet Rec. XIV. 247, Migne 179 p. 118. — „Controversiam, quae". |
| | | 7525 *Ecclesiae Herefordensis protectionem suscipit ac privilegia confirmat, bulla Roberto episcopo directa. Fifth report of histor. manuscr. p. 443. |

**1132.** *(Ind. 10, pont. a. 2. — 23. Febr. — 3.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. | Nivernis | 7526 Monasterio Gorziensi stagnum quoddam, ab Hugone de Monte-felici occupatum, adiudicat, causa eius in octava S. Stephani (d. 2. Ian. 1132) per Heribertum, abbatem S. Simphoriani Mettensem, acta. Pflugk-Harttung Acta I. 144. — „Ad hoc in". |
| „ 7. | Autissiodori | 7527 Monasterii Villarigundis (Villae Gundonis) protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Aimerico abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. f. 37. — „Desiderium quod ad". |
| „ 18. | Eduae | 7528 (5394) Archiepiscopos et episcopos hortatur, ut bona sororum Fontis-Ebraldi defendant, „quia personae earum indefensae sint, et neque per ferrum ignitum vel bellum (quoniam canonicum non sit et a magistro earum b. m. Roberto, ipsius loci conditore, prohibitum) res suas defendere nolint". Pavillon Vie de Robert d'Arbr. p. 626, Bouquet Rec. XV. 373, Migne 179 p. 118. — „Hac intentione". |
| „ 18. | „ | 7529 I(udithae) abbatissae Romaricensi significat, gaudere se, quod Sy(mon) dux castrum in fundo monasterii constructum diruerit. Parthenonis possessiones vel thesaurum quoquomodo alienari vetat. Guinot L'abbaye de Remiremont p. 399, Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 257. — „Accepimus filium". |
| | | †7530 Clero et populo Papiensi significat, Bernardo episcopo mortuo, ab universis clericis Lanfrancum esse electum, a consulibus vero et primatibus civitatis Garinum monachum de castro (lege: claustro) Mortariensi, invito ipso, inthronizatum esse. Mandat, |

**1132.** *(Ind. 10, pont. a. 2. — 23. Febr. — 3.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | ut alium eligant, quem aut a sese, cum Papiam venerit, aut a C(onrado) episcopo Sabinensi, vicario suo, consecratum iri scribit. (Dictamen fictum.) Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Qu. XIV. 80. — „Venerabilis fratris nostri“. |
| Febr. 1. | Cluniacum | pervenit. Vide eam quae sequitur epistolam. |
| „ 2. | Cluniaci | 7531 (5395) Ludovico, Francorum regi, significat, se kalendis Februariis Cluniacum pervenisse, ibique festo die purificationis S. Mariae a Guillelmo patriarchia Hierosolymitano et A. episcopo Bethleemitico „literas obedientiae et subiectionis suscepisse“; quarum exempla mittit. A. de Monforte absolutum esse negat. A. reginae de muneribus missis gratias agit. Filiis eius salutem ascribit. D'Achery Spicil. III. 488, Bouquet Rec. XV. 374, Mansi XXI. 401, Migne 179 p. 119. — „Sani Deo gratias“. |
| „ 3. | „ | 7532 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis possessiones confirmat, petente Guerlando decano. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 868. f. 65 et t. 973. f. 62: „Non. Febr.“, (Neues Archiv VII. 88: „III. Non. Febr.“). — „Religiosis desideriis“. |
| „ 6. | „ | 7533 (5396) Monasterium Diessense, rogatu Hartwici praepositi, protegendum suscipit et privilegiis ornat, iniuncto monachis aureo uno quotannis Lateranensi palatio solvendo. Hund II. 261, Mon. Boic. VIII. 161, Oefele Gesch. d. Gr. v. Andechs. p. 228, Migne 179 p. 119. — „Quotiens illud a“. |
| „ 6. | „ | 7534 (5397) B(riccium), episcopum Namnetensem, hortatur, ne monasterium Trenorciense iniuriis afficiat. Iuenin Nouv. hist. de Tournus Pr. p. 151, Migne 179 p. 121. — „Dilecti filii nostri“. |
| „ 7. | „ | 7535 G(uarino) episcopo et canonicis Ambianensibus mandat, ne in ecclesia de Gangiaco, a Guidone clerico „in manu sua“ refutata et fratribus S. Martini de Campis Parisiensibus donata, quemquam contra voluntatem eorum potestatem aliquam vindicare patiantur. Pflugk-Harttung Acta I. 145. — „Dilectionem vestram“. |
| „ 8. | „ | 7536 (5398) Monasterio S. Benigni Divionensi partem telonei Divionensis asserit. Pérard Recueil p. 226, Bouquet Rec. XV. 374, Migne 179 p. 121. — „Inter nos et“. |
| „ 10. | „ | 7537 (5399) Monasterii Cisterciensis possessiones confirmat, eique privilegia quaedam concedit, petente Stephano abbate. Manrique Ann. Cist. I. 234, Eclaircissement des privilèges de l'ordre de Citeaux p. 269, Migne 179 p. 122, (D'Achery Spicil. II. 577, Salmon Chron. de Touraine p. 274). — „Habitantes in“. |
| „ 10. | „ | 7538 Abbati S. Iohannis Pratensi scribit, sese eius controversiam cum H(erberto), abbate S. Petri-vivi Senonensi, terminandam commisisse Ste(phano) Aeduensi et Hugo(ni) Altissiodorensi ac H(ugoni) abbati Pontiniacensi. Mandat, ut evocatus praesentiam eorum adeat. Loewenfeld Epistolae p. 88 (ex bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 46. f. 389; melior copia in cod. Aurelian. 267[b] saec. XIII. f. 203, ut me docet Delisle). — „Controversiam, quae inter“. |
| „ 11. | „ | 7539 (5400) Henrico, episcopo Tullensi, addicit Bercheim curtem, Mediano monasterio abiudicatam. Belhomme Hist. Mediani monast. p. 281, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 296, Benoit Hist. de Toul p. CXXIV, Migne 179 p. 123. — „Desiderium nostrum est“. |
| „ 11. | „ | 7540 (5401) Ecclesiae Tullensis bona, petente Henrico episcopo, confirmat. Défense de l'égl. de Toul Pr. p. 14. — „Officii nostri nos“. |
| „ 12. | „ | 7541 (5402) Inter Hebertum ecclesiae S. Stephani Divionensis abbatem et Herbertum abbatem S. Sequani confectam a Stephano, abbate Cisterciensi, pacem probat. Pérard Recueil p. 104, Bouquet Rec. XIV. 248, Migne 179 p. 125. — „Quemadmodum ea, quae“. |
| „ 13. | Belioci | 7542 Urbano, episcopo Landavensi, iterum scribit, ut „in dominica, qua legitur: Ego sum pastor bonus (die 24. Apr.) ad praesentiam W(illelmi) Cantuariensis, T(urstani) Eboracensis, H(ugonis) Rotomagensis archiepiscoporum accedat, et allegationes suas eis exponat; nos“, inquit, „causam tuam illis discutiendam commisimus et nobis reservavimus terminandam“. (Pro „Helioeu“ lege „Belioci“.) The Liber Landavensis p. 60, Haddan and Stubbs Councils I. 342. — „Quemadmodum per alia“. |
| „ 14. | „ | 7543 Abbatiae S. Mariae Blesensis possessiones confirmat, Petro abbate per Gaufredum, episcopum Carnotensem, petente. Chartul. de Burgo-medio Blesensi, Coll. Housseau 12. I. f. 78[b] in bibl. nat. Paris. — „Desiderium quod ad“. |
| „ 17. | Lugduni | 7544 (5403) Monasterii S. Mariae Claraevallensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia, petente Bernhardo abbate, confirmat. Eclaircissement des privilèges de |

**1132.** *(Ind. 10, pont. a. 2. — 23. Febr. — 3.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | l'ordre de Citeaux p. 272: ubi pro „III. kal. Mart.“ legendum est: „XIII. kal. Mart.“, Pflugk-Harttung Acta I. 146, (S. Bernhardi Opp. I. 321, D'Achery Spic. II. 577, Salmon Chron. de Touraine p. 276, Migne 179 p. 126). — „Aequitatis ratio persuadet“. |
| Febr. 17. | (Lugduni) | 7545 *Monasterii Balernensis privilegia et possessiones confirmat. Jongelinus Notitiae abbat. IX. 101. |
| „ 26. | „ | 7546 Canonicorum Eduensium possessiones confirmat. (In subscriptionibus inter „Romanus“ et „SS. Sergii et Bachi“ nomina quaedam excidisse videntur, sed de fide bullae non dubitem.) Charmasse Cartul. de l'égl. d'Autun p. 5. — „Officii nostri nos“. |
| Mart. 2. | Viennae | 7547 (5404) Algario electo Constantiensi gratulatur, et ecclesiae bona confirmat. Gall. Chr. XI. Instr. p. 238, Migne 179 p. 126. — „Tunc ecclesia Dei“. |
| „ 2. | „ | 7548 (5405) Monasterium Cluniacense qui die dedicationis altaris maioris adierint, iis poenitentiae susceptae dies 40 remittit, haec praefatus: „nos siquidem monasterium ipsum visitavimus et eodem die, quo revolutis multorum annorum spatiis . . . papa Urbanus ibidem maius altare consecraverat (id quod erat factum die 25. Oct. 1095), idem monasterium solemniter dedicavimus“ (itaque die 25. Oct. 1130). Privilegia alia addit. Bibl. Cluniac. p. 1380, Bullar. Clun. p. 46, Cocqu. II. 208, Migne 179 p. 127. — „Liberalitatis laudabile“. |
| („) | „ | Alberonem, archiepiscopum Trevirensem, consecrat. Balderici Gesta Alberonis c. 15 in MG. SS. VIII. 250. Cf. infra ep. 7552. |
| „ 7. | Valentiae | 7549 W(illelmo), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, praescribit, ut Urbani, episcopi Landavensis, clericos „donec causa (episcopi) fine debito terminetur, in pace dimittat, et ire ad iudicium non compellat“. The Liber Landavensis p. 62, Haddan and Stubbs Councils I. 343. — „Fratrem nostrum Urbanum“. |
| „ 8. | „ | 7550 (5406) Pacem inter Petrum Cluniacensem et Petrum S. Aegidii abbates se praesente Belioci factam confirmat. (Pro: „VIII. kal. Mart.“ legendum videtur: „VIII. id. Mart.“) Bibl. Cluniac. p. 1395, Mansi XXI. 409, Cocqu. II. 206, Bullar. Cluniac. p. 45; Gall. Christ. VI. Instr. p. 191, Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 73, (ubi sic est: „II. . . . Mart.“), Migne 179 p. 128. — „Quae ad pacem“. |
| „ 8. | „ | 7551 (5407) Archiepiscopis et episcopis significat de privilegiis monasterio Cluniacensi die 2. m. Martii tributis. Bibl. Cluniac. p. 1381, Bull. Clun. p. 47, Bouquet Rec. XV. 375, Mansi XXI. 405, Cocq. II. 257, Migne 179 p. 129. — „Libertatis laudabile“. |
| „ 11. | „ | 7552 (5408) Abbatibus, clero, principibus et populo Trevirensi significat, quem elegissent, Alberonem a sese consecratum pallioque donatum esse. Cui ut obediant, monet. Beyer M. U. I. 530. — „Karissimum fratrem nostrum“. |
| „ 11. | „ | 7553 Ecclesiae S. Gengulfi Tullensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat. In tab. nat. Paris. Cartul. de S. Gengoul sec. XIV. LL. 986. f. 22. — „Ad hoc nobis a“. |
| „ 14. | „ | 7554 Monasterii S. Aegidii libertatem et possessiones confirmat, petente Petro abbate. (Subscriptiones vehementer sunt corruptae.) Goiffon Bull. de St.-Gilles p. 73. — „Cum omnibus ecclesiis“. |
| „ 15. | „ | 7555 Monasterii S. Victoris Parisiensis possessiones et privilegia confirmat, petente Gilduino abbate. („XVIII. kal. Apr.“) Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 226. n. 6. — „Officii nostri nos“. |
| „ 16. | „ | 7556 (5409) Monasterii Trenorciensis bona ac privilegia confirmat, petente Petro abbate. Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 418, Iuenin Hist. de Tournus Pr. p. 151, Cocqu. II. 206, Migne 189 p. 131. — „Quotiescumque illud a“. |
| „ 16. | „ | 7557 (5410) Monasterii S. Trinitatis Tironiensis possessiones et privilegia confirmat, petente Guillelmo abbate. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 636, Merlet Cart. de Tiron I. 201, Migne 179 p. 132. — „Officii nostri nos“. |
| „ 22. | Avenioni | 7558 (5880) Ecclesiae S. Mariae Carnotensis protectionem suscipit bonaque ac privilegia confirmat, petente Gaufrido episcopo. Lépinois et Merlet Cart. de N.-D. de Chartres I. 139, (Theodori Poenitentiale II. 423, Migne 179 p. 621). — „Discreta et provida“. |
| „ 24. | „ | 7559 (5411) Guillelmi, domini Montispessulani, „hominis et fidelis sui ac specialis b. Petri militis, et hereditatem, Montem scilicet Pessulanum cum palude, et bona“ tuenda suscipit. (In clausula perperam addita sunt verba: „pontificat. nostri an. 1.“) Gariel Ser. I. 170, Bouquet Rec. XV. 375, Migne 179 p. 133. — „Aequitatis et iustitiae“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1132.** *(Ind. 10, pont. a. 2. — 23. Febr. — 3.)* |
| (Mart.) | per S. Aegidium | transit. Bosonis Vita Innoc. ap. Watterich II. 176. |
| „ 30. | apud Vapingum | 7560 (5412) Petro, abbati Cluniacensi, et eius successoribus ecclesiam S. Mariae de Charitate asserit. Bullar. Cluniac. p. 48, Migne 179 p. 134. — „Dispensatrix et". |
| „ 30. | „ | 7561 (5413) Petrum, abbatem Cluniacensem, „de b. Bertini Sithiensi abbatia investit"; cuius monachos bis vocatos ad sese non venisse commemorat. Bullar. Clun. p. 47, Bouquet Rec. XV. 376, Migne 179 p. 135. — Canonum praecepta". |
| „ 30. | „ | 7562 Monachis S. Bertini Sithiensibus praecipit, ut P(etro) abbati Cluniacensi, de eorum abbatia investito, obediant. Loewenfeld Epistolae p. 88. — „Magna nuper instantia". |
| „ 30. | „ | 7563 Monasterium S. Martini de Campis Parisiense eiusque bona tuenda suscipit eique asserit ecclesiam de Gaudi, a Guarino episcopo Ambianensi concessam et a Widone de Guangi apud Cluniacum in manu sua refutatam. In tab. nat. Paris. Cartul. de St. Mart. de Champs s. XIII. LL. 1351. f. 17. — „Et ipsa ecclesia". |
| Apr. | per Alpes | Vide Petri venerabil. De mirac. L. II. c. 16 in Bibl. Cluniac. p. 1315. Cf. Bosonis Vit. Innoc. ap. Watterich II. 176, ubi pro „per montem Ianuae" legendum esse „Genevae" (hodie: Mont Genèvre) recte, ut videtur, annotat Gervais Lothar p. 233. |
| „ 10. | Astae | „Resurrectionem dominicam" celebrat. Bosonis card. Vita Innoc. p. 176; cf. infra ep. 7566. |
| „ 13. | „ | 7564 (5414) Guillelmi, domini Montispessulani, erga b. Petrum devotionem laudat et confirmat. Gariel Ser. I. 171, Bouquet Rec. XV. 377, Migne 179 p. 136. — „Amorem et servitium". |
| „ 16. | „ | 7565 (5415) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensis possessiones iuraque confirmat. Bull. Lat. p. 10. — „Quoniam sine verae". |
| „ 16. | Novariae | fuisse Innocentium II. colligam ex ficta, quae sequitur, epistola. |
| „ 17. | | †7566 (5416) (Gualterio, archiepiscopo Ravennati,) haec significat: „Transalpinati sumus; Astae resurrectionem domini (10. Apr.) celebravimus; inde rogatu Novariensium ad eorum urbem perreximus et illorum maiorem ecclesiam consecravimus". Monet, ut sibi Papiam obviam veniat. („Dat. Novariae". Epistola haec, Calixto II. perperam tributa, sine ulla dubitatione est ad Innocentium II. referenda; quamquam non in cancellaria pontificia, sed in schola quadam, ut videtur, Bononiensi orta, autorem tamen prodit optime de hisce rebus instructum.) Amadesii In antist. Rav. chron. III. 121, Archiv f. K. österr. Gesch. XIV. 72. — „Affectionem tuam". |
| „ 23. | Mortariae | ecclesiae altare consecrat „IX. kal. Mai." ut „ex tabulariis vetustissimis monasterii" docet Pennottus in Ord. cleric. canon. hist. ed. Col. p. 455. Cf. infra ep. 7667. |
| „ 24. | | †7567 P(eregrinum) electum patriarcham Aquileiensem confirmat gaudetque ecclesiam eius ad catholicae fidei unitatem rediisse. Pallium per presbyterum Ruodolfum, legatum eius, mittit. Suffraganeos episcopos ut ei obediant hortatur. („Dat. Papiae". Epistola scholam redolet.) Archiv f. K. österr. Gesch. XIV. 71; cf. Wattenbachii annotationem ibid. p. 41. — „Electionem tuam". |
| Mai. 2. | Papiae | 7568 Canonicis Magdunensibus asserit sextaragium, quod decani eorum de ecclesia b. Liphardi capere consueverint, ac stallos in foro Magdunensi venditionis causa positos. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78. f. 160. — „Quemadmodum iuris". |
| „ 8. | „ | monasterium S. Petri Coeli-aurei consecrat. Vide Robolini Notizie III. 254 et infra 7571. |
| „ 31. | Placentiae | 7569 (5417) Ecclesiae b. Alexandri Bergomatis possessiones et privilegia confirmat, petente Petro praeposito. Lupi C. D. Berg. II. 963, Migne 179 p. 136. — „Officii nostri". |
| Iun. 3. | „ | 7570 (5418) Monasterium S. Salvatoris Papiense tuendum suscipit, eiusque bona ac iura, petente Iohanne abbate, confirmat. Margarini Bull. Cas. II. 142, Cocqu. II. 212, Migne 179 p. 138. — „Ad hoc nobis". |
| „ 4. | „ | 7571 Monasterii S. Petri Coeli-aurei Papiensis a sese consecrati protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Anselmo abbate. Pennotti Ord. cler. canon. hist. ed. Rom. p. 204, ed. Col. p. 205. — „Cum omnium ecclesiarum". |
| („ 13.) | „ | Concilium, „congregatis episcopis et aliis ecclesiarum praelatis tam de Lombardia, quam de Ravennatensi provincia et inferioris Marchiae partibus, celebrat". Bosonis Vita Innocentii p. 176. — In diem „Id. Iun." indictum fuisse concilium, docet epistola ficta Aimerici cancellarii in Archiv f. K. österr. Gesch.-Qu. XIV. 82, cuius auctorem multa haud spernenda de rebus anni 1132 nobis tradidisse, iam supra ad ep. 7566 annotavimus. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1132.** *(Ind. 10, pont. a. 2. — 23. Febr. — 3.)* |
| Iun. 25. | Placentiae | 7572 (5419) Ecclesiam Novariensem tuendam suscipit et Litifredi episcopi ac eius successorum possessiones confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 704, Migne 179 p. 139. — „In eminenti". |
| „ 25. | „ | 7573 (5420) Ecclesiae Novariensis canonicorum bona, rogante Litifredo episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. IV. 706, Gemelli Dell' unica chiesa di Novara p. 242, Migne 179 p. 141. — „In eminenti". |
| „ 25. | „ | 7574 Monasterium S. Benedicti super Padum tuendum suscipit eiusque possessiones, privilegia, pacta confirmat, petente Henrico abbate. Fratribus annuam duarum auri unciarum pensionem aliosque census Lateranensi palatio solvendos imponit. Pflugk-Harttung Acta II. 266. — „Cum omnibus religiosis". |
| „ 28. | „ | 7575 (5421) Canonicis ecclesiae b. Alexandri Bergomatis ecclesias quasdam concedit, petente Petro praeposito. Lupi C. D. Berg. II. 966, Migne 179 p. 143. — „Qui fideliores". |
| „ 29. | „ | 7576 (5422) Ecclesiam Aquileiensem sedecim episcopatuum metropolitanam confirmat, Peregrinoque patriarchae usum pallii, rationalis, nacci, crucis concedit. Ughelli It. sacr. V. 62, Cocqu. II. 207, Migne 179 p. 144. — „Domus Domini". |
| „ 29. | „ | 7577 Bellini, episcopi Patavini, possessiones confirmat. Dondi Dissertazioni V. docum. p. 29, Gloria Cod. dipl. Pad. I. 198. — „In beati Petri cathedra". |
| „ 30. | „ | 7578 (5423) A(ttoni) priori ecclesiae S. Frigdiani Lucensis concedit, si episcopus et archipresbyter Lucensis criminosis et incestuosis parochianis eius iniungere poenitentiam recusaverint appellati, ut ipse illis poenitentiam imponat. Baluzii Misc. IV. 589, Migne 179 p. 145. — „Imis superna". |
| „ 30. | „ | 7579 G. praeposito et ceteris Modoetiensis ecclesiae clericis praecipit, ne moniales Inginenses molestent utque iis presbyterum concedant. Ex apographo Caesaris Aguilhon Modoetiensis. — „Manifestum est monasterium". |
| „ 30. | „ | 7580 Peregrino, praeposito S. Georgii de Braida iura, quae olim Bernardo episcopo (Veronensi) pertinebant et supradictae ecclesiae tradita fuerunt, confirmat. Hoc regest. ap. Pflugk-Harttung Iter p. 805. — „Officii nostri". |
| Iul. 14. | Cremonae | 7581 (5424) Monasterium S. Xisti Placentinum tuendum sucipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Oddone abbate. Campi Hist. di Piac. I. 533, Cocqu. II. 214, Migne 179 p. 146. — „Ad hoc universalis". |
| „ 14. | „ | 7582 Monasterii S. Savini Placentini possessiones et iura confirmat, rogatu Laurentii abbatis. Poggiali Mem. stor. di Piacenza IV. 119, Pflugk-Harttung Acta II. 269. — „Desiderium quod". |
| „ 14. | „ | 7583 *Monasterii Casae-dei iura quaedam confirmat, petente Stephano abbate. Gall. Christ. II. 334. |
| „ 15. | „ | 7584 (5425) Ecclesiae S. Antonini Placentinae possessiones iuraque confirmat, petente Azone praeposito. Campi Hist. di Piac. I. 534, Cocqu. II. 215, Migne 179 p. 148. — „Officii nostri". |
| „ 15. | „ | 7585 (5426) Henrico, Anglorum regi, significat, se Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, praecepisse, ut eius de abbatibus quibusdam voluntati satisfaceret. Sed hortatur, ne abbates sinat acephalos esse. Hugonem archiepiscopum commendat. Neustria pia p. 173, Guiberti Opp. p. 689, Bessin Conc. Rotom. II. 25, Bouquet Rec. XV. 378, Mansi XXI. 424, Migne 179 p. 150. — „Quemadmodum personam". |
| („) | | 7586 (5427) Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, scribit, Henricum Anglorum regem accensum contra eum esse, propterea quod „a quibusdam abbatibus professionem et obedientiam susceperit". „Quod profecto" inquit „quamvis iustum fuerit et a nobis in concilio Remensi mandatum, pro eius caritate a rigore iustitiae aliquando condescendere debemus et pro tempore ipsius voluntati assensum praebere". Mandat, ut „si quem de abbatibus ligaverit, absolvat". D'Achery Spicil. III. 484, Bessin Conc. Rotom. II. 25, Bouquet Rec. XV. 378, Mansi XXI. 400 et 426, Migne 179 p. 150. — „Quemadmodum sit". |
| „ 26. | Brixiae | 7587 (5428) Monasterii b. Mariae et S. Crucis Civitaculensis bona ac privilegia, petentibus Azone episcopo Aquensi et Ansermo marchione, confirmat. Moriondi Mon. Aqu. I. 48, Semeria Secoli cristiani II. 598, Migne 179 p. 151. — „Ad hoc universalis". |
| „ 26. | „ | 7588 (5429) Monasterii Lenensis tutelam suscipit, privilegiaque et possessiones confirmat, petente Tedaldo abbate. Zaccaria Della badia di Leno p. 114. — „Religiosis desideriis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1132.** *(Ind. 10, pont. a. 2. — 23. Febr. — 3.)* |
| Iul. 29. | Brixiae | 7589 (5430) Ecclesiae S. Mariae Placentinae canonicorum possessiones et privilegia, petente Iohanne praeposito, confirmat. Campi Hist. di Piac. I. 534, Cocqu. II. 216, Migne 179 p. 153. — „Officii nostri". |
| Aug. 10. | „ | 7590 (5431) Monasterii SS. Faustini et Iovitae Brixiensis possessiones ac iura confirmat, rogatu Alberti abbatis. Margarini Bull. Cas. II. 145, Cocqu. II. 217, Migne 179 p. 154. — „Ad hoc universalis". |
| „ 28. | „ | 7591 Odoni praeposito et canonicis Trecensibus asserit libertates, a b. m. Philippo episcopo in quatuor ecclesiis concessas, et immunitates, ab Hugoni comite Trecensi donatas ac a Theobaldo comite Blesensi firmatas. Pflugk-Harttung Acta I. 147, Lalore Coll. des cart. de Troyes V. 10. — „Clerici qui in". |
| „ 29. | „ | 7592 Canonicorum b. Mariae Cremonensium tutelam suscipit ac possessiones iuraque confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 271, (Repertorio dipl. Cremonese II. 36). — „Officii nostri nos". |
| „ 29. | „ | 7593 Monasterii S. Gabrielis Cremonensis, coenobio Cluniacensi subiecti, rogatu Gulielmi prioris, patrocinium suscipit ac possessiones confirmat; inter alia ecclesiam S. Mariae in Ulmeneto, iuris S. Petri, „ad meliorandum" eis asserit sub censu annuo sex denariorum Mediolanensium, Lateranensi palatio annuatim persolvendo. Arch. stor. Lombardo VIII. 263, (Pflugk-Harttung Acta II. 271, ubi prima verba corrupta sunt). — „Ex iniuncto nobis", („Nobis a Deo"). |
| „ 30. | „ | 7594 (5432) Parthenonis S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensis bona ac iura confirmat, petente Constantia abbatissa. Margarini Bull. Cas. II. 146, Cocqu. II. 218, Migne 179 p. 156. — „Ex apostolice", |
| Sept. 1. | „ | 7595 Ecclesiae Veronensis canonicorum possessiones confirmat. (Cf. supra 7592.) Pflugk-Harttung Iter p. 223. — „Officii nostri". |
| „ 7. | ap. S. Benedictum | 7596 (5433) Ecclesiam S. Petri Guastallensem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Iohanne archipresbytero. Affò Ist. di Guast. I. 333, Migne 179 p. 159. — „Iustitie et rationis". |
| Oct. 5. | Nonantulae | 7597 (5434) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensi asserit ecclesiam S. Salvatoris, a Landulpho, episcopo Ferrariensi, concessam. Bull. Lat. p. 11. — „Quemadmodum ea". |
| „ 7. | „ | 7598 (5435) Monasterii S. Georgii Veneti patrocinium suscipit, bonaque et privilegia, petente Tribuno abbate, confirmat. De annuo aureorum duorum tributo addit. Cornelii Eccl. Venet. VIII. 218, Migne 179 p. 160. — „Officii nostri". |
| „ 12. | „ | 7599 (5436) Monasterii Nonantulani possessiones et privilegia confirmat, petente Ildeprando abbate. Muratori Ant. It. V. 429, Savioli Ann. Bol. I. II. 181, Migne 179 p. 161, (Gloria Cod. dipl. Pad. I. 201). — „Cum omnibus ecclesiis". |
| Nov. 4. | Placentiae | 7600 (5437) Monasterio S. Blasii ecclesias Burglensem et Eggenheimensem asserit, bulla ad Bertholdum abbatem. Gerbert Hist. nigr. silv. III. 66, Migne 179 p. 164. — „Quemadmodum ea". |
| „ 5. | „ | 7601 (5438) Gaufrido Carnotensi, apostolicae sedis legato, et Stephano, episcopo Parisiensi, iam iterum mandat, ut Archembaldo, subdiacono Aurelianensi, et G. magistro sociisque ablata restituenda curent. D'Achery Spic. III. 489, S. Bernhardi Opp. I. append. p. LVII., Bouquet Rec. XV. 378, Mansi XXI. 401, Migne 179 p. 165. — „Prout novit vestra". |
| „ 19. | „ | 7602 (5439) Ecclesiae S. Ursi Augustensis (prov. Tarantas.) disciplinam canonicam, petente Herberto episcopo, confirmat. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 769, Cibrario e Promis documenti sig. p. 44, Migne 179 p. 165. — „Apostolicae sedis". |
| „ | in Roncaliis | Cum Lothario rege. Bosonis card. Vit. Innoc. ap. Watterich II. 176. |
| Dec. 13. | Bononiae | 7603 (5440) Petro, abbati Cluniacensi, et eius successoribus monasterium SS. Facundi et Primitivi (Sahagunense) in Hispania regendum tradit. Bibl. Clun. p. 1396, Bull. Clun. p. 48, Aguirre Conc. V. 52, Yepes Coronica general VII. app. p. 22, Mansi XXI. 410, Migne 179 p. 166, (Cocqu. II. 219). — „Ignem venit". |
| „ 16. | „ | 7604 Ecclesiae Ravennatis iura metropolitana possessionesque, petente Gualterio episcopo, confirmat. Monumenti istor. della Romagna Ser. II. Cart. T. I. 44. — „Discreta et provida". |
| (Dec.?) | per montem Bardonis (al. Burdonis) | in Tusciam se confert. Bosonis card. Vita Innoc. ap. Watterich II. 176. |

**1133.** *(Ind. 11, pont. a. 3. — 23. Febr. — 4.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 16. | | 7605 Monasterii S. Euphemiae, in latere montis qui Dignus dicitur siti, possessiones confirmat. (Fragmentum.) Quaglia Arnaldo da Brescia p. 31. — „. . . dignum namque et". |
| „ 23. | Pisis | 7606 (5442) Monasterium S. Mariae Morronense tuendum suscipit eiusque possessiones, petente Gerardo abbate, confirmat. Mittarelli Ann. Cam. III. append. p. 341, Migne 179 p. 168. — „Religiosi viri". |
| Febr. 9. | „ | 7607 (5443) Parthenonis S. Mariae de Fontanis possessiones confirmat. (Fragmentum.) Du Plessis Hist. de Meaux II. 26, Migne 179 p. 170. |
| „ 13. | „ | 7608 Ecclesiae S. Mariae de Flour privilegium dat. Memoratur haec bulla in „catalogo auctionis" in Bibl. de l'éc. des chartes sér. VI. t. 3 (1867) p. 199. |
| „ 20. | „ | 7609 (5444) Ecclesiae Cellensis superioris Wirzeburgensis disciplinam Praemonstratensem bonaque confirmat, petente Iohanne abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 384, Migne 179 p. 170. (Cf. Lang Regesta I. 137.) — „Apostolicae sedis moderamini". |
| Mart. 1. | „ | 7610 (5445) Didaco, archiepiscopo Compostellano, et Ariae Legionensi et P(etro) Lucensi episcopis nunciat, episcopum Ovetensem, qui interdicto a legatis suis affectus officio episcopali fungi perrexisset, excommunicatum esse. Hortatur, ut „ad ea, quae b. Petro expedire noverint, propensius intendant et pro ipsius servitio efficaciter laborent". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 529, Migne 179 p. 171. — „Inspectis fraternitatis". |
| „ 1. | „ | 7611 (5446) Archiepiscopis, episcopis et abbatibus per Toletanam, Bracarensem, Compostellanam provincias constitutis significat, A. ecclesiae Ovetensis invasorem a sese excommunicatum esse. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 529, Migne 179 p. 172. — „Dilectionem vestram". |
| „ | ap. Calcinariam | cum Lothario rege. Bosonis card. Vita Innoc. p. 176. |
| „ 11. | in territorio Vulterrano | 7612 (5447) Ecclesiae Ferrariensis possessiones, petente Landulfo episcopo, confirmat. Difesa seconda del dominio temp. della sede apost. sopra la città di Comacchio p. 331, Cocqu. II. 209, Migne 179 p. 172. — „Ad hoc in apostolicae". |
| „ 19. | Grosseti | 7613 (5448) Syrum Ianuensem ex episcopo archiepiscopum factum pallio decorat, eique Marianensem, Nebiensem, Acciensem episcopos suffraganeos subiicit. Ughelli It. sacr. IV. 859, Cocqu. II. 210, Semeria Sec. crist. II. 557, Migne 179 p. 174: „XIV. kal. Apr.", Hist. Patr. Mon. Lib. iur. Gen. I. 41: „XIII. kal. Apr.". — „Iustus dominus" „Si pro homine". |
| „ 20. | „ | 7614 Pisanis praecipit, ut bello contra Ianuenses finem imponant, additque, quonam modo quibusque conditionibus pacem cum eis ineant. Pflugk-Harttung Acta II. 273. — „Ego Innocentius". |
| „ 20. | „ | 7615 Petro abbati Massiliensi, ad exemplar Urbani II. et Honorii II., monasterium S. Servandi Toletanum confirmat. Neues Archiv VI. 299. — „Ad hoc in apostolicae". |
| („) | Corneti | Syro, archiepiscopo Ianuensi, „dignitatem archiepiscopatus, et pallium et crucem" tribuit. Caffari Ann. Genuens. in MG. SS. XVIII. 18. Bosonis card. Vit. Innoc. ap. Watterich II. 176. |
| „ 26. | ap. S. Flavianum | Vide Annal. Saxon. 1133 in MG. SS. VI. 768, ubi Lotharium legimus „sanctum pascha ap. S. Flavianum celebrasse". |
| Apr. 13. | Viterbii | 7616 Monasterii Dervensis tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Guilelmo abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 158, (Lalore Collection IV. 201). — „Apostolice sedis moderamini". |
| „ | (Ortae) | Vide Bosonis card. Vita Innoc. p. 176. |
| („) | per Sabinense | et Farfense territorium. Bosonis card. Vita Innoc. p. 177. |
| („) | Prope Romam | iuxta ecclesiam S. Agnetis. Bosonis card. Vita Innoc. p. 177. |
| „ 30. | Romam | a Lothario rege perducitur. Annales Hildesheim. 1133 in MG. SS. III. 115 (ex Annal. Patherbrunnens. 1133 p. 158), Lotharii epist. ibid. Leg. II. 81. |
| Mai. 19. | Laterani | 7617 (5449) Hugonem, Burgundiae ducem, monet, ut Herbertum abbatem Divionensem tueatur contra monachos S. Sequani; quos excommunicatos nunciat. Pérard Recueil p. 105, Bouquet Rec. XIV. 248, Migne 179 p. 176. — „Controversia, quae". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1133.** *(Ind. 11, pont. a. 3. — 23. Febr. — 4.)* |
| Mai. 21. | Laterani | 7618 (5450) Ecclesiam S. Stephani Pratensem tuendam suscipit et eius iura confirmat, petente Ildeprando praeposito. Ughelli It. sacr. III. 331, Migne 179 p. 177. — „Iustitiae et rationis". |
| „ 23. | „ | 7619 (5451) Petro abbati et fratribus Cluniacensibus significat, „se in Urbe cum carissimo filio suo, Romanorum rege Lothario constitutum, quae ad liberationem ecclesiae pertineant, salubriter operari". D'Achery Spic. III. 486, Bouquet Rec. XV. 380, Mansi XXI. 416, Migne 179 p. 178. — „Protexit nos Deus". |
| „ 25. | „ | 7620 Syrum Ianuensem ex episcopo archiepiscopum factum pallio decorat, eique Marianensem, Nebiensem, Acciensem episcopos suffraganeos subiicit. (Verbotenus fere concordat cum bulla 7613.) Pflugk-Harttung Acta II. 273. — „Iustus dominus". |
| „ 27. | „ | 7621 (5452) Monasterium Brugnatense sedem episcopalem instituit, Ianuensis ecclesiae suffraganeam, bulla ad Ildeprandum electum. Ughelli It. sacr. IV. 984, Semeria Sec. crist. II. 590, Migne 179 p. 178. — „Quemadmodum sedis". |
| „ 27. | Romae ap. montem Aventinum | 7622 (5453) Adalberonis, archiepiscopi Hamburgensis, eiusque successorum ius metropolitanum de Lundensi et aliis „Daniae, Swediae, Norueiae, Farriae, Gronolondiae, Halsingaldiae, Islandiae, Scridivindiae et Sclauorum" episcopatibus confirmat, petente Lothario rege. Lappenberg Hamb. Urk. I. 132, Liljegren Dipl. Suec. I. 46, Mansi XXI. 399, Cocqu. II. 211, Diplomatarium Island. p. 176, Rydberg Sverg. Traktat. I. 66, Migne 179 p. 180. — „Ad hoc in beati". |
| „ 27. | „ | 7623 (5454) Nicolao, Danorum regi, praecipit, ut metropolitae Adalberoni, archiepiscopo Hamburgensi, „humiliter pareat", et obedire episcopos iubeat. Mansi XXI. 399, Lappenberg Hamb. Urk. I. 133, Migne 179 p. 181. — „Predecessores nostri". |
| „ 27. | „ | 7624 (5455) Suedorum regi praecipit, ut metropolitae Adalberoni, archiepiscopo Hamburgensi, „humiliter pareat", et episcopos obtemperare iubeat. Mansi XXI. 400, Lappenberg Hamb. Urk. I. 134, Liljegren Dipl. Suec. I. 47, Rydberg Sverg. Trakt. I. 68, Migne 179 p. 181. — „Venerabilis frater". |
| „ 27. | „ | 7625 (5456) Ascerum, episcopum Lundensem, iubet metropolitae A(dalberoni), archiepiscopo Hamburgensi, parere. Lappenberg Hamb. Urk. I. 134, cf. ib. p. 781, Liljegren Dipl. Suec. I. 47, Rydberg Sverg. Trakt. I. 68, Migne 179 p. 182. — „Quemadmodum iuris". |
| „ 27. | „ | 7626 (5457) Suediae episcopis praecipit, ut metropolitae A(dalberoni), archiepiscopo Hamburgensi, obtemperent. Lappenberg Hamb. Urk. I. 135, Liljegren Dipl. Suec. I. 48, Rydberg Sverg. Trakt. I. 69, Migne 179 p. 182. — „Equum est". |
| „ 27. | „ | 7627 Ecclesiae Gibellensis, Christianorum ac praecipue Ianuensium ope ab Agarenorum iugo liberatae, possessiones confirmat, petente Romano episcopo. Pflugk-Harttung Iter p. 223. — „Ubi furor". |
| („) | „ ? | 7628 Monasterii S. Michaelis Marturensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Rodulfo abbate. (In depravata clausula pro „Romae ap. S. Petrum" videtur legendum „Romae ap. montem Aventinum".) Pflugk-Harttung Acta II. 277, (Wiener Sitzungsber. XCIV. 657 et 700). — „Religiosis desideriis". |
| Iun. 4. | Laterani | 7629 (5458) Norberto, archiepiscopo Magdeburgensi, episcopos Poloniae Pomeraniaeque suffraganeos subiicit. Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 25, Cod. dipl. mai. Pol. I. p. 9, Boysen Allg. hist. Mag. II. 19, Acta SS. Iun. T. VI. 48, Migne 179 p. 183. Cf. Gesta arch. Magdeb. in MG. SS. XIV. 414 not. 5, et Bernhardi Lothar p. 487. — „Sacrosancta Romana". |
| „ 4. | „ | (in basilica S. Iohannis) Lotharium imperatorem et Richinzam imperatricem consecrat. Bosonis card. Vit. Innoc. ap. Watterich II. 177, Annal. Hildesheim. 1133 in MG. SS. III. 115 (ex Patherbrun. 1133 p. 158), Annal. Saxo 1133 ibid. VI. 768. |
| „ 5. | „ | 7630 (5459) Bernardo episcopo Paderbornensi et eius successoribus usum rationalis concedit. Schaten Annal. Pad. I. 732, Erhard Reg. West. II. Cod. dipl. p. 15, Migne 179 p. 186. — „Sicut omne datum". |
| „ 5. | „ | 7631 (5460) Monasterii Salvatoris et S. Bonifatii Fuldensis possessiones ac privilegia, petente Bertoo abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 385, Schannat Dioec. Fuld. p. 255, Cocqu. II. 213, Migne 179 p. 187. (Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 497.) — „Officii nostri nos". |
| „ 8. | „ | 7632 Lotharii imperatoris erga Romanam ecclesiam studium laudat. Addit haec: „Interdicimus, ne quisquam eorum, quos in Teut(onico) regno ad pontificatus honorem vel |

**1133.** *(Ind. 11, pont. a. 3. — 23. Febr. — 4.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | abbatiae regimen evocari contigerit, regalia usurpare vel invadere audeat, nisi eadem prius a tua (potes)tate deposcat, (et) quod ex iure debet tibi, tuae magnificentiae faciat". (Mutila.) Jaffé Bibl. V. 522. — „ . . . m(ultipl)iciter ecclesiam". |
| Iun. 8. | Laterani | 7633 (5461) Lothario imperatori Augusto et Riget (al. Rigette) imperatrici „allodium b. m. comitissae Mathildae, quod utique ab ea b. Petro constet esse collatum, committit et ex apostolicae sedis dispensatione concedit, atque in praesentia fratrum suorum archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, nec non principum et baronum per annulum investit, ita videlicet, ut centum libras argenti singulis annis sibi et successoribus suis exsolvat (imperator), et post eius obitum proprietas ad ius et dominium S. R. E. cum integritate absque diminutione et molestia revertatur". „Quod si" inquit „nos vel successores nostros in eandem terram venire, manere, transire oportuerit, tam in susceptione, quam in procuratione, atque securo conductu, prout apostolica sedes decreverit (al. apostolicam sedem decuerit) honoremur; qui vero arces tenuerit (al. tenuerint), vel rector terrae fuerit, b. Petro et nobis nostrisque successoribus fidelitatem faciant". „Caeterum nobili viro, Henrico Bavariae duci, genero eorum, et filiae eorum uxori eius, eandem terram cum praefato censu et supradictis conditionibus concedit, ita tamen ut idem dux hominium faciat, et fidelitatem b. Petro ac sibi suisque successoribus iuret; post quorum obitum, praedictum comitissae allodium et (ad) ius et dominium S. R. E. integrum et absque diminutione atque difficultate aliqua reducatur". Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 12, Watterich II. 209, Mansi XXI. 392, Migne 179 p. 188. (Cf. Cenni Mon. II. 200; Giesebrecht IV. 436, Bernhardi Lothar p. 482 et 484 n. 60.) — „Si auctoritas sacra". |
| „ 8. | „ | 7634 (5462) Monasterii Salvatoris Prumiensis privilegia et possessiones confirmat, petente Adalberone abbate. Coqu. II. 214, Beyer M. U. I. 533, Migne 179 p. 189. — „Quotiens illud a". |
| Sept. 2. | Senis | 7635 (5463) Monasterio Vallumbrosano ecclesiam b. Vigilii Turris-Trintinensem in Cremonensi episcopatu sitam, petente Bernardo episcopo Veronensi, concedit, annuumque censum sex monetae Mediolanensis denariorum imponit. (Cur hanc bullam in dubium vocet Giesebrecht IV. 438, non intellego.) Ughelli It. sacr. V. 776, Migne 179 p. 190. — „Ad hoc universalis". |
| Nov. 16. | Pisis | 7636 (5464) R(ainaldo) Remensi et B. (leg. Henrico) Senonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis praecipit, ut severitatem adhibeant in interfectores Thomae, prioris S. Victoris Parisiensis. (Pro „XXI. Dec." leg. „XVI. kal. Dec.".) D'Achery Spic. III. 493, Bouquet Rec. XV. 381, Migne 179 p. 191. — „Horrenda caedes". |
| Dec. 20. | „ | 7637 Monasterii S. Salvatoris de Septimo patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Seraphino abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 275. — „Quotiens illud a nobis". |
| „ 21. | „ | 7638 Ild(ebrando) plebano et clericis Pratensibus mandat, ut (Attoni) episcopo Pistoriensi debitam obedientiam exhibeant. Pflugk-Harttung Acta II. 282. — „Obedientia humilitati". |
| „ 21. | „ | 7639 (5465) Ecclesiae Pistoriensis possessiones, petente Attone episcopo, confirmat. Zacharia Anecd. m. aev. p. 229, Ughelli It. sacr. III. 294, Fioravanti Mem. di Pistoia p. 175, Mansi XXI. 393, Migne 179 p. 192, (Coeq. II. 219). — „Pistoriensis ecclesia". |

**1130—1134.**

| | | |
|---|---|---|
| | | 7640 A(nserico) archiepiscopo Vesontionensi significat, (Albericum) abbatem Balmensem, ter evocatum, ut de quibusdam possessionibus canonicis Augustodunensibus responderet, ad sese venire contempsisse. (Fragmentum.) Loewenfeld Epistolae p. 89. — „Balmensem abbatem". |

**1133—1134.**

| | | |
|---|---|---|
| Sept. 30. | Pisis | 7641 Litteris ad Landulphum episcopum et consules et populum Ferrariensem, permittit, ut Landulphus ecclesiam in honorem S. Georgii erigat, ea tamen lege, ut bizantius unus annuatim Lateranensi palatio persolvatur. (Tempus liquet ex) Frizzi Mem. di Ferrara, 2. ed., II. 180; Pflugk-Harttung Iter p. 225 (perperam ad a. 1134—1136). — „Cum omnibus debitores". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1134.** *(Ind. 12, pont. a. 4. — 23. Febr. — 5.)* |
| Ian. 8. | Pisis | 7642 (5466) Gaufredo Carnotensi, apostolicae sedis legato, et Stephano, episcopo Parisiensi, scribit de satisfactione praestanda a Goffredo de Vinconovo et Henrico, percussoribus Archembaldi, subdiaconi Aurelianensis. D'Achery Spic. III. 493, S. Bernhardi Opp. I. append. p. LVII, Bouquet Rec. XV. 379, Migne 179 p. 193. — „Noverit vestra". |
| „ 11. | „ | 7643 Concordiam inter Aldebertum, abbatem monasterii S. Syri, et Villanum, praepositum ecclesiae S. Laurentii Ianuensis, de decimis quibusdam factam confirmat. (Mutila.) Atti della soc. Ligure II. 445, (Pflugk-Harttung Iter p. 230). |
| „ 12. | „ | 7644 (5467) Monasterii Resbacensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia, rogatu Natalis abbatis, confirmat, imposito monachis bizanciorum duorum censu annuo. Du Plessis Hist. de Meaux II. 27, Migne 179 p. 194. — „Quemadmodum ex". |
| „ 23. | „ | 7645 (5468) Monasterii S. Mariae Magdalenae Frankenthalensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Guilberto praeposito. Schannat Hist. Worm. II. 66, Migne 179 p. 197. — „Religiosam vitam". |
| Febr. 9. | „ | 7646 Gilduino abbati et fratribus S. Victoris Parisiensibus donatam ab Henrico, archiepiscopo Senonensi, ecclesiam S. Mariae de Fluoi confirmat. In bibl. nat. Paris. Chartul. S. Victoris ms. lat. 14672. s. XVI. f. $11^{b}$. — „Religiosam vitam eligentibus". |
| Mart. 23. | „ | 7647 (5469) Monasterii S. Florae Aretini possessiones confirmat, petente Iohanne abbate. Margarini Bull. Cas. II. 148, Cocqu. II. 223, Migne 179 p. 199. — „Quotiens illud". |
| Apr. 8. | „ | 7648 Monasterii S. Mariae in Butrio (d. Derdon.) patrocinium suscipit, ac possessiones et privilegia, rogatu Petri abbatis, confirmat, imposito fratribus duorum Lucensium denariorum tributo annuo. (Aut falsa bulla aut male descripta.) Sangiuliani Dell' abazia di S. Alberto di Butrio p. 60. — „Pie desiderium voluntatis". |
| „ 22. | „ | 7649 (5470) Inter Briccium, episcopum Namnetensem, et monachos Maioris-monasterii, de possessionibus quibusdam litigantes, pacem conficit. Morice Mém. p. s. à l'hist. de Bret. I. 571, Migne 179 p. 201. — „Iurgantium controversias". |
| Mai. 2. | „ | 7650 T(urstanum), archiepiscopum Eboracensem, a (David) rege Scotiae et Iohanne, episcopo Glasguensi, iniuriis afflictum esse, dolet; promittit, „cum facultas sibi a Deo fuerit attributa, se ei iusticiam conservaturum esse". Nuntiat, relicto in Urbe vicario aliisque dispositis, Pisas incolumem se pervenisse. Haddan and Stubbs Councils II. I. 28. — „Probabilem tuae". |
| „ 2. | „ | 7651 Hugonem abbatem et fratres Praemonstratenses aliosque eiusdem ordinis abbates monet, ut in religiosae conversationis proposito perseverent. Pro pace ecclesiae diu fatigatae orent, hortatur. Ex libro privileg. mon. Wiltinens. dedit H. Grisar S. I. — „Super religione vestra". |
| „ 3. | „ | 7652 Hugoni abbati Praemonstratensi et eius societatis abbatibus ac fratribus scribit, sese ordinem eorum secundum b. Augustini regulam institutum ac bona et privilegia confirmare. Statuit praeterea, ut „abbas Praemonstratensis, si sui ordinis praevaricator exstiterit, . . . ab abbatibus S. Martini Laudunensi et S. Mariae Floreffiensi et S. Mariae Cussiacensi ammonendus et per eos ab episcopo suo iudicandus sit". Ex libro privilegiorum monast. Wiltinensis misit H. Grisar S. I. — „Proprium est ecclesiastice". |
| „ 3. | „ | 7653 (5471) D(idaco), archiepiscopo Compostellano, significat, post discessum Lotharii imperatoris aliquamdiu cum suis se in Urbe mansisse, deinde, „ut fratribus suis ad sese tutior et facilior pateret accessus", Pisas ivisse. Astaldum commendat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 549, Migne 179 p. 203. — „De prudentia". |
| „ 3. | „ | 7654 (5472) Ordinis Praemonstratensis privilegia confirmat. Le Paige Bibl. Praem. p. 622, Migne 179 p. 204. — „Sacer ordo". |
| Iun. 9. | „ | 7655 (5473) Henrico, abbati Padilironensi, eiusque successoribus monasterium Sextense subiicit ea lege, ut tres bizantios sibi suisque successoribus quotannis persolvant. Mittarelli Ann. Cam. III. append. p. 345, Migne 179 p. 206. — „Et temporis". |
| „ 9. | „ | 7656 (5474) Henrico, abbati Padilironensi, et successoribus eius ecclesiam S. Caesarii (Wilzacarensem) ea lege concedit, ut tres bisantios singulis annis persolvant. Muratori Ant. It. V. 259, Migne 179 p. 208. — „Cor nostrum". |
| Aug. 23. | „ | 7657 Monasterii S. Michaelis Clusini libertatem possessionesque confirmat et iura auget, petente Salomone abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 278. (In subscriptionibus pro „Ostiensis" legendum est „Ortanus".) — „Ad hoc universalis". |

**1134.** *(Ind. 12, pont. a. 4. — 23. Febr. — 5.)*

| | | |
|---|---|---|
| Oct. 12. | Pisis | 7658 (5475) Monasterii Quinciacensis possessiones confirmat, bulla ad Albericum abbatem. Gall. Chr. IV. Instr. p. 164, Quantin Cart. gén. I. 306, Cocqu. II. 226, Migne 179 p. 209. — „Quanta cordi nostro". |
| Nov. 1. | „ | 7659 Monasterii Hersfeldensis decumas, ab episcopo Halberstadensi vindicatas, sed ab Adelberto, archiepiscopo Moguntino, ap. sed. legato, consilio Gerardi, presbyteri cardinalis tit. S. Crucis, ac Norberti, archiepiscopi Magdeburgensis, aliorumque episcoporum monasterio adiudicatas confirmat. (Clausulam huius bullae praebet Stumpf Acta Maguntina Einleit. p. XXXI.) Wenck Hess. Landesg. II. Urk. p. 84, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halb. I. 144. — „Quemadmodum ea". |
| „ 8. | „ | 7660 (5476) G(odefridum) archiepiscopum et suffraganeos ecclesiae Dolensis ac abbates per eandem provinciam constitutos ad concilium generale, „proxima pentecostes solemnitate" (d. 26. Mai. 1135) Pisis celebrandum, invitat. Iohannem monachum, capellanum suum, commendat. Martene Thes. III. 885, Morice Mém. de Bret. I. 569, Bouquet Rec. XV. 380, Mansi XXI. 487, Migne 179 p. 210. — „Navis ecclesiae". |
| „ 11. | „ | 7661 Abbates provinciae Salzburgenses ad generale concilium, „proxima pentecostes solemnitate" (d. 26. Mai. 1135) Pisis agendum, invitat. Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 152. — „Quot labores". |
| „ 16. | „ | 7662 (5477) Ecclesiae Faesulanae possessiones, petente Iohanne episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. III. 241, Lami Eccl. Fl. M. I. 216, Migne 179 p. 211, (Cocqu. II. 222). — „In eminenti". |
| „ 30. | „ | 7663 (5478) G(regorio) episcopo Bergomati nunciat, se canonicos S. Alexandri, qui constitutos ab ipso iudices reiecissent, et canonicos S. Vincentii in proximam ascensionem Domini (16. Mai 1135) evocasse. Lupi C. D. Berg. II. 985, Migne 179 p. 213. — „Gravat nos". |
| „ 30. | „ | 7664 Alberto priori et fratribus S. Deodati factam a Symone duce (Lotharingiae) „refutationem seu abiurationem pravarum exactionum atque malarum consuetudinum" confirmat. Pflugk-Harttung I. 149. — „Consuetudines, que ecclesiis". |
| | „ | 7665 (5479) Didaco, archiepiscopo Compostellano, de muneribus missis gratias agit, „magis etenim voluntatem quam facultatem attendens". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 561, Migne 179 p. 213. — „Quia filius". |
| | | 7666 (5480) R(ainaldo) Remensi, H(enrico) Senonensi, H(ugoni) Rotomagensi, H(ugoni) Turonensi archiepiscopis significat, se synodi Iotrensis sententiam ratam habere. S. Bernhardi Opp. I. append. p. LIX., Bouquet Rec. XV. 382, Mansi XXI. 450, Manrique Ann. Cist. I. 213, Tromby Stor. Cart. III. app. p. 227, Migne 179 p. 214. Cf. Pflugk-Harttung Iter p. 120. — „Graviora delicta". |
| | | 7667 (5481) Ecclesias Mortariensis, ab ipso consecratae, possessiones et iura confirmat. Bull. Lat. p. 12. — „Officii nostri". |

**1134—1135.**

| | | |
|---|---|---|
| Nov. 3. | Pisis | 7668 (5384) Petro, archiepiscopo Lugdunensi, apostolicae sedis legato, mandat, ne Herberto abbati S. Stephani Divionensi super ecclesia S. Michaelis ab Humberto presbytero iniurias inferri patiatur. (In hac et ea, quae sequitur, epistola pro „Parisiis" legendum esse „Pisis", liquet ex Cartul. S. Steph. Divion. ms. lat. 17082 f. 74 in bibl. nat. Paris.) Pérard Recueil p. 105, Migne 179 p. 113. — „Fraternitati tuae notum". |
| „ 3. | „ | 7669 (5385) Guilenco, episcopo Lingonensi, mandat, ne Herbertum S. Stephani Divionensis abbatem vexari ab Humberto presbytero sinat. Pérard Recueil p. 105, Migne 179 p. 114. — „Fraternitati tuae viva". |
| | | 7670 Ecclesiae Atrebatensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Alviso episcopo („1135"). Cartul. d'Arras ms. lat. 9930. s. XIII. f. 46 in bibl. nat. Paris. — „Cum omnibus ecclesiis". |

**1135.** *(Ind. 13, pont. a. 5. — 23. Febr. — 6.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 7. | Pisis | 7671 Monasterii Corbeiensis, rogatu Roberti abbatis, possessiones et privilegia confirmat, imposito fratribus unciae auri pensione annua. In bibl. nat. Paris. Cart. Blanc. de Corbie ms. lat. 17759. s. XIII—XIV. f. 21ᵇ. — „Quotiens illud a". |
| „ 8. | „ | 7672 (5482) *Monasterii Huysburgensis protectionem suscipit. Neue Mitth. a. d. Geb. hist. ant. Forsch. IV. 1. 9. |

**1135.** *(Ind. 13, pont. a. 5. — 23. Febr. — 6.)*

Ian. 8. Pisis — 7673 (5483) Monasterii S. Petri Aureavallensis possessiones confirmat, interventu Guillelmi episcopi Pictaviensis. (Signa chronologica sunt corrupta.) Gallia Christ. ed. 1. T. IV. 114, Migne 179 p. 215. — „Quotiens a nobis illud".

„ 20. „ — 7674 (5516) A(lberoni), archiepiscopo Trevirensi, mandat, ut G(erardum), abbatem S. Maximini, et simoniae et dissipatarum ecclesiae possessionum et contumaciae accusatum, nisi falsa criminatio sit, a munere submoveat. Martene et Dur. Vet. SS. I. 722, Hontheim Hist. Trev. I. 524. De tempore vide Huyskens Alb. v. Montr., Diss. Monast. 1879, p. 82 et Bernhardi Konrad I. 91. — „Fraternitatem tuam".

„ 28. „ — 7675 (5484) Ecclesiae S. Laurentii Scheningensis possessiones et privilegia confirmat, petente Gotescalco praeposito. Falke Cod. Trad. Corb. p. 761, Migne 179 p. 217. — „Officii nostri nos".

Mart. 4.? „ — 7676 Ecclesiae SS. Laurentii et Innocentii Dertonensis possessiones et iura confirmat petente Oberto praeposito. („IIII? Non. Marcii".) Pflugk-Harttung Iter p. 224. — „Ad hoc universalis".

„ 13. „ — 7677 (5485) Azoni, cardinali presbytero et ecclesiae S. Antonini Placentinae praeposito, canonicisque concessam ab Arduino episcopo ecclesiae in villa Ronchalia condendae licentiam, et eorum privilegia confirmat. Campi Hist. di Piac. I. 535, Cocq. II. 223, Migne 179 p. 218. — „Locorum venerabilium".

„ 30. „ — 7678 Monasterii S. Romani Blaviensis possessiones confirmat, interventu Hugonis, archiepiscopi Turonensis, Wilhelmi episcopi Santonensis et magistri Gaufredi de Laureolo. Petrum abbatem emergente schismate in obedientia Romanae ecclesiae persistentem laudat. Loewenfeld Epistolae p. 89. — „Quotiens illud a".

„ 30. „ — 7679 (5521) L(eopoldo) marchioni significat, se, cognita ex Conrado, archiepiscopo Salzburgensi, devotione eius, protectionem ecclesiae b. Augustini suscepisse. A(gneti) uxori eius et A(delberto) marchioni ceterisque filiis salutem ascribit. (Hanc epistolam Meiller Reg. d. Babenb. p. 20 anno 1134, Giesebrecht IV. 445 a. 1135, Sickel l. l. a. 1136 ascribit. Arte phototypica expressa est ap.) Sickel Mon. graph. V. 9, (Fischer Merkwürd. Schicks. v. Klosterneuburg II. 119). — „Devotione tua".

Apr. 3. „ — 7680 (5486) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensi xenodochium et ecclesiam S. Iohannis concedit. Bull. Lat. p. 14. — „Officii nostri".

„ 10. „ — 7681 Monasterii S. Victoris Parisiensis possessiones confirmat, petente Gilduino abbate. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 226. n. 10. (Copia a. 1544 ibid. L. 223.) — „Piis desideriis".

„ 10. „ — 7682 Monasterii S. Eligii Noviomensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Theoderico abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 56. f. 149. — „Ad hoc in apostolicae".

Mai. 3. „ — 7683 (5487) Ecclesiae S. Mariae Heilissemiensis, a Rainero construendae, possessiones confirmat, ordinemque canonicum conservari in ea iubet. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 642, Miraei Opp. dipl. IV. 9, Migne 179 p. 220. — „Religiosis desideriis facilis".

„ 20. „ — 7684 Alfonso duci Portugalensium scribit, ut „sicut ipse pro Colimbriensi ecclesia eius precibus acquieverit, ita pro ecclesia S. Crucis Colimbriensis postulationes suas exaudiat et fratres eiusdem loci attentius diligat". Portugalliae Mon. hist. SS. I. 66, S. Maria Chronica da ordem II. 27: „XIII. kal. Iunii"; Pennotti Ord. cler. can. hist. ed. Rom. p. 497, ed. Col. p. 510: „XIII. kal. Iul.". — „Quod personam et honorem".

„ 20. „ — 7685 Bernardo episcopo et clero populoque Colimbriensi scribit, se eorum ecclesiam et eos ipsos diligere et „postulationibus eorum assensum praebere". Ecclesiam sanctae Crucis in suburbio civitatis sitam commendat. Portugalliae Mon. hist. SS. I. 66, Pennotti Ord. cleric. canon. hist. ed. Rom. p. 497, ed. Colon. p. 511. — „In beati Petri cathedra".

„ 21. „ — 7686 Brunoni, archiepiscopo Coloniensi, mandat, cogat decanias de Zulpecone et Arecone, ut Gerardo, praeposito Bonensi, obediant; ad cuius archidiaconatum quatuor decanias pertinere scribit. Eichof Materialien I. 571. — „Si in rebus secularibus".

„ 21. „ — 7687 (5489) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensi restituit parocciam, a monachis S. Georgii invasam. Bull. Lat. p. 15. — „Officii nostri".

„ „ — 7688 Monasterii S. Petri Lobiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Leonio abbate. (Cum in testibus bullae Chrysogonus diac. card. S. Mariae in porticu appareat, verba „IV. id. Maii" mendum continere videntur, quippe

**1135.** *(Ind. 13, pont. a. 5. — 23. Febr. — 6.)*

quo die Romanus diac. card. adhuc in vivis fuerit. De fide vero bullae non dubitaverim.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. f. 335. — „Quotiens illud a".

Mai. 24. Pisis — 7689 (5490) Hu(berto) episcopo et canonicis Lucensibus mandat, ut anathematis sententiam in monachos S. Georgii a sese prolatam palam faciant. Baluzii Misc. IV. 589, Migne 179 p. 221. — „Dignum est, ut".

„ 25. „ — 7690 Gerardo praeposito Bonnensi concedit ius appellandae sedis apostolicae. Eichof Materialien I. 570. — „Sacrosanctae sedis apostolicae".

„ 25. „ — 7691 Ecclesiam sanctae Crucis Colimbriensem, petente Odorio priore, tuendam suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat ea lege, ut duo bizantii quotannis sedi apostolicae solvantur. Portugalliae Mon. hist. SS. I. 65: „VII. kal. Iun."; Pennotti Ord. cleric. can. hist. ed. Rom. p. 497, ed. Col. p. 510: „VII. kal. Iulii"; S. Maria Chronica da ordem II. 27: „VIII. kal. Iul.". — „Desiderium quod ad".

„ 25. „ — 7692 Huberto, archiepiscopo Pisano, ob studium erga se et Romanam ecclesiam terram in loco Ponte, iuris S. Petri, sub censu unius bizantii annuo concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 279. — „Ecclesiasticis utilitatibus".

„ 26. „ — 7693 (5491) Ecclesiae Bonnensis possessiones quasdam confirmat, petente Gerhardo praeposito. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 217, Eichhof Materialien I. 568, Migne 179 p. 222. — „In beati Petri cathedra".

„ 26. „ — 7694 (5492) Monasterii Vindocinensis possessiones et privilegia confirmat, petente Fraymundo abbate. Launoii Opp. III. I. 397, Migne 179 p. 223. — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 28. „ — 7695 (5493) Monachis Silvae-mundanis datam a Leone IX. novi monasterii condendi licentiam confirmat. (Extractum.) Mittarelli Ann. Cam. III. 242, Migne 179 p. 225.

„ 30. „ — Concilium. Marangonis cronaca Pisana 1136 (nobis 1135) in Archivio stor. Ital. VI. II. 9, in MG. SS. XIX. 240: „tertio kalendas Iunii celebratum et incoeptum est concilium . . . et finitum est octavo idus Iunii (6. Iunii); et investitus est marchio Ingilbertus de marchia Tusciae in praedicto concilio". Cf. Landulphi de S. Paulo hist. Mediol. c. 60 in MG. SS. XX. 46; Mansi XXI. 485. — (Concilium hoc solet ad a. 1134 perperam revocari: cf. Jaffé Geschichte des deutschen Reiches unter Lothar dem Sachsen p. 169 n. 72 et p. 259.)

In hoc concilio sanciunt 1) ut episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici et monachi, qui uxores sumpserint, ab eis separentur; 2) si quis simoniace ordinatus sit vel praebendam pecunia acquisiverit, officio cedat; 3) ut „nullus in archidiaconum vel decanum, nisi diaconus vel presbyter, ordinetur"; 4) ne adolescentibus praedicti honores concedantur; 5) qui clericum vel monachum violaverit, anathematizetur; 6) ne quis in eos, „qui ad ecclesiam vel cimiterium confugiunt, manus mittere audeat". Mansi XX. 480.

Statuunt praeterea 7) ut „monachi et regulares canonici de laboribus decimas dare non cogantur"; 8) ne quis liberum Christianum Corsis aut Turcis (?) vendere audeat; 9) ut militibus templi Hierosolymitani a Romano pontifice marca auri, ab Aimerico cancellario duae unciae auri, ab aliis praelatis marca argenti quotannis persolvantur, (Cf. Clementis III. bullam ap. Löher Archiv. Zeitschr. VIII. 104); 10) depositi sunt episcopi Alexander Leodiensis propter simoniam, Litardus Cameracensis propter „vitae turpitudinem", Eustachius Valentinus propter „incontinentiam", Boianus Aretinus propter bonorum ecclesiasticorum dissipationem, G. Acerranus, quia scismaticus et periurus inventus est, Hubertus electus Taurinensis propter officium ecclesiae neglectum, Mutinensis electus, „pro mala conversatione ac publica simonia"; 11) „generalis sententia data est in universos, qui terra vel mari merces in Siciliam vel in Apuliam tulerint et qui illuc transierint, ut Rugerio tiranno ab ecclesia separato vel suis serviant; eis autem qui adversus eum vel Petrum Leonis ad liberationem ecclesiae perrexerint . . ., eadem remissio facta est, que per papam Urbanum omnibus proficiscentibus Ierosolymam ... in concilio Claromontano constituta est"; 12) excommunicationes Petri Leonis et ordinationes ab eo factae condemnantur; 13) Rogerius dux Siciliae, (Willelmus?) episcopus Albiensis, Alfonsus comes Tolosanus et multi alii anathematizantur; 14) Tedaldus archipresbyter, Amicho archidiaconus, primicerius Ancelinus de Rodis eorumque complices abiuraverunt Petrum Leonis et Anselmum de Potterula eorumque fautores, promittentes operam se daturos esse, ut Medio-

**1135.** *(Ind. 13, pont. a. 5. — 23. Febr. — 6.)*

lanenses qui (Conradum) regem constituissent, ad papae et imperatoris servitium redeant. Hanc relationem edidit Bernheim in Zeitschr. f. Kirchenrecht XVI. (1881) p. 148.

In eodem concilio Hugonem Cholet et generum eis Guermundum excommunicat. Vide Innoc. II. epist. ap. Löwenfeld Epistolae p. 92.

De aliis rebus in hoc concilio gestis vide Gesta abb. Lobiens. in MG. SS. XXI. 325, Gesta abb. Trud. ibid. X. 312, Gesta ep. Halberstad. ibid. XXIII. 106, cet. Cf. Hefele V. 377, Bernhardi Lothar p. 581. 636.

Mai. 30. Pisis — 7696 (5494) Archiepiscopos et episcopos per regnum Teutonicum constitutos hortatur ad observandum ecclesiae Romanae privilegium: „ut maiores causae ad examinationem sedis apostolicae devolvantur, et oppressi omnes intrepide ad eam appellent". Theineri Disqu. crit. p. 207, Migne 179 p. 225. — „Tunc pax".

„ 30. „ — 7697 Ecclesiae S. Martini in Quincica Pisanae disciplinam S. Augustini ac bona et iura confirmat, petente Leone priore. Pflugk-Harttung Acta II. 280. — „Apostolicae sedis".

„ 31. „ — 7698 Ab Hugone (II.), episcopo Gratianopolitano, institutam in ecclesia eius regulam S. Augustini confirmat, statuitque „ut decedentibus clericis nullus eis nisi regularem vitam professus canonicus surrogetur, et obeunte (Hugone) episcopo nemo praeterquam religiosus monachus aut canonicus regularis ecclesiae praeponatur". (Pro „p. a. V." lege „VI.") Chevalier Cartul. d'Aimoin de Chissé p. 54. — „Quisquis post huius vite".

Iun. 2. „ — 7699 (5495) Monasterii Nobiliacensis (vel S. Vedasti) possessiones et privilegia confirmat, petente Gualtero abbate. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 75, (Duchesne Hist. de Bethune Pr. p. 24, Migne 179 p. 227). — „Praedecessorum statuta".

„ 2. „ — 7700 (5496) Monasterii Blandiniensis protectionem suscipit, iuraque confirmat, bulla Gilberto abbati directa. Miraei Opp. dipl. IV. 10, Lokeren S. Pierre à Gand p. 133, Migne 179 p. 227. — „Apostolicae autoritati".

„ 6. „ — Concilium terminatur. Vide supra ad 30. Maii.

„ 6. „ — 7701 (5497) Inter Henricum episcopum et Fredericum, comitem Tullensem, reconciliatam pacem confirmat. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 497, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 311, Mansi XXI. 419, Cocqu. II. 229, Migne 179 p. 228. — „Statuta fratrum".

„ 7. „ — 7702 (5498) Iohanni, ecclesiae b. Mariae Placentinae praeposito, eiusque successoribus ecclesiam S. Iohannis de Viculo ea lege donat, ut singulis annis „dimidiam unciam auri Lateranensi palatio persolvant". Campi Hist. di Piac. I. 536, Cocqu. II. 228, Migne 179 p. 230. — „Ex amministratione".

„ 8. „ — 7703 (5499) Monasterium Iuncellense tuendum suscipit, et eius bona ac iura, rogatu Berengarii abbatis, confirmat, imposito monachis bisantii unius censu annuo. Gall. Chr. VI. Instr. p. 135, Migne 179 p. 231. — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 8. „ — 7704 Monasterii S. Mauricii Agaunensis tutelam suscipit et disciplinam ac possessiones confirmat, petente Amerardo priore. Aubert Trésor p. 216, Pflugk-Harttung Acta II. 281. — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 8. „ — 7705 Odoni abbati S. Remigii Remensis bullam dat. Neues Archiv VII. 88. — „Officii nostri".

„ 9. „ — 7706 Stephano abbati et fratribus Casae-dei asserit ecclesiam b. Fortunati, a Willelmo episcopo Santonensi concessam. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 40, (Mon. pont. Arverniae p. 188). — „Officii nostri auctoritate".

„ 9. „ — 7707 (5500) Monasterii S. Petri Malleacensis possessiones et privilegia, rogatu Tebaldi abbatis, confirmat. imposito monachis solidorum 20 censu annuo. Arcere Hist. de la Rochelle II. 669, Lacurie Hist. de Maillezais p. 253, Migne 179 p. 233. — „Cum omnibus ecclesiis".

„ 10. „ — 7708 (5501) Monasterii S. Michaelis (Hugeshovensis) protectionem suscipit, bonaque ac iura, rogatu Cunradi abbatis, confirmat, imposito monachis unius byzantii censu annuo. Würdtwein Nov. subs. dipl. VII. 85, Grandidier Hist. d'Als. II. 290, Schoepflin Als. dipl. I. 280, Migne 179 p. 234. — „Desiderium, quod ad".

„ 12. „ — 7709 Albiensis ecclesiae tutelam suscipit possessionesque et iura, petente Raimundo praeposito, ea lege confirmat, ut monachi quotannis duos bisantios Lateranensi palatio persolvant. D'Auriac Hist. de la cath. d'Alby p. 197. — „Piae postulatio voluntatis".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1135.** *(Ind. 13, pont. a. 5.—23. Febr.—6.)* |
| Iun. 13. | Pisis | 7710 (5502) Monasterium Nantense, ex prioratu in abbatiam mutatum, rogatu Raimondi abbatis, tuendum suscipit, bona eius confirmat, iura constituit, imposito monachis duorum bizantiorum censu annuo. Gall. Christ. I. Instr. p. 61, Cocqu. II. 224, Migne 179 p. 237. — „Apostolice sedis nos". |
| „ 13. | „ | 7711 Ecclesiae S. Mariae Bariolensis possessiones confirmat, petente Guillelmo praeposito. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 66. f. 168. — „Cum omnibus ecclesiis". |
| „ 13. | „ | 7712 Fratribus Casae-dei concessum ab Anserico, archiepiscopo Vesontionensi, monasterium Faverniacense asserit. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 37, Mon. pont. Arverniae p. 185. — „Apostolicae sedis nos". |
| „ 16. | „ | 7713 *Monasterii S. Stephani Ianuensis possessiones et iura confirmat, bulla Iohanni abbati directa. Pflugk-Harttung Iter p. 225. |
| „ 16. | „ | 7714 (5503) Maiori-monasterio ecclesiam SS. Rufini et Valerii Basilicensem asserit, petentente Gosleno, episcopo Suessionensi. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 671, Migne 179 p. 238. — „Quotiens illud a". |
| „ 17. | „ | 7715 (5504) Parthenonis S. Trinitatis Paraclitensis, rogatae Heloisae abbatissae, privilegia confirmat et auget, imposito monialibus unius oboli aurei censu annuo. Gall. Chr. XII. Instr. p. 260, Abaelardi et Heloisae Opp. p. 347, Lalore Collection II. 3, Migne 179 p. 239. — „Quotiens illud a". |
| „ 18. | „ | 7716 (5505) Ecclesiae Mediolanensis clericis nunciat, Tetaldum de Medolaco propter infestatam ecclesiam de Virgis excommunicatum esse. Lupi C. D. Berg. II. 989, Migne 179 p. 240. — „Dilectionem vestram". |
| „ 18. | „ | 7717 (5506) G(regorio) episcopo, cleroque et populo Bergomati significat, se controversiam inter S. Vincentii et S. Alexandri canonicos composuisse. Iubet pacem servari. Lupi C. D. Berg. II. 987, Ughelli It. sacr. IV. 455, Migne 179 p. 240. — „Dilectioni vestre notum". |
| „ 18. | „ | 7718 (5554) Monasterii S. Victoris Massiliensis possessiones et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Coll. des Cart. IX. 220. — „Cum universis per". |
| „ 19. | „ | 7719 (5507) Monasterium S. Crucis Donawerdense tuendum suscipit, et eius iura ac bona, rogatu Dietrici abbatis, confirmat, imposito monachis unius aurei censu annuo. Mon. Boic. XVI. 14, Koenigsdorfer Gesch. d. Kl. z. h. Kr. in Donauw. I. 396, Petri Suev. eccl. p. 288, Gerbert Hist. N. S. III. 68, Khamm Hier. Aug. V. (Pars III. Regul.) 252, Cocqu. II. 230, Migne 179 p. 240. — „Quemadmodum ex gestis". |
| „ 19. | „ | 7720 (5508) Sententiam latam de controversia canonicorum S. Alexandri et S. Vincentii Bergomatum litteris confirmat. Lupi C. D. Berg. II. 989, Ughelli It. sacr. IV. 453, Cocqu. II. 225, Migne 179 p. 242. — „Iustitie et rationis". |
| „ 20. | „ | 7721 (5509) Monasterii S. Mariae de Cagia Meldensis privilegia et possessiones confirmat, bulla Eliae abbati directa. (Fragmenta.) Du Plessis Hist. de Meaux II. 32, Migne 179 p. 244. — „ . . . confirmamus vobis". |
| „ 28. | „ | 7722 Clero populoque Halberstadensi nuntiat, Ottonem episcopum ab Honorio II. depositum, postea vero a sese restitutum, denuo „ita se abominabilem in episcopatu exhibuisse", ut in concilio ab officio removeretur. Praecipit, ut infra 40 dies episcopum eligant. Ottoni curtem in Islovo ad vitae sustentationem asserit. Addit, Sigobodonem aliosque professos, „transfugas et apostatas", a (Alberto) Moguntino et T(heodewino) episcopo S. Rufinae, excommunicatos, evitandos esse donec satisfecerint. Schmidt Urk. d. Hochst. Halberst. I. 148. — „Manifestum est, quomodo". |
| Iul. 20. | „ | 7723 Monasterii S. Martini de Campis Parisiensis protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Theobaldo priore. Originale in tabul. nat. Paris. L. 226 n. 11, (Marrier Mon. S. Martini de Campis p. 169). — „Quotiens illud a". |
| „ 25. | „ | 7724 (5510) Ecclesiae S. Iohannis Modoetiensis bona et iura confirmat, petente Guilelmo archipresbytero. Frisi Mem. di Monza II. 50, Migne 179 p. 246. — „Sicut iniusta". |
| Aug. 7. | „ | 7725 Monasterii b. Mariae de Iosaphat possessiones confirmat, petente Girardo abbate. Ex chartul. de Iosaphat ms. lat. 10102 p. 52 bibl. imp. Paris. Misit Delisle. — „In eminenti apostolice". |
| „ 31. | „ | 7726 P(etro) Lugdunensi, St(ephano) Viennensi, A(rnaldo) Narbonensi, B(ernardo) Arelatensi, P(ontio) Aquensi, E (Guilelmo) Ebredunensi archiepiscopis eorumque suffraganeis, abbatibus, clero, principibus et populo per eorum parochias constitutis signi- |

109*

| | | |
|---|---|---|
| | | **1135.** *(Ind. 13, pont. a. 5. — 23. Febr. — 6.)* |
| | | ficat, sese Hugonem archiepiscopum Rotomagensem de latere suo misisse, ut A(lfonsum) comitem Tolosanum et G(uigonem) Delphinum, quorum alter in monasterium S. Aegidii, alter in ecclesiam Romanensem saevierit, coerceat. Praecipit, ut si evocati fuerint, conveniant eique in mandatis exequendis auxilium porrigant. Loewenfeld Epistolae p. 90. — „Ubi maiora sanctae“. |
| Oct. 30. | Pisis | 7727 (5518) G(erardum), S. Maximini Trevirensis abbatem, de simonia ac de dissipatis monasterii bonis accusatum, in proximam dominicam, qua cantatur Misericordia domini (5. Apr.) evocat. Martene et Dur. Vet. SS. I. 719, Hontheim Hist. Trev. I. 523, Migne 179 p. 252. (Cf. Huyskens Albero von Montreuil, Diss. Monast. 1879, p. 82, Bernhardi Konrad I. 91). — „Sicut nos ea“. |
| Nov. 3. | „ | 7728 Ecclesiae SS. Geminorum disciplinam confirmat ac de praeposito eligendo recipiendisque canonicis statuit. Pflugk-Harttung Acta I. 150. — „Desiderium, quod ad“. |
| „ 5. | „ | 7729 Canonicorum ecclesiae S. Columbae Ariminensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, imposita eis trium librarum „consuete monetae“ pensione annua. Tonini Rimini II. 567. — „Officii nostri nos“. |
| „ 5. | „ | 7730 Bonihominis diaconi ecclesiae S. Columbae Ariminensis et praepositi S. Mariae in Feura possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Iter p. 805, (Tonini Rimini II. 419). — „Officii nostri“. |
| „ 7. | „ | 7731 (5511) Monasterium Quadragintense tuendum suscipit et eius possessiones confirmat, petente Rikin abbate. Coll. Doat. t. 58 f. 122 in bibl. nat. Paris., (Gall. Chr. VI. Instr. p. 36, Migne 179 p. 247). — „Officii nostri“. |
| „ 9. | „ | 7732 Monasterii Molismensis possessiones iuraque confirmat, petente Eberardo abbate. (Notae temporis corruptae.) Pflugk-Harttung I. 152. — „Officii nostri nos“. |
| „ 29. | „ | 7733 (5512) Alberoni, electo Leodiensi, „usum rationalis, postquam in episcopum consecratus fuerit, concedit“. Chapeaville Gest. pont. Tung. II. 99, Migne 179 p. 247. — „Magistra bonorum“. |
| „ 30. | „ | 7734 (5513) Ecclesiae SS. Petri et Ursi Augustensis (provinciae Tarantasiensis) possessiones et privilegia confirmat, petente Arnaldo priore. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 776, cf. p. 784. — „Ad hoc universalis“. |
| Dec. 25. | „ | „die natalis domini“. Petri venerab. De miracul. L. II. c. 23 in Bibl. Cluniac. p. 1321. |
| „ 26. | „ | „sequenti die . . . in festo magni martyris Stephani“. Petri venerab. De mirac. L. II. c. 23 l. l. |
| „ 27. | „ | 7735 (5514) Didaco, archiepiscopo Compostellano, respondet, b. Petrum non debere iure consecrandi episcopi Legionensis privari. Commendat P. Fulconem capellanum. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 566, Migne 179 p. 249. — „Noverit tua“. |
| | | **1130—1136.** |
| | | 7736 (5515) Willielmo archiepiscopo et ecclesiae Cantuariensi asserit ecclesiam S. Martini Doverensem, ab Henrico Anglorum rege donatam. Monast. Anglic. II. 4, nov. ed. IV. 538, Migne 179 p. 250. — „Desiderium, quod ad“. |
| | | **1133—1136.** |
| Sept. 13. | Pisis | 7737 Ecclesiae Siclinicnsis protectionem suscipit, possessionesque confirmat. Coll. Moreau t. 99 f. 178 bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Ad hoc universalis“. |
| Nov. 17. | „ | 7738 (5519) N. Resbacensi, R. Latiniacensi, S. Cassiacensi, H. S. Theodorici, A. S. Amandi (Elnonensis), Io. Aquicinctensi, W. Letiensi, Sc. Lobiensi, Pa. S. Sepulchri Cameracensis, S. Luciani Bellovacensis, S. Eligii Noviomensis, I. S. Nicolai de Saltu abbatibus permittit, ut singulis annis congressum faciant. Martene Thes. I. 389, Bouquet Rec. XV. 388, Mansi XXI. 430, Migne 179 p. 253. — „Evangelicae institutionis“. |
| „ 25. | „ | 7739 (5520) B(ernhardo), episcopo Hildesheimensi, eiusque successoribus interdicit, ne castrum Wincenburgense alienent. (Qua ratione Pertz in Chron. ep. Hild., MG. SS. VII. 856, anno 1135 ascripserit epistolam hanc, nescio.) Orig. Guelf. III. 448, Migne 179 p. 254. — „Sicut ecclesia res“. |
| Dec. 11. | „ | 7740 Clero et populo Constantiensi ita scribit: „Quem ecclesia sibi semel proprium ascivit in civem, ei obesse non poterit vel natalium vilitas vel servitutis onere depressa origo; proinde statuimus, ut nullus testimonium clerici vel iudicium, pro eo quod contraxit originem de familia ecclesiae, audeat refutare“. Neues Arch. IV. 201. — „Inter mundana beneficia“. |

**1134—1136.**

Apr. 22. Pisis — 7741 (5523) Clero et capitulo S. Deodati in valle Galilaea praecipit, „ut, si quae iudicia ecclesiastica in loco eorum emerserint, cuiuslibet saecularis potestatis timore postposito, ordine canonico terminentur“. Interdicit, „ne apud eos praebendae et parochiales ecclesiae iure successionis ab aliquo vendicentur, aut etiam per saecularem potentiam occupentur“. Sommier Hist. de l'égl. de S. Diez p. 384, Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 302, Migne 179 p. 255. — „Quemadmodum iuxta“.

„ 22. „ — 7742 (5524) Guigoni, priori Carthusiensi, Hugonem (I.) quondam episcopum Gratianopolitanum in sanctorum numero relatum nunciat. Mandat, ut „ea, quae ei de illius vita et miraculorum coruscatione nota fuerint, diligenter describendo posterorum memoriae tradat“. Acta SS. Apr. T. I. 35, Vita S. Brunonis p. 427, Mansi XXI. 417, Baronii Annal. 1134 n. II, Migne 179 p. 256, (Tromby Stor. Cart. III. app. p. 230: „kal. Maii“). — „Divinis respondentes beneficiis“.

Iun. 7. „ — 7743 (5526) A(lberoni), archiepiscopo Trevirensi, mandat, cogat Brunicum eiusque filios, ut curtem Filestanges Romaricensi monasterio restituant, et ab eius infestatione desistant. Beyer M. U. I. 540. — „Iamdumdum perlatum est“.

„ 11. „ — 7744 (5527) O., archiepiscopum Tarraconensem, et Urgellensem, Vicensem (Ausonensem), Gerundensem, Elenensem episcopos cohortatur, ut monasterium Rivipullense tueantur. Marca Marca Hisp. p. 1277, Migne 179 p. 256. — „Rivipollense monasterium“.

„ 12. „ — 7745 Hugoni episcopo Altissiodorensi et Hugoni abbati mandat, ut inter Herb(ertum) S. Petri-vivi, Rainardum S. Iohannis Senonensis et S. Iohannis Pratensis abbates „pridie nonas proximi Augusti“ (4. Aug.) iudicent; quod si fieri nequierit, abbates „proximis idibus Martii“ (15. Mart.) ad sese accedere iubet. Loewenfeld Epistolae p. 91 (ex copia bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46. f. 390$^b$, quae corrigenda est ex cod. Aurelianensi 267$^b$. f. 205, saec. XIII, ut mecum communicavit Leop. Delisle). — „Inter dilectum filium“.

„ 22. „ — 7746 (5528) Iohanni priori et fratribus S. Mariae in Portu praecipit, ut regimen ecclesiae b. Mariae, a Marco clerico conditae, „absque dilatione assumant, aut libere refutent“. Danduli Chron. ap. Muratori R. It. SS. XII. 268, Pennotti Ord. cleric. can. hist. ed. Rom. p. 305, ed. Colon. p. 313, Cornelii Eccl. Ven. V. 158, Ughelli It. sacr. V. 1237, Migne 179 p. 257. — „Filius noster Marcus“.

„ 24. „ — 7747 (5529) Clericis Mutinensibus significat, consules Mutinenses ob infestatum monasterium Nonantulanum excommunicatos esse. Tiraboschi St. di Non. II. 245, Migne 179 p. 257. — „Quanta mala“.

Aug. 7. „ — 7748 (5530) L. (Theobaldo) abbati et monachis Beccensibus mandat, ut ecclesiae pacem a Deo deprecentur. De libro misso gratias agit. Baluzii Misc. III. 14, Bouquet Rec. XV. 388, Mansi XXI. 421, Migne 179 p. 258. — „Super his, quae“.

„ 8. „ — 7749 (5531) Abbati monasterii S. Blasii nunciat, legatum proxime missum iri, qui eius cum monachis Schafhusensibus controversiam dirimat. Gerbert H. N. S. III. 67, Quellen z. Schweizer Gesch. III. I. 111, Migne 179 p. 258. — „Habitantes in domo“.

**1136.** *(Ind. 14, pont. a. 6. — 23. Febr. — 7.)*

†7750 L(otharium) imperatorem hortatur, ut „omni tarditate remota vel depulsa, maiori quam possit exercitu in Italiam venire festinet; quatenus ipsum ab impiis Rogerii manibus eripere et sanctam basilicam in prostinum statum possit restituere“. (Dictamen fictum.) Denis Codices manuscr. I. II. 1350, Bernhardi Lothar von Supplinb. p. 855. — „Quemadmodum tyrannici“.

Ian. 2. Pisis — 7751 (5532) Monasterium Ilsenburgense tuendum suscipit, eiusque bona ac privilegia, petente Lamberto abbate, confirmat. Neue Mitth. a. d. Geb. hist. ant. Forsch. II. 296, Heinemann C. D. Anhalt I. 174, Jacobs Urk. d. Kl. Ilsenburg I. 18, Migne 179 p. 259. — „Ad hoc universalis“.

„ 8. „ — 7752 Maioris-monasterii protectionen suscipit et possessiones confirmat, petente Odone abbate. Marchegay Cartul. du Bas-Poitou p. 61. — „Apostolici moderaminis clementiae“.

„ 12. „ — 7753 (5533) Fromundi, abbatis Vindocinensis, et Ulgerii, episcopi Andegavensis, controversiam disceptat. Martene Thes. I. 386, Launoii Opp. III. I. 395, Migne 179 p. 261. — „Inter varias“.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1136.** *(Ind. 14, pont. a. 6. — 23. Febr. — 7.)* |
| Ian. 15. | Pisis | 7754 (5534) H(enricum), archiepiscopum Senonensem, abstinere officio episcopali iubet, donec rationem reddiderit, quare appellationem ad sedem apostolicam in causa matrimonii A(rchembaldi) de Soliaco et filiae R(adulfi) de Balgentiaco interpositam neglexerit. Gall. Chr. XII. Instr. p. 33, Bouquet Rec. XV. 390, Quantin Cart. gén. I. 324, Migne 179 p. 264. — „Statuta sedis". |
| „ 25. | „ | 7755 (5535) Ecclesiam S. Mariae de Rota tuendum suscipit, eiusque possessiones et privilegia confirmat, petente Ulgerio, episcopo Andegavensi. Baluzii Misc. III. 17, Migne 179 p. 265. — „Religiosis desideriis". |
| Febr. 20. | „ | 7756 (5536) Monasterii Fossatensis bona ac privilegia confirmat, petente Ascelino abbate. Gall. Chr. VII. Instr. p. 56, Félibien Hist. de Paris III. 22, Dubois Hist. eccl. Par. II. 62, Migne 179 p. 266. — „Quotiens illud a nobis". |
| „ 28. | „ | 7757 (5537) G(regorio) episcopo Bergomati scribit, det operam, ne S. Vincentii canonici, canonicos S. Alexandrini iniuriis afficiant. Lupi C. D. Berg. II. 1001, Ughelli It. sacr. IV. 456, Migne 179 p. 268. — „Non dubium". |
| „ 28. | „ | 7758 Henrico abbati et monachis S. Benedicti super Padum „factam ab illustri filio suo Lothario glorioso, Romanorum imperatore augusto, in curte Pigugnaie concessionem" confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 283. — „Apostolice sedis officio". |
| Mart. 13. | „ | 7759 (5538) Monasterio Cluniacensi asserit possessionem ecclesiae de Rochabovecourt. Bibl. Cluniac. p. 1401, Bull. Cluniac. p. 49, Cocqu. II. 227, (Mansi XXI. 4112, Migne 179 p. 268). — „Bonus et diligens". |
| „ 13. | „ | 7760 (5539) Monasterio Cluniacensi ecclesiam Montisderiensem asserit. Bibl. Cluniac. p. 1402, Bull. Cluniac. p. 49, Mansi XXI. 412, Cocqu. II. 227, Migne 179 p. 269. — „Bonus et diligens". |
| „ 19. | „ | 7761 Monasterii S. Lupi Trecensis possessiones et privilegia confirmat, Attone episcopo Trecensi et Theobaldo comite Blesensi petentibus. Lalore Collection I. 18. — „Nichil est in terris". |
| „ 29. | „ | 7762 (5540) Ecclesiae Niciensis disciplinam regularem et possessiones, petente Petro episcopo, confirmat. Gall. Chr. III. Instr. p. 199, Ughelli It. sacr. IV. 1110, Cocqu. II. 236, Migne 179 p. 270, (Pflugk-Harttung Iter p. 92: Mart. 28.). — „Officii nostri". |
| „ 29. | „ | 7763 (5541) Alviso, episcopo Atrebatensi, significat, se Hasnoniensem et Monsteriolensem abbates et No. archidiaconum, qui vocati ad concilium non venerint, ab interdicti sententia absolvisse. De Sydrac iudicium eius ratum sibi fore. Rainoldum, archiepiscopum Remensem, inter eum et canonicos Condiacenses iudicem constitutum nunciat. Baluzii Misc. II. 165, Bouquet Rec. XV. 383, Migne 179 p. 271. — „Super devotione". |
| Apr. 10. | „ | 7764 (5522) A(lberoni), archiepiscopo Trevirensi, significat, sese G(erardum) S. Maximini abbatem in praeteritam dominicam, qua cantatur Misericordia domini (5. Apr. vide supra ep. 7727) evocasse, sed „imperialibus precibus intercedentibus negotium eius distulisse". Mandat, ut ante „tempus expeditionis" causam diiudicet. Martene et Dur. Vet. SS. I. 723, Hontheim Hist. Trev. I. 524, Migne 179 p. 255. Cf. Bernhardi Konrad II. 91. — „Prout tua novit". |
| „ 22. | „ | 7765 Stephano, Anglorum regi, significat, se iam dudum statuisse, ut locus Karliolii episcopali dignitate decoretur. Hortatur, ut quod ab Henrico, eius praedecessore, „morte intercedente super eadem re minus factum sit, supplere non desinat". Priory of Hexham illust. doc. p. 12, Haddan and Stubbs Councils II. I. 30. — „Serenitatem tuam". |
| „ 22. | „ | 7766 (5357) G(uillelmo), archiepiscopo Cantuariensi, apostolicae sedis legato, mandat, ut Iohannem, episcopum Glasguensem, ad T(hurstani) archiepiscopi Eboracensis obedientiam compellat. (Pro „Parisis" legendum esse „Pisis", docet Haddan.) Monast. Angl. III. 147, nov. ed. VIII. 1188, Haddan and Stubbs Councils II. I. 29, Migne 179 p. 90. — „Ita rebelles". |
| „ 22. | „ | 7767 T(hurstano), archiepiscopo Eboracensi, mandat, studeat, ut monasterio Saloberiae idonea persona praeficiatur. Sententiam eius in abbatem Riesvallensem promulgatam confirmat eumque de litteris suis ad Guillelmum archiepiscopum Cantuariensem (ep. 7766) certiorem reddit. Praecipit, ut Iohannem (episcopum Glasguensem), nisi infra tres menses resipuerit, anathematizet. (Pro „Parisis", ut in superiore epistola, leg. est „Pisis".) Haddan and Stubbs Councils II. I. 29. — „Literas et nuntium". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1136.** *(Ind. 14, pont. a. 6. — 23. Febr. — 7.)* |
| Apr. 22. | Pisis | 7768 (5542) Monasterii Camaldulensis privilegia et possessiones confirmat, bulla ad Azonem priorem. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 353, Migne 179 p. 272. — „Incomprehensibilis et“. |
| „ 24. | „ | †7769 (5543) Lothario Romanorum imperatori de victo Friderico, Sueviae duce, gratulatur. Monet, agat, ut „obtineat Daviticum imperium et Salomoniticum regnum“. („Dat. Papiae“. Dictamen fictum.) Schlosser u. Bercht Archiv II. 370, Archiv für Kunde österr. Gesch. XIV. 68, Watterich II. 218. — „Dici non potest“. |
| „ 24. | „ | 7770 (5544) Ecclesiam Rorensem tuendam suscipit bonaque eius confirmat, petente Brunone praeposito. Dalhammer Can. Rohr. p. 36, Mon. Boic. XVI. 102, Bull. Lat. Append. p. 43, Migne 179 p. 275. — „Officii nostri“. |
| „ 24. | „ | 7771 (5545) Monasterii Laureacensis protectionem suscipit, bonaque ac iura rogatu Grafdonis abbatis, confirmat, imposito monachis bizantii unius censu annuo. Wirtemb. Urkundenb. I. 383, Besold Doc. rediv. p. 445, Crusii Annal. Suev. II. 363, Petri Suev. eccl. p. 537, Migne 179 p. 276. — „Quotiens a nobis“. |
| „ 24. | „ | 7772 (5546) Monasterii S. Pauli Virdunensis disciplinam bonaque confirmat, petente Rogero abbate. Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 310, Migne 179 p. 277; Hugo O. P. A. II. Pr. p. 328, Hugo Vie de S. Norbert p. 370. (Signa chronologica apud hunc alia sunt atque apud illos.) — „Cum omnibus ecclesiasticis“. |
| „ 24. | „ | 7773 Ecclesiae Metensis possessiones et privilegia, in his „percussuram propriae monetae apud Sareburc“, confirmat, bulla ad Richerum decanum. Pflugk-Harttung Acta II. 283. — „In eminenti apostolice“. |
| „ 26. | („) | 7774 (5547) Monasterii Cellae-Paulinae patrocinium suscipit, bonaque confirmat et privilegia instituit, imposito fratribus bizantii unius censu annuo. Stumpf Acta Maguntina p. 19. — „Quotiens ea, quae“. |
| Mai. 3. | „ | 7775 (5525) Monasterii Ahusensis protectionem suscipit, bonaque et liberam abbatis eligendi facultatem confirmat, imposita fratribus unius bizantii pensione annua. Pflugk-Harttung Acta II. 285, (Lang Regesta I. 141). — „Pie postulatio voluntatis“. |
| „ 12. | „ | 7776 (5548) Rainaldo archiepiscopo et capitulo Remensi praecipit, dimittant Ma(gistrum?) A(lbericum), archidiaconum ecclesiae Remensis, a clero populoque Bituricensi archiepiscopum electum. Pez Thes. anecd. VI. I. 310, Migne 179 p. 278. — „Charitatis bonum“. |
| („) | („) | 7777 (5549) Ma(gistrum?) A(lbericum), archidiaconum Remensem, monet, ut oblatam ecclesiam Bituricensem regendam suscipiat. Pez Thes. anecd. VI. I. 310, Migne 179 p. 279. — „Fidelis et sapiens“. |
| „ 28. | „ | 7778 Monasterii S. Victoris Parisiensis tutelam suscipit bonaque et iura confirmat, petente Gilduino abbate. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 226. n. 13[b]. — „Cum pie desiderium“. |
| „ 28. | „ | 7779 Monasterii S. Victoris Parisiensis, rogatu Gilduini abbatis, possessiones confirmat. Autogr. in tabul. nat. Paris. L. 226. n. 13[a]. — „Pie postulatio voluntatis“. |
| „ 31. | „ | 7780 (5550) Ecclesiae S. Auberti Cameracensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Galtero abbate. Le Glay Glossaire p. 39, Duvivier Recherches p. 544, Migne 179 p. 280. — „Officii nostri nos“. |
| Iun. 1. | „ | 7781 (5551) Alviso, episcopo Atrebatensi, significat, se eius litteris commotum, Nicolaum, electum Cameracensem, „qui infra sacros ordines sit, ex apostolica dispensatione“ remisisse. Baluzii Misc. II. 164, Bouquet Rec. XV. 391, Migne 179 p. 283. — „Fraternitatis tuae“. |
| „ 11. | „ | 7782 (5552) Ecclesiae Balneensi addicit duodecim capellas, ab abbate Triviensi invasas. (Pro „III. id. Ianuarii“ Jafféo legendum videbatur„ III. id. Iunii“; cf. Bernhardi Konrad I. 6. not. 9.) Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 351, Migne 179 p. 285. — „Officii nostri“. |
| „ 12. | „ | 7783 (5553) Henrico, patriarchae Gradensi, pallii crucisque praeferendae usum tribuit, ecclesiaeque bona confirmat. Ughelli It. sacr. V. 1120, Coequ. II. 229, Migne 179 p. 286. — „Tunc apostolicae“. |
| „ 19. | „ | 7784 R(ainaldo) archiepiscopo Remensi, Io(scelino) Suessionensi, B(artholomaeo) Laudunensi, et G(aufrido) Catalaunensi episcopis mandat, ut excommunicationis sententiam, in Hugonem Cholet et Germundum, generum eius, malefactores „potestatis“ Ruminiacensis, in synodo Pisano promulgatam, observari faciant. Loewenfeld Epistolae |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1136.** *(Ind. 14, pont. a. 6. — 23. Febr. — 7.)* |
| | | p. 92, (Vetustior copia exstat in tabul. nat. Paris. Cartul. de S. Corneille de Compiegne s. XIII. LL. 1622. f. 61). — „In sede iustitiae". |
| Iul. 7. | Pisis | 7785 (5555) Ecclesiae Gnesnensis possessiones, petente Iacobo archiepiscopo, confirmat. Raczynski Cod. dipl. maioris Poloniae p. 1, Cod. dipl. maioris Pol. I. 10, Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 28. — „Ex commisso nobis". |
| „ 24. | „ | 7786 (5556) G(regorio), episcopo Bergomati, mandat, excommunicet canonicos S. Vincentii, si latam de controversia inter eos et S. Alexandri canonicos sententiam negligere pergant. Lupi C. D. Berg. II. 1001, Ughelli It. sacr. IV. 455, Migne 179 p. 287. — „Lites et controversiae". |
| Aug. 27. | „ | 7787 (5557) Ecclesiae S. Mariae de Reno possessiones et iura confirmat, petente Guidone priore. Trombelli Mem. di Reno p. 360, Savioli Ann. Bol. I. II. 193, Bull. Lat. p. 16, Migne 179 p. 288. — „Quotiens illud a". |
| Sept. 8. | „ | 7788 Monasterii S. Thomae apud Aquam-nigram, rogatu Martini abbatis, possessiones et privilegia confirmat, imposita fratribus unius bizantii pensione annua. Pflugk-Harttung Acta II. 286. — „Officii nostri nos". |
| „ 24. | „ | 7789 (5517) Liesbornense e parthenone factum monachorum monasterium et eius iura confirmat, petente Balduino abbate. (Ad hunc annum pertinet bulla, quia continet affirmationem decimarum a. 1136 monasterio donatarum, cf. Erhard l. l. II. 40.) Niesert Münster. Urkundens. IV. 106, Erhard Reg. Westf. II. Cod. dipl. p. 19, Migne 179 p. 251. — „Locorum venerabilium cura". |
| Oct. 1. | „ | 7790 Parthenonis S. Dionysii montis Martyrum Parisiensis disciplinam ac possessiones confirmat, Ludovico Francorum rege et Adelaide eius uxore petentibus. Pflugk-Harttung Acta I. 151, (Barthélemy Rec. d. ch. de Montmartre p. 67, mendose descripta). — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 22. | „ | 7791 Monasterii S. Mauritii Agaunensis, iuris S. Petri, possessiones et privilegia confirmat, Emerado priore et Amedeo comite (Sabaudiae) petentibus. (Subscriptionum ultima mendum aperte continet.) Pflugk-Harttung Acta II. 287. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 22. | „ | 7792 (5558) Monasterium S. Georgii Pruefeningense tuendum suscipit et eius bona ac iura, petente Herbone abbate, confirmat. Hund III. 126, Mon. Boic. XIII. 155, Cocqu. II. 231, Migne 179 p. 289. — „Officii nostri nos". |
| („) | („) | 7793 (5559) Heinrico, episcopo Ratisponensi, interdicit, ne decumas a fratribus Pruefeningensibus exigat. Mon. Boic. XIII. 152, Migne 179 p. 291. — „Equum et rationabile". |
| „ 23. | „ | 7794 (5560) Monasterium Pollingense tuendum suscipit, et eius bona ac iura confirmat, rogante Waltero, episcopo Augustensi. Mon. Boic. X. 39, Bull. Lat. Append. p. 30, Migne 179 p. 291. — „In eminenti apostolice". |
| „ 28. | „ | 7795 (5561) Monasterii Schutterani protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Conrado abbate. Würdtwein Nova subs. dipl. VII. 92, Marian Gesch. d. österr. Clerisei II. 420, Migne 179 p. 293. — „Ad hoc universalis". |
| Nov. 10. | „ | 7796 (5562) Monasterii S. Nicasii Remensis possessiones confirmat, petente Ioranno abbate. (Fragmentum.) Varin Archives admin. de Reims I. I. 288, Migne 179 p. 294, (Neues Archiv VII. 89). — „Piae postulatio". |
| „ 21. | „ | 7797 Monasterium Luxoviense tuendum suscipit eiusque possessionesque et privilegia confirmat, petente Ioceranno abbate. Gall. Chr. XV. Instr. p. 30. — „Quotics illud a". |
| „ 23. | „ | 7798 (5563) Monasterii S. Mariae Montis-dei disciplinam Carthusiensem ac libertatem possessionesque confirmat. Marlot Metr. Rem. II. 312, Migne 179 p. 296. — „Ad hoc universalis". |
| „ 23. | „ | 7799 (5564) Petente Oddone abbate S. Remigii Remensis, ecclesiae Marsnensis privilegia confirmat. Miraei Opp. dipl. I. 385, Cocqu. II. 232, Migne 179 p. 298. — „Locorum venerabilium". |
| Dec. 7. | „ | 7800 (5565) Canonicorum ecclesiae S. Laurentii Ianuensis possessiones et privilegia confirmat, petente Guidone praeposito. Ughelli It. sacr. IV. 860, Migne 179 p. 299. — „Apostolicae sedis". |
| „ 10. | „ | 7801 (5566) Monasterii Steinfeldensis privilegia et possessiones confirmat, petente Evervino praeposito. Kremer Akadem. Beitr. II. 215, Cocqu. II. 232, Migne 179 p. 299, (Hugo O. P. A. II. Pr. p. 522). — „Piae postulatio voluntatis". |

**1136.** *(Ind. 14, pont. a. 6. — 23. Febr. — 7.)*

Dec. 12. Pisis — 7802 Uo. priori et fratribus Steinfeldensibus scribit, sese ad preces Everwini, eorum praepositi, et Brunonis, archiepiscopi Coloniensis, monasterii libertatem et possessiones confirmare. Annal. d. hist. Ver. f. d. Niederrh. XXIII. 153. — „De sacro vestri".

„ 13. „ — 7803 Ecclesiae Perusinae possessiones confirmat, petente Rodulfo episcopo. (Subscriptionum ultima est mendosa.) Pflugk-Harttung Acta II. 288. — „In eminenti apostolicae".

7804 (5567) Stephanum, Anglorum regem, „communi voto et unanimi assensu tam procerum quam etiam populi electum et a praesulibus regni consecratum, in specialem b. Petri et S. Romanae ecclesiae filium affectione paterna recipit", eiusque dignitatem confirmat. Ricard. Hagustald. De gest. reg. Steph. ap. Twysden H. A. SS. I. 314, Bouquet Rec. XV. 391, Migne 179 p. 301. — „Rex regum et".

7805 (5568) Ecclesiae S. Iohannis Senonensis tutelam suscipit et bona confirmat, petente Rainardo abbate. Gall. Chr. XII. Instr. p. 359, Migne 179 p. 302. — „Officii nostri".

7806 *Quae ecclesiae Auriensi reges (Hispaniae) donaverant, ea confirmat. Neues Archiv VI. 301.

**c. 1136.**

7807 (5569) Canonicis ecclesiae S. Frigdiani Lucensis scribit, dolere se de obitu A(ttonis) prioris. Ier(onymum) successorem electum solatio sibi esse. (Fragmentum.) Baluzii Misc. IV. 591, Migne 179 p. 303. — „De obitu carissimi".

**1133—1137.**

Ian. 5. Pisis — 7808 (5570) Universis clericis ac laicis per episcopatum Lucensem constitutis Attonem priorem et fratres ecclesiae S. Frigdiani commendat. Baluzii Misc. IV. 589, Migne 179 p. 303. — „B. Frigdiani ecclesia".

„ 8. „ — 7809 (5571) Petronillae, abbatissae Fontis-Ebraldi, praecipit, „ut nulla ratione gregem sibi commissum relinquat". Niquet Hist. de l'ordre de Fontevraud p. 401, Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 628, Migne 179 p. 304. — „Significatum nobis" „Significatum est".

„ 20. „ — 7810 (5572) Hugonem, archiepiscopum Rotomagensem, in corrigendis vitiis severum, ad mansuetudinem adhortatur. Promittit, si abbas S. Wandregisili „usque ad proximam pentecostes solemnitatem obedire ei contempserit, se sententiam, quam in illum rationabilem promulgaverit, ratam habiturum". Monet, „personam suam studeat praeparare, ut cum nuncium ipsius acceperit, b. Petri servitium valeat exercere". Stolam dono mittit. Neustria pia p. 174, Guiberti Opp. p. 688, Bouquet Rec. XV. 380, Bessin Conc. Rotom. II. 26, Migne 179 p. 304. — „Fervorem tuae" („Favorem tuae").

Febr. 8. „ — 7811 (5573) F(olcmarum), abbatem Corbeiensem, hortatur, ut camerarium infamatum dimittat. Wibaldi epp. ap. Jaffé Bibl. I. 79, (Ledebur Neues allg. Archiv I. 73). — „Religiosorum virorum".

„ 24. „ — 7812 Petente Milone, episcopo Morinensi, confirmat statutum a Rainaldo archiepiscopo Remensi aliisque episcopis factum, ut in Ypreusi capella in loco Obstal sita „singulis annis tribus diebus rogationum et quinque aliis diebus continue sequentibus missarum solemnia celebrentur et quidquid in illis octo diebus ibidem oblatum fuerit, militum templi Ierosolymitani usibus cedat"; cet. Les trois cart. de St.-Mart. à Ypres I. 10. — „Statuta fratrum nostrorum".

„ — 7813 Guidoni, episcopo Lausannensi, mandat, ne castrum Clees, „apud quod viatores hactenus saepe disturbati esse noscantur", reaedificari sinat. (Fragmentum.) Cononis Gesta epp. Lausann. in MG. SS. XXIV. 800. — „Quia vero aput".

(„) — 7814 Clero et populo Lausannensi nuntiat, Guidonem episcopum pallio decoratum esse. (Fragmentum.) Cononis Gesta epp. Lausann. l. l. — „Venerabilem fratrem nostrum".

**1135—1137.**

7815 G. abbati S. Iohannis Pratensi praecipit, quia tam H(ugonis) episcopi Altissiodorensis et H(ugonis) abbatis Pontiniacensis iudicium subire, quam ad sese accedere neglexerit, ut ecclesiam in villa Riciaci Herb(erto) abbati S. Petri-vivi Senonensi restituat. Munus abbatis ei interdicit. (Vide supra ep. 7745.) Loewenfeld Epistolae

| | | |
|---|---|---|
| | | **1135—1137.** |
| | | p. 93 (ex bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 46 f. 391, cop. s. XVII, quae, ut me docet Delisle, corrigenda est ex cod. Aurelian. 267ᵇ saec. XIII. f. 206). — „Debet propriae ruinae". |
| | | **1137.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 7. — 23. Febr. — 8.)* |
| Ian. 3. | Pisis | 7816 (5574) Monasterii S. Petri Mellicensis protectionem suscipit, privilegiaque confirmat, petente Herchinfredo abbate. Schramb Chron. Mell. p. 70, Hueber Austria p. 8, Migne 179 p. 305. — „Apostolicae sedis". |
| „ 8. | „ | 7817 (5575) Agnetem, uxorem quondam Leopoldi marchionis, et filios eius de Leopoldi morte consolatur. Monachos Mellicenses commendat. Haec addit: „iuxta petitiones vestras, carissimum filium imperatorem Lotharium, cum ipsum nos videre contigerit, ut vestram vobis iustitiam conservet, libenter et affectuose rogabimus". Fischer Merkwürd. Schicks. v. Klosterneuburg II. 132, (Schramb Chron. Mellic. p. 71). — „Audita morte". |
| „ 21. | „ | 7818 (5576) Monasterium S. Trinitatis Sacargiense tuendum suscipit eiusque privilegia confirmat, petente Benedicto abbate. Mittarelli Ann. Cam. III. 258. Cf. Kaltenbrunner in Wiener Sitzungsber. XCIV. 633, Pflugk-Harttung Iter p. 226. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 27. | „ | 7819 (5577) Monasterii Bonae-spei possessiones, petente Milone, episcopo Tarvanensi, confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 301, Migne 179 p. 307. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 30. | „ | 7820 (5578) Ecclesiae S. Iohannis Ambianensis possessiones et privilegia, petente Milone, episcopo Tarvanensi, confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 691, Migne 179 p. 308. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 30. | „ | 7821 (5579) Monasterii S. Petri Selincurtensis possessiones confirmat, petente Galtero abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 360, Migne 179 p. 310. — „Piae postulationes voluntatis". |
| Febr. 7. | „ | 7822 (5580) Monasterii S. Mariae de Columba possessiones, rogatu Bernardi, abbatis Clarevallensis, confirmat. Ughelli It. sacr. II. 213, Campi Hist. di Piac. I. 538, Orig. Guelf. I. 309, Cocqu. II. 234, Migne 179 p. 311. — „Piae postulationis". |
| „ 7. | „ | 7823 (5581) Xenodochii Hierosolymitani protectionem suscipit, bona confirmat, privilegia auget, petente Raymundo magistro. Privil. de l'ordre de S. Jean de Iérusalem p. 85, Migne 179 p. 312. — „Christianae fidei religio". |
| „ 9. | „ | 7824 Ecclesiae S. Mariae de Castello Ianuensis protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Lanfranco praeposito. Hist. patr. mon. Chart. II. 148. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 10. | „ | 7825 (5582) Monasterii S. Petri Perusini possessiones iuraque confirmat, petente Hieronymo abbate. Margarini Bull. Cas. II. 152, Cocqu. II. 234, Migne 179 p. 314. — „Piae postulatio". |
| „ 18. | „ | 7826 (5583) Monasterium Eleemosynense privilegiis ornat, petente Olrico abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 422, Migne 179 p. 316. — „Officii nostri". |
| „ 22. | „ | 7827 Hugoni, abbati Montis S. Eligii, eiusque successoribus donata a Milone, episcopo Tarvannensi, bona quaedam confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 57. f. 161. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 25. | „ | 7828 (5584) Ecclesiae Arausicanae possessiones et iura, petente Guillelmo episcopo, confirmat. Gall. Chr. I. Instr. p. 132, Cocqu. II. 232, Migne 179 p. 318. — „In beati Petri". |
| „ 28. | „ | 7829 (5585) Parthenonis Fontis-Ebraldi protectionem suscipit bonaque et privilegia confirmat, petente Petronilla abbatissa. (Fragmentum.) Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 627, Migne 179 p. 320. — „Quod rationi convenit". |
| Mart. 5. | ap. Campilium | 7830 (5586) Ecclesiae S. Mariae Pisanae bona, petente Uberto archiepiscopo, confirmat. (Signa temporis sunt vitiata.) Ughelli It. sacr. III. 388, Cocqu. II. 220, Migne 179 p. 321. — „Pisanorum ecclesia". |
| „ 10? | in Bibione castro | 7831 (5587) Didaco, archiepiscopo Compostellano, commendat Ariam clericum, cui tribui praebendam cupit. („Dat. VI. idus Ks. Mart.") Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 584, Migne 179 p. 323. — „Universa Romana". |
| („) | Grosseti | Cum Heinrico, Bavariae duce. Annalista Saxo 1137 in MG. SS. VI. 773. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1137.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 7. — 23. Febr. — 8.)* |
| Mart. 26. | Viterbii | 7832 (5588) A(dalberto), archiepiscopo Moguntino, mandat, ut familiam monasterii S. Emmerammi Ratisponensis contra Sigebotum militem tueatur. Jaffé Bibl. III. 398, Pez Th. an. I. III. 136, Migne 179 p. 323. — „Lator praesentium“. |
| Apr. 8. | „ | 7833 (5589) Ecclesiae Christi Londinensis possessiones confirmat, petente Normanno priore. Rymer Foedera I. 14. (Signa chronologica leguntur ibidem in tabula aenea, ubi scripturae specimen.) Mon. Angl. nov. ed. VI. 154, Migne 179 p. 323. — „Apostolicae sedis clementiae“. |
| „ 8. | „ | 7834 Monasterii S. Mariae Glastoniensis possessiones confirmat, petente Henrico, episcopo Wintoniensi, monasterii administratore. Monast. Anglic. nov. ed. I. 36. — „Venerabilium locorum“. |
| „ 16. | „ | 7835 Parthenonis S. Mariae Buxeriensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Oda abbatissa. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 57. f. 98. — „Quotiens illud a“. |
| „ 17. | „ | 7836 Ecclesiae S. Mariae Lonnicensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Folmaro praeposito. Chronik der Diözese Trier 1828 p. 737, Pflugk-Harttung Acta II. 289. — „Desiderium quod ad“. |
| Apr. Mai. | Sutrii | cum Heinrico, Bavariae duce. Annalista Saxo 1137 in MG. SS. VI. 773. |
| „ „ | Albani | Vide Falcon. Benev. 1137 ap. Muratori R. It. SS. V. 120: „Apostolicus autem continuo Romanos fines advenit et civitatem Albanum et provinciam totam Campaniae suae obtinuit fidelitati. Romam quidem ingredi noluit“ cet. |
| Mai. 6. | in territorio Anagniensi | 7837 (5590) Hospitalem domum et ecclesiam S. Mariae Roncesvallenses, conditas a Sanctio, episcopo Pampilunensi, tuendas suscipit omnibusque Dei fidelibus commendat. Oihenarti Notitia utr. Vasc. p. 95, Migne 179 p. 325. — „Honor et reverentia“. |
| („) | in planitie ap. Casinum | cum Heinrico, Bavariae duce. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 105 in MG. SS. VII. 817. |
| („) | S. Germani | Vide Falc. Benev. 1137 p. 121. |
| („) | secus Capuam | Vide Annal. Sax. 1137 p. 773, Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 105. p. 817, Falc. Benev. 1137 p. 121. |
| „ 21. | iuxta Beneventum | (ad pontem S. Valentini, retro montem S. Felicis.) Petri Chr. mon. Cas. L. IV. c. 105. p. 817; Falco Benevent. 1137 p. 121: „decimo kal. Iunii“; leg. „undecimo kal. Iunii“, vide infra ad 22. Mai. et notam ad 24. Mai. (Cf. Bernhardi Lothar p. 703 n. 28.) |
| „ 22. | „ | (in planitie S. Petri iuxta flumen Sabbathi) „alio die, die videlicet Sabbathi“. Falc. Benev. 1137 p. 121. |
| „ 23. | „ | „Mane facto, die quidem dominico“. Falco Benev. 1137. l. l. |
| „ 24. | „ | (Ante portam summam) „VIII. (nobis: VIIII) kal. Iunii“, quo die ad Lotharium imperatorem proficiscitur. Falco Benev. 1137 p. 121. De ratione computandi a Falcone adhibita vide Bernhardi Lothar p. 703, cf. etiam infra ad 25. Iul. 1139.) |
| („) | | 7838 (5591) *„Per omnia Casinensis ecclesiae adiacentia monasteria“ litteras mittit, ne Rainaldo, electo abbati Casinensi, vel fratribus obediant. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 108. p. 820. |
| „ | Troiae | Vide Petri Chron. mon. Cas. l., Annal. Sax. 1137 p. 773. |
| „ 30. | Bari | Cum Lothario imperatore „die sancto pentecostes“. Gesta archiep. Magdeb. in MG. SS. XIV. 415, Annal. Magd. ibid. XVI. 186. |
| Iun. 2. | „ | 7839 (5592) Monachis Marchbacensibus praecipit, ut ex suo numero eligi praepositum Undersdorfensem permittant. Hund III. 440, Hundt Urk. d. Kl. Indersdorf I. 4, Migne 179 p. 325. — „Iuxta apostolicam sententiam“. |
| „ 5. | „ | „in ipsa hebdomada sabbato quatuor temporum“. Gesta archiep. Magd. in MG. SS. XIV. 415. |
| „ 7. | „ | 7840 (5593) Monasterii Michaelburani possessiones et privilegia confirmat. Filz Gesch. v. Michaelbeuern II. 748. Cf. Hirsch Heinrich II. Bd. I. 33. n. 2. — „Cum universis ecclesiis“. |
| „ 11. | „ | 7841 (5594) Waltero, episcopo Augustensi, praecipit, desistat iniuriis in Engelscalcum, abbatem Benedictoburanum, ab eo iniuste et deiectum et anathematizatum. „Gloriosus filius noster Lotharius imperator“ inquit „abbatiam dicit esse regalem, atque id a curia sua esse recognitum; quod in curia imperiali causa cognita sententia principum iudicatum esse cognoscitur, nolumus immutari, sed ratihaberi“. (Pro „III. id. Iulii“ leg. „III. id. Iunii“.) Pez Th. An. III. III. 633, Meichelbeck Chr. Ben. Bur. I. 90, Migne 179 p. 326, (Mon. Boic. VII. 98). — „Veniens ad nos“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1137.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 7. — 23. Febr. — 8.)* |
| Iun. 15. | Bari | 7842 (5595) Monachos Benedictoburanos de superiore ad Walterum episcopum Augustensem epistola certiores facit. Hortatur, ut abbati excommunicatione absoluto obediant. Pez Th. An. III. III. 631, Mon. Boic. VII. 97, Meichelbeck Chron. Ben. Bur. I. 89, Migne 179 p. 326. — „Sicut scriptura". |
| „ 19. | Trani (?) | 7843 Monasterium S. Mariae in Lausnitz (Neuen-Zell), a Kuniza illustri femina fundatum, tuendum suscipit et possessiones confirmat, imposito monachis unius byzantii tributo annuo. (Clausula depravata.) Reizenstein Reg. d. Gr. v. Orlamünde p. 253. |
| „ 21. | Bari | 7844 (5596) Monasterii Salvatoris et S. Bonifatii Fuldensis possessiones et privilegia rogatu Chunradi abbatis confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 738, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 173, Migne 179 p. 327. (Cf. Harttung Dipl.-hist. Forsch. p. 498.) — „Cum omnibus ecclesiis". |
| „ | ap. Oliventum | fluvium iuxta Melphim. Vide epist. Wibaldi n. 57 ap. Jaffé Bibl. I. 135; cf. etiam bullam spuriam 7846. |
| „ (29.) | Melfiae | Vide Falcon. Benev. 1137 p. 122; cf. Annal. Sax. 1137 p. 774, ubi Lotharius „natale apostolorum" (29. Iun.) celebrasse legitur. |
| „ 30. | in territorio Melphiensi | 7845 Ecclesiae et hospitalis S. Leonardi in Lamavolari, rogatu Viti prioris, tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, ea tamen lege, ut uncia auri quotannis Lateranensi palatio persolvatur. Pflugk-Harttung Acta II. 290 („ex autographo"; bullam non esse a suspicione remotam, contenditur in Arch. stor. per le prov. Napol. 1884 p. 768). — „Venerabilium locorum". |
| Iul. | | †7846 Ecclesiae et hospitalis S. Leonardi in Lamavolari tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat. („Dat. p. m. domni Lucae pr. card. tit. SS. Ioh. et Pauli, vicarii domni Aimerici cancellarii diaconi card., in territorio Melfiensi apud Oliventum" cet.) Pflugk-Harttung Acta II. 292. — „In speculatione ecclesiarum". |
| „ | super montana Melfiae | Vide Annal. Sax. 1137 l. l. |
| „ 6. | ad lacum Pensilem | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 108 p. 820. |
| „ 7. | „ | Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 108. p. 821: alio vero die". |
| „ 9. | „ | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 110. p. 824. |
| „ 10. | „ | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 110 et 111. p. 824 et 825. |
| „ 11. | „ | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 111 et 112. p. 825 et 826. |
| „ 12. | „ | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 112 et 113. p. 826 et 827. |
| „ 13. | „ | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 113. p. 830. |
| „ 16. | „ | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 115. p. 831 et 832. |
| „ 18. | „ | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 115. p. 832: „b. Simphorosae festivitate adveniente". |
| „ 18. | in territorio Potentiensi | 7847 (5597) F(ulchero), archiepiscopo (Tyrensi), Io(hanni) Acconensi, B(ernardo) Sidoniensi, B(alduino) Berythensi episcopis Tyrensis ecclesiae suffraganeis praecipit, ut Willelmo, patriarchae Hierosolymitano, debitam reverentiam exhibeant. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 5, Migne 179 p. 329. — „Tunc in ecclesia". |
| „ 20. | „ | 7848 (5598) Petro, abbati Cluniacensi, significat, „Deum ita fecisse prosperum iter suum, ut ab urbe Roma usque Barium vix aliqua civitas castrumve remanserit, quod b. Petro et sibi subiectum et obediens non existat". Mandat, precatione utatur, „ut benignitas conditoris diutinis laboribus sponsae suae atque christiani populi, sub iugo illius tyranni Siculi macerati, nunc optatum finem imponat". Bibl. Cluniac. p. 765, Bull. Cluniac. p. 50, Bouquet Rec. XV. 392, Migne 179 p. 329. — „Super sollicitudine". |
| Aug. 15. | Salerni | Vide Annal. Sax. 1137 in MG. SS. VI. 775, (Falc. Benev. 1137 p. 122, Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 117. p. 833). |
| „ | ap. S. Severinum | Vide Annal. Sax. 1137 in MG. SS. VI. 775, Romualdi Salern. Annal. ibid. XIX. 422. |
| „ | Avellini | Vide Falc. Benev. 1137 p. 122. |
| „ 30. | prope Beneventum | (iuxta fluvium Caloris ad ecclesiam S. Stephani) „secundo die stante mensis Augusti". Falco Benev. 1137 p. 122. |
| Sept. 3. | „ | Falco Benev. 1137 p. 123: „triduo post imperatricis adventum" i. e. triduo post 1. Sept. |
| „ 4. | „ | (in palatio) „altera autem die". Falco Benev. 1137 p. 123. |

**1137.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 7. — 23. Febr. — 8.)*

| | | |
|---|---|---|
| Sept. 5. | Beneventi | Gregorium archiepiscopum Beneventanum consecrat „die dominico, quinto die videlicet intrante mensis Septembris". Falco Benev. 1137 p. 123. |
| „ 6. | „ | Falco Benev. l. l.: „sexto die intrante mensis Sept.". |
| „ 7. | „ | Falco Benev. l. l. „altera die". |
| „ 9. | Benevento | cum Lothario imperatore recedit „nono die intrante mensis Sept.". Falco Benev. l. l. |
| „ 13. | ap. S. Germanum | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 118. p. 834. |
| „ 14. | „ | „Alia die, tunc exaltationis S. Crucis agebatur celebritas". Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 119. p. 835. |
| „ 15. | „ | „Illucescente diluculo". Petr. Chron. mon. Cas. l. l. |
| „ 16. | „ | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 120 et 121. p. 835 et 836. |
| „ 17. | „ | „Sexta feria quattuor temporum". Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 121. p. 836. |
| „ 18. | „ | Vide Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 122 et 113. p. 837. |
| „ 20. | „ | 7849 (5599) Monasterii S. Mariae Castellionensis (ad Sequanam) disciplinam et possessiones confirmat, bulla ad Aldonem abbatem. Gall. Chr. IV. Instr. p. 170, Cocqu. II. 241, Migne 179 p. 330. — „Quod per aspirantem". |
| „ 21. | „ | 7850 (5600) Guillelmum de Montepessulano hortatur, ut „tamquam specialis b. Petri filius efficaciter elaboret". Se „bene valere", nunciat. Garriel Ser. I. 171, Bouquet Rec. XV. 393, Migne 179 p. 331. — „Sicut mater non". |
| „ 22. | Aquini | „festo S. Mauricii". Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 124 et 125. p. 839 et 840. |
| Oct. 1. | in territorio Romano | 7851 (5601) Alberoni, archiepiscopo Treverensi, eiusque successoribus primatum Galliae Belgicae asserit, conceditque, „ut quandocunque a sua sede presbyter vel diaconus seu quilibet ordinarius legatus pro ecclesiasticae utilitatis causa sive peragenda synodo in Galliam Belgicam Germaniamve fuerit destinatus, post eundem legatum primatum inter alios obtineant antistites; si vero legatus ecclesiae Romanae defuerit, nihilominus post imperatorem aut regem sedendi et sententiam edicendi ac synodale iudicium promulgandi facultatem atque licentiam habeant". Sancit, „ut nulli regi, vel imperatori, seu advocato liceat, decedentium archiepiscoporum seu presbyterorum vel reliquorum clericorum Treverensis ecclesiae bona pervadere vel diripere, sed potius haec ipsa ad opus successoris sui iuxta dispositionem yconomi et clericorum libere conserventur". Alia privilegia addit. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 226, Beyer M. U. I. 548, Migne 179 p. 331. — „Singularum ecclesiarum". |
| „ 2. | „ | 7852 (5602) Universis abbatibus, clero, principibus et populo per Treverensem, Moguntinam, Coloniensem, Salzburgensem, Bremensem et Magdeburgensem provincias constitutis Alberonem, archiepiscopum Treverensem, legatum sedis apostolicae constitutum nunciat. Cui ut obediant, hortatur. Brower et Masen Ant. et Ann. Trev. II. 33, Hontheim Hist. Trev. I. 536, Beyer M. U. I. 549, Migne 179 p. 333. — „Iuxta sententiam doctoris". |
| „ 2. | „ | 7853 (5603) Monasterii S. Mariae Sualenbergensis, „consilio et assensu Lotharii Romanorum imperatoris nec non Adelberti Moguntini archiepiscopi regimini Paderbornensis ecclesiae oblati", protectionem suscipit, et eius possessiones confirmat, privilegiaque constituit. Schaten Ann. Pad. I. 747, Erhard Reg. Westf. II. Cod. dipl. p. 20, Migne 179 p. 334. — „Sacrosancta Romana". |
| „ 2. | „ | 7854 (5604) Archiepiscopatus Magdeburgensis et episcopatus Misnensis confinium, petente Conrado archiepiscopo, confirmat. Boysen Allg. hist. Mag. II. 41, Dreyhaupt Pagus Neletici I. 30. — „In sede iustitiae". |
| „ 3. | Tiburti | 7855 (5605) Parthenonis S. Iohannis Gerbstadensis protectionem suscipit, privilegiaque confirmat, petente Chunrado marchione (Misnensi). Kreysig Beiträge II. 349, (Beckmann Accessiones p. 612, Schöttgen u. Kreysig Dipl. Nachlese II. 426). — „Pie postulatio voluntatis". |
| („) | Farfae | cum Lothario imperatore. Vide Annal. Sax. 1137 in MG. SS. VI. 775: „Post hec data et accepta honorifice ab imperatore et principibus licentia, papa remeavit in sua". |
| Nov. 1. | Romae | 7856 (5606) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensi ecclesiam S. Pantaleonis committit, decimasque de fundo Loveti in comitatu Ferrariensi asserit. Bull. Lat. p. 17. — „In apostolicae sedis". |
| „ 1. | „ | 7857 (5607) A. archipresbytero et canonicis ecclesiae S. Martini Lucensis nunciat, se |

**1137.** *(Ind. 15. — 1. Sept. — 1, pont. a. 7. — 23. Febr. — 8.)*

fratribus ecclesiae S. Frigdiani ecclesiam S. Pantaleonis commisisse. Baluzii Misc. IV. 589, Migne 179 p. 335. — „Diutinae destitutioni".

Nov. 1. Romae 7858 (5608) B. capellano ecclesiae S. Iuliani praecipit, ut I. priori et fratribus ecclesiae S. Frigdiani Lucensis obediat. Baluzii Misc. IV. 590, Migne 179 p. 336. — „Per praesentia tibi".

„ 28. „ 7859 (5609) Monasterio S. Blasii in Nigra silva cellam Wyslikon addicit, Bertholdo abbate, Udalrico episcopo Constantiensi, et Conrado duce, advocato monasterio, petentibus. Herrgott Geneal. Habsb. II. 157, Wirtemberg. Urkundenb. II. 2, Migne 179 p. 336. — „Iustis et rationabilibus".

„ 29. „ 7860 (5610) Monasterio S. Blasii in nigra silva coenobium Ochsenhusense asserit. Wirtemb. Urkundenb. I. 386, Hess. Mon. Guelf. in praefat., Gerbert H. N. S. III. 70, Migne 179 p. 338. — „Desiderium, quod ad".

„ 30. „ 7861 (5611) Monasterii S. Mariae Neuburgensis, rogatu Hartmanni praepositi, protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, imposito monachis unius bizantii censu annuo. Pez Thes. anecd. VI. I. 322, Fischer Merkw. Schicks. v. Klosterneuburg II. 134, Migne 179 p. 339. — „Cum omnibus ecclesiis".

Dec. 18. „ 7862 (5612) Alberoni, episcopo Leodiensi, commendat Arnulphum, monasterii Gemblacensis abbatem, a sese consecratum. Gall. Chr. III. Instr. p. 127, Migne 179 p. 341. — „Officii nostri".

7863 *Herberto, abbati monasterii S. Petri-vivi Senonensis, privilegium dat, quo monasterii possessiones confirmat. Quantin Cart. gén. de l'Yonne II. 216.

**1130—1138.**

7864 (5613) R(einaldo) Remensi, H(enrico) Senonensi, et H(ugoni) Turonensi archiepiscopis eorumque suffraganeis praecipit, ne impediant oppressos, quominus pontificem Romanum appellent. Pez Thes. anecd. VI. I. 308, Migne 179 p. 342. — „Tunc pax et".

**1138.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 8. — 23. Febr. — 9.)*

7865 *(Clerum populumque Constantiensem) impedit, ne Herimannum eligant episcopum, quia de persona eius sinistra quaedam sibi fuerint nuntiata. Vide Innoc. II. ep. d. d. 12. Apr. 1139 in Neues Archiv IV. 199.

Ian. 12. Romae 7866 (5614) Episcopatum Numburgensem, petente Udone episcopo, confirmat. Mittheilungen aus d. Geb. hist.-ant. Forsch. I. 48, Lepsius Kleine Schriften I. 29. — „Licet ea, que".

„ 12. „ 7867 Canonicos ecclesiae S. Mauritii Numburgensis eorumque possessiones confirmat, petente Chunrado praeposito. Lepsius Histor. Nachr. vom Kl. S. Moritz p. 97, Kleine Schriften I. 109. — „Quemadmodum ea quae".

„ 13. „ 7868 (5615) Monasterii Portensis possessiones et privilegia confirmat, petente Adelberto abbate. Thuringia sacra p. 826, Cocqu. II. 233, Corssen Alterthümer von Pforte p. 61, Migne 179 p. 343. — „Piae postulatio voluntatis".

„ 13. „ 7869 (5616) Monasterii b. Mariae Walkenriedensis possessiones confirmat. Leuckfeld Ant. Walkenr. I. 338, Urkb. des hist. Vereins f. Niedersachsen Heft II. 7. — „Ad hoc in apostolicae".

„ 23. „ 7870 (5617) A. archidiacono et A. archipresbytero ecclesiae Lucensis mandat, ut fratres S. Frigdiani a Manfredi et Alberici presbyterorum et Lamberti et Capelli canonicorum iniuriis tueantur. Baluzii Misc. IV. 590, Migne 179 p. 344. — „Non dubium vobis".

„ 23. „ 7871 (5618) A. archidiacono et A. archipresbytero ecclesiae Lucensis mandat, ne „occasione iuramentorum illorum, quae potius in perniciem, quam salutem ecclesiae S. Pantaleonis facta esse dicantur, I. priori et canonicis S. Frigdiani inferri iniuriam vel molestiam patiantur". Baluzii Misc. IV. 590, Migne 179 p. 345. — „Sicut testatur".

„ 23. „ 7872 (5619) Ier(onymo) priori et fratribus ecclesiae S. Frigdiani Lucensis de superioribus ad A. archidiaconum et A. archipresbyterum epistolis significat. Baluzii Misc. IV. 591, Migne 179 p. 345. — „Super vexatione".

**1138.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont, a. 8. — 23. Febr. — 9.)*

| | | |
|---|---|---|
| (Ian.) | (Romae) | 7873 (5620) Manfredo et Alberigo presbyteris, et Lamberto, Capello, Henrigo canonicis ecclesiae S. Martini Lucensis interdicit, ne propter S. Pantaleonis ecclesiam canonicis S. Frigdiani adversentur. Baluzii Misc. IV. 590, Migne 179 p. 345. — „Perlatum est ad“. |
| Febr. 17. | „ | 7874 (5621) Monachis Trium-fontium monasterium Cheminonense asserit. (Bulla nec vitiis nec suspicione caret. Locus enim Cheminonensis non invenitur inter monasterii Trium-fontium possessiones enumeratas in bulla Eugenii III. d. 1. Aug. 1152 data.) Gall. Chr. X. Instr. p. 170, Cocqu. II. 237, Pflugk-Harttung Acta I. 153, Migne 179 p. 346, (Barthélemy Rec. d. ch. de Cheminon p. 50). — „Laudes et gratias“. |
| Mart. 6. | „ | 7875 (5622) F(ulchero), archiepiscopo Tyrensi, R(aimundo) Tortosano, G(erardo) Tripolitano, H. Gibelentino, B(alduino) Berytensi, B(ernardo) Sidoniensi, et Iohanni Acconiensi episcopis praecipit, ut W(illelmo), patriarchae Hierosolymitano, „tamquam primati debitam subiectionem et obedientiam, omni contradictione seposita, deferant“. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 5, Migne 179 p. 347. — „Nolumus vos ignorare“. |
| „ 12. | „ | 7876 (5623) Iohanni, abbati S. Georgii, curam ecclesiae S. Gangolfi de Ordechal committit. Neugart C. D. Al. II. 70, Migne 179 p. 347. — „Quia fili“. |
| „ 21. | Laterani | 7877 (5624) Monasterii S. Martini Laudunensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Gualtero abbate. Le Paige Bibl. Praem. p. 450, Migne 179 p. 349. — „Ad hoc universalis“. |
| „ 21. | „ | 7878 (5625) Hugoni et ceteris ordinis Praemonstratensis abbatibus concedit, ne cui liceat, professos eorum canonicos sive conversos absque libera licentia praelati suscipere atque ausu temerario retinere“. Le Paige Bibl. Praem. p. 421, Migne 179 p. 350. (In Libello privileg. mon. Wiltinensis numero: „XI.“ kal. Apr. suprascriptum est „XII.“ [22. Mart.], ut me docet Hart. Grisar S. I.) — „Quemadmodum ea, quae“. |
| „ 23. | „ | 7879 (5626) Ecclesiae S. Mariani Eugubinae canonicorum possessiones confirmat, petente Benedicto praeposito. Ughelli It. sacr. I. 636, Cocqu. II. 237, Migne 179 p. 351. — „Piae postulatio“. |
| „ 25. | „ | 7880 (5680) Monasterium S. Bartholomaei (dioec. Pennensis) tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Iohanne abbate. Anecdota Ughelliana p. 391, Pflugk-Harttung Acta II. 293, Migne 179 p. 413. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 26. | „ | 7881 (5627) Ecclesiae Parisiensis possessiones iuraque, petente Stephano episcopo, confirmat. Collection des Cartulaires IV. 23, Gallia Chr. VII. Instr. p. 57, Dubois Hist. eccl. Paris. II. 38, Migne 179 p. 352. — „Quanto nobilis et“. |
| „ 27. | „ | 7882 (5628) Monasterii Albae-ripae bona confirmat, Rainaldo abbate per Bernardum abbatem Claravallensem petente. Gall. Chr. IV. Instr. p. 169, Cocqu. II. 238, Migne 179 p. 353. — „In apostolicae sedis“. |
| „ 28. | „ | 7883 (5629) Universis Dei fidelibus Latinis, qui sunt in exercitu regis Constantinopolitani vel in terra eius habitant, praecipit, ut „si praefatus rex Antiochiam vel alia loca, quae fideles Christi possideant, occupare vel impugnare praesumpserit, se ab ipsius societate et servitio omnimodis subtrahant“. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 86, Migne 179 p. 354. — „Quemadmodum particeps“. |
| Apr. 3. | Romae | „Die paschali“ Albericum abbatem Verzeliensem consecrat episcopum Ostiensem. Florentii Wigorn. chron. ed. Thorpe II. 102. |
| „ 9. | Laterani | 7884 (5630) Sedem episcopalem ecclesiae Rossellanae, „multorum praedonum in circuitu habitantium stimulis et infestationibus agitatae“, Grossetum transfert. Ughelli It. sacr. X. 268, Cocqu. II. 238, Migne 179 p. 355. — „Sacrosancta Romana“. |
| „ 11. | „ | 7885 (5631) Ecclesiae S. Martini de Campis asserit ecclesiam de veteri Creccio, concessam a Burcardo et Manasse, episcopis Meldensibus. Marrier Mon. S. Martini de Campis p. 379, Migne 179 p. 357. — „Quae piis et religiosis“. |
| „ 11. | („) | 7886 Ecclesiae S. Mariae de castro Lucanensi possessiones et privilegia confirmat, bulla ad Thomam priorem. Mém. de la soc. archéol. de Touraine XIV. 164. |
| „ 12. | „ | 7887 (5632) Parthenonem b. Alexandri Parmensem tuendum suscipit et eius possessiones ac iura, rogatu Agnetis abbatissae, confirmat, imposito sororibus bizantii unius censu annuo. Affò St. di Parma II. 348, Migne 179 p. 357. — „Cum pro omnibus“. |
| „ 14. | „ | 7888 Parthenonis S. Mariae Burburgensis, petente Ogina abbatissa, iura quaedam et possessiones confirmat, in his altare de Rosticis, a Roberto, episcopo Atrebatensi, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1138.** (*Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 8. — 23. Febr. — 9.*) |
| | | donatum. Chartul. Broburg. ms. lat. 9921. sec. livre f. 13, et ms. lat. 9126. f. 195ᵇ in bibl. nat. Paris. — „Sicut iniusta desiderantibus". |
| Apr. 15. | Laterani | 7889 Heliae episcopi Aurelianensis, a sese consecrati, ac bonorum eius protectionem suscipit iuraque episcopalia confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze t. 78. f. 12. — „Licet universis fidelibus". |
| „ 22. | „ | 7890 (5635) Balduino, archiepiscopo Pisano, („pro recompensatione episcopatuum in insula Corsicae", quos decessor eius, pacis inter Pisanos et Ianuenses conciliandae causa sedi Romanae restituerit) subiicit Galtelinensem et Civitatensem episcopatus, in Sardiniae iudicatu Gallurensi sitos, atque episcopatum Populoniensem. Praeterea tribuit ei primatum provinciae Turritanae, legationem Sardiniae, usum equi albi crucisque, ac pallium, quo utatur in consecratione Aleriensis, Adiacensis, Sagonensis et eorum, qui supra memorati sunt, episcoporum. Vivianus Praxis Iurispatronatus p. 67, Pflugk-Harttung Acta II. 294: „X. kal. Mai."; Ughelli It. sacr. III. 389, et Migne 179 p. 361 praebent „kal. Mai." et subscriptionum quaedam apud eos desiderantur. — „Tunc apostolicae sedi". |
| „ 27. | „ | 7891 Bernardo, episcopo Colimbriensi, praecipit, ne fugitivos ecclesiae S. Crucis fratres suscipiat neve suscipi patiatur. Interdicit ne iura ecclesiae eiusdem, „quae utique censualis sit b. Petro", laedat; „quum enim", inquit „universa, quae habes, tibi ab apostolico sint collata, indignum tibi non debet videri, si specialia loca sanctae Romanae ecclesiae in tuis partibus augeantur et suo studio a quibuslibet turbatoribus defensentur. Pennotti Ord. cleric. can. hist. ed. Rom. p. 498, ed. Colon. p. 512, Portugalliae Mon. hist. SS. I. 67. — „Ex divinae legis". |
| „ 27. | „ | 7892 Alphonso, illustri Portugalliae duci, ecclesiam S. Crucis Colimbriensem, „quae utique censualis est b. Petri", commendat. Pennotti Ord. cleric. can. hist. ed. Rom. p. 498, ed. Colon. p. 512, Portugalliae Mon. hist. SS. I. 68. — „Bonorum principum est". |
| „ 30. | „ | 7893 (5633) Monasterii Wiltinensis bona et iura confirmat, petente Marquardo praeposito. Sinnacher Beitr. z. Gesch. v. Saeb. u. Brix. III. 221, Hugo O. P. A. II. Pr. p. 686, Migne 179 p. 359. — „Venerabilium locorum". |
| „ 30. | „ | 7894 (5634) Chunrado, archiepiscopo Salzburgensi, scribit, se eius precibus adductum, Reinberto, episcopo Brixinensi, Roma redeunti, impunitatem concessisse. Petitam muneris vacationem ei denegat. Hansizii Germ. Sacr. II. 948, Migne 179 p. 361. — „Litteras fraternitatis". |
| „ 30. | „ | 7895 Monasterii Montis S. Georgii bona et iura confirmat, petente Eberhardo abbate. Pockstaller Chron. d. Ben.-Abtei St.-Georgenberg, nun Fiecht in Tirol p. 232. — „Quemadmodum ea, que". |
| Mai. 5. | „ | 7896 (5636) Monasterii Vallis-altae bona confirmat, petente Oprando abbate. Lupi C. D. Berg. II. 1015, Migne 179 p. 363. — „Venerabilium locorum". |
| „ 14. | („) | 7897 *Monasterii Balernensis privilegia confirmat. Iongelinus Notitiae abbat. IX. 101. |
| „ 21. | „ | 7898 Monasterii S. Crucis de Saxovivo protectionem suscipit possessionesque confirmat, ac privilegia statuit, petente Michaele abbate. Iacobilli Cron. di S. Croce di Sassov. p. 301. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 23. | „ | 7899 (5637) Ecclesiarum SS. Iohannis et Pauli, S. Martini, S. Stephani maioris, et S. Stephani minoris, ad servitium ecclesiae b. Petri (Romanae) deputatarum, possessiones et privilegia confirmat. Bull. Vatic. I. 46, Migne 179 p. 364. — „Liquet omnibus". |
| „ 29. | | 7900 „In octavis pentecostes ipsa die filii Petri Leonis omnes simul humiliaverunt se ad pedes domini papae et facti sunt homines eius ligii, iuraverunt ei ligiam fidelitatem; Clerici quoque, qui in schismate erant, simul cum idolo (Victore IV. antipapa), quod erexerant, humiliantes se ad pedes domini papae, obedientiam ei iuxta morem promiserunt". S. Bernhardi Opp. I. 297 epist. 317. |
| Iun. 11. | „ | 7901 (5638) Episcopatus Fulginatensis fines, ecclesiaeque possessiones, petente Benedicto episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 693, Cocqu. II. 240, Migne 179 p. 367. — „Incomprehensibilis et". |
| „ 11. | „ | 7902 Ecclesiae Fulginatensis iura bonaque confirmat et fines constituit, petente Benedicto episcopo. Pflugk-Harttung Iter p. 805. — „Religiosorum virorum petitiones". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1138.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 8. — 23. Febr. — 9.)* |
| Iun. 21. | Laterani | 7903 Xenodochii Lateranensis possessiones confirmat, petente Silvio custode. Pflugk-Harttung Acta II. 295. — „Iustis votis assensum". |
| Iun.-Iul. | Albanum | „venit, disponens exercitu congregato ad ducem Rainulfum venire, sed infirmitate percussus venire non potuit". Falco Benev. 1138 p. 126. |
| Iul. 3. | Albani | 7904 (5639) Alviso, episcopo Atrebatensi, significat, se eius et abbatis S. Vedasti litem Hugoni, archiepiscopo Rotomagensi, et Gosleno Suessionensi, Miloni Tarvanensi, Gofrido Catalaunensi episcopis detulisse decernendam. Baluzii Misc. II. 164, Bouquet Rec. XV. 393, Migne 179 p. 369. — „Querelam adversus". |
| „ 17. | „ | 7905 (5640) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clero principibusque et populo per Treverensem, Moguntinam, Coloniensem, Magdeburgensem et Bremensem provinciam constitutis Alberonem, archiepiscopum Trevirensem, legatum sedis apostolicae constitutum nunciat; cui ut obediant praecipit. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 279, Beyer M. U. I. 553, Migne 179 p. 369. — „Potestas atque". |
| „ 17. | „ | 7906 (5641) Willelmo, patriarchae Hierosolymitano, mandat, ut Fulcherium, archiepiscopum Tyrensem, „qui ex mandato sanctae Romanae ecclesiae ei obediat, fraterni amoris intuitu diligat, sollicite providens, ne sub obtentu huiuscemodi subiectionis Tyrensis ecclesia suae iustitiae aut dignitatis patiatur aliquod detrimentum". Mansi XXI. 394, Migne 179 p. 370. — „Quanto munificentiae". |
| „ 26. | „ | 7907 (5642) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Petro priore. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 22, Migne 179 p. 370. — „Si mansuetudo et". |
| „ 28. | „ | 7908 (5643) F(ulchero), archiepiscopo Tyrensi, scribit, se „Tyrensem ecclesiam, quae olim Antiochenae subiecta extiterit, Hierosolymitanae subiacere statuisse". Praecipit „litteris et viva voce", ut W(illelmo) patriarchae (Hierosolymitano) „tamquam primati suo" obediat. „Prohibet, ne hac occasione in personam eius interdicti vel excommunicationis sententiam promulgare Antiochenus patriarcha praesumat". Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 4, Migne 179 p. 372. — „Totius ecclesiae Dei". |
| Oct. 5. | Laterani | 7909 Parthenonis Fontis-Ebraldi possessiones, petente Petronilla abbatissa, confirmat. Ex chart. Font. Ebr. II. 173, ms. lat. 5480 bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Quanto sedes apostolica". |
| „ 26. | | †7910 Henrico, abbati S. Benedicti super Padum, ecclesiam de Ficarolo confirmat. („Dat. Pisis p. m. Almerici S. R. E. diac. card. et cancellarii" cet. Et characteres huius bullae interiores et exteriores, quos describit Pflugk-Harttung, mihi persuaserunt, pergamenum in tab. regio Mediol. asservatum non esse autographum, sed ad instar autographi factum fideque omnino carere.) Pflugk-Harttung Acta II. 297. — „In apostolice sedis". |
| Nov. 3. | „ | 7911 Monasterii S. Zenonis Veronensis possessiones confirmat, petente Nobili abbate. (Bulla arte phototypica expressa est apud) Sickel Mon graph. V. 12, (Pflugk-Harttung Acta II. 297). — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 10. | „ | 7912 (5644) Monasterii Septem-fontium (dioec. Remensis) possessiones et privilegia, petente Iohanne abbate, confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 495, Migne 179 p. 372. — „Apostolicae sedis clementiae". |
| „ 14. | „ | 7913 (5645. 5647) Canonicorum regularium per Halberstadensem episcopatum constitutorum possessiones, disciplinam legesque confirmat. Leuckfeld Ant. Katelenb. p. 85, Schöttgen et Kreysig Diplomat. II. 696, Schmidt Urk. d. Hochstifts Halb. I. 159, Migne 179 p. 373. — „Pia postulatio". |
| „ 14. | „ | 7914 (5646) Parthenonis S. Mariae Lamspringensis protectionem suscipit, privilegiaque et possessiones confirmat. Koken Beitr. z. niedersächs. Gesch. I. 171. — „Apostolicae sedis". |
| „ 19. | „ | 7915 (5648) Monasterii S. Iohannis Halberstadensis disciplinam, et possessiones, petente Theoderico praeposito, confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 154. — „Ad hoc in apostolice". |
| Dec. 2. | „ | 7916 Paganello de Porcaria et D. (al. A.) uxori eius gratias agit, quod militibus Templi „possessionem quandam in loco, qui Ruca dicitur", concesserint. Abbatiae de Puzolis bona confirmat. Atti della reale academ. Lucchese X. 249, Pflugk-Harttung Acta II. 298, qui propter sigillum appensum huic anno bullam ascribit. — „Omnipotenti Deo et". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1138.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 8. — 23. Febr. — 9.)* |
| Dec. 4. | Rome | 7917 (5649) A(ttonis) episcopi sententiam confirmat, qua consules Pistorienses, ecclesiae bonorum direptores, excommunicati erant. Zacharia Anecd. m. aev. p. 211, Migne 179 p. 376. — „Super iniuria". |
| „ 4. | „ | 7918 (5650) Clerum Pisanum, Pistoriensem, Florentinum, Faesulanum, Lucanum, Volaterranum, Senensem monet, ut excommunicationis sententiam in consules Pistorienses pronunciatam et divulgent et observandam curent. Zacharia Anecd. m. aev. p. 211, Migne 179 p. 376. — „Perlatum est ad". |
| „ 5. | Laterani | 7919 A(lberoni), archiepiscopo Trevirensi, Gerardum abbatem S. Maximini, simoniae et peculatus accusatum, depositum esse nuntiat, quia responsionis causa ad sese venire contempserit. Nisi infra septem dies curam abbatiae dimiserit, eum excommunicari iubet. Beyer M. U. I. 554, cf. II. 691. — „Fraternitati tue notum". |
| „ 7. | „ | 7920 Monasterii S. Michaelis de Therassia possessiones confirmat, petente Leone abbate. Ex chart. S. Mich. de Therassia p. 237, in bibl. nat. Paris. ms. lat. 18375. Misit Delisle. — „Quotiens illud a nobis". |
| „ 8. | „ | 7921 (5651) Ecclesiae Gratiae-dei disciplinam et privilegia confirmat, petente Henrico praeposito. Leuckfeld Ant. Praem. II. 26, Ludewig Rel. XI. 545, Hugo O. P. A. I. Pr. p. 595, Migne 179 p. 377. — „Piis votis assensum". |
| „ 17. | „ | 7922 (5652) Ecclesiae S. Mariae de Portu Ravennatis possessiones et privilegia confirmat, petente Iohanne priore. Fantuzzi M. R. II. 117, Migne 179 p. 378. — „Iustis votis". |
| „ 17. | „ | 7923 Stephano Metensi et Henrico Tullensi episcopis mandat, ut parthenonem Romaricensem ab iniuriis Simonis ducis eiusque subadvocatorum defendant. Ducem excommunicat. (Tempus liquet ex die obitus Simonis, qui incidit in 14. Ian. 1139, vide Bernhardi Konrad II. 935.) Annales de la soc. des Vosges XII. Cahier II. 255: „XV. kal. Ian.", (Guinot L'abbaye de Remiremont p. 398: „XVI. kal. Ian." ut in autographo in bibl. nat. Paris. asservato). — „Quemadmodum vestra". |
| „ 21. | „ | 7924 (5653) Monasterii Floreffiensis possessiones et privilegia confirmat, petente Gerlando abbate. Miraei Opp. dipl. IV. 11, Hugo O. P. A. I. Pr. p. 52, Migne 179 p. 381. — „Iustis votis assensum". |
| „ 21. | „ | 7925 (5654) Monasterii Casae-dei Viconiensis bona et privilegia confirmat, petente Guarino abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 683, Miraei Opp. dipl. IV. 12, Migne 179 p. 382. — „Quoties illud a". |
| „ 21. | „ | 7926 (5655) Monasterii Praemonstratensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit, petente Hugone abbate. Le Paige Bibl. Praem. p. 426, Hugo O. P. A. I. Pr. p. 11, Migne 179 p. 384. — „Iustis votis assensum". |
| „ 21. | „ | 7927 (5656) Monasteriis Praemonstratensibus immunitatem decimarum tribuit. Le Paige Bibl. Praem. p. 624, Fejér C. D. H. II. 115, Migne 179 p. 386. — „Decimas a populo". |
| „ 21. | „ | 7928 (5657) Abbatibus et praepositis Praemonstratensibus dat copiam, „ut, si aliquis abbatum ordinis in crimine fuerit deprehensus, aut prorsus inutilis in officio apparuerit, communi vel maioris et sanioris partis consilio, eundem deponant, et loco eius alium subrogent". Le Paige Bibl. Praem. p. 624, Migne 179 p. 387. — „Qui divina disponente". |
| „ 21. | „ | 7929 (5658) Ecclesiae Bellae-vallis bona decimarumque immunitatem, confirmat, petente Philippo abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 205, Migne 179 p. 387. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 21. | („) | 7930 (5659) Monasterii S. Nicolai Clarifontensis disciplinam, privilegia, possessiones confirmat, interventu Bartholomaei Laudunensis et Nicolai Cameracensis episcoporum. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 402, Migne 179 p. 389. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 21. | „ | 7931 (5660) Monasterii S. Nicolai Septem-fontium (dioec. Lingonensis) possessiones et privilegia confirmat, petente Bescelino abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 487, Migne 179 p. 391. — „Quotiens illud a". |
| „ 21. | „ | ecclesiam S. Thomae in Parione consecrat. Vide inscr. ap. Galletti Inscr. Rom. I. 34. |
| | „ | 7932 (5661) Manassi, episcopo Meldensi, successoribusque „ius episcopale in omnibus abbatiis, monasteriis, et ecclesiis, infra episcopatum sitis", asserit. Du Plessis Hist. de Meaux II. 33, Migne 179 p. 393. — „Suscepti regiminis". |
| | | 7933 (5662) Walterum, episcopum Augustensem, reprehendit, quod Engelscalcum, abbatem Benedictoburanum, superiore anno a sese absolutum, infestare non destiterit. |

**1138.** *(Ind. 1. — 1. Sept. — 2, pont. a. 8. — 23. Febr. — 9.)*

Pez Th. An. III. III. 633, Mon. Boic. VII. 99, Meichelbeck Chron. Ben. Bur. I. 90, Migne 179 p. 393. — „Noverit tua".

7934 (Clero populoque Constantiensi) „sub censuris ecclesiasticis mandat, ut omnes et singuli, quorum interest, (Herimannum electum) pro vero, certo et legitimo episcopo teneant et habeant, sibique debitam reverentiam et obedientiam exhibeant". (Fragmentum. De tempore vide 7865 et 7982.) Neugart Ep. Const. I. II. 131; cf. Witte Forsch. z. G. des Wormser Con. p. 28, Neues Archiv IV. 199.

**1138—1139.**

Apr. 9. | Laterani | 7935 (5664) G(regorio) episcopo Bergomati denuo praecipit, ut sententiam, quam ipse de lite canonicorum S. Vincentii et S. Alexandri tulerit, observandam curet. Lupi C. D. Berg. II. 1017, Migne 179 p. 394. — „Fraternitatem tuam".

7936 (5665) Ecclesiae S. Alexandri Bergomatis canonicos de superiore epistola certiores facit. Lupi C. D. Berg. II. 1017, Migne 179 p. 395. — „Pro discordia".

**1139.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.)*

Ian. 5. | Laterani | 7937 Ecclesiam S. Roberti Salzburgensem protegendam suscipit, eiusque possessiones et iura confirmat, petente Gevena (al. Gebenone) praeposito. Pflugk-Harttung Acta II. 299. — „Venerabilium locorum cura".

„ 7. | „ | 7938 (5666) Monasterii b. Iohannis Mallersdorfensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Eppone abbate. Mon. Boic. XV. 269, Hund II. 461, Migne 179 p. 395. — „Ad hoc universalis".

„ 7. | „ | 7939 (5667) Monasterii S. Mariae Biburgensis defensionem suscipit, possessionesque et iura, petente Eberhardo abbate, confirmat, Hund II. 205, Migne 179 p. 397, (Pflugk-Harttung Acta II. 300). — „In sede iustitiae".

„ 17. | „ | 7940 (5668) Gerardo Tripolitano, R(aimundo) Tortosano, et H. Byblitano episcopis praecipit, ut Fulcherio, archiepiscopo Tyrensi, „tamquam metropolitano suo" obediant; eosque „a iuramento et fidelitate, qua patriarchae Antiocheno sint adstricti, absolvit". Mansi XXI. 395, Migne 179 p. 399. — „Scire debet vestra".

„ 17. | „ | 7941 (5669) Radulpho, patriarchae Antiocheno, praecipit, ne suffraganeos ecclesiae Tyrensis „impediat, quin Fulcherio archiepiscopo, metropolitano suo, debitam obedientiam et reverentiam deferant". Mansi XXI. 395, Migne 179 p. 399. — „Sanctorum canonum".

„ 17. | „ | 7942 (5670) Balduino Berytensi, Bernardo Sidoniensi, Iohanni Ptolemaidensi episcopis iam iterum praescribit, ut Fulcherio, archiepiscopo Tyrensi, metropolitae suo, pareant. Haec addit: „si vero pro eo, quod eidem fratri nostro obedieritis, a patriarcha Hierosolymitano aliquid contra vos fuerit constitutum, nos eandem sententiam viribus carere decernimus". Mansi XXI. 396, Migne 179 p. 400. — „Ad hoc sancti".

„ 17. | „ | 7943 (5671) Willelmum, patriarcham Hierosolymitanum, reprehendit, quod Fulcherium, archiepiscopum Tyrensem, „more praedecessorum suorum pro susceptione pallii ad Romanam ecclesiam venientem disturbare praesumpserit, et erga eum ab ipso redeuntem se inhumanum difficilemque et nimis asperum exhibuerit, adeo quod nec antiquam dignitatem Tyrensis ecclesiae ei restituere, nec de damnis ei illatis, aut etiam de Caiapha sive Porphyra iuxta mandatum suum ei iustitiam facere voluerit". Quae ut intra 40 dies faciat, praecipit. (Pro: „XVI. kal. Ian." legendum puto: „XVI. kal. Febr.") Mansi XXI. 394, Migne 179 p. 400. — „Magisterium totius".

„ 18. | „ | 7944 *Hugoni abbati et fratribus monasterii S. Vindiciani (Montis S. Eligii) duo altaria asserit. Cardevacque L'abbaye du Mont-St.-Eloi p. 197.

„ 23. | „ | 7945 (5672) Ecclesiae Bambergensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, rogante Ottone episcopo. Neue Mitth. a. d. G. hist. ant. Forsch. I. IV. 15, Migne 179 p. 401. — „In apostolicae sedis".

„ 23. | „ | 7946 (5673) Monasteriorum disciplinam, ab Ottone episcopo Bambergensi institutam, confirmat. Ussermann Ep. Bamb. Pr. p. 88, Migne 179 p. 402, (Herbordi Dial. in MG. SS. XII. 763, ibid. XX. 711, ap. Jaffé Bibl. V. 719, Mon. Priefl. Vita Ott. in MG. SS. XII. 888). — „Quotiens illud a".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1139.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.)* |
| Ian. 25. | Laterani | 7947 (5673a) Azoni S. R. E. presb. card. et praeposito S. Antonini Placentini scribit de lite canonicorum maioris ecclesiae et S. Antonini composita. Pflugk-Harttung Acta II. 300, (Campi H. di Piac. I. 411). — „Iurgantium controversias". |
| Febr. 13. | „ | 7948 Monasterii Calesiensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Bernardo abbate. (Fragmentum.) Pilot Cartul. de Chalais p. 29. — „Ad hoc universalis". |
| „ 28. | „ | 7949 (5674) Monasterii Gengenbacensis patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Gotfrido abbate. Wirtemberg. Urkundenb. II. 7, (Wuerdtwein Nov. subs. dipl. VII. 107, Dümgé Reg. Bad. p. 130, Migne 179 p. 404). — „Pie postulatio voluntatis". |
| Mart. 1. | „ | 7950 (5675) Ecclesiae Ringstadensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Ormo priore. Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 8, Migne 179 p. 405. — „Quotiens illud a". |
| „ 1. | „ | 7951 Ecclesiae SS. Bartholomaei et Leonhardi Basileensis disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Heinrico praeposito. Trouillat Mon. de Bâle II. 14. — Venerabilium locorum". |
| „ 6. | „ | 7952 (5676) Compositionem a Guidone, diacono cardinali, apostolicae sedis legato, in concilio Burgensi factam inter Bernardum Seguntinum et Michaelem Tirasonensem et Bertrandum Oxomensem episcopos probat. Ecclesiae Seguntinae possessiones confirmat. Loperraez Corvalan Descr. hist. del ob. de Osma III. 18, De la Fuente España sagr. XLIX. 343, Migne 179 p. 407. — „Suscepti regiminis cura". |
| „ 18. | „ | 7953 (5677) Monasterii Lucellensis possessiones, petente Ortliebo, episcopo Basiliensi, confirmat. Trouillat Mon. de Bâle I. 272. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 18. | „ | 7954 Hospitalis domus Pontis Bargiae (ubi Tedewinum, episcopum Silvae Candidae, narrat, „in partibus teutonicis legatione sedis apostolicae fungentem, altare sacrasse"), protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petentibus Bertholdo atque Willelmo provisoribus. Zeerleder Urk. für Bern I. 78, Fontes rer. Bern. I. 409. — „Sicut venerabili fratre". |
| „ 20. | „ | 7955 Sororum Admontensium studium laudat eisque de munere misso gratias agit. Wichner Admont p. 249, Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 178: „kal. Apr.". (Sed ex eodem cod. Admont. 567 ap. Pertz Archiv X. 641 epistola data legitur d. „13. kal. Apr." i. e. d. 20. Mart.) — „Super his, que". |
| „ 23. | „ | 7956 (5678) Monasterium Lacense tuendum suscipit, eiusque privilegia ac possessiones confirmat, petente Gisleberto abbate. Günther Cod. dipl. Rh. Mos. I. 241, Beyer M. U. I. 560, Heinemann C. d. Anhalt. I. 195, Migne 179 p. 409. — „Ad hoc in". |
| „ 23. | „ | 7957 Ecclesiae S. Martini Yprensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Elmaro abbate. Statutum de oblationibus capellae in Obstal, fratribus templi Hierosolymitani annuatim per octo dies concedendis (supra 7812), repetit et approbat. Les trois cart. de St.-Mart. à Ypres I. 10. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 24. | „ | 7958 Gervasio, abbati S. Germani Altissiodorensis et eius successoribus asserit ecclesiam S. Florentini, ab Henrico, archiepiscopo Senonensi, concessam. Quantin Cart. gén. I. 328. — „Quemadmodum nostri officii". |
| „ 24. | „ | 7959 (5679) Monasterii Pontiniacensis bona confirmat, petente Wicardo abbate. Gall. Chr. XII. Instr. p. 111, Quantin Cart. gén. I. 326, Migne 179 p. 412. — „Omnipotenti domino". |
| „ 29. | „ | 7960 (5681) Monasterium Formbacense tuendum suscipit, et eius bona ac iura, rogatu Dietrici abbatis, confirmat, imposito monachis unius bisancii censu annuo. Mon. Boic. IV. 130, Urkundenb. d. Land. ob der Enns II. 181, Migne 179 p. 415. — „Pia (Piae) postulatio voluntatis". |
| „ 31. | „ | 7961 Ecclesiae S. Servatii Traiectensis (d. Leod.) possessiones et privilegia confirmat, petente Arnoldo praeposito. Public. de la soc. de Limbourg V. 26, (Compte rendu de la com. roy. d'hist. III. série. IX. 20). — „Sicut iniusta poscentibus". |
| Apr. 1. | „ | 7962 Alviso, episcopo Atrebatensi, eiusque successoribus omnes abbatias in eorum episcopatu sitas subiicit terminosque inter Atrebatensem et Cameracensem ecclesias confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. Atrebat. ms. lat. 17737. s. XIII. f. 47. — „In apostolicae sedis". |
| „ 2. | („) | 7963 Monasterii S. Iohannis Trubensis disciplinam, possessiones, privilegia, petente |

**1139.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.)*

Ortlibo episcopo Basileensi, confirmat. (Legitur tantum translata in linguam germanicam.) Zeerleder Urk. f. Bern I. 76, Fontes rer. Bern. I. 410. — („Ad hoc universalis".)

Apr. 3. — Laterani in ecclesia S. Salvatoris. — Concilium. Annales Gotwicenses 1139 in MG. SS. IX. 602: „feria II., III. non. Aprilis". (Sane hoc die concilii initium fuisse, probatur etiam epistola Lascurensis episc. ap. Florez Esp. sagr. XX. 579, qua Hispaniae praelatos ad concilium „in quadragesimae dominica, qua Laetare Ierusalem" cantatur, i. e. d. 2. Apr. invitat; solebant enim concilia inchoare die lunae, divinis officiis in dominica praecedente celebratis.) Dies 4. Apr. notatur in Chron. Claustroneoburgense 1139 in MG. SS. IX. 613: „Innocentius synodum Romae collegit feria tercia, II. nonas Aprilis", et in tabula ap. Mittarelli Ann. Cam. IV. app. p. 614, ap. Mansi XXI. 541. Falco Beneventanus 1139 p. 127: „octavo die intrante mensis Aprilis". Cf. Bernhardi Konrad I. 154.

Sanciunt, 1) „si quis simoniace ordinatus fuerit, ab officio omnino cadat"; 2) „si quis praebendam, vel prioratum, seu decanatum, aut honorem vel promotionem aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum ecclesiasticum, utpote chrisma, vel oleum sanctum, consecrationes altarium vel ecclesiarum per pecuniam acquisivit, honore male acquisito careat"; 3) „a suis episcopis excommunicatos ab aliis suscipi prohibent"; 4) ne „tam episcopi quam clerici in superfluitate, scissura aut colore vestium, neu in tonsura, intuentium offendant aspectum"; 5) „ut decedentium bona episcoporum a nullo omnino hominum diripiantur"; 6) „ut ii, qui in ordine subdiaconatus et supra uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio atque ecclesiatico officio careant"; 7) „ut nullus missas eorum audiat, quos uxores vel concubinas habere cognoverit", utque „episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici et monachi atque conversi professi, qui uxores sibi copulare praesumpserint, separentur"; 8) „idipsum de sanctimonialibus, si nubere attentaverint, observari decernunt"; 9) ne „monachi et regulares canonici, post susceptum habitum et professionem factam, leges temporales et medicinam gratia lucri temporalis addiscant"; 10) „decimas ecclesiarum a laicis possideri prohibent", ac „praecipiunt, ut nullus in archidiaconum vel decanum nisi diaconus vel presbyter ordinetur"; 11) „praecipiunt, ut presbyteri, clerici, monachi, peregrini et mercatores et rustici euntes et redeuntes omni tempore securi sint"; 12) de tregua observanda; 13) ut feneratores infames habeantur; 14) „nundinas vel ferias, in quibus milites ex condicto convenire solent et ad ostentationem virium suarum temerarie congrediuntur, unde mortes hominum et animarum pericula saepe proveniunt, omnino fieri interdicunt"; 15) „ut si quis in clericum vel monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat"; 16) „ne quis ecclesias, praebendas, praepositurus, capellanias, aut aliqua ecclesiastica officia hereditario iure valeat vendicare aut expostulare praesumat"; 17) „coniunctiones consanguineorum omnino fieri prohibent"; 18) „si quis ignem apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium vel auxilium scienter tribuerit, excommunicetur"; 19) „si quis archiepiscopus vel episcopus hoc (incendiariorum poenam) relaxaverit, damnum restituat et per annum ab officio episcopali abstineat"; 20) „regibus et principibus facultatem faciendae iustitiae consultis archiepiscopis et episcopis non negant"; 21) presbyterorum filios a sacri altaris ministeriis removendos decernunt"; 22) ne falsae poenitentiae imponantur; 23) qui dominici corporis et sanguinis sacramentum, baptisma puerorum, sacerdotium et ceteros ecclesiasticos ordines et legitimarum damnant foedera nuptiarum, tamquam haereticos damnant"; 24) „ut pro chrismatis, olei sacri et sepulturae acceptione, nullum venditionis pretium exigatur"; 25) „si quis praepositurus, praebendas vel alia ecclesiastica beneficia de manu laici acceperit, suscepto careat beneficio"; 26) ne moniales „propria sibi aedificent receptacula et privata domicilia"; 27) „ne sanctimoniales simul cum canonicis vel monachis in ecclesia in uno choro conveniant ad psallendum"; 28) „ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant religiosos viros, sed eorum consilio honesta et idonea persona in episcopum eligatur"; 29) „artem ballistariorum et sagittariorum adversus Christianos et catholicos exerceri sub anathemate prohibent"; 30) „ordinationes factas a Petro Leonis et aliis schismaticis et haereticis evacuant et irritas esse censent". Mansi XXI. 526. Cf. etiam Hist. Mauriniac. ap. Duchesne Hist. Fr. SS. IV. 383, in MG. SS. XXVI. 44, et ep. 8007.

**1139.** (*Ind. 2. — 1. Sept.— 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.*)

In eodem concilio fideles hortatur, ut fratribus militiae templi Hierosolymitani de facultatibus suis subveniant. Vide Clementis III. bullam ap. Löher Arch. Zeitschr. VIII. 104.

Legem de electione Romani pontificis, quam hoc concilio datam esse tradidit (Aug. Massarelli et) Onuphrius Panvinius, supposititiam esse, probat Grauert in Hist. Jahrb. I. 595. Aliter de ea censet Bernhardi Konrad I. 156. n. 14.

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 5. | Laterani | 7964 Monasterii S. Petri Insulae Germanicae (vel Cellensis) tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Galterio abbate. (Pro „pont. a. V" lege „X".) Lalore Coll. des cart. de Troyes VI. 204. — „Quotiens illud a". |
| „ 8. | „ | 7965 (5682) Monasterii SS. Philippi et Iacobi et S. Walburgae in sacra silva protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Dietmaro abbate. Wuerdtwein Nova subs. dipl. VII. 111, Migne 179 p. 416. — „Cum ex iniuncto". |
| „ 9. | „ | 7966 (5683) Monasterium Brigantinum rogatu Gebardi abbatis, tuendum suscipit et eius iura ac bona confirmat, imposito monachis Byzantii unius censu annuo. Gall. Chr. V. Instr. p. 515; Migne 179 p. 418. — „In apostolicae". |
| „ 9. | „ | 7967 (5684) Monasterii S. Mariae Vangadicensis possessiones et privilegia confirmat, petente Litaldo abbate. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 379, Migne 179 p. 419. — „Apostolicae sedis". |
| „ 9. | „ | 7968 Monasterii Gottwicensis protectionem suscipit, petente Chadalhoch abbate. Fontes Rer. Austr. II. VIII. 267. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 10. | „ | 7969 (5685) Monasterii Baumburgensis bona confirmat et iura auget, petente Gotschalco praeposito. Mon. Boic. II. 184, Migne 179 p. 422. — „Pie postulationis ordo". |
| „ 10. | „ | 7970 (5686) Monasterii Reinhardsbornensis tutelam suscipit bonaque et privilegia, petente Ernesto abbate, confirmat ea lege, ut duorum solidorum census annuus Lateranensi palatio persolvatur. Stumpf Acta Magunt. p. 21. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 11. | „ | 7971 (5687) Monasterii S. Lamperti Seonensis possessiones iuraque confirmat, petente Gunthero abbate. Mon. Boic. II. 127, Cocqu. II. 242, Migne 179 p. 423. — „Apostolicae sedis clementiae". |
| „ 11. | „ | 7972 (5688) Monasterii Pruefeningensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Erbone abbate. Hund III. 130, Cocq. II. 241, Migne 179 p. 425. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 11. | „ | 7973 (5689) Monasterii Murbacensis possessiones confirmat, rogante Bertulfo abbate. Schoepflin Als. Dipl. I. 219, Migne 179 p. 426. — „Sacrosancte ecclesie". |
| „ 11. | „ | 7974 (5690) Monasterii S. Mariae Biburgensis possessiones privilegiaque iterum confirmat, petente Eberhardo abbate. Schultes Hist. Schriften p. 354. — „In sede iustitiae". |
| „ 11. | „ | 7975 (5691) Monasterii Castelensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Ottone abbate. (Pro 1109 leg. 1139.) Mon. Boic. XXIV. 214, Migne 179 p. 427. — „Piae postulationis ordo". |
| „ 11. | „ | 7976 Monasterii S. Arnulphi Metensis possessiones et privilegia confirmat, petente Bertranno abbate. (Bulla suspecta.) Pflugk-Harttung Acta II. 302. — „Pie postulatio" („Cum pia postulatio"). |
| „ 11. | „ | 7977 (5692) Ecclesiae Curiensis possessiones, petente Conrado episcopo, confirmat. Mohr Cod. dipl. I. 165. — „Officii nostri nos". |
| „ 11. | „ | 7978 (5693) Monasterii S. Salvatoris Carracetensis possessiones et privilegia confirmat, petente Florentio abbate. Yepes Coronica general V. 456[b], Migne 179 p. 429. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 11. | „ | 7979 (5694) Monasterii Iesu Nazareni (Montis-Aragonensis) protectionem suscipit ac possessiones confirmat. (Fragmentum.) Aynsa Fundacion de Huesca p. 455, (Migne 179 p. 431). |
| „ 12. | „ | 7980 (5695) Monasterii S. Galli patrocinium suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Warnero abbate. Zapf Mon. Anecd. I. 88, Wartmann Urk. d. Abtei S.-Gallen III. 40, Migne 179 p. 431. — „Licet omnibus fidelibus". |
| „ 12. | „ | 7981 (5696) Monasterii Urspergensis iura quaedam confirmat. Lang Regesta I. 153. |
| „ 12. | „ | 7982 Clero populoque ecclesiae Constantiensis Herimannum (vide supra 7934) „primo quidem in presbyterum ac postmodum in episcopum" a sese consecratum commendat. Hortatur, ut in recuperandis bonis ab Udalrico antecessore alienatis eum adiuvent. Qui Brunico, Herimanni competitori, iuramento sese astrinxerint, eos absolvit. Neues |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1139.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.)* |
| | | Archiv IV. 199. De tempore vide Bernhardi Konrad II. T. I. 127 not. — „Quot calamitatibus“. |
| Apr. 13. | Laterani | 7983 (5697) Monasterii Admontensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Gotefrido abbate. Pez Th. An. III. III. 661, Cocqu. II. 242, Wichner Admont p. 242, Zahn Urk. v. Steiermark I. 179, Migne 179 p. 433. — „Cum omnibus“. |
| „ 13. | „ | 7984 (5698) Monasterii b. Martini Murensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Rozelino abbate. Herrgott Geneal. Habsb. II. 161, Quellen zur Schweiz. Gesch. III. II. 111, Migne 179 p. 434. — „Pie postulatio“. |
| „ 14. | „ | 7985 (5699) Ecclesiae Basileensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Orthliebo episcopo. Herrgott Geneal. Habsb. II. 162, Trouillat Mon. de Bâle I. 274, Migne 179 p. 435. — „Ad hoc in sede“. |
| „ 14. | „ | 7986 Ecclesiae S. Ursicini possessiones confirmat. Trouillat Mon. de Bâle I. 276. — „Ad hoc in sede“. |
| „ 14. | „ | 7987 (5700) Monasterii S. Georgii in nigra silva protectionem suscipit et possessiones iuraque confirmat, petente Iohanne abbate. Gerbert H. N. S. III. 72, Wirtemb. Urk. II. 10, Migne 179 p. 437. — „Apostolicae sedis“. |
| „ 14. | „ | 7988 (5701) Ecclesiae S. Stephani Divionensis possessiones ac privilegia, petente Heberto abbate, confirmat. Pérard Recueil p. 109, Fyot Hist. de l'égl. de St.-Etienne de Dijon Pr. p. 95, Migne 179 p. 439. — „Venerabilium locorum“. |
| „ 14. | „ | 7989 (5702) Ecclesiae S. Nicolai et S. Medardi Tornacensis possessiones confirmat, petente Ogero abbate. Cousin Hist. de Tournay II. 216, Anal. p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique VII. 473, Migne 179 p. 441. — „Quoniam in sede“. |
| „ 14. | „ | 7990 Monasterium S. Iohannis de Vineis Suessionense tuendum suscipit, possessionesque confirmat, petente Guidone abbate. Autogr. in bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 296. n. 7. — „Cum omnibus ecclesiis“. |
| „ 14. | „ | 7991 Monasterii S. Mariae Vallis-speciosae (d. Vesont.) possessiones confirmat et privilegia auget, petente Pontio abbate. Cartul. de Bellevaux, Coll. Moreau 870. f. 132. in bibl. nat. Paris. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 15. | „ | 7992 (5703) Domum hospitalem Tornacensem tuendam suscipit, et eius possessiones ac privilegia confirmat, petente Gerardo administratore. Miraei Opp. dipl. II. 966, Migne 179 p. 442. — „Apostolicae sedis clementiae“. |
| „ 15. | „ | 7993 (5704) Monasterii Springirsbacensis possessiones ac privilegia confirmat, petente Richardo abbate. Beyer M. U. I. 562, (Ledebur Allg. Archiv XIV. 204). — „Apostolicae sedis clementiae“. |
| „ 15. | „ | 7994 Ecclesiae Lausannensis possessiones confirmat, in his eas, quas tempore Burchardi episcopi Heinricus IV. imperator ei donaverat. Guidoni episcopo mandat, ut bona ecclesiae alienata recuperet; maioriam Lausannensem in feudum dari vetat. Gremaud Not. hist. sur S. Amédée p. 56 teste Schweizer. Urkundenreg. I. 554: „XVII. kal. Maii“; (Mém. et doc. de la Suisse Romande XIX. 122: „XVII. kal. Mart.“) |
| „ 16. | „ | 7995 (5705) M(anfredum) Mantuanum et L(otharium) Vicentinum episcopos iudices constituit inter Ildebrandum abbatem Nonantulanum et T(eobaldum) episcopum Veronensem de Plebe Nogariensi litigantes. Tiraboschi St. di Non. II. 249, Migne 179 p. 443. — „Inter dilectum“. |
| „ 16. | „ | 7996 (5706) T(eobaldo,) episcopo Veronensi, praecipit, ut d. 1. Iunii Nogariam se conferat ad M(anfredum) Mantuanum et L(otharium) Vicentinum episcopos, iudices inter eum et abbatem Nonantulanum constitutos. Tiraboschi Stor. di Non. II. 249, Migne 179 p. 443. — „Pro controversia“. |
| „ 16. | „ | 7997 (5707) Monasterii Campensis bona et iura confirmat, petente Theoderico abbate. Lacomblet Urk. I. 222, Migne 179 p. 444. — „Ex commisso nobis“. |
| „ 16. | „ | 7998 Petro abbati et fratribus Massiliensibus asserit ecclesiam SS. Genesii et Honorati Arelatensem, ab episcopis eiusdem urbis concessam, firmatam et „per septuaginta continuos annos quiete possessam“. Coll. des Cartul. IX. 230. — „Apostolicae sedis clementia“. |
| „ 16. | „ | 7999 Monasterii Eveshamiensis protectionem suscipit et possessiones privilegiaque confirmat, petente Reginaldo abbate. Chronicon abb. de Evesham p. 173. — „Sicut iniusta poscentibus“. |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1139.** (*Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.*) |
| Apr. 16. | Laterani | 8000 (5708) Monasterii S. Mariae Averbodiensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit, petente Andrea abbate. Miraei Opp. dipl. I. 100, Hugo O. P. A. I. Pr. p. 125, Cocqu. II. 243, Migne 179 p. 445. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 16. | „ | 8001 (5727) Iuncellensis et Psalmodiensis abbatum concordiam, praesentibus Guillelmo Nemausensi et Everardo Uceticensi episcopis in palatio Lateranensi restitutam, confirmat. (Pro „kal. Maii“ legendum esse „XVI. kal. Maii“ liquet ex copia in bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 279. f. 264.) Gall. Chr. VI. Instr. p. 136, (Migne 179 p. 471). — „Iurgantium controversias“. |
| „ 17. | „ | 8002 (5709) Monasterium Nonantulanum liberat a potestate Ribaldi episcopi Mutinensis, qui pactum quoddam non servaverit. Tiraboschi St. di Non. II. 247, Migne 179 p. 446. — „Quisquis supernam“. |
| „ 17. | „ | 8003 (5710) Monasterii S. Huberti Andaginensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Gilliberto abbate. Robaulx Chron. de St. Hubert p. 335, Migne 179 p. 448. — „Apostolicae sedis clementiae“. |
| „ 17. | „ | 8004 (5749) Monasterii SS. Petri et Pauli Dorovernensis possessiones et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Hist. monast. S. August. Cantuar. p. 369. — „Licet omnes ecclesias“. |
| „ 18. | „ | 8005 (5711) Ecclesiae Licidfeldiensis protectionem suscipit bonaque confirmat. Monast. Anglic. III. 234, nov. ed. VIII. 1252, Migne 179 p. 449. — „Apostolicae sedis clementiae“. |
| „ 18. | „ | 8006 Monasterii S. Pauli Cormeriacensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Willelmo abbate. Mém. de la soc. arch. de Touraine XII. Cart. de Cormery p. 119. — „Piae postulatio voluntatis“. |
| „ 19. | „ | 8007 (5712) Chuonrado abbati et monachis Fuldensibus nunciat, Sturmium in concilio sanctis ascriptum esse. Brower Fuld. Ant. p. 197, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 175, Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. III. P. II. 284, Cocqu. II. 244, Mansi XXI. 538, Migne 179 p. 450. — „Dignum valde“. |
| „ 20. | „ | 8008 (5713) Chunradi, archiepiscopi Magdeburgensis, et Wigeri, episcopi Brandenburgensis, de decimis fundi ecclesiae b. Mauritii litem discernit. Boysen Allg. hist. Mag. II. 45, Riedel Cod. dipl. Br. I. VIII. 101, Gercken Stiftshist. v. Brand. p. 344, Migne 179 p. 451. — „Indignum est“. |
| „ 20. | „ | 8009 (5714) Inter Lanzonem, abbatem S. Michaelis, et Haduidem, abbatissam Iuveniacensem, latam de ecclesia Tyriaci sententiam confirmat. Baluzii Misc. III. 69, De l'Isle Hist. de St. Mihiel p. 459, Cocqu. II. 244, Pflugk-Harttung Acta I. 155, Migne 179 p. 452. — „Quae ad pacem“. |
| „ 20. | „ | 8010 (5715) Monasterii Poeldensis possessiones et privilegia confirmat, petente Conrado praeposito. — „Quotiens illud a“. |
| „ 20. | „ | 8011 Ecclesiae S. Pauli Vesontionensis possessiones confirmat, petente Guichardo priore. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 868. f. 70 et t. 973. f. 69[b], (Neues Arch. VII. 89). — „Ex commisso nobis“. |
| „ 22. | „ | 8012 Monasterii S. Mariae Augensis (d. Rotomagensis) possessiones, disciplinam ac ius eligendi abbatis confirmat, petente Goselino abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 56. — „Sicut iniusta poscentibus“. |
| „ 22. | „ | 8013 (5716) Gryphonem, episcopum Ferrariensem, „ex cardinalibus“ ecclesiae Romanae electum, consecrat, ecclesiaeque bona confirmat. Difesa seconda del dominio temp. della sede apost. sopra la città di Comacchio p. 333, Cocqu. II. 244, Migne 179 p. 454. — „Ad hoc in apostolicae“. |
| „ 25. | „ | 8014 (5717) Monasterii Selboldensis patrocinium suscipit bonaque et iura confirmat, petente Lutoldo abbate. Wenck Hess. Landesg. II. Urk. p. 86, Migne 179 p. 457. — „Officii nostri nos“. |
| „ 25. | „ | 8015 Provinciae Burdigalensis ecclesiis et abbatiis concessam a Francorum regibus libertatem in episcopis et abbatibus eligendis, aliaque privilegia confirmat. (Bulla male descripta.) Arch. hist. du dép. de la Gironde XII. 320. — „Privilegia quae intuitu“. |
| „ 26. | „ | 8016 (5718) Monasterii S. Bertini Sithiensis, a Cluniacensium potestate liberati, possessiones et privilegia, rogatu Leonis abbatis, confirmat, imposito monachis unciae |

**1139.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.)*

auri censu annuo. (Subscriptiones praebet copia ex autographo facta in bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 58. f. 66.) Collection des Cartulaires III. 310, Migne 179 p. 459. — „Que ad perpetuam“.

Apr. 26. Laterani — 8017 (5719) Milonem episcopum, Philippum et Milonem archidiaconos et totum capitulum Morinorum, necnon et Theodericum, Flandrensium comitem, Sibillam comitissam et barones per Flandriam constitutos hortatur, ut monasterii S. Bertini Sithiensis libertatem defendant. Collection des Cartulaires III. 313, Migne 179 p. 462. — „Dilectioni vestrae“.

(„) „ — 8018 (5720) *Willelmo castellano et tam maioribus quam minoribus villae S. Audomari de tuenda monasterii S. Bertini Sithiensis libertate scribit. Vide Iohannis Longi chron. in MG. SS. XXV. 801.

„ 27. „ — 8019 (5721) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Guillelmo patriarcha. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 74, Migne 179 p. 462. — „Ex iniuncto nobis“.

„ 27. „ — 8020 Monasterii S. Clementis Metensis protectionem suscipit et possessiones confirmat, petente Simone abbate. Hist. de Metz III. Pr. p. 113. — „Piae postulatio voluntatis“.

„ 28. „ — 8021 Parthenonis S. Sulpicii et S. Glossindae Metensis tutelam suscipit bonaque confirmat. Hist. de Metz III. Pr. p. 115, (Neues Archiv VII. 89). — („Sicut iniusta poscentibus“?)

„ 28. „ — 8022 (5722) Monasterii Cluniacensis possessiones quasdam confirmat, petente Petro abbate. Bibl. Cluniac. p. 1404, Bullar. Cluniac. p. 50, Mansi XXI. 412, Cocqu. II. 239, Migne 179 p. 464. — „Quos omnipotens“.

„ 28. „ — 8023 (5723) Monasterii S. Stephani Senoniensis possessiones confirmat, petentibus Gualtero abbate et Stephano episcopo Metensi. Chartes de l'abbaye de Senonne, ms. lat. 9202. f. 57 et 9203. f. 481[b] in bibl. nat. Paris., (Gall. Chr. XIII. Instr. p. 498, Migne 179 p. 465). — „Piae postulatio voluntatis“.

„ 28. „ — 8024 (5724) Ecclesiae Lincolniensis possessiones et privilegia, petente Alexandro episcopo, confirmat. Monast. Anglic. III. 269, nov. ed. VIII. 1277, Migne 179 p. 466. — „Cum omnibus ecclesiis“.

„ 29. „ — 8025 Henrico, episcopo Wintoniensi, apostolicae sedis legato, praecipit, ut excommunicationis sententiam a Nigello episcopo Eliensi contra ecclesiae invasores prolatam, confirmet. In Mus. Brittan. ms. Tit. A. 1. f. 33. Dedit Felix Liebermann. — „Scriptura sacra“.

„ 29. „ — 8026 Stephano, Anglorum regi, mandat, ut libertates ecclesiae Eliensi ab Angliae regibus indultas et a Victore papa roboratas, observari faciat. In Mus. Britt. Ms. Tit. A. 1. f. 33. Dedit F. Liebermann. — „Scriptura sacra“.

(„) („) — 8027 Nigello, episcopo Eliensi, eiusque praedecessoribus concessa ab Angliae regibus privilegia confirmat. In Mus. Brittan. Ms. Tit. A. 1. f. 34. Dedit F. Liebermann. — „In eminenti“.

„ 29. „ — 8028 Nigello, episcopo Eliensi, significat, sese eum, multis negotiis occupatum, et Robertum, abbatem Thorneyensem, pro quo supplicaverit, „a concilii praesentatione“ dispensare. In Mus. Brittan. Ms. Tit. A. 1. f. 33. Dedit Felix Liebermann. — „Nuntios a tua“.

„ 29. „ — 8029 (5724a) Monasterii Fabariensis protectionem suscipit, bulla ad Wicrammum abbatem. Schweizer. Urkundenreg. I. 555, (Wegelin Regesten von Pfävers p. 7).

„ 30. „ — 8030 (5725) Clero et populo Remensi praecipit, „quatinus in Remensem civitatem novas leges sive consuetudines nullatenus inducant, sed potius ipsam in eo statu et libertate penitus dimittant, in qua tempore bon. mem. R(ainaldi) archiepiscopi noscatur extitisse“. Varin Archives admin. de Reims I. i. 300, (Migne 179 p. 468). — „Iustitiae et rationis ordo“ („Iustitia et ratio suadet“).

„ 30. „ — 8031 (5726) Romani-monasterii possessiones, petente Pontio priore et Petro, abbate Cluniacensi, confirmat. Mém. et doc. de la société de la Suisse Rom. III. 581, Migne 179 p. 469. — „Sicut iniusta poscentibus“.

Mai. 14. „ — 8032 Inter Obertum episcopum et canonicos ecclesiae Cremonensis controversiam de ecclesiis S. Ambrosii et S. Michaelis aliisque diiudicat. Pflugk-Harttung Acta II. 303: „II. id. Maii“, (Repertorio dipl. Cremonese I. 38: ad Mai. 18.). — „Ut lites conquiescant“.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1139.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.)* |
| Mai. 23. | Laterani | 8033 (5728) Clericorum Ferrariensium privilegia confirmat. Ughelli It. sacr. II. 535, Cocqu. II. 246, Migne 179 p. 472. — „Sacrosancta Romana". |
| „ 24. | „ | 8034 (5729) Monasterium Fontis-Avellanae tuendum suscipit eiusque bona confirmat, petente Benedicto priore. Mittarelli Ann. Cam. III. app. p. 382, Raffaelli Mem. di S. Esuperanzio III. 60, Migne 179 p. 475. — „Sicut iniusta". |
| „ 24. | „ | 8035 (5730) Gaudio, archiepiscopo Salonitano, (licet neglecta sede apostolica consecrationem ab archiepiscopo Strigoniensi acceperit) rogatu Belae, Hungariae regis, pallium per Ubaldum diaconum cardinalem (S. Mariae in via lata) mittit. Concilia Dalmatica vetat nisi in metropolitana ecclesia haberi. Fejér C. D. H. II. 113, Farlati Ill. sacr. III. 173, Migne 179 p. 476. — „Sicut b. Gregorii". |
| „ 25. | „ | 8036 Monasterii Vollumbrosani tutelam suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Gualdone abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 304. — „Licet ex iniuncto". |
| Febr.-Iun. | „ | 8037 Monasterii Valcellensis possessiones confirmat, petente Radulfo abbate. („Ind. II, inc. a. 1139, p. a. 10".) Pflugk-Harttung Acta I. 158; Vide ea, quae annotavi in Hist. Jahrb. II. 115 ad n. 180. — „In eminenti beati". |
| Iun. | | Contra Rogerium regem proficiscitur. Annal. Ceccanenses 1139 in MG. SS. XIX. 283. |
| „ 12. | ap. Ferentinum | 8038 (5731) Miloni Tarvanensi et Alviso Atrebatensi episcopis de dirimendo M. comestabuli comitis Flandrensis matrimonio scribit. Baluzii Misc. II. 165, Bouquet Rec. XV. 393, Migne 179 p. 477. — „Significatum est". |
| „ 15. | In campo Florum | 8039 Petente Donato priore, ecclesiae S. Iohannis Lateranensi asserit ecclesiam S. Mariae in Colle Scipionis, a Petro presbytero fundatam, cuius protectionem suscipit ac possessiones confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 306. — „Quanto Lateranensis ecclesia". |
| Iul. 2. | ap. S. Germanum | 8040 (5732) Litteris ad M(anfredum) Mantuanum et L(otharium) Vicentinum episcopos plebem Nogariensem iubet ab episcopo Veronensi restitui I(ldebrando), abbati Nonantulano. Tiraboschi St. di Non. II. 249, Migne 179 p. 477. — „Molestum nobis". |
| „ 6. | „ | 8041 (5733) Archiepiscopos et episcopos Sardiniae ad tuendas monasterii Casinensis ecclesias hortatur. Gattula Hist. Cas. p. 430, Migne 179 p. 478. — „Ad defensionem". |
| „ 18. | | 8042 *Monasterii Locricrescentis patrocinium suscipit decumarumque immunitatem confirmat, petente Theobaldo abbate. (Signa chronica corrupta.) Cartul. de Lieu-croissant, Coll. Moreau 874. f. 215 in bibl. nat. Paris. |
| „ 22. | iuxta Gallucium | capitur a Rogerii regis filio „decimo die stante mensis Iulii", Falco Benevent. 1139 p. 129; Annal. Casinens. 1139 in MG. SS. XIX. 309, Annal. Ceccanens. 1138 ibid. p. 283. |
| „ 25. | | „Rogerio Siciliae regnum per vexillum donat, eius duci filio ducatum Apuliae, principi, alteri filio eius, principatum Capuanum largitur . . . b. Iacobi apostoli festivitate, VII. (nobis VIII.) kal. Augusti". Falco Benev. 1139 p. 129. De Falconis ratione computandi vide supra ad 24. Mai. 1137. |
| „ 27. | In territorio Minianensi | 8043 (5734) Rogerio regi et eius heredibus „regnum Siciliae, ducatum Apuliae, principatum Capuanum concedit et firmat" ea lege, ut reges pontificibus Romanis „ligium homagium faciant", et quotannis sexcentorum schifatorum censum pendant. (Pro „In territorio Marianensi" legendum esse „Minianensi" demonstrant Di Meo Annal. di Napoli X. 96 et Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. IV. 455.) Pirri Sic. sacr. I. p. XVI, (Baronii Annal. 1139 n. XII, Mansi XXI. 396, Cocqu. II. 246, Migne 179 p. 478). — „Quos dispensatio". |
| Aug. 1. | Beneventum | pervenit cum Rogerio rege „die kalendarum Augusti". Falco Benev. 1139 p. 129. |
| „ 15. | Beneventi | „Die assumptionis S. Mariae". Falco Benevent. 1139 p. 130. |
| „ 24. | „ | „in passione b. Bartholomaei". Falco Benevent. 1139 p. 130. |
| Sept. 29. | Benevento | Romam versus proficiscitur „secundo die stante mensis Septembris". Falco Benevent. 1139 l. l. |
| Oct. 3. | Romae | 8044 (5735) Canonicos ecclesiae S. Antonini Placentinae de morte Azonis presbyteri cardinalis, eorum praepositi, consolatur; monetque, ut successorem eligant. Campi Hist. di Piac. I. 412, Migne 179 p. 480. — „De morte quidem". |
| „ 15. | Laterani | 8045 A(lberoni), archiepiscopo Trevirensi, ap. sed. legato, nuntiat, se (Sigeri) abbatis S. Maximini excommunicati et (Henrici), comitis Namurcensis, nec nuntios nec litteras recepisse eosque ad obedientiam ei exhibendam admonuisse. Excommunicationis sententiam in abbatem promulgatam confirmat, et bona monasterii occasione litis |

**1139.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.)*

distracta restitui iubet. Beyer M. U. I. 554, cf. II. 693. De tempore vide Bernhardi Konrad I. 92. — „Litteras et nuntios".

| | | |
|---|---|---|
| Oct 20. | Laterani | 8046 (5736) Monasterii Prüfeningensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Erbone abbate. Hund III. 131, Mon. Boic. XIII. 164, Cocqu. II. 247, Migne 179 p. 480. — „Sicut iniusta poscentibus". |
| „ 20. | „ | 8047 (5737) Monasterium S. Magni Ratisponense tuendum suscipit et possessiones eius confirmat, petente Gebehardo provisore. Hund III. 522, Bull. Lat. Append. p. 33, Migne 179 p. 482. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 20. | „ | 8048 (5738) Egilberto, episcopo Bambergensi, tribuit ius pallii crucisque praeferendae, ac licentiam „ecclesias, quae inter barbaros sitae sint et per Ottonem praedecessorem eius ad normam Christianitatis sint conversae, ordinandi, donec catholicum et proprium episcopum sortiantur". „Ad indicium autem", inquit „quod Bambergensis civitas specialiter ac proprie b. Petri iuris existat, equum unum album, bene aptatum ac faleratum, nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis, qualem deceat Romanum pontificem in processionibus aut etiam alio tempore equitare". Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 34, Ussermann Ep. Bamb. C. Pr. p. 91, Migne 179 p. 483. — „Magisterium tocius". |
| „ 23. | „ | 8049 (5739) Ecclesiae S. Prosperi Bondenensis possessiones confirmat, petente Ugone archipresbytero. Tiraboschi Mem. Mod. III. 8, Migne 179 p. 484. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 23. | „ | 8050 (5740) Inter Manassem, episcopum Meldensem, et Risendem, abbatissam Farensem, factum a Gaufrido Catalaunensi et Hugone Autissiodorensi episcopis iudicium probat. Theodori Poenitentiale II. 675, (Du Plessis Hist. de Meaux II. 34, Migne 179 p. 485). — „Iustitiae et rationis". |
| „ 29. | „ | 8051 Ecclesiam S. Iuvenalis Narniensem tuendam suscipit eiusque bona et iura confirmat, petente Hugone archidiacono. Bucciarelli Ecclesia Narniensis p. 7. — „Clerici qui in sortem". |
| Nov. 18. | „ | 8052 (5741) Monasterio S. Mariae Balneolensi (dioec. Mediolan.) abbatiam Cerretensem subiicit. Giulini Mem. d. Mil. V. 570, Vignati Cod. dipl. Laud. I. 131, Migne 179 p. 486. — „Si religiosorum". |
| „ 18. | „ | 8053 Monasterii S. Andreae de Castello possessiones et privilegia confirmat, petente Ada abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 159. — „In eminenti apostolicae". |
| „ 24. | „ | 8054 Monasterii S. Dionysii Remensis extra muros possessiones confirmat, petente Ursione abbate. Cartae S. Dionysii, ms. lat. E. 24. f. 30 in bibl. S. Genovefae Paris. — „Ad hoc in apostolicae". |
| „ 25. | „ | 8055 (5742) Monasterii Richenbergensis (prope Goslariam) protectionem suscipit, disciplinamque ac possessiones confirmat, petente Gerhardo praeposito. (In archetypo, quod asservatur in biblioth. Gottingensi, legi diem „7. kal. Dec.", annumque 1139, nos docuit b. m. Bethmannus). Heineccii Antiqu. Goslar. p. 142, Migne 179 p. 487. — „Religiosis desideriis facile". |
| „ 25. | „ | 8056 Monasterii SS. Firmi et Rustici Veronensis patrocinium suscipit, possessionesque confirmat, petente Henverardo abbate. Biancolini Not. stor. di Ver. V. II. 197. — „Pia postulatio voluntatis". |
| „ 27. | „ | 8057 (5743) Clero et laicis dioecesis Hildesheimensis scribit, „ut nullus laicorum bona fratrum claustralium vel aliorum clericorum mobilia vel immobilia in vita seu in morte usurpare praesumat". Böhmer Observat. iur. canon. p. 311, Pflugk-Harttung Acta II. 307. — „Apostolo attestante". |
| Dec. 11. | „ | 8058 (5744) Parthenonem Quedlinburgensem tuendum suscipit, et eius possessiones ac iura confirmat, petente Beatrice abbatissa. Erath Cod. dipl. Quedl. p. 84, (Leuckfeld Ant. Michaelst. p. 20, Migne 179 p. 489). — „Sicut gestorum". |
| „ 11. | „ | 8059 (5745) Monasterii Ravengirsburgensis protectionem suscipit, privilegiaque confirmat, petente Weccelino praeposito. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 252, Beyer M. U. I. 564, Migne 179 p. 491. — „Religiosiss desideriis". |
| „ 12. | „ | 8060 (5746) Ecclesiae Ilbenstadensis protectionem suscipit, privilegiaque ac possessiones, petente Antonio praeposito, confirmat. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 662, Wuerdtwein Not. abb. Ilb. p. 24, Migne 179 p. 492. — „Ad hoc ecclesiae". |

**1139.** *(Ind. 2. — 1. Sept. — 3, pont. a. 9. — 23. Febr. — 10.)*

| | | |
|---|---|---|
| Dec. 14. | Laterani | 8061 (5747) Monasterio S. Iohannis Kaltenbornensis asserit bona ab Ottone quondam episcopo Halberstadensi collata. Thuringia sacra p. 305, Menckenii SS. R. G. I. 764, Migne 179 p. 494. — „Sicut sacrorum". |
| „ 16. | „ | 8062 (5748) Gerardo, praeposito Bonnensi, eiusque successoribus concedit „licentiam et liberam potestatem certis temporibus visitandi et circumeundi decanias in archidiaconatu sitas". Guenther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 256, Eichhof Materialien I. 573, Migne 179 p. 495. — „Sicut sanctorum canonum". |
| „ 16. | „ | 8063 Presbyteris et aliis tam clericis quam laicis per Archoe et Zulphechoe parochias constitutis significat, ius „visitandi et circumeundi parochias" Gerardo, praeposito Bonnensi, concessum esse. Monet, ut ei obediant. Eichhof Materialien I. 572, Pflugk-Harttung Acta II. 308. — „Quemadmodum iuris". |
| „ 18. | „ | 8064 Arnulfo (Arnoldo) praeposito et fratribus S. Servatii Traiectensibus (d. Leod.) donatum a Conrado III., Romanorum rege, pontem super Mosam fluvium confirmat. Public. de la soc. de Limbourg II. 164. — „Que venerabilibus locis". |
| | | 8065 Parthenonis Hersensis protectionem suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Beatrice abbatissa. Wilmans Additamenta p. 39. — „Pie postulatio voluntatis". |
| | | 8066 Monasterii S. Petri Cremonensis possessiones et privilegia confirmat. (Extr.) Pennotti Ord. cler. canon. hist. ed. Rom. p. 637, ed. Colon. p. 656. — „Suscepti regiminis". |

**c. 1139.**

| | | |
|---|---|---|
| | | 8067 (5750) Ludovico VII., Francorum regi, scribit, „non decere regem, ira stimulante, ad illicita verba sive iuramenta prorumpere". Attamen concedit canonicis Remensibus, ut de Gaufridi Carnotensis, apostolicae sedis legati, Hugonis Autissiodorensis, Gosleni Suessionensis, Alvisi Atrebatensis episcoporum consilio eligant „in archiepiscopum idoneam et honestam personam, quae tamen non sit regimini episcopatus astricta". Mandat, ut „pravos illos Remensium conventus, quos compagnias vocant, potestate regia dissipet et tam ecclesiam, quam civitatem in eum statum et libertatem, in qua erat tempore Rainoldi archiepiscopi nuper defuncti, reducat". Baluzii Misc. II. 165, Varin Archives admin. de Reims I. I. 301, Bouquet Rec. XV. 394, Migne 179 p. 497. — „Gaudet agricola". |

**1138—1140.**

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 3. | Laterani | 8068 Hu(goni), praeposito Mationensi, praecipit, ut insignia episcopalia omnino dimittat et O(ttoni) episcopo Astensi debitam obedientiam exhibeat. Ab officio eum suspendit, donec responsurus ad sedem apostolicam accesserit. Pflugk-Harttung Acta II. 308. — „Perlatum est ad". |
| Iun. 2. | „ | 8069 Gelduino abbati et fratribus S. Victoris Parisiensibus asserit domum a b. m. magistro Opizone legatam. Pflugk-Harttung Acta I. 161. Cf. notam in Hist. Jahrb. II. 116. — „Ea, que piis". |

**1140.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 10. — 23. Febr. — 11.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 9. | Laterani | 8070 Ecclesiae S. Mariae Turritanae libertatem, privilegia, possessiones confirmat, petente Andrea magistro et dispensatore. Tromby Stor. Cart. IV. append. p. 9. — „Licet ex iniuncto". |
| „ 10. | „ | 8071 (5751) Parthenonis SS. Georgii et Pancratii Heklingensis protectionem suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Irmengarde abbatissa. Knaut Ant. pag. Anhalt. p. 40, Migne 179 p. 498. — „Apostolici moderaminis". |
| „ 10. | „ | 8072 (5752) Parthenoni Heklingensi eadem, quae superiore bulla, concedit, nonnullis privilegiis additis. Beckmann Hist. v. Anhalt I. 142, Eccard Hist. gen. princ. Sax. sup. p. 563, Heinemann Albrecht d. Bär p. 450 et Cod. d. Anhalt. I. 199. — „In apostolicae sedis". |
| „ 17. | „ | 8073 Monasterii S. Mariae Salemensis tutelam suscipit possessionesque ac regulam Cisterciensem confirmat, petente Frowino abbate. Weech Cod. dipl. Salemitan. p. 2. — „In apostolicae sedis". |
| „ 21. | „ | 8074 (5753) Monasterii S. Blasii possessiones et privilegia confirmat, petente Bertholdo abbate. Neugart C. D. Al. II. 68, Wirtemb. Urkundenb. II. 14, Migne 179 p. 500. — „Licet ex iniuncto". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1140.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 10. — 23. Febr. — 11.)* |
| Ian. 21. | Laterani | 8075 (5754) Monasterii S. Blasii possessiones quasdam confirmat. (Aliena manu additum est: anno 1137.) Wirtemb. Urkundenb. I. 385, Neugart C. D. Al. II. 67, Migne 179 p. 499. — „Licet ex iniuncto". |
| Febr. 17. | „ | 8076 (5755) Monasterio Augiensi, rogatu Frideloi abbatis, asserit quartam partem villae Oningin, a Chunrado duce Zaringiae donatam. Herrgott Geneal. Habsb. II. 160, Migne 179 p. 501. — „Ex commisso nobis". |
| „ 18. | „ | 8077 Monasterii S. Trinitatis Fiscannensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ludovico, Francorum rege. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 341. f. 61. — „Licet ex iniuncto". |
| „ 26. | „ | 8078 (5756) Monasterium S. Mariae Altenbergense tuendum suscipit, et eius bona iuraque, petente Bernone abbate, confirmat. Lacomblet Urk. I. 221, Migne 179 p. 502. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 26. | „ | 8079 (5757) Monasterii S. Mariae Zwetlensis patrocinium suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Hermano abbate. Fontes Rer. Austr. II. III. 37. — „In apostolice sedis". |
| „ 26. | „ | 8080 Monasterii S. Crucis protectionem suscipit et privilegia confirmat, petente Godescalco abbate. Fontes Rer. Austr. II. XI. 4, Iongelinus Notitiae abbat. IV. 18. — „In apostolicae sedis". |
| „ 27. | „ | 8081 (5882) Ecclesiae S. Audomari possessiones et privilegia confirmat. Ex autogr. in tabul. capit. Audomarens. G. 59 mihi dedit Arthurus Giry Parisiensis, (Miraei Opp. dipl. IV. 13, Migne 179 p. 623. — „Ex commisso nobis" („Nos convenit"). |
| „ 28. | „ | 8082 (5758) Ecclesiae Misnensis possessiones, petente Godeboldo episcopo, confirmat. Cod. dipl. Sax. reg. II. Hauptth. I. 49. — „Caritatis bonum et". |
| „ 29. | „ | 8083 (5759) Monasteriorum Egmundensis et Reinsburgensis, a Theoderico Hollandiae comite, Hierosolymam proficiscente, b. Petro oblatorum, protectionem suscipit, possessionesque confirmat, imposito abbatibus Egmundensibus monetae Frisingensis solidorum quatuor censu annuo. Miraei Opp. dipl. IV. 13, Mieris Charterboek v. Holland I. 92, Van den Bergh Oorkondenboek v. Holland I. I. 78, Migne 179 p. 504. — „Nobilis vir Theodoricus". |
| Mart. 4. | „ | 8084 Libertates monasterio Augiae-divitis a Divizone, quondam presbytero cardinali, concessas et a Theodrico (lege Theodewino), episcopo Silvae candidae, apostolicae sedis legato, firmatas approbat. (Legitur tantum translata in linguam suevicam.) Oheims Chron. v. Reichenau p. 128. — („Wann uns nach den Worten".) |
| „ 6. | „ | 8085 (5760) Ecclesiae S. Gentiani Balgentiacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Ioscelino abbate. Gall. Chr. VIII. Instr. p. 505, Migne 179 p. 505. — „Inter cetera". |
| „ 9. | „ | 8086 Monasterii S. Mariae et S. Christophori Rofenensis possessiones confirmat, petente Alberto abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 308. — „Inter illa quae". |
| Apr. 2. | „ | 8087 A(lberoni), archiepiscopo Trevirensi, ap. sed. legato, significat, mirari se, quod (Sigerus), abbas S. Maximini, propriis manibus a sese benedictus, nondum in monasterio suo receptus sit. „Verumtamen", inquit, „cum pro eiusdem rei negotio proxima dominica, qua cantatur Iubilate (14. Mai.), tum pro debilitate corporis casualiter accidente, tum pro multis aliis et magnis, ut fertur, ecclesiae tuae incumbentibus negotiis adesse non potes, usque ad proximas b. Martini octavas (18. Nov.) fraternitati tuae indutias indulgemus". Beyer M. U. I. 553; (Cf. Prümers Albero von Montreuil p. 54, Bernhardi Konrad III. T. I. 123. n. 47). — „Quanto amplius". |
| „ 3. | „ | 8088 (5761) Ecclesiam S. Nicolai Miserayensem tuendam suscipit et eius bona confirmat, petente Geraldo priore. Gall. Chr. II. Instr. p. 59, Cocqu. II. 250, Migne 179 p. 507. — „Qui religiosos fovet". |
| „ 16. | „ | 8089 (5762) Canonicorum Veronensium possessiones et iura confirmat, bulla ad Gilbertum archipresbyterum. (Fragmentum.) Ughelli It. sacr. V. 781, (Migne 179 p. 508): „XVI. kal. Maii"; Pflugk-Harttung Iter p. 806: „Apr. 10". — „Officii nostri". |
| „ 18. | „ | 8090 Monasterii S. Salvatoris de Iuniano possessiones et ius liberae sepulturae, rogatu Benedicti abbatis, confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 309. — „Apostolici moderaminis". |
| „ 21. | „ | 8091 (5763) Ecclesiae S. Frigdiani Lucensi ecclesiam S. Salvatoris in Mustolio committit, ea lege, ut duodecim monetae Lucensis denarii quotannis persolvantur. Bull. Lat. p. 18. — „Ad hoc universalis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1140.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 10. — 23. Febr. — 11.)* |
| Apr. 29. | Laterani | 8092 (5764) Ecclesiam S. Vincentii Bergomatem tuendam suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Alberto archipresbytero. Lupi C. D. Berg. II. 1021, Migne 179 p. 509. — „Commisse nobis“. |
| Mai. 6. | „ | 8093 (5765) Monasterii S. Maximini Trevirensis, rogatu Sigeri abbatis, tutelam suscipit, possessionesque confirmat, ac „libertatem inviolatam servari decernit, ut videlicet idem locus nulli unquam sedi vel ecclesiae subdatur, sed sub S. R. E. iure et patrocinio et imperatorum mundiburdio seu tuitione consistat“. Zyllesii Defens. p. 55, Hontheim Hist. Trev. I. 543, Beyer M. U. I. 572, Migne 179 p. 511. — „Incomprehensibilis et ineffabilis“. |
| „ 6. | „ | †8094 Monasterii Stabulensis tutelam suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat et auget, petente Wibaldo abbate. Malmundariense coenobium unquam a Stabulensi divelli vetat. („Dat. Laterani p. m. Aimerici diac. card. et canc.“ cet.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992. fol. 61. — „Incomprehensibilis et ineffabilis“. |
| „ 18. | „ | 8095 Monasterii S. Mariae de Valle Iosaphat patrocinium suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, Guidone abbate per Paganum, Robertum et Osmundum monachos petente. Delaborde Chartes de Terre Sainte p. 50, Pflugk-Harttung Acta II. 310. — „Quoniam reginam celorum“. |
| „ 18. | | 8096 Monasterii S. Mariae de Valle Iosaphat possessiones et privilegia confirmat. („Dat. Biterbii p. m. Aimerici S. R. E. diaconi card. et canc.“ cet.) Pflugk-Harttung Acta II. 312. — „Possessiones et bona“. |
| „ 20. | „ | 8097 Monasterii S. Mariae Salvaniensis tutelam suscipit possessionesque ac decimarum immunitatem confirmat, petente Desiderio abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Doat 150. f. 98. — „Ad hoc universalis“. |
| Iun. 11. | „ | 8098 Monasterii S. Miliani Castrensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Stephano abbate. Fratribus liberam abbatis eligendi facultatem concedit. Pflugk-Harttung Acta II. 315 (ex cod. Rom.-Corsiniano; alia copia in bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 1231. f. 63). — „Quoniam sine vere“. |
| | | 8099 *Rogerio, regi Siciliae, ad colloquium papam invitanti, „rescribit, tum pro temporis tempestate, tum pro aliis negotiis instantibus eum alloqui non posse“. Vide Falcon. Benev. 1140 ap. Muratori R. It. SS. V. 131. Cf. Bernhardi Konrad I. 176. |
| Sept. 20. | transTiberim | 8100 (5769) Segniorettum presbyterum et socios eius in capella S. Salvatoris in Mustolio hortatur, ut Ier(onymo), priori ecclesiae S. Frigdiani Lucensis, obediant. Baluzii Misc. IV. 592, Migne 179 p. 517. — „S. Salvatoris capellam“. |
| Oct. 5. | „ | 8101 H. archiepiscopo (Hugoni Rotomagensi?) et episcopis Angliae mandat, ut Nigello episcopo Eliensi absque iustitia expulso spoliatoque opitulentur, ac clericos, monachos, laicos episcopatus, qui rebelles ei fuerint, excommunicent. Ex Mus. Brittan. Ms. Tit. A. 1. f. 34. Dedit Liebermann. — „Sicut quando“. |
| „ 14. | „ | 8102 (5770) Ecclesiam Pomeranicam, Alberto episcopo commissam, tuendam suscipit. Sedem episcopalem iubet in civitate Wollinensi esse, bonaque ecclesiae confimat. Hasselbach Cod. Pom. dipl. I. 36, Ludewig Rel. IX. 651, Ludewig SS. R. Germ. II. 535, Lünig Spic. eccl. II. app. p. 4, Migne 179 p. 518. — „Ex commisso nobis“. |
| „ 27. | Laterani | 8103 (5771) Ecclesiae Pennensis possessiones, petente Grimaldo episcopo, confirmat. Ughelli It. sacr. I. 1119, Cocqu. II. 251, Migne 179 p. 519. — „Sicut iniusta“. |
| Nov. 1. | Romae | 8104 (5772) Monialium Crisenonensium libertatem confirmat, bulla ad Adelinam abbatissam. Gall. Chr. XII. Instr. p. 112, Migne 179 p. 521. — „Tam ex praesentium“. |
| „ 19. | Laterani | 8105 (5773) Monasterium S. Iacobi Bessense tuendum suscipit et eius bona ac privilegia, rogatu Nicolai abbatis, confirmat, imposito monachis aurei unius tributo annuo. Hist. Patr. Mon. Chart. II. 234, Migne 179 p. 521, Ughelli It. sacr. IV. 776. — „Apostolici moderaminis“. |
| „ 23. | „ | 8106 (5774) Monasterii S. Pauli in Carinthia protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat. Hormayr Arch. f. Geogr. 1821 p. 538: „VIII. kal. Dec.“; Fontes Rer. Austriac. II. xxix. 82: „VIIII. kal. Dec.“. — „Ad hoc in apostolicae“. |
| Dec. 7. | „ | 8107 Parthenonis S. Euphemiae, in territorio Terdonensi siti, possessiones confirmat, petente Otta abbatissa. Ex bibl. nat. Paris. Decamps t. 104. fol. 70 misit Delisle. Coll. Baluze t. 17. f. 237b. — „Ad hoc universalis“. |
| „ 12. | „ | 8108 (5775) Mediani-monasterii protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1140.** *(Ind. 3. — 1. Sept. — 4, pont. a. 10. — 23. Febr. — 11.)* |
| | | petente Milone abbate, confirmat. Belhomme Hist. Mediani monasterii p. 284, Migne 179 p. 522. — „Ad haec nobis". |
| Dec. 12. | Laterani | 8109 (5776) Monasterii Stivagiensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Henrico praeposito. Défense de l'égl. de Toul Pr. p. 125, Hugo O. P. A. II. Pr. p. 540, Migne 179 p. 524. — „Ad hoc nobis". |
| „ 18. | „ | 8110 (5777) Monasterii S. Dionysii Scheftlariensis protectionem suscipit, bonaque ac iura confirmat, petente Engelberto praeposito. Mon. Boic. VIII. 512, Hugo O. P. A. II. Pr. p. 483, Hund III. 292, Migne 179 p. 527. — „Apostolici moderaminis". |
| „ 19. | „ | 8111 (5778) Alberoni, archiepiscopo Trevirensi, apostolicae sedis legato, et eius successoribus asserit monasterium S. Maximini, a Conrado rege concessum. Beyer M. U. I. 575: „XIIII. kal. Ian.", Hontheim Hist. Trev. I. 547, Migne 179 p. 529: „XIII. kal. Ian.". — „Tunc sancta mater". |
| „ 20. | „ | 8112 (5779) Monasterium „de Claustro" (Hemmerodiense) tuendum suscipit et eius bona confirmat, petente Ramdulfo abbate. Hontheim Hist. Trev. I. 548, Cocqu. II. 249, Beyer M. U. I. 576, Migne 179 p. 530. — „Quoniam sine verae cultu". |
| „ 20. | „ | 8113 Monasterium Linervillense tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat, petente Durando abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 162. — „Desiderium quod ad". |
| „ 21. | „ | 8114 Ecclesiae S. Stephani protomartyris Tullensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Stephano decano. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 16991. f. $223^{b}$. — „Piae postulatio voluntatis". |
| | | 8115 Beneventanis ita scribit: „Facta regis (Rogerii) et monetarum suarum inventiones et a vobis accepimus et ab aliis nobis in veritate referentibus. Unde mandamus, ut non terreamini neque iam mentes vestras moveatis, quoniam transitura sunt et cito possunt emendari; nos autem circa utilitates vestras quotidie invigilamus". (Fragmentum.) Falcon. Benevent. 1140 ap. Muratori R. It. SS. V. 133. — „Facta regis". |
| | | **c. 1140.** |
| Apr. 12. | Laterani | 8116 (5780) Heinricum, episcopum Moraviensem, Christi fidem apud paganos propagaturum, ad sese vocat. Boczek C. D. Mor. I. 212, Migne 179 p. 531. — „Fraternitatis tuae". |
| | | 8117 Episcopo Pictaviensi mandat, ut iustitiam faciat monachis Maioris-monasterii, conquerentibus, „quod monachi S. Michaelis de Heremo quandam eis ecclesiam abstulerint et quod cappellanus de Monasteriis quasdam alias ecclesias atque de centum solidis, quos eis annuatim debeat, contra iustitiam 50 detineat", cet. (Auctoritatem Pauli Marchegay secutus epistolam Innocentio II. attribui; inscriptio enim haec est: „N. N. papa ep. Pict.".) Marchegay Cartul. du Bas-Poitou p. 162. — „Dilecti filii nostri". |
| | | **1138—1141.** |
| Mart. 20. | Laterani | 8118 Elikam comitissam (Ballenstedensem) eiusque bona tuenda suscipit, ea lege, ut marcam auri Lateranensi palatio annuatim persolvat. Liberam ei sedem apostolicam appellandi facultatem indulget. Heinemann Albrecht d. Bär p. 448 et Cod. dipl. Anhalt. I. 212. Cf. ibid. V. 402, Neues Archiv II. 608 et IV. 173. — „Dominus et salvator". |
| | | **1139—1141.** |
| Apr. 12. | Laterani | 8119 R(eginberto) episcopo Passaviensi mandat, ne ab fratribus Reichersbergensibus neve Berchtesgadensibus exigi decimas permittat. (Cf. infra 8195.) Urkdbuch des Landes ob der Enns I. 584 et II. 188. — „A sanctis patribus". |
| Nov. 20. | „ | 8120 (5781) Hugoni abbati et conventui S. Augustini Cantuariensis affirmat, se libertatem eorum tuiturum. Mandat, „ut bibliam manualem parvi voluminis, qualem Romanum pontificem deceat, ad opus ipsius fieri faciant". Abbatis parentes „a dominatione maneriorum monasterii amoveri" vult. Hubertum monachum iubet in S. Andreae monasterium remitti. De litteris ad Theobaldum archiepiscopum suis significat. Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1801, Hist. mon. S. August. Cant. p. 373, Migne 179 p. 532. — „Literas et nuncios". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1139—1141.** |
| Nov. 20. | Laterani | 8121 (5782) Theobaldo, archiepiscopo Cantuariensi, interdicit, ne monachis S. Augustini iniurias inferat, neve ab iis „pro datione crismatis et olei sacri 50 solidos et 7 denarios" exigat. Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 378, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1800). — „Indubitatum est". |
| „ 20. | „ | 8122 (5783) Henricum, episcopum Wintoniensem, apostolicae sedis legatum, monet, ut monasterium S. Augustini Cantuariense tueri pergat. Hist. mon. S. August. Cant. p. 380, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1801, Migne 179 p. 533). — „Fraternitati tuae". |
| („) | („) | 8123 (5784) Stephanum, Anglorum regem, hortatur, ne monasterium S. Augustini Cantuariense affici iniuriis patiatur. Chron. W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1801, Hist. mon. S. Aug. Cant. p. 372, Migne 179 p. 533. — „Quanto omnipotens". |
| | | **1141.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 11. — 23. Febr. — 12.)* |
| Ian. 21. | Laterani | 8124 (5785) Humberto, episcopo Augustodunensi, pallium tribuit, ecclesiaeque possessiones ac privilegia confirmat. Plancher Hist. de Bourgogne I. Pr. p. 41, Charmasse Cart. de l'évêche d'Autun p. 13, Migne 179 p. 534. — „Equum est et iustitiae". |
| „ 28. | „ | 8125 (5786) Parthenonis S. Mariae Minerviensis possessiones et privilegia confirmat. (Fragmentum.) Gradonici Pont. Brix. p. 209. |
| Febr. 1. | „ | 8126 (5787) Monasterio Baumburgensi asserit ecclesiam b. Mariae de Hawarteschirha (Haberskirchen), ab Heinrico episcopo Passaviensi donatam. Mon. Boic. II. 186, Migne 179 p. 535. — „Iustis religiosorum virorum". |
| „ 2. | „ | 8127 Monasterio S. Victoris Parisiensi collatas a militibus vel laicis decimas, quas „contra honestatem et christianae religionis formam detinuerint", confirmat, Gilduino abbate et Stephano episcopo Parisiensi petentibus. Autograph. in tabular. nat. Paris. L. 226. n. 16. — „Apostolico moderamini convenit". |
| „ 11. | „ | 8128 Arnoldo abbati S. Iohannis Baptistae de Monte Magdeburgensi eiusque successoribus asserit ecclesiam S. Petri Ammenslebensem, cuius disciplinam ac possessiones confirmat. Holstein Urk. d. Kl. Berge (Gesch.-Qu. d. Prov. Sachs. IX.) 17. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 20. | „ | 8129 Monasterii S. Eugenii in insula Liguriae tutelam suscipit possessionesque et iura, rogatu Ansaldi abbatis, confirmat, imposito fratribus unius bizantii censu annuo. Pflugk-Harttung Acta II. 315. — „Apostolico moderamini congruit". |
| Mart. 3. | „ | 8130 (5788) Monasterio S. Mariae Locediensi asserit praedium, a Rainerio marchione Montisferrati donatum. Moriondi Mon. Aqu. I. 52, Migne 179 p. 536. — „Cultus verae religionis". |
| „ 25. | „ | 8131 (5790) Monasterio Tornutiensi ecclesias Plancsiacensem et Tresilliacensem asserit. Chifflet Hist. de Tournus Pr. p. 422, Mon. pont. Arverniae p. 191, Cocqu. II. 249, Migne 179 p. 537. — „Commissa nobis apostolicae". |
| Apr. 8. | „ | 8132 Canonicae S. Floridi Castellani tutelam suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Guidone S. R. E. presbytero cardinali. (Temporis significatio vitiosa.) Muzi Mem. eccl. di Città di Castello II. 61. — „Commissae nobis apostolicae". |
| „ 11. | „ | 8133 (5791) Monasterii S. Mariae Vesserensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Thiemaro praeposito. Schultes Neue dipl. Beitr. I. 215, Schöppach Henneberg. Urk. I. 4. — „Apostolici moderaminis". |
| „ 12. | „ | 8134 (5792) Monasterium Aureae-vallis (dioec. Treverensis) tuendum suscipit et eius bona confirmat, petente Constantino abbate. Goffinet Cart. d'Orval p. 13, (Calmet Hist. de Lorr. II. Pr. p. 320, Gall. Chr. XIII. Instr. p. 347, Migne 179 p. 538). — „Apostolici moderaminis". |
| „ 12. | „ | 8135 Monasterii Montisbenedicti patrocinium suscipit ac possessiones confirmat, petente Narduino abbate. Droz Mém. p. s. à l'hist. de Pontarlier p. 252, (Mém. et docum. de la Suisse Rom. XIV. 303). — „Ad hoc universalis". |
| „ 12. | „ | 8136 Ecclesiae S. Iohannis Vesontionensis protectionem suscipit, canonicorumque possessiones confirmat, petente Humberto archiepiscopo. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 866. f. 489. — „Aequitatis et iustitiae". |
| „ 19. | „ | 8137 (5793) Parthenonem S. Mariae Chiemseensem tuendum suscipit et eius bona, petente Mathilde abbatissa, confirmat. Hund II. 241, Mon. Boic. II. 447, Migne 179 p. 540. — „Quoniam sine vero". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1141.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 11. — 23. Febr. — 12.)* |
| Apr. 19. | Laterani | 8138 Monasterii S. Petri de Monte tutelam suscipit possessionesque et iura, petente Constantino abbate, confirmat, ea lege, ut „per annos singulos denarius aureus aut in quarto anno byzantius Lateranensi palatio" persolvatur. In bibl. nat. Paris. Chart. S. Petri de Monte, scr. a. 1392, ms. lat. 12866. f. 5. — „Commisse nobis sedis". |
| „ 30. | „ | 8139 (5794) Parthenonis S. Mariae Hederensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Stephano, episcopo Parisiensi. Mabillon Ann. ord. Ben. VI. 675, Migne 179 p. 541. — „Ad hoc universalis". |
| Mai. 4. | „ | 8140 (5795) Parthenonem S. Ambrosii Florentinum tuendum suscipit et possessiones eius confirmat, petente Caecilia abbatissa. Ughelli It. sacr. III. 93, Lami Eccl. Fl. M. II. 1002, Cocqu. II. 252, Migne 179 p. 543. — „Ad hoc universalis". |
| „ 8. | „ | 8141 (5766) Alberoni, archiepiscopo Trevirensi, nunciat, (Sigerum) abbatem S. Maximi excommunicatione absolutum esse. Praepositum Moguntinum a clericis S. Florini (Confluentinis) contra patrum decreta electum non probat. Hortatur, cogat Henricum, comitem Namurcensem, ut vexare episcopatum desinat. Wuerdtwein Nova subs. dipl. IX. 202, Beyer M. U. 574, Migne 179 p. 514. (Anno 1141 ascribitur a Goerz Mittelrh. Reg. n. 1986, Prümers Albero von Montr. p. 59, Bernhardi Konrad I. 215.) — „Laboribus tuis". |
| „ 13. | „ | 8142 (5796) Ecclesiam S. Salvatoris Venetam tuendam suscipit, eiusque bona et privilegia confirmat, rogatu Bonifilii aliorumque canonicorum. Cornelii Eccl. Venet. XIV. 92, Migne 179 p. 544. — „Commisse nobis". |
| „ 14. | „ | 8143 (5797) Monasterii S. Mariae Regiae-vallis tutelam suscipit, bonaque confirmat, petente Herberto abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 406, Migne 179 p. 545. — „Ad haec nobis". |
| „ 20. | „ | 8144 (5798) Canonicis, abbatibus, principibus, clero et populo Pictaviensi, quibus post W(illelmi) episcopi obitum religiosus vir (Grimoardus) praefectus sit, gratulatur. Praecipit, ut ei obediant. Gall. Chr. II. 1174, Bouquet Rec. XV. 401, Migne 179 p. 547. — „Vera obedientia". |
| („) | („) | 8145 (5799) G(rimoardum), episcopum Pictaviensem, ut susceptum munus honeste administret, hortatur. Gall. Chr. II. 1175, Bouquet Rec. XV. 401, Migne 179 p. 547. — „Accepimus, personam". |
| „ 21. | „ | 8146 Parthenonem S. Pauli Pugnanensem tuendum suscipit eiusque bona ac iura confirmat, petente Buna abbatissa. Pflugk-Harttung Acta II. 317.—„Apostolici moderaminis". |
| Iun. 21. | „ | 8147 (5800) Ecclesiae S. Sepulcri Hierosolymitanae protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Petro priore. Rozière Cartulaire du saint sépulcre p. 24, Migne 179 p. 548. — „Si mansuetudo et". |
| Iul. 16. | „ | 8148 (5767) Henrico Senonensi, Sampsoni Remensi archiepiscopis eorumque suffraganeis et Bernardo, abbati Claraevallensi, significat, se „Petri Abailardi perversa dogmata cum auctore damnavisse, illique tamquam haeretico perpetuum silentium imposuisse". (Hanc et eam, quae sequitur, epistolam anno 1141 attribuendam esse, probat Deutsch Abael. Verurth. zu Sens 1141 in Symbolae Ioachimicae II. 1880. p. 54.) S. Bernhardi Opp. I. 186, Bouquet Rec. XV. 398, Abaelardi et Heloisae Opp. p. 299, Manrique Ann. Cist. I. 386, (Otto Frising. Gest. Frid. L. I. c. 48 in MG. SS. XX. 378, Mansi XXI. 564, Migne 179 p. 515). — „Testante apostolo". |
| „ 16. | „ | 8149 (5768) Samsoni Remensi, Henrico Senonensi archiepiscopis et Bernardo, abbati Claraevallensi, mandat, „ut Petrum Abailardum et Arnaldum de Brixia, perversi dogmatis fabricatores et catholicae fidei impugnatores, in religiosis locis, ut iis melius visum fuerit, separatim faciant includi, et libros eorum, ubicumque reperti fuerint, igne comburi". („His autem litteris inscriptum erat: Transscripta ista nolite ostendere cuiquam, donec istae litterae in Parisiensi colloquio, quod prope est, praesentatae fuerint ipsis archiepiscopis".) Marlot Metr. Rem. II. 332, S. Bernhardi Opp. I. append. p. LXVI, Mansi XXI. 565, Migne 179 p. 517. — „Praesentia scripta" „Per praesentia scripta". |
| Sept. 16. | „ | 8150 Monasterii S. Mariae de Fontibus tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Ricardo abbate. Walbran Memor. of Fountains II. 1. 63. — „Apostolici moderaminis clementiae". |
| „ 22. | „ | 8151 (5801) Monasterium S. Bartholomaei Faesulanum tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, petente Gregorio abbate. Ughelli It. sacr. III. 243, Lami Eccl. Fl. M. I. 110, Cocqu. II. 254, Migne 179 p. 550. — „Desiderium, quod ad". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1141.** *(Ind. 4. — 1. Sept. — 5, pont. a. 11. — 23. Febr. — 12.)* |
| Sept. 22. | Laterani | 8152 (5802) Monasterii Trunchiniensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, rogante Simone, episcopo Noviomensi. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 608, De Smet Corp. chron. Flandr. I. 709, Migne 179 p. 551. — „Ad hoc nobis". |
| „ 25. | „ | 8153 Iohanni, priori Castellitensi, eiusque successoribus ecclesiam Calpiniacensem asserit, imposito eis trium solidorum Mediolanensis monetae veteris tributo annuo. Facsimile bullae ap. Fumagalli Delle istituzione diplom. II. in tabula aenea, Pflugk-Harttung Acta II. 318. — „Cum ex iniuncto". |
| Oct. 5. | „ | 8154 (5803) Guillelmum, dominum Montispessulani, consolatur de „tribulationibus et angustiis, quas ab infidelibus suis hominibus patiatur", fortique animo esse iubet. Gariel Ser. I. 181, Bouquet Rec. XV. 402, Migne 179 p. 552. — „Literas et nuncios". |
| „ 15. | „ | 8155 (5804) Hospitale S. Blasii iuxta Modoetiam tuendum suscipit, eiusque possessiones confirmat, petente Ada magistro. Giulini Mem. di Mil. V. 576, Migne 179 p. 553. — „Ad hoc in". |
| Nov. 1. | „ | 8156 (5805) Monachos Marcianenses exsolvit interdicto per A(lvisum) episcopum Atrebatensem iis irrogato. Praecipit, ut abbatem eligant. Martene et Dur. Coll. I. 719, Bouquet Rec. XV. 403, Migne 179 p. 554. — „Super iniuriis". |
| („) | („) | 8157 (5806) A(lvisum), episcopum Atrebatensem, propter iniurias monachis Marcianensibus illatas et provocationem ad sedem apostolicam contemptam „proxima dominica, qua legitur: Ego sum pastor bonus" (3. Maii 1142) venire ad sese iubet. Martene et Dur. Collect. I. 720, Bouquet Rec. XV. 402, Migne 179 p. 555. — „Miramur et dolemus". |
| „ 7. | „ | 8158 (5807) Canonicorum S. Mariae Parmensium, interventu Hubaldi diaconi cardinalis (S. Mariae in via lata), protectionem suscipit, bonaque confirmat, imposito iis bisantii aurei censu annuo. Affò St. di Parma II. 350, Migne 179 p. 556. — „Aequitatis et iustitiae". |
| „ 20. | „ | 8159 (5808) Ecclesiae Frisingensis protectionem suscipit, bonaque ac privilegia confirmat, petente Ottone episcopo. Mon. Boic. IX. 24, Meichelbeck Hist. Fris. I. I. 324, Fontes Rer. Austriac. II. XXI. 99, Migne 179 p. 557. — „Ex commisso nobis". |
| „ 20. | „ | 8160 (5809) Monasterium Wessenbrunnense tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, petente Wattone abbate. Leutner Hist. Mon. Wessof. p. 124, Mon. Boic. VII. 380, Migne 179 p. 559. — „Ad hoc universalis". |
| Dec. 1. | „ | 8161 (5810) Monasterii Marcianensis protectionem suscipit, et possessiones ac privilegia confirmat. Cartul. de Marchiennes, ms. lat. nouv. acqu. 1204. f. 39, Coll. Moreau t. 59. f. 118 in bibl. nat. Paris., (Buzelini Gallo-Flandria p. 347, Migne 179 p. 560). — „Officii nostri nos". |
| „ 6. | „ | 8162 (5811) Inter monasterium S. Blasii et (Ortliebum), episcopum Basileensem, latam a Conrado rege sententiam confirmat. Neugart C. D. Al. II. 74, Migne 179 p. 561. — „Quae pro bono". |
| „ 13. | „ | 8163 (5812) Gregorii, episcopi Bergomatis, ecclesias confirmat, eique obedire canonicos S. Vincentii iubet. Lupi C. D. Berg. II. 1037, Ughelli It. sacr. IV. 459, Migne 179 p. 562. — „In eminenti sedis". |
| „ 15. | „ | 8164 (5813) Ecclesiae S. Mariae Caesaraugustanae protectionem suscipit, et canonicorum bona confirmat, petente Petro priore. Arruego Cat. ep. p. 792, Migne 179 p. 563. — „Ad hoc universalis". |
| „ 21. | Romae | Aldebertum episcopum Nemausensem consecrat „in festivitate S. Thomae". Catal. episc. Nem. ap. Ménard Hist. de Nism. I. Pr. p. 9. |
| „ 30. | Laterani | 8165 E. et R. archidiaconis, T. praeposito ceterisque canonicis ecclesiae Tornacensis, mandat, ut episcopum sibi eligant, non habita ratione Noviomensis episcopi, „qui curam et administrationem ecclesiae eorum longo tempore habuerit". (Hae certe sunt litterae, quas ab Innocentio II. se recepisse testatur Herimannus frater in libro suo de Restauratione S. Mart. Tornac. in MG. SS. XIV. 274, cf. etiam ibid. p. 343.) Loewenfeld Epistolae p. 93. — „Certum est, Tornacensem". |
| | | 8166 *Marcolfo, archiepiscopo Moguntino, pallii usum tribuit. Vide Annales Disibodenses 1160 ap. Böhmer Fontes III. 215, in MG. SS. XVII. 29. |
| | | **1138—1142.** |
| Mart. 14. | Laterani | 8167 (5817) Rustico et Baroni presbyteris praecipit, ne in ecclesia S. Pantaleonis aut |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1138—1142.** |
| | | in locis ad eam pertinentibus maneant invitis fratribus ecclesiae S. Frigdiani Lucensis. Baluzii Misc. IV. 591, Migne 179 p. 566. — „Non dubium vobis". |
| Sept. 19. | Laterani | 8168 Canonicis Pratensibus mandat, ut Attoni episcopo Pistoriensi debitam reverentiam exhibeant (vide infra ep. 8325). Pflugk-Harttung Acta II. 320. — „Episcopos, qui". |
| Oct. 2. | „ | 8169 Monasterii Latiniacensis bona confirmat, litteris Radulpho abbati directis. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Lagny ms. lat. 9902. s. XVI inter folia 1 et 4. |
| Nov. 25. | „ | 8170 (5819) Milites et bonos homines Nogariae hortatur, ut „de laboribus, quos" in silva quadam monasterii Nonantulani „excolant, praefati monasterii fratribus ius suum integre persolvant". Muratori Ant. It. II. 179, Migne 179 p. 566. — „Perlatum est". |
| Dec. 5. | „ | 8171 (5821) Monasterii Monasteriensis (Münchmünster) bona alienari vetat et decimas oblationesque quasdam confirmat. Pflugk-Harttung Acta II. 321, (Lang Regesta I. 132). — „Officii nostri". |
| „ 8. | „ | 8172 (5822) D. marchionem hortatur, ut monasterio b. Petri (Münchmünster) ablata reddat. Hund II. 523, Ludewig SS. R. G. I. 580, Migne 179 p. 567. — „Quisquis Deo placere". |
| „ 22. | „ | 8173 Parvino abbati S. Sepulcri Cameracensis privilegium concedit. Neues Archiv VII. 90. — „Quae pro bono". |
| „ 29. | „ | 8174 Leone abbate S. Bertini Sithiensi petente, compositionem inter Lambertum eius praedecessorem et Everardum, filium Oberti de Helcino, factam confirmat. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 59. f. 41. — „Quotiens illud a". |
| „ 29. | „ | 8175 (5825) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, praepositis et prioribus praecipit, „ut nullum de conversis vel ceteris fratribus Praemonstratensis ordinis absque praelati licentia recipiant". Le Paige Bibl. Praem. p. 421, Migne 179 p. 394, ibid. p. 568. — „Non videtur fraternae". |
| „ 30. | „ | 8176 (5826) Heloissae abbatissae et sororibus Paraclitensibus asserit bona a Gundrico sacerdote concessa. Abaelardi et Heloisae Opp. p. 348, Lalore Collection II. 5, Migne 179 p. 569. — „Religiosis desideriis". |
| | | **1139—1142.** |
| Febr. 13. | Laterani | 8177 (5827) D. plebano de Massa et universis capellanis eiusdem plebis mandat, hortentur populum, ne fratribus S. Frigdiani Lucensibus adversentur. Signorectum et Rolandum presbyteros, quorum alter in ecclesia S. Pantaleonis, alter in ecclesia S. Antonii contra interdictum sacra procuraverint, in diem 19. Martii evocat. Baluzii Misc. IV, 590, Migne 179 p. 569. — „Ignotum vobis". |
| Apr. 23. | „ | 8178 (5828) R(iboaldum), archiepiscopum Mediolanensem, et Ar(dizzonem) Comensem et I(ohannem) Laudensem episcopos reprehendit, „quod contra Romanae ecclesiae privilegia quaedam nova et inaudita in suis parochiis statuere contendant: ut videlicet nullus deinceps saecularium in monasteriorum cimiteriis tumuletur, et si quis infirmitate praeventus se monachum fieri postulaverit, nullatenus suscipiatur". Quo conatu ut desistant praecipit. („Dat. VIIII. Maii"; an VIIII. kal. Mai.?) Theinerii Disqu. crit. p. 366, Migne 179 p. 570. — „Perlatum est". |
| Nov. 14. | „ | 8179 (5818) C(onrado) archiepiscopo Salzburgensi et (Henrico) Ratisponensi et (Reginberto) Passaviensi episcopis mandat, ut R(abotonem) comitem et Fridericum eius ministerialem monasterio Baumburgensi donatum a matre comitis praedium quoddam restituere iubeant. Pflugk-Harttung Acta II. 320, (Lang Regesta I. 158). — „Si quis ea". |
| | | **1140—1142.** |
| Nov. 28. | Laterani | 8180 Theobaldo abbati et fratribus Dervensibus concessam ab Hattone, episcopo Trecensi, ecclesiam b. Mariae Rosniacensem confirmat. Coll. Moreau t. 60. f. 1 in bibl. nat. Paris., (Lalore Collection IV. 203). — „Religiosorum locorum". |
| Dec. 9. | „ | 8181 (5823) Henricum, episcopum Wintoniensem, apostolicae sedis legatum, monet, ut monachorum S. Petri Westmonasterii possessiones tueatur. Wilkins Conc. I. 418, Epist. Herberti de Losinga ed. Anstruther p. 109, Migne 179 p. 567. — „Ex parte filiorum". |
| „ 9. | „ | 8182 (5824) G(ervasio) abbati et fratribus S. Petri Westmonasterii per Osbertum priorem petentibus, ut (Edwardus) rex in sanctorum numerum referatur, respondet ita: „Petitionem vestram perficere hac vice distulimus, quia, cum tanta festivitas debeat fieri ad honorem et profectum totius regni, ab omni regno pariter debet postulari". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1140—1142.** |
| | | Nunciat, se Henrico, episcopo Wintoniensi, mandasse, ut possessiones iis ablatas reddi iuberet. (Gervasius post m. Sept. 1140 abbas factus est.) Rymer Foedera I. 17, Wilkins Conc. I. 419, Monast. Angl. nov. ed. I. 308, Epist. Herberti de Losinga ed. Anstruther p. 122, Migne 179 p. 568. — „Quum (Quoniam?) religiosum virum". |
| | | **1141—1142.** |
| Ian. 17. | Laterani | 8183 (5829) A. archidiacono Lucensi significat, se fratribus S. Frigdiani ecclesiam S. Salvatoris de Mustolio commisisse. Mandat, ut eiusdem ecclesiae presbyteros, nisi ante „proximam purificationem S. Mariae" (2. Febr.) Ier(onymo) priori morem gesserint, removeat. Baluzii Misc. IV. 591, Migne 179 p. 570. — „Ecclesiam S. Salvatoris". |
| Mart. 13. | „ | 8184 (5830) R. priorem et canonicos S. Angeli iam iterum hortatur, ne canonicos ecclesiae S. Frigdiani Lucensis propter ecclesiam S. Salvatoris in Mustolio iniuriis afficiant. Baluzii Misc. IV. 592, Migne 179 p. 571. — „Displicet nobis, quod". |
| Nov. 16. | „ | 8185 B(ertrandum) episcopum et R(aimundum) praepositum ecclesiae Foroiuliensis hortatur, ne fratres Lirinenses propter ecclesias S. Leontii et S. Petri de Figolis iniuriis afficiant. Pflugk-Harttung Acta I. 164, cf. notam meam in Hist. Jahrb. II. 116; Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 10. — „Querimoniam quam". |
| | | **1142.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 12. — 23. Febr. — 13.)* |
| Ian. 1. | Laterani | 8186 (5831) (Arnaldo), archiepiscopo Narbonensi, et eius suffraganeis significat, quoniam „Montispessulani homines tanquam infideles et perfidi Guillelmum expulissent et seipsos ab eius servitio et fidelitate subtraxissent", sese „in illos, qui ipsius loci consules appellentur, et alios omnes, qui tantae malitiae capita esse noscantur, excommunicationis sententiam promulgasse et locum ipsum a divinis officiis interdixisse". Gariel Ser. I. 181, Bouquet Rec. XV. 406, Migne 179 p. 571. — „Qualiter Montispessulani". |
| („) | („) | 8187 (5832) *G(uillelmo) Mimatensi et H(umberto) Aniciensi episcopis ut superiore epistola de Montispessulanis scribit. Vide Gariel Ser. I. 182. |
| „ 4. | „ | 8188 (5833) Monasterii Mortui-maris tutelam suscipit, possessionesque ac decimarum immunitatem confirmat, petente Ada abbate. Cartul. de Mortemer f. 31 ms. lat. 18369 in bibl. nat. Paris., (Neustria pia p. 779, Migne 179 p. 572). — „Desiderium, quod ad". |
| „ 4. | „ | 8189 Ecclesiae S. Mariae Ebroicensis tutelam suscipit bonaque confirmat, petente Rotrodo episcopo. Cart. du chap. d'Evr. s. XIII—XIV. f. 5[b], in Arch. dép. de l'Eure in Evreux. — „Equitatis et iusticie". |
| „ 4. | „ | 8190 Monasterii Leoncellensis tutelam suscipit ac possessiones confirmat, petente Falcone abbate. Chevalier Coll. de cart. Dauphin. IV. 3. — „Apostolice sedis clementie". |
| „ 4. | „ | 8191 Monasterii S. Mariae Trium-fontium patrocinium suscipit, possessionesque confirmat, petente Galterio abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 164. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 5. | „ | 8192 (5834) Monasterii Longi-pontis protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Hugone abbate. (Fragmentum.) Compendiosum abbatiae Longi-pontis chron. p. 9, Migne 179 p. 572. — „Dilecti in domino". |
| „ 8. | „ | 8193 (5835) Monasterii Berchtesgadensis tutelam suscipit, possessionesque ac iura confirmat, petente Eberwino abbate. Hund II. 158, Migne 179 p. 573. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 8. | „ | 8194 (5836) Monasterii Reichersbergensis protectionem suscipit bonaque et iura confirmat, petente Gerhoho praeposito. Mon. Boic. IV. 405, Hund III. 228, Ann. Reichersp. 1141 ap. Ludewig SS. R. Germ. II. 249, (in MG. SS. XVII. 458), Cocqu. II. 255, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 196. — „Pie postulatio voluntatis". |
| „ 8. | „ | 8195 R(eginberto) episcopo Passaviensi respondet, se ut „per alia ei scripta (supra 8119) mandaverit, ea, quae de decimis a religiosis viris nullatenus exigendis a sanctis patribus statuta sint et a sese in modernis conciliis innovata, immutare non posse". Praecipit ne a canonicis Reichersbergensibus exigi decimas permittat, utque G(erhohum) praepositum tueatur. Urkb. des Landes ob der Enns I. 285 et II. 190. — „Quemadmodum per alia". |

**1142.** (*Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 12. — 23. Febr. — 13.*)

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 9. | Laterani | 8196 Monasterii Bellae-vallis protectionem suscipit possessionesque confirmat. (Fragmentum.) Cartul. de Bellevaux, Coll. Moreau 870. f. $133^b$ in bibl. nat. Paris. |
| „ 15. | „ | 8197 (5837) Monasterii Vallis-secretae disciplinam Praemonstratensem confirmat, petente Godefrido abbate. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 643, Migne 179 p. 577. — „Quotiens illud a". |
| „ 23. | „ | 8198 (5838) Monasterium S. Petri (Münchmünster) tuendum suscipit et eius iura ac bona confirmat, petente Richardo abbate. Hund II. 518, Migne 179 p. 578; Cf. Lang Regesta I. 160. — „Iustis votis assensum". |
| „ 30. | „ | 8199 (5814) Heinrico, episcopo Moraviensi, ad Prussiae paganos christianae religioni conciliandos profecturo, mandat, ut vicarios domi constituat. Concedit, ut praeferenda cruce in Prussia utatur. Boczek C. D. M. I. 212, Migne 179 p. 564. — „Non decet". |
| „ 30. | „ | 8200 Monasterium S. Mariae Morronense tuendum suscipit eiusque possessiones et iura confirmat, petente Uberto abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 321. — „Desiderium, quod ad". |
| Febr. 11. | „ | 8201 Parthenonis S. Mariae Santonensis tutelam suscipit, ac libertates et bona, petente Agnete abbatissa, confirmat. Grasillier Cart. inéd. de la Saintonge II. 13. — „Ex commisso nobis". |
| „ 25. | „ | 8202 (5839) Monasterii S. Petri Rosslebensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro praeposito. (Signa chronologica corrupta. Pro „sub." leg. „lat.") Thuringia sacra p. 738, Migne 179 p. 580. — „Quoties illud a". |
| Mart. 3. | „ | 8203 (5840) Guillelmo, domino Montispessulani, significat, se episcopis mandasse, ut Idelphonsum, comitem Tolosanum, „ab auxilio proditorum eius desistere commoneant; quodsi contemptor exstiterit, excommunicatum denuncient". „De (Raimundo) episcopo Magalonensi quid actum sit, per nuncium" ostendit. Gariel Ser. I. 182, Bouquet Rec. XV. 406, Migne 179 p. 582. — „Sicut per alia". |
| „ 5. | („) | 8204 Monasterii S. Vedasti tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Gualtero abbate. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 78. — „Quotiens illud a". |
| „ 5. | „ | 8205 Gualtero abbati S. Vedasti malefactorum ecclesiae excommunicandorum licentiam concedit, si eorum episcopi infra duos menses de ipsis iustitiam facere neglexerint. Guimann Cart. de S.-Vaast d'Arras p. 80. — „Cum universis sancte". |
| „ 6. | „ | 8206 Monasterii S. Wandregisili (Fontanellensis) tutelam suscipit, bonaque confirmat, petente Galtero abbate. Autograph. mutilum in Arch. de la Seine-Infér. à Rouen, Fonds de St.-Wandrille. (Cop. in Coll. Moreau t. 59. f. 194, Cartul. de St.-Wandrille ms. lat. 17132. s. XV. f. 4 in bibl. nat. Paris.) — „Desiderium, quod ad". |
| „ 8. | „ | 8207 Ecclesiae Engolismensis tutelam suscipit et possessiones confirmat, petente Lamberto episcopo. Pflugk-Harttung Acta II. 323. — „Ex commisso nobis". |
| „ 8. | („) | 8208 (5841) Monasterium S. Columbani Bobiense tuendum suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat, petente Simeone episcopo. Margarini Bull. Cas. II. 158, Cocqu. II. 259, Migne 179 p. 582. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 11. | „ | 8209 (5842) Monasterium Gerbacense (al. Ingerbacense) tuendum suscipit et eius bona ac iura confirmat, rogatu Henrici ep. Ratisponensis. Mon. Boic. X. 236, Hund III. 442, Hundt Urk. d. Kl. Indersdorf I. 5, Migne 179 p. 584. — „Apostolicae sedis clementia". |
| „ 11. | „ | 8210 Parthenonis S. Mariae Nidi-avis possessiones, petente Aramburga abbatissa, confirmat. Ex Coll. Housseau V. n. 1653 bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „Desiderium quod". |
| „ 14. | „ | 8211 (5842a) Monasterii S. Imeri Bellelagiensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Geroldo abbate. Trouillat Mon. de Bâle I. 280, Gall. Chr. XV. Instr. p. 203, Fontes rer. Bern. I. 415, (Hugo O. P. A. I. 216, Migne 179 p. 585). — „Quoties illud a". |
| „ 16. | „ | 8212 (5843) Monasterii Heilsbronnensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Raboto abbate. Hocker Supplem. zum Heilsbr. Antiqu. II. 65. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 16. | „ | 8213 (5844) Monasterii Ebracensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petente Ada abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 324, (Lang Regesta I. 163, cf. Brevem notitiam mon. Ebr. p. 66). — „Ad hoc nobis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1142.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 12. — 23. Febr. — 13.)* |
| Mart. 18. | Laterani | 8214 (5845) Monasterii S. Mariae Portensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Alberto abbate. Schoettgen u. Kreysig Dipl. Nachlese I. 446, Corssen Alterthümer von Pforte p. 68. — „Apostolici moderaminis". |
| „ 18. | „ | 8215 (5846) Parthenonis S. Lamberti Tulbensis protectionem suscipit, possessiones confirmat, privilegia instituit. Schannat Dioec. Fuld. p. 257, Cocqu. II. 252, Migne 179 p. 587. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 23. | „ | 8216 (5847) Ecclesiae SS. Agapii et Secundini Eugubinae iura ac bona confirmat. Sarti De ep. Eugub. p. 88. |
| „ 23. | „ | 8217 Ecclesiae S. Salvatoris de Colle Blanco protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Iohanne priore. Raffaeli Mem. di S. Esuperanzio III. 63. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 31. | „ | 8218 Ortliebo, episcopo Basileensi, asserit decumarum episcopatus partem quartam. Trouillat Mon. de Bâle I. 285. — „Oportet nos pro". |
| Apr. 1. | „ | 8219 (5848) Monasterium S. Mariae Grandis-silvae tuendum suscipit et eius possessiones ac iura confirmat, petente Bertrando abbate. Gall. Chr. XIII. Instr. p. 18, Migne 179 p. 588. — „Apostolici moderaminis". |
| „ 1. | „ | 8220 (5815) Heinricum, episcopum Moraviensem, iter ad paganos aggressurum, hortatur, ut ad suos, rebelles ipsosque emendatione indigentes, quam primum reverti studeat. Boczek C. D. M. I. 213, Migne 179 p. 564. — „Qui pastoralis". |
| „ 1. | „ | 8221 (5816) Episcopatus Olmutiensis clerum de sacris contra Heinrici episcopi interdictum perpetratis, et de excommunicatis ab eodem hominibus receptis, vituperat, obedireque episcopo iubet. Boczek C. D. M. I. 214, Migne 179 p. 565. De tempore cf. Dudik Mähr. Gesch. III. 141. — „Quod vos". |
| „ 3. | „ | 8222 (5849) Ecclesiae S. Laurentii Viterbiensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Azone archipresbytero. Bussi Istoria di Viterbo p. 400, Migne 179 p. 590. — „Piae postulatio". |
| „ 5. | „ | 8223 Monasterii S. Mariae de Valle Iosaphat ecclesias quasdam tuendas suscipit, iniuncto fratribus auri unciae tributo annuo. Pflugk-Harttung Acta II. 322, (Delaborde Chartes de Terre Sainte p. 54). — „Possessiones et bona". |
| „ 11. | „ | 8224 Ecclesiam S. Hilarii Pictaviensem tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat. Mem. de la soc. des antiquaires de l'ouest, année 1847, p. 138. — „Aequitatis et iustitiae". |
| „ 19. | „ | 8225 (5850) Ecclesiam S. Stephani Tolosanam, petente Raimundo episcopo, tuendam suscipit; bonaque episcopalia vetat aut post singulorum episcoporum mortem diripi, aut alio modo alienari. Catel Mém. du Langued. p. 880, (Gall. Chr. XIII. Instr. p. 19, Cocqu. II. 256, Migne 179 p. 591). — „Ex iniuncto nobis". |
| „ 19. | „ | 8226 (5851) Clero et populo Tolosano Raimundum episcopum, revertentem Roma, commendat. Catel Mém. du Languedoc p. 880, Bouquet Rec. XV. 406, Migne 179 p. 592. — „Venientem ad nos". |
| „ 25. | „ | 8227 (5852) Ecclesiam b. Eusebii Vercellensem tuendam suscipit, canonicorumque possessiones et iura confirmat, Abraham archipresbytero et canonicis petentibus. Ughelli It. sacr. IV. 779, Cocqu. II. 256, Migne 179 p. 593. — „Aequitatis et iustitiae". |
| „ 26. | („) | 8228 Monasterii Aureliacensis possessiones et privilegia, rogatu Guilelmi abbatis, confirmat, imposito fratribus decem solidorum Pictaviensis monetae censu annuo. Mém. de l'acad. de Clermont-Ferrand XIX. 46, Mon. pont. Arverniae p. 194. — „Cum universalis sanctae". |
| „ 27. | „ | 8229 Monasterii Altaeripensis patrocinium suscipit, ac possessiones decimarumque immunitatem confirmat, petente Girardo abbate. (Temporis significatio vitiosa.) Mémorial de Fribourg II. 18. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 27. | „ | 8230 Monasterii S. Iohannis baptistae de Monte Magdeburgensis tutelam suscipit bonaque et iura confirmat, petente Arnoldo abbate. Holstein Urk. d. Kl. Berge (Gesch.-Qu. d. Prov. Sachs. IX.) 18. — „Commisse nobis apostolicae". |
| Mai. 3. | Tiburtum | venit „mensis Madii die 3; sed post 40 dies m. Iulii (leg. Iunii) die 12 feria 6 (leg. 5) fugatus est". Vide Catalog. pont. et imp. Tib. in MG. SS. XXII. 357 (ad a. 1135, corrigatur 1142, vide Bernhardi Konrad I. 350). |
| „ 8. | In monte Tiburtino | 8231 Gilduino abbati et fratribus S. Victoris Parisiensibus asserit „quidquid in maiori sive in minori decima de . . ., rogatu Alberici de Ver., assentiente Radulfo Bello et |

**1142.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 12. — 23. Febr. — 13.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | Stephano episcopo Parisiensi eis concessum sit". Autogr. in tab. nat. Paris. L. 226. n. 19. — „Religiosis desideriis dignum". |
| Mai. 19. | In monte Tiburtino | 8232 (5853) Monasterio Cluniacensi asserit manerium de Letdecumba, a Stephano Anglorum rege donatum. Bibl. Cluniac. p. 1340, Bullar. Cluniac. p. 51, Mansi XXI. 408, Cocqu. II. 257, Migne 179 p. 594. — „Ad hoc in". |
| „ 23. | „ | 8233 Monasterii SS. Petri et Pauli Malmesburiensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia, rogatu Henrici episcopi Wintoniensis ac Stephani (Anglorum) regis confirmat, ea tamen lege, ut uncia auri quotannis Lateranensi palatio persolvatur. Registrum Malmesbur. I. 346. — „Cum universis sanctae". |
| Iun. 11. | „ | 8234 (5854) Ecclesiae Ragusinae iura metropolitana, petente Andrea archiepiscopo, confirmat. Farlati Ill. sacr. VI. 63, Migne 179 p. 595. — „Ex commisso". |
| „ 12. | „ | 8235 (5855) Ecclesiam S. Mariae Strombergensem (postea Heisterbacensem) tuendam suscipit, et eius bona iuraque confirmat, Waltero praeposito et Hermanno ceterisque fratribus petentibus. Lacomblet Urk. I. 233, Migne 179 p. 596. — „Ad hoc universalis". |
| „ 12. | Tiburto | fugit. Vide supra ad d. 3. Mai. |
| Iul. 6. | Romae | 8236 Monasterii S. Mariae Bellae-vallis possessiones confirmat. (Fragmentum.) Cart. de Bellevaux, Coll. Moreau 870. f. 134ᵇ in bibl. nat. Paris. |
| | | 8237 *Simoni, episcopo Noviomensi, litteras dat, quibus Tornacensibus canonicis notum facit, „sese de electione (episcopi Tornacensis, vide supra 30. Dec. 1141) voluntatem quidem non mutasse, sed ad praesens per consilium distulisse", mandatque, ut Simoni „solitam obedientiam exhibeant". Hist. Tornac. in MG. SS. XIV. 344. |
| Aug. 21. | Laterani | 8238 (5856) Heinrico, episcopo Moraviensi, commendat Guidonem diaconum cardinalem, legatum apostolicum. Boczek C. D. M. I. 215, Migne 179 p. 597. Cf. Giesebrecht Arnold v. Brescia p. 16. — „Diu est". |
| Sept. 30. | „ | 8239 (5857) Monasterium Arnsteinense tuendum suscipit et eius possessiones iuraque confirmat, petente Godefrido abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 119, Beyer M. U. I. 581, Acta SS. Oct. XI. 740, (Hontheim Hist. Trev. I. 548, Migne 179 p. 597. — „Ad hoc universalis". |
| „ 30. | „ | 8240 (5858) Ecclesiae Colbicensis protectionem suscipit possessionesque ac privilegia confirmat, petentibus Rodulfo Halberstadensi et Alberto Bambergensi episcopis. Beckmann Hist. v. Anhalt I. 469, Heinemann C. D. Anhalt. I. 216. — „Apostolici moderaminis". |
| Oct. 27. | „ | 8241 (5859) Monasterii S. Mariae Varlariensis protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Alberto praeposito. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 651, Niesert Münst. Urkundens. II. 147, Migne 179 p. 599. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 29. | „ | 8242 (5860) Monasterii SS. Sixti et Sebastiani Chiemseensis tutelam suscipit, ac privilegia bonaque confirmat, petente Conone praeposito. Mon. Boic. II. 386, Pflugk-Harttung Acta II. 326, Migne 179 p. 601. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 29. | „ | 8243 Monasterii Fructuariensis possessiones et iura confirmat, petente Manfredo abbate. Pflugk-Harttung Acta II. 325. — „Cum universis sacre". |
| Nov. 15. | „ | 8244 (5861) Monasterii Salvatoris et S. Bonifatii Fuldensis possessiones privilegiaque, petente Alcholfo abbate, confirmat. Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 391, Schannat Hist. Fuld. Cod. Prob. p. 176, Migne 179 p. 602. (Cf. Harttung Dipl.-hist. Forschung. p. 500.) — „Cum universis Dei". |
| „ 22. | „ | 8245 (5862) I(eronymo), priori ecclesiae S. Frigdiani Lucensis, significat, cum a clericis laicisque ecclesiae Aretinae Romam vocatis episcopum electum esse. Hortatur, ut episcopatum capessat. Baluzii Misc. IV. 592, Migne 179 p. 604. — „Aretina ecclesia". |
| Dec. 4. | „ | 8246 (5863) Ecclesiae Bellicensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Guilielmo episcopo. Guichenon Ep. Bellic. ser. p. 25, Gallia Christ. ed. I. T. II. 361, ed. II. T. XV. Instr. p. 307, Guichenon Hist. de Bresse II. contin. p. 22, Migne 179 p. 604. — „Piae postulatio". |
| „ 5. | „ | 8247 (5864) Monasterii Sonnebecani protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Arnulfo abbate, confirmat. Miraei Opp. dipl. II. 1163, Migne 179 p. 606. — „Apostolicae moderaminis clementiae". |

| | | **1142.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 12. — 23. Febr. — 13.)* |
|---|---|---|
| Dec. 5. | Laterani | 8248 Monasterium S. Nicolai Aridagamantinum tuendum suscipit, possessiones eius confirmat, fratribusque liberam abbatis eligendi facultatem concedit, petente Gervasio abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 60. f. 17. — „Ad hoc nobis ecclesiae". |
| „ 5. | „ | 8249 Monasterii S. Iohannis de Valencenis tutelam suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Gisleberto abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau t. 60. f. 20. — „Ad hoc nobis ecclesiae". |
| „ 6. | „ | 8250 (5865) Monasterii SS. Marini et Aniani Rotensis protectionem suscipit et bona iuraque, rogatu Bertrici abbatis, confirmat, imposito monachis byzantii aurei censu annuo. Hund III. 267, Mon. Boic. I. 356, Cocqu. II. 258, Migne 179 p. 607. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 6. | „ | 8251 (5866) C(onrado) archiepiscopo Salzburgensi praecipit, ut monasterium Rotense ab Henrici comitis de Lechismunde iniuriis defendat. Mon. Boic. I. 358, Migne 179 p. 609. — „Dilectus filius noster". |
| „ 8. | „ | 8252 (5867) Monasterii S. Michaelis Lunaelacensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Conrado abbate. Chronicon Lunaelacense p. 121, Pez Thes. anecd. VI. I. 335, Urkundenb. des Landes ob der Enns II. 200, Migne 179 p. 609. — „Desiderium, quod". |
| „ 12. | „ | 8253 Monasterii S. Vincentii Laudunensis possessiones et iura confirmat, petente Anselmo abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Grenier t. 267. f. 240. — „Quotiens illud a". |
| „ 17. | „ | 8254 Monasterii Corbeiensis, rogatu Nicolai abbatis, tutelam suscipit ac possessiones et libertatem confirmat, imposito fratribus unciae auri censu annuo. In bibl. nat. Paris. Cart. noir de Corbie ms. lat. 17758. s. XIII. f. 221, Coll. Grenier 53. f. 63. — „Cum universis catholicae" „Cum universis ecclesiae". |
| „ 17. | „ | 8255 (5868) Monasterii Parcensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia, petente Philippo abbate, confirmat. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 310, Miraei Opp. dipl. II. 822, Migne 179 p. 610. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 21. | „ | 8256 (5869) Ecclesiae Cameracensis privilegia et possessiones confirmat, petente Nicolao episcopo. Miraei Opp. dipl. II. 1163, Choiseul Mém. p. l'arch. de Cambray p. 13, Migne 179 p. 612. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 22. | „ | 8257 Parthenonis S. Mariae Magdalenae Strumensis tutelam suscipit, possessionesque confirmat, petente Maria abbatissa. Pflugk-Harttung Acta I. 165. — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 23. | „ | 8258 (5870) Monasterium Rupense privilegiis ornat, bonaque eius confirmat, petente Gaufrido abbate. Gall. Chr. XII. Instr. p. 113, Migne 179 p. 613. — „Purae mentis". |
| „ 23. | „ | 8259 (5871) Monasterii Pontiniacensis possessiones et privilegia confirmat, petente Guichardo abbate. Martene Thes. III. 1228, Quantin Cart. gén. I. 360, Migne 179 p. 614. — „Habitantes in domo". |
| „ 25. | „ | 8260 (5874) Henrico, episcopo Wintoniensi, apostolicae sedis legato, et Roberto, episcopo Herefordiensi, mandat, iudicent inter Theobaldum, archiepiscopum Cantuariensem, et S. Augustini monachos. Hist. mon. S. August. Cant. p. 375, (Chronica W. Thorn ap. Twysden H. A. SS. II. 1802, Migne 179 p. 617). — „Sicut nosse potest". |
| „ 27. | „ | 8261 (5872) Clero populoque Atrebatensi significat, Alvisum episcopum culpam apud sese diluisse. Cui ut obtemperent, hortatur. Baluzii Misc. II. 164, Bouquet Rec. XV. 407, Migne 179 p. 616. — „Venientem ad nos". |
| „ 30. | „ | 8262 (5873) Hugonis, episcopi Autissiodorensis, iura confirmat. Gall. Chr. XII. Instr. p. 112, Quantin Cart. gén. I. 361, Migne 179 p. 616. — „Ex iniuncto". |
| | | 8263 (5875) (Hugoni) archiepiscopo Turonensi praecipit, ut „b. Lucae festivitate sequentis anni" (18. Oct. 1143) ad sese veniat, cum archiepiscopo Dolensi de episcopatu Aletensi acturus. („In libro XI. Regestorum papae Innocentii II. duodecimo anno".) Martene Thes. III. 886, Morice Mém. de Bret. I. 587, Bouquet Rec. XV. 407, Migne 179 p. 618. — „Venerabilis frater". |
| | | 8264 (5876) Monasterium S. Crispini in Cavea Suessionense tuendum suscipit et eius bona iuraque confirmat, petente Rogero abbate. Gall. Chr. X. Instr. p. 117, Migne 179 p. 619. — „Ex commisso". |
| | | 8265 *Monasterii Hallensis, quod dicitur ad Novum-opus, possessiones et privilegia confirmat. („1142, p. a. XIII.", alia signa temporis desunt.) Dreyhaupt Pagus Neletici I. 706. n. 5. |

**1142.** *(Ind. 5. — 1. Sept. — 6, pont. a. 12. — 23. Febr. — 13.)*

8266 Monasterii S. Petri Crispinensis protectionem suscipit, possessionesque ac privilegia confirmat, petente Algoto abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Moreau 60. f. 55. — „Religiosis desideriis dignum".

8267 Monasterii Caroli-loci possessiones et privilegia confirmat. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. Cartul. mon. Car.-loci ms. lat. 11003. f. 386, (cf. Gall. Chr. X. 1508).

**1130—1143.**

8268 (5877) Stephanum, episcopum Parisiensem, iam iterum monet, ut S. Genovefae ecclesias interdicto absolvat. Io. Piccutum commendat. D'Achery Spic. III. 489, Mansi XXI. 402, Migne 179 p. 620, (Bouquet Rec. XV. 267, ubi haec epistola Honorio II. attribuitur). — „Olim fraternitati".

8270 (5879) Radulfum, abbatem Latiniacensem, ipsius praecepta detrectantem, monasteriique bona dissipantem, in „proximam dominicam, qua legitur: Ego sum pastor bonus", evocat. Martene et Dur. Vet. SS. I. 763, Bouquet Rec. XV. 399, Migne 179 p. 621. — „Sanctorum patrum".

8271 (5881) Ecclesiae Bonae-spei possessiones et privilegia confirmat, petente Odone abbate. Miraei Opp. dipl. III. 331, Migne 179 p. 622. — „Iustis votis assensum".

8272 (5883) Episcopo Cremonensi respondet, „presbyterum, qui sine unda baptismatis extremum diem clauserit, quia in ecclesiae fide et Christi nominis professione perseveraverit, ab originali peccato solutum esse". Coll. Lips. XXIV. 1, Coll. Cassel. XXXVII. 1, Coll. Bamb. XXVIII. 1, Comp. I. L. V. t. 35. c. 2, Decr. Greg. L. III. t. 43. c. 2, Migne 179 p. 624. — „Apostolicam sedem venerabilis".

Mai. 1. 8273 (5884) Ecclesiae S. Laurentii Florentinae ac monasterii Crispinensis de domo hospitali litem componit. Lami Eccl. Fl. Mon. III. 1778, Cianfogni Mem. ist. p. 202, Migne 179 p. 625. — „Pro controversia".

8274 Episcopo Wintoniensi, quaerenti de muliere, quae a patre coniugi et ab hoc patri commendata sit, respondet, „legitimo consensu interveniente ex eo statim coniugem esse, quo spontanea concessione sese coniugem esse asserat". Append. conc. Lat. VI. 31, Coll. Bamb. LI. 28, Coll. Cassel. LVIII. 29, Comp. I. L. IV. t. 1. c. 10. — „Super eo quod interrogasti".

8275 (5884a) Episcopo Ianuensi mandat, ut „corpus P. de Castello monachis S. Stephani reddi faciat et cum suis fratribus sepeliri". Comp. I. L. III. t. 24. c. 5, Decr. Greg. L. III. t. 28. c. 3, Migne 179 p. 626. — „Fraternitatem tuam ignorare" „Fraternitatem tuam non".

8276 (5885) „Urbani atque Calixti sententiam confirmat, statuens, ne abbates in parochialibus ecclesiis, quas tenent, absque episcoporum consilio presbyteros collocent". Mansi XXI. 436, Migne 179 p. 627. — „Sane de presbyteris".

8277 Ordinis Cisterciensis abbatibus praecipit, ut fratres Hirsaugienses, e monasterio profugos, quos sine Folmari abbatis licentia susceperint, redire cogant. Wirtemberg. Urkundenb. IV. 348. — „Caritatis bonum".

8278 Monasterium S. Mariae Ripatoriense tuendum suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Hugone abbate. Ex chartul. b. Mariae de Ripatorio f. 1, nouv. acqu. lat. 1228 in bibl. nat. Paris. — „Religiosam vitam eligentibus".

8279 *Archiepiscopos et episcopos per Hispaniam constitutos hortatur, ut primati Raimundo, archiepiscopo Toletano, obediant. Pflugk-Harttung Iter p. 230. — („Apostolicae sedis clementia".)

8280 Leprosis S. Aegidii apud Pontem Audomari litteras dat. Neues Archiv VII. 90. — „Gratam Deo et".

8281 Monasterii S. Leodegarii Suessionensis possessiones confirmat, petente Petro abbate. Pécheur Cartul. de St. Léger de Soissons p. 26. — „Sicut iniusta poscentibus".

8282 B. episcopo Bellicensi praecipit, ut Aymoni abbati et fratribus S. Andreae Viennensibus ecclesiam de Chimillino aliasque restituat. Chevalier Cart. de S. André-le-Bas p. 148, Pflugk-Harttung Acta I. 168. — „A iudice lata".

8283 Fratribus Marolensibus nunciat, se eorum abbatem electum Iohannem benigne suscepisse et propriis manibus consecrasse. Mandat, ut ei obsequium praestent. Pflugk-Harttung Acta II. 327. — „Venientem ad nos".

**1130—1143.**

8284 B(ucconi) episcopo Wormatiensi respondet, „iudicium aquae, quod clericus quidam fecerit, non esse canonicum". Addit, „si non sit, qui clericum convincat, et ipse iuramento propria manu voluerit asserere, quod illum, cuius mors ei obiiciatur, nec percussisset, nec socio, ut eum percuteret, consilio et auxilio affuisset, si bene et honeste vixerit, praebenda et ecclesiasticis beneficiis non privetur; sed quia idoneos testes ad purgationem sui habere non possit, a subdiaconatus officio suspendatur, ingressu tamen ecclesiae non careat". Bulletins de l'acad. de Bruxelles III. 289. — „Clericus iste veniens".

8285 *Ecclesiae Bethlemiticae privilegia, quibus Ascalona parochia ei subiecta erat, licet sint pravorum hominum malitia erasa, „eandem vim et idem robur, ac si erasa non essent", obtinere vult. Ex bulla Clementis IV. d. d. 11. Mai. 1266 in L'Epoca (di Varazze), giorn. settiman. 1874. I. n. 17. 19. 26, quam mihi misit comes Riant.

†8286 Codicem a Calixto II. editum (i. e. Pseudoturpinum) „ab heretica et apocrypha pravitate alienum" esse testatur. Latores eius in itinere ad S. Iacobum (Compostellanum) inquietari vel codicem ipsum ex apostoli basilica auferri, sub excommunicationis poena vetat. La Fuente Hist. eccl. de Esp. I. 296, Paris De Pseudoturp. p. 40. — „Hunc codicem".

**1131—1143.**

8287 Alberoni, episcopo Virdunensi, respondet, „ut monachos ecclesiae S. Pauli in locis religiosis constituat, ubi secundum professionem suam domino deservire valeant". (Fragmentum.) Wassebourg Antiqu. I. 299. — „Fraternitatis tuae".

**1132—1143.**

8288 (5886) H(enrico), episcopo Ratisponensi, praecipit, ut monasterio S. Petri (Münchmünster) ecclesiam b. Sixti restituat. Hund II. 521, Ludewig SS. R. G. I. 579, Migne 179 p. 627. — „Sicut tua novit".

8289 (5884) P(elegrino) patriarchae Aquileiensi, M(anfredo) Mantuano, G(iberto) Feltrensi, L(othario) Vicentino, R(omano) Gurcensi episcopis significat, se decrevisse, ut A(ltmannus) episcopus Tridentinus „tertia manu sui ordinis et quarta manu abbatum et religiosorum sacerdotum de simonia se expurget". (Huius epistolae inscriptionem correxi ex bibl. nat. Paris. ms. lat. 16992, Epist. Rom. pont. X. f. 41.) Append. conc. Later. t. 50. c. 57, Coll. Lips. XXXVII. 7, Comp. I. L. V. t. 29. c. 4, Decr. Greg. L. V. t. 35. c. 5 cum Friedbergi annotatione, (Gratiani Decr. C. II. qu. 5. c. 17, Migne 179 p. 626). — „Quoties frater noster".

8290 H(enrico), episcopo Ratisponensi, mandat, „ut decimas et alia divinis usibus mancipata, que in eius parrochia a laicis detineantur, ad ius et dominium Ratisponensis ecclesiae studeat revocare". (Fragmentum.) Loewenfeld Epistolae p. 94. — „Sacrilegum esse et contra".

**1135—1143.**

8291 G(regorium) episcopum Bergomatem iterum atque iterum monet, ut sententiam inter eum et S. Alexandri canonicos a sese latam observet. Wiener Sitzungsber. XCIV. 658. — „Nullus umquam".

8292 Canonicorum S. Mariae Vercellensis possessiones et privilegia confirmat, imposita eis bizantii aurei pensione annua. Pflugk-Harttung Acta II. 328. — „Piae postulatio voluntatis".

**1137—1143.**

8293 (5887) Ecclesiae b. Mariae rotundae Altissiodorensis disciplinam possessionesque confirmat, petente Hugone episcopo. Hugo O. P. A. II. Pr. p. 144, Migne 179 p. 627. — „In eminenti apostolicae".

**1138—1143.**

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 16. | Laterani | 8294 (5888) Conrado, archiepiscopo Salzburgensi, mandat, ut fratrum Berchtesgadensium disciplinam corrigat. Baluzii Misc. II. 206, Mansi XXI. 427 et 431, Migne 179 p. 628. — „De dignitate". |

**1138—1143.**

| | | |
|---|---|---|
| Mart. 16. | Laterani | 8295 Canonicis Berchtesgadensibus interdicit, ne canonicum ordinem in monachicum immutent. Neues Archiv VII. 90. — „Divine scripture". |
| | | 8296 (5878) Stephanum episcopum, (Gislebertum) decanum et capitulum Parisiense hortatur, ut ecclesiae S. Victoris fratribus praebendam tribuant. Dubois Hist. eccl. Paris. p. 28, Bouquet Rec. XV. 371, Migne 179 p. 620. — „Non dubium est". |
| „ 26. | „ | 8297 Gelduino priori et fratribus S. Victoris Parisiensibus asserit praebendas, a Stephano episcopo assensu Gisleberti decani et capituli Parisiensis et a Stephano, decano S. Genovefae de Monte, collatas. Pflugk-Harttung Acta I. 163. — „Que piis et". |
| Apr. 11. | „ | 8298 (5889) A(gneti) marchionissae et L(eopoldo) marchioni et A(delberto) monasterium Neuburgense et H(artmannum) abbatem commendat. Fischer Merkw. Schicks. von Klosterneuburg II. 133. — „Bonorum principum". |
| „ 15. | „ | 8299 (5890) Hugonis, archidiaconi Atrebatensis, bonorumque eius „tam ecclesiasticorum quam mundanorum" protectionem suscipit. Duchesne H. Fr. SS. IV. 629, Mansi XXI. 404, Migne 179 p. 629. — „Apostolicae sedis clementia". |
| „ 16. | „ | 8300 Canonicis S. Stephani Bituricensibus concessam a Vulgrino archiepiscopo dispositionem ecclesiae S. Iterii confirmat. In bibl. nat. Paris. Cartul. de Bourges ms. lat. nouv. acquis. 1274. s. XIII. f. 17[b]. — „Quemadmodum ea quae". |
| „ 17. | „ | 8301 Gilduino abbati et fratribus S. Victoris (Parisiensis) concessum a St(ephano) episcopo privilegium, ut „quocumque modo canonicus S. Mariae praebendam suam relinquat aut praebenda de una persona in aliam transeat, S. Victoris ecclesia eiusdem praebendae per annum reditus habeat", confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 168 (ex autographo: „XV. kal. Mad."; in bibl. nat. Paris. Chartul. S. Victoris ms. lat. 14672. s. XVI. f. 23: „XIV. kal. Mad."). — „Que a fratribus". |
| „ 17. | „ | 8302 Inter Mathaeum, abbatem S. Florentii Salmurensem, et Willelmum, episcopum Santonensem, litigantes de ecclesiis S. Salvatoris et S. Viviani, in castro de Ponte sitis, diiudicat. Archives hist. de la Saintonge IV. 46. — „Apostolicae sedis clementiae". |
| „ 17. | „ | 8303 Abbati S. Vulmari nemus de S. Cruce asserit. Ex Coll. Moreau t. 117. f. 94, bibl. nat. Paris. Misit Delisle. — „In his quae a". |
| „ 23. | „ | 8304 (5891) Consulibus Placentinis mandat, ne aquam rivi S. Savini, monachis S. Savini ab imperatoribus concessam, derivari a civibus sinant. Campi Hist. di Piac. I. 531, Migne 179 p. 630. — „Dilectus filius". |
| „ 28. | „ | 8305 (5892) Petente Guillelmo de Montepessulano, monachis Cluniacensibus „habendi ecclesiam apud Montempessulanum licentiam dat". Gariel Ser. I. 176, Bouquet Rec. XV. 395, Migne 179 p. 630. — „Sacrum et Deo". |
| Mai. 1. | „ | 8306 Compositionem inter Manfredum, episcopum Antipolitanum, et fratres Lirinenses super quatuor ecclesiis factam confirmat. Pflugk-Harttung Acta I. 158, Moris et Blanc Cartul. de Lérins I. 297. — „Notum vobis fieri". |
| „ 1. | | †8307 Monasterii S. Salvatoris et S. Iuliae Brixiensis bona confirmat, et omnibus ecclesiam eius quibusdam diebus visitantibus peccatorum remissionem promittit. („Dat. Romae ap. S. Petrum".) Wiener Sitzungsber. XCIV. 698 et 704. — „Ad hoc in apostolicae". |
| „ 7. | „ | 8308 Guidoni abbati et fratribus Arremarensibus ecclesiam quandam asserit, petente Bernardo abbate Claravallensi. (. . . non. Maii".) Pflugk-Harttung Acta I. 167, (Coll. Moreau t. 94. f. 236 et Cartul. de Montieramey ms. lat. 5432. s. XIV. f. 46, in bibl. nat. Paris.: „Dat. Lat. non. Maii". Nihil igitur excidisse videtur.) — „Que pietatis intuitu". |
| „ 10. | „ | 8309 Clero populoque Niciensi mandat, ut ad obedientiam episcopi redeant eique de cetero decimas aliaque persolvant. Pflugk-Harttung Iter p. 806. — „Quisquis pura". |
| „ 17. | „ | 8310 Abbati de Petra et archidiacono Guadalfasarensi Oscensi mandat, ut „ad Segobricensem dioecesim personaliter accedant . . . et per libros antiquos et alia adminicula . . . eam provide limitare studeant". (Valde suspecta.) Pflugk-Harttung Acta II. 328. — „Quanto Segobricensis". |
| „ 20. | „ | 8311 Episcopo Tolosano mandat, commoneat fratres Grandis-silvae, ut ad obedientiam monasterii Cadunensis redeant. Loewenfeld Epistolae p. 95. — „Cum omnium virtutum". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1138—1143.** |
| Mai. 23. | Laterani | 8312 (5893) Consulibus Lucensibus praecipit, ne fratribus S. Frigdiani propter ecclesiam S. Pantaleonis iniurias inferri sinant. Baluzii Misc. IV. 590, Migne 179 p. 631. — „Oportuerat quidem". |
| Iun. 8. | „ | 8313 (Stephano, Anglorum regi,?) litteras dat. Ex ms. comitis de Leicester in Holkham no. 228. saec. XVI. fol. 137 dedit Liebermann. — „Cognoscentes sententiam tuam". |
| Sept. 23. | „ | 8314 (5894) Canonicis ecclesiae S. Alexandri Bergomatis ecclesiam de Virgis asserit. Lupi C. D. Berg. II. 1019, Migne 179 p. 631. — „Nuntios vestros". |
| | | 8315 (Raimundo) archiepiscopo Toletano, Hispaniae primati, significat, Iohannem archiepiscopum Bracarensem, quia usque ad terminum constitutum satisfacere ei noluerit, officio suspensum esse. (Protocolli vehementer corrupti menda quomodo sint orta, sane explicare nequeo; epistolam post a. 1138 scriptam esse, docet nomen Iohannis, Pelagii Bracarensis successoris.) Pflugk-Harttung Acta II. 265, male ad a. 1130. — „Officii nostri debitum". |
| | | 8316 Ottoni, episcopo Lucensi, respondet super parentela quadam, cuius diffinitio ad sedem apostolicam delata erat. Addit de qualitate personarum, quae in talibus causis iuramentum praestare debent. Grat. Decr. C. XXXV. qu. 6. c. 8, Mansi XXI. 416. — „De parentela illa". |
| | | **1139—1143.** |
| Ian. 2. | „ | 8317 A(doni) abbati Iurensi scribit, confirmare se sententiam pro monachis Iurensibus contra Melundenses de ecclesiis Barrensibus latam a G. Lingonensi episcopo et B(ernardo) abbate Clarevallensi. D'Arbois de Iubainville Bar-sur-Aube p. 143. — „Quemadmodum ea quae". |
| „ 30. | „ | 8318 (5895) Archiepiscopo Ausciensi mandat, ut P. abbatem S. Fremerii obedire M. abbati S. Florentii cogat. Gall. Chr. I. Instr. p. 189, Migne 179 p. 631. — „Apostolicae sedis". |
| Febr. 1. | „ | 8319 G(aufrido) Carnotensi, ap. sed. legato, et Hu(goni) Autissiodorensi episcopis mandat, determinent controversiam inter monachos Salmurenses et Trenorcienses diu agitatam. Archives hist. du Poitou II. 31. — „Inter dilectos filios". |
| „ 1. | „ | 8320 Monachos Trenorcienses hortatur, ut cum a G(aufrido) Carnotensi, ap. sed. legato, et Hu(goni) Autissiodorensi episcopis evocati fuerint, eorum praesentiam adeant et fratribus Salmurensibus de ecclesiis quibusdam respondeant. Archives hist. du Poitou II. 32. — „Inter vos et". |
| „ 7. | „ | 8321 Abbati et fratribus Medlicensibus litteras dat. Pflugk-Harttung Iter p. 232. — „Litteras et nuntium". |
| „ 27. | „ | 8322 Guillelmo priori et canonicis S. Radegundis Pictaviensibus praecipit, ut quae in ecclesia S. Crucis de presbytero, diacono, subdiacono ceterisque statuta et a Romanis pontificibus confirmata sint, ea observent. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 18380. (Dom Fonteneau V.) f. 379. — „Officii nostri est". |
| „ 27. | „ | 8323 Guillelmo episcopo Pictaviensi mandat, ut canonicos S. Radegundis ad debitum sanctimonialibus S. Crucis servitium exhibendum commoneat. In bibl. nat. Paris. l. l. f. 381. — „Significatum nobis est". |
| Mart. 6. | „ | 8324 R(adulfo) abbati et fratribus Latiniacensibus indulget, ne quis ante eorum monasterium domum hospitalem exstruat aut in festo Purificationis b. Mariae missam celebret „ante eorum solemnem". In bibl. nat. Paris. Cartul. de Lagny ms. lat. 9902. s. XVI in. f. 11. — „Ex iniuncto nobis". |
| Apr. 29. | „ | 8325 Clero, consulibus et populo Pistoriensi nuntiat, sese canonicis Pratensibus mandasse, ut (Attoni) episcopo Pistoriensi obediant. Hortatur, ut ipsum in retinendis et recuperandis ecclesiae bonis adiuvent. (Epistola haec certe post ep. 8168 scripta est.) Pflugk-Harttung Acta II. 319. — „Venientem ad nos". |
| Mai. 17. | „ | 8326 (5896) Petro abbati et monachis Cluniacensibus significat, se F(alconi) archiepiscopo Lugdunensi praecepisse, ut vexare eos desineret, neu per clericos Lugdunenses affici iniuriis pateretur. Monasterii S. Ragniberti disciplinam per eos restitui vult. Ecclesiam de Villafranca iis asserit. G. diaconum cardinalem legatum mittit. Bull. Cluniac. p. 48, Bouquet Rec. XV. 396, Migne 179 p. 632. — „Pro pace et". |

**1139—1143.**

8327 Monasterii S. Leodegarii Suessionensis protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Petro abbate. Disciplinam Aroasiensem ibi conservari iubet. Pécheur Cartul. de St. Léger de Soissons p. 23. — „Piae postulatio voluntatis".

**1140—1143.**

Febr. 24. | Laterani | 8328 (5897) Letardo abbati et monachis Beccensibus ecclesiam S. Trinitatis de Bellomonte, petente Rotrodo, Ebroicensi episcopo, asserit. Baluzii Misc. III. 14, Mansi XXI. 420, Pflugk-Harttung Acta I, 169, Migne 179 p. 633. — „Quotiens illud".

Mart. 6. | „ | 8329 O(ddoni) praeposito et canonicis S. Antonini Placentinis significat, se mandasse canonicis ecclesiae maioris, ut iura ecclesiae eius servent. Quae Azzo presbyter cardinalis (tit. S. Anastasiae), quondam S. Antonini praepositus, testamento disposuerit, immutari vetat. Pflugk-Harttung Acta II. 329. — „Nos quidem vos".

Mai. 6. | „ | 8330 (5898) Pontio, abbati Vizeliacensi, scribit, litteris prioribus quidem se ei praecepisse, ut Stephano, canonico Altissiodorensi, praesentibus Godefrido episcopo Lingonensi et Bernardo abbate Claravallensi, satisfaceret, sed cum ex eius epistola cognoverit, „illud, unde controversia agatur, Vizeliacensem ecclesiam iam per 30 annos et eo amplius quiete tenuisse, nolle se praeter consuetudinem ecclesiam eis inquietari". D'Achery Spicil. II. 506, Bouquet Rec. XV. 401, Mansi XXI. 403, Migne 179 p. 633. — „Per alia tibi".

(„) | („) | 8331 (5899) Godefrido, episcopo Lingonensi, et Bernhardo, abbati Claravallensi, de eadem re scribit. D'Achery Spicil. II. 506, Mansi XXI. 402, Migne 179 p. 634. — „Per apostolica vobis".

Iul. 1. | „ | 8332 (5900) P(etronillam) abbatissam et moniales Fontis-Ebraldi hortatur, ut tandem componant controversias, inter ipsas et U(lgerium), Andegavensem episcopum, longo tempore agitatas. (Mutila.) Pavillon Vie de Robert d'Arbrissel p. 627, (Migne 179 p. 634). — „Quoniam U. frater" („Quoniam venerabilis frater").

„ 7. | „ | 8333 (5901) Petronillae abbatissae et sororibus Fontis-Ebraldi significat, se Gaufrido, episcopo Carnotensi, mandasse, ut eas ab Ulgerii, episcopi (Andegavensis), iniuriis tueatur. Pavillon Vie de Rob. d'Arbr. p. 627, Bouquet Rec. XV. 408, Migne 179 p. 635. — „Ex quo ecclesiae".

„ 16. | „ | 8334 (5902) Monasterio Cluniacensi asserit ecclesias quasdam, ab Attone, episcopo Trecensi, concessas. Bibl. Cluniac. p. 1408, Bull. Cluniac. p. 50, Mansi XXI. 415, Migne 179 p. 636. — „Quae a fratribus" „Quae vobis et".

„ 17. | „ | 8335 Canonicis S. Antonini Placentinis mandat, ut dignam satisfactionem dent canonicis ecclesiae maioris, quos, cum processionaliter antiquo more in festo S. Antonini ad eius ecclesiam accessserint, omnibus oblationibus in eorum altari positis privassent. Pflugk-Harttung Acta II. 329. — „Gravem filiorum nostrorum".

**1141—1143.**

Mart. 10. | Laterani | 8336 (5903) Samsoni, archiepiscopo Remensi, et Alviso, episcopo Atrebatensi, scribit de Stephano fornicatore et aleatore. Baluzii Misc. II. 165, Migne 179 p. 636. — „Quamvis minus".

8337 (5904) H(umberto), episcopo Augustodunensi, interdicit, ne P(ontium) abbatem et fratres Vizeliacenses iniuriis afficiat. D'Achery Spicil. II. 506, Bouquet Rec. XV. 400, Mansi XXI. 402, Migne 179 p. 637. — „Sicut tua novit".

**1143.** *(Ind. 6, pont. a. 13.— 23. Febr. — 14.)*

Ian. 1. | Laterani | 8338 (5905) Guillelmo, archiepiscopo Arelatensi, apostolicae sedis legato, mandat, ut consules Montispessulanos in communionem receptos, qui se ad bonam frugem nondum receperint, iterum excommunicet. Gariel Ser. I. 183, Bouquet Rec. XV. 407, Migne 179 p. 637. — „Dilectus filius noster".

„ 10. | „ | 8339 (5906) P(etro) archiepiscopo Bituricensi et archidiaconis atque archipresbyteris per Bituricam constitutis significat, Stephanum de Catiaco, Rainaldum de Monte-Falconis, eorumque socios, „qui incendio ecclesiae et burgi S. Satyri ausu sacrilego interfuissent", a sese excommunicatos esse. Raynal Hist. de Berry II. 529, Migne 179 p. 638. — „Pessima et depopulatrix".

**1143.** *(Ind. 6, pont. a. 13.—23. Febr.—14.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 14. | Laterani | 8340 *Monasterii Turpiniacenses possessiones confirmat. Ex D. Housseau V. n. 1693 bibl. nat. Paris. Misit Delisle. (Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV. 172). |
| „ 21. | „ | 8341 Monasterii Engelbergensis tutelam suscipit, ac possessiones confirmat, imposito fratribus nummi aurei unius censu annuo. Versuch einer urkdl. Darstellung des reichsfr. St. Engelberg p. 133, Schweizer. Urkundenreg. I. 586. |
| „ 21. | „ | 8342 (5907) Monasterium S. Petri de Novo loco Frisingense tuendum suscipit, et eius bona iuraque confirmat, petente Hermanno praeposito. Meichelbeck Hist. Fr. I. I. 320, Migne 179 p. 638, (Hugo O. P. A. II. Pr. p. 203). — „Apostolici moderaminis". |
| Febr. 1. | „ | 8343 Matthaeo, abbati S. Florentii Salmuriensis, asserit locum de Nemore Herbaldi, a monialibus de Nido-avis invasum. Ex D. Housseau V. n. 1692 bibl. nat. Paris. Misit Delisle. (Cf. Bibl. de l'éc. des chartes XL. 162.) — „Rerum gestarum". |
| „ 9. | „ | 8344 (5908) Canonicis ecclesiae S. Frigdiani Lucensis significat, I(eronymum) eorum priorem a sese episcopum Aretinum consecratum esse. Mandat, ut novum priorem eligant. Baluzii Misc. IV. 592, Migne 179 p. 639. — „Dilectioni vestrae". |
| „ 13. | „ | 8345 (5909) Ecclesiae S. Mariae de Reno protectionem suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Guidone priore. Trombelli Mem. di Reno p. 361, Migne 179 p. 640, (Bull. Lat. p. 19). — „Apostolici moderaminis". |
| „ 22. | „ | 8346 (5910) Monasterio Springirsbacensi addicit ecclesiam in monte S. Petri, donatam ab Alberone archiepiscopo Trevirensi. Günther Cod. dipl. Rh. Mosel. I. 282, Beyer M. U. I. 584, Migne 179 p. 642. — „Quotiens illud a". |
| „ 23. | „ | 8347 (5911) Monasterii S. Columbae Senonensis protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Theobaldo abbate. Fleureau Les antiqu. d'Estampes p. 589, Migne 179 p. 643. — „Desiderium, quod ad". |
| | „ | 8348 (5912) Monasterii Hoeningensis protectionem suscipit possessionesque confirmat. Remling Urk. Gesch. d. Abt. u. Kl. II. 321. — „Pie postulatio". |
| Mart. 12. | „ | 8349 (5913) Ecclesiam Seccoviensem tuendam suscipit, eiusque bona et iura confirmat, petente Conrado archiepiscopo Salzburgensi. Zahn Urkundenb. v. Steiermark I. 219, (Pusch et Froehlich Dipl. St. I. 144, Migne 179 p. 645). — „Desiderium, quod ad". |
| „ 13. | „ | 8350 (5914) Fratres ecclesiae S. Frigdiani Lucensis laudat, quod P. priorem communi sententia elegerint; cui ut obediant, monet. Priorem iubet officiis satisfacere. Baluzii Misc. IV. 592, Migne 179 p. 646. — „Gaudemus et omnipotenti". |
| „ 17. | „ | 8351 (5915) Ecclesiae S. Evasii Casalensis protectionem suscipit ac possessiones confirmat, petente Girardo praeposito. De-Conti Not. stor. I. 336, Migne 179 p. 646. — „Piae postulatio voluntatis". |
| „ 23. | „ | 8352 (5915a) Monasterii S. Martini de Campis Parisiensis protectionem suscipit et privilegia confirmat. Marrier Mon. S. Mart. de Camp. p. 170. — „Quotiens illud a". |
| „ 27. | „ | 8353 Monasterii Monsteroliensis tutelam suscipit, ac possessiones confirmat, petente Richardo abbate. In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12695 (Monastic. Benedict. XXXVIII.) f. 242[b]. — „Quotiens illud a". |
| Apr. 9. | „ | 8354 Ecclesiae ad Gratias S. Mariae Brixiensis tutelam suscipit, ac disciplinam, possessiones, privilegia confirmat, petente Hartmanno, episcopo Brixiensi. Fontes Rer. Austriac. XXXIV. 7. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 9. | „ | 8355 (5916) Monasterii Weingartensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Gebhardo abbate. Wirtemb. Urkundenb. II. 19, (Hess. Prodom. mon. Guelf. p. 52, Migne 179 p. 649). — „Religiosis desideriis dignum". |
| „ 10. | „ | 8356 (5917) Conrado, archiepiscopo Salzburgensi, mandat, ut Udalricum eiusque filiam cum praediis quibusdam a monachis Admontensibus restitui monasterio Benedictoburano iubeat. Meichelbeck Chron. Benedictob. I. 92, Wichner Admont p. 306, Migne 179 p. 650, (Zahn Urk. v. Steiermark I. 221). — „Scire fraternitatem". |
| „ 13. | „ | 8357 (5918) Monasterii S. Mariae Castellionensis patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Alberto abbate. Affò St. di Parma II. 352, Migne 179 p. 650. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 15. | „ | 8358 Monasterii Balmensis protectionem suscipit possessionesque confirmat, petente Guigone abbate. Pflugk-Harttung Acta I. 169. — „Officii nostri nos". |
| „ 19. | „ | 8359 Monasterii Soricinensis tutelam suscipit, possessionesque et privilegia confirmat, petente Arnaldo abbate. (Fragmentum.) In bibl. nat. Paris. ms. lat. 12697. (Mon. Benedict. XL) f. 271. |

**1143.** *(Ind. 6, pont. a. 13.—23. Febr.—14.)*

| | | |
|---|---|---|
| Apr. 26. | Laterani | 8360 (5919) Canonicorum b. Petri Faventinorum possessiones et privilegia confirmat. Tonduzzi Hist. di Faenza p. 186, Migne 179 p. 651; Cf. Mittarelli Acc. Fav. p. 431. — „Piae postulatio voluntatis". |
| Mai. 1. | „ | 8361 (5920) Ecclesiae S. Laurentii Florentinae protectionem suscipit, bonaque confirmat, petente Petro priore. Lami Eccl. Fl. Mon. III. 1779, Cianfogni Mem. ist. p. 203, Migne 179 p. 654. — „Aequitatis et iustitiae". |
| „ 4. | „ | 8362 (5921) Monasterii SS. apostolorum montis Cornelii Leodiensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Luca abbate. Hugo O. P. A. I. Pr. p. 273, Miraei Opp. dipl. IV. 14, Migne 179 p. 655. — „Ad hoc nobis". |
| „ 12. | „ | 8363 *Monasterio Miciacensi privilegium dat, petente Hugone abbate. In bibl. nat. Paris. Coll. Baluze 78. f. 107b. |
| „ 13. | „ | 8364 Monasterii S. Nicolai de Pratis (Ribomontensis) protectionem suscipit, possessionesque confirmat, petente Guilermo abbate. Stein Cart. de St. Nicol. des Prés sous Ribem. p. 21. — „Desiderium, quod ad". |
| „ 14. | „ | 8365 Canonicorum ecclesiae Senonensis legem confirmat, „ut canonici, qui apud eandem ecclesiam habitent, et in ipsius servitio assidui sint, praebendarum suarum fructum integre percipiant; si vero licentia capituli in scolis aut in peregrinatione fuerint, aut infirmitate detenti, nichilominus accipiant; alii vero, qui extra ecclesiam commorentur et eidem ecclesiae non assidue deserviant, viginti solidos tantum per annum recipiant". Quantin Cart. gén. I. 369. — „Apostolicae sedis amministratione". |
| „ 16. | „ | 8366 Ecclesiae Leodiensis patrocinium suscipit canonicorumque possessiones et privilegia confirmat. Bulletin de l'inst. archéol. Ligéois V. 285, Publicat. de la soc. de Limbourg IV. 339, (Sloet Oorkondenboek I. 273). — „Equitatis et iustitiae". |
| Iun. 26. | „ | 8367 (5922) P. priorem et fratres ecclesiae S. Frigdiani Lucensis ad virtutem hortatur. Baluzii Misc. IV. 592, Migne 179 p. 657. — „Regularis vitae propositum". |
| | („) | 8368 *Quae ecclesiae Palentinae reges Hispaniae et comes Petrus Horsurez donaverant, ea confirmat. Neues Archiv VI. 301. |
| | („) | 8369 Monasterii S. Mariae Neubotlensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Radulfo abbate. (1143, ind. 6, pont. a. 14; data igitur bulla est post d. 23. m. Febr.) Registrum S. Mariae de Neubotle p. 221. — „Quotiens illud a nobis". |
| Sept. 24. | Romae | moritur „VIII. kal. Oct.". Vide infra Coelestini II. epistolam die 6. Nov. 1143 datam; Bosonis Card. Vit. Innoc. ap. Watterich II. 179; Emortuale Casin. ap. Muratori R. It. SS. V. 76; Necrol. Casin. ibid. VII. 945. |

---

## ANACLETUS II. antipapa. 1130—1138.

De registri Anacleti II. fragmento egit P. Ewald in Neues Archiv III. 164.

Sententia Anacleti haec est: „Dominus fortitudo plebis suae" (8375. 8415. 8418. 8429).

Bullis eius subscripserunt:

ep. Portuensis . . . . Petrus (8373. 8375)
Iohannes (8429)
presb. card. tit. S. Apollinaris . . . . . . Crescentius (8429. 8431)
„ „ „ apostolorum . . . . . Gregorius (8373)
„ „ „ S. Balbinae . . . . . . . Gregorius (8373. 8375)
„ „ „ S. Calixti . . . . . . . . Ionathas (8373. 8375)
„ „ „ Equitii . . . . . . . . Mathaeus (8429)
„ „ „ S. Eudoxiae . . . . . . . Matthaeus (8411. 8416. 8419)
„ „ „ S. Eusebii . . . . . . . . Petrus (8375)
Amatus (8421. 8422. 8429)
„ „ „ S. Laurentii in Damaso Stephanus (8375)
„ „ „ S. Marcelli . . . . . . . Petrus (8373. 8429)
„ „ „ SS. Marcellini et Petri . Crescentius (8375. 8416. 8417. 8421. 8422)
„ „ „ S. Pastoris (S. Pudentianae) . . . . . . . . Iohannes (8373. 8375. 8421. 8422)
„ „ „ S. Praxedis . . . . . . . Desiderius (8373. 8375)
„ „ „ S. Priscae . . . . . . . . Henricus (8375)

presb. card. tit. SS. Quatuor coronatorum Benedictus (8431)
„ „ „ S. Sabinae . . . . . . . Comes (8373. 8375)
Amatus (8431)
„ „ „ S. Sixti . . . . . . . . . Sigizo (8375)
„ „ „ S. martyris Susannae . . Petrus Pisanus (8373. 8375. 8416. 8417. 8419)
„ „ „ S. Vitalis . . . . . . . . Lictefredus (8373. 8375)
„ „ . . . . . . . . . . . . . . . . . Matthaeus (8417. 8419)
diac. card. S. Adriani . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Romanus (8416. 8417. 8429. 8431)
(„) „ S. Agathae . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Oderisius (8428. 8430).
„ „ S. Angeli . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Hermannus (al. Germanus) (8373. 8375. 8431)
„ „ SS. Cosmae et Damiani infra templum Romuli . Matthaeus (8428)
„ „ SS. martyrum Cosmae et Damiani . . . . . . . . Pandulfus (8428. 8431)
„ „ S. Eustachii . . . . . . . . . . . . . . . . . . Gregorius (8421. 8422)
„ „ S. Laurentii . . . . . . . . . . . . . . . . . . Rainaldus (8421. 8422)
„ „ S. Luciae in septa solis . . . . . . . . . . . . Silvius (8373. 8375. 8416. 8417. 8421. 8422. 8428. 8431)
„ „ S. Mariae in Aquiro . . . . . . . . . . . . . . . Gregorius (8373. 8375)
„ „ S. Mariae in Dominica . . . . . . . . . . . . . . Angelus (8375)

Datae bullae sunt p. m.

Saxonis S. R. E. presb. card. et cancellarii (8373. 8375. 8411. 8415. 8416. 8417. 8418. 8419. 8421. 8422. 8423. 8427. 8428)

Matthaei S. R. E. presb. card. et cancellarii (8429. 8431. 8432).

**1130.** (*Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1.*)

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 14. | Romae in ecclesia S. Marci | Eligitur „hora sexta“ eius diei, quo est Innocentius II. elatus, Epist. cardinalium Innocentii in Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 429, Romanae urbis cleri et populi epist. in Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 516, Watterich II. 188, Bosonis card. Vit. Innocentii II. ap. Watterich II. 174; cf. supra Innocentii Regesta, Annales Erphesfurd. 1130 in MG. SS. VI. 537, Falcon. Benev. 1129 ap. Muratori V. 106, cet. — Dies 14. m. Febr. traditur etiam in Elect. comment., Udalr. Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 418. Cf. Zoepffel Papstw. p. 391. |
| „ 15. | ecclesia S. Petri | potitur „sequenti die“. Epist. cardinalium Innocentii l. l. |
| „ 16. | Lateranensem ecclesiam | „altera die armata manu invadit, palatium conscendit, sacrarium b. Laurentii aperit, quae optima sibi videntur, diripit“. Epist. cardinalium Innocentii l. l. |
| „ 21. | (Romae) | ordinationes cardinalium celebrat. Vide infra ep. 8379. Die 21. m. Febr. hoc factum esse probat Zoepffel Papstwahlen p. 384 not. |
| „ 23. | Romae ap. S. Petrum | Consecratur „secunda dominica quadragesimae“. Romanae urbis cleri et populi epist. in Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 516, Watterich II. 189. Cf. Annal. de Margan 1130 ap. Gale H. A. SS. II. 6, in Ann. Monast. I. 12, Heimonis libr. ap. Jaffé Bibl. V. 549. |
| „ 24. | „ | 8370 (5923) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, praepositis et reliquis tam clericis quam laicis per Alamanniam et Saxoniam constitutis significat, se, mortuo Honorio II. „mira et stupenda cleri et populi concordia“ electum pontificem esse. Hortatur, ut in fide erga ecclesiam Romanam permaneant. Haec addit: „Si quid autem sinistri rumoris acceperitis, non multum miremini; solius enim Dei est unire vota et omnium voluntates; falsum tamen, quidquid praeter id, quod diximus, delatum fuerit, habeatis“. Udalrici Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 421, (Migne 179 p. 689). — „Ex auctoritate beati“. |
| „ 24. | „ | 8371 (5924) L(othario), Romanorum regi, et R(ichinzae) reginae de studio in eos suo exponit. Ad colendam ecclesiam hortatur. (Fridericum) archiepiscopum Coloniensem, ab Honorio II. interdicto affectum, in integrum restituit. Nuncium mittit, qui et cum (Adelberto) archiepiscopo Moguntino de (Ottone) episcopo Halberstadensi „ea, quae ad regni honorem pertineant, adimpleat“, et A(dalberoni) archiepiscopo Bremensi „plenam iustitiam faciat“. Udalrici Bab. cod. ap. Jaffé Bibl. V. 422, (Migne 179 p. 691). — „Postquam disponente“. |
| „ 24. | „ | 8372 (5925) S(imoni), abbati Rastedensi, mitrae, chirothecarum et sandaliorum usum concedit, rogante A(dalberone) archiepiscopo Hamburgensi. Lappenberg Hamb. Urk. I. 132, Hist. mon. Rasted. c. 12 in MG. SS. XXV. 501, (Migne 179 p. 692). — „Commissi nobis officii“. |

**1130.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| Febr. 25. | Laterani | 8372a Episcopis Galliae scribit de fratribus scismaticis et excommunicatis. Hoc regest. in Catalog. cod. ms. colleg. Oxon. ed. Coxe. Mihi misit Ed. Bishop. — „Notificamus dilectioni vestrae". |
| Mart. 27. | „ | 8373 (5926) Monasterii S. Pauli Romani iura ac possessiones confirmat, petente Anastasio abbate. Margarini Bull. Cas. p. 139, Migne 179 p. 692. — „Ex apostolicae". |
| „ 27. | „ | In basilica Salvatoris Conradum, Lotharii regis aemulum, excommunicat „in coena domini". Vide infra ep. 8388. „In coena domini crisma consecrant (sc. Innocentius et Anacletus) et sese mutuo cum fautoribus suis anathematizant", Heimonis lib. ap. Jaffé Bibl. V. 549. |
| „ 28. | Romae | Apud S. Hierusalem precationem pro Lothario rege facit „in parasceve". Vide infra ep. 8388. |
| Apr. 10. | Romae ap. S. Petrum | 8374 (5927) D(idacum), archiepiscopum Compostellanum, hortatur, ut in studio fideque erga b. Petrum perseveret, nunciosque ad sese mittat. Memorat veterem eius amicitiam cum b. m. patre suo, Petro Leonis, gestam. Mittat „litteras, actionem ordinis sui et perpetrati a falsis fratribus scandali continentes", rogatque, ut eas „coram omnibus legi faciat et ad partes alias dirigat transcribendas". Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 512, Migne 179 p. 696. — „Communem matrem". |
| „ 24. | „ | 8375 Gregorio, presbytero cardinali tit. SS. apostolorum Philippi et Iacobi, ecclesiam b. Abbacyri, in loco „Biberatica" positam, ordinandam committit, eique asserit bizantium, qui ex ea Lateranensi palatio annuatim solvebatur. Liverani Spicil. Liber. p. 572, Pflugk-Harttung Acta II. 330. — „Universos quidem catholicae". |
| Mai. 1. | „ | 8376 (5928) (Cluniacensibus) scribit de studio erga monasterium eorum suo, ubi sese memorat vestem monachicam sumpsisse. Significat, se, mortuo Honorio, a cardinalibus ecclesiae Romanae „unanimiter" in ecclesia b. Marci electum esse, a Petroque, episcopo Portuensi, in ecclesia b. Petri consecratum. Falsos quosdam fratres et pseudoepiscopos sibi adversantes anathematizatos esse. Monet, ut ipsum sequantur. Gregorium diaconum cardinalem, legatum suum, commendat. Lupus Ad Ephes. conc. var. patr. epist. p. 491, Baronii Annal. 1130. n. XXXV, Bouquet Rec. XV. 360, Migne 179 p. 696. — „Conversionis meae". |
| „ 1. | „ | 8377 (5929) (Girardo, episcopo Engolismensi) apostolicae sedis legationem in Aquitaniae partibus concedit. Gregorium, diaconum cardinalem, commendat. Negotium ei dat, ut concilium convocet. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 494, Baronii Annal. 1130 n. XLII., Bouquet Rec. XV. 362, Migne 179 p. 698. — „Pro tua probitate" „Te pro tua". |
| „ 1. | „ | 8378 (5930) (Episcopis quibusdam) commendat Gregorium, diaconum cardinalem, in partes Aquitaniae a sese missum. Hortatur, ut Girardo, episcopo Engolismensi, sedis apostolicae legato, debitam praestent reverentiam, cui se scribit de celebrando concilio mandasse. Lupus Ad. Ephes. conc. var. patr. epist. p. 493, Baronii Annal. 1130 n. XLI., Bouquet Rec. XV. 362, Migne 179 p. 699. — „Diuturna praedecessorum". |
| „ 1. | „ | 8379 (5931) „Nobilem prudentiam" cuiusdam ad memoriam excitat amicitiae cum b. m. patre suo gestae. Exponit de pontificatu ad sese delato. Adversarios suos nunciat „de domo Leonis Frangipane nocturno tempore fugientes se trans Tiberim contulisse". „Sane" inquit „clerus omnis Romanus individua nobis charitate cohaeret; praefectus Urbis, Leo Frangipane cum filio et Cencio Frangipane et nobiles omnes et plebs omnis Romana consuetam nobis fidelitatem fecerunt". Addit, sese „ordinationes cardinalium fecisse et episcopos consecrasse". Hortatur, ut sibi adhaerescat. (Epistolam hanc „Lothario" directam esse, putat Mühlbacher Die streit. Papstw. p. 121; cuius opinioni repugnavit Bernhardi in Jen Lit. Zeit. 1876 p. 194; Giesebrecht IV. 429 Rogerio Siciliae regi eam inscriptam fuisse censet.) Lupus Ad. Eph. conc. var. patr. epist. p. 495, Baronii Annal. 1130 n. XIII., Migne 179 p. 699. — „Veteris amicitiae". |
| „ 1. | „ | 8380 (5932) (Ludovico, Francorum regi) legatum suum, Ottonem episcopum Tudertinum, commendat. Veterem eius erga se benevolentiam memorat; „multa enim" inquit „de tua nobili et experta dilectionis constantia fiduciam possidemus, qua personam nostram a puero dilexisti et dulcedinis tuae affectione benevola educasti"; additque haec: „tuum tuique filii, gloriosi regis Philippi, honorem cupimus efficaciter exaltare". Petit, ne adversarios suos audiat. Reginae salutem ascribit. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 504, Baronii Annal. 1130 n. XXVII, Bouquet Rec. XV. 363, Migne 179 p. 700. — „Iam dudum voluntatis". |

| | | |
|---|---|---|
| | | **1130.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1.)* |
| (Mai.) | Romae ap. S. Petrum | 8381 (5933) (Philippo Ludovici Francorum regis filio) Ottonem, episcopum Tudertinum, legatum suum, commendat. Rogat, ne inimicorum suorum mendaciis aures praebeat. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 498, (Baronii Annal. 1130 n. XXIX, Bouquet Rec. XV. 363, Migne 179 p. 701). — „Nobilium factorum". |
| „ 1. | „ | 8382 (5934) (Episcopis quibusdam) commendat Ottonem, episcopum Tudertinum, suum a latere nuncium. Hortatur, ne mendaciis suorum adversariorum commoveantur. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 496, Baronii Annal. 1130 n. XXX, Migne 179 p. 702. — „Desiderium desiderii" „Dudum desiderii". |
| „ 1. | „ | 8383 (5935) (Episcopis quibusdam) Ottonem, episcopum Tudertinum, legatum suum, commendat, cui datum id negotii esse nunciat, ut concilia cum iis celebraret. Ad fidem hortatur. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 499, Baronii Annal. 1130 n. XXXII, Bouquet Rec. XV. 364, Migne 179 p. 703. — „Et apostolicae". |
| „ 1. | „ | 8384 (5936) (Episcopo cuidam) commendat Ottonem, episcopum Tudertinum, legatum suum in Galliam missum, „qui" inquit „charissimum et gloriosum filium nostrum regem et te ipsum et alios fratres nostros et filios visitet ac de statu nostro faciat certiores". Monet, ut suis rationibus consulat. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 497, Baronii Annal. 1130 n. XXXI, Bouquet Rec. XV. 364, Migne 179 p. 703. — „Quantam de probitatis". |
| „ 1. | „ | 8385 (5937) (Episcopo cuidam) se excusat, quod, „in tanta bestiarum frementium silva diversis fluctibus pressus", tardius ad eum litteras mittat. Commendat Ottonem, episcopum Tudertinum, legatum suum. Hortatur, ut fidus ecclesiae Romanae maneat. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 506, Baronii Annal. 1130 n. XXXIV, Migne 179 p. 704. — „Quod tibi de". |
| „ 1. | „ | 8386 (5938) (Principem quendam Gallicanum) ad suam causam perducere studet, eique Ottonem, episcopum Tudertinum, legatum suum, commendat. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 505, Baronii Annal. 1130 n. XXXIII, Bouquet Rec. XV. 365, Migne 179 p. 705. — „Nobilis memoriae". |
| „ 1. | „ | 8387 (5939) (Episcopo Drivastino) se pontificem creatum nunciat. Dolet, eum sibi de „barbarorum" iniuriis antea non significavisse; „sicut ea" inquit „maturius audissemus, per legatum nostrum, quem ad charissimum filium nostrum imperatorem direximus, pro quiete ac sublevatione tua libentius scripsissemus". Ad patientiam hortatur, monetque, ne „sponsam, Drinastinam (Drivastinam) videlicet ecclesiam, deserat". Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 507, Baronii Annal. 1130 n. XLVII, Migne 179 p. 706. — „Suscepti officii". |
| „ 15. | „ | 8388 (5940) (Lotharium regem) dolet ad suas litteras per (Adelbertum), archiepiscopum Bremensem, missas non respondisse, nec nuncios misisse. Imperatoria dignitate augeri eum cupit. Significat haec: „Fratres nostri cardinales et episcopi et clerus omnis Romanus individua nobis charitate cohaerent; viri illustres, Leo Frangipane, Hugo praefectus Urbis et frater eius, filius Leonis Frangipane et Centius frater eius, Stephanus de Petro, Stephanus de Tebaldo, filii Henrici de S. Eustachio, nobiles omnes et plebs omnis Romana, capitanei et comites, qui extra sunt, fidelitatem nobis debitam iuraverunt". Conradum, regni invasorem, nunciat „in coena domini" (27. Mart.) Laterani in basilica Salvatoris a sese excommunicatum esse. Addit, se „in parasceve" (28. Mart.) apud S. Hierusalem precationem pro Lothario fecisse. Rogat, ut sibi faveat. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 509, Baronii Annal. 1130 n. XIX, Migne 179 p. 706. — „In ipso nostrae". |
| „ 15. | „ | 8389 (5941) (Richinzae reginae) virtutem extollit laudibus, eamque hortatur, ut Lotharii regis in ecclesiam Romanam studium confirmat. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 511, Baronii Annal. 1130 n. XXII, Migne 179 p. 707. — „Auditum habemus". |
| „ 15. | „ | 8390 (5942) (Episcopum quendam) de prospero rerum suarum progressu certiorem facit. Hortatur, ut schismaticorum mendacia respuat. Abbatem Farfensem excommunicatum nunciat, urgerique omnibus modis iubet. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 508, Martene et Dur. Vet. Script. I. 698, Migne 179 p. 708. — „In promotionis". |
| „ 18. | „ | 8391 (5943) (Norberto, archiepiscopo Magdeburgensi,) praecipit, ut quae archidiacono iniuste abstulerit, restituat, et „proximis b. Martini octavis" (18. Nov.) ad sese accedat. Haec addit: „Mandamus, ut filios nostros, ecclesiae Magdeburgensis canonicos, ad |

**1130.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1.)*

nos venire volentes, prohibere ulterius non praesumas". Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 512, Baronii Annal. 1131 n. VI, Hugo Vie de S. Norbert p. 363, Migne 179 p. 709. — „Lator praesentium".

8392 (5944) (Clericis vel monachis quibusdam), occasione data, de pontificatu ad sese delato litteras mittit. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 513, Martene et Dur. Vet. Scr. I. 699, Migne 179 p. 710. — „Ab ipso promotionis".

8393 (5945) Affirmat, se Hierosolymam urbem exaltare et honorare decrevisse. (Fragmentum. — Cf. Ciaconii Vitas Pontif. Rom. I. 1007, ubi Anacletus literas „ad Regem Hierosolymorum" dedisse dicitur.) Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 513, Baronii Annal. 1130 n. XLVIII, Migne 179 p. 711. — „Ex quo civitas".

8394 (5946) (Episcopo cuidam) exprobrat, quod ad sese nec litteras, nec nuncios miserit. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 514, Martene et Dur. Vet. Script. I. 699, Migne 179 p. 711. — „Ab ipsis fere".

8395 (5947) (Episcopo cuidam) scribit haec: „Omnis nobis, venerabilis frater, qua ad fraternitatem tuam scribimus, est occasio gratiosa, quia et perfecta dilectio fastidium nescit, nec panem otiosa manducat". (Fragmentum.) Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 514, Migne 179 p. 711. — „Omnis nobis".

8396 (5948) (Principi cuidam) ita scribit: „De nobili providentia tua bona nobis plurima nunciantur et legalitatis tuae praeconia fama celebri praedicantur". Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 514, Migne 179 p. 711. — „De nobili".

8397 (5949) Cuidam haec scribit: „Scimus te ante susceptum apostolicae sedis regimen nos propensius dilexisse et nequaquam ambigimus, quod nunc pleniori nos debeas affectione diligere". (Fragmentum.) Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 514, Migne 179 p. 711. — „Scimus te".

8398 (5950) (Principi cuidam) ita scribit: „Nobilitatis tuae, fili charissime, audita nos fama praeclara laetificat et facie ignotum laudis tuae praeconia nobis te notissimum reddunt". (Fragmentum.) Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 514, Migne 179 p. 712. — „Nobilitatis tuae".

8399 (5951) „Filium charissimum" quendam reprehendit, quod de sua ad pontificatum ascensione certior factus, non solum ad sese non venerit, „verum etiam dissuasionibus aliorum fecerit corda pavere". Monet, ut quam primum accedat. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 515, Martene et Dur. Vet. Script. I. 700, Migne 179 p. 712. — „De dilectione".

8400 (5952) (Episcopi cuiusdam) litteris respondet. Eius erga se studium laudat et confirmat. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 515, Martene et Dur. Vet. Scr. I. 700, Migne 179 p. 712. — „Dilectionis tuae".

8401 (5953) (Episcopos quosdam) respondere exspectationi suae gaudet. (Fragmentum.) Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 515, Migne 179 p. 712. — „Omnipotenti Deo".

Romae ap. S. Petrum — 8402 (5954) (Peregrino patriarchae?) gratulatur, „quod eius prudentiae et tutelae Aquileiensis ecclesia commissa sit". „Ad b. Petri servitium invitat". Lupus Ad. Eph. conc. var. patr. epist. p. 516, Martene et Dur. Vet. Script. I. 701, Migne 179 p. 713. — „Quod tuae prudentiae (providentiae)".

„ — 8403 (5955) (Clericis quibusdam) significat, se a Marcualdo presbytero cognovisse de iniuria ecclesiae eorum illata; cui petenti licentiam celebrandae missae datam esse. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 516, Martene et Dur. Vet. Script. I. 701, Migne 179 p. 713. — „Veniens ad nos".

„ — 8404 (5956) (Clericis Iustinopolitanis) praecipit, ut ob gravissima episcopi delicta „ante festum omnium sanctorum" (1. Nov.) ad sese veniant. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 516, Baronii Annal. 1130 n. LIV, Migne 179 p. 713. — „Gravissima de".

Mai. 25. Romae — ecclesiam S. Laurentii consecrat. Vide eam quae sequitur bullam, et titulum in Baronii Annal. 1130 n. XLIX, et ap. Forcella Iscrizioni V. 119 n. 343.

apud S. Petrum — 8405 (5957) Ecclesiae S. Laurentii Romanae, VIII. kal. Iunias a sese consecratae, possessiones confirmat, „salvo censu duorum marabotinorum in anniversario consecrationis singulis annis Lateranensi palatio persolvendorum". Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 517, Baronii Annal. 1130 n. L, Migne 179 p. 713. — „Si pastoralis".

**1130.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1.)*

8406 (5958) Virum quendam religiosum probumque sperat ad schismaticorum societatem accessurum non esse. (Fragmentum.) Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 517, Martene et Dur. Vet. Script. I. 701, Migne 179 p. 714. — „Et antiqua“ „Perantiqua“.

8407 (5959) (Episcopum quendam) laudat, quod adversarios suos impugnet. Ecclesiae eius prodesse cupit. Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 518, Martene et Dur. Vet. Script. I. 701, Migne 179 p. 714. — „Ab ipso nostrae“.

8408 (5960) (Episcopo cuidam) „una cum dilecto filio nostro duce Ubaldo“ quaerenti respondet, presbyteros „uxorum legibus servientes, sacris altaribus deservire“ non debere. Legatum missum iri. Lupus Ad Eph. conc. var. epist. p. 518, Martene et Dur. Vet. Script. I. 702, Migne 179 p. 715. — „Sacerdotali sollicitudini“.

Aug. 29. | Romae ap. S. Petrum | 8409 (In Norbertum, archiepiscopum Magdeburgensem,) invehitur, quod non modo praecepto, ut „proximis b. Martini octavis“ ad sese veniret (vide supra 8391), „parere recusaverit, sed etiam „et nos“, inquit, „et in nobis Petri cathedram vipereis proscidisti sermonibus, atque non exhorruisti palam asserere, nos non petitione populi, non spontanea cleri electione, sed vi parentum, potentia fratrum, ipsorumque fidelium sanguine ad apostolatus culmen ascendisse; quae quidem mendosa figmenta ab Haimerico, homine dudum ob simoniae et luxuriae labem proscripto et ab cardinalium coetu segregato, hausisti et serenissimo regi Lothario ebibenda propinasti, unde illum tuae haereseos approbatorem habere gloriaris; miramur sane tantum principem tanto patrocinari mendacio, sed miramur amplius, quomodo tam religiosus princeps patiatur te contra apostolatus nostri apicem oblatrare; circumquaque enim, ut audio, per omnes episcopos et potentes saeculi visitando divertis, ut Nocentio (Innocentio II.) proselytum facias. An, quod veteris amicitiae signa tot dederimus, an quod ordini tuo (Praemonstratensi) approbationem impertierimus ultro, dum apud Gallos ageremus, idolum fabricas, in Germania erigis?“ Itaque eum eiusque „sequaces, tanquam tunicae Christi scissores sacrilegos, sedis apostolicae praedones infestissimos, damnat, omnibusque tum ecclesiasticis tum saecularibus praerogativis spoliatos aeterno subiicit anathemati. (Pro „4. kal. Febr.“ legendum esse „4. kal. Sept.“, Jaffé in Regestorum exemplari manuali annotaverat, eumque secutus est Bernhardi in Jen. Lit. Zeit. 1876 p. 195; sane in errore versari et Giesebrecht l. c. et Mühlbacher Streitige Papstw. p. 134 et Bernhardi Lothar p. 337, aperte docet Anacleti itinerarium. Correcturam nostram refutari verbis: „proximis b. Martini octavis“, noli putare, cum Norberti recusatio aut litteris aut nuntiis ante terminum constitutum fieri potuerit.) Hugo Vie de S. Norbert p. 364, Giesebrecht Gesch. d. d. Kaiserz. IV. 504. — „Fraternitati tuae per“.

| Romae | 8410 (5961) *Monasterii S. Bertini Sithiensis privilegia, petente Iohanne abbate, confirmat. Simonis Gesta abb. S. Bertini Sithiens. L. II. c. 127 in Collection des Cartulaires III. 302, MG. SS. XIII. 660.

(Sept.) | Beneventi | Vide Falcon. Benev. 1130 ap. Muratori R. It. SS. V. 106.

(„) | Abellini | „Cum duce Rogerio stabilivit, ut eum regem coronaret Siciliae“. Falco Benev. 1130 l. l.

„ 27. | Beneventi | 8411 (5962) Rogerio „concedit et donat et auctorizat coronam regni Siciliae et Calabriae et Apuliae“ praeterea „principatum Capuanum, honorem quoque Neapolis et auxilium hominum Beneventi“. „Siciliam caput regni constituit“. Decernit, ut rex et eius heredes „per manus archiepiscoporum terrae suae, quos voluerint, in reges inungantur et coronentur“. Archiepiscopo Panormitano tribuit ius consecrandi Syracusanum, Agrigentinum et Mazariensem vel Catanensem episcopos. Quae omnia concedit ea lege, ut reges sibi suisque successoribus „homagium et fidelitatem iurent et sexcentos schifatos annis singulis Romanae ecclesiae persolvant“. Baronii Annal. 1130 n. LII, Pirri Sic. sacr. I. p. XV, Migne 179 p. 715, Watterich II. 193, (Giordano Chron. di Monte Vergine p. 407). — „. . . Ecclesiam, praedecessorum“. (Ad mutilam hanc bullam, ni fallor, referendum fragmentum est ap. Lupum Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 520, ap. Baronium l. l. n. LIII, et ap. Watterich l. l. — „Apostolicae sedis providentia“).

8412 *Hugoni, archiepiscopo Capuano, parthenonem S. Iohannis subiicit. Vide bullam ap. Pflugk-Harttung Acta II. 331 (infra 8416) ubi sic est de hoc privilegio: „Porro scriptum illud, quo veniens ad nos Hugo, Campanus archiepiscopus, simplicitatem

**1130.** *(Ind. 8. — 1. Sept. — 9, pont. a. 1.)*

| | | |
|---|---|---|
| | | nostram suis circumventionibus decipiens, a nobis fraudulenter extorsit, monasterio (S. Iohannis) omnino non noceat". |
| | | 8413 (5963) (Praepositum quendam) consolatur de iniuriis in eum eiusque ecclesiam illatis ab „idiota Remensi; praesertim" inquit „cum in nos et ecclesiam Romanam, quasi ebrius et vino aestuans, histrionum more multa insolenter vomuerit". Nunciat haec: „gloriosus filius noster, Rogerius dux Apuliae, ad pedes nostros humiliter veniens, nos papam catholicum et ligium dominum suum, praedecessorum suorum more recognovit; archiepiscopi, episcopi, abbates omnes Apuliae, Calabriae, sicut omnis etiam orientalis ecclesia, Hierosolymitana, Antiochena et Constantinopolitana, nobiscum sunt et nos visitant et frequentant". Ita addit: „Noveris, nos, soluto concilio, quod apud Barum V. id. Nov. celebraturi sumus, Mediolanum properanter adscensuros". Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 519, Baronii Annal. 1131 n. V, Bouquet Rec. XV. 365, Migne 179 p. 717. — „Dilectionis tuae". |
| | | 8414 (5964) Scribit haec: „Mandata coelestia efficacius gerimus, si nostra cum fratribus onera partiamur, si dilectio nobis spiritualium aderit filiorum. Proinde omnibus necessitatem patientibus pro commisso nobis officio benignitatis manum largius impertiri debemus" cet. (Fragmentum.) Lupus Ad Eph. conc. var. patr. epist. p. 520, Martene et Dur. Vet. Script. I. 702, Migne 179 p. 718. — „Mandata coelestia". |
| Oct. 30. | Trani | 8415 Ecclesiae Tranensis, Romanae tantum sedi subiectae, possessiones confirmat et Ubaldo archiepiscopo eiusque successoribus pallii usum concedit. Prologo Le carte di Trani p. 77. — „Ex concessa nobis". |
| Nov. 5. | (Bari?) | Angelum episcopum Barensem consecrat, assistente Rogerio, Siciliae rege. Ughelli It. sacr. VII. 619 (ex fonte nescio quo). De loco cf. supra ep. 8413. |
| „ 28. | Beneventi | 8416 Parthenonis S. Iohannis Capuani patrocinium suscipit, possessionesque et iura confirmat, petente Gemma abbatissa. (Bulla in dubium revocatur in Arch. stor. per le prov. Napol. 1884 p. 769.) Pflugk-Harttung Acta II. 331. — „Piae postulatio voluntatis". |
| Dec. 5. | „ | 8417 (5966) Monasterio S. Sophiae Beneventano hortum Ponticellensem dono dat. Anecdota Ughelliana p. 498, Migne 179 p. 719. — „Ex commisso". |
| | „ | 8418 (5967) Ecclesiam b. Mariae Iuvenatiensem tuendam suscipit eiusque bona confirmat, rogante Urso episcopo. Ughelli It. sacr. VII. 723, Migne 179 p. 720. — „Ex apostolicae sedis". |
| „ 10. | Capuae | 8419 (5965) Franconi, abbati monasterii S. Sophiae Beneventani, licentiam construendae molae permittit. Pflugk-Harttung Acta II. 332: „IIII. id. Dec.", (Anecdota Ughelliana p. 499, Migne 179 p. 719: „IV. id. Nov."). — „Pro amore". |

**1130—1131.**

| | | |
|---|---|---|
| | Beneventi | Concilium celebrat ante d. 13. m. Ianuar. a. 1131. Vide Falcon. Benev. 1130 l. l. p. 107. (Romualdus Salernit. 1130 in MG. SS. XIX. 419 de Anacleti concilio Melfiae facto memorat.) |

**1131.** *(Ind. 9, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)*

| | | |
|---|---|---|
| Ian. 13. | Beneventi | in palatio Dacomarii moratur „in octavis epiphaniae, consilio celebrato". Falco Benevent. 1130 l. l. |
| Mart. 1. | Benevento | discedit „die kalendarum Martiarum". Falco Benevent. 1130 p. 108. |
| „ | Salerni | Vide Falcon. Benevent. 1130 l. l. |
| p. Mai. 8. | Capuae | Vide Falcon. Benev. 1131 p. 108. |
| | „ | 8420 (5968) Persico et Roffrido iudici „literis datis, licentiam (Beneventum) redeunti et secure habitandi in civitate largitur". Falco Benevent. 1131 p. 108. |
| Sept. 14. | Priverni | 8421 (5969) Monasterium Cephaloediense sedem episcopalem, archiepiscopi Messanensis suffraganeam, constituit. Pirri Sic. sacr. I. 388, Migne 179 p. 721. — „In apostolicae sedis". |
| „ 14. | „ | 8422 (5970) Monasterium Liparense constituit sedem episcopalem, Messanensis archiepiscopi suffraganeam. Pirri Sic. sacr. I. 387, Ughelli It. sacr. I. 777, Migne 179 p. 722. — „Sedis apostolicae". |
| „ 14. | „ | 8423 Hugoni, episcopo Messanensi, archiepiscopalem dignitatem, petente Rogerio rege, concedit eiusque potestati metropolitanae Cataniensem, Liparensem, Cephaloediensem episcopos subiicit. Neues Archiv VI. 289. — „Pie postulatio voluntatis". |

**1131.** *(Ind. 9, pont. a. 1. — 23. Febr. — 2.)*

8424 (5971) Crescentio cardinali, rectori Beneventano, praecipit, ne Rolpotoni sexaginta romanatos restituat. Falco Benevent. 1131 p. 109.

**1132.**

Salerni — Falco Benevent. 1132 p. 109.

**1133.**

Sept. 7. Anagniae — Vide titulum ecclesiae Anagninae ap. Alessandro de Magistris, Istoria della città d'Anagni p. 81 et Cappelletti Chiese d'Italia VI. 331: „Anno dominicae incarnationis 1133, pontificatus domini Anacleti II. papae anno 4, Ind. 12, mensis Septembris die 7 (al. 8) dedicatum est hoc altare per manus eiusdem domini Anacleti una cum Roane Anagnino episcopo, ibique corpus b. Olivae reconditum est".

in domo Crescentis — Vide Anselmi contin. Sigeb. 1133 in MG. SS. VI. 384.

**1130—1134.**

8425 Monasterio S. Mariae et S. Iohannis baptistae in Capitolio possessiones quasdam concedit et confirmat, petente Iohanne abbate. Casimiro Mem. ist. di S. Maria in Araceli p. 432, Philologus (ed. Schneidewin) I. 104, Urlichs Cod. urbis Romae topograph. p. 147, Archivio della città et prov. di Roma I. 307. — „Quod in apostolicae".

**1134.**

Apr. 15. Laterani — Vide epistolam sequentem.

„ 22. „ — 8426 (5972) Didacum, archiepiscopum Compostellanum, dolet ad epistolas suas non respondisse. Haec nuntiat: „post discessum Lotharii (imperatoris), quem non sine multa strage suorum ignominiose satis ac turpiter redire coegimus, haeresiarcha G. (Innocentius II.), quem intra periurorum nostrorum domos in primo factionis suae nido intrusit, navigio Pisas de nocte confugit, ibi vivens utcumque miserrime latitat; nos solemnitates paschales (15. Apr.) in Lateranensi palatio peregimus, basilicas S. Iohannis et S. Pauli apostoli cum quibusdam munitiunculis aliis, quas in adventu Lotharii inimici nostri invaserant, et de quibus multum gloriabantur, nuper recepimus; illos periuros nostros, Leofraiapane et unum fratrem eiusdem (qui tertius cum viris bellicosis fere numero 60 sub ruina cuiusdam ecclesiae Campanarii, quod de nocte suffoderant, obrutus est et extinctus) fidelium nostrorum, praecipue carissimi filii nostri, R(ogerii) Siciliae regis, auxilio funditus extirpare disponimus, nam ita eos inclusos viriliter obsidemus, qui aut se de proximo nostris manibus reddent, aut radicitus interibunt". Hortatur, ut epistolas nunciosque mittat. Hist. Comp. ap. Florez Esp. sagr. XX. 550, Migne 179 p. 723. — „Propter nimiam".

Beneventi — Falco Benevent. 1134 p. 119.

**1131—1135.**

Ian. 30. Beneventi — 8427 Romoaldo, archiepiscopo Salernitano, ecclesiam S. Prisci apud Nuceriam, a Roberto principe Capuano vindicatam, adiudicat. (Romoald. d. 21. Ian. 1136 moritur.) Pflugk-Harttung Acta II. 332 (et Iter p. 233 falso ad a. 1130—1136; fortasse est redigenda bulla ad a. 1131 propter nomen Saxonis datarii, vide infra ep. 8428). — „Filii serenitatis" „Filii serenitas".

**1131—1136.**

Febr. 8. Beneventi — 8428 (5973) Monasterium S. Sophiae Beneventanum tuendum suscipit, ac bona eius confirmat, Franconique abbati eiusque successoribus mitrae, chirothecarum, dalmaticae, semicincti usum concedit. Anecdota Ughelliana p. 500, Migne 179 p. 724; Cf. Pflugk-Harttung Iter p. 233, ubi clausula ita supplenda videtur: „. . . pontificatus autem dom. Anacleti secundi anno . . . .". Cur a. 1131 ascribatur bulla, sane nescio, nisi sit propter Saxonem datarium, presb. card. tit. S. Stephani in Coeliomonte, quem a. 1133 non iam in vivis fuisse, colligam ex subscriptione Martini supra p. 840. — „Omnium quidem".

| | | |
|---|---|---|
| | | **1136.** |
| Oct. 21. | Beneventi | 8429 (5974) Roscimano, archiepiscopo Beneventano, condonat „totum integrum paradisum et atrium ante ecclesiam S. Mariae; et plateaticum quatuor apothecarum, quae sunt in domo Iohannis de civitate; et reditus considentium ac vendentium olera et poma in ipso paradiso“. (De Vita) Thesaur. antiqu. Benevent. II. 417, Ughelli It. sacr. VIII. 109, Migne 179 p. 727. — „Aequitatis ordo“. |
| | | **1135—1137.** |
| Mart. 10. | Beneventi | 8430 (5975) Monasterium S. Sophiae Beneventanum liberat annuo denariorum octoginta tributo, Beneventanae curiae pro apothecis quibusdam pendendo. Borgia Breve ist. del dom. temp. append. p. 48, Anecdota Ughelliana p. 499, Migne 179 p. 728. — „Officii nostri“. |
| „ 21. | „ | 8431 (5976) Ex confiscatis Potifridi, perfidi comitis, bonis oppignerata molendina duo monasterio S. Sophiae Beneventano restituit, acceptis Romanatis quadringentis, quos comes monasterio crediderat. Borgia Breve ist. del dom. temp. append. p. 49, (Anecdota Ughelliana p. 502, Migne 179 p. 729. Clausula, quam affert Pflugk-Harttung Iter p. 126 supplenda est, ut supra in num. 8428; verbis enim „pont. secundi“ non significari idem ac verbis: „p. a. secundo“, iam ex eo liquet, quod d. 21. Mart. 1131 papa iam Benevento discesserat.) — „Sicut perseveranti“. |
| | | **1137.** *(Ind. 9, pont. a. 7. — 23. Febr. — 8.)* |
| Apr. 22. | Trans Tiberim | 8432 Capitulo Privernensi omne ius concedit, quod Romana ecclesia in duabus mansionibus, iuxta ecclesiam S. Mariae Privernensem sitis, habuit. Pflugk-Harttung Acta II. 333. — „Equitatis ordo“. |
| | | **1138.** |
| Ian. 25. | | Moritur „septimo die stante mensis Ianuarii“, Falco Benevent. 1137 p. 125. „VIII. kal. Febr.“, Order. Vital. L. XIII. ed. Le Prévost V. 103, in MG. SS. XX. 80. |

## GREGORIUS (VICTOR IV.) antipapa. 1138.

| | | |
|---|---|---|
| | | **1138.** |
| Mart. | Romae | Eligitur ab iis, qui cum Anacleto steterant. Falco Benevent. 1138 ap. Muratori R. It. SS. V. 126: „medio mense Martio“. Annal. Casinenses 1138 in MG. SS. XIX. 309: „fere post duos menses (sc. mortuo Anacleto). Cf. Petri Chron. mon. Cas. L. IV. c. 130 in MG. SS. VII. 844. |
| „ 29. | („) | In Innocentii II. potestatem se permittit „in octavis pentecostes“, S. Bernhardi Opp. I. 297, epist. 317; cf. supra Innocentii II. regesta, et Bosonis card. Vit. Innocentii II. ap. Watterich II. 178, Falcon. Benevent. 1138 p. 126, Annal. Casinenses 1138 l. l., Ernaldi Vita S. Bern. c. 7. §. 47 in S. Bernhardi Opp. II. 1126, in MG. SS. XXVI. 108. |

Reliure serrée




Contraste insuffisant

**NF Z 43**-120-14